Lipomanus
sanctorum vitae.

426 d.










SANCTORVM
PRISCORVM PATRVM
VITÆ NVMERO CENTVM
SEXAGINTATRES, PER GRA-
VISSIMOS ET PROBATISSIMOS
AVCTORES CONSCRIPTÆ.
ET NVPER PER R.P.D. ALOYSIVM LIPOMANVM
LEGE PIE LECTOR, QVIA
Lectionis tam fructuosæ nunquam te pœnitebit.
& non respexit
in vanitates, & insanias falsas.
Beatus vir, cuius est Dominus spes eius.
VENETIIS,
AD SIGNVM SPEI.
M. D. LI.
BIBLJOTEKA
VNIVERSYTECKA
V POZNANIV
Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.





SANCTORVM PRISCORVM PATRVM VITÆ NVMERO CENTVM SEXAGINTATRES, PER GRAVISSIMOS ET PROBATISSIMOS AVCTORES CONSCRIPTAE.

ET NVPER PER R.P.D. ALOYSIVM LIPOMANVM
Episcopum Veronensem in unum uolumen redactæ, cum Scholijs eiusdem omnium præsentium hæreticorum blasphemias & delyramenta profligantibus.

LEGE PIE LECTOR, QVIA
Lectionis tam fructuosæ nunquam te pœnitebit.

& non respexit



Beatus uir, cuius est Dominus spes eius: in uanitates, & insanias falsas.

VENETIIS,
AD SIGNVM SPEI.
M. D. LI.

Inscriptus Catalogo librorum Collegij Lovaniensis Societ. Jesu.



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

SANCTORVM
PRISCORVM PATRVM
VITÆ NVMERO CENTVM SEXAGINTATRES, PER GRAVISSIMOS ET PROBATISSIMOS AVCTORES CONSCRIPTAE.

ET NVPER PER R.P.D. ALOYSIVM LIPOMANVM
Episcopum Veronensem in unum uolumen redactæ, cum Scholijs eiusdem omnium præsentium hæreticorum blasphemias & delyramenta profligantibus.

LEGE PIE LECTOR, QVIA
Lectionis tam fructuosæ nunquam te pœnitebit.

& non respexit



Beatus uir, cuius est Dominus spes eius: in uanitates, & insanias falsas.

VENETIIS,
AD SIGNVM SPEI.
M. D. LI.

Inscriptus Catalogo librorum Collegij Leodiensis Societ. Jesu.



SANCTORVM PRISCORVM PATRVM VITÆ NVMERO CENTVM SEXAGINTATRES, PER GRAVISSIMOS ET PROBATISSIMOS AVCTORES CONSCRIPTAE.

ET NVPER PER R.P.D. ALOYSIVM LIPOMANVM Episcopum Veronensem in unum uolumen redactæ, cum Scholijs eiusdem omnium præsentium hæreticorum blasphemias & delyramenta profligantibus.

LEGE PIE LECTOR, QVIA Lectionis tam fructuosæ nunquam te pœnitebit.

& non respexit



Beatus uir, cuius est Dominus spes eius: in uanitates, & insanias falsas.

VENETIIS, AD SIGNVM SPEI. M. D. LI.

Inscriptus Catalogo librorum Collegij Romanensis Societ. Jesu.

J.D. 793. II

BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNAŃSKA

1335614(5)

1934.1459

AMPLISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC D. DOMINO
Ioanni Bernardo de Luco Episcopo Calaguritano, Aloysius Lipomanus
Episcopus Veronensis peccator æternam felicitatem. D.



RIGINTA Et eo amplius anni sunt Reuerendissime Præsul, quod Lutherana hæresis omnium forte quæ hucusq; uiguerunt sæuissima, catholicam deuastat Ecclesiam. Quo primum exiguis suis latebris contenta, uix pedem in publicum proferre audebat. At nunc peccatis nostris ita exigentibus, adeo impudens effecta est, ut totum fere Christianum orbem (Hispania uestra duntaxat excepta) peregrauerit. Quod ego dei benignitati in primis sacræ deinde inquisitionis præfectorum, diligentiæ & sedulitati ascribo. Atq; utinam sanctus magistratus ille apud nos ita in usu foret, sicut apud uestrates est, profecto rebus catholicæ fidei longe melius consultum arbitrarer. Et quanuis (ut dixi) propter peccata credam permitti a deo pestem hanc tam lõge lateq; uagari, ut quasi illud Esaiæ uere proferre posimus, omne caput languidum, & oẽ cor mœrens, non tamen adeo dereliquisse uidetur deus Ecclesiam suam, quin etiam hoc infelici tempore multos spiritus Beseleel sapientis artificis sermonum ac dogmatum in ea excitauerit, qui nouos hos seductores cum doctis prædicationibus, tum scriptis egregijs, ueluti fulminibus de cœlo missis subuerterint, prostrauerint, conculcauerint. Quodni factum fuisset, actum profecto de nobis, ac de tota dei Ecclesia propemodum conclamatum extitisset, quam licet fluctuare deus quandoq; sinat mergi tamen nunquã permittit. Horum igitur studioso labore & cõtinuis uigilijs illud effectũ est, ut qui prius in fide stabiles et ope efficaces erãt, in sancto proposito persisterẽt, & qui nutantes ac dubij, in partem ecclesiæ protinus concederent. Verũ ex his qui in apostatarũ sortem declinauerant, paucos admodũ qui abiuratis erroribus ad Ecclesiæ gremium reuersi sint adhuc inuenimus. Quod certe ualde dolendum est, diabolica fraude adeo deceptas esse animas, ut surfum oculos attollere, & errores quibus captiuæ detinentur, minime deprehendere possint. Propterea ego in Germania iam annum cũ dimidio agẽs, & legationis Apostolicæ munere licet admodũ indignus fungens, cũ uiderem etiam post admirabilem illam & cœlestem Imperatoris Caroli. V. semper Augusti contra prophanos sacri Imperij hostes uictoriã, post seuerissima quoq; Maiestatis eius edicta ne de cætero mẽdacijs et blasphemijs huiusmodi daretur opera, subuersores istos maiori quam antea rabie impias suas assertiones mordicus sustinere ac defendere, & adhuc pro ipsis ad sanguinẽ usq; de certare, cogitaui mecum ipse sæpius si quid nouæ alicuius medelæ lætali huic morbo afferri posset, quo aut sanitatis aliquid mentibus licet insanissimis adhiberetur, uel saltem eius in offensus progressus impediretur in posterum. Non quidem ut noua aliqua conscriberemus, iam enim mũdus plenus est ijs, qui cõtra hos scripti sunt libri, ut nihil in hoc genere supersit amplius quod scribatur, quodue a præcedentibus patribus intactũ sit dimissum. Et cogitatio quidem mea fuit huiusmodi. Quoniã rectæ quidem fidei prædicatio non solis uerbis, sed multo magis operibus astruitur, ita enim censuerunt sancti patres qui fuerunt ante nos, & dominus idemq; saluator noster minimũ eum in regno cœlorum futurum asseruit, qui solueret unum de mandatis minimis, & doceret sic homines, econtra uero, magnũ, qui faceret & doceret. Et merito quidem, quia iuxta sanctissimi Pontificis sententiam, cuius uita despicitur, restat ut etiam predicatio contemnatur. Cũ ergo pestilentissima hæresis satis scripturarũ & san-

ctorum patrum testimonijs iam prostrata & conculcata reperiatur. Operepreciũ me fa-
cturũ sum arbitratus, si sanctorũ uirorũ egregie factis & exemplis quod illi forsan parcius
fecerunt quod reliquũ in ea miserrimi adhuc spiritus superesse & palpitare uidetur, nunc pe
nitus extinguerem & suffocarem, ac ueluti lætifera plantaria, ita radicitus de agro Ecclesiæ
extirparem, ut nullatenus repullulare ualerent. Decreui itaq; sanctorũ patrum antiquorum
uitas, qui a primordijs nascentis Ecclesiæ usq; ad D. Bernardi Abbatis tẽpora, quem inter
antiquos & recẽtiores patres, medium ad præsens ponimus floruerunt, ab eruditis quidem
& approbatis uiris conscriptas, in unũ uolumen redigere, in quibus improborum istorum
blasphemiæ omnes & delyramenta ita iugulata & confossa reperiuntur, ut nisi quis ultro
proteruire, & tenebras in meridie palpare, ac prudens (ut dicunt) & sciens in inferni pro-
fundum præcipitari uoluerit, his ulterius decipi et implicari nequeat. Et ne forte cursim le-
gens, quod ad perditionẽ impij dogmatis faceret, non tam facile aduerteret, glossulas, id est,
scholia quædam parua in ipsis paginarum marginibus apponere cogitauimus, ut eum, &
de his quæ legeret commonefaceremus, & de pluribus quæ ipse per se absque admonitore
adinuenire posset, cautũ redderemus. Cui enim dubium unquam fieri poterit, quod si ea ue-
ra Christi fides esset quam nouelli isti præcones, post mille quingentos et uiginti annos, an-
nunciant, illa proculdubio & non alia, & a sanctis Apostolis qui primitias spiritus habue-
runt, & ab his qui primitiuæ illi Ecclesiæ uirtutum omniũ parenti successerunt, nec non a
deo dilectis martyribus, inclytisq; eius confessoribus qui succesiue ad hæc usq; tempora ui-
xisse reperiuntur, & prædicata, & omni studio fideliũ auribus & cordibus ingesta fuisset?
Sed cũ sine ea, eiusq; doctrina mundus usq; in hanc diem Christianus fuerit, & econtra no
stra hæc fides, ac quam profitemur hodie doctrina, in tota dei Ecclesia per uniuersum Chri
stianum orbem ab omnibus sanctis, per omnes ætates, gradus & ordines, cũ miraculorum
exhibitione, tum sanguinis effusione exculta, & concelebrata fuerit, necessario consequitur
hos tanquã antichristos & nouorum dogmatũ assertores expellendos prorsus & abijcien-
dos esse, & illud nobis tenendũ euangelium, ac in eo moriendũ, in quo maiores nostri salui
facti sunt, in quo parentes nostri baptizati, & in quo nos pueri nati sumus. Sed forte ad
primæ huius uocis occursum hærebis, cũ me sanctorũ uitas edere uelle audieris, et superua-
caneo desudare labore dices cũ plerisq; excellenti ingenio etiam nostro tempore prædi ti fue-
rint, qui eas conscripserint, uel ab alijs conscriptas euulgauerint. Nonne & librũ Vitas pa-
trum, itemq; aliũ Catalogum sanctorũ dictum, Nonne & Ekij doctissimi uiri Homilias, &
Georgij Vicelij recentissimum Hagiologum, aliaq; huius generis plurima oppones, ut in
hoc palæstræ genere nihil fere amplius desiderari posse uideatur? Cum ergo quæ dici posse
uidebantur iam anticipata sint, & superflua scribere omnino uanũ, de ijsdem uero molestũ,
nunquid ridiculũ non etiam fuerit? Nõ abnuo. Et horũ quidem omniũ indefessum studiũ, &
pientissimũ in sanctos dei zelum summopere cõmendo. De libro Vitas patrũ aliquid dicerẽ,
nisi in cap. sancta Romana. XV. dist. quid de eo Ecclesiæ censeat auctoritas satis expressum
uideretur. Sed aliud est concionibus in Ecclesia ad populũ fidelem loqui, uel ad catholicos
uiros scripta dirigere, quod fecerũt illi, aliud cũ hæreticis pugnare cominus, eosq; hoc scri-
ptorũ genere conuincere, quod nos modo facere intẽdimus. Sicut et alia pacis sunt, alia belli
tempora, itemq; arma alia, uestis & equus iter facienti homini, atq; alia militi eunti in præ-
lium necessaria. Vnde illud mihi argumentũ uelut intactũ adhuc superesse, locumq; dari etiã
post oẽs scribendi usum est. Id tantũ de eo quẽ modo edimus libro dixisse sufficiat, nil in eo

quod

quod ex apocryphis scriptoribus desumptum sit, appositum fuisse, quod nescio an alij omnes de quibus supra meminimus, ita ad plenũ undequaq; obseruauerint, nil etiam quod non statim in exemplari unde defumptũ sit facile inuenire possit, ne quis ex capite nostro aliqua suffarcinasse, & huc ingessisse commlniscl ualeat. Nam qui has quas nunc euulgamus uitas conscripserunt (uel ipsis hæreticis inuitis contra quos præcipue eduntur testibus) scriptores sunt illustres omnibus probati, et fide longe digmissimi. Cæterum apocrypha omnia (ut diximus) hoc est eorũ uitas quarum scriptores penitus ignorantur, aut si sciuntur, pertenuis in ecclesia æstimationis & auctoritis sunt, diligẽter canimus, neq; enim ad dogmatũ ueritatem astruendã, qualẽ nunc cõtra neotericos hæreticos astruere satagimus faciunt, qui statim si ista ingessissemus, caput contorquerent, nares contraherent, Cachinnos ore profunderent, & dicerent, fides horum sit penes autores ipsos, Nos minime ista conuincunt, eadem quippe facilitate refelluntur, qua & adducuntur. Legendus itaq; primum liber iste, & cum in eo aliquid inueneris, quod apud alios non repereris, laborem nostrum antiquorum esse reprehensionem non existimabis, sed uel egregium Christianæ pietatis zelatorem comprobabis, aut ut minimum des, non otiosum compilatorem censebis.

Si autem in sanctorũ uitis, non omniũ per extensum ortum, progressum, & finẽ hic descriptũ repereris, sed aliquorũ integras, aliorũ dimidiatus, nonnullorũ uero inchoatas, quorundam etiã quæ unum uel duo ad summũ patrata miracula contineant, legeris, non me illico mendacẽ & infidelem promissi exhibitorẽ proclamabis. Nam cũ uitas sanctorũ me editurũ profiteor, tam plene quam abusiue uitæ uocabulũ intelligo. Nonne & sapientes bifariam nuncupari nouimus, tam hos qui sunt plenæ perfecteq; uirtutis, quã illos qui incipiunt, & in profectu positi sunt? De perfectis ait scriptura, Mittã in uos sapientes. De incipientibus autem, Argue sapientẽ & diliget te. Qui enim plenæ cõsummataeq; uirtutis est ut plurimũ corruptione nõ indiget. Quod de sapiẽtia diximus, de cæteris quoq; uirtutibus intelligendũ, quod scilicet fortis & prudẽs, pius, castus, iustus et tẽperans, interdũ secundũ perfectã et exatã rationẽ, interdũ aũt nominetenus, uel paulo qd amplius duntaxat accipiatur. Iuxta hunc sensum & nos impresentiarum sanctorũ uitas appellamus, ut in aliquibus, Puta Benedicti, Nicolai, Antonij plene, imo plenissime, in aliqbus uero, ut Iacobi maioris, Apollonij, Herculani & similiũ semi plene et abusiue intelligatur. At dices, Cur nõ potius huius et illius miraculũ aut signũ, quam uitã nuncupasti? Vitã ideo appellaui, quia ex hoc uno uel duobus uirtutis eius actibus qui describuntur (ut diuus Gregorius in uita Stephani Abbatis Reatini ait) ualent multa eius bona pensari, & qualis in uno duntaxat facto extitisse cõperitur, talis in toto uitæ cursu fuisse haud dubie præsumẽdus sit. Vt illo in loco nil aliud appellatione uitæ ueniat, quã signũ aliqd excellẽs, per quod tota sancti uita, qualis fuerit indicetur. Non turberis igitur si non omniũ, qui in catalago describuntur integras uitas habueris, sed sicut dicit Apostolus, fiat æqualitas, ut aliquorũ uita longior, aliorũ breuitatem suppleat, et quorundã parcitas, aliorũ lacinioſam abundantiã minuat, ac quod scriptũ est, uerũ esse comprobetur, qui multũ habuit, nõ abundauit, & qui modicũ, nõ minorauit. Ita.n. & lectoris labor, simul & fastidiũ tolletur, & scriptoris promissio mendax aut subdola nequaquã inuenietur. Verumenimuero cũ uiri excellẽtes quã plurimi, quibus librũ hunc offerremus occurrerẽt, tu unus nobis imprimis obuius fuisti Antistes amplissime, cui multis nominibus deuinctus essem. Siue.n. Christianã illam tuã pietatẽ & charitatẽ qua inter oẽs emines, siue sanctũ zelum, quo cõtinue exæstuas ut dei ecclesia in pristinã effigiẽ restituta, sancta et sine

macula rursus refulgeat, siue demõ angelicos mores tuos intuor, quibus in terris degens, in cœlo iam cõuersaris, omnia hæc, inquã, faciũt, ut insolubilibus animæ uinculis tibi astrictus tenear. Sed illud me impulit præ omnibus, quod te sanctorũ uitis mirum in modũ affectũ uideam, egregiãq; nauare operã, ut quo plures inuenire possis, plurimas tibi cõpares. Nam (ut magnus inquit Basilius) qui sanctorũ uitis diligenter studet, optime suæ prouidet. Quẽadmodũ enim pictores cũ imaginem ex imagine pingunt, exemplar itidem respectantes, lineamẽta eius transferre conantur magno studio ad suũ opificiũ, ita qui se se meditatur omnibus uirtutũ numeris absolutũ reddere, ueluti simulachra quædã spirantia & actuosa, sanctorũ uitas respicit, probaq; opera illorũ sua imitando facit. Ex illis enim, & qua uia gradiendũ post dominũ sit, simul & quo sceleratorũ hominũ flagitia, nec non hæreticorũ omnium impia dogmata fugienda sint optime perdiscitur. Accipe ergo hilari facie pater optime, quod ex intimi tibi cordis penetralibus offertur, pariterq; cũ Moyse ad Deũ puras manus eleua, ut & nostra uictoria, tuarũ orationũ fructus sit, et ne ego, qui gregis Christi uirtutes pando, machinæ seu folli fabri ferrarij, quæ repletur et euacuatur, nec aliquid in se cõtinet uenti, similis factus, ab omnibus his longe absim, aut ad instar lapidũ uiarum redigar, qui prætereuntibus iter ostẽdunt, ipsi tamen semper immobiles permanent, neu miseris illis Hierosolymitis associer, qui locũ nati saluatoris (sanctã uidelicet Bethlehem) magis ostenderunt adoraturis, ipsi uero in sua infidelitate rigidi perstiterunt. Sed magis ut ipse, qui egregia sanctorũ facinora in stadiũ quo alios ad uiriliter decertandũ excitẽ adduco, primus sim qui eorũ et exẽpla fideliter imiter, et fidẽ ardẽter subsequar. Sed iã ad sanctorũ uitas accedo, cũ prius diligentẽ lectorẽ de aliqbus necessarijs præmonuero. Vale Præsul dignißime, nostri seculi Antistitũ splendißimũ iubar. Datæ Salzburgh Cal. April. anni dñi. M. D. L.

BENIGNE LECTOR VT VIDEAS EX QVAM limpidis fontibus hæc hausta sint, & eis fide indubiam prorsus adhibeas, en tibi subijcimus scriptores Vitarum sanctorum, quæ in his quatuor libris continentur.

1. Iosephus Hebræus.
2. Eusebius Episcopus Cæsarienſis.
3. Cyprianus Carthaginensis Episcopus.
4. Athanasius Episcopus Alexandrinus.
5. Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus.
6. Gregorius Naziãzenus dictus Theolog.
7. Ambrosius Episcopus Mediolanensis.
8. Hieronymus presbyter Stridonensis.
9. Ruffinus presbyter Aquileiensis.
10. Augustinus Hypponensis Episcopus.
11. Presbyteri & Diacones Achaiæ.
12. Gregorius presbyter Græcus.
13. Maximus Episcopus Taurinensis.
14. Cassiodorus Senator.
15. Gregorius Magnus Papa.
16. Theodoretus Cyrensis Episcopus.
17. Victor Vitensis Episcopus.
18. Ioannes Chrysostomus Constantinopolitanus Episcopus.
19. Beda Venerabilis presbyter.
20. Seuerus Sulpitius Monachus.
21. Ioannes Damascænus Monachus.
22. Bernardus Abbas Clareualensis.
23. Leonardus Iustinianus Senator ex Symeone Metaphraste.
24. Origenes presbyter Alexandrinus.
25. Paulinus Nolanus Episcopus.
26. Symeon Metaphrastes Græcus.
27. Possidonius Calamensis Episcopus.
28. Egesippus.

A. EPISCOPVS VE:
RONENSIS SYNCE:
RO LECTORI.



VOD Te etiam atque etiam admoneam quisquis es qui adhæc legenda acceſſeris, illud primum eſt, ut ſententiæ illius prophetæ Hieremiæ ſemper memor ſis, quæ ait, Hæc dicit dominus, State ſuper uias, & uidete, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium. Standum etenim eſt ſuper ſanctis prophetis & Apoſtolis, ut uenire poßimus ad eum qui dicit, Ego ſum uia. Et interrogandum de ſemitis antiquis, quæ multorum ſanctorum ſunt tritæ ueſtigijs, quæ ſit uia bona in Euangelio, & ambulandum in ea, quæ cum inuenta fuerit, præbet refrigerium, ſiue purificationem animabus credentium. Nam ex ſanctorum duntaxat exemplis diſcere poſſumus quæ ſit uia bona, quæ reperta ducat in refrigerium. Per hæc itaque iugiter nobis incedendum, & ab eis, ne tranſuerſum quidem unguem, ad dexteram aut ad ſiniſtram deflectendum. Sunt enim quorum dextera eſt dextera iniquitatis. Phariſæus ille Euangelicus non erat ſicut cæteri hominum, ſed ipſe ſibi teſtimonium perhibuit, non tamen uerum. Propterea prudenter admodum docet nos. Haymo Halberſtatenſis Epiſcopus, ut quotiens nouum aliquod in Eccleſia oritur (qualia fere ſunt omnia, quæ noſtro hoc miſerrimo tempore exorta ſunt) ne decipiamur, & omni uento falſæ doctrinæ circunferamur, quemadmodum multis proh dolor accidiſſe comperimus, ſemper ad autoritatem ſcripturarum recurrere debeamus, propter illud quod ſcriptum eſt, omnia cum conſilio fac, & ea reſpondeamus, quæ patres noſtros reſpondiſſe uel tenuiſſe cognouerimus, & iuxta uocem Salomonis, non tranſgrediamur terminos quos poſuerunt patres noſtri. Quicquid igitur horum dictis uel factis non cohæret, illico ut ſuſpectum abijcito, ab eo longe te facito, & uelut peſtem quandam uelociter fugito, eſt enim ut filij prophetarum dixerunt ad Heliſæum, Mors in olla, mors in olla. Hoc faciens Beatus eris, & bene tibi erit.

Secundum illud, ne mireris ſi quod uno uolumine forſan comprehendere potuiſſem, id librorum ordine ſeparauerim. Sed quia plures erant uitæ quæ digerebantur, & modum prolixitatis uoluminis unius excedebant longitudine ſui, in quatuor diuidendas uolumina duximus. Vt & librorum inter ſe menſura ſeruaretur, & diuiſus redigentis & legentis labor reſpiraret in partibus. Operæ precium autem uiſum fuit librum primum qui naſcentis eccleſiæ prima fundamenta deſcribit, uſque ad Niceni Concilij patres extendere, quod ſane tempus propter eorum inſignes uirtutes & Synceram inuiolatamque fidem, conueniens nobis exiſtimatus eſt ætatis illius fuiſſe terminus. Secundum autem in quo partim multorum martyrum agones & trophæa continentur, partim omnium uirtutum inſignibus ornatorum eccleſiæ præſulum egregia facinora, qui ſub hæreticis aut infidelibus regibus Synceram deo exhibuerunt ſeruitutem deſcribuntur, in beati Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi qui occidentalis eccleſiæ ſpeculum fuit uitam terminare. Tertium uero qui ab Indorum fide per ſanctos Barlaam & Ioſaphat longe lateque dilatata feliciter incipit, & poſtquam per Romanos Imperatores eccleſiæ pax reddita fuit, præclariſſimorum uirorum geſta recenſet, Vandalicæ quoque perſequutionis tribulationes complectitur, uſque ad

D. Augustini uitam excurrere. Quartum demum eorum sanctorum gesta complecti, quorum uitam beatus Gregorius Romanus Pontifex & beatus Bernardus Clareuallensis Abbas, Monachorum decus eximium, conscripsere, qui etiam uitarum sanctorum ultimus liber est. Quamuis autem hæc librorum partitio non sit adeo iuxta exactam temporum rationem digesta in præsenti negocio nec necessariam nec admodum utilem, obseruata tamen est a nobis ut in plurimum.

Cum autem in annotationibus nostris quandoque repereris, ita tenere hæreticos nostri temporis, hoc dicere nostri seculi subuersores, Facere illud contra eos qui nunc docere oppositum non uerentur, & similia huiuscemodi, ne scandalizeris si forte quod ibi dicitur, apud Lutherum uel Melanctonem non inueneris, nam si id non dixerint illi, dixerunt tamen alij, Puta Bucerus, uel Oecolampadius, aut Brentius, siue alius quispiam illius farinæ homo (si hominum tamen et non belluarum potius appellatione nuncupandos censeas, qui a sancta matre ecclesia descisentes impia quotidie dogmata, & eum sanctorum doctrinis pugnantia effutire non erubescunt. Nam tot tantaq; sunt hodie eiusmodi monstra in Christi ouile grassantia, ut iam uniuersum pene orbem suis nefandissimis scriptis repleuerint. Quod igitur unus aut alter non protulit, alius Pisoniano uitio cum loqui nesciat, tacere non potuit, & fortasse qui non eiusdem, sed contrariæ sectæ fuit; nam cum proprium hoc habeat sancta ecclesia, ut una sit & indiuisa, sibiq; in omnibus membris consona, illud peculiare econtra est hæreseon, ut in uarias factiones misere diuidantur, & contraria ad inuicem dogmata & profiteantur, & defendant. Sicut nostro tempore uidemus hoc Lutheranos, illos Anabaptistas, alios Oecolampadianos dici, plurimaq; alia horum Portentorum nomina, a quorum uersutijs & laqueis longe te faciat misericordia sua deus, & fidelem quemlibet pretioso sanguine unigeniti filij sui redemptum.

Ne autem in inueniendo locum aliquem hic adductum, in prototypo laborem patiare, præsertim in his quæ de Ecclesiastica uel Tripartita Historia congesta sunt scito nos semper illius libri numerum & caput unde primum illa desumpta fuerint annotasse, tacuisse deinde quæ successerunt capita, usque ad libri alterius principium, ne sæpius hoc & illud caput adducere in maximum legentis fastidium cogeremur. Vbi ergo sancti alicuius uita in manus inciderit quæ ex illis historijs fuerit desumpta, donec nomen libri Historiæ tibi uarietur, quare quod uolueris, uel in capite ibi proximo aut paulo post, siue tantisper prosequere inuestigando, donec quod quæris sese tibi offerat. Satis enim tibi fuerit, quod librum annotatum non præteribis, & in aliquo eius capite omnino reperies quod studueris inuenire. Hæc pauca sunt quæ te tunc admonendum duximus. Bene uale.

VITÆ SANCTORVM PROVT MELIVS potuit secundum ordinem temporum, in quibus uixerunt digestæ. Liber primus.

1 Vita dñi nostri Iesu Christi saluatoris nostri, per Iosephū D. Basilium, & D. Bernardum scripta.

2 Vita sanctissimæ dei Genitricis Virginis Mariæ, per D. Ambrosium, & D. Bernardum scripta.

3 Vita sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, per D. Hieronymum, Eusebium Cæsariensem, & Maximū epi scopum Taurinensem scripta.

4 Vita sancti Ioannis Apostoli & euāgelistæ, per D. Hieronymum, Eusebium, & Bedam scripta.

5 Vita. s. Iacobi maioris Apli, p Eusebiū Cæsariensem scripta.

6 Vita sancti Iacobi minoris Apli primi epi Hierosolymitani, p Eusebium Cæsariensem scripta.

7 Vita sancti Andreæ Apostoli, p presbyteros, & Diacones Achaię scripta.

8 Vita. s. Stephani protomartyris, per D. Augustinum, & Maximum epm Taurinensem scripta.

9 Vita D. Marci Euangelistæ, per Eusebium Cęsariensem, & D. Hieronymum scripta.

10 Vita sancti Lucæ Euangelistæ, per D. Hieronymum scripta.

11 Vita. s. Symeonis Cleopæ filij secūdi Hierosolymitani Episcopi, p Eusebium Cæsariensem scripta.

12 Vita sancti Ignatij martyris per Eusebium, Cassiodorū senatorem, & D. Hieronymum scripta.

13 Vita Iustini philosophi & martyris, per Eusebium Cæsariensem Episcopum scripta.

14 Vita. s. Polycarpi Epi et martyris, p Eusebiū Epm Cæsariensem scripta.

15 Vita sanctæ Theclæ uirginis et martyris, necnon puellæ Antiochenæ & militis cuiusdam martyrum, per D. Ambrosium scripta.

16 Vita sanctorum Ptolemei & Lucij martyrum, per Eusebium Cæsariensem scripta.

17 Vita sanctorum martyrum Vetij, pagati & aliorum, per Eusebium Episcopum scripta.

18 Vita Potamienæ uirginis & martyris, per Eusebiū Cęsariensem scripta.

19 Vita Panteni doctoris Alexandrini, per Eusebium Cæsariensem, & D. Hieronymum scripta.

20 Vita Apollonij martyris, per Eusebium Cęsariensem scripta.

21 Vita Narcisi Hierosolymorum Episcopi, per Eusebium Cęsariensem scripta.

22 Vita Metrani cointę & aliorum sanctorum, per Eusebium Cęsariensem scripta.

23 Vita sanctorum septē Machabęorum, per D. Gregorium Nazianzenum, & Ioannem Chrysostomum scripta.

24 Vita sanctorum Quadraginta martyrum, per D. Basiliū Epm scripta.

25 Vita sancti Cypriani Episcopi & martyris, per D. Gregoriū Nazianzenum scripta.

26 Vita sancti Laurentij martyris, per D. Augustinum & Maximum Episcopos scripta.

27 Vita sancti Vincentij martyris p D. Augustinum Episcopum scripta.

28 Vita Pauli primi Eremitæ, p D. Hieronymum scripta.

29 Vita sanctorum martyrum Geruasij & Prothasij, per D. Ambrosium Episcopum scripta.

30 Vita sanctorum Vitalis & Agricolæ martyrum, per D. Ambrosium Episcopum scripta.

31 Vita sancti Mamantis martyris, per D. Basiliū episcopum scripta.

32 Vita sancti Gordij martyris, per D.

Basilium Episcopum scripta.

33 Vita sanctæ Iulittæ martyris, per D. Basilium episcopum scripta.

34 Vita sancti Barlaã martyris, per D. Basilium episcopum scripta.

35 Vita sancti Babylæ episcopi & martyris, per D. Ioãnem Chrysostomũ scripta.

36 Vita Petri, Dorothei et aliorum martyrum, per Eusebium episcopũ Cæsariensem scripta.

37 Vita Dionysij episcopi Alexandrini & aliorum sanctorũ martyrum, per Eusebium Cæsariensem scripta.

38 Vita Gregorij epi Neocæsariensis, p D. Basilium, necnon Eusebium epm Cæsariensem scripta.

39 Vita Phileæ epi, Philoromi et aliorũ, per Eusebium episcopum scripta.

40 Vita Dorotheæ, Sophroniæ & aliorum, per Eusebium epm scripta.

41 Vita Syluani Tyriorũ, & Petri Alexandrini episcoporum, per Eusebiũ Cæsariensem scripta.

42 Vita epi simplicis, Paphnucij & Spiridiõis, per Ruffinum Aquileiensem presbyterum, & Cassiodorum senatorem scripta.

43 Vita Helenæ Constantini Imperatoris matris, per Ruffinũ presbyterum & D. Ambrosium epm scripta.

44 Vita Frumentij & edesij, per Ruffinum presbyterum scripta.

45 Vita Mulieris captiuę per quam Iberorum Gens Christi fidem suscepit, per Ruffinum presbyterum scripta.

46 Vita sancti Antonij Abbatis p D. Athanasium episcopum Alexandrinum scripta.

47 Vita Antonij, Pauli, & Amos, per Cassiodorum senatorem scripta.

48 Vita Alexandri Constantinopolitani episcopi, per Cassiodorum senatorem scripta.

49 Vita Eustathij magni Antiochię epi scopi, per Cassiodorum senatorem scripta.

50 Vita Symeonis Archiepi Seleuciæ, per Cassiodorũ senatorem scripta.

51 Vita Beati Nicolai epi, per Leonardum Iustinianum scripta.

Liber secundus.

52 Vita sanctæ Agnetis uirginis & martyris, per D. Ambrosium, & Maximum Episcopos scripta.

53 Vita sanctorũ martyrũ Canti, Cantiani, & Cantianillæ, per D. Ambrosium Episcopum scripta.

54 Vita sancti Hilarionis Abbatis, per D. Hieronymum scripta.

55 Vita Malchi monachi, per D. Hieronymum scripta.

56 Vita Vrsacij uiri sancti, per Cassiodorum senatorem scripta.

57 Vita Iacobi Episcopi Nisibensis, per Cassiodorum senatorem scripta.

58 Vita sancti Eusebij Episcopi Vercellensis, per D. Maximum episcopum Taurinensem scripta.

59 Vita sanctorum Eusebij, Nectarij & Zenonis martyrum, per Cassiodorum senatorem scripta.

60 Vita Marci Episcopi Arethusini, p Cassiodorum senatorem scripta.

61 Vita Macedonij, Theudoli & aliorũ, per Cassiodorũ senatorẽ scripta.

62 Vita sanctorum Basilij & Eupsichij martyrum, per Cassiodorum senatorem scripta.

63 Vita sanctorum Cyrilli & Æmiliani martyrum, per Cassiodorum senatorem scripta.

64 Vita Eleusij & Titi episcoporum, per Cassiodorũ senatorem scripta.

65 Vita Publiæ Ioãnis Antiocheni presbyteri matris, per Theodoretum Episcopum Cyrensem scripta.

66 Vita sanctorum tuuentini & Maximi martyrum, per D. Chrysostomũ scripta.

67 Vita Præsidis Beroensis & Iuliani sabæ, per Cassiodorum senatorem scripta.

68 Vita sancti Acholij Episcop Thessalonicensis, per D. Ambrosium Episcopum scripta.

69 Vita Beati Philogonij Episcopi, per D. Ioannem Chrisostomum scripta.
70 Vita Macarij, Isidori, & aliorū beati Antonij discipulorū, per Eusebiū Cæsarienſem epiſcopum ſcripta,
71 Vita D. Athanaſij Epiſcopi, per D. Gregorium Nazianzenum, Ruffinū presbyterum, & Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
72 Vita Letoij, Amphilochij, & Flauiani Epiſcoporum, per Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
73 Vita ſancti Martini Epiſcopi Turonenſis, per Seuerum Sulpitiū, & D. Bernardum ſcripta.
74 Vita Satyri fratris D. Ambroſij Mediolanenſis Epi per eundem ſcripta.
75 Vita Euſebij Samoſateni & Barſæ Ediſſeni Epiſcoporum, per Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
76 Vita Octoginta legatorum Orthodoxorum, per Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
77 Vita mulieris Orthodoxæ, Eulogij & Protogenis confeſſorum, per Caſsiodorum ſcripta.
78 Vita duorum Macariorum, Iſidori & aliorum Monachorum et cętera, per Caſsiodorum ſenatorē ſcripta.
79 Vita Aphraatis, Iuliani & aliorum monachorum, per Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
80 Vita Cæſarij fratris D. Gregorij Nazianzeni, per ipſum ſcripta.
81 Vita Gorgoniæ ſororis D. Gregorij Nazianzeni, per ipſum ſcripta.
82 Vita Gregorij epi patris D. Gregorij Nazianzeni, per eundem ſcripta.
83 Vita ſancti Baſilij Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi, per Gregorium Nazianzenum Epiſcopum, & Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
84 Vita D. Gregorij Naziāzeni Theologi, per Gregorium presbyterum, & Ruffinum Aquileienſem ſcripta.
85 Vita Marcelli Apamienſis epiſcopi, per Caſsiodorū ſenatorem ſcripta.
86 Vita Donati Beroenſis, Theotimi Tomitani, & Epiphanij Cypri Epo rū, p Caſsiodorum ſenatorē ſcripta.
87 Vita D. Meletij primum Sebaſteni, poſtea Antiocheni Epiſcopi, p Euſebium Cæſarienſem, Theodoretum Cyri Epiſcopum, ac Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.
88 Vita D. Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis, per Ruffinum presbyterū Aquileienſem, et Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.

Liber tertius.

89 Vita Barlaam & Ioſaphat confeſſorum, & aliorum ſanctorum monachorum agones et martyria, p Ioannem Damaſcænum ſcripta.
90 Vita Papiniani, Māſueti, Quoduultdeus Epiſcoporum, Sebaſtiani comitis, & aliorū martyrū, per D. uictorem Epiſcopum Vitenſem ſcripta.
91 Vita Deogratias Carthaginēſis Epiſcopi, Martiniani, Saturiani, Maximæ & aliorū confeſſorū, per D. Victorem Epiſcopū Vitenſem ſcripta.
92 Vita Eugenij & Cypriani Eporum, Læti martyris, & aliorum ſanctorū, per D. Victorem Epiſcopum Vitenſem ſcripta.
93 Vita Hortulani & Florentiani Eporum, Dionyſię, Maiorici, & aliorum ſanctorum, per D. Victorem Epiſcopum Vitenſem ſcripta.
94 Vita ſanctorū ſeptē martyrū apud Carthaginē ſub Hunerico rege paſſorū, per D. Victorē Epm ſcripta.
95 Vita Nepotiani presbyteri, per D. Hieronymū ſcripta.
96 Vita Nebridij iuuenis nobiliſsimi, per D. Hieronymū ſcripta.
97 Vita Aſellæ uirginis, per D. Hieronymū ſcripta.
98 Vita Leæ Abbatiſſæ, per D. Hieronymum ſcripta.
99 Vita Marcellæ uiduæ, per D. Hieronymum ſcripta.
100 Vita Bleſillæ uiduæ adoleſcentis Romanæ, p D. Hieronymū ſcripta.
101 Vita Paulinę pāmachij uxoris, per

D.Hieronymum scripta.

102 Vita Paulæ uiduæ Romanæ nobilissimę per D.Hieronymum scripta.

103 Vita Lucinij betici, per D. Hieronymum scripta.

104 Vita Fabiolæ nobilissimæ matronæ Romanæ, p D.Hierony. scripta.

105 Vita Bonosi Eremitæ, per D.Hieronymum scripta.

106 Vita D. Ioannis Chrysostomi Cõstantinopolitani, per Cassiodorum senatorem scripta.

107 Vita Attici Episcopi Constantinopolitani, per cassiodorũ senatorem scripta.

108 Vita Eunomij Episcopi Theodosiani, per cassiodorũ senatorem scripta

109 Vita Abdæ Episcopi apud Persas, Hormisdæ & aliorum sanctorũ, per cassiodorum senatorem scripta.

110 Vita Maruthæ Episcopi Mesopotameni, p cassiodorũ senatorẽ scripta.

111 Vita Acacij Epi, et Theodosij iunioris, per cassiodorũ senatorẽ scripta.

112 Vita Sisinnij Episcopi Constantinopolitani, per Cassiodorũ senatorem scripta.

113 Vita Procli Episcopi Constantinopolitani, per Cassiodorum senatorẽ scripta.

114 Vita D. Augustini Episcopi Hipponensis per Possidonium Episcopum Calamensem scripta.

Liber Quartus.

115 Vita Honorati Abbatis & Liberati monachi, per D. Gregorium Papam scripta.

116 Vita Equitij Abbatis, per D. Gregorium Papam scripta.

117 Vita Constantij Mansionarij eccle siæ sancti Stephani, per D.Gregoriũ Papam scripta.

118 Vita Nonnosi præpositi, & Anastasij Abbatis, per D.Gregorium papã scripta.

119 Vita Bonifacij Episcopi Ferentini, per D.Gregorium papam scripta.

120 Vita Fortunati Episcopi Tudertini, per D.Gregoriũ papam scripta.

121 Vita Seueri presbyteri prouinciæ Valeriæ, per D.Gregorium papam scripta.

122 Vita sancti Benedicti Abbatis per D.Gregorium papam scripta.

123 Vita sancti Paulini Nolani Episcopi, per D.Gregoriũ papam scripta.

124 Vita Sabini camisinæ ciuitatis epi, per D.Gregoriũ papam scripta.

125 Vita Andreæ Episcopi Fundanę ecclesię, per D.Gregoriũ papã scripta.

126 Vita Cerbonij Populonij Epi, p D. Gregorium papam scripta.

127 Vita sancti Herculani Epi Perusini & martyris, per D. Gregorium papam scripta.

128 Vita Isaac serui dei, per D.Gregorium papam scripta.

129 Vita Euthicij & Florentij seruorũ dei, per D.Gregoriũ papam scripta.

130 Vita Marcij Monachi de Monte Marsico, per D.Gregorium papam scripta.

131 Vita Monachi ex monte Argentario, per D.Gregoriũ papam scripta.

132 Vita alterius monachi Benedicti, p D.Gregorium papam scripta.

133 Vita presbyteri Prouinciæ ualerię, per D.Gregorium papam scripta.

134 Vita Abbatis Prænestini montis eiusq; presbyteri, necnon aliorum, per D.Gregorium papam scripta.

135 Vita Menæ Monachi, & martyriũ Quadraginta Rusticorũ, et aliorum per D.Gregorium papam scripta.

136 Vita Ermigildi filij Regis Vuisigothorum, per D.Gregorium papam scripta.

137 Vita Africanorum Eporũ, quorum linguæ a Vandalis abscissæ sunt, per D.Gregorium papam scripta.

138 Vita Eleutherij serui dei, p D.Gregorium papam scripta.

139 Vita Amantij presbyteri, p D.Gregorium papam scripta.

140 Vita sanctuli presbyteri, p D.Gregorium papam scripta.

141 Vita ſpei Abbatis, per D. Gregoriũ papam ſcripta.
142 Vita urſini presbyteri, per D. Gregorium papam ſcripta.
143 Vita Probi Reatini epiſcopi, per D. Gregorium papam ſcripta.
144 Vita Gallæ Patritiæ, per D. Gregorium papam ſcripta.
145 Vita Muſæ puellę, per D. Gregoriũ papam ſcripta.
146 Vita Stephani uiri dei, per D. Gregorium papam ſcripta.
147 Vita duorum Monachorũ Valeriæ Prouinciæ, p̃ D. Grego. papã ſcripta.
148 Vita Gerontĩ & Melliti monachorum, per D. Gregorium papã ſcripta
149 Vita Antonĩ, Meruli, & Ioãnis monachorum, per D. Gregoriũ papam ſcripta.
150 Vita Caſsĩ Narnienſis Epiſcopi, per D. Gregorium papam ſcripta.
151 Vita Romulę uirginis, per D. Gregorium papam ſcripta.
152 Vita Victorini alias Æmiliani monachi, per D. Gregoriũ papam ſcripta.
153 Vita Theophanĩ comitis, p̃ D. Gregorium papam ſcripta.
154 Vita ſeruuli Paralytici, per D. Gregorium papam ſcripta.
155 Vita ſanctæ Felicitatis martyris, per D Gregorium papam ſcripta.
156 Vita Tarſillæ & Æmilianæ, per D. Gregorium papam ſcripta.
157 Vita ſancti Malachiæ Epiſcopi, per D. Bernardum Abbatem ſcripta.
158 Vita Humberti monachi, per D. Bernardum abbatem ſcripta.
159 Vita Gerardi monachi, per D. Bernardum abbatem ſcripta.

Hucuſq; pie lector proceſſeramus, cũ ſanctorum uitas deſcriptas computantes ad Centeſimum quinquageſimum nonũ numerum aſcẽdere comperimus. Et quia Nonus numerus, i ſcripturis ſanctis pœnarum & dolorũ eſt, & ſemper ſequitur iuſtitiam, unde & Ezechiel in anno Nono ruinam Ciuitatis Hieruſalem à Babyloniis inferendam contemplatur, decreuimus in hoc numero non conſiſtere? unde & ſequentes quatuor uitas ſuperaddidimus, quę in totũ Centum ſexagintatrium ſummum conſtituunt. Vt ex quinquageſimo ter ducto, qui non ſolum ex ueteri ſcriptura, ſed & ex Euangelio, ubi Dominus dicit: Duo debitores erant fęneratori cuidam, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta, Non habentibus autem illis unde redderent, donauit utriſq; ; ad remiſsionem omnium pertinet peccatorum, tanquam ex bene iacto fundamento; & ex denario, qui propter Decalogum & ipſe perfectus eſt numerus, uelut ex parietibus; necnon ex ternario, qui propter beatiſsimæ, indiuiduæq; Trinitatis myſterium ſanctiſsimus eſt, ceu ex culmine & tecto, totius huius noſtri uoluminis integra fabrica conſiſtat.

160 Vita ſanctiſsimi Ioſeph Confeſſoris patris putatiui Domini noſtri Ieſu Chriſti p̃ diuerſos authores ſcripta.
161 Vita Nemeſiani, Felicis, Lucĩ, & aliorum Epiſcoporum &c. per S. Cyprianum Epiſcopum Carthaginenſem, & martyrem ſcripta.
162 Vita Moyſi & Maximi presbyterorum & aliorum Confeſſorum per ſ. Cyprianum Epiſcopum Carthaginenſem ſcripta.
163 Vita Celerini, & Aurelĩ Confeſſorum per. ſ. Cyprianum epiſcopũ Carthaginenſem ſcripta.

S. Andree folio. 23
Apolonij 48
Antonij abbatis 114
Antonij, Pauli &c. 131
Alexandri 134
Agnetis 151
Acholij 174
Athanasij 181
Aphraatis 235
Ambrosij 286
Asellæ 374
Attici 402
Abdæ 403
Acatij 405
Augustini 409
Andreæ Episcopi 441
Abbatis prænestini 448
Africanorum 451
Amantij 452
Antonij, meruli &c. 458
Barlaam 82
Babylæ 84
Basilij & Eupsichij 168
Basilij episcopi 254
Barlaam & Ioasaphat 297
Blesillæ 378
Bonosij 395
Bonifacij 424
Benedicti 428
Cipriani 62
Canti, Cantiani &c. 155
Cirilli &c 168
Cesarij 235
Constantij 413
Cerbonij 442
Casij 459
Celerini 493
Dionisij episcopi 100
Dorotheæ 106
Duorum monachorum 457
Donati 282
Deo gratias 355
Eustatij episcopi 135
Eusebij episcopi 165
Eusebij, Nectarij 167
Eleusij 168
Eusebij Samosateni &c. 230
Eugenij 357
Eunobij 403
Equitij 421
Euthicij 444
Ermigildi 450
Eleutherij 451
Frumentij 112
Fabiole 392
Fortunati 426
Fœlicitatis 464
Geruasij 74
Gordij 78
Gregorij episcopi 101
Gorgoniæ 241
Grego. episcopi pater. Greg. nazanzeni. 245
Grego. nazan. 271
Galle 456
Gerontij 458
Gerardi 486
Helene 111
Hilarionis 155
Hortulani 362
Honorati abbatis 419
Herculani 442
Humberti 484
IESV Christi 1
Ioannis apostoli 14
Iacobi maioris 22
Iacobi minoris 22
Ignatij 35
Iustini 56
Iulite 81
Iac. episcopi nisibensis 165
Iuuentini 171
Ioan. Chrisostomi 395
Isaac serui dei 443
Ioseph 489
Lucæ 32
Laurentij 66
Leotij 204
Lee 375
Lucinij 391
Marci euangeliste 30
Metrani 49 Mamantis 76
Mulieris captiue 113
Malchii monachi 162
Marci episcopi 167
Macedonij 167
Macarij Isidori 179
Macarii alter 232
Martini episcopi 205
Mulieris ortodoxæ 231
Marcelli episcopi 281
Meletij 282
Marcelle uidue 375
Maruthe 404
Marcij monachi 445
Monachi ex monte 446
alter. Monachi 447
Mene monachi 448
Musæ puelle 406
Malachie episcopi 467
Moysi & Maximi 492
Narcisi 48
Nicolai episcopi 139
Nepotiani 368
Nebridii 373
Nonosii 491
Nemesiani 423
Octoginta legatorum 231
Petri & Pauli 10
Pauli 11
Policarpi 38
Ptolemei &c. 42
Potamiane 47
Panteni 48
Pauli primi eremitę 71
Petri, dorothei &c. 97
Phileæ episcopi 103
Publiæ &c. 170
Presidis Beroensis 173
Philogonij episcopi 176
Papiniani 353
Pauline 372
Paulæ uiduæ 382
Procli episcopi 407
Paulini nolani 440
Presbyteri pro. ual. 447
Probi reatini 455
Romule uirginis 461
Stefani 25
Simeonis filij Cleophe 34
Sanctorū septem macha. 51
Sanctorum quadraginta 59
Siluanii 107
Simplicis, paphnucij. 109
Simeonis archiepiscopi 136
Satiris 223
Sanctorum septem mar. 367
Sisinij episcopi 407
Seueri presbi. 428
Sabini 441
Sanctuli 452
Spei 455
Stefani uiri dei 457
Seruuli 463
Teclæ 40
Theasanij 462
Tarsille 46
Virginis mariæ
Vetij 4.
Vincentis mar. 6.
Vitalis & Agricole 71
Vrsini 455
Valerie 457
Victorini 46
Vrsacij 164

CATALOGVS EARVM RERVM QVÆ IN SEQVENTIBVS SANCTORVM VITIS CONTRA Hæreticos noſtri temporis pro catholicorum dogmatum ueritate aſtruuntur, & uelùti robuſtiſsimis propugnaculis fulciuntur.

SEPTEM ECCLESIAE SACRAMENTA.

1 De ſeptem eccleſiæ ſacramentis non eſt aliud conſtituendum, & docendum, q̃ ritus uniuerſalis Eccleſiæ habeat.
In uita S. Malachiæ ep̃i. Fol. 467. ſc. 5. 13.

BAPTISMVS.

1 Baptizandi antiquitus per multos dies ante ieiunijs, & orationibus p̃parabant.
In uita Barlaam & Ioſaphat. 297. ſco. 33.
2 Paruulis adhiberi baptiſmum in ſalutem. Et pueros eſſe baptizandos, baptiſmũq̃ paruulorum non ſolum tempore Nicolai Papæ primi ut quidam fingunt, ſed etiam ab initio naſcentis eccleſiæ fuiſſe.
In uita Muſæ Puellę 456. ſco. 1.
3 Rite baptizatum non debere iterum baptizari.
In uita D. Athanaſii epiſcopi. 181. ſco. 8.
4 Ritus, qui ex conſuetudine eccleſiæ in baptiſmo adhiberi ſolent, obſeruãdos eſſe.
In uita D. Athanaſii Epiſcopi. 181. ſco. 9.

CONFIRMATIO.

1 Confirmationem eſſe eccleſię ſacramentum, & in uſu antiquis patribus fuiſſe, ſanctumq̃ & uenerabile exiſtere.
In uita S. Malachię epiſcopi. 467. ſco. 4. 6.

EVCHARISTIA.

1 In Euchariſtia ritę conſecrata uerũ Chriſti corpus & ſanguinem contineri.
In uita S. Andreę apoſtoli 23. ſco. 1.
In uita B. Philogõij ep̃i. 176. ſc. 12. 20. 22. 23.
In uita S. Martini epiſcopi 205. ſco. 36.
In uita Satyri fratris D. Ambro. 223. ſc. 4. 5.
In uita D. Ambroſii epiſcopi 286. ſco. 3.
In uita Barlaã & Ioſaphat cõf. 297. ſc. 22. 34.
In uita S. Benedicti abbatis 428. ſco. 17.
In uita Caſsii Narnienſis ep̃i 459. ſco. 12.
In uita S. Malachię epiſcopi 467. ſco. 7. 32. 2.
2 Ad dignam ſumptionem ſanctiſsimę Euchariſtię non ſufficere ſolam fidem, ſed opus eſſe etiam munda conſcientia.
In uita S. Stephani protomarty. 25. ſco. 9.
In uita D. Philogonii epiſcopi. 176. ſc. 13. 14. 18. 19. 21.
In uita S. Malachiæ epiſcopi 467. ſco. 35.
3 Communionem ſub utraq̃ ſpecie non eſſe neceſſariam ut aiunt hæretici.
In uita Caſsii ep̃i Narnienſis 459. ſco. 12.
4 Euchariſtiam adorandam eſſe
In uita Barlaam & Ioſaphat 297. ſco. 35.

POENITENTIA.

1 Confeſsio ſacerdotalis antiquis patribus fuit in uſu.
In uita Eugenii & Cypriani epiſcoporum 357. ſco. 1.
In uita S. Malachiæ epiſcopi 467. ſco. 4. 30.
In uita D. Ambroſii epiſcopi 286. ſco. 22.
2 Operis ſatisfactio requiritur ad ſalutẽ peccatoris, nec prodeſt ſola Chriſti paſsio, aut credere culpam ſibi remitti.
In uita ſcõrũ apſtorũ Petri & Pau. 10. ſc. 14.
In uita B. Philogonii epiſcopi. 176. ſc. 16. 17.
In uita S. Martini epiſcopi 205. ſco. 18.
In uita Gorgonię ſororis Naziazeni. 241. ſcolio. 5.
In uita D. Ambroſii epiſcopi. 286. ſc. 6. 7. 23.
In uita Barlaam & Ioſaphat confeſſorum. 297. ſco. 14. 15. 51. 59.
In uita Paulę uiduę 382. ſco. 7.
In uita Fabiolæ nobiliſsimę Matronę Romanę. 392. ſco. 3. 4.
In uita Eleutherii ſerui dei 451. ſc. 3.
In uita Caſsii Narnienſis ep̃i 459. ſco. 14.
In uita Victorini Monachi 462. ſco. 1. 2. 3.
In uita S. Malachię epiſcopi 467. ſco. 30.
3 Veram pœnitentiam non eſſe duntaxat nouam uitam, ſed cum ea dolorem de peccatis commiſsis, & firmum propoſitum de non committendis in futurum.
In uita Barlaam & Ioſaphat confeſſorum 297. ſco. 14. 15. 59.
In uita Fabiolę nobiliſsimę matronę Romanæ. 392. ſco. 3.
In uita Eleutherii ſerui dei 451. ſco. 3.
In uita Victorini monachi 462. ſco. 2.

EXTREMA VNCTIO.

1 Extremam unctionem esse Ecclesiæ sacramentū, per eam conferri gratiam, ac remitti peccata.
In uita sĉti Malachiæ epī. fo. 467. sc. 29. 42.

ORDO SACER.

1 In ordine Ecclīastico diuersos eē gradus.
In uita Symeonis archiepiscopi Seleuciæ, & aliorum. 136. scholio. 3
In uita D. Athanasij episcopi. 181. scho. 10.
In uita. s. Martini Episcopi. 205. scho. 1. 37.
In uita. s. Basilij Episcopi. 254. scho. 3.
In uita Nepotiani p̄sbyteri. 368. scho. 6. 11.
In uita Celerini, & Aurelij cōf. 493. sch. 3. 5
2 Episcopalis dignitas sup oēs gradº ecclię.
In uita D. Marci Euangelistæ. 30. scho. 12.
3 Episcopos & sacerdotes esse Regibus & principibus superiores, & in his quæ ad salutem spectant animarū magis eis diuina autoritate collatam esse eorū, quæ in terra fiūt, curā, q̄ secularibus principibº.
In uita. s. Babylæ Ep̄i, & marty. 84. sc. 2. 15.
In uita: s. Antonij Abbatis. 114. scho. 23
In uita. s. Martini Episcopi. 205. scho. 10
In uita Grego. patris Nazian. 245. sch. 10.
In uita s. Malachiæ Episcopi. 467. sch 15
4 Non omnes fideles ex æquo esse sacerdotes, ut quidem nunc mentiuntur.
In uita D. Ambrosij Episcopi. 286. sch. 1. 8
In uita Casij Narnienſis Epis. 459 sch. 3.
5 Antiquus Ecclesiæ in ordinandis Clericis mos fuit, ut super eorū moribus & meritis populus prius ferret testimonium.
In uita Celerini & Aurelij cōf. 493. scho. 4
6 Nullum sacro ordine & superiorum potestate carentem prædicare posse.
In uita Equitij Abbatis. 421. scho. 4.

MATRIMONIVM.

1 Facto diuortio ex causa fornicationis, nō licere utriq; aut alteri coniugem noua inire matrimonia, diem alter uiuat.
In uita Fabiolæ nobilissimæ matronæ Romanæ. 392. scholio. 1. 2
2 Episcopos, & sacerdotes nō debere eē cōiugatos, nec fœminarū habere cōsortia.
In uita. s. Ioan Apostoli & euang. 14. sc. 10.
In uita. s. Iacobi minoris Apostoli. 22. sc. 2
In uita D. Lucæ Euangelistæ. 32. scho. 1
In uita Metrani, Cointæ, & aliorū. s. 49. sc. 1
In uita Gregorij Epi Neocæsa. 101. scho. 6
In uita Phileæ epī, Philoro. & alio. 103. sc. 2
in uita. s. Nicolai Episcopi. 139. scho. 4
in uita B. Philogonij Episcopi. 176. scho. 6
in uita. s. Martini Episcopi. 205. scho. 16
in uita D. Greg. Nazian. Theo. 271. sc. 4. 11
in uita Nepotiani presbyteri. 368. scho. 7
in uita Marcellæ uiduæ. 375. scho. 6
in uita Sisinnij epī constant. 407. scho. 2
in uita Andreæ epī Fundane ec. 441. sc. 1. 2
in uita Aphricanorum epoꝝ. 451. scho. 1
in uita Vrsini presbyteri. 455. scho. 1
in uita. s. Malachiæ episcopi. 467. scho. 16
in uita D. Augustini episcopi. 409. scho. 8

FIDES ET OPERA.

1 Non sufficere solam fidem ad salutē, sed etiam bona opera requiri.
in uita D. Nostri Iesu Christi. 1. scholio. 2
in uita sctōrū Apl̄o. Petri & Pauli. 10. sc. 13
in uita. s. Ioannis apost. & euange. 14. sch. 6
in uita sctōrū septē Machabeo. 51. scho. 6
in uita s. Cypriani epī & marty. 62. scho. 4
in uita. s. Laurentij martyris 66. scho. 2. 3
in uita. s. Mamantis martyris. 76. scho. 5
in uita Alexandri constant. epī. 134. sch. 1
in uita B. Philogonij epī 176. scho. 3. 4. 15.
in uita D. Greg. Nazianzeni th. 271. sc. 10. 13
in uita Barlaam & Ioſaphat cōfessorum. 297. scholio. 6. 8. 9. 10. 11. 13. 28. 39. 46
in uita Paule Viduæ. 382. scho 10. 15
in uita Equitij Abbatis. 421. scho. 5
in uita Nonosi Præpositi, & Anastasij Abbatis. 423. scholio. 1
in uita Eleutherii serui Dei. 451. scho. 3
in uitā spei Abbatis. 455. scho. 1
iu uita Casſii Narnienſis epī. 459. sch. 1. 13
in uita seruuli paralytici. 463. scho. 3
in uita Nemesiani, Felicis, Lucii & aliorum. 491. scho. 4
in uita Moysi, & Maximi presby. 492. sc. 1
in uita D. Augustini episcopi. 409. scho. 2
2 Fides, qua quis firmiter credit, & certo sta tuit sibi remissa esse peccata, uel regnum cœlorū consequuturum ad quam moderni heretici fingūt omnes christianos teneri improbatur, esto quod firma & certa spe expectare debeamus, & hic per sacramentum Baptismi, & pœnitentiæ, peccatorum remissionem, & in futuro seculo uitam æternam.
in uita sancti Eusebii epī Vercellē. 165. sc. 1
in uita Barlaā & ioſaphat cōf. 297. sc. 14. 43
in uita Antonii, Meruli, & Ioannis Monachorum. 458. scho. 1

In uita Victorini monachi. 462. scho. 4
In uita Tarsillæ, & Aemilianæ 465. sc. 9
3 Ea fides tenēda, quæ à seculo prædicatur, & quam sancti p̄cedentes professi sunt, oēsq; in toto mundo constitutæ seruant ecclesiæ, & non quæ à paucis, & ne unā quidem syllabā de diuinis dogmatibus corrumpi patiendum est.
In uita D. Athanasij episcopi 181. sc. 29
In uita D. Basilij episcopi 254. scho. 14
In uita Barlaā & Ioasaphat cōf. 297. sc. 30. 37
4 Vestem nuptialem, quam non habuit expulsus à conuiuio, non esse fidem solā.
In uita Barlaā & Ioasaphat confes. 297. sc. 12

MERITVM

1 Sanctos & oēs fideles, qui Dei mandata rite seruauerint, meritū habere apud deū omnipotentem, & reddi illis tanquam iustam mercedem uitam æternam.
In uita. s. Apl̄orū Petri & Pa. 10. s. 6. 8. 10 13
In uita. s. Quadraginta martyrum 59. sc. 2
In uita. s. Laurentij martyris 66. sch. 5
In uita. s. Vitalis & Agricolæ mar. 75. sc. 1
In uita sanctæ Iullitæ mar. 81. sch. 2
In uita Phileæ episcopi, Philoromi, & aliorum. 103. scho. 3
In uita. s. Antonij abbatis. 114. sc. 15. 27
In uita s. Nicolai Episcopi 139. sch. 10
In uita D. Philogonij episcopi. 176. sc. 4. 23
In uita Cæsarij fratris Naziāzeni 235. sc. 4
In uita D. Gregorij Naziā. Theo. 271. sc. 14
In uita Barlaam & Ioasaphat confessorum 297. scho. 2. 32. 71. 73
In uita Bonosi Eremitæ. 395. scho. 2
In uita Nonnosi præpositi, & Anastatij abbatis 423 scho. 1
In uita Seueri presbyteri 428. scho. 2
In uita. s. Benedicti abbatis. 428. sch. 18
In uita Isaac serui Dei 443. scho. 1
In uita Ermigildi filij regis Vuisegothorū 450. scho. 3.
In uita Gallæ patritiæ 456. scho. 1
In uita Cassij Narnienſis epi 459. sc. 9
In uita seruuli paralytici. 463. scho. 1
In uita. s. Malachiæ episcopi 467. sc. 36
In uita Gerardi Monachi 486. sch. 4
In uita Nemesiani, Felicis, Lucij, & aliorū 491. scho. 1. 2
In uita D. Ambrosij epi 286. sch. 12. 14. 15

MISSA

1 Missæ uocabulum non esse nouitium inuentum, ut mentiuntur hæretici.
In uita D. Athanasij episcopi 181. scho. 32
In uita Barlaā & Ioasaphat confes. 297. sc. 38
In uita Attici Episcopi Constantinopolitani 402. scho. 2
In uita Cassij Narniēsis epi 459. sch. 11
In uita. s. Malachiæ epi 467. sch. 40
2 Missam esse sacrificium.
In uita. s. Andreæ apostoli 23. scho. 1
In uita. s. Martini episcopi 205. sc 13. 27
In uita Barlaā & Ioasaphat cōf. 297. sc. 22. 72
In uita Cassij Narniēsis epi. 459. sc. 2. 4. 6. 8
In uita. s. Malachiæ episcopi 467. sch. 45
In uita Nemesiani, Felicis, Lucij, & aliorū. 491. scho. 3
In uita Celerini & Aurelij confessorum. 493. scholio. 1
In uita D. Ambrosij episcopi 286. scho. 9
In uita D. Augustini episcopi. 409. scho. 12
3 Missam prodesse animabus defunctorum
In uita. s. Benedicti abbatis 428. sch. 14
In uita. s. Malachiæ episcopi. 467. sc. 7. 45
In uita D. Augustini epi 409. scho. 12

MISSA

4 Missam ualere ad remissionē peccatorū.
In uita Cassij Narniēsis epi 459. sch. 5
5 Missas priuatas antiquo tpe fuisse in usu.
In uita D. Ambrosij epi 286. scho. 9

ECCLESIA CATHOLICA

1 Ecclesiæ propriū est, unā & integrā esse, ludæorum & Hæreticorū in partes scindi.
In uita. s. Mamantis marty. 76. sch. 4
2 Ecclesiā posse facere cōstitutiōes obligatorias in cōsciētia ēt extra casum scādali
In uita. s. Malachiæ epi 467. scho. 25
3 Regula Ecclesiastica est, nō oportere p̄ter Roma. Pōtificis sniam Cōcilia celebrari.
In uita D. athanasij episcopi 181. sc. 15
4 Concilij generalis autoritas.
In uita D. Ioannis Chrysostomi. 395. scho. 7
5 Quæ in uno Concilio statuta sunt, nō debere in alio mutari, aut retractari.
In uita D. athanasij episcopi 181. sc. 16
6 Esto qs rectā fidē i Deū hēat, si tñ i eiº Ecclesiā nō teneat, pro infideli habebitur.
In uita Satyri fratris D. ambrosij 223. sc. 7

EXCOMMVNICATIO

1 Fuisse antiquis patribus excōicationes in usu, & hi, quibus infligebantur, summo-

pere illas timebant.
In uita D. Ambrosij episcopi. 286.scho.4
In uita D.Ioannis Chrysostomi. 395.sc.13.
In uita.s.Benedicti Abbatis. 428.sch.14.
2 Excommunicatos non debere participare Ecclesiastica sepultura.
In uita.s.Benedicti abbatis. 428.sch.14.

PAPATVS

1 Romana Ecclesia propter sedem Petri iurisdictionem habere super omnes Ecclesias mūdi. Et quod dicitur de Romana Ecclesia intelligit de summo Pontifice.
In uita D.Ioannis Euāgelistæ. 14.sch.9.
In uita D.Athanasij Epis 181.sc.15.23.
In uita Satyri fratris D.Ambrosij. 223.sc.6.
In uita Eugenij & Cypriani eporū.357.sc.2
In uita Procli epi cōstātinopo. 407.sc.1.3
In uita s.Malachiæ Episcopi.467.sc.13.20.
2 Romā eē tutissimū Xpianę cōtionis portū.
In uita Marcellæ uiduæ. 375.scho.4.
3 Petrū Rōę fuisse,& ibi martyrio coronatū
In uita.s.Aplorū Petri & Pauli.10.sc.1.4.9.11
In uita D.Marci Euangelistæ. 30.sch.1 2.
In uita Abbatis Prenestini mōtis.448.sc.2
4 Liberium Ro.Pont.uirum fuisse sanctissimum,& Christianissimum.
In uita D.Athanasij Epi. 181.sch.24.

SACRA SCRIPTVRA

1 In differēdis,uel adducēdis sacris scripturis nō eē recedēdū ab usu sanctorū antiquorū patrū,& fugiēdas eē uocū nouitates.
In uita Episcopi simplicis, Paphnutij, & spiridionis. 109.scho.1.
2 Diuinorū librorū intelligentiā non expropria temeritate & psumptione hauriēdā esse,sed ex maiorū scriptis,& auctoritate qui intelligendi regulam ex Apostolica successione susceperunt.
In uita Macarij,Isidori,& aliorū 179.sch.2
In uita Paulæ Viduæ 382 scho.11
In uita.s.Malachiæ Epi 467.scho.1
In uita.s.septē Machabæorum 51.sch.12
3 Qui opere implet mādata Dei, meret sanctarum scripturarum intelligentiam.
In uita Marcellæ uiduæ 375.scho.1
In uita Spei Abbatis 455.scho.1
4 Secundam Epistolam Petri illius esse.
In uita.s.Apostolorū Petri & Pau. 10.sc.2
5 Epistolam ad Hebræos esse Apostoli Pauli,& ab Ecclesie uniuersali fuisse pro tali receptam.
In uita.s.Apostolorū Petri & Pauli.10.sc.3
6 Epistolā secūdam & tertiam Ioannis apostoli illius esse.
In uita.s.loānis apostoli,& Euēge. 14.sc.1
7 Epistolam Iacobi Apostoli illius esse.
In uita.s.Iacobi minoris apostoli 22.sc.3
8 Apocalypsim Ioannis apostoli illius esse.
In uita Iustini philosophi,& mar. 36.sch.1
9 Liber Machabæorum commendatur.
In uita.s.septem Machabæorum 51.sc.3
10 Studium liberalium disciplinarū non esse Christianis inutile aut a scholis explodē dum sicut garriunt hæretici.
In uita D.Lucæ Euangelistæ 32.sc.2
In uita.s.Basilij episcopi 254.sch.1
In uita D.Gregorij Nazianzeni 271.sc.4
In uita D.Augustini epi 409.sch.1

TRADITIONES PATRVM

1 Ecclesiæ fidem & instituta a sanctis Apostolis tradita fuisse.
In uita D.Ioannis euangelistæ 14.sch.11
In uita D.Marci euangelistæ 30.sch.3.12
In uita Pātęni doctoris Alexādrini.48.sc.1
In uita duorū Macarior,Isidori &c.232.s.7
2 Seruatas fuisse iā ab initio ecclesię apostolicas traditiones sine scripto.
In uita.s.Ignatij martyris 35.scho.1
3 Patrū antiquorū traditiones seruādas esse.
In uita.s.Antonij abbatis 314.sch.29
In uita.s.Malachiæ episcopi 467.sch.3.25
In uita.s.Ambrosij episcopi 286.scho.9.

CEREMONIAE

1 Ceremonias ecclesiæ obseruandas esse.
In uita Pauli eremitæ. 71.sch.3
In uita D.Athanasij episcopi. 181.scho.9
In uita Nepotiani presbyteri 368.sch.9
2 Oratio,& uigiliæ,& quo res sunt deo placentes,ac hominibus utiles, non superfluæ,& sine fructu,necnon ualentes oīa impetrare à Deo.
In uita D.nostri Iesu Christi 1.sch.1
In uita.s.Iacobi minoris apostoli 22.sc.2
In uita.s.Stephani protomartyris. 25.sch.3
In uita D.Marci euangelistæ 30.sc.12
In uita.s.Polycarpi episcopi,& martyris. 38.scholio.2.3
In uita.s.Cypriani epi & mar. 62.scho.8
In uita.s.Gordij martyris 78.scho.5
In uita Dionysij episcopi alexandrini, & aliorum 100.scho.1
In uita Greg.epi Neocęsariēsis.101.sc.1.4.5

In uita mulieris captiuæ. 113.scolio.4
In uita S.Antonij Abbatis.114.scolio.3.6.9.11.14.21.27.
In uita Alexandri Constantinopolitani Episcopi. 134.scolio.2
In uita S.Nicolai epi. 139.sc.2.3.5.8.13.22.23
In uita S.Agnetis Virg.& marty. 151 sco.2
In uita sanctorum Iuuentini, & Maximi martyrum. 171 scolio.1
In uita D.Athanasij episcopi. 181.scolio.2
In uita sancti Martini episcopi.205.scolio.12.15.25.29.30.
In uita mulieris orthodoxæ. Eulogij.&c. 231.scolio.3
In uita duorũ Macariorũ Isidori &c.232.s.1
In uita Gorgoniæ sororis Naziãzeni.241.scolio.3.5
In uita Gregorij pris Naziãze.245.sc.2.7.9
In uita S.Basilij episcopi. 254.sco.7
In uita D. Gregorij Nazianzeni Theologi. 271.scolio.7
In uita Donati, Theotimi, & Epiphanij episcoporum. 282.scolio.1
In uita D.Ambrosij episc.286.sc.2.10.13.20
In uita Barlaam & Iosaphat confessorum. 287.scolio.40.41.45.47.49.
In uita Asellæ Virginis. 374.scolio.3
In uita Maruthæ epi mesopota. 404.sc.1
In uita Acacij episcopi & Theodosij iunioris. 405.scolio.1
In uita Equitij Abbatis. 421 sco.1
In uita Nonosi præpositi,& Anastasij Abbatis. 423 scolio.1.2
In uita Bonifacij episcopi Ferẽtini.424.sc.1
In uita Fortunati epi tudertini. 426.sco.2
In uita seueri presbyteri. 428.sco.1
In uita S.Bñdicti ab.428.sc.1.8.10.21.25.27
In uita Isaac serui dei. 443.sco.2
In uita Eleutherij serui dei. 451.scolie.1
In uita Amantij presbyteri. 452.scolio.1
In uita Cassij Narniẽsis epi. 459.scolio.13
In uita Tarsillæ & Aemilia. 465.sc.1.2.6.7
In uita sancti Malachiæ episcopi.467.scolio.12.17.19.31.33
In uita Celerini,& Aurelij cõf. 493.sco.6
In uita D.Augustini episcopi. 409.sco.2
3 Horæ Canonicæ,nocturnæ, & diurnæ.
In uita S.Nicolai episcopi. 139 sco.14.
In uita Eulesij & Titi eporum. 168.sco.4
In uita Barlaã & Iosaphat.cõf. 297.sc.64
In uita psbyteri Prouincie ualerię.447.sc.1
In uita S.Malachiæ episcopi. 467.sc.3.9
In uita Humberti monachi. 484.sco.3
4 Humi cubitationes antiqs sctis in usu fuisse,& ualere ad obtinendũ aliqd à Deo.
In uita D.Marci Euangeliste. 30.sco.12
In uita sancti Cypriani episcopi & martyris. 62.sco.7.8
In uita S.Antonij abbatis. 114.sco,4
In uita S.Nicolai episcopi. 139.sco.18
In uita S.Hilarionis abbatis. 155.sco.7
In uita Greg.patris Mazianzeni. 245.sco.9
In uita S.Basilij episcopi. 254.scolio.7
5 Cantus in Ecclesia antiquitus fuit in usu psal modia,& hymnorum recitatio.
In uita D.Marci Euangelistæ. 30 sco.7.12
In uita D.Ambrosij episcopi. 286.sco.10
In uita S.Symeonis Cleopæ filij. 34.sco.1
In uita S.Ignatij martyris. 35.sco.3
In uita Phileæ epi,Philoro,& alio.103.sc.1
In uita S.Nicolai episcopi. 139 scolio.19
In uita D.Athanasij epi. 181.sco.2.17.27.28
In uita S.Martini Episcopi. 205.scolio.11.
In uita Gorgõiæ sororis Naziã. 241.sc.4.5
In uita Grægorii patris Nazian. 245.sco.2
In uita S.Basilij episcopi. 254.sco.6
In uita Asellæ Virginis. 374.scolio.5
In uita D.Ioannis Chrysosto. 395.sco.4.11
In uita Acacij epi,&Theodo.iun.405.sc.6
In uita Spei Abbatis. 455.scolio.2
In uita duorum monachorum Valeriæ Prouinciæ. 457.scolio.2
In uita Antonij,Meruli,& Ioannis Monachorum. 458.scolio.2
Iu uita Romulæ Virginis. 461.sco.3
In uita S.Malachiæ episcopi. 467.sco.3
In uita Humberti monachi. 484.sco.3
6 Orare cum genuflexione, & capitis detectione, siue totius corporis prostratione, necnon cum lachrymis.
In uita 5.Aplorũ Petri & Pauli. 10.sco.14
In uita S.Iacobi mino.apostoli. 22.sco.2
In uita S.Stephani. 25.scolio.1.7
In uita Pauli primi Eremitæ. 71.sco.3
In uita Grego.epi Neocæsariẽsis.101.sco.3
In uita Helenæ Constantini mris. 111.sc.1
In uita S.Antonij abbatis.114.sco.17.18.25
In uita S.Martini Episcopi. 205.sco.14 24
In uita Gorgonię sororis Naziã.241.sc.3.5
In uita Barlaã et Iosaphat cõf.297.sc.49.65
In uita Asellæ Virginis. 374.scolio.7
In uita S.Benedicti abbatis. 428.scolio.2
7 Litaniarum in Ecclesia antiquus usus, similiter & Antiphonarum decantatio.
In uita Greg.epi Neocæsariẽsis. 101.sco.2
In uita S.Ignatij epi & marty. 35.sco.2
In uita D.Ambrosij episcopi. 286.sco.10.
8 Orare cum manuum extensione, & oculorum ad cœlum eleuatione.
In uita Pauli primi Eremitæ. 71.scolio.3

In uita S. Antonii Abbatis 114.sco.18
In uita S. Nicolai episcopi 139.scolio.9
In uita S. Hilarionis abbatis 155.sco.13
In uita S. Benedicti abbatis 428.sco.22
In uita D. Ambrosij episcopi 286.sco.24
9 Orare. ante cibum Christianus mos.
In uita S. Antonii abbatis 114.sco.21
10 Benedictiones rerum, & consecrationes licitas esse, & antiquis patribus in usu fuisse, similiter & dedicationes ecclesiarum, & cemiteriorum benedictiones.
In uita D. Luce Euangelistæ 32.sco.6
In uita Narcisci Hierosolymorũ epi 48.sc.1
In uita S. Hilarionis abbatis 155.sc.12.13
In uita D. Athanasii episcopi 181.sc.11.14
In uita S. Martini epi 205.sco.6.21.22.23
In uita Barlaã & Iosaphat cõf 297.sc.53
In uita Eugenij, & Cypriani epo. 357.sc.3.5
In uita Fortunati epi Tudertini 426.sc.1.3
In uita Menæ Monachi 448.sco.2.3
In uita sanctuli presbyteri 452.sco.1
In uita sancti Malachiæ episcopi 467 scolio.22.23.25.27.28 39.
11 Signare se, uel alias creaturas signo crucis, & fidem habere ad Dominũ, murus est inexpugnabilis, quo etiam demones effugantur, & magna miracula patrant.
In uita S. Antonii abbatis 114.sco.7.12
In uita S. Hilarionis abbatis 155.sco.6
In uita Barlaã et Iosaphat cõf. 297.sc.50.67
In uita Equitij abbatis 421.scolio.3
In uita S. Benedicti abbatis 428.scolio.7
12 Accendere in die luminaria, & habere etiam in nocte in Ecclesijs, & ante sanctorum tumulos, antiquus mos fuit.
In uita S. Nicolai episcopi 139.sco.28
In uita Barlaã & Iosaphat cõf. 297.sco.77
In uita D. Ioannis Chrysostomi 395.sc.8.12
In uita Constantij Mansionarij 423.sco.1
In uita Abbatis Prænestini mõtis 448.sc.3
In uita Menæ Monachi 448.sco.2.3
13 Episcopos electos, & sacerdotes sacro oleo solere inũgi ãtiquus mos ẽ in eccl'ia.
In uita S. Nicolai episcopi 139.sco 15
14 Episcopos & p̃sbos solere alijs bñdicere.
In uita S. Antonij abbatis 114.sco.23
15 In Ecclesia congregari seorsum uiros, & seorsum fœminas.
In uita D. Marci Euangelistæ 30.sco.12
16 Palliũ antiqs Archiepis p̃ sedẽ Aplicã solere cõcedi, et fuisse i magna ueneratióe.
In uita S. Malachiæ episcopi 467.sc.20.38.

HABITVS.

1 Vestitus simplicitas, utilitas, & asperitas antiquis sanctis fuit in usu.
In uita S. Iacobi minoris apostoli 22.sco.2
In uita Mulieris captiuæ 113.sco.1
In uita S. Antonii abbatis 114.sco.14.33
In uita S. Nicolai episcopi 193.sco.5.16
In uita S. Martini episcopi 205.sc.15.24.30
In uita Gorgoniæ sororis Naziã. 241.sco.5
In uita S. Basilij episcopi 254.sco.7
In uita Nepotiani presbyteri 368.sco.3
In uita Asellæ Virginis 374.scolio.3.4.

IEIVNIA.

1 Ieiunium non esse humanã traditionẽ, nõ rẽ superstitiosam, nõ inutilẽ ad p̃meredũ aliqd à Deo, ut dicit qdã hoc tempore.
In uita sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ. 14.scolio.5.12
In uita Sanctorum Geruasij & Prothasii martyrum 74.scolio.2
In uita mulieris captiuæ 113.sco.2
In uita S. Antonij abbatis 114.sco.9
2 Ieiunia ualere ad refrenãdã carnis lasciuiã.
In uita S. Malchi monachi 162.sco.1
3 Ieiunia faciũt ad ipetrandã ueniã pctorũ.
In uita sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ 14.sco.4
In uita S. Cypriani epi & mar. 62.scolio.7
In uita Barlaã & Iosaphat cõf. 297.sco.51
4 Ieiunia ad libitũ cũ abstinent ia & ciborũ delectu antiquis sanctis frequentissima.
In uita sctissimæ dei Genitricis 5.sco.1
In uita D. Ioannis Euangelistæ 14 sco.7
In uita S. Iacobi minoris apostoli 22.sco.1
In uita D. Marci Euangelistæ 30.sco.9.12
In uita S. Vetij Pagati & aliorum 43.sco.13
In uita Pauli primi Eremitæ 71.sco.2
In uita S. Gordij martyris 78.sco.5
In uita epi simplicis, Paph. & spiri. 109.sc.2
In uita S. Antonij abb. 114 sco.5.6.11.14.16
In uita S. Nicolai episcopi 139.sco.2.5.13.17
In uita D. Athanasij episcopi 181.sco.2
In uita S. Martini epi 205.sco.2.12.15.29
In uita Gorgoniæ sororis Naziã. 241.sc.3.5
In uita Grego. patris Nazianzeni 245.sc.2
In uita S. Basilii episcopi 254.sco.7.9
In uita D. Greg. Naziãzeni theo. 271 sco.3
In uita D. Ambrosij Episcopi 286 sc.2.20
In uita D. Augustini epi 409.sco.2
5 Ieiunium Quadragesimæ semper fuit in maxima obseruantia.
In uita dñi nostri I E S V Christi 1.sco.1
In uita S. Quadraginta marty. 59.sco.3
In uita S. Geruasij & Protha.m. 74.sco.1
In uita epi Simplicis, Paphnu. & sp. 109.s.2.

In uita Asellę uirginis 374.sco.6
6 Ieiunium sacratissimi sabbati paschalis.
In uita Eleutherii serui Dei 451.sco.2
7 Ieiunium quartę & sextę ferię.
In uita .S.Nicolai Episcopi 139.sco.1
In uita Agacii Episcopi & Thodosii iunioris 405.sco.4
8 Maior hebdomada tota antiquitus ieiunabatur, & appellabatur septimana ieiuniorum
In uita Procli Epi Cōstātinopol. 407.sc.2
9 Ieiunium in septimana post Pentecostem ex apostolica esse traditione.
In uita D.Athanasii Episcopi 181.sc.21

FESTI DIES.

1 Non omnes dies equales esse, sed alium alio celebriorem,& sanctiorem esse.
In uita D.Philogonii episcopi 176.sc.10
In uita Gregorii patris Naziēzeni 245. sc.4
In uita.S.Benedicti Abbatis 428.sc.5
2 Vltra diem dominicum antiqui patres etiam alia festa celebrabant.
In uita sanctorum Petri,Dorothei,& aliorum martyrum 97.sco.1
3 Paschę antiquissima solennitas, & maximę uirtutis.
In uita Pauli primi eremitę 71.sco.6
In uita sanctorum Petri,Dorothei, & aliorum martyrum 97.sco.4
In uita Symeonis archiepiscopi Seleuciæ & aliorum 136.sco.2
In uita Philogonij episcopo 176.sco.9
In uita D.Athanasii episcopi 181.sc.19.26
In uita Gregorii pris Naziāzeni 245.4 5.6
In uita Deogratias epi,& aliorum 355.sc.4
In uita D.Ioannis Chrysostomi 395.sc.10
In uita.S.Benedicti abbatis 428.sc.4
In uita Ermigildi filii Regis Vuisegothorum 450.sco.1
4 Natalis domini
In uita.S.Stephani protomarty. 25.sco.5
In uita B.Philogonii Episcopi 176.sc.9.11
In uita D.Ambrosii Episcopi 286.sc.5
In uita D.Ioannis Chrisostomi. 395.sco.9
In uita Tarsillæ & Aemilianę 465.sco.3
5 Pentecoste solennitas.
In uita Pauli primi eremitæ 71.sco.6
In uita D.Philogonii Episcopi 176.sco.9
In uita D.Athanasii episcopi 181.sco.20
6 Epiphania.
In uita B.Philogonii Episcopi 176.sc.9
In uita.S Basilii Episcopi 254.sco.5
In uita Eugenii & Cypria.eporū.357.sc.4
In uita Tarsillæ & Aemilianę 465.sco.3
7 Ascensio domini
In uita B.Philogonii Episcopi 176.sco.9
In uita Sisinnii epi Cōstātinop. 407.sco.1
8 Passionis dominicę solēnitas aliquot diebus celebrabatur.
In uita D.Marci Euangelistę 30.sco.12
In uita Symeonis Archiepiscopi Seleucię & aliorum 136.sco.2
In uita Abdę Epi apud Persas 403.sc.1
In uita Procli Epi Cōstantino. 407.sco.2
9 Festum Apostolorum Petri & Pauli.
In uita eorundem 10.sco.5
In uita Cassii Narnienšis Epi 459.sco.7
10 Festum.S.Stephani protomartyris.
In uita eiusdem 25.sco.6.
11 Dies solennis sancti Lucę Euangelistę.
In uita.S.Malachię Episcopi 467.sco.40
12 Festum sancti Laurentii martyris.
In uita eiusdem. 66.sco.4.7.8
13 Festum sanctorum septem Machabeorū.
In uita eorundem 51.sco.1.2.7
14 Festum sancti Mamantis martyris.
In uita eiusdem 76.sco.1.3
15 Festum sancti Gordii martyris.
In uita eiusdem 78.sco.3
19 Festum sanctę Iulittę martyris.
In uita eiusdem 81.sco.1
17 Festum sanctę Agnetis uirginis & marty.
In uita eiusdem 151.sco.1
18 Festum beati Philogonii Episcopi. Item sancti Cypriani episcopi & martyris.
In uita eiusdem B.Philogonij epi.176.sc.1
In uita.S.Cypriani epi,& mar.62.sco 11.12
19 Festum.S. Petri Epi Alexandrini & marty.
In uita D.Athanasii Episcopi 181.sc.7
20 Celebritas omnium sanctorum.
In uita.S.Malachię Episcopi 467.sco.43
21 Dies solennis omnium defunctorum.
In uita.S.Malachię Episcopi 467.sco.37
22 Festi dies sanctorum martyrum triumphantibus canticis efficiebantur clariores.
In uita Aphraatis,Iuliani, & aliorum mona. 235.scolio.2
23 Vigilię sanctorum antiquitus obseruabatur, & hymni in nocte ob celebritatem sequentem canebantur.
In uita D.ioannis Euangelistę 14.sco.19
In uita D.Athanasii episcopi 181.sc.18
In uita Eugenii & Cypriani Episcoporum.357.sco.4
In uita Eleutherii serui Dei 451.sco.2
In uita Cassii Narnienšis Epi 459.sc.10
In uita Humberti monachi 484.sc.3

SANCTI.

1 Sanctos post mortē recipi in cœlo, uidere Deum, & orare pro nobis, ac exhibere nobis beneficia.
In uita. S. Apl'orū Petri & Pauli. 10.sco.7
In uita Potamienæ uirginis & m̄. 47.sco.1
In uita. S. Quadraginta martyrū. 59.sco.7
In uita. S. Laurentij martyris. 66.scolio.1.7
In uita. S. Vincentij martyris. 61.scolio.2
In uita S. Mamantis martyris. 76.scolio.1
In uita S. Gordij martyris. 78 scolio.6
In uita S. Antonij abbatis. 114.sco.20
In uita S. Nicolai episcopi. 139 scolio.25
In uita S. Acholij episcopi. 174.scolio.1.3
In uita B. Philogonij episcopi. 176.sco.2
In uita S. Martini episcopi. 205.sco.35.
In uita Cæsarij fratris Naziāzeni.235.sc.3.5
In uita Gorgoniæ sororis Nazian.241.sc.11
In uita Crego. patris Nazianzeni. 245.sc.1
In uita S. Basilij episcopi. 254.sco.2.11
In uita D. Gregorij Nazian. theo.271.sco.9
In uita Barlaā & Iosaphat cōf.297.sc.75.79
In uita Deogratias epī & aliorū. 355.sco.1
In uita Hortulani & Florentiani episcoporum. 362.sco.2.
In uita sanctorū septem martyrum apud Carthaginen. 367.scolio.1
In uita Nepotiani presbyteri. 368 sco.2
In uita Blesillæ uiduæ. 378.sc.2.4.6.10.11
In uita Paulæ Viduæ. 382.scolio.15
In uita S. Bñdicti Abbatis. 428.sc.26.28.31
In uita S. septē Machabæorum. 51.sco.13.
In uita Eutitij & Florētij ser. dei 444 sc.1.2.
In uita Abbatis p̄nestini mōtis. 448.sco.3
In uita duorum monachorū Valerie Prouincie. 457.scolio.4
In uita Romulæ Virginis. 461.sco.3
In uita Humberti monachi. 484.sco.1.4
2 Sanctos inuocandos, & antiquos patres eos inuocasse. Nec ob eorū inuocationē obtenebrari Dei necessariā inuocationē.
In uita S. Stephani protomarty. 25.sco.4
In uita S. Quadraginta marty. 59.sc.6.7
In uita S. Cypriani epi & mar. 62.sco.6.11
In uita S. Mamantis marty. 76.sco.1.
In uita S. Agnetis uirg. & mar. 151.sco.5.10
In uita Grego. patris Nazian. 245.sco.12
In uita S. Basilij episcopi. 254.sco.13.
In uita D. Greg. Nazianzeni the. 271.sco.9
In uita Hortulani, & Iorētiāi epo. 362.sc.2
In uita Paulæ uiduæ. 382.scolio.4
In uita D. Ioannis Chrysostomi. 395.sco.12
In uita Equitij Abbatis. 421.scolio.8
In uita S. Benedicti Abbatis. 428.sco.33
In uita Sanctuli presbyteri. 452.scolio.3
3 Sanctos scire quæ circa nos aguntur.
In uita Potamienæ uirg. & mar. 47.sco.1
In uita S. Quadraginta marty. 59.scolio 7
In uita S. Cypriani epi, & mar. 62.scolio.11
In uita S. Laurentij martyris. 66.sco.6
In uita S. Iulittæ martyris. 81.sco.5
In uita B. Philogonij Episcopi. 176.sco.5
In uita Gorgonię sororis Nazian. 241.sc.12
In uita Greg. patris Nazianzeni. 245.sco.1
In uita D. Basilij episcopi. 254.scolio.12
In uita Hortulāi, & Florētiani epō. 362.sc.2
In uita Abbatis Prenestini mōtis. 448.sc.3
In uita Vrsini presbyteri. 455.sco.2
In uita Gallæ Patritiæ. 456.scolio.2
In uita Gerardi monachi. 486.sco.2
4 Sāctos magnā habere ptāatē post mortē.
In uita D. Lucæ Euangelistæ. 32.sco.8
In uita S. Septem Machabeorū. 51.sco.9 10
In uita S. Quadraginta marty. 59.sc.4.5.7
In uita S. Cypriani epi & marty. 62.sc.10.11
In uita S. Laurentij martyris. 66.sco.6
In uita S. Mamantis martyris. 76.sco.1.6
In uita S. Iulittæ martyris. 81.scolio.4.5
In uita sancte Babyle episcopi, & martyris. 84.scolio.4.6.7.8.9.10 11.16
In uita S. Antonij Abbatis. 114.sco.32
In uita sanctorū Iauentini & Maximi martyrum. 171.sco.4
In uita B. Philogonij episcopi. 176.sco.5
In uita Greg. patris Nazianzeni. 245.sc.12
In uita S. Basilij Episcopi. 254.sco.13
In uita Paulæ uiduæ. 382.scolio.4
In uita D. Ioannis Chrysosto. 395.sco.12
In uita. S. Bñdicti Abbatis. 428.sc.11.32.33
In uita p̄sbi Prouinciæ Valeriæ. 447.sco.2
In uita Abbatis Prenestini mōtis. 448.sc.4
5 Sanctos non recte dici emortuos, sed dormientes.
In uita S. Stephani protomarty. 25.sc.2.10
In uita Potamienæ uirg. & mart. 47.sco.1
In uita S. Barlaam martyris. 82.scolio.1
In uita S. Babylæ epi & mar. 84.sco 10.13
In uita S. Acholij episcopi. 74.sco.2
In uita D. Athanasij Episcopi. 181.sco.1
In uita S. Martini episcopi. 205.sco.20.
In uita Gorgoniæ sororis Nazianzeni. 241. scolio 8.10
In uita Nepotiani presbyteri. 368.sco.1
In uita Blesillæ Vidue. 388 sco.4.9
In uita Paulæ Vidue. 283.scolio.1
In uita Lucinij Betici. 391.sco.1
In uita S. Malachiæ episco. 467.sco 10.44
In uita Gerardi monachi. 486.scolio.3
In uita D. Ambrosij episcopi. 286.sco.28

6 Sanctorum reliquias uenerandas esse, & sanctas diei, necnon eorum res exteras.
In uita D. Lucæ Euangelistæ 32.sco.7.9.
In uita S. Andreæ Apostoli 23.sco.2
In uita S. Stephani ꝓtomartyris 25.sco.10
In uita Sancti Polycarpi Episcopi & martyris 38.sco.5
In uita S. Septem Machabeorũ 51.sco.5.11
In uita S. Vincentij martyris 61.sco.3
In uita S. Geruasij, & Prothasij 74.sco.7.
In uita S. Vitalis & Agricolæ mar. 75.sco.2
In uita S. Iulittæ martyris 81.sco.3
In uita S. Babylæ Epi & marty. 84.sco.5.9.
In uita Dionisij Episcopi Alexandrini, & aliorum 100.sco.4.
In uita Helenæ Constantini mar. 111.sco.3
In uita S. Nicolai Episcopi 139.sco.26
In uita S. Iuuẽtini & Maximi ma. 171.sco.4
In uita Macarij, Isidori, & alioriũ. 179.sco.1
In uita D. Athanasij Episcopi 181.sco.27
In uita S. Martini Episcopi 205.sco.31
In uita Satyri fratris D. Ambrosij 223.sco.3
In uita Eusebij Samosateni, & Barsæ Episcopi 230.sco.1.
In uita S. Basilij Episcopi 254:sco.10
In uita Donati, Theotiani, & Epiphanii Episcoporum 282 sco.2.3
In uita Barlaam, & Iosaphat confessorum 297. sco.16.42 44 77.
In uita Hortulani, & Florentiani Episcoporum 362.sco.1.
In uita Paulinæ Pãmachii uxoris 372.sco.2
In uita D. Ioannis Chrysostomi 395.sco.12
In uita Acacii Episcopi, & Theodosii iunioris 405.sco.5.
In uita S. Herculani Episcopi 442 sco.2
In uita D. Ambrosii epi 286.sco.17.18.26.29
In uita Abbatis Prẽnestini mõtis 448.sco.3
In uita Ermigildi filii regis Vuisigothorum 450.sco.2
7 Peregrinandũ ad eos, & ad loca sancta. Et Patribus has peregrinatiões fuisse in usu.
In uita S. Stephani ꝓtomartyris 25.sco.10
In uita S. Polycarpi epi & martyris 38.sco.9
In uita Narcisi hierosolimorũ epi 48.sco.2
In uita S. Nicolai Episcopi 139.sco.7.11.27
In uita S. Agnetis uirg. & mar. 151 sco 5.6
In uita S. Iuuẽtini, & Maximi mar. 171.sco.4
In uita Paulæ uiduæ 382.sco.4
In uita S. Malachiæ Episcopi 467.sco.21
8 Confugientes ad eorum pignora & sepulchra adiuuari, apud quæ etiam nos erat pernoctare.
In uita D. Lucæ Euangelistæ 32.sco.8
In uita S. Stephani ꝓtomartyris 25.sco.10
In uita S. Quadraginta marty. 59.sco.4.5
In uita S Cypriani Epi & mart. 62.sco.7
In uita S. Mamantis martyris 76 sco.1 2
In uita S. Gordij martyris 78.sco.2
In uita Sanctæ Iulittæ martyris 81.sco 4.
In uita S. Nicolai Episcopi 139.sco 27
In uita S Agnetis uirg. & mar. 151.sco.4.5.6
In uita S. Hilarionis Abbatis 155.sco.19
In uita S. Iuuẽtini & Maximi mar. 171.sco.4
In uita Gregorij Pris Nazianzeni 245.sco.12
In uita Satyri fratris D. Ambrosij 223.sco.2
In uita Barlaam & Iosaphat confessorum 297 sco.78
In uita Hortulani, & Florentini Episcoporum 362.sco.1
In uita Paulæ uiduæ 382 sco 4
In uita Equitij Abbatis 421.sco.8
In uita S. Benedicti Abbatis 428.sco.33
In uita Abbatis Prẽnestini mõtis 448.sco.3
In uita duorum monachorũ Valerię Prouinciæ 457.sco.1
In uita Sancti Ambrosij Epi 286.sco.11.30
9 Non inferri Domino IESV Christo iniuriã, si ad sanctos quis prius cõfugiat.
In uita D. Lucæ Euangelistæ 32.sco.8.
In uita S. Stephani ꝓtomartyris 25.sco.10
In uita S. Cypriani epi & mar. 62 sco.6.11
In uita D. Athanasij Episcopi 181.sco.6.
In uita S. Basilij Episcopi 254.sco.13
In uita Sanctuli presbyteri 452.sco.3
10 Sanctos posse diei intercessores & mediatores ad Deum citra Redemptoris nostri contumeliam.
In uita sanctuli presbyteri 452.sco.3
In uita Theophanij Comitis 462.sco.2.
11 Sanctos qui honorant, honorare Deum & Dominum IESVM Christum.
In uita S. Apostorũ Petri & Pauli 10.sco.5.6.
In uita S. Quadraginta martyrũ 59.sco.1
In uita S. Cypriani epi & martyris 62.sco.1
In uita S. Gordij martyris 78 sco.2
12 Sancti orãtes pro nobis exaudiunt a deo.
In uita S. Stephani ꝓtomartyris 25.sco.4
In uita Potamienæ uirg. & marty. 47.sco.1
In uita Sanctorum Geruasii & Prothasii martyrum 74.sco.7
In uita S. Babylæ Epi & mart. 84.sco.14
In uita Sanctorum Iuuentini & Maximi martyrum 171.sco.4
In uita S. Acholii Episcopi 174.sco.4
In uita S. Martini Episcopi 205.sco.38
In uita Blesillæ Viduæ 378.sco.10
13 Solum Deum colimus & adoramus, sanctos autem ut ueros Dei seruos & amicos ueneramur, & diligimus.

In uita.s.Polycarpi epi & mar. fo.38.sc.5.
In uita.s.septem Machabeorũ. fo.51.sc.5.
In uita.s.Mamantis martyris. fo.76.sc.2.
In uita.s.Petri,Dorothei, & aliorum mar. folio.97.scholio.5.
14 Antiquus ecclesiæ mos fuit in die passionis sanctorum martyrum solennes conuentus apud illos agere, & in eorum solennitatibus gaudere.
In uita.s.Polycarpi epi & mar. fol.38.sc.5.
In uita.s.septem Machabeorum.fo.51.sc.2
In uita.s.Cypriani epi & mar.fol.62.sch.2.
In uita.s.Vincentij martyris. fo.61.sc.2.
In uita.s.Gordij martyris. fo.78.sc.1.
In uita.s.Barlaam martyris. fol.82.sc.1.
15 Non esse attendendum cinerem sanctorum corporum, nec fauillam reliquiarum carnis,ossaúe tempore consumpta, sed diuinam uirtutem & spiritumsancti gratiã in eis radiantem & coruscantem.
In uita D.Ioãnis Euãgelistæ. fol.14.sc.18.
In uita.S.septẽ Machabeorũ.fo.51.f.8.9.11.
In uita.s.Quadragita martyrũ. fo.59.sc.6.
In uita.s.Geruasij & Prothasij martyrum. folio.74.scholio.5.
In uita.s.Hilarionis Abbatis. fo.155.sc.18.
In uita.s.Eusebij,Nectarij,& Zenonis martyrum. fol.167.sch.1.
In uita Gregorij patris Nazianzeni. folio 245.scholio.12.
In uita Barlaã & Ioasaphat cõf.fo.297.sc.76
In uita.s.Ambrosij Episcopi.fo.286.sc.16.
16 Ex sanctorum memoria, & ossium illorũ tactu sanctificationem acquiri.
In uita D.Lucæ euangelistæ. fo.32.sc.12.
In uita.s.Cypriani epi & mar.fo.62.sc.3.9.
In uita sanctæ Iulittæ martyris. fo.81.sc.4.
In uita.s.Antonij Abbatis. fol.114.sc.1.
In uita Barlaã & Ioasaphat cõf.fo.297.f.44.
17 Sanctis non esse detrahendum.
In uita D.Ambrosij Epi. fol.286.sc.31.

IMAGINES

1 Imaginũ usũ i Eccl'ia licitũ eẽ, & antiquũ.
In uita D.Lucæ euangelistæ. fo.32.sc.4.
In uita.s.Geruasij & Prothasij martyrũ. folio.74.scholio.3.
In uita Dionysij episcopi Alexandrini & aliorum. fol.100.sc.2.3.
In uita Præsidis beroẽsis & Iuliani Sabæ. folio.173.scholio.1.
2 Imagines uenerandas esse recurrendo mẽte ad prototypum, ideſt imaginatum.
In uita Barlaam & Ioasaphat confessorum. folio.297.scholio.36.52.56.
3 Genuflectere ante imagines orando eos, quos representant,opus esse bonũ ac piũ.
In uita Helenæ Cõstãtini matris. f.111.sc.5
In uita Barlaã & Ioasaphat cõf. fo.297.f.55.
4 Crucis signaculum miræ esse uirtutis.
In uita D.Ioannis euangelistæ.fo.14.scholio.13 14.15.16.

PVRGATORIVM

1 Esse locũ Purgatoriũ, in quo post mortẽ animæ luant pœnas peccatorum.
In uita Humberti monachi. fo.484.sch.5.
In uita Fabiolæ nobilissimæ Romanæ. folio.392.scho.5.
In uita duorum Monachorum Valeriæ. folio.457.scholio.3.
2 Opera nostra & oratiões prosunt animabus defunctorum.
In uita Fabiolæ nobilissimæ Ro.f.392.sc.5
In uita Satyri fratris D.Ambrosij.f.223.sc.1
In uita Barlaã & Ioasaphat cõf. fo.297.sc.61
In uita Paulinę Pãmachij uxoris.fo.372.f.2
In uita Attici episcopi Constantinopolitani. folio.402.sch.1.
In uita.s.Benedicti Abbatis. fo.428.sc.14.
In uita.s.Malachiæ epi. fo.467.scho.7.41.

VOTA

1 Vota antiquis patribus fuisse i usu, & post emissionem ab illis fuisse impleta.
In uita Gregorij patris Nazianzeni. folio 245.scho.3.8.
In uita D.Gregorij Nazianzeni Theologi. folio.271.scho.1.2.12.
In uita D.Augustini epi. fo.409.scho.3.
2 Votum Virginitatis esse licitã, & Deo maxime gratum, ac persolui posse. Et quæ olim eam nouerant, speciali habitu imposito,Deo consecrabantur.
In uita sanctissimæ Dei Genitricis. folio.5. scholio.4.5.
In uita D.Marci euangelistæ. fo.30.sch.11.
In uita sanctæ Theclæ uirginis & martyris. folio.40.scholio.2.
In uita Dorotheæ,Sophronię,& aliorum. fol.106.scho.1.2.
In uita Helenæ Constantini matris.111.f.4
In uita Publiæ Ioannis presbyteri Antiocheni matris. fol.170.scho.1.
In uita.s.Martini episcopi. 205.scho.8 9.
In uita Paulæ Viduæ. 382.scho.12.

CELIBATVS.

1 Virginitatem seruare non esse impossibile & hoc institutum ex Dei genitrice processisse.
In uita sanctissimæ dei genitricis 5.sco.2
In uita D.Marci Euangelistæ 30.sc.10
In uita.S.Antonii abbatis 114.sco.10
In uita.s.Agnetis uirginis & mar. 151.sc.7.8
In uita duorum Macariorum Isidori &c. 232.sco.2
2 Virginitatis commẽdatio. Et statum eius ualde esse Deo charum.
In uita sctissimæ Dei genitricis 5.sc.3
In uita D.Ioannis Euangelistæ 14.sc.8
In uita.S. Stephani prothomart.25.sco.8.
In uita D.Marci Euangelistæ 30.sc.9
In uita sanctæ Teclæ uirg.& mart.40. sc.1
In uita.S.Cypriani epi & marty. 62.sco.8
In uita sanctę Agnetis uirg.& mar.151.sc 9
In uita Malchi monachi. 162.sco.7
In uita.S.Eusebi epi Vercellensis 165.sc.2
In uita duorum Macariorum Isidori &c. 232.sco.2
In uita Grego.pris Nazianzeni 245.sco.2
In uita D.Basilii episcopi 254.sco.8
In uita sanctissimi Ioseph 489.sc.1
3 Virginitas nobilior,& sublimior uiduitate & coniugio.
In uita sanctissime dei genitricis 5.sco.6
In uita sancti Antonii abbatis 114.sc.28
In uita Antonii, Pauli,& Amos 131.sco.6
In uita.S. Agnetis uirg.& marty. 151.sco.8
In uita.S.Martini episcopi 205.sc.17
In uita Gorgo.sororis Nazianzeni 241.sc.1
In uita Nemesiani, Felicis, Lucii, & aliorum 491.sc.5
4 Virginitas habitum suum & cultũ habet.
In uita Asellæ uirginis 374.sc.8
5 Peccatum esse maximũ Deo sacratas uirgines nuptiali thoro uiolare, similiter & professos monachos.
In uita D.Athanasii episcopi 181.sc.30
In uita.S.Martini episcopi 205.sco.19
In uita Barlaã & Iosaphat cõfess.297.sc.48
In uita Deogratias epi & aliorũ 355.sc.2.3
In uita Isaac serui Dei 443.sco.1
In uita Menæ monachi 448.sc.1
In uita Tarsillæ & Aemilianæ 465.sc.4.8

TEMPLORVM CVLTVS.

1 Templorum cultus & oblationes fideliũ in eis ab antiquo in usu fuisse.
In uita D.Lucę Euangelistæ 32.sc.7.10
In uita Gorgonię sororis Naziã. 241.sco.2
In uita Barlaã & Iosaphat conf.297.sco.54
In uita Nepotiani presbyteri 368.sc.9.10
In uita.S.Malachiæ episcopi 467.sco.24
In uita.S.Ambrosii episcopi 286.sc.21
In uita D.Augustini episcopi 409.sc.6.7
2 Tẽpla magnifica, & monasteria antiqui Principes, episcopi, ac populi in honorẽ dei ædificabant, & illud primũ erat christianæ fidei iudicium.
In uita D.Lucæ Euangelistæ 32.sco.5
In uita Helenæ Constantini mris 111.sc.2
In uita Frumenti & Edesii 112.sc.1
In uita mulieris captiuæ 113.sco.3
In uita Symeonis archiepiscopi Seleuciæ & aliorum 136.sc.1
In uita.S.Nicolai episcopi 139.sc.6.12.21.26
In uita Eleusij & Titi Eporum 168.sc.1
In uita.S.Martini episcopi 205.sco.4
In ui.mul.Orthodoxę Eulogij &c.231.sc.1
In uita Gregorii pris Nazianzeni 245 sc.11
In uita Barlaã & Iosa.Cõf.297.sc.52.57.58.
In ui.Marutę epi Mesopotameni 404.sc.2
In uita.S.Malachiæ episcopi 467.sc.14
3 Cãdelabra,cruces, Thuribula, & alia oia sacra uasa, qb⁹ i ecclesiis deo decẽter deseruitur,ei placere,& grata esse:& qui his abusi sunt,punitos grauiter fuisse.
In uita.S.Babylæ epi & marty. 84.sco.12
In uita.S.Nicolai episcopi 139 sc.20.24
In uita Eleusii & Titi eporum 168.sco.7
In uita D. Athanasii episcopi 181.sc.12
In uita Deogratias epi & aliorum 355.sc.4
In uita Nepotiani presbyteri 368.sc.9
In uita D.Ioannis Chrysostomi 395.sc.5
In ui.Acacij epi & Theod.Iunio.405.sc.2.3
In uita.S.Malachię episcopi 467.sc.34
4 Ecclesiã nõ tm̃ pro auditione uerbi dei,& sacrorũ pceptione, sed ẽt pro loco cõgregationis fuisse institutũ, & ad adorandũ deũ.
In uita D.Marci Euangelistę 30.sc.6
In ui.S.Petri Doro.& aliorũ mart.97.sc.2.3
In ui.Dorotheę,Sophro. & aliorũ 106.sc.3
In uita Iacobi episcopi Nisibensis 165.sc.1
In ui.mulie.Orthodo.Eulogii &c.231.sc.2
In uita Gorgo.sororis Naziãzeni.241.sc.6
In uita D. Ambrosii episcopi 286.sc.2
In ui.Barlaã & Iosaphat Confess.297.sc.52
In uita Marcellę uiduę 375.sc.3
In ui.Acacii epi & Theod.Iunio.405.sc.7
In uita Bonifacii epi Ferentini 424.sc.1
In uita Mona.ex mõte argẽtario.446.sc.2
In uita.S.Malachiæ Episcopi 467.sco.18
5 In nomine sanctorum antiquitus ædificabantur ecclesiæ.

In uita D Ioannis Euangeliſtæ. 14 ſco.17
In uita D.Lucæ Euangeliſtæ 32.ſco.11
In uita.S.Geruaſii & Prothaſii 74 ſco.4
In uita mulieris Orthodoxæ Eulogii &c. 231.ſco.1
In uita Marcellæ uiduæ 375.ſc.3
In uita D.Ioannis Chryſoſtomi 395.ſc.6
In uita Sanctuli preſbyteri 452.ſc.2
6 Seuera Deus iudicia exercuit contra uiolatores eccleſiaſticorum priuilegiorum.
In uita D.Ioannis Chryſoſtomi 395.ſco 3
In uita D.Ambroſii epiſcopi 286.ſco.19

MORS ET MORTVI.

1 Chriſtiani quomodo moriantur.
In uita.S.Benedicti abbatis 428 ſco.30
In uita ſeruuli paralytici 463 ſc.2
In uita Tarſillæ & Aemilianæ 465.ſco.6
In uita D.Ambroſii Epiſcopi 286.ſc.25
In uita D.Auguſtini Epiſcopi 409.ſco.11
2 Conſuetudo lauandi corpora defunctorum ſtatim poſt mortem antiqua eſt.
In uita Monachi ex mõte argẽ.446.ſco.1
In uita Theophanii Comitis 462.ſco.1
In uita Tarſillæ & Aemilianæ 465.ſco.2

SEPVLTVRA.

1 Sepelire mortuos pietatis opus eſſe, & deo placere.
In uita.S.Andreæ apoſtoli 23.ſco.2
In uita.S.Vincentii martyris 61.ſco.3
In uita Pauli primi eremitæ 71.ſco.4
In uita Eleuſii & Titi epõrum 168.ſc.5
In uita ſanctorum Iuuentini, & Maximi martyrum 171.ſco.3
In uita Cerbonii Populonii epi 442.ſc.2
In uita.S.Herculani epiſcopi 442.ſco.1
In uita.S.Malachiæ epiſcopi 467.ſc.2
2 Sepulturã curandã eſſe, & nõ negligendã.
In uita.S.Polycarpi epi & mar. 28.ſco.4
In.S.Vetii,Pagati & aliorum 43.ſc.2
In uita ſcõrum ſeptẽ Machabeorũ.51.ſc.4
In uita.S.Vincentii martyris 61.ſc.1.3
In uita Pauli primi eremitæ 71.ſc.43
In uita.S.Babylæ Epi & marty. 84.ſco.
In uita ſanctorum Petri,Dorothei,& aliorum martyrum 97.ſc.6
In uita.S.Antonii abbatis 114.ſco.30
In uita.S.Nicolai epiſcopi 139.ſco.26
In ui.S.Iuuẽtini & Maximi mart.171.ſco.3
In uita D.Athanaſii epiſcopi 181.ſco.22
In uita Fabiolæ nobiliſsimæ matronę Romanæ 392.ſco.6
In uita D.Ioannis Chryſoſtomi 395.ſc.1
In uita.S.Benedicti abbatis 428 ſco.16
In uita.S.Herculani epiſcopi 442.ſc.2
In uita Abba.Prænestini montis 448.ſc.1
In uita.S.Malachiæ epiſcopi 467.ſc.2
3 Chriſtiana traditio eſt, hymnos & pſalmos in defunctorum fideliũ ſepultura decantare, & tumulos ſuper eorum corpora componere.
In uita Pauli primi eremitæ 71.ſc.3.4
In uita.S.Martini epiſcopi 205.ſc.33
In uita Cæſarii fratris Nazianzeni 235.ſc.9
In uita Gorgoniæ ſororis Naziã.241.ſco.9
In uita.S.Baſilii Epiſcopi 254.ſco.10
In uita D.Meletij Epiſcopi. 282.ſco.2
In uita Barlaã & Ioſaphat Conf.367.ſc.74
In uita ſanctorum ſeptem martyrũ apud Carthaginem 376.ſc.2
In uita Paulæ uiduæ 382.ſco.13
In uita Fabiolæ nobiliſsimæ matronę Romanæ 392.ſco.6
In uita Ermigildi filii Regis Vuiſegothorum 450.ſc.1
in uita Gerardi monachi 486.ſco.1
In uita D.Auguſtini epiſcopi 409.ſc.12
4 De more catholicæ eccleſiæ eſſe chriſtianorum corpora cum ſacerdotibus tumulari, necnon cum lampadibus & cereis, atq; apud ſanctorum oratoria.
In uita.S.Agnetis uirg.& marty. 151.ſco.3
In uita.S.ſeptẽ mar.apd Carthag.367.ſc.2
In uita Paulæ uiduæ 382.ſco.13
In uita Equitii abbatis 421.ſco.7
In uita Ermigildi filii Regis Vuiſegothorum 450.ſco.2
5 Exequias etiam ſolennes antiquæ eccleſiæ fuiſſe in uſu.
In uita D.Athanaſii Epiſcopi 181.ſc.31
In uita.S.Martini Epiſcopi 205.ſc.32.34
In uita duorum Macariorum Iſidori &c. 232.ſco.3.8.
In uita Gorgo.ſororis Naziazeni 241.ſc.1
In uita.S.Baſilii Epiſcopi 254.ſc.10
In uita D.Gregorii Naziãze.Theo.271.ſc.8
In uita D.Meletii Epiſcopi 282.ſc.1.2
In uita Barlaam & Ioſaphat cõf. ſc.297.60
In uita Deogratias Epi & aliorũ 355.sco.5
In uita Bleſillæ Viduæ 378 ſco.1.5.7
In uita Paulæ Viduæ 382.ſco.14
In uita Fabiolę nobiliſsimæ matronæ Romanæ 392.ſco.6
In uita D.Ioannis Chryſoſtomi 395.ſco.1
In uita Procli Epi Conſtantin.407.ſco.4
In uita D.Ambroſii Epiſcopi 286.ſco.27
In uita Romulæ Virginis 461.ſco.3

In uita S.Malachiæ Epiſcopi 467.ſco.45
In uita Geraldi Monachi 486.ſco.1
6 Anniuerſaria mortuorum, Quadrigenaria, Tricenaria, & Septenaria antiquis fuiſſe in uſu.
In uita Cęſarii fratris Naziāzeni 235 ſco.2.
In uita Barlaā & Ioſaphat cōf.297.ſc.62 63
In uita Paulæ uiduæ 382.ſco.14
In uita Celerini & Aurelii conf. 493 ſco.2.
7 Intereſſe aliquid in uno loco magis quam in alio ſepeliri.
In uita Cerbonii Populonii ep̄i 442.ſco.1
1 Monachiſmum nō eſſe nouitium ſed antiquiſſimum inſtitutum.
In uita D.Marci Euangeliſtæ 30.ſco.4.8
In uita Pauli primi Eremitæ 71.ſco.1
In uita S.Antonij Abbatis 114.ſco.13.19
In uita Antonij,Pauli,& Amos 131.ſco.4
In uita S.Martini Epiſcopi 205.ſco.3
In uita D.Gregorij Nazianzeni Theologi 271. ſcolio.6.
In uita Barlaam & Ioſaphat confeſſorum 297. ſco.17.23.26.69 70
In uita Nepotiani presbyteri 368.ſco.8
In uita Marcellæ Viduæ 375.ſco.5
In uita Paulæ Viduæ 71.ſco.9
In uita S.Benedicti Abbatis 428.ſco.13
2 Religionē ꝓfiteri laudabile,& deo gratū.
In uita S.Tecłę uirg.& marty. 40.ſco.2
In uita Antonii,Pauli,& Amos 131.ſco.1.2
In uita S.Hilarionis Abbatis 155.ſco.10.
In uita S.Euſebii Ep̄i Vercellēſis 165.ſco.2
In uita D.Athanaſii Epiſcopi 181 ſco.4
In uita Barlaā,& Ioſaphat conf. 297.ſco.1
In uita Marcellæ Viduæ 375.ſco.5
3 Per Monachatū quis ſe confecrat Deo, & eius aſſumptio cuncta dimittit peccata.
In uita S.Antonij Abbatis 114.ſco.22
In uita Victorini Monachi 462.ſco.1
4 Monachatus, & Virginitas ſtatus magis propinqui: & uia compendioſa & facilis,per quam in hoc corpore quis Angelicam ducere poteſt conuerſationem.
In uita S.Antonii Abbatis 114.ſco 9
In uita Barlaā & Ioſaphat conf.297.ſco.7.
5 Licet Monachatu noſtro tēpore quidam ſint abuſi, nō ob id tamen ille contemnendus,aut de terra tollendus.
In uita S.Baſilii Epiſcopi 254.ſco.1.6
6 Non debere monachum a religione deficere,& inſtitutum ſuum deſerere.
In uita S.Antonii Abbatis 114.ſco.8
In uita Malchi monachi 162.ſco.3
In uita S.Benedicti Abbatis 428.ſco.6.20
7 Monachorum corumendatio a ſanctis.
In uita Paulæ Viduæ 382.ſco.5
In uita Acacii Epiſcopi & Theodoſii iunioris 405.ſco.4.
In uita S.Malachiæ Epiſcopi 467.ſco.8
8 Antiqui monachi ueram beatitudinem in cultura Dei, & legum eius obſeruatione conſtituebant:& eorum propoſitū erat, modis oībus ſeipſos mundo crucifigere ac uitiorum concupiſcētias radicitus de animo euellere.
In uita Antonii,Pauli, & Amos 131.ſc.2.5
In uita D.Philogonii Epiſcopi 176.ſco.7
In uita Barlaam, & Ioſaphat monachorum 297.ſco.18.21
9 Etiam antiqui monachi habuerunt regulas,& conſtitutiones.
In uita S.Benedicti Abbatis 428.ſco.3.29
In uita D.Auguſtini Epiſcopi 409.ſco.4
10 Pſalmodiæ uſus, hymnorum, & cantus antiquis monachis frequētiſsimus tam in die quam in nocte.
In uita Gregorii Epiſcopi Neocæſarienſis 101 ſcolio.1
In uita S.Hilarionis Abbatis 155.ſco.11
In uita Malchi monachi 162.ſco.4
In uita S.Martini Epiſcopi 205.ſco.11
In uita duorum Macariorum Iſidori, &c. 232. ſcolio.6
In uita Barlaam & Ioſaphat confeſſorum 297. ſcolio.25
11 Monachi ſeruabant obedientiam,perpetuum celibatum, abſtinentiam cum ciborum delectu,longa ieiunia, humi cubitationes, & uarias corporis afflictiones.
In uita Antonij,Pauli,& Amos 131.ſco.3
In uita S.Hilarionis Abbatis 155.ſco.2.5.8
In uita Malchi monachi 162.ſco.5.
In uita D.Athanaſii Epiſcopi 181.ſco.5
In uita S.Martini Epiſcopi 205 ſco.2
In uita Barlaam & Ioſaphat confeſſorum 297. ſco 4.19.20.24.31.
In uita Nepotiani presbyteri 368.ſco.6
In uita Aſellæ Virginis 374 ſco.2
In uita Leæ Abbatiſſæ 375.ſco.2
In uita D Auguſtini Epiſcopi 409.ſco.5
12 Vtebantur monachi antiquitus ueſtimentorum utilitate, & aſperitate: nam uilitas ueſtis ſignum eſt mundi cōtemptus. Et qui monachus fiebat, nouum induebat habitum. Et de cuculla.
In uita Antonij,Pauli,& Amos 131.ſco.4
In uita.ſ.Hilarionis Abb.155.ſco.1.4.7.16.17
In uita S.Martini Epiſcopi 205.ſco.7

In uita Nepotiani presbyteri 368.sco.5
In uita Leæ Abbatissæ 375.sco.1.2
In uita Blesillæ uiduæ 378.sco.3
In uita Paulinæ Pāmachij uxoris 372.sco.1
In uita Bonosi Eremitæ 395.sco.1
In uita Equitij Abbatis 421.sco.6
In uita S.Benedicti Abbatis 428.sco.2
In uita Romulæ Virginis 461.sco.1
In uita Tarsillæ & Aemilianæ 465.sco.5
13 Vtebant etiā frequētibus oronibus, uigilijs, silentio, secessione, & cella perpetua
In uita Antonij, Pauli, & Amos 131.sco.3
In uita S.Hilarionis Abbatis 155.sco.2 9.15
In uita Malchi monachi 162.sco.3.4
In uita S.Martini Episcopi 205.sco.5
In uita Aphraatis, Iuliani, & aliorum monacorum 235.sco.1
In uita Barlaā & Iosa.cōf. 297. sc.4 20.69
In uita Asellæ Virginis 374.sco.2
In uita Leæ Abbatissæ 375.sco.1
In uita S.Benedicti Abbatis 428.sco.19.24
In uita Isaac serui Dei. 443.sco.3
In uita Romulæ Virginis 461.sco.2
14 Paupertatē Euāgelicā esse rerū actualē de sertionē, & hāc antiqui monachi ita ꝓfitebant, ut nihil in priuato hrent proprij.
In uita D.Lucę Euangelistę 32.sco.3
In uita D.Marci Euangelistæ 30.sco.5
In uita S.Geruasij & Prothasii m̄.74.sco.6
In uita S.Antonii Abbatis 114.sco.2
In uita Antonii, Pauli, & Amos 131.sco.3
In uita S.Hilarionis Abbatis 155.sco.3
In uita Malchi monachi 162.sco.2.6
In uita D.Augustini Epi 409.sco.4.5
In uita Barlaā & Iosa.cōf. 297.sco.3.20.29
In uita Nepotiani presbyteri 368 sco.4
In uita Nebridii iuuenis nobilissimi.373.s.3
In uita Paulę uiduæ 382.sco.3
15 Paupertatem Euangelicā habere mandatum Dei uolentibus esse perfectis.
In uita Nebridii iuuenis nobilissimi 373.s.2
16 Etiam ante pubertatis annos antiquitus reperiuntur quidam religioni adacti.
In uita Asellæ Virginis 374.scho.1
In uita.s.Benedicti Abbatis. 428.sc.9.15.23
In uita Humberti monachi 484.sc.2
17 Etiam tempore Hieronymi fuisse monasteria Virginum.
In uita Leæ Abbatissæ 375.sco.1
In uita Equitii Abbatis 421.sco.2
In uita D.Augustini Epi 409.sco.13

HAERETICI

1 Dogmata quæ nō consonāt Ecclesiasticę fidei, nec sctōrū Aplorū, aut eorū successorum doctrinis, Hæretica sunt.
In uita S.Polycarpi Epi & mar. 38.sco.6.
2 Hęresēū causa sunt mali mores, nugę, cupiditas noua dicendi uel audiendi.
In uita D.Athanasii Epi 181.sco.3
3 Hęreticorū esse infirmū argumētū, aliquid non esse credendū, nec tenendum, quia non inuenitur in sacris scripturis.
In uita D.Athanasii Episcopi 181.sco.13.
4 Non esse cum Hęreticis cōmunicandum.
In uita S.Polycarpi Epi & mar. 38.sco.1
In uita s.Antonii Abbatis 114.sc.24.29.30.
In uita s.Martini Episcopi 205.sco.28
5 Hæreticorum est fallere & insidiari.
In uita Alexandri Cōstantin.Epi.134.sco.3
In uita Eustathii Magni Anthiochiæ Episcopi 135.sco.1
6 Hæretici similes sunt gentilibus, Ecclesias uastando, aras sacras euertendo, & prophanādo, oblationem & thymiama auferendo, nullum diuinæ rei locū dimittendo, Clericos & Virgines male tractando, Monachos etiam similiter.
In uita s.Gordii martyris 98.sco.4.
In uita s.Babylæ epi & martyris 84.sco.1
In uita s.Antonii Abbatis 114.sco 26
In uita Eleusii & Titi eporū 168.sco.1.2.3.6
In uita s.Iuuētini & Maximi m̄. 171.sco.2
In uita D.Augustini Epi 409.sco.9.10
In uita D.Athanasii Epi 181.sco.25.26
In uita duorū Macariorū Isido.&c.232.s.4
In uita s.Basilii Episcopi 254 sco.4
In uita Papiniani, Mansueti, Quoduult: Deus Episcoporum 353.sco.1
In uita Deogratias epi & aliorū 355 sco.6
In uita Nepotiani presbyteri 368.sco.11
In uita Blesillæ Viduæ 378 sco.8
In uita Abdæ Epi apud Persas 401.sco.1
In uita s.Malachiæ Epi 467.sco.11
7 Hæretici nostri similes Arrianis, qui defunctorum Christianorum corpora sine solennitate hymnorum cum silētio ad sepulturam perduci mandabant.
In uita Papiniani, Mansueti, Quoduult: Deus Episcoporum 353 sco.2
8 Hęretici hortātur uirgines ut nubāt, cū sancti econtrario, ut seruent castitatem.
In uita Malchi monachi 162.sco.8
9 Proprium hęreticorū est, aperire sepulchra sanctorū, ossa eorū igni tradere, & pulueren dispergere, sicut & gentiles faciunt.
In uita s. Cyrilli & Aemiliani m̄. 168.sco.1
In uita Nepotiani presbyteri 368.sco.12
10 Episcopi Hæreticorum quales sint.
In uita duorū Macariorū, Isid.&c.232.sc.5

FINIS.

FRAGMENTVM VITÆ DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI FILII DEI SALVATORIS nostri ex diuersis auctoribus collectum.



VIT IISDEM temporibus Iesus sapiens uir, si tamē uirum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, doctorq; hominum eorum, qui libenter, quæ uera sunt, audiunt. Et multos quidem Iudæorum, multos etiam ex gentilibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis uirorum cum Pilatus in crucem agendū esse decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerant. Apparuit enim eis tertio die iterum uiuus, secundum quod diuinitus inspirati prophetæ uel hæc, uel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum diem christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseuerat, & genus. *Ex Iosepho Antiquitatum libr. 18. cap. 6*

Conuersationem suam, quā in carne Saluator noster habuit, omnibus pie uiuere uolentibus uirtutis typū & imaginem proposuit: ut in illos characteres respicientes, cōsimilem suæ uitę formam imprimant, nusquam archetypum imitationis uariatione peruertentes. Quod.n. uitam suam seruator imaginem optimæ conuersationis omnibus sibi fidem habere uolentibus proposuerit, audi ipsum conspicue hoc docentem: Si quis, inquit, mihi ministrat, me sequatur. Non autem carnalem significat imitationem, quæ omnibus est impossibilis, cum ipse iam iuxta corpus in cœlis esse cognoscatur; sed exactam conuersationis ipsius, quatenus illa exprimi poterit, diligentiam. *Ex D. Basilio in libro de constitutionibus monachorum ca. 5 Tom. 2.*

Quomodo igitur Seruator noster uixit, & quomodo conuersatus est? Peccatum non fecit. Quomodo enim iustitia per peccatum superari potuisset? Quomodo mendacium ueritati præualuisset? Quomodo potentia per infirmitatem expugnata esset? Aut quo pacto qđ nō est, eum qui est deuicisset? Deus enim semper est, & essentiæ finē non habet, terminum non admittit: peccatum uero nunquam est, neq; in propria subsistentia deprehenditur, sed magis in ipsis est, à quibus fit, quam in male factis, & essentiam suam in defectu boni habens, instar spiritalium tenebrarum, per iniquitates exprimitur, perq; iustitiæ lucē iterum dissoluitur (lux enim in tenebris lucet) & una cum turpibus factis terminatur. Cessantibus enim male factis, simul & essentia peccati cessat. Quæretur enim peccatum illius, inquit, nec inuenietur: Licet reconditum sit peccatorum gratia supplicium ijs, qui peccant, & irrefragabilis super iniquitatibus sit deputata pœna. Peccatum igitur nō fecit, nec est inuentus dolus in ore eius: Sed lenitatis, patientiæ, bonitatis, mansuetudinis, benignitatis, placiditatis, humilitatis, prudentiæ, et omnis in uniuersum uirtutis quamplurima exhibuit, exempla, quæ in Euangelijs clare sunt exposita.

Lenitatis quidem, & patientiæ, ferendo Iudęorum insidias, quibus perpetuo priorem malitiam, sequentibus maligni studij hyperbolis, superabant. Quos qdem placidè reprehendebat, ut à malitia desisterent: ulcisci uero, uindictamq; de illis uel modice sumere nō sustinebat; sed cum inhumanitate ipsorum, beneficijs certabat, & malitiæ intensionē

per bonorum subministrationem uincere satagebat, & tandem crucē pro crucifixoribus suis subibat.

Mansuetudinis uero, & placiditatis in eo, ꝙ quosuis admittebat cum benignitate sibi congrua, & colloquendi copiam & fiduciam exhibebat, non solum honestis, sed & ꝝ hominibus, quibus res turpissimę grato & consueto usu fuerant. Ita ad illum accedebant meretrices & publicani, non ut libidinis aut auaritiæ morbum augerent, sed ut animę morbum propulsarent: nec tantum absterrebantur conscientia malitiæ, quantum confidebant spe medicinæ. Inueniebant enim experientiam spe maiorem.

Benignitatis autem, & commiserationis quanta sunt exempla? Interdum in solitudine egestate pressos mensa spontanea, & abunde copiosa, ac duplici noie benigna, excepit, cum propter necessariorum abundantiam, tum propter insolentem, & admirabilem suppeditationem & sufficientiam. Interdum deiectos commiseratus est, quod essent afflicti & proiecti, sicut oues non habentes pastorem, & corporales infirmitates, membrorumq; corruptiones, ac mutilationes, pariter & animæ ægritudines, ac peccatorum insolubiles nodos, & obligationes uiolentorum pactorum, quas cum diabolo patre peccati fecimus, curauit ac dissoluit.

Humilitatis uero qualia nobis prescripsit exempla in eo, quod non solum carne circundari, sed & humilium iuxta seculi formam parentum filius partim fieri, partim estimari uoluit? fieri quod matrem, estimari quod eum, qui pater dicebatur, attinet.

Prudentiæ autem, quod aliquādo saduceos arguit, resurrectionem per commentū septem fratrum sub una uxore mortuorum irridere conantes; aliquando uero discipulos pharisæorum cum Herodianis pudefecit; qui cum ancipitem quæstionem obiicerent, an liceret censum dare Cesari, uel non, responsionem ambidextram tulerunt, quę utrinque illorum amentiam uellicaret, non dare sed reddere iubens. Reddite enim, inquit, quę Cæsaris sunt Cæsari, quoniam numisma Cæsaris erat, cuius imaginem & inscriptionem ferebat. Et hæc quidem sunt præcipua uirtutum ac factorum Christi exempla, quorum adhuc infinitus est numerus.

Corporis uero qualia sunt & quot, quoq; gratia potissimum istud Christi hypodigma adductum est? Primęua quidem ętate parentibus subditus quemuis corporalem laborem mansuete & intemperanter cū illis tulit. Cum enim hoies essent iusti qdem ac pij, pauperes tamen, & rerum necessariarum haud quaq; abundantes, cuius rei testimoniū dat præsepe, quod mederi iam debebat fastui nobilium partuum, uerisimile est assiduo corporalium laborum exercitio uictum sibi necessarium unà comparasse. Iesus autem istis, ut scriptura inquit, subditus, obedientiam suam omnino ēt hic prestitit, ut simul cū illis laboraret.

Successu uero temporis, cum herilia ac diuina beneficia patefacienda, apostoli deligendi, regnumq; cœlorum prædicandum esset, non in angulo aliquo iacens, & corporis uiribus destitutus aliorum ministerio opus habuit, sed nunc quidem assidue, idq; pedes iter fecit, discipulisq; simul ministrauit, ut ipse dicebat: Ego autem sum in medio ue-

ſtri tanquã qui miniſtrat. Et: Sicut filius hominis non uenit, ut ſibi miniſtretur, ſed ut ipſe miniſtret: nunc uero diſcipulorum pedes lauit. Rurſus prolixo tempore doctrinæ munus exercuit, locum loco mutans impigre, idq; noſtræ ſalutis gratia, ſemel tantum ac breui momento iumenti opera uſus legitur, non ut corpus refocillaret, ſed ut hoc opere prophetiam confirmaret.

Quid autem apoſtoli? Dominum non ſunt imitati? Nõ in continuis laboribus fuerunt? Conſidera Paulum ſine intermiſſione operatum, continua peregrinatione ac nauigatione occupatum, periclitatũ, tempeſtate iactatum, pulſum, flagris cæſum, lapidatum, ad uniuerſas tentationes per animi alacritatem ac corporis uigorem infractũ. Et hæc quidem liberatoris noſtri cõuerſatio, & canon uiuendi eorum, qui pie uitam inſtituunt.

Verum in omnibus mirabilibus, quæ egiſti, mirabilior paſsio tua, dñe Ieſu, quæ paſsiones omnium noſtrum propulſauit, propitiata eſt omnibus iniquitatibus noſtris, & nulli unquã peſti noſtræ inuenitur inefficax. Quid enim tam ad mortem, quod non tua morte ſaluetur? In hac igitur paſsione, fratres, tria ſpecialiter cõuenit intueri, opus, modum, cauſam. Nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in cauſa charitas commendatur. *Ex D. Bernardo in ſermone Fer. iiij maioris hebdomadæ.*

Patientia autem ſingularis, quod uidelicet cũ ſupra dorſum eius fabricarent peccatores, cum ſic extenderetur in ligno ut dinumerarentur omnia oſſa eius, cum fortiſſimũ illud propugnaculũ, qđ cuſtodit Iſrael, undiq; foraretur, cũ foderent manus & pedes, ſicut agnus ad occiſionem ductus ſit, et tanq; ouis corã tondente ſe nõ aperuit os ſuũ; nõ aduerſus patrem murmurans, à quo miſſus fuerat; non aduerſus humanum genus, pro quo quę non rapuit exoluebat; non denicq; uel contra populũ ipſum peculiarem ſibi, à quo pro tantis beneficijs tanta mala recipiebat. Plectuntur alij pro peccatis ſuis, & humiliter ſuſtinẽt, hoc ipſum tamen eis ad patientiam reputatur. Flagellantur alij, non tã purgandi, quàm probandi, coronandicq;: & maior in eis patiẽtia comprobatur, & commendatur. Quomodo non maxima cenſeatur in Chriſto, qui in funiculo hęreditatis ſuę ab his, quibus ſpecialiter aduenerat ſaluator, crudeliſsima morte mulctabatur ſicut fur, nullũ omnino peccatum nec actu proprio, nec contractu, ſed nec in quo creſcere poſſet, habens? Nimirum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, non umbratiçè ſed corporaliter; in quo deus eſt mundum reconcilians ſibi, non figuratiue, ſed ſubſtantialiter; qui denicq; plenus eſt gratię & ueritatis, non cooperatiuè, ſed perſonaliter. Vt faciat opus ſuum alienũ eſt opus eius ab eo (Eſaias loquitur) quia & opus ſuum fuit, quod dedit ei pater ut faceret, & alienum ab eo, ut talis talia ſuſtineret. Ita ergo habes in opere patientiam.

Nam modum ipſum ſi diligenter attendas, non modo mitem, ſed & humilem corde cognoſces. Nempe in humilitate iudiciũ eius ſublatum eſt, cũ nec ad tantas blaſphemias, nec ad falſiſsima, q̃ ſibi obijciebantur, crimina reſponderet. Vidimus, inquit, eũ: & non erat ei aſpectus; non ſpecioſum forma præ filijs hominum, ſed opprobriũ hominum, & tanq; leproſum, nouiſsimum uirorum; planè uirum dolorum,

à deo percussum et humiliatum, ita ut nulla esset ei species nec decor, ò nouissimum & altissimum, ò humilem & sublimem, ò opprobriū hominum & gloriam angelorum. Nemo illo sublimior, nemo humilior. Denicp sputis illitus est, opprobrijs saturatus est, morte turpissima condemnatus est, cum sceleratis deputatus est. Nihil ne merebitur uel ista humilitas, quę hunc habet modum, imo quę tam est ultra modum? Sicut est patientia singularis, sic & humilitas admirabilis, utraque sine exemplo.

Vtrancp tñ magnifice causa ipsa commendat; nimirum charitas est. Propter nimiā qdē charitatē suā, qua dilexit nos deus, ut seruū redimeret, nec pater filio, nec sibi filius ipse pepercit. Vere nimiam, qa & mensuram excedit, modū superat, plané supereminens uniuersis. Maiorē, inqt, charitatem nemo habet, cp ut aīam suam ponat quis pro amicis suis. Tu maiorem habuisti, dñe, ponens eam etiā pro inimicis. Cum.n. adhuc inimici essemus, per mortem tuam & tibi recōciliati sumus, & patri. Quęnam alia uidebit esse, uel fuisse, uel fore huic similis charitatis? Vix pro iuxto quis morit; tu pro impijs passus es, moriens pp delicta nostra, qui uenisti iustificare gratis peccatores, seruos facere frēs, captiuos cohæredes, exules reges. Nec sane aliud aliquid patientiam hanc & humilitatem æque illustrat, cp cp tradidit in mortem animam suam, & peccata multorū tulit, etiam pro transgressoribus rogans ut non perirent. Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. Quia.n. uoluit oblatus est. Non modo uoluit, & oblatus est, sed qa uoluit. Solus nimirum potestatem habuit ponendi animam suam; nemo eam abstulit ab eo ultro. Cum accepisset acetum dixit: Consumatum est. Nihil restat adimplendū; iam non est quod expectem. Et inclinato capite factus obediens usq ad mortem, tradidit spiritum. Quis tam facile qñ uult dormit? Magna quidem infirmitas mori, sed plane sic mori, uirtus immensa. Nempe quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Potest humana uesania sibijpsi in mortem sceleratas inijcere manus, sed non hoc est ponere animam suam: urgere eam magis, & uiolenter abrumpere, quam ad nutum ponere est. Tibi, impie Iuda, misera plane facultas fuit, non ponendi animam; sed pendendi: nec tradēte te, sed trahente laqueo, nequissimus ille spiritus tuus exiuit, non emissus à te, sed amissus. Solus in mortem tradidit animam suam, q solus uirtute propria regressus est ad uitam. Solus potestatem habuit ponendi, q solus facultatem æque habuit liberam resumendi, imperium habens uitæ & mortis. Digna ergo charitas tam inæstimabilis, humilitas tam admirabilis, patientia tam insuperabilis.

Digna plané tam sancta, tam immaculata hostia, tā acceptabilis: dignus est agnus, qui occisus est, accipere fortitudinem, facere ad qđ uenit, tollere peccata mundi. Ego autem dico peccatum triplex, quod inualuit super terram. Putatis quod dicere uelim cōcupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam uitæ? Funiculus triplex est, qui difficile rumpitur: propterea multi trahunt, imo trahuntur hoc funiculo uanitatis: sed prior ille ternarius non immerito prævalet in electis. Quomodo enim non illius patientiæ recordatio omnē arceat uoluptatem? Quomodo non illius humilitatis consideratio su-

perbiam uitæ prorsus extundat? Nam charitas illa plane digna, cuius meditatio sic mentem occupet, sic totam sibi uendicet animam, ut omnino uitium curiositatis exufflet. Fortis igitur contra hæc passio saluatoris; sed aliud ego triplex æque peccatū, quemadmodū uirtus crucis expugnat, dicere cogitaui, & id fortè utilius audiatur.

Primum quidem originale, secūdum personale dixerim, tertium singulare. Et originale quidem maximū illud delictum uocatur, quod à primo Adam contrahimus, in quo peccauimus omnes, pro quo morimur uniuersi. Maximum plane, quod sic totum, non modo genus humanum, sed & quemlibet ipsius generis occupat; ut nō sit qui euadat, non sit usq; ad unum. A primo homine usq; ad nouissimum protendi tur, & in singulis quoq; à planta pedis usq; ad uerticem diffundit hoc uenenum. Sed & aliter nihilominus in uniuersam dilatatur ætatem ab ea scilicet die, qua sua quenq; concipit, usque ad eam, qua communis eum recipit mater. Alioquin unde graue iugum super omnes & totos filios Adam, idq; à die exitus de uentre matris eor; usq; in diem sepul turæ in matrem omnium? In sordibus generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur. Ante exitū miseras oneramus matres; in exitu more uipereo laceramus, mirum quod non ipsi pariter laceramur. Primam uocem plorationis edimus, meritò quidem, utpote uallem plorationis ingressi: ut nobis illud sancti Iob ex omni parte possit aptari: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Quam uerum uerbum hoc sit, non nos uerba docuere, sed uerbera. Homo, inquit, natus de muliere: nihil abiectius. Et ne forte ex ipsa sibi uoluptate corporeorum sensuum, quam de sensibilibus hauriat, blādiatur; in ipso statim introitu de exitu quoq; terribiliter admonet, cum dicitur: Breui uiuens tempore. At ne spaciolum illud, quod inter ingressum & egressum relinquitur, sibi liberum putet; repletur, ait, multis miseriis. Multis, & multiplicibus, inquam, miseriis corporis, miseriis cordis, miseriis cum dormit, miseriis cum uigilat, miseriis quaquauersum se uertat. Nimirum ipse quoq; natus ex uirgine, imo factus ex muliere, sed benedicta in mulieribus, qui loquitur ad matrem: Mulier ecce filius tuus: etiam breui uiuens tempore super terram, & nihilominus multis est repletus miseriis in illa breuitate, appetitus insidiis, interrogatus contumeliis, pulsatus iniuriis, uexatus supplicijs, conuicijs lacessitus. Tu ne hanc sufficere dubites oblationem, quæ reatum omnem primæ præuaricationis absoluat? Imo uerò non sicut delictū, ita & donum. Nam peccatum ex uno in condemnationem; gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Et graue quidem omnino delictum illud originale, quod non solū personam infecit, sed & naturam. Personale tamen cuiq; grauius est, cū iam laxatis habenis exhibemus undiq; membra nostra arma iniquitatis peccato, non modo iam alieno, sed & proprio crimine cōpediti.

Singulare uero est grauissimum, quod commissum est in dominū maiestatis, cum uiri impij uirum iustum iniustè occiderunt, & sacrilegas manus in ipsum dei filium iniecerunt crudelissimi homicidæ, imo (si fas est dicere) etiam deicidæ. Quid duo præcedentia ad tertiū? Ad hoc expalluit, & expauit tota machina mundialis, et pœnę in antiquū

chaos sunt omnia reuoluta. Ponamus aliquem de regni principibus terram regiam populasse in uastitate hostili; ponamus aliũ, cum esset de conuiuio & consilio regis, unicũ eius filiũ proditorijs manibus suffocasse: Nunquid non primus respectu secundi innocens uidebitur & immunis? Sic est omne peccatum, quantum ad hoc peccatum: & tamen hoc peccatũ in se pertulit, qui seipsum fecit peccatum, ut de peccato damnaret peccatum. Per hoc enim omne peccatũ tam originale, quàm personale deletum est, & ipsum quoque singulare eliminatũ est per seipsum. Argumentum mihi est à maximo, quod duo minora sunt explosa. Et ecce argumentũ, Peccatum multorũ tulit, & pro transgressoribus rogauit, ut non perirent: Pater, ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Volat irreuocabile uerbum tuum, domine, nec reuertetur ad te uacuum sed faciet, ad quod misisti. Vide nunc opera domini, quę posuit prodigia super terram. Flagellis cæsus est, spinis coronatus, clauis confossus, affixus patibulo, opprobrijs saturatus; omnium tamen dolorum immemor, Ignosce, ait, illis. Hinc multæ miseriæ corporis, hinc multæ misericordiæ cordis, hinc dolores, hinc miserationes, hinc oleum exultationis, hinc sanguinis guttæ decurrentis in terram. Misericordiæ domini multæ; sed & miseriæ domini multę. Vincent ne miseriæ misericordias, an misericordiæ miserias superabunt? Vincant misericordię tuæ antiquæ, domine; uincat sapientia malitiam. Magna enim illorum iniquitas; sed nunquid non maior pietas tua, domine? Multum per omnem modum. Nunquid redditur pro bono malum, ait; quia foderunt foueam animæ meæ? Plane foderunt impatientiæ foueam, occasiones plurimas indignationis, & per maximas ministrãtes. Sed quid horũ fouea ad abyssum mansuetudinis tuæ? Retribuentes mala pro bonis foueam foderunt; sed charitas non irritatur, non præcipitatur, nunq; excidit, non in foueam ruit, & pro retributis malis cumulat bona.

Absit ut muscæ morituræ exterminent suauitatem unguenti, quod de tuo corpore fluit; quia apud sinum tuum misericordia, & copiosa apud eũ redemptio. Muscę morituræ miseriæ sunt; muscæ morituræ blasphemiæ sunt, muscę morituręinsultationes sunt, quas tibi reddit generatio praua & exasperans. Tu autem quid? In ipsa eleuatione manuum tuarum, cum iam sacrificium matutinum in holocaustũ uespertinũ transiret, in ipsa, inquam uirtute incensi, quod cœlos ascendebat, terram operiebat, inferos respergebat, exaudiendus pro reuerentia tua clamas: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, ò quam multus es ad ignoscendum; ò quam magna multitudo dulcedinis tuę, domine, ò quam longè cogitationes tuæ à cogitationibus nostris, ò quã firmata est etiã super impios misericordia tua. Mira res. Ille clamat, ignosce, Iudæi, crucifige. Molliti sunt sermones eius super oleũ; & isti sunt iacula, ò charitas patiens, sed & cõpatiens. Charitas patiens est: sufficit. Charitas benigna est: cumulus est. Noli uinci à malo: charitas abundans: sed uince in bono malum. superabundans est. Non enim sola patientia, sed & benignitas dei ad pœnitentiam Iudæos adduxit: quia benigna charitas etiam quos tolerat amat, & amat tam ardenter. Patiens charitas dissimulat, expectat, sustinet deliquentem; sed

benigna trahit, adducit, conuerti facit ab errore uiæ suę, deniq; cooperit multitudinem peccatoꝝ. ò Iudęi, lapides estis, sed lapidē percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis, & ebulit oleū charitatis. Qūo potabis, domine, desiderantes te torrente uoluptatis tuę, qui sic perfundis crucifigentes te oleo misericordię tuę? Patet igitur quia hæc passio potentissima est ad exhaurienda omnium genera peccatoꝝ.

Sed quis scit si data est mihi? Mihi data est, quia alteri dari non potuit. Nunquid angelo? Sed ille non eguit. Nunqd diabolo? Sed ille non resurgit. Denique non in similitudinem angeloꝝ; absit autem ut in similitudinem dęmonum: sed in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, exinaniuit semetipsum formā serui accipiens. Filius erat, & factus est tanq; seruus. Non solum formam serui accepit ut subesset, sed etiam mali serui ut uapularet, & serui peccati, ut pœnam solueret, cum culpam non haberet. In similitudinem, inquit hominum, non hominis; quia primus homo nec in carne peccati, nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus enim uniuersali hominum miseria pressius & profundius se immersit, ne subtilis ille diaboli oculus magnum hoc pietatis deprehenderet sacramentum. Ideo habitu, & omni habitu inuentus est ut homo; nec in eo, quantum ad naturæ debitum, signum aliquod singularitatis apparuit. Quia enim ita inuentus est, ideo crucifixus. Paucis autem reuelauit seipsum, ut essent qui crederent; reliquis autem absconditus est: quia si cognouissent, nunq; dominum gloriæ crucifixissent. Ad hoc etiam illi singulari peccato ignorantiam copulauit, ut sub aliqua iustitiæ umbra ignorātibus posset ignosci.

Duo autem in hæreditatem nobis reliquerat ille uetustus Adā, qui fugit à facie dei, laborem uidelicet & dolorem, laborem in actione, dolorem in passione. Non hoc ipse audierat in paradiso, quem acceperat ut operaretur & custodiret illum: operaretur delectabiliter, custodiret fideliter, & sibi & posteris suis. Christus dominus laborem & dolorem considerauit, ut traderet eos in manus suas, imo se magis in manus eoꝝ infixus in limo profundi: & intrauerunt aquę istę usq; ad animam eius. Vide (ad patrē inquit) humilitatem meam & laborē meum, quia pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea. Laborauit sustinens, manus eius in laboribus seruierunt.

De dolore uide quid dixerit: ò uos omnes, qui transitis per uiam, attendite & uidete, si est dolor, sicut dolor meus. Vere lāguores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit; uir dolorum pauper & dolens, tentatus per omnia absq; peccato. Et in uita passiuam habuit actionem, & in morte passionem actiuam sustinuit, dum salutem operaretur in medio terrę. Proinde memor ero, quandiu fuero, laborum illorum, quos pertulit in prædicando, fatigationū in discurrendo, tentationum in ieiunando, uigiliarum in orando, lachrymarū in compatiendo. Recordabor etiam dolorum eius, conuiciorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationū, clauorum, horumq; similium, quę per eū & super eū abundantius transierunt. Facit ergo mihi fortitudo, facit similitudo; sed si accesserit, etiam imitatio, ut sequar uestigia eius. Alioquin etiā exquiretur á me sanguis iustus, qui effusus

1 *Ecce quomodo dominus & saluator noster ieiunauit, uigilauit, orauit, lachrymatus est, exemplum, præbens tibi, ut hæc omnia facias.*

Quæ tamen hæretici nostri abhorrẽt. Quin imo non facienda prædicant quoniam dominus noster abunde pro nobis hæc omnia fecerit. In quo ergo tibi præbuit exemplũ ut sequaris uestigia eius? In nullo profecto, si hoc modo omnia cauillaris.

2

Nota hæretice, nõ pro desse tibi Christi passionem, nisi imitatus eum fueris in uita tua, & sequaris eius uestigia. Qui enim mihi ministrat (ait ipse) me sequatur. Et apostolus Petrus, Christus passus est pro nobis &c.

est super terrã; nec immunis ero ab illo tam singulari scelere Iudæorum, quòd uidelicet tantę charitati ingratus fuerim, quòd spiritui gratiæ contumeliam fecerim, quòd sanguinẽ testamenti pollutum duxerim, quòd conculcauerim filium dei.

Sunt plerique, qui laborem & dolorem patiuntur; sed necessitas in causa est, non uoluntas; & hi non sunt conformes imaginis fili dei. Sũt qui ex uoluntate sustinent; sed non est eis sors, neque pars in sermone isto. Vigilat tota nocte luxuriosus non solũ patienter, sed & libenter, ut suam expleat uoluptatem: uigilat raptor uestitus ferro ut diripiat prædam: uigilat fur ut domũ perfodiat alienam. Sed hi omnes & horum similes longè sunt à labore & dolore, quem considerat dominus. Homines autem bonæ uoluntatis, qui Christiana uoluntate diuitias paupertate cõmutarunt, uel etiam non habitas, tanquã habitas contempserunt, relinquentes omnia propter ipsum, sicut & ipse reliquit omnia propter ipsos, sequuntur eũ quocunq; ierit. Huiusmodi autem imitatio ualidissimum argumentum mihi est, quòd passio saluatoris, & similitudo humanitatis in meam transeunt utilitatem. Hic.n. sapor, hic fructus laboris est & doloris.

Vide ergo quàm magnificauerit facere tecum illa maiestas. De omnibus, quæ in cœlo & sub cœlo sunt, dixit, & facta sunt. Et quid facilius dictu? Sed nunquid solo uerbo factum est, cum te, quem fecerat, refecit? Triginta & tribus annis super terram uisus, & cum hominibus conuersatus, etiam habuit in factis calumniatores, in dictis insultatores, non habens ubi caput suum reclinaret. Quare hoc? Quia uerbum à sua subtilitate descenderat, & grossius acceperat indumentũ. Nam caro factum fuerat, & ideo grossiori & morosiori opere utebatur. Sicut autem cogitatio uestit sibi uocem corpoream absque sui diminutione uel ante uocem, uel post uocem; sic filius dei assumpsit carnem non cõmixtionem passus, neque diminutionem, nec ante carnem, nec post carnẽ. Apud patrem inuisibilis, sed hic manus nostræ tractauerunt de uerbo uitæ, & quod erat ab initio uidimus oculis nostris. Hoc autem uerbum, quia carnẽ purissimam & animam sanctissimam unierat sibi, libere moderabatur actiones corporis sui, tũ quia sapientia & iustitia erat, tum quia nullam habebat prorsus legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ. Meum uerbum nec sapientia, nec iustitia est, sed tamen utriusque capax, & possunt ei hæc abesse & adesse, abesse autem facilius. Familiare enim magis iam nobis est carnis nostræ seruire uitijs, quam actiones & passiones eius ordinare pro eo, quòd omnis ætas ab adolescentia prona est in malum, inter flagella quoque & gladios, etiam sub discrimine mortis ad suas ambiens uoluptates. Fœlix cuius cogitatio, hoc est uerbũ nostrum, omnes actiones suas ad iustitiam dirigit, ut & intentio sana sit, & operatio recta. Fœlix qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat, ut quicquid patitur, propter dei filium patiatur, quatenus & á corde tollatur murmuratio, & in ore uertatur gratiarum actio, & uox laudis.

Qui sic extulit se, iste tollit grabatũ, & uadit in domũ suam. Grabatum nostrum corpus est, in quo prius languidi iacebamus, seruientes

desiderijs & concupiscentijs nostris. Nunc portamus illud, cum spiritui obedire cogimus, & mortuũ nostrum portamus, quia corpus mortuum est propter peccatum. Ambulamus tamen, non currimus, quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ambulamus etiam in domum nostrum. In quam domum? In matrem omnium, quia sepulchra eorũ domus illorum in æternum: Vel potius in domum nostram, quam habemus ex Deo non manufactam, æternam in cœlis. Qui sub hoc onere ambulamus, posito eo, quid putatis, quo curremus? Quò uolabimus? Planè super pennas uentorum.

Amplexatus est nos dominus Iesus per laborem & dolorẽ nostrũ. Amplectamur eum nos quoq; uicarijs quibusdam amplexibus propter iustitiam, & iustitiam suam, actiones ad iustitiam dirigendo, passiones propter iustitiam sustinendo. Dicamus quoq; cũ sponsa: Tenui eum, nec dimittam. Dicamus etiam cũ patriarcha: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Quid enim iam supereſt nisi benedictio? Quid post amplexum nisi osculum restat? Si sic adhærerem Deo, quomodo non iam clamare liberet: Osculetur me osculo oris sui? Ciba nos interim, domine, lachrymarum pane, & potum da nobis in lachrymis in mensura, donec perducas nos ad mensuram bonam, & confertam, & coagitatam; quam dabis in sinus nostros, qui es in sinu patris super omnia benedictus Deus in secula. Amen.

FRAGMENTVM VITÆ SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIAE, DEI ET DOMINI nostri Iesu Christi genitricis, ex D. Ambrosio Mediolanensi Episcopo excerptum.

Ex libro Secundo de Virginibus.

SIt uobis, ô sanctæ Virgines, tanquam in imagine descripta uirginitas, uitaq; beatæ Mariæ; de qua uelut speculo refulget species castitatis, & forma uirtutis. Hinc sumatis licet exempla uiuendi: ubi tanq; in exẽplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt.

Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? Quid splendidius ea, quã splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit? Nam de cæteris eius uirtutibus quid loquar? Virgo erat non solũ corpore, sed etiam mente; quę nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, uerbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior; nõ incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, uerecunda sermone; arbitrum mentis solita nõ hominẽ, sed Deum quærere. Non lędere reos, bene uelle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare uirtutem. Quando ista uultu læsit parentes? Quando dissensit propinquis? Quando fastidiuit humilem? Quando derisit debilem? Quando uitauit inopem? eos solos solita cœtus uirorũ inuisere, quos misericordia nõ erubescceret, neq; præteriret uerecundia. Nihil toruum in oculis;

nihil in uerbis procax;nihil in actu inuerecundum:Nõ gestus fractior; non incessus solutior;non uox petulantior; ut ipsa corporis species simulacrũ fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso uestibulo debet agnosci,ac primo prætendat ingressu nihil intus latere tenebrarum;ut mens nostra nullis repagulis corporalibus impedita,tanquam lucernæ lux intus posita foris luceat.

I

Si ieiunium non esset res Deo accepta, ut quidam garriunt,sanctissima dei genitrix non congemmasset ieiunio dies.

Quid ego exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam,alterum ultra naturam superfuisse; alterum penè ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tempora; hic congeminatos ieiunio dies? Et si quando reficiendi succesisset uoluntas,cibus plerũq; obuius, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas,q̃ necessitas fuit:Et tamen cũ quiesceret corpus,uigilaret animus; qui frequenter in somnis aut lecta repetit,aut somno interrupta continuat,aut dispositа gerit,aut gerenda pronũciat. Prodire domo nescia, nisi cum ad ecclesiam conueniret,& hoc ipsum cũ parentibus,aut propinquis. Domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu,nullo meliore tamen sui custode q̃ seipsa;quę incessu,affectuq; uenerabilis, non tam uestigium pedis tolleret,q̃ gradum uirtutis attolleret. Et tamen alios habeat uirgo membrorum custodes suorum, morum autẽ suorum se habeat ipsa custodem. Plures erunt,de quibus discat,si ipsa se doceat,quæ uirtutes magistras habet; quia quicquid egerit,disciplina est. Sic Maria intendebat omnibus,quasi à pluribus moneretur:sic implebat omnia uirtutis officia,ut nõ tam disceret,q̃ doceret. Talem hanc Euangelista monstrauit,talem Angelus repperit,talem Spiritus sanctus elegit.

Quid enim in singulis morer,ut eam parentes dilexerint; extranei prædicauerint, quæ digna fuit, ex qua filius Dei nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus Angeli inuenta domi in penetralibus sine comite,ne qs intentionem abrumperet,ne quis obstreperet. Neq; enim comites fœminas desiderabat,quæ bonas comites cogitationes habebat. Quinetiam tum sibi minus sola uidebatur, cũ sola esset. Nam quemadmodum sola,cui tot libri adessent, tot archangeli,tot prophetæ? Denicq; & Gabriel eam ubi reuisere solebat inuenit: & Angelum Maria,quasi uiri specie mota trepida, quasi non incognitum audito nomine, recognouit. Ita peregrinata est in uiro,quæ non est peregrinata in Angelo; ut agnoscas aures religiosas,oculos uerecundos. Denicq; salutata obmutuit;& appellata respondit:sed quæ primo titubauerat aspectu,postea promisit obsequium.

Quam uerò religiosa in propinquas fuerit,scriptura diuina significat. Nam & humilior facta est,ubi se à Deo cognouit electam; & statim ad cognatam suam in montana processit,nõ utiq; ut exemplo crederet,quæ iam crediderat oraculo. Beata enim,inquit,quæ credidisti. Et tribus cum ea mensibus mansit. Tanti autem interuallo temporis non fides quæritur,sed pietas exhibetur. Et hoc posteaq̃ in utero parentis exiliens puer matrem Domini salutauit,prius compos deuotionis q̃ naturę. Inde tot sequentibus signis,cũ sterilis pareret, uirgo conciperet,loqueretur mutus,adoraret magus,expectaret Symeon,sydera nunciarent:Maria mobilis ad introitum,immobilis ad miraculum:

Conseruabat,inquit,hæc omnia in corde suo. Quamuis mater Domini,discere tamen præcepta Domini desiderabat; & quæ Deum genuerat,Deum tamen scire cupiebat.

Quid quod annis quoq; omnibus ibat in Hierusalem solenni die Paschæ,& ibat cum Ioseph? Vbiq; in Virgine comes singularum uirtutum est pudor. Hic indiuiduus debet esse uirginitati,sine quo nō potest esse uirginitas. Nec ad templum igitur Maria sine pudoris sui custode processit. Hæc est imago uirginitatis. Talis enim fuit Maria,ut eius unius uita omnium disciplina sit. Si igitur autor nō displicet,opus probemus,ut quæcūq; sibi eius exoptat præmium,imitetur exēplum. Quantæ in una uirgine species uirtutum emicant? Secretum uerecundię,uexillum fidei,deuotionis obsequium: Virgo intra domum,comes ad ministerium,mater ad templum. O quantis illa uirginibus occurret; quantas complexa,ad Dominum trahet,dicens: Hæc thorum filij mei;hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore. Quemadmodum eas ipse Dominus cōmendabit Patri. Nimirū illud repetens suum;Pater sancte,istæ sunt,quas seruaui tibi;in quibus filius hominis caput reclinans quieuit:peto ut ubi ego sum,& ipsę sint mecum. Sed non solum sibi debent prodesse,quæ non solę uixerunt sibi: Hęc parentes redimat,hæc fratres. Pater iuste mundus me non cognouit;istæ autem me cognouerunt; & mundum cognoscere noluerunt.

Quæ pompa illa; quanta Angelorum lætitia plaudentium, quod habitare mereatur uirgo in cœlo,quæ cœlestem uitam uixit in seculo? Tunc etiam Maria tympanum sumens, choros uirginales excitabit, cantantes Domino, quod per mare seculi sine secularibus fluctibus transierunt. Tunc unaquæq; exultabit,dicens: Introibo ad altare Dei mei, ad Deum,qui lætificat iuuentutem meam: Immolo Deo sacrificium laudis,& reddo altissimo uota mea. Neq; enim dubitauerim uobis patere altaria;quarum mentes altaria Dei confidenter dixerim: in quibus quotidie pro redemptione corporis Christus ímolatur. Nam si corpus uirginis Dei templum est;animus quid est;qui tanquā membrorum cineribus excitatis,sacerdotis æterni redopertus manu,uaporem diuini ignis exhalat? Beatæ uirgines,quæ tam immortali spiratis gratia,ut horti floribus,ut templa religione,ut altaria sacerdote. Ergo sancta Maria disciplinam uitæ informet.

2

Vide Virginitatē seruare non esse impossibile, ut pessime doceat quidam, & quæcunq; beatissimæ Virginis Mariæ sequutæ fuerit exēplum, eiusdem etiam consequetur præmium.

3

Ecce quantæ Virginitatis laudes, sed illæ in primis, quod solæ Virgines dominū cognouerint Saluatorē, mundo reliquo eum ignorante, cum quo procul dubio uenunt & maritatæ.

4

Sanctæ Virgines gloriantur reddere se altissimo uota Virginitatis suæ, & tu hæretice audes dicere uotum castitatis es se illicitum & præsumptuosum?

ALIVD VITÆ EIVS FRAGMENTVM EX D. BERNARDO ABBATE CLAREVALLENSE EXCERPTUM.

Habetur in sermonibus eiusdem, sermone, qui incipit, Signū magnum.



Ignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole,& luna sub pedibus eius,& in capite eius corona stellarum duodecim. Quidni coronent sidera,quam sol iustitiæ Christus uestit? Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Supra hominem est coronæ huius rationem exponere, indicare compositionem. Nos tamen pro modulo nostræ exiguitatis,abstinentes à periculoso scrutinio se-

cretorum, non incongruè forsitam duodecim stellas istas, duodecim prærogatiuas gratiarum intelligere uideamur, quibus Maria singulariter adornatur.

Siquidem inuenire est in Maria prærogatiuas cœli, prærogatiuas carnis, prærogatiuas cordis: Et si fuerit ternarius iste per quaternariū multiplicatus, habemus forte stellas duodecim, quibus Reginæ nostrę diadema præfulgeat uniuersis. Mihi sanè singularis rutilat fulgor, primo quidem in Mariæ generatione; secundo in Angelica uisitatione; tertio in Spiritus superuentione; quarto in filij Dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoq; Sidereum planè irradiat decus, q uirginitatis primiceria, q sine corruptione fœcunda, q sine grauamine grauida, q sine dolore puerpera. Nihilominus etiam spiritali quodam splendore in Maria corruscant, mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. Vestræ quidem sedulitatis erit, singula quæq; diligentius intueri. Nos interim satisfeciisse uidebimur, si breuiter ea potuerimus demonstrare.

Quod ergo Sidereum micat in generatione Mariæ? Planè q ex regibus orta, q ex semine Abrahæ, q generosa ex stirpe Dauid. Si id parum uidetur, adde q generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis, diuinitus noscitur esse concessa; q longè ante eisdem patribus cœlitus repromissa; q mysticis præfigurata miraculis; q oraculis prænunciata ꝓpheticis. Hanc sacerdotalis uirga, dum sine radice floruit; hanc Gedeonis uellus, dum in medio siccę areę maduit; hanc in Ezechielis uisione Orientalis porta; quæ nulli unq; patuit, præsignabat; hanc denicq præ cæteris Esaias nunc uirgam de radice Iesse orituram promittebat, nunc euidentius uirginem parituram. Meritò signum hoc magnum in cœlo apparuisse scribitur, quod tanto ante de cœlo noscitur fuisse promissum. Dominus ait: Ipse dabit uobis signum: Ecce uirgo concipiet. Magnum profectò signum dedit, quia & magnus ipse qui dedit. Huius ergo prærogatiuæ fulgor, quorum non uehementer reuerberat aciem oculorum?

Iam in eo quod tam reuerenter, atq; officiosissime ab Archangelo salutata est, ut iam in regali solio supra omnes cœlestium ordines regionū exaltatam cernere uideretur; & paulominus adoraturus fœminā, qui solebat ab hominib⁹ hactenus æquanimiter adorari, excellentissimū nobis uirginis nostrę meritū, & singularis gratia cōmendatur.

Nihilominus fulget etiam nouus ille conceptionis modus, ut nō in iniquitate, quemadmodum cæteræ omnes, sed superueniente spiritu sancto, sola & de sola sanctificatione Maria conciperet. Nam quod uerum Deum, & Dei filium genuit; ut idemipse Dei atq; hominis filius, unus omnino Deus, & homo prodiret ex Maria, abyssius est lumen. Nec facile dixerim, quod uel Angelicus oculus ad huius fulgoris uehementium non caliget.

5 *Sancta dei Genitrix uouit Virginitatem. Non ergo fuit temeraria, nō præsumptuosa, ut impij suggillant Virgines eā imitantes.*

De cætero sanè & uirginitatem carnis, & propositum uirginitatis, & ipsius quoq; propositi nouitas euidenter illustrat, q uidelicet in libertate spiritus, legis Mosaicæ decreta transcendens, illibatam Deo corporis simul, & spiritus sanctimoniam uouit. Probat enim propositi inuiolabile fundamentum, q tam constanter promittenti filium Angelo

gelo respondit, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? 6
Forte enim propterea primo turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio, & benedictã se audisset in mulieribus, quæ nimirum benedici in uirginibus semper optabat. Et ex tunc quidem cogitabat, qualis esset ista benedictio, quod iam uideretur esse suspecta. Vbi uero in promissione filij manifestum uirginitatis periculum uidebatur, non potuit ultra dissimulare, quin diceret: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Merito proinde & illam meruit benedictionem, & hanc non amisit, ut longe glorioſior fiat & uirginitas ex fœcunditate, & ex uirginitate fœcunditas; ac mutuis sese radijs illustrare hęc duo sidera uideantur. Magnum est uirginem esse, sed uirginem matrem esse, longe amplius per omnem modum.

Non in mulieribus, sed in uirginibus benedici beata Maria optabat. Præstat ergo Virginitas coniugio.

Iure etiam illud molestissimum tædium, quo reliquæ omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur, sola non sensit, quę sine sola libidinosa uoluptate concepit. Vnde & in ipso sub conceptionis initio, quãdo potissimum cæteræ mulieres miserabilius affliguntur, Maria tota alacritate montana conscendit, ut Elizabeth ministraret. Sed & ascendit Bethleem, imminente iam partu, portans precioſissimum illud depositum, portans onus leue, portans, à quo portabatur.

Sic & in partu clarum est, & noua exultatione nouã edidit prolem, sola inter mulieres à cõmuni maledicto, & dolore parturientium aliena? Si rerũ precia de raritate pensamus, nihil his potest rarius inueniri. Siquidem in omnibus istis nec primam similem uisa est, nec habere sequentem. E quibus nos, si ea fideliter intuemur, sine dubio admirationem concipimus; sed ueenerationem, sed deuotionem, sed consolationem. Cæterum quæ restant adhuc, & imitationem requirunt. Non est nobis ante ortum tam multipharie, multisq; modis promitti diuinitus, cœlitus prænunciari: Sed nec ab Archangelo Gabriele tam nouę salutationis obsequijs honorari. Minus autem cætera duo cõmunicat nobis, plane secretum suũ sibi. Sola enim est, de qua dicitur: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Sola, cui dicitur: quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Offerantur Regi uirgines, sed post eam: Nam primatum sola uendicat sibi. Multo magis autem sola sine corruptione cõcepit; sine grauamine tulit, sine dolore filium parturijt. Itaq; nihil horũ à nobis exigitur; sed exigitur plane non nihil. Nunquid enim si defuerit nobis etiam mansuetudo pudoris, si humilitas cordis, si magnanimitas fidei, si compassio mentis, negligentiam nostrã munerum singularitas excusabit? Gratissima sane gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis uerecũdi. An uero quis putat, quod hac caruerit gratia, quæ gratia plena fuit?

Pudibunda fuit Maria; Ex Euangelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax, ubi præsumptuosa fuisse uidetur? Foris stabat quærens loqui filio, nec materna auctoritate, aut sermonem interrupit, aut habitationẽ irruit, in qua filius loquebatur. In omni denique textu quatuor Euangeliorũ, si bene meminimus, non nisi quater Maria loquens auditur. Primo quidem ad Angelum, sed cum iam semel, atq; iterum allocutus eam fuisset: Secũdo ad Elizabeth, quando uox salutationis eius Ioannem salutare fecit in utero, & ea magnificante Mariam, ipsa

magis Dominum magnificare curauit: Tertio ad filium,cũ iam esset annorum duodecim, & ipsa, & pater eius dolentes quæsissent eum: Quarto in nuptijs ad filiũ,& ministros.Et is qdẽ sermo certissimus in dex ingenitæ mansuetudinis, & uirginalis uerecundiæ fuit. Aliorum quippe uerecundiam suam reputans,sustinere non potuit; non potuit uini dissimulare defectum.Vbi sanè increpata est à filio (tanq̃ mitis,& humilis corde) nec illi respondit; nec tamen desperauit,ministros admonens facere,quod diceret eis. Nunquid non ab initio uenisse pastores, & primam omnium Mariam inuenisse leguntur? Inuenerunt, ait Euangelista,Mariam,& Ioseph,& infantem positum in præsepio.Sic & Magi quoq;,si recolis,non sine Maria matre eius puerum inuenerunt.Et inducens in templum Domini templi Dominum, multa quidem à Symeone audiuit tam de Deo;q̃ de seipsa,ad loquendum tarda,uelox ad audiendum. Et quidem Maria cõseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. Sed in his omnibus neq; de ipso incarnationis dominicæ sacramento quodcunq; uerbum feciſſe reperies. Væ nobis,qui spiritum habemus in naribus: Væ qui totum proferimus spiritum, qui, iuxta illud Comici, pleni rimarum effluimus undiq;. Toties deniq; Maria filium audiuit non modo turbis loquentem in parabolis,sed & discipulis seorsum Regni Dei mysteria reuelantem: uidit miracula facientem:uidit deinde in Cruce pendentem:uidit expirantem;uidit resurgentem:uidit & ascendentẽ. Sed in his omnibus quoties uerecundissimæ Virginis,quoties pudicissimę turturis uox memoratur audita? Deniq; legis in actibus Apostolorũ,q̃ redeuntes à monte Oliueti unanimiter perseuerabant in oratione. Qui? si forte Maria affuit,nominetur prima,quæ super omnes est,tam filij prærogatiua,q̃ suę priuilegio sanctitatis.Petrus,& Andreas,ait,Iacobus,& Ioannes, & cæteri,qui sequuntur,hi omnes perseuerabant unanimiter cum mulieribus,& Maria matre Iesu. Itane & mulierum sese ultimam exhibebat,ut nouissima omnium poneretur? Verè carnales adhuc discipuli, quibus necdum spiritus erat datus;quia Iesus necdum fuerat glorificatus. Quomodo facta est inter illos contentio de primatu, cum Maria quantò maior erat, humiliaret se, non modo de omnibus, sed & præ omnibus? Meritò facta est nouissima prima,quę cum prima esset omnium,sese nouissimã faciebat. Meritò facta est omnium Domina,quæ se omnium exhibebat ancillam. Meritò deniq; super Angelos exaltata est,quæ & infra uiduas,& pœnitẽtes,infra eam, de qua eiecta fuerant septem dæmonia,ineffabili sese mãsuetudine inclinabat. Obsecro uos filioli,æmulamini hanc uirtutem, si Mariam diligitis,si contenditis ei placere;æmulamini modestiam eius, nihil enim tam idoneũ homini, nihil tãm congruũ Christiano,maximeq; monachũ nihil adeò decet.

Et quidem manifesta satis in uirgine, ex hac ipsa mansuetudine uirtus humilitatis elucet. Nimirum collactaneæ sunt humilitas,& mansuetudo,in eo confœderatæ germanius,qui dicebat,Discite à me,quia mitis sum,& humilis corde. Sicut enim mater præsumptionis elatio, sic mansuetudo uera non nisi ex uera humilitate procedit. Nec in sola tantum Mariæ taciturnitate cõmendatur humilitas,sed euidentius resonat in sermone. Audierat,quod ex te nascetur sanctum, uocabitur

filius Dei; & nihil aliud q̃ Ancillam eius se esse respondit. Inde uentum est ad Elizabeth, & continuò uirginis gloria singularis, eidem per spiritum reuelatur. Denicq; & mirabatur personam uenientis dicens: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? Cõmendabat & uocem salutantis, adiũciens: Vt facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & beatificabat fidem credentis: Beata, inquiens, quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à domino. Magna quidem pręconia; sed & deuota humilitas nihil sibi passa retinere; in eum magis uniuersa refudit, cuius in se beneficia laudabantur. Tu, inquit, magnificas matrem Domini; sed magnificat anima mea Dominum. In uoce mea filium perhibes exultasse in gaudio; sed exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: Et ipse quoq; tanquam amicus sponsi gaudet ad uocem sponsi Beatam esse dicis, quæ credidisset; sed credulitas, & beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis; ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes; quia ancillam humilem, & exiguam respexit Deus.

Verunta men nunquid putamus fratres, Elizabeth sanctam in eo, quòd per spiritum utiq; loquebatur errasse? Absit. Beata planè, quam respexit Deus, & beata, quæ credidit. Hic enim magnus diuinæ respectionis extitit fructus. Ineffabili siquidem artificio spiritus, superueniens tantæ humilitati magnanimitas tanta in secretario uirginei cordis accessit; ut (quemadmodum de integritate, & fœcunditate prædiximus) hæ quoque nihilominus sunt stellæ ex respectu mutuo clariores; quòd uidelicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem: sed cum in sua ęstimatione tam humilis esset, nihilominus & in promissionis credulitate magnanimis; ut quæ nihil aliud, quàm exiguam sese reputabat ancillam, ad incomprehensibile hoc mysterium, & admirabile cõmercium, ad inscrutabile sacramentum nullatenus dubitaret electam; & ueram Dei, & hominis genetricem crederet mox futuram. Agit hoc nimirum in cordibus electorum gratiæ prærogatiua diuinæ, ut eos nec humilitas pusillanimes faciat, nec magnanimitas arrogantes, magis autem cooperentur sibi, ut non solum nulla ex magnanimitate subintret elatio; hinc hoc maxime prouehatur humilitas, ut inueniantur eò amplius timorati, & largitori munerum non ingrati: ac uicissim ex occasione humilitatis pusillanimitas nulla surrepat; sed quominus de sua quisque uel minimis præsumere consueuit, eò amplius etiam in magnis quibusq; de diuina uirtute confidat.

Martyrium sanè Virginis (quam nimirum inter stellas diadematis eius, si meministis, duodecimam nominauimus) tam in Symeonis prophetia, quàm in ipsa Dominicæ passionis historia cõmendatur. Positus est hic (ait sanctus senex de paruulo Iesu) in signum cui contradicetur: & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam, ò beata mater, animam gladius pertransiuit. Alioquin non nisi eam pertransiens carnem filij tui penetraret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Iesus (omnium quidem, sed specialiter tuus) ipsius planè non attigit animam crudelis

lancea, quæ ipsius (nec mortuo parcens, cui nocere non posset) aperuit latus, sed tuam undiq; animam pertransiuit. Ipsius nimirum anima iam ibi non erat, sed tua planè inde nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit animam uis doloris, ut plusquam martyrem non immerito prædicemus, in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille (reuera pertransiens animam, & pertingens usque ad diuisionem animæ, & spiritus) mulier ecce filius tuus? o cõmutationem. Ioannes tibi pro Iesu traditur, seruus pro domino, discipulus pro magistro, filius Zebedei pro filio Dei, homo purus pro Deo uero. Quomodo nõ tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio, quando & nostra, licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit? Non miremini fratres, quod Maria martyr in anima fuisse dicatur. Miretur qui non meminerit se audisse Paulum inter maxima gentium crimina memorantem quòd sine affectione fuissent. Longè id fuit à Mariæ uisceribus: longè sit à seruulis eius. Sed forte quis dicat: Nunquid non eum præscierat moriturum? Et indubitanter. Nunquid non sperabat continuè resurrecturum? Et fidenter. Super hæc doluit crucifixum? Et uehementer. Alioquin quis nam tu, frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut mireris plus Mariam compatientem, quàm Mariæ filium patientem? Ille etiam mori corpore potuit, ista commori corde non potuit? Fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

TERTIVM EIVSDEM SANCTISSIMÆ DEI GENITRICIS VITAE FRAGMENTVM

ex Ioanne Damasceno Monacho.

Habetur in libro. 4. eiusdem de Orthodoxa Fide cap. 15.

DE sancta & superlaudabili semper Virgine & Deipara Maria in prætactis mediocriter tractauimus, & quod maxime opportunum uisum est repræsentauimus, quod proprie & uere Deipara & est, & nominatur: nunc reliqua cõpleamus. Ipsa enim ante secula præcognitiuo Dei cõsilio prædiffinita est, & diuersis similitudinibus & oraculis prophetarum per spiritum sanctum figurata: & prædicata, in prædiffinito tempore ex Dauidica radice pullulauit, propter factas ad ipsum repromissiones. Iurauit enim (inquit) Dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Et rursus: semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternũ manebit; & thronus eius ut sol in conspectu meo, & ut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis. Et Esaias: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos ex radice eius ascendet.

Enimuero quòd Ioseph ex Dauidica tribu descenderit, Matthæus, & Lucas sacratissimi Euangelistæ diluciде monstrarunt. Sed Matthæus quidem ex Dauid per Salomonem deduxit Ioseph: Lucas autem per Nathan. Sancte uero uirginis generationem ambo siluerunt. Decet autem scire, non fuisse morem Hebræis, neq; diuinæ scripturæ,

genealogias

genealogias texere mulierum. Nam lex fuit tribum nō desponsare ex alia tribu. Atqui Ioseph ex Dauidica descēdit tribu, & iustus erat. Hoc enim de ipso diuinum testatur Euangelium. Non igitur præter legem sanctam uirginem ad desponsationem duxisset, nisi ex eius sceptro descendisset. Cum igitur ostenderit Euangelista descensum Ioseph, satisfactum esse putandum est. Præterea id nequaq̄ latere par est, q̄ lex erat, uiro moriente sine prole, fratrem eius defuncti coniugem sibi nuptijs copulare, & suscitare semen fratri. Quod igitur partu edebatur, secundum naturam secundi, ideſt illius qui genuit, erat: secundum uero legem, eius, qui obierat diem.

Ex serie igitur Nathan filij Dauid Leui genuit Melchi, & Panthera. Panther genuit Barpanthera, sic ab eo denominatum. Hic Barpāther genuit Ioachim. Ioachim uero genuit sanctam Deiparam. Ex serie Salomonis filij Dauid Matthan duxit uxorē, ex qua genuit Iacob. Mortuo autem Matthan, Melchi, qui erat ex tribu Nathan filius Leui, frater uero Pantheris, nupsit uxori Matthan, matri quidem Iacob, & genuit ex ea Heli. Erant igitur fratres uterini Iacob & Heli, Iacob quidē ex tribu Salomonis, Heli uero ex tribu Nathan. Defuncto autem Heli ex tribu Nathan sine liberis, accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis uxorem eius, & suscitauit semen fratri suo, & genuit Ioseph. Ioseph igitur natura quidem est filius Iacob ex descensu à Salomone: secundum uero legem, filius Heli ex Nathan.

Ioachim ergo uenerandam, & dignam laude Annam in matrimonium duxit. Sed quemadmodum uetus Anna sterilis facta, per uotū & repromissionē habuit Samuelem; hunc in modum & hæc per supplicationem & repromissionem à Deo Deiparam profert, ut & in hoc nulla illustrium & glorioſarum posterior habeatur. Parit ergo gratia (Anna enim hoc interpretatur) Dominā: quod profecto indicat Mariæ nomen. Nam reuera Domina facta est omnium creaturarum cum Conditoris omnium effecta est mater. Editur partu in domo ouilis Ioachim, & adducitur in templum. Deinde in domo Domini plantata, & impinguata spiritu, ueluti oliua fructifera, omnis uirtutis habitaculum facta est, ab omni seculari uita, & carnali concupiscentia procul mentem sequestrans, & sic uirginem animam cum corpore conseruans, ut decebat eā, quæ in sinu Deum susceptura esset. Sanctus enim existens in sanctis requiescit. Sic igitur sanctificationē omnē exercet, & tēplum sanctū & admirabile altissimi Dei digne demonstratur.

Quia ergo obseruabat Virgines nostræ salutis inimicus propter Esaiæ prædictionem, dicentis: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscū Deus; ut deciperet eum, qui semper in sapientia gloriatur, ipse qui deprehendit sapientes in astutia eorum, in desponsationē puella Ioseph à sacerdotibus traditur, ut nouus liber literas scienti. Nam desponsatio custodia Virginis erat, & uirgines obseruantis depulsio. Quando autem uenit plenitudo tēporis missus est Angelus Domini ad ipsam, annuncians Domini conceptionem. Et sic concepit filium Dei, consubstantialem patris uirtutem, non ex uoluntate carnis, neq̄ ex uoluntate uiri, ideſt ex congressu & semine, sed ex patris bona uoluntate, &

cooperatione ſpiritus ſancti ſuppeditauit creatori creari, & plaſmatori plaſmari, & filio Dei & Deo incarnari, & humanari ex puris & illibatis carnibus eius & ſanguinibus, primæ matris abſoluens debitum. Nam quemadmodum illa ſine cõmixtione ex Adam plaſmata eſt, ſic iſta nouum Adam lege partus in utero tulit, quem peperit ſuper natiuitatis naturam. Natus eſt enim ex muliere ſine patre, & ex patre ſine matre. Et quoniam ex muliere, lege partus: quoniam ſine patre, ſuper naturam eſt natiuitatis. Et quoniam conſueto in tempore (nam nouẽ menſes complens, & decimum attingens naſcitur) id fit lege partus. Quod autem ſine dolore, ſupra legẽ partus eſt. Cuius enim uoluptas non præceſſit, neq; pariendi dolor ſubſequutus eſt, ſecundum prophetam, dicentem: Priuſquam dolorem partus ſenſerit, peperit. Et rurſus: Priuſquã aduenirẽt tẽpus dolorũ partus, effudit, & peperit maſculũ.

Natus eſt igitur ex ea filius Dei, & Deus incarnatus; non deifer homo, ſed Deus incarnatus; non ut propheta actione unctus, ſed totius ungentis præſentia: Vt homo quidẽ fiat, quod ungit, & Deus quod ungitur, non tranſmutatione naturæ, ſed unione ſecundũ hypoſtaſin. Idem enim erat ungens, & qui ungebatur; ut Deus ungens ſeipſum ut hominem. Quomodo igitur non eſt Deipara, quæ Deum incarnatũ ex ſe genuit? Sic proprie & uere Dei genitrix, & domina, quæ omniũ creaturarum dominatrix, ancilla & mater omnium conditoris effecta. Quemadmodum uero qui conceptus eſt Virginem concipientem ſeruauit; ſic & natus ipſius uirginitatem ſeruauit illæſam. Solum tranſiuit per eam, & clauſam ſeruauit ipſam. Per auditum quidem conceptio, ſed natiuitas per conſuetum parientium egreſſum; tametſi nonnulli fabulantur per latus diuinæ matris ipſum editũ fuiſſe. Nõ enim impoſſibile illi erat per clauſam portã tranſire, & illius nõ lædere ſignacula.

Manet igitur & poſt partum uirgo, & ſemper uirgo. Nullo modo enim uſq; ad mortem uiri admiſit contactum; etſi ſcriptum eſt: Et non cognouit eam, donec peperit filium ſuũ primogenitum. Sciendũ autẽ eſt, q̃ primogenitus eſt, qui primus genitus eſt, etſi etiam unigenitus fuerit. Hoc enim primogenitũ primũ natum eſſe oſtendit, nõ omnino autẽ cõmaniſeſtat & aliorum generationẽ. Hoc autem uocabulum, donec, determinati temporis præfinitionem ſignificat, non autẽ nunciat quod poſtea Dicit enim Dominus: Ecce ego uobiſcũ ſum uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Non quod poſt ſeculi conſummationẽ ſeparandus ſit. Nã ait diuinus Apoſtolus: Et ſic ſemper cũ Chriſto erimus, poſt cõmunem reſurrectionẽ intelligens. Quõ enim quę genuit deum, & ex conſequentium experientia miraculum agnouit, uiri conſortium admiſit? Abſit hoc. Nõ modeſtę cogitationis eſt talia cogitare, ne dicã agere. Sed ipſa beata, & ſuper naturã donorum digna effecta, dolores partus, quos effugit pariens, illos tẽpore paſſionis ſuſtinuit, ex materna cõpaſſione uiſcerũ lacerũ reparturiens. Et quẽ Deum per natiuitatem agnouit, illum ut maleficũ interfectum uidens, tanq; gladio, cogitationibus decerpitur. Et hoc eſt: Tuam ipſam animã pertranſibit gladius, quemadmodum illi prædixerat Dei expectator Symeon Dominum geſtans in ulnis. Sed cõmutat triſtitiam gaudium reſurrectionis, Dominum carne mortuum rediuiuum prædicans.

VITA SANCTORVM APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI, PER EGESIPPVM SCRIPTA.

Habetur lib. 3. eiusdem de excidio Hierosolymitano cap. 2.



RAnt Neronis tẽporis Romæ Petrus & Paulus doctores Christianorũ, sublimes operibus, clari magisterio, qui uirtute suorum operum Imperatorem ad uersum fecerant; captum magi Simonis dilinimẽtis, qui sibi animum eius conciliauerat. Cui adiumentũ uictoriæ, subiectiones gentium, uitæ longeuitatẽ, salutis custodiam feralibus artibus pollicebatur, atq; ille credebat, quim rerum nesciret examinare. Denicq; summum apud eum tenebat amicitiæ locum: quandoquidem etiam præsulem suę salutis, uitęq; custodem arbitrabatur. Sed ubi Petrus eius uanitates & flagitia detexit, & species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut uerũ efficere demonstrauit, ludibrio habitus, & digno est consumptus mœrore. Et quanuis in alijs terrarũ partibus Petri esset expertus potentiam, tamẽ præueniens Romã, ausus est iactare quod, mortuos resuscitaret.

I

Tu qui negas Petrũ apostolum Romæ fuisse quid dicere potes contra tantum & tã uetustum auctorem qui tempore Anicetti fuit, imo Apostolicorũ uicinus temporum, ut ait D. Hieronymus. Aut igitur ignorans es si hæc non legisti, aut si legisti, improbus.

Defunctus erat id temporis Romæ adolescens nobilis, propinquus Cæsaris, cũ uniuersorum dolore, Admonuere plericq; experiendũ utrũ posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: Sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exigit remedium, perrectum est ad Petrum. Fuere qui etiam Simonẽ accersendum putarent: uterq; affuerunt. Ait Petrus Simoni: qui se de sua iactaret potentia, priores sese partes dare: ut si posset, mortuũ resuscitaret. Si ille non resuscitaret, se non defuturũ ut Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon qui putaret apud urbem gentilium plurimũ suas ualituras artes, conditionẽ proposuit, ut si ipse resuscitasset mortuũ, Petrus occideretur, qui magnã potentiam (sic enim appellabatur) lacessendo iniurias irrogauisset: sin uero præualuisset Petrus in Simonem, pari genere uindicaretur. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon: Accessit ad lectulum defuncti, incantare atq; imurmurare dira carmina, ut cœpit, uisus est caput agitare qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium quod iam uiueret, quod loqueretur cũ Simone. Ira & indignatio in Petrum, quod ausus esset conferre sese tantę potestati. Sanctus Apostolus popoſcit silentium & dixit, Si uiuit defunctus, loquatur: si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur. Phãtasma illud esse non ueritatem, quod uideatur caput mouisse. Denicq; separetur, inquit, Simon a lectulo, & tunc ne id quidẽ ostentui futurũ. Abducitur Simon a lectulo, manet sine specie motus alicuius qui mortuus erat. Astitit Petrus longius, in intra se paulisper orationi intentus cũ magna uoce ait: Adolescens surge, sanet te dominus Iesus. Et statim surrexit adolescens, & locutus est, ambulauit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suæ. Qui cũ rogaretur ut ab eo non discederet, ait: Non derelinquetur ab eo qui eum fecit resurgere, cuius nos serui sumus. Secura esto mater de filio, non uerearis, habet custodem suũ. Et cũ populus in Simonẽ insurgeret, ut lapidaretur, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius, quod cognoscit suas artes nihil ualere; uiuat, & Christi regnum crescere uideat, uel inuitus.

Torquebatur magus Apostoli gloria. Collegit sese, atq; omnẽ excitans carminũ suorũ potentiam, congregat populum, offensumq; se dicit a Galilæis, relicturũ se urbem quã tueri soleret. Diem statuit, pollicetur uolatũ, quo supernis sedibus inueheretur: Cui quando uellet, cœlum pateret. Conscendit statuto die montẽ Capitolinũ, ac se de rupe deiiciens uolare cœpit. Mirari potius & uenerari: plericq; dicentes Dei esse potentiam non hominis, qui cũ corpore uolitaret, nihil tale fecisse Christũ. Tunc Petrus in medio stans ait: Iesu domine, ostende ei uanas artes suas esse, ne hac specie populus iste, qui crediturus est decipiatur. Decidat domine, sic tamen, ut nihil se potuisse uiuens recognoscat. Et statim in uocem Petri implicatis remigũs alarum, quas sumpserat, corruit, nec examinatus est, sed fracto debilitatoq; crure, Aritiam concessit, atq; ibi mortuus est.

Quo comperto deceptum se Nero & destitutum, dolens tanti casum amici, sublatumq; sibi uirum ut idem & necessarium Reipublicę, indignatus, quęrere cœpit causas quibus Petrũ occideret. Et iam tẽpus aderat, quo Sancti uocarentur Apostoli Petrus & Paulus. Denicq; dato ut cõprehenderetur præcepto, rogabatur Petrus ut sese alio cõferret. Resistebat ille dicens, nequaquã se facturũ, ut tancq; metu mortis territus cederet, bonũ esse pro Christo pati, qui pro omnibus se morti obtulisset: non mortẽ illam, sed imortalitatem futurã, tanquã indignum ut ipse fugeret passionẽ sui corporis, qui multos doctrina sua cõpulerit se hostias pro Christo offerre, deberi sibi secundũ domini uocem, ut & ipse in passione sua Christo gloriam atq; honorẽ daret. Hęc & alia Petrus obtexere, sed plebs lachrymis quærens ne se relinqueret, & fluctuantẽ inter procellas gentilium destitueret: uictus fletibus Petrus, cessit: Promisit se urbem egressurũ. Proxima nocte salutatis fratribus, & celebrata oratione, proficisci solus cępit. Vbi uentum est ad portam, uidet sibi Christũ occurrere, & adorans eum dixit: Domine quo uadis? Dicit ei Christus: Iterum uenio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dictum passione, quod in ea Christus passurus uideretur, qui patitur in singulis, non utiq; corporis dolore, sed quadã misericordię cõpassione, aut gloriæ celebritate. Et conuersus in urbẽ redit, captusq; a persecutoribus crucí adiudicatus, poposcit ut inuersis uestigiis cruci affigeretur, quod indignus esset qui simili modo crucifigeretur, ut passus est Dei filius. Quo impetrato, uel quia ita debebatur, ut Christus prædixerat, uel quia persecutor non inuitus indulget pœnarum incrementa, & ipse Paulus, alter cruce, alter gladio necatus est.

In huius rei memoriam extat adhuc hodie Romæ extra portam Appiam erectũ sacellum, quod uulgo appellatur Domine quo uadis.

Habetur in lib. eiusdẽ de uiris illustrib'.

ITEM VITA D. PETRI APOSTOLORVM PRINCIPIS PER D. HIERONYMVM SCRIPTA.

I

Vbi sunt pseudoprophetæ nostri tẽporis, qui negant Petrum aliquãdo Romæ fuisse? Cùm id nõ ex hoc loco tantum, uerũ ex

Simon Petrus filius Ioannis, prouincię Galileæ, Vico, Bethsaida, frater Andreę Apostoli, & princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circuncisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithinia, secundo Claudij anno, ad expugnã

dum

dum Simonem Magũ Romã pergit, ibiq; uigintiquinq; annis cathedram sacerdotalem tenuit, usq; ad ultimũ annum Neronis, ideſt, decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram uerſo, & in ſublime pedibus eleuatis: aſſerens ſe indignum ut ſic crucifigeretur ut dominus ſuus.

Egeſippo quoq;, Tertulliano et Ambroſio ac cæteris antiquiſſimis & probatiſſimis patribus aſſeratur.

Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominantur, quarũ ſecunda a pleriſq; eius eſſe negatur, propter ſtili cum priore diſſonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius, equibus unus Actorum eius inſcribitur, alius Euangelĩ, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus Iudicĩ, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vatica no, iuxta uiam triumphalem, totius urbis ueneratione celebratur.

2

Si ſecunda Petri epiſtola a pleriſq; eius eſſe negatur, tu cũ eccleſia tene illius eſſe, quod & D. Hieron. tenet in epiſtola ad Paulinũ, et D. Augu. in lib. de fide et oper.

VITA SANCTI PAVLI APOSTOLI PER D. HIERONYMVM SCRIPTA.

Habetur in lib. eiuſdẽ de uiris illuſtrib'.



Paulus apoſtolus qui ante Saulus, extra numerũ duo decim apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſcalis fuit, quo a Romanis capto, cũ parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ cõmigrauit, a quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymã, a Gamaliele uiro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autem interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis a pontifice tem pli epiſtolis, ad perſequendos eos, qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret, reuelatione cõpulſus ad fidem, quæ in actibus apoſtolorum ſcribitur, in Vas electionis de perſecutore trãslatus eſt. Cumq; primũ ad prædicationem eius Sergius Paulus proconſul Cypri credi diſſet, ab eo quod eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen Paulus: & iuncto ſibi Barnaba, multis urbibus peragratis, reuertenſq; Hieroſolymã, a Petro Iacoboq; & Ioanne gentium apoſtolus ordinatus.

Et quia in Actibus apoſtolorum pleniſſime de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantum dicam, quod poſt paſſionẽ domini uigeſimo quinto anno, ideſt ſecundo Neronis, eo tẽpore quo feſtus procurator Iudææ ſucceſſit Felici, Romam uinctus mittitur, & biennium in libera manens cuſtodia aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Sciendum autẽ in prima ſatisfactione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ, Paulum a Nerone dimiſſum ut euangelium Chriſti in occidentis quoq; partibus prædicaret: ſicut ipſe ſcribit in ſecunda epiſtola ad Timotheum, eo tẽpore quo & paſſus eſt, de uinculis dictans epiſtolam: In prima mea ſatisfactione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autẽ mihi affuit, & cõfortauit me, ut per me prædicatio cõpleretur, & audirent omnes gentes: & liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſime leonẽ propter crudelitatem Neronẽ ſignificans. Et in ſequentibus, liberatus ſum de ore leonis. Et ſtatim: Liberauit me dominus ab omni opere malo, & ſaluauit me in regnum ſuũ cœleſte, quod ſcilicet præſens ſibi ſentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epiſtola præmiſerat: Ego enim iam imolor,

3

Si hæc te Hieronymi uerba super epistola ad Hebræos perturbant, confirment quæ postea in. 2. capite ad Titum scribit, nempe hanc Epistolam iam inter Ecclesiastı. esse receptam, & in. 1. ad Galathas, ubi eā Pauli libere nominat. Sed apertius in prologo super epistō. ad Titum asserit hanc epistolā ab Hæreticis propterea esse reiectā, qđ in ea omne dogmata manifeste destruerentur.

Ex historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. cap. 25.

& tempus resolutionis meæ instat.

Hic ergo quartodecimo Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romę pro Christo capite truncatus, sepultusq; est in uia Ostiensi, anno post passionē domini trigesimo septimo. Scripsit autē nouem ad septē ecclesias epistolas: ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galathas unā, ad Ephesios unā, ad Philippenses unā, ad Colossenses unā, ad Thessalonicenses duas: præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unā, Philemoni unā. Epistola autē quæ fertur ad Hebræos non eius creditur, propter styli sermonisq; distantiam: sed uel Barnabæ, iuxta Tertullianum: uel Lucæ euangelistæ iuxta quosdā: uel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ episcopi, quē aiunt ipsi adiunctum sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. Vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat. Scripserat ut Hebręus Hebræis Hebraice, ideſt suo eloquio disertissime, ut ea quę eloquenter scripta fuerant in Hebręo, eloquentius uerterentur in Græcū: & hanc causam esse, quod a cæteris Pauli epistolis, discrepare uidea-tur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

Igitur Nero, ut apertū se hostem diuinitatis pietatisq; professus est, ipsorum prius apostolorum, quippe qui duces & signiferi erant in populo Dei, expetit neces. Et Paulum quidem capite in ipsa urbe Roma, Petrum uero crucis patibulo condemnat.

Horum testimonium quęrere extrinsecus superfluum puto, cū rem gestam insignia usq; in hodiernū, & splendidissima eorū monumenta testentur. Veruntamen scribit de his etiam Caius quidā scriptor antiquus, qui cū Zephirino episcopo Romano aduersum Proculum quēdam Cataphrygam disputans, hæc de apostolorū cōmemorat locis.

Ego, inquit, habeo trophæa apostolorum, quæ ostendam. Si enim procedas uia regali, q̄ ad Vaticanū ducit, aut uia Ostiensi, inuenies trophęa defixa, qb⁹ ex utraq; parte statutis Romana cōmunitur ecclesia.

Quod autē eodem tēpore ambo passi sint, Corinthiorū episcopus Dionysius, eum in urbe positus esset, & de scripturis disputaret, hoc dicit: Sed & uos habentes cōmonitionem a Petro & Paulo, plantationē Romanæ & Corinthyorū ecclesiæ coniunxistis. Ambo etenim simul aduentantes, & in nostra Corinthiorū ecclesia docuerunt, & per omnem Italiam, atq; in hac urbe simul docentes, etiam martyrio pariter uno eodemq; tempore coronati sunt. Hæc autē retulimus, ut historia quæ in opinione omnium est, confirmatior habeatur.

4

Heus tu qui impudēter garris Petrū nunquā Romæ fuisse.

Est sermo primus eiusdē in Natali apostolorum eorundē.

ITEM VTRIVSQVE APOSTOLI VITA PER D. MAXIMVM EPISCOPVM *Taurinensem scripta.*

5

Honorātes annuis solennitatibus glorioſissimos Christianæ fidei principes, ipsum dominum debita religione ueneramur.



Glorioſissimos Christianæ fidei principes annuis solennitatibus honorantes, Fratres chariſſimi, ipsum dominum, ac Deum nostrum, qui huius author est fidei, debita religione ueneramur. Apostoli nanq; latino sermone dicuntur missi. Qui ergo honorant missos, manifestum est honorare eos mittentē, quoniam

dignitas,quæ defertur ministris,illi sine dubio,cuius ministri sunt,exhi
betur;ut ait ipse saluator ad discipulos suos: Qui uos audit,me audit;
& qui uos recipit,me recipit. Vere beata Apostolorum merita,in qui
bus se Christus & recipi prædicat,& audiri. Beati nihilominus & illi,
quorum deuotio delata Apostolis recurrit in Christum.

Tenentes itaq; fratres tantę huius promissionis fidem,de supplicijs
patrum nostrorũ pro Christi confessione susceptis,fidelibus gaudijs
exultemus: quoniam qui de martyrum morte lætatur,martyres non
dubitat cũ Christo regnare post mortẽ. Nos uero ecclesiarũ omnium
reuerentissimos patres,Petrũ dico,& Paulum pijssimis studijs hono-
remus:quibus Christi pręstante gratia,factus est hodie de morte nata
lis; quibus finis uitæ uiuendi initium dedit; quibus (ut ait Apostolus
Paulus) uiuere Christus erat,& mori lucrum. Erat utiq; Christus eis
uiuere,quibus uita non erat sine Christo. Erat eis Christus uiuere,quia
totum proficiebat Christi ecclesiis,quod uiuebant. Erat eis & mori lu
crum,qui tali morte uitam sibi mercabantur æternam. Erat eis mori
lucrum,quorum corruptioni incorruptio succedebat,& damna præ-
sentium temporum,lucra perpetua sequebantur.

Sed iam necessarium,charissimi,reor,ut proprias eorum,specialesq;
uirtutes, prout ariditas linguę nostræ,ingenijq; tenuitas patitur,imo
ut misericors Deus annuerit,proloquamur. Hic itaq; ille est Petrus,
qui confitendo Christum dominũ uiui Dei esse filium,ualidissima inui
ctaq; nobis credendi fundamenta constituit. Nam percontanti Dño,
Quis esse ab hominibus diceretur,respõdit: Tu es Christus filius Dei
uiui;id est,Tu Dñe de carne uirginis factus es Christus,qui Dei uiui es
filius sempiternus:Tu Dñe hominibus natus es homo,qui incogitabi
li maiestate Deus es apud Deum: Tu es Christus,qui pro redẽptione
nostra ad passionẽ ueniens,impassibilis permanes apud patrem. Quis
igitur unquã in tantũ hoc incõprehensæ Deitatis archanum humani
sensus attollere potuisset obtutum, nisi ab ore Petri salutaris huius fi-
dei ueritas radiasset? Quis meritorũ eius gloriam quãuis magno æqui
parare posset eloquio,à quo nobis adorandę diuinitatis fides & cępit,
& permanet? Quid tanto gloriosius uiro, qui fidem secreti inscrutabi-
lis loquendo ædidit,uiuendo docuit,patiendo firmauit? Vt autẽ con-
fessionis huius quanta esset magnitudo saluator ostenderet,ait ei:Bea-
tus es Simon Bar Iona,quia caro,& sanguis non reuelauit tibi,sed pa-
ter meus,qui est in cœlis;& tibi dabo claues regni cœlorũ. Quis ergo
Christum per carnẽ,& in carne natum omnipotentis patris esse filium
sentire potuisset, nisi propitius hoc ipse Pater per Petrum nobis reue-
lasset è cœlo? Hæc illi confessio dedit,ut ante claues regni cœlorũ acci-
peret,q̃ cœli ianuas introiret.

Sed ne qua uos,fratres,de creditis Petro clauibus Regni,more no-
strarũ clauium cogitatio terrena permoueat. Claues enim cęli lingua
est Petri,quia singulorũ merita censendo Apostolus unicuiq; regnum
cœlorũ aut claudit,aut aperit. Nõ est ergo clauis ista morralis artificis
aptata manu,sed data à Christo potestas est iudicãdi. Deniq; ait eis:
Quorũ remiseritis peccata,remissa erunt,& quorũ detinueritis deten
ta erunt. Hic est Petrus,quẽ Xpi esse cõfidentissimũ subiecta uestigijs

6

Nota hæretice quod honorare sanctos, est honorare Christum, quod tu peccatorũ tenebris inuolutus non fineris intelligere. Ideoq; tot & tãta cõtra sanctorũ honores & uenerationẽ oblo queris. Nota & beata Apostolorũ merita.

7

Qui lætatur de martyrum morte, non dubitat eos regnare cũ Christo. Infer ergo, quod hæretici nolentes Apostolorũ et aliorum sanctorum festa celebrari,populosq; in illis spiritualiter gaudere & exultare,nõ credunt eos esse in cœlo.

8

Vnicuique Apostolus Petrus secundum meritа claudit aut aperit regnũ cœlorum.

eius maria probauerunt. Nam à domino suo nouos sibi dari in fluctibus gressus, ut fidelis popoſcit, & ut dilectus emeruit. Qui ob hoc solum trepidasse uisus est, ut fragilitas humana cognosceret, quãta esset inter dominum, seruumq; distãtia, dum aggrauata peccatis caro mergitur, & immaculati nescit planta desidere: similiter & illud, ne dum super aquas ambulans Petrus pede intrepido peruenisset ad Christum, domini forte sui uirtutibus æquaretur. Sed quid illum tantopere dicimus trepidasse, cum parua trepidatio sua maiorem profecit ad fidẽ? Vt enim credidit Petrus imperio domini sui posse se à fluctibus sustentari, ita nihilominus dum mergitur, credidit ipsius domini sui se uirtute saluandũ. Vere beati Petri & dum trepidat mirabilis fides, quam nec perurgentis periculi potuit turbare formido. Clamando enim, dum mergitur: Domine libera me, de se diffisus est, non de Domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc glorioſisimi Petri ducat in uitiũ, quoniam timor iste quamuis primam eius turbauerit fidem, cõfidentiam tamen in eo reparatæ credulitatis ornauit.

Hic est Petrus, cui Christus dominus communionem sui nominis libenter indulsit: Vt enim (sicut apostolus Paulus edocuit) petra erat Christus, ita per Christum Petrus factus est petra; dicente ei domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Nã sicut in deserto domínico sitienti populo aqua fluxit è petra, ita uniuerso mundo perfidiæ ariditate lassato de ore Petri fons salutiferæ confessionis emersit. Hic est Petrus, cui Christus ascensurus ad patrem pascendas ouiculas suas, agnosq; cõmendat, ut quos ille pietatis miseratione redemerat, hic fidei suę uirtute seruaret. Et recte sanè ei arbiter ocultorum dei filius pascendas oues suas, tuendasq; cõmisit, cui nouerat in nutriendo grege dominico nec studium desse, nec fidem.

Hic est Petrus, qui dñ ad crucem tanq; Crucifixi discipulus ducere tur, uerso se poscens corpore crucifigi, passionẽ non tenuit, sed æqualitatem crucis dominicæ declinauit, ut ostenderet uniuersis admirandæ se humilitatis uirtutẽ, nouiq; mysterñ disciplinã, & inter tormenta seruasse. Quã securus, charissimi, perrexit Petrus ad crucem, qui repulso timore mortis, moriendi ordinem tam acerba in passione quæsiuit.

Quid etiam de glorioſsimo referam Paulo, in quo dñs fidem nominis sui, dum ipsam fidem persequeretur, elegit? Qui dñ uelut acerrimus persecutor christianam uastat ecclesiam, inimico adhuc eius in pectore amicũ sibi cor Christus inuenit. Dumq; temporalia capit ad supplicia Christianos, ipse perpetuam captus ad gratiam factus est subito pastor ex lupo, ex prędone custos, ex hoste defensor. Vnde patuit nec Paulum malignę mentis proposito plebem dominicam persecutum, nec Christum latuisse, quem eligeret in Paulo.

Hic est Paulus, qui Christi uocibus inclamatus è cœlo, oculis in se Iudaicæ infidelitatis obtusis, uidendi aciem non perdidit, sed mutauit. Amisit oculos, & recepit; ut uno eodemq; tempore, & in persequentẽ cęcitatis uindicta procederet, & uocantis dei gratia illuminaret electum. Ait illi nanq; de cœlo dñs: Saule, Saule, quid me persequeris? Idest, Cur me persequeris Saule; quæ mea odiũ erga me tuum excitauit iniquitas? Nunquid quia illuminaui cæcos, quia sanaui ęgrotos,

quia fugaui dæmones, quia furientes populos quinq; panibus paui, an quia de tumulis mortuos suscitaui, an forte magis, quia fidelibus meis regnum cœleste promisi? Sed si præstare me posse dubitas, quæ promitto, aspice si tũ potes, unde te, uel qualis appello. Sed quare me persequeris, Saule? Aut quid me persequendo proficies? Nunquid aduersus regnantẽ in cœlo ullum tua persecutio habebit effectũ? Nunquid nocere mihi quicq; poteris, quem non potes intueri? Ego enim sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, qui terras cœlo, crucem regno, mortẽ perpetuitatem mutaui. De quibus omnibus non te debere cunctari, & ereptus tibi nunc, & post paululum redditus suadebit aspectus. At beatissimus Paulus repentina quidẽ cæcitate coercitus, intellecta tũ maiestate loquentis è cœlo, continuo fidelis effectus, & a persecutione destitit, & nouos intuendi Christum oculos acquisiuit.

Hic est Paulus, qui pro suarũ remuneratione uirtutum ultra humana merita tertiũ raptus ad cœlum, cœlestia secreta cognouit, ut ecclesiarum futurus doctor, inter angelos disceret, quod inter homines prædicaret. Aut quis ei impune ultra non credat, q̃ de sacramentis dominicis non solũ audita loquitur, sed & uisa testatur? Quanta hoc, fratres, dei nostri actũ est gratia, ut qui de cœlestibus in apostolatum uocatus est, apostolatus eius consecraretur in cœlo?

Et post omnia hic est Paulus, q̃ ceruices suas, quas aduersum Christi nomen superbus erexerat, perfidorũ cædendas gladio humillimus pro Christi honore summisit, nec piguit eũ pro illo mori, quem sæpe probauerat uiuere, & regnare post mortem. Atq; ita factũ est ut gloriosissimum Paulũ, qui in diuersis gentibus pro fide Christi multo certamine dimicando innumera bella pergerat, uelut uictorem mundi Roma susciperet ad triumphum.

Hi ergo sunt beatissimi Petrus & Paulus, qui sacramentum cœlestis regni uno spiritu prædicantes, sub unius passione diei doctrinam suam pio sanguine & morte fortissima consecrarunt, qui etiam tanq; ecclesiarum omnium principes facti dispensatione cœlesti Romam petentes, sacratissima sua corpora in illius urbis arce reconderent, quæ totius orbis obtinuerat principatum: quatenus potentiam uirtutis suæ Christus ostendens, ubi mundus caput habebat imperij, ibi regni sui principes collocaret.

9

Adhuc bone uir qui dicis Petrum nunquã fuisse Romæ, & ex hoc loco disce conuinci impudentissimũ mendacium tuum.

Cum omnes beatissimi apostoli parem gratiam apud dominũ sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus & Paulus uidentur præ ceteris peculiari quadã in saluatore fidei uirtute præcellere. Quod quidem ex ipsius dñi iudicio possumus approbare. Nam Petro sicut bono dispensatori clauem regni cœlestis dedit. Paulo tanq; idoneo doctori magisteriũ ecclesiasticæ institutionis iniunxit; scilicet ut quos iste erudierit ad salutẽ, ille suscipiat ad quietem, ut quorũ corda Paulus patefecerit doctrina uerborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cœlorũ. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicenda est, qua ad fidem peccatorũ dura corda reserantur, mentiũ secreta pandantur, & quicquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationabili manifestatione producitur. Clauis inq;, quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam

Est sermo quintus eiusdem in Natali eorundem.

ad æternitatem mysterij salutaris includit. Ambo igitur claues à domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentiæ. Diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros iste largitur. Sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

10 *Petrus & Paulus æquales meritis & passione.*

Ergo beati Petrus & Paulus eminent inter uniuersos apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui præponatur incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione; & simili eos fidei deuotione uixisse, quos simul uidemus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factū putemus, quod una die, uno in loco, unius tyranni tolerauere sententiam. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent; uno in

11 *Ambo apostoli Romæ passi sunt.*

loco, ne alteri Roma deesset; sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrunq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro uirtute. Et in quo tandem loco martyriū pertulerunt? In urbe Roma, quę principatum & caput obtinet nationū, scilicet ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & ubi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur.

12 *Vide totiens replicari apostolorum merita, contra eos qui dicunt Sanctos non habere merita.*

Cuius autē meriti sint beatissimi Petrus & Paulus, hinc possumus intelligere, quòd cum dñs orientis regionem propria illustrauerit passione, occidentis plagam, ne quid minus esset, uice sui apostolorū sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horū martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinem profuderunt: sed uideamus causam, quare ista perpessi sunt; scilicet quod inter cætera mirabilia etiam magum illum Simonē orationibus suis de aeris ua cuo præcipiti ruina prostrauerunt. Cum enim idem Simon se Christū diceret, & tanq; filium ad patrem assereret uolando se posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus uolare cœpisset, tunc Prtrus fixis

13 *Ecce hæretice quomodo & si passio Saluatoris sufficiat nobis ad salutē, uult tamen deus etiam nostras passiones & afflictiones tum in aliorum exemplum, tum etiā in ecclesiæ meritum, ut Paulus de suis passionibus testatur ad Colossenses. 1.*

genibus precatus est dñm, & precatione sancta uicit magicam leuitatem. Prior enim ascendit ad dñm oratio, quàm uolatus; & ante peruenit iusta petitio, q̄ iniqua præsumptio. Ante Petrus in terris positus obtinuit, quod petebat, q̄ Simon peruenire in cœlestibus, quò tendebat. Tunc igitur Petrus uelut uictū illum de sublimi aere deposuit, &

14 *Petrus fixis genibus, precatus est, & quod orauit obtinuit.*

quodam præcipitio in saxo elidens eius crura confregit: & hoc in opprobrio facti illius, ut qui pauloante uolare tentauerat, subito ambulare non posset, & qui pennas assumpserat, plantas amitteret. Sed ne forte hoc mirū uideatur, quod magus iste præsente apostolo per aerem aliquandiu uolitauerit, hoc patientia Petri fecit. Permisit enim illū sublimius ascendere, ut altius caderet; uoluit eū in excelsum leuari ad conspectum omnium, ut ruentem illum de excelso oculi omnium peruiderent. Hæc igitur iniquitatis est elatio, ut in altum se ferat, in sublime se erigat; sed sancta oratio omnem humiliat superbiam, uniuersam deijcit uanitatem.

VITA SANCTI IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ ex diuersis autoribus collecta.



IOANNES Apostolus quem Iesus amauit plurimum filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangelium, regatus ab Asiæ episcopis, aduersus cerinthum, aliosq; hæreticos, & maxime tunc ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt: quod cũ legisset Matthęi, Marci & Lucæ uolumina, probauerit quidẽ textum historię, & uera eos dixisse firmaue rit: sed unius tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Ioannis historiam texuisse. Prętermisso itaq; anno, cuius acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestũ esse poterit his qui diligenter quatuor Euangeliorum uolumina legerint. Quæ res etiam διαφωρίαν quę uidetur Ioannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & unam epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaue runt de uerbo uitæ: quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est: senior electæ dominæ & natis eius: & sequentis: senior caio charissimo, quem ego diligo in ueritate: Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur: & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis euangelistæ esse: super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius uentum fuerit, disseremus. Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Patimon insulã relegatus, scripsit Apocalypsim, quã interpretatur Iustinus martyr & Hirenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescisis, sub Nerua principe redit Ephesum: ibiq; usque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit rexitq; ecclesias: & confectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno mortuus, iuxta tandem urbem sepultus est.

Ex libro D. Hieronymi de uiris illustrib. I

Nos uirtutes non sexu sed animo iudicamus: contemptæq; nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus. Vnde & Iesus Ioannẽ Euangelistam amabat plurimum: qui propter generis nobilitatẽ erat notus pontifici, & Iudæorũ insidias non timebat: intantum ut Petrũ introduceret in atrium, & staret solus apostolorum ante crucem: matremq; Saluatoris in sua reciperet, ut hęreditatem uirginis domini, uirginem matrem filius uirgo susciperet.

Quæ hic refert Hieronymus de secunda & tertia Ioannis epistola, non secundum suam opinionem refert, sed aliorum quorundam, ut ipsemmet in libro de uiris illustribus in uita Papiæ testatur. Nam ipse eas quoque Ioannis apostoli esse tenet. Vide in epistola eius ad Paulinum incipiente Frater Ambrosius, ubi hæc uerba ponit, Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas apostoli, septem epistolas ædiderunt, tam mysticas, quam succinctas &c. Quod nõ esset uerum, si secunda illa & tertia Ioannis non essent. Sed et a tota ecclesia pro epistolis Io. apostoli receptæ sunt, ut patet ex multis Conciliis et decretis sanctorum. Verũ uide eundem D. Hieronymum aperte hoc dicentem in epistola ad Euagrium.

Ioannes unus ex discipulis, domini qui minimus traditur fuisse inter apostolos: & quem fides Christi uirginem repperat, uirgo permansit, & ideo plus amatur a domino, & recumbit super pectus Iesu. Et quod Petrus, qui uxorem habuerat, interrogare non audet, illum ro-

Ex epistola eiusdem ad principiam uirginem in Epitaphio Marcellæ To. primo folio. 40.

Ex libro eiusdem primo contra Ioumianũ To. 2. folio. 12.

gat ut interroget. Et post resurrectionem, nunciante Maria Madgalenæ quod dñs resurrexisset, uterq; cucurrit ad sepulchrum, sed ille præuenit. Cumq; essent in naui, & piscarentur in lacu Genezareth, Iesus stabat in littore, nec sciebant apostoli quem uiderent: solus uirgo uirginem agnoscit, & dicit Petro: Dominus est. Rursum post auditam sententiam, quod ab alio cingendus esset Petrus: & ducēdus quo nollet: & crucis fuisset illi passio prophetata, & ille diceret: Domine, quid iste: nolens deserere Ioannem, cum quo semper fuerat copulatus, dicit ei dominus: si eum sic uolo esse, quid ad te? Vnde & sermo exiuit inter fratres, illum discipulum non moriturum. Ex quo ostenditur uirginitatem non mori: nec sordes nuptiarum ablui crucem martyrij, sed manere cum Christo, & dormitionem eius transitum esse, non mortem. Si autem obnixe contenderit Ioannem uirginem non fuisse, & nos amoris præcipui causam uirginitatē diximus, exponat ille: si uirgo non fuit, cur cæteris apostolis plus amatus sit? Et paulo post.

2 *Vide præstantiam uirginitatis supra Coniugium, quam multi carnales hodie nō possunt intelligere.*

Ibidem.

Sed dicis, super Petrum fundatur ecclesia, cur non Ioannes electus est uirgo? Respondeo. Ætati delatum est, quia Petrus senior erat: ne ad huc adolescens ac penè puer, progressæ ætatis hominibus præferretur: & magister bonus, qui occasionem iurgij debuerat auferre discipulis, & qui dixerat eis: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, Et Qui uoluerit inter uos maior esse, minimus omnium sit: in adolescentem quem dilexerat, causam præbere uideretur inuidiæ. Vt autem sciamus Ioannem tunc fuisse puerum, manifestissimę docent ecclesiasticę historiæ, quod usque ad Traiani uixerit imperium, id est, post passionem dñi sexagesimo octauo anno dormierit: quod & nos in libro de illustribus uiris breuiter perstrinximus. Petrus apostolus est, & Ioannes apostolus: maritus, & uirgo. Sed Petrus apostolus tantum: Ioannes & apostolus & euangelista, & propheta apostolus, quia scripsit ad ecclesias ut magister: euangelista, quia librum euangelij condidit: quod excepto Matthæo, alij ex duodecim apostoli non fecerunt. Propheta, uidit enim in Pathmos insula, in qua fuerat a Domitiano principe ob domini martyrium relegatus, Apocalypsim infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus, quod a Nerone missus in feruentis olei dolium, purior & uegetior exiuerit, quā intrauerit. Sed & ipsum eius euangelium multū distat a cæteris. Matthæus quasi de homine incipit scribere: liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Lucas a sacerdotio Zachariæ: Marcus a prophetia Malachiæ prophetæ & Esaiæ. Primus habet faciē hominis, propter genealogiam, secundus faciem uituli, propter sacerdotium: tertius faciem leonis, propter uocem clamantis in deserto: Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ioannes uero noster, quasi aquila ad superna uolat, & ad ipsum patrem peruenit, dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū. Hoc erat in principio apud deum &c. Exposuit uirginitas, quod nuptiæ scire non poterant: & ut breui sermone multa comprehendam, doceamq; cuius priuilegij sit Ioannes, imo in Ioanne uirginitas: a domino uirgine, mater uirgo, uirgini discipulo commendatur.

Ex lib. 3. commenta Beatus autem Ioannes cum Ephesi moraretur usq; ad ultimam senectutem,

nectutem, & uix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura uocem uerba contexere: nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli & fratres qui aderant, tædio affecti, q̃ eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum domini est, & si solum fiat, sufficit.

riorum eius in epistolam ad Gala. cap. 6.

Cum uero apud Antiochiam post Euodium Ignatius, Hierosolymis quoq; Symeon secundus post Iacobum fratrem domini ĩisdem temporibus gubernant ecclesiam, superstes adhuc apud Asiam demorabatur ipse ille, quem amabat dominus Iesus, apostolus simul atque euangelista Ioannes, ecclesiarum quę inibi erant gubernacula regens, post Domitiani (ut diximus) obitum regressus ex insula. Quod quia ita se habeat, duobus fidelibus testibus approbabo. Irenæus & clemens Alexandrinus huic ueritati astipulantur. in secundo aduersus hæreses libro, Irenæus hoc modo scribens. Et omnes, inquit, presbyteri testes sunt, qui in Asia Ioannem discipulum domini uiderunt, & sciunt hac tradidisse Ioannem, qui & permansit apud eos usq; ad tempora Traiani. Item in tertio eiusdem operis libro, idem scriptor de eisdem ita testatur. Ecclesia, inquit, quæ est apud Ephesum, a Paulo quidem fundata est, a Ioanne uero ędificata, qui permansit in ea usque ad tempora Traiani. Habes hunc testem fidelem de apostoli tẽporibus contestantem. Accipe quid etiam clemẽs (cuius pariter promissimus testimonium) dicat, historiam quandam per necessariam simul texẽs, quam nos quoq; si inseramus, utilem fore legentibus credimus. Scribit ergo hæc: Audi, inquit, fabulam & non fabulam, sed rem gestam de Ioanne apostolo, & memoriis omnium traditam.

Ex Eusebio cæsarien. libr. 3. Historiæ Eccle. cap. 23.

3

Nota hunc loquendi modum. Fabulam & non fabulam. Vult enim te docere quod sit uera historia. Quo modo ergo fabula est, & non fabula? Fabula quidem est, quia historia continens ueritatem, pro ut ipsemet immediate præmittit, a fando dicta, quo loquendi modo utitur etiam Hiero. in epistola ad philemonem. Non fabula autem, quia non est res mendacio conficta, quod præcipue significat hæc uox fabula. Vel dici potest ideo fabulam appellatam quod eam talem uulgus esse putant, quã tamen hic pater rem gestam & ueram esse asserit.

Cum post tyranni obitum de Pathmos insula Ephesum rediret, rogabatur etiam uicinas lustrare prouincias, quo uel ecclesias fundaret, in quibus non erant locis: Vel in quibus erant, sacerdotibus ac ministris instrueret, secundum quod ei de unoquoq; spiritus sanctus indicasset. Cum igitur uenisset ad quandam urbem haud longe positam, omnibus ecclesiasticis solenniter adimpletis, uidit iuuenem quẽdam ualidum corpore, & uultu elegantem, sed & animis acrem nimis, respiciensq; ad episcopum qui nuper fuerat ordinatus, hunc, inquit, tibi summo studio commendo sub testimonio Christi & totius ecclesiæ. Tum ille suscipiens, omnem se adhibiturum, sicut præcipiebat, diligẽtiam pollicetur. Sed iterum atq; iterum eadem sæpius repetens, iuuenem commendabat attentius, & post hæc Ephesum rediit. Tum uero presbyter in domum suam adolescentem suscepit commendatum, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, fouet, ad ultimum etiã baptismi gratiam tradit.

Post hæc iam uelut confidens gratiæ, qua fuerat commonitus, paulo indulgentius iuuenem habere cœpit, sed ille ubi ætate immatura, libertate potitus est, cõtinuo per æquęuos, quibus luxus & desidia cordi est, amare uitia, & corruptæ uitæ incedere tramitem perdocetur. Et primo quidem conuiuiorũ illecebris decipitur, inde nocturnis eum furtis socium sibi participemq; consciscunt, post hæc etiam ad maiora fla

gitia pertrahunt: cum interea sensim iuuenis formabatur, & instrueba tur ad scelera. Et quia esset acer ingenio, sicut equus infrenis & ualidus, diris morsibus obfirmatis, recti itineris lineam derelinqēns, recto re contempto, rapido cursu totus fertur in præceps, ita succedentibus sibi malis, ut desperationem sibi quoq; a deo præstitæ salutis acceperit. Dedignatur iam de paruis sceleribus cogitare, grandia quæq; molitur, & ex integro perditioni se tradens, nullo inferior esse in flagitijs patitur. Denicq; illos ipsos, qui prius magistri criminum fuerant, discipulos facit, & latronum ex his turmam, quibus ipse dux & princeps uiolentus præesset, instituit, & cum his omni crudelitate grassatur.

Verum tempore elapso (cū rei ita popposcisset utilitas) inuitatur iterum ad illam urbem Ioannes, & cum cætera (quorum gratia uenerat) ordinasset, age, inquit, ō episcope, depositū repræsenta, quod tibi ego plane & Christus commendauimus, ecclesia teste quam, regis. At ille obstupuit, primo pecuniam putans a se reposci, quam non acceperat. Sed rursum considerabat nec posse fallere Ioannem, nec quod non dedit, quærere. Hærebat ergo stupens. Quem Ioannes hærentem uidēs, iuuenem illum, inquit, repeto abs te, & animam fratris. Tum grauiter suspirans senior, & in lachrymas resolutus, ille, ait, mortuus est. Quomodo, inquit, uel quali morte? Deo, ait, mortuus est, quia pessimus & flagitiosus euasit, ad ultimum etiam latrocinium adgressus est. Denique nunc montem quendam cum multa latronum manu occupauit. Quibus auditis apostolus uestem continuo, qua erat indutus, scidit, & cum ingenti gemitu feriens caput suum, bonum te, inquit, custodem fratris animæ dereliqui. Sed iam nunc mihi equus paretur, & dux itineris. Et confestim ab ipsa ecclesia ascendens, concitus properabat. Cū que peruenisset ad locum, attinetur ab his latronibus, qui custodias obseruabant. At ille neque effugere, neq; prorsus declinare usquam nitens, ingenti tantum uoce proclamabat, quia ad hoc ipsum ueni, adducite mihi principem uestrum. Qui cum ueniret armatus, eminus agnito Ioāne apostolo, pudore actus, in fugam uertitur. Ille equo post eum admisso, confestim insequitur fugitantem, etiam ætatis oblitus, simul & clamans: Quid fugis o fili patrem tuum? Quid fugis inermem senem? Miser hæ re, noli timere, habes adhuc spem uitæ. Ego Christo rationem reddam pro te. Certe & mortem libenter pro te excipiam, sicut & dominus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens, restitit, ac uultum demisit in terram, post hoc arma proiecit, tum deinde tremefactus flebat amarissime, & accedentis ad se senis genibus prouoluitur, gemitibus & ululatibus quibus poterat satisfaciens, & uberrimis lachrymarum suarū fontibus iterum baptizabatur, occultans solam dexteram suam apostolus uero iusiurandi sacramento se ei a saluatore impetraturum ueniam pollicens, simulq; genibus eius prouolutus, atq; ipsam dexteram, ex cuius cædis conscientia torquebatur, tanquam iam per pœnitentiam purgatam deosculans, ad ecclesiam reuocat, & indesinenter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter ducens crebra ieiunia, indulgentiam a deo, quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Sed & uarijs sermonum consolationibus, uelut

4 *Vides hic quod crebra ieiunia faciunt ad expetendam ueniam ingentium peccatorum. Quid ad hoc dicis hæretice?*

quibusdam præcantationibus efferos & exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstitit, quam eum in omnibus emendatum etiã ecclesiæ præficeret: præbens per hoc magna exempla ueræ pœnitentiæ, & documentum ingens nouæ regenerationis, atq; insignia quædam & trophæa uisibilis in eo resurrectionis ostendens. Hæc a clemente dicta, non solum ad scientiam rerum, sed & ad utilitatem legentiũ pro futura, hunc in nostris quoque libris teneant locum.

Age iam etiam huius apostoli quæ sint scripta, quę in autoritate habeantur, cum his pariter explicemus. Est igitur primo euangelium nominis ipsius, quod in omni orbe personuit. Quod autem post cætera tria euangelia quarto a ueteribus statutum est loco, hæc erit ratio. Venerabiles & uere deo digni apostoli Christi, cũ essent in omnibus puritate uitæ & animi uirtutibus clari, non magni pendebant sermonis ornatum: quippe in quibus anima erat diuinis ornata uirtutibus, simul & signorum gratia quæ eis a domino nostro Iesu Christo cõcessa fuerat: qua confidentes, non in suasorijs humanæ sapientię uerbis summã prædicationis dominicæ collocabant, sed in ostensione spiritus & in uirtute, per quam mirabilibus consummatis, & uerborum suorum fide facta, uniuerso orbi regni cœlorum scientiam tradiderunt, paruiducentes plures libros condere, quod huiuscemodi prædicationis assertio, non argumento humani sermonis, sed ad stipulatione diuinæ uirtutis indigeat. De nicq; Paulus, qui inter omnes apostolos eruditior etiam in uerbis uidetur, & in sensibus præpotens, non amplius quam paruum epistolarum suarum corpus reliquit, qui uticq; immensa contineret intra se atq; innumera sacramenta, utpote qui etiam usque ad tertiũ cœlum raptus quæ gererentur inspexerat, & in ipsum quoq; deo dignum paradisum abductus, audierat ibi ineffabilia uerba, & doctrinam (quę cunq; illa mihi est) siue corporeus, siue incorporeus, illius interim scholæ discipulus effectus, exceperat. Sed & reliqui domini ac Saluatoris nostri discipuli, non solum ex illis duodecim, sed & si qui extra hunc numerum de schola tamen domini & saluatoris nostri, sermonem aliquem, diuinitus inspirati, memoriæ reliquerunt, breuem hunc, & succintum per omnia esse uoluerunt.

Igitur ex ipsis discipulis domini, Matthæus tantummodo & Ioannes ad scribendum appulisse animum traduntur, necessitate quadam in hoc ipsum prouocati. Matthæus enim primo Hebræis prædicauerat. Verum cum pararet transire ad gentes, patria lingua scripturam composuit, & ea quæ prędicauerat comprehendens, dereliquit his ad memoriã a quibus proficiscebatur, ut gentibus prædicaret. Post hunc Lucæ & Marci scriptura euangelica secundum eas causas, quas superius diximus, æditur. Ioannem uero tradunt usque ad ultimum pene uitæ suæ tempus, absq; ullius scripturæ indicijs euangelium prædicasse. Sed cum horum trium euangeliorum, etiam ad ipsum notitia peruenisset, probasse quidem dicitur fidem & ueritatem dictorũ, deesse tamen uidit aliqua, & ea maxime, quæ primo prædicationis suæ tẽpore dominus gesserat. Certum enim est, quod in superioribus tribus euangelijs hæc uidentur sola contineri, quæ in eo gesta sunt anno, quo Ioannes Baptista uel inclusus est in carcerem, uel punitus. Denique si

obſerues, ſtatim in initijs narrationis poſteaquã refert Matthæus de quadraginta dierum ieiunio, & detentatione eius, continuo ſubijcit, dicens: Audiens autem quia Ioannes traditus eſt, diſceſsit de Iudæa, & uenit in Galilæam. Sed & Marcus ſimiliter, poſteaquam (inquit) traditus eſt Ioannes, uenit Ieſus in Galilæam. Lucas uero etiam priuſquam incipiat aliquid de actibus referre Ieſu, dicit: Quia adiecit Herodes ſuper omnia mala quæ geſſerat, & concluſit Ioannem in carcerẽ. Quia (inquam) ab his hæc uidebantur omiſſa, rogatus dicitur Ioannes apoſtolus, ut ea quæ præterierant priores ante traditionẽ Ioannis, Saluatoris geſta conſcriberet. Et ideo dicit in euangelio ſuo: Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. Et iterum in alio loco indicat, dicens: Nondum enim Ioannes erat miſſus in carcerem. Ex quibus conſtat quod ea quę antequam Ioannes traderetur, a Ieſu fuerant geſta deſcribit. Et ideo ſi quis hoc diligentius conſideret, euidenter inueniret, non ſibi euãgelia diſſonare, ſed alterius temporis geſta eſſe quæ ſcribit Ioannes, alterius uero quæ cæteri. Vnde quia natiuitatem ſecundum carnem ſaluatoris, uel Matthæus, uel Lucas deſcripſerant, reticuit hoc Ioannes, et a theologia atq; ab ipſa eius diuinitate ſumit exordium. Quæ pars ſine dubio ipſi uelut eximio per ſpiritum ſanctum reſeruata eſt. Hæc etiam de Ioannis euangelio dicta ſint.

Ex uenerabili Beda in Homilia euangelij, dixit Ieſus Petro ſequere me.

Notum eſſe noui ueſtræ fraternitati qui ſit ille diſcipulus quem diligebat Ieſus, Ioannes uidelicet ipſe, qui hoc ſcripſit euangelium, atque ideo ſuam perſonam maluit indicijs rerum accidentium, q̃ proprio deſignare uocabulo. Diligebat enim eum Ieſus, non exceptis cæteris ſingulariter ſolum, ſed præ cæteris quos diligebat, familiarius unum: quem ſpecialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Omnes quippe ſe diligere probat, quibus ante paſsionem loquitur, ſicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Sed hunc præ omnibus diligit, qui uirgo electus ab ipſo, uirgo in ęuum permanſit. Tradunt nanq; hiſtoriæ, q̃ cum de nuptijs uolentẽ nubere uocauerit, & propterea quem a carnali uoluptate retraxerat, potiore ſui amoris dulcedine donauit. Denicq; moriturus in cruce matrem ſuam ei commendauit, ut uirginem uirgo ſeruaret, & ipſo poſtmoretm ac reſurrectionem cæſos aſcendente, non deeſſet eius genetrici filius, cuius caſta uita caſtis eius tueretur obſequijs.

Ponit & aliud ſuæ perſonæ beatus Ioannes indicium, ſubiungens. Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine quis eſt qui tradet te? Hoc quomodo geſtum ſit, ſuperiora huius euangelij loca plenius oſtendunt, quia uidelicet in cœna quam ultimam ante paſsionem cum diſcipulis ſaluator habuit, in qua eorum pedes lauit, eiſq; corporis ac ſanguinis ſui tradidit myſteria celebranda, diſcipulus ille quem diligebat, ſuper pectus eius recubuerit, & cum dixiſſet eis, Amẽ amen dico uobis, quia unus ex uobis me tradet reſpondit ille diſcipulus, innuente Petro, ut interrogaret, & diceret ei, domine quis eſt? ait dominus, Ille eſt, cui intinctum panem porrexero. Quod autem diſcipulus ille ſupra pectus magiſtri recubuit, non præſentis ſolummodo dilectionis, ſed futuri erat ſignum myſterij. Figurabatur etenim iã tunc, euangelium, quod idem diſcipulus erat ſcripturus, huberius atq; altius

tius cæteris sacræ scripturæ paginis arcana diuinæ maiestatis esse comprehensurum. Quia enim in pectore Iesu sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, merito supra pectus eius recubat, quem maiore cæteris sapientiæ & scientiæ singularis munere donat. Cæteros quippe euangelistas nouimus plura de miraculis Saluatoris nostri, pauciora de diuinitate loquutos: Ioannes autem perpauca scribens de humanis actibus, potius se exponendis diuinæ naturæ indidit arcanis, patenter insinuans, quanta de pectore Iesu fluenta doctrinæ cœlestis (quæ nobis eructaret) hauserit. Et paulopost.

Et non dixit ei Iesus, quia nõ moritur, Sed sic uolo eum manere donec ueniam, quid ad te? Non ergo putandum, quia discipulus ille non sit mortuus in carne, quia nec dominus hoc de illo futurum prædixit. Et psalmista ait, quis est homo qui uiuit, & non uidebit mortem? Sed potius ita intelligendum, q̃ cæteris Christi discipulis per passionem consummatis, ip̃e se in pace ecclesiæ aduentum suæ uocationis expectauerit. Et hoc est q̃d dominus ait, sic eum uolo manere donec ueniam, non quia & ipse multos ante labores pro domino pressurasq̃ malorum non tolerauerit, sed quia ultimum in pace senium finierit, utpote in eccles̃ijs Christi per Asiã, quam regebat, iam longe lateq̃ fundatis. Nam & in Actibus apostolorum cum cæteris apostolis flagellatus inuenitur, quando ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et a Domitiano Cæsare in feruentis olei dolium missus in ecclesiastica narratur historia, ex quo tamen diuina se protegente gratia, tam intactus exierat, quam fuerat a corruptione concupiscentiæ carnalis extraneus. Nec multo post ab eodem principe propter insuperabilem euangelizandi constantiam, in Pathmos insulam exilio relegatur, ubi humano licet destitutus solatio, diuinæ tamen uisionis & allocutionis meruit crebra consolatione releuari. Denique ibidem Apocalypsim quam ei dominus de statu ecclesiæ præsenti uel futuro reuelauit, sua manu conscripsit. Vnde constat promissionem sic manẽdi donec ueniret dominus, non eo pertinere, q̃d sine labore certaminis uicturus esset in mundo, sed illo potius, q̃ sine dolore passionis transiturus esset e mundo.

Sicut enim in patrum literis inuenimus, cum longo confectus senio, sciret imminere sibi diem recessus sui, conuocatis discipulis suis, post monita exhortationum, ac missarum celebrationem, ultimum eis ualefecit. Deinde descendens in defossum sepulturæ suæ locum facta oratione appositus ad patres suos, tam liber a dolore mortis, q̃ a corruptione carnis inuenitur alienus. Atque ita completa est ueridica Saluatoris sententia, quia sic eum uoluerit manere donec ipse ueniret. Et in continentibus subditur.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hęc, & scimus quia uerum est testimonium eius. Iam manifeste beatus Ioannes suam personam designat ex officio, quam designare uitat ex uocabulo. Non autem prætereunter intuendum quod dicitur, qui testimonium perhibet de his & scripsit hæc. Perhibuit quippe testimonium uerbo dei prædicando, perhibuit scribendo, perhibuit denuo eadem quæ scripserat docendo, perhibuit etiam nunc euangelium quod scripsit, eccles̃ijs legendum pandendo.

Siquidem a tempore dominicæ passionis, resurrectionis, & ascensionis in cœlum, usque ad ultima Domitiani principis tempora, per annos circiter. lxv. absque ullo scribendi adminiculo uerbum dei prædicabat. At ubi a Domitiano, qui secundus post Neronem Christianorum persecutor extitit, in exilium missus est, irrumpentes in ecclesiam hæretici quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marcion & Cherinthus, & Hebion, cæteriq; antichristi, qui Christum ante Mariam negabant, simplicitatem fidei euangelicæ peruersa maculauere doctrina. Sed dum ipse post occisionem Domitiani, permittente pio principe Nerua rediret Ephesum, cõ pulsus est ab omnibus pene tunc Asiæ episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus, de coæterna patri diuinitate Christi altius facere sermonem, eo q; in trium euangelistarum scriptis, uidelicet Matthæi, Marci, & Lucæ de eius humanitate, ac de his quæ per hominem gesit, sufficiens sibi uiderentur habere testimonium. Quod ille non se aliter esse facturum respondit, nisi in dicto ieiunio omnes in commune dominũ precarentur, ut illo digna scribere posset. Et hoc ita patrato instructus reuelatione, ac spiritus sancti gratia inebriatus, omnes hæreticorum tenebras potestate facta, subito ueritatis Lucę dispulit, In principio (inquiens) erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Similemque initijs totum sermonis sui cursum faciens, dominum nostrum Iesum Christum sicut uerum hominem, uere ex homine temporaliter factum, ita etiam uerum deum, uere ex deo patre ęternaliter natum, & cum spiritu sancto semper assistentem, clarissima assertione perdocuit, immo omnia diuinæ ueritatis & ueræ diuinitatis, quantum alteri mortalium nulli licuit, arcana reserauit. Et hoc uirgini priuilegium recte seruabatur, ut in scrutanda uerbi incorruptibilis sacramenta, ipse incorrupto non solum corde, sed & corpore prodiret. De cuius dictorum ueritate quam sit nemini ambigendum, ipse quoq; curauit ostendere, qui cum dixisset: Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, continuo subiecit & ait: Et scimus quia uerum est testimonium eius. Quia ergo & nos cum cæteris fidelibus scimus quia uerum est testimonium eius, curemus per omnia recta fide intelligendo, recta operatione exercendo quæ docuit, ad dona sempiterna quæ promisit, peruenire per dominum nostrum Iesu Christum, qui uiuit & regnat cum deo, &c.

5 *Et hoc in loco generale indixit ieiunium Ioannes apostolus pro impetrãda a deo gratia digne scribendi euangelium.*

Nõergo humana traditio ieiunium, non res superstitiosa, non inutiles ad promerendum aliquid a deo, ut somniant modo ali qui male sentientes.

6 *Recta fide intelligẽdo, & recta operatione exercendo quæ docuit Ioannes, peruenemus ad dona sempiterna quæ promisit. Non ergo sufficit tantum ea credere, ut docent Antichristi nostri.*

Habetur in œcumenio post expositionem libri Apocalypsis.

ITEM VITA ADHVC ALIA BEATI IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTE *per Simeonem Metaphrasten scripta.*

QVAM parum absit homo ab angelis, quodq; ipsi possibile sit una cum illis uersari, uiciniusq; assistere, imo etiam deum imitari possit, quodq; multo maius est, filius illius iuxta gratiam effici, ostẽdit præ omnibus magnus hic euangelista, & apostolus, matre quidem Virgine ditatus, dignus autem habitus, qui Christi frater uocaretur, ipsiq; factus socius & particeps arcanorum. Verum ipsamet diuina oracula uoce maxima prædicant dei in seipso magnalia. Attamen id manifestius sermo nobis explicabit.

Hic enim uerbi uox, filius tonitrui, uniuersum prædicatione comprehendens orbem; & quod omnium maius est, solumq; in se sufficiens, dilectus ab ipso Christo meo, patriam quidem non habuit ciuitatem aliquã, sed ex uili quodam pago, & abiecta regione natus est. Confirmant hũc sermonem scribæ dicentes: Prophetam ex Galilæa non surrexisse: Confirmat & ille uerè Israelita contendens, nullum bonum esse posse a Nazareth. Ex hac igitur hic, & ex tali tãtus sacerdos, ueluti ramus quidam productus; patre quoq; conformiter ad patriam abiectus, & obscurus, nempe piscatore, ac paupere. Et hic quidem puerilem iam ætatem egressus erat: porrò pater filium ad idem opificium assumit, piscatoriæ artis hęredem ipsum efficiens. Artis itaq; socius erat filius patri, & familiaris ac domestica erat utriq; paupertas. Quid enim pauperius, & abiectius dicere quispiam poterit, quàm sint piscatores? quorum hic unus erat præceptor ueritatis, ac præceptor. Quodq; maius est ad abiectionis demonstrationem, non in mari piscabatur, sed in breui quodam lacu una cum patre, & fratre Iacobo uersabatur, rupta sarciens retia (quod & ipsum extremę paupertatis erat) ac manuum artificio consolans necessariorum indigentiam. Itaq; græcanicæ disciplinę ne in modico quidem particeps erat. Cuius rei testis est diuus Lucas, qui ipsum idiotam uocat, & alienum à literis. Vnum hoc solum habebat insigne, quo agnosceretur, & bonũ hoc uinculum à patribus trahebat, nempe pietatem.

Vbi autem umbraticæ nebulæ eleuatæ sunt, & ea, quæ figurarũ erant, transire in ueritatem cœperunt: & tu domine, qui singulatim finxisti corda nostra, non dispersisti testamentum tuum, quod nobiscum pactum erat, sed uidens uidisti afflictionem Israel: & non exutus diuinitate propter nos factus es id quod nos, sine peccato; & throno patris non relicto, uirginem inhabitasti propter me, ut ego cœlos inhabitarem, & ex ueteri casu reuocatus, & liber à peccato ac primam adoptionem suscipiens: oportuit sanè esse & discipulos, qui mysterio dispensationis ministrarent. Tunc quidem uocatur Andreas & Petrus: aduocatur autem & hic, qui circa pisces, & retia, ac lacus uersabatur; & iussus uerbi uoce ut hominum piscator cõstitueretur, protinus patre, scapha q; relictis, ei qui se uocabat adiungitur; & terreno homine exuitur propter cœlestem, ac piscationem animarum transmutatus addiscit, & præceptoris uestigia secutus inimicos diligit, persequentes benedicit.

Vtq; uno uerbo absoluam, in huius lege exacte instruitur, talemq; nactus præceptorem similem demonstrat disciplinam; & ascẽsiones in corde disponens, discipulus familiarissimus, ac præco maximè theologus efficitur: omnes sensus moderatur, familiaris omnino uirginitati efficitur, tali utendo alimenti ratione, ut summa parsimonia uiuere duntaxat posset, sacrumq; corpus ut subsisteret conseruare. Hinc etiam uirginitatis appellatione ditatur, & amicus eius, qui imperium tenet, efficitur, magis autem & ipsum habet in seipso loquentem: & rursum ab eo audit, quæ ille à patre audierat: cumq; in montem ascenderet, ipse una conscendit, ac dignus habetur uisione admiranda, & maiori quam dici possit, ipsam uerbi diuinitatem denudatam intuitus, & cœlestem audiuit uocem, qua dilectum filium declarat pater, ac ueteri testamento præponit euangelium.

7 *Parsimonia fauet uirginitati.*

8 *Ioannes uirginitatis appellatione ditatur, & amicus dei efficitur.*

Decens ac honorifica cœna subsequitur, & ne tunc quidem Ioannes

relinquitur. Deinde cum Petro opus esset discere quisnam is esset, qui hor rendam illam proditionem parturiret, nec ipse auderet interrogare, quã-

9 quam primas teneret in choro discipulorum, Ioanni hoc committit. No-

Petrus primas tenebat in choro apostolorum. uerat enim id quod Christus erat apud ipsum, hoc Ioannem esse apud Christum; & quod ipse quidem diligeret, ille autem dilectus esset. Et uide quanta accedat ipsi libertas loquendi. Neq; enim uulgari modo inter rogat, neq; primum excusans quod metu accederet, sed sciens quanto ip sum amore prosequeretur, sedenti adhæret præceptori, & in huius pectus recumbens, ait: Domine quis est qui tradit te? Ille autem libenti etiam ani mo accipit quod ille fecerat, et quasi opportune fuerit libere locutus, gra tum habet. Ex eo enim, quòd protinus quæstionem soluat, ac pane designet proditorem, significat se non ægrefere eam libertatem. Itaq; hinc etiam manifestum est quòd cathedram, quam proximè Christum cũ fra tre petiuit, non gloriæ, sed Christi amore petiuerit, & quod nollet hic a lium esse sibi dilecto uiciniorem.

Condemnatur Iesus, & adest Ioannes, ac ad atriũm Pontificis, cũ no tus esset Pontifici, una congreditur, loquiturq; ostiariæ, & Petrum pro fo ribus stantem introducit. Imminet tempus salutaris passionis, & uerbũ permanet ut procedat ad patrem, ac Ioannes cum matre adstat cruci, materq; audit a filio ac suo conditore; Ecce filius tuus dilectus. et rursum

10 hic; Ecce mater tua. Ab hoc igitur tempore uirgo hic mente & corpore,

Ioannes uirgo mente & corpore. matrem ac uirginem sibi uendicat: nec multo post Christum qui resurrexerat, uidet, uidensq; agnoscit, & cum Petro ad sepulchrũ uenit, ac prior præcurrit, & postq; sepulchralia uidit, spiritus inflationem suscipit, eiusq; donis ditatur, ac diuinis manibus consecratur uniuersi orbis apostolus.

Quoniam autem præceptorem audiuerat alias quoq; oues habere, quæ licet ex hoc non essent ouili, oportet tamen & illas congregare, & ab eodem regi pastore, fierique unum ouile, & eas recte ac libere ipsum se qui, neque aliena fistula rapi, & dispergi, ac corrumpi: Hæc quantum æquum est anxiè curat, & in iter ad hoc mittitur, ut dispersas oues in unum congregaret, & eam quæ errasset, fistula ueritatis reuocaret, ac sub uno uero pastore ouile repararet; si quis duram ac repugnantem haberet ani mam, hoc eodem igne succulentam redditurus ac teneram. Vnde relicta Palestina, in Asiam proficiscitur: Cumq; ea, quæ ipsam concernebant, re cte dispositisset, Ioniam occupat, ac Ephesum aggreditur, ubi plures ac crudeliores feræ erant, & talia, quæ periculo quouis longe periculosiora essent. Et primum quidem templum Amazonum ipsis idolis consecratũ una prece subuertit, ac ueluti plateæ lutum diruit. Deinde sacrificorum, qui a sacrificiorum appellatione cognomen sortiti sunt, hos quidem ser monibus, illos autem signis, rationibus, ac necessitatibus transfert ab er rore; & huiusmodi exuberantibus modis efficit ut transmutentur ad di scendam pietatem, & ipsi etiam alijs constituantur deinceps ueritatis du ces, ac præceptores. Ac ita partim quidem alios obiurgando, partim ue ro quæ conueniunt etiam admonendo, omnibusq; omnia factus, in sor tem eorum, qui salui fiunt omnes pellicit; ut hinc factum cognosceretur, quod à Paulo dictum est: Vbi abundauit iniquitas, ibi superabundauit & gratia.

Verum maligno illi non dabatur inter hæc requies. Certe oculis inuidis

dis intuitus pietatem adeo succrescere, cognita huius rei causa, omnem aduersus illud mouet lapidem. Quid ergo sumit consilij? Domitianum Vespasiani filium ingressus, qui post Titum obtinuit imperium, cum illo aduersus pietatem decernit. Ante omnia autem Ioannem, qui robur uniuersorum erat, tollere conatur; statimq; ipsum ab Asia ducit ad Europā, & in exilium relegat, quemadmodum insequens sermo manifestare poterit. Vbi enim in conspectum Imperatoris uenisset, & quis, & unde ortus esset, quamq; profiteretur religionem, & quemnam diceret esse uenturum, interrogatus esset; Ioannem quidem se uocatum esse, & à Iudæorum genere prodijsse, ac sodalitij Christianorum esse respondet, se autem annunciare hunc esse uenturum, cuius thronus ueluti luna præparatus, ac perfectus esset in seculum. Vbi autem dixisset Imperator: Et quibus modis hæc confirmare poteris? Neq; enim hæc sufficientia sunt ad faciendam fidem eorum, de quibus non est in promptu demonstratio. Morbi protinus (ò ineffabilē domine tuam potentiam) & dęmoniorum legiones pelluntur; reuiuiscunt autem mortui iussum sequendo uelocius q̄ uiuentes. Quibus ó Rex (aiunt Ioannem dixisse) ne dubites, ab his, quæ apparent, coniecturam faciens eorum, quæ manifesta non sunt. Porrò quæ de Saturno, & Ioue, cæterisq; dijs uestris feruntur, nisi sufficientes essent, qui ante nos demonstrassent, utiq; & ego facile oftēderem nihil esse, sed plena potius ingenti uituperio, risuq;, ac dementia. Verū enimuero deceptionis salsugine abiecta, satiare potius fonte potabili, ac dulcissimo.

Hunc autem stupore simul & ira correptum aiunt, hinc quidē ob portenta ab ipso peracta, illinc uerò ob id quod deos suos calumniaretur. Itaq; ad sermonis splendorem non accessit ob tenebrarum, quæ in eius corde erant, crassitiem. Quod autem hunc non occiderit, dictus ad Petrum sermo prohibuit, puta: si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Sed uirum perpetuo exilio condemnauit in unam sporadum insulam; relegans (Patmos huic nomen erat) cum olim apud Romanos æquaretur morti exilium. Ductus est igitur ad exilij terminum magnus apostolus, & insulam apprehendit. Non longo postmodum tempore insulares seruatorem ac patronum ducunt tonitrui filium, & ad æquitatem transeunt, sesq; ad pietatem componunt. Itaq; cum hic esset apostolus, & admirandus Dionysius fermè iam nonaginta esset annorū, ex Athenis scribit ei in hunc modum: Tuam saluato sacram animam, dilecte, & erit mihi id peculiarius præ multis. Salue igitur uere Christo dilecte. Consequenter autem etiam hæc addit: Quid admirandum si Christus uerum loquatur? & iniqui discipulos é ciuitatibus expellant? ipsi sibiipsis condigna distribuentes, & execrandi à sanctis se segregantes, ac separantes? Deinde etiam ad ipsum finem Epistolæ hæc de futuris subscribit: Omnino enim fide dignus sum, inquit, ut qui à Deo didicerim, quæ decreta sunt, ut tibi contingant, & dico etiam quod liberandus sis è custodia, qua in Patmo seruaris, & in Asiaticam terram reuersurus, ibiq; facturus boni dei imitationes, & his, qui te sequentur, traditiones. Sed hæc quidem postmodum suo tempore contigerunt, ac terminum accepit uaticinium (quemadmodum in sequentibus sermo manifestare poterit) cum iam Dionysius sub Domitiano pro Christo uitam martyrio finisset. 11

Ecce traditiones Ioānis apostoli.

Quæ sunt autem facta post hæc? Domitiano ex hominibus sublato,

Nerua in Imperio succedit, & condemnatis in exilium tanq; benignus & humanus donat reuocationem. Nec multo post tempore Traianus sceptra Romana suscipit, & consecutiue humanum confirmat edictum, reuocans eos, qui in exilio erant. Venerunt ergo & in Patmon Imperatoris edicta, uenit & ad Ioannem reuocatio. Et ille quidem decreuit nauigare in Ephesum: porro qui in insula erant dicebant, ne se desereret, sed apud ipsos permaneret non aliter q; qui ferre non possunt ut à pio patre derelinquantur. Hinc autem lamenta, luctus, ac lachrymæ. Quis, inquiunt, nobis tuum explebit ordinem? Cui uero tali patri ac pastori subiecti esse poterimus? Quid desiderij, quid flammæ ex ipso procedentis, solatium efficiemus? Quum autem persuadere non possent, dum supplicarent ut uirum apud se retinerent, secundæ fuit supplicationis initium, & secundas rursum faciunt petitiones, ne totum seipsum auferret, neq; uniuersa tristitiæ mole eos ostenderet, sed uel pro re umbram, suos, inquam, sermones pro se apud ipsos relinqueret, ac mysterium, quod apud nos factum est, uniuersæ dispensationis Christi describeret. Cedit igitur illorum petitioni, imò cedit potius paternis uisceribus, quibus hic erga ipsos utebatur, præsertim cum superna prouidentia ita disposuisset multorum salutem ac Euangelij prædicationem. Et primum quidem ipse ieiunium sibi imperat, ieiunus ipse ac propemodum corpore exhaustus, alijsq; hoc ipsum constituit, ac abstinentiam à malis, & hos quidem in tali quiete relinquit.

12

Ioannes antequam Euangelium scriberet, generale indixit ieiunium, ut gratiã digne scribendi adeo obtineret.

Cæterum unum quẽdam è septem se sequi iubet (Prochorus hic erat) ut ipse quidem ea, quę à deo essent, iste autem quæ ab ipso notaret. Porro ipse montis uerticem capessit, & more Samuelis quidem rectus erigitur, sicut Moyses autem manibus eleuatis effiguratur, & mentem à sensibus abstractam totam refert in id, quod exoptat. Quid ergo hinc secutum est? Horrenda tonitrua, & terrores, ac fulgura continué uehementi fragore Elisa, & repente effulgentia: quorum si quis imagines ac figuras dixerit ea, quæ multo antea sub Moyse contigerant, quando deo aderat, & abeo tabulas accipiebat, nequaquam à ueritate aberrauerit. At Prochorus interim pronus quidem, & uelut exanimis non ferebat inter huiusce modi uersari spectacula, ipse uero stat imperterritus, cum charitas procul abiecisset timorem. Ad extremum tonitru in uocem exprimitur, ac dilucide resonat: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbum. Prochorus, qui diuina institutione proximus erat, lumen quidem uidebat, quanq; subtremulus, porro neminem audiebat, quia neq; hi, qui cum Paulo & Moyse quondam erant, eos audierunt, qui illos in sacris instituebant. Lingua tonitrui theologus est. Et sacrarũ rerum discipulus, represso paululum timore, subtremula manu quæ inde sumpta sunt exarat, donec perfectum est euangeliũ. Denicq; cedunt pauperes, ac terrenis reuelantur cœlestia.

Tandem etiam à monte descendit Ioannes, nouam legem sibi creditam habens, quemadmodum olim tabulas Moyses dei inspector, illamq; ferens dat his, qui petiuerant. Ita ergo ubi nouam legem, quam acceperat, illis tradidisset, ipse ui sanè, & inuitis quidem insularibus, nauigabat tamen Ephesum uersus. Porro illi, ueluti qui ocuolrum cæcitate longo tẽpore detinentur, si quando possint morbum repellere, longe iucundius solem intuentur, ita & Ephesij recipientes Christi dilectum, quodam ẽt

modo desiderabilius q̃ prius afficiuntur. Quid autem ille? Quanquam uehementer fuisset frequenter fatigatus, non dat oculis somnum, nec palpebris dormitationem, nec requiem temporibus, sed populum quidem exhortatur, aduersus autem incredulos zelum ostendit. Errore supplantatos reducit ad ueritatem, feras arcet, quæ post suum discessum impudenter in ouile se ingesserant, ac gregem reuocat. Ita dispositis his, quæ circa Ephesum erant, ad propinquas gentes discedit, hic quidem Episcopos constituturus, illic uerò integras quoq; docturus Ecclesias spũ obsignari.

Verum me huc sermonis progressum factum illud animæ generosę ac humanæ occupat, quod etiam altius repetens (ueluti narrat clemens ille Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, uir & in alijs admirandus, & eloquentia sane laudabilis, in sermone: Quis diues saluus fiat) retexam. Quum.n. peruenisset Ioannes post reditum ex Patmo ad quandam uicinarum ciuitatum, cuius etiam appellationem nonnulli dicunt, & fratres, qui in hac erant, opportunè recreasset, quendam ibi adolescentem repperit magnitudine mediocrem, aspectu ciuilem: cumq; perspicaci spiritus efficacia generositatem animæ illius, ac morum liberalitatem obseruasset, benedictiones dat adolescenti, & sufficienter ipsum inungit, ac excitat. Quoniã autem iam discessurus erat, & alio accessurus, ut & terram prædicatione, & mare, ac insulas accederet, ciuitatis Episcopo adolescentem in Ecclesia coram Christo teste commendat, ubi multa de illius disciplina, & educatione præcepisset. Ille uero prõpto susceptit animo, pollicitus multa quoq; se adiecturum in cura circa adolescentem. Deinde ille quidem Ephesum discedit, hic autem assumptum in domum adolescentem alebat, instruebat, curam eius habebat, tandem etiam baptizauit. Porrò ubi domini signaculum, nempe firmum munimentũ ipsi addidisset, deinceps custodia liberum esse dimisit.

Ad hunc autem, qui ante tempus remissionem acceperat, subeunt nõnulli coætanei, effrenes ac indisciplinati in cupiditatibus. Et primum quidem adolescentem ad uitia persuasibilem, pretiosis conuiuijs ac mensis sibi conciliant. Quę autem hinc sequuta sunt? Facilis enim ac procliuis est uia, quæ ducit ad uitia, & eum, qui primum eius attigit gradũ, facile admodum est per omnem æqualitatem detrahi protinus usq; ad extremũ. Hac uia dum etiam nocte ad furta accederent, adolescentem una protrahunt. Ille uerò iam amore latrocinijs succensus, & spe diuitiarum cupiditatem exacuens, nihil iam meditabatur, quod esset exiguum propter naturæ ac indolis generositatem. Denicq; etiam latronum sodalitatem his, qui secum erant, demonstrauit, atq; hic latronum princeps, primusq; raptor erat uehementissimus.

Post hæc uero ubi Ioannes rursum ad eam ciuitatem remeasset, cæteris, ptopter quæ eò uenerat, dispositis, ut æquum erat; age sanè, inquit, ad Episcopum, depositum nobis redde, quod ego & Christus loco testis in Ecclesia apud te deposuimus. At ille cum existimaret pecunias esse, quæ repeterentur, primum quidem obstupuit, cum sibi non esset cõscius se id, quod repetebatur accepisse, & neq; credere posset fieri repetitionem ob ea, quæ non haberet, neq; Ioanni non credere. Vbi autem dixisset; Adolescentem repeto, & fratris animam, intimius suspirans senex ardentiori spiritu, aq; sublachrymatione miseriam indicans: Ille, inquit, mortuus est.

Porrò interrogatus quãdo,& quomodo,qua uue morte: Deo,inquit, mor tuus est, eum latrocinium exercere elegerit, & montem loco ecclesię inhabitare, pẽditorum conuersationem amplexus potius quam nostram erga ipsum solicitudinem ac curam. At ille ob hoc dolore uehementi oppressus,Re uera,inqt,egregium te custodem animæ fratris reliqui:uerum equus iam adsit,ac uiæ ductor mihi detur. Statimq; cõscenso equo totas laxabat habenas,minorem esse existimans equi uelocitatem pro sua festinatione. Iamq; monte apprehenso,à latronũ custodia, nihil deprecãs,ne que fugiens capiẽ. Et in hoc,inquit,ueni;itaq; ad principẽ uestrũ me ducite. Porrò ubi ille hunc esse ipsum Ioannẽ cognouit, certe pudore suffusus fugit. At hic obliuioni tradita senectute,ac motione,quæ mundum conse qui solet,persequitur. Deinde magna quadã grauiq; uoce clamãs. Quid, inquit,fili fugis me patrem tuum? meam reuerere caniciem, ac floris ætatis tuæ miserere;adhuc tibi spes uitę relinquitur;ego pro te rationem reddam: Cõsiste in loco fili; Christus me misit ad te.

Hæc cũ audisset adolescens, primũ quidem constitit terrę pauimentũ intentis oculis intuens,prę pudore oculos non potens sursum erigere. Deinde proiectis in terram armis,miserabili quodam modo cũ magno dolore eiulatur,ac uenientem amplexatur senem, propter gemitus quidem efficiens ne fletibus dignus esset:pp lachrymas uero ne uel lamẽtis, solã occultat dexterã; uerebaẽ.n. & hanc ipsi porrigere, quã tot sceleribus ac latrociniis fœdauerat. Porrò ille ueluti pater uehementi amore uisceribus sauciatus,spondet ueniã,misericordem pollicẽ iudicẽ,& apprehensa dextera,deosculaẽ,& ad ecclesiam reducit adolescentẽ. Deinde abundanti utens oratione pseuerat ieiuniis annitens,& adolescentis animã uariis sermonũ cantilenis uelut unguentis quibusdã deliniens,non prius absceſsit, q̃ hũc priori sanitate donaret, magnũ quoddã uitę relinquens exemplũ ad pniam. Et hoc quidem tale est,& adeo dignum quod non occultetur.

Porrò illud longe maius est,lõgeq; magis admirandũ,& ex eadẽ beni gna illa aia cõpassionẽ simul & potentiã oñdens. Dñ.n. quidã fidelis eo tpe,q prius uitę necessariæ sufficiẽter habuerat,nec aliqua pssus fuerat indigentia,ad extremã inopiã postmodũ recidisse,ut & debitoꝝ multitudi ne circũuallaret,et innumeris fœneratoribus suspectus esset,ac uelut fera q̃dam à tergo sagaciter inuestigaret ab illis & inquireret,ac in ipsaꝝ rerũ necessariaꝝ inopiã uagaret. At.n. cum pudore, quem ob fœneratoꝝ exactiones misere sustinebat,iã ẽt necessitatẽ ex indigentia nõ ferens homo, ad mortẽ decreuit cõfugere,idq; conabaẽ ut hæc quantocyus ad se ueniret,si forte hinc & egestatẽ, & debitoꝝ multitudinẽ dissolueret. Verum qm̃ hæc ultro non ueniebat,cõpendiosam uiã ad hanc inuenit,& quẽ tũc peritissimũ esse sciebat cõficiendis uenenis ac pstigiatorẽ, cultu Hebræũ, hũc accesit, eiq; reuelat qd in aio hret, ac orat eũ ut q possit sibi auxilio esse in eo,qd mente conceperat, & suę mortis fieri particeps. Atq; hic cõfestim prõptus iuenit minister,ac uenenũ illi tradit,uitęq; subuersionẽ cõsulit. Porrò miser ille,accepto ueneno,domũ redit. Cũ uariis aũt luctans cogitationibus,curisq; duplicibus anxius, & nũc qdẽ pentibus delectationibus huiusq; uitę cõcupiscentia allectus,nũc uero fœneratoꝝ multitudinẽ,aliasq; ex indigẽtia ꝓcedẽtes molestias cõsiderãs, medius stabat inter extremã cõsiliq; inopiã. Siqdem cũ ad dulcẽ hanc lucem respiciebat,

uenenum reſpuebat; quando uerò ad circunſtantem undiq; egeſtatẽ, animoq; inſidentem anxietatem, auſum ſumebat aduerſus mortem: uictus tamen eſt à neceſſitate; & ut hinc liberaretur à moleſtijs, elegit ab ipſa uita liberari. Deniq; infuſo ueneno, ſumptoq; extremis digitis cratere, quando quidem animus ad id nõ accedebat, ſed timide admodum ſe habebat, intuſq; ſibi cor continue palpitabat. Tandem Crucis ſignaculo Chriſtianis conſueto uenenum conſignat, ſtatimq; ubi clauſis oculis bibiſſet (ò magnam, ac admirandam Chriſte tuam potentiam) illęſus permanſit, cruce ueneno ſuam tollente uim.

13 *Crucis ſignaculum Chriſtianis cõſuetum ueneno uim abſtulit.*

Cum autem ſimili rurſum neceſſitate opprimeretur, & ab ipſis creditoribus obſideretur, animamq; haberet priori oppreſſam inopia, & quæ omnimodo quæreret è præſentibus liberationem, labefactabatur tamen ad ſumendum alterum uenenum, & ad mortem accedere recuſabat. Verum cũ è præſentibus non liberaretur difficultatibus, grauius eſſe malum iudicans iterata etiam morte, accedit ad ueneficum, rurſumq; ab illo poſcit aliud pharmacum, ut malum malo mederetur, cũ id quod prius acceperat, nihil ad id, quod neceſſe erat, tuliſſet auxilij, utpote ſua natura illud uincente. Nam id impedimento fuiſſe ueneni efficaciæ demens dicebat, non intelligens crucẽ fuiſſe, quæ hic mortem abſtuliſſet, quæ etiam antea ſerpentem longe hoc ueneno potentiorem ſuſtulerat. Itaq; præſtigiator ille ac ueneficus, & ipſe pharmaci debilitatem damnans, aliud ipſi porrigit, quod priore multo efficacius erat. Cumq; rurſum domum ueniſſet, ac illud bibiturus eſſet, cũ priori timore & agonia, duplicibuſq; illis anxietatibus luctabatur, & ſudore undiq; circunfluebat, ac tremebat. Deinde ubi rurſum conſueto crucis ſignaculo calicem conſignaſſet, ac bibiſſet, iterum illæſus permanſit; ipſeq; obſtupuit, ſanè cum cauſam coniectare non poſſet, ac mirum in modum deſperationis ſtimulis iactabatur, nondum enim intelligere poterat q̃ Crucis efficatia eſſet, quæ ueneni uires extingueret. Cumq; homo animi anguſtiæ ac calamitatum pelago immerſus, nec uel paululum ad ſaniorem mentem redire, nec ea quæ (ut aiunt) ante pedes erant, cognoſcere poſſet, hinc iterato abit ad Hebręum, & eadem, quæ prius, exponit.

14 *Rurſus crucis ſignaculum in calice factũ, eum qui uenenũ biberat præſeruauit.*

Cum autẽ & ille conſternatus eſſet, longoq; tempore ſuper ea re conſilio deſtitueretur, deinde etiam cauſam aliquam deprehendere cuperet, propter quã in ueneno falſus eſſet (ipſe enim ueneficus erat, & huiuſmodi rerum artifex) quo pacto & in quem modum, ubi domum redijſſet, uenenum acciperet, minutatim per ſingula interrogabat. Hic autem, Nihil, inquit aliud ago domum ueniens, cũ q̃ infuſo crateri ueneno, deinde paululum etiam labefactatus, & anxietate in corde concuſſus, crucis ſigno, ut quod à Chriſtianis ex conſuetudine fieri ſolet, propter timorem calice obſignato, oculis clauſis illud bibo. Vbi primum Crucis nomen hic audiſſet Hebræus, intellexit ſtatim quod erat, nempe crucem eſſe, quæ uim tolleret ueneni. Porrò ne res nudæ ſolum hæreret ſuſpicioni, quandã etiam requirit fidem: cuidam illius cani tradito ueneno, hunc protinus interimit.

15 *Mira ſigni Crucis uirtus.*

Hebræus autem nullas amplius requirens demonſtrationes, abiurata patria ſecta ad ueritatem accedit. Idq; primum tollit errorem, & uenenũ ei, qui alio modo uſus fuerat, uere mortiferum oſtenſum eſt prioris ueneficij ipſius ſignum mutationis idoneum. Accedit ad Chriſti diſcipulum

ducem errantium. Tubæ uariarum ſpiritus linguarum mentis cõceptum indicat, arguit inſipientiam. Publicat prauũ illud myſterium, manifeſtat prioris erroris inſenſibilitatem. Porrò ille & accedentem ſuſcipit, & laudat reſipiſcentiam, ipſumq; adhortationibus munit, ac conſilijs. Deinde & baptiſmate regenerat, & uniuerſorum domino conciliat. Verum neq; cõmunis ſalutis diſpenſator eum, qui Hebręo fuerat occaſio mutationis, ita male habentem neglexit; ſed cauſa cognita, quæ ipſum ad id periculi duxerat, & propter quã ultro propria quoq; uita miſere priuandus erat, & paternis ipſum refouet colloquijs, & illius animam, quæ iam conciderat, erigit, ac triſtitiam & deſperationem abijcit.

Deinde opere etiam affert conſolationem, quandoquidem & hoc poterat efficere. Quoniam enim & debitorum repetitione, & rerum neceſſariarum inopia oppreſſum illum uidit, & ob id ipſam uitã miſere abijcientem, quid facit? Atq; hinc mihi conſiderate quibus donis ille dotatus fuerat. Quod enim antea Petrus cũ ipſo templum ingreſſurus ad horam precationis nonam, qua (ut inquit Lucas) uſus eſt in claudo, qui ad ſpecioſam templi portam ſedebat, ac eleemoſynam petebat dicens, Argentum & aurũ non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do, ſimul & pedes ipſi ſanos reddens: hoc ſanè & iſte hic facit. Sciens enim nihil ſibi argenti eſſe uel auri, ut hinc illius indigentiæ neceſſitatem conſolari poſſet, herbę, quę in proximo erat quantum ambabus manibus cõprehendere poſſet, iuſſit homini accipere. Ille uero cum ignoraret quęnam eſſet cauſa, & quidnam hac re ſibi uellet Apoſtolus, ac herbam quantum totis manibus aſſequebatur cõprehendiſſet, ipſe facta duntaxat oratione, ac ſigno crucis, ipſam reſtituit, & protinus correptam herbam aurum eſſe oſtendit, aurumq; puriſſimum; atq; hunc confeſtim tollere iuſſit, ſimulq; & conſilij inopiam ac deſperationem exprẽſenti egeſtate contractam diſſoluere, & debita reddere, ac reſiduę uitæ occaſionibus prouidere, Deoq; gratiarum actiones reddere. Quid igitur fieri poſſet, quod huic æquaretur miraculo? Siquidem in templi introitu forſan & hic quodammodo fuerat Petro auxilio, & abundantiorem ambo ſpiritus gratiam poſtulauerant. Hic autem ſolam Ioannis uim ac fortitudinem eſt intueri, quantaq; erga Deum ſpiritus familiaritate ditatus ſit.

16 *Oratione & Crucis ſigno herbam Apoſtolus in purum, aurum conuertit.*

Sed hęc quidem exhibebat dum adhuc in terra conuerſaretur, errores abigens, & pietatis prædicationem diſſeminans, ac reuocans ueritatem. Poſtq; autem omnes, quod ſuarum erat partium, Deo adduxerat, cęlum quidem efficiens proſcenium, terræ autẽ orbem theatrũ, ac Angelos ſpectatores, qui ſtupefacti erant ad decorẽ uirtutis illius ac prudentiam (Deſiderabilia nanq; ſuper aurũ & lapidem pretioſum multum, ac dulciora ſuper mel & fauum erant doctrinæ ipſius diuina eloquia) ciuitatẽ egreſſus eſt, diſcipulis prẽcipiens ut ligonem ac ſarculum ſecum conferrent, ac protinus in montẽ quendam aſcendens, ubi nunc huius tẽplum extructũ eſt eximiæ cũ pulchritudinis, tum magnitudinis, ſtanſq; in ipſo; Hic, inqt, filij mihi fodite. Deinde ubi ſe totum conſignaſſet, ac dixiſſet: Et tu mecũ eſto domine Ieſu Chriſte; aſtantibuſq; ſubiunxiſſet: Pax uobis fratres; in foueam demiſit pallium, & ipſe quoq; in eam deſcendit, ac corpore mediam obtinuit Aſiam, ubi olim qui è Græcanico cœtu erant philoſophabantur. Porrò diſcipuli comas euellebant, genaſq; percutiebant, ac orba

17 *Templum in honorẽ D. Ioannis ubi iacere uoluit, eximiæ pulchritudinis et magnitudinis extructum.*

tionem miserabiliter deplorabant,pastorẽ,gubernatorẽ,seruatorem,denicq; eum,qui omnibus omnia erat inclamabant. Deinde etiam ciuitatem accedentes his,qui in ciuitate erant,manifestant id quod factum erat. Interim autem die illucescente concurrunt ad monumentũ discere cupientes num præceptor adhuc superuiueret,& ouile accesserunt. Porrò pastor nusquã comparebat,solæ iacebant crepidæ,is autẽ,qui has abiecerat,disparuerat. Discurrunt huc & illuc,quemadmodũ hi qui cũ Elisæo erant, scrutantur, inuestigant, uerum incassus efficitur ipsis labor. Deinde uix tandem illius uocis recordati:si eum uolo manere,donec ueniam quid ad te?ad mentem alacriorẽ redeunt. Et ille quidẽ Enoch,& Eliæ Thesbitæ coniungitur: hi autem à lamentis discedentes Deum uniuersorum laudabant,qui suum dilectum adeò magnificauerat.

18 *Minutus puluis ex loco Apostoli ubi corpus eius iacuit manat ꝓ uarijs morborum generibus de pillendis.*

Hoc itaq; die,quo hæc cõtigerunt,splendidus huic Theologo celebratur Ephesi conuentus ex omni genere ac uniuersa ętate,qui astrorũ splendorem imitetur. Præterea in hoc sacro loco,ad quem hic cũ pallio declinauit,minutus quidam puluis manat,ac exoritur cuiuis accedenti medelam ab omni morbo suppeditans. Cum igitur in nocturnis laudibus festi ipsius,ab his qui in eo ministrant, tradatur cœtibus ad hoc congregatis, non facile exhauritur,sed quo amplius hauriunt,tanto magis manat,ueluti perpetuus quidam thesaurus,qui simul & participantes reddit ditiores,ac seipso abundantior semper efficitur, gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi;cũ quo patri simul ac spiritui sancto gloria,imperium, honor,& adoratio,nunc & semper,& in secula seculorũ. Amen.

Quod signum est habitantis in eo gratiæ spiritus sancti.

19 *Nocturnæ laudes Ephesi in festo Ioannis Apostoli celebrantur.*

VITA D. IACOBI APOSTOLI FRATRIS IOANNIS EVANGELISTAE PER EVSEBIUM Cæsarienſem ſcripta.

Habetur lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ca. 9.



Empore Claudij Imperatoris quando fames erat,misit (inquit Lucas in actis Apostolorum) Herodes rex manus suas affligere aliquos de ecclesia,& interfecit Iacobum fratrem Ioannis gladio.

De hoc autẽ Iacobo Clemens Alexandrinus etiam historiam quandam dignã memoria,in septimo Dispositionum suarum libro, scribit, perlatam ad se usq; ex traditione maiorũ: Quoniam quidem,inquit,& is,qui obtulerat eum iudici ad martyrium, Iacobum scilicet,motus etiam ipse confessus est se esse Christianũ. Ducti sunt,inquit,ambo pariter ad supplicium,& cum ducerentur, in uia rogauit Iacobum dare sibi remissionẽ. At ille parumper deliberans: Pax tibi, inquit,& osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt.

VITA D. IACOBI APOSTOLI COGNOMENTO IVSTI, PRIMI HIEROSOLYMORVM Epiſcopi, per Euſebium Cæſarienſem ſcripta.

Ex lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 23.



Vdq; posteaquã Paulus ad Cęsarem, quẽ appellauerat, a Festo transmissus est,& frustratas insidias quas ei tetenderant,uident,in Iacobum fratrem domini immanitatem nequitiæ suę uertunt,cui episcopalis in Hierosolymis delata ab apostolis fuerat sedes. Quemq; hoc modo adorti sunt. Productum in medium,abnegare eum fi

dem Christi coram omni populo expetunt. At ille cõtra omnium opinionem,uoce satis libera,& multo maiora quã uellent, corã uniuerso populo cũ omni fiducia profitetur,filium esse Dei saluatorem & dominũ nostrum Iesum Christum. Tum illi non ferentes tam graue & tam liberum testimonium uiri, pro eo maxime quod iustissimus apud omnes habebatur ob religiosę & continentissimę uitæ meritũ, in necem eius uertuntur, fauente sibi occasione temporis ex morte rectoris. Contigit enim Festum per idem tẽpus obire apud Iudæam, & sine rectore ac principe esse prouinciam. Nam mortis Iacobi modus iam quidem & in superioribus a nobis, Clementis sermonibus indicatus est, cũ de pinna templi eum præcipitatum,& fullonis percussum uestę describit.

Exploratius tamẽ de eo Egesippus,qui post ipsas statim primas Apostolorum successiones fuit,in quinto Cõmentariorum suorũ libro,his uerbis refert,Suscepit,inquit,ecclesiam cum Apostolis frater domini Iacobus,qui ab omnibus cognominatus est Iustus,ab ipsis domini tẽporibus perdurans,usq; ad nos. Et multi quidem Iacobi uocati sunt,sed hic ex utero matris suæ sanctus fuit. Vinum & siceram non bibit,sed neq; animal manducauit:ferrum in caput eius non ascendit,oleo non est perunctus, balneis non est usus. Huic soli licebat introire in sancta sanctorum. Neq; enim Laneo utebatur indumento,sed tantũ Sindone. Solus ingrediebatur templum,& iacebat super genua sua,orans pro populi indulgẽtia,ita ut orando callos faceret in genibus ad modum cameli,semper genua flectendo,nec unquã ab oratione cessando. Itaq; pro incredibili cõtinentia & summa iustitia appellatus est Iustus,& Oblias,quod est interpretatũ, munimentum populi,& iustitia,sicut & prophetæ indicarunt de eo. Quidam ergo de septem hæresibus quæ erant in populo (de quibus superius scripsimus) interrogabant eum,quod esset ostium Iesu. At ille dicebat, hunc esse saluatorẽ. Ex quibus aliquanti crediderunt,quia Iesus est Christus. Illæ autem hæreses (quas supradiximus) non crediderunt, neq; surrexisse eum,neq; uenturũ ut retribuat unicuiq; secundum opera sua. Qui uero crediderunt,per Iacobum crediderunt. In quibus cũ multi etiam ex principibus credidissent,perturbatio erat Iudęorum & Scribarũ & Pharisæorum,dicentium: Nihil iam superest, quin omnis populus credat in Iesum,quod ipse sit Christus. Conuenientes igitur ad Iacobũ,dicebãt ei: Oramus te,ut reuoces populum, qui ecce errat in Iesu, putans quod ipse sit Christus. Deprecamur ergo te, ut suadeas omnibus cõuenientibus in die Paschę de Iesu. Tibi enim omnes obtẽperamus,& de te tam nos,quã populus testimonium ferimus,quia iustus es, & personã nullius accipis. Tu ergo suade populo de Iesu ne erret,quia omnes tibi obedimus. Ascende itaq; in excelsum locũ pinnæ templi,ut in edito positus appareas omnibus,& uerba tua audiantur a cunctis, quia in diebus paschæ conuenit non solum Iudæorũ,sed & Gentilium multitudo. Statuerunt igitur supradicti Scribæ & Pharisæi Iacobum supra pinnam templi, & uoce magna clamantes ad eum dicunt: Virorum iustissime,cui omnes nos obtẽperare debemus, quoniam populus errat post Iesum qui crucifixus est, enuncia nobis quod sit ostium Iesu. Tunc Iacobus ingenti uoce ad eos respondit: Quid me interrogatis de filio hominis? Et ecce ipse sedet in cęlo a dextris summę uirtutis,& ipse uenturus est in nubibus cœli.

1 *Vide Iacobi Apostoli abstinentiam, et ciborum delectum, cõtra nostros hæreticos.*

2 *Habes in Apostolo uestimenti simplicitatẽ. Orationis assiduitatẽ Genuflexionẽ in precatione. Continentiã in corpe. Quid ad hæc dicis Ecclesiæ turbator,et omnium bonarum institutionum euersor?*

Cumq;

Cumq; hac responsione & testimonio Iacobi multis satisfactū esset, & libenter audissent quæ Iacobus contestatus est, cęperunt glorificare deum, & dicere: Osanna filio Dauid. Tunc rursum ipsi Scribæ & Pharisęi cęperunt ad inuicem dicere: Male fecimus tale testimonium præstare de Iesu. Sed ascendamus & præcipitemus hunc deorsum, ut cæteri terreantur, & non credant ei. Simul & uoce magna exclamauerunt dicētes: Oo, & iustus errauit. Et compleuerunt scripturam, quæ in Esaia scripta est, dicentem: Auferamus Iustum, quoniam inutilis est nobis, propterea fructū operum suorum manducabunt. Ascenderunt ergo, & præcipitauerunt eum, & dicebant ad inuicem: Lapidemus Iacobum Iustum. Et cęperunt eum urgere lapidibus. Qui deiectus, non solum mori non potuit, sed conuersus, & super genua sua recumbens, dicebat: Rogo domine deus pater, remitte eis peccatū, non enim sciunt quid faciunt. Cūq; eum talia orātem desuper lapidibus perurgerent, unus de sacerdotib⁹ de filiȳs Rechab filij Rechabin, de qbus protestat Hieremias ꝓpheta, exclamauit, dicēs: Parcite ḡso. Quid facitis? Pro uobis orat iustus hic quē lapidatis. Et unus ex ipsis fullonis arrepto fuste, i quo res exprimere solent, cerebro eius illisit, & tali martyrio cōsummatus est, ac sepultus in eodē loco ꝓpe tēplum.

Hic est qui extitit ueritatis testis Iudęis & Gentibus, qa Iesus est Christus. Et non multo post oppugnatio consequuta est Vespasiani. Hæc latius quidem, sed cōsonantes Clementi etiam Egesippus retulit, quod ita mirus quidē, & apud omnes homines opinatissimus in obseruatione totius iustitiæ Iacobus habebatur, ut & Iudæorum prudentes quiq; crederent hanc esse causam statim consequutę oppugnationis Hierosolymorum, quod in illum rursus sceleratas iniecerint manus. Et Ioseph ita sibi uideri euidenter indicat per hæc uerba: Quæ omnia, inquit, acciderunt Iudæis, pro uindicta Iacobi Iusti, qui erat frater Iesu, qui dicitur Christus, quem iustissimum & pȳssimum omnium confessione uirum Iudæi interfecerunt. Idemq; etiam mortem eius in uigesimo antiquitatū libro, his uerbis designat. Mittit autem Cæsar Albinum Iudęæ præfectum, Festi morte comperta. Ananias autem iunior (quem pontificatum suscepisse supra diximus) proteruus admodum, & insolens moribus, hęresim defendebat Sadducęorum qui in iudicijs crudeliores Iudæis cæteris uidētur, sicut iam supra diximus. Hic insolentiæ suę tempus datum credens ex morte Festi, consessum iudicum conuocat, & introducit in medium fratrem Iesu qui dicitur Christus, Iacobum nomine, & alios quāplurimos, quos uelut cōtra legem gerere incusans, tradidit lapidandos. Quod facinus, si quis ex ciuibus modestior fuit, & ęqui ac legis obseruantior, grauissime tulit. Qui etiam occulte legationem ad Cæsarē mittunt, orantes eum scribere Ananiæ, ne hęc agat: quia nec prius huiuscemodi facinora recte cōmiserit. Quidam autem ex ipsis etiam Albino occurrunt, de Alexandria ad ipsos iter agenti atq; edocent, quod non licuerit Ananiæ se inconsulto consessum iudicum conuocare. At ille cōmotus ex his quæ dicta sunt, eum indignatione scribit ad Ananiam, cōminatus ablaturum se ab eo iudicandi potestatem, qua non recte utebatur, quia & Agrippa rex eum tribus solis mensibus functum hoc honore, priuauerit, & Iesum Dammei filium in locum eius subrogauerit. Hactenus etiam de Iacobo, cuius illa habetur epistola, quæ prima scribitur inter eas quæ Catholicæ appellantur.

3 *Asserit Iacobi esse epistolam quæ inter catholicas prima appellatur. Quod nota cōtra nostri temporis hæreticos.*

VITA SANCTI ANDREÆ APOSTOLI PER PRESBYTEROS, ET DIACONES *Ecclesiarum Achaiæ scripta.*



Passionem sancti Apostoli Andreę, quam oculis nostris uidimus, omnes presbyteri, & diacones ecclesiarum Achaiæ scribimus uniuersis ecclesijs, quæ sunt in Oriente, & Occidente, & Meridiano, & Septentrione, in Christi nomine constitutis; Pax uobis, & uniuersis, qui credunt unum Deum in Trinitate perfectum, uerum Patrem ingenitum, uerum filium unigenitum, uerum spiritum sanctum procedentem ex patre, in filio permanentem, ut ostendatur unus spiritus esse in Patre, & filio, & hoc esse unigenitum filium, quod est & ille, qui genuit. Hanc fidē didicimus à sancto Andrea Apostolo domini nostri Iesu Christi; cuius passionē, quā corā positi uidimus, prout possumus, explicamus.

Proconsul itaq; Ægeas Patras ciuitatem ingressus, cœpit compellere credentes Christo ad sacrificia Idolorū. Cui occurrens sanctus Andreas dixit: Oportebat ut tu, qui iudex esse hominū comprobaris, iudicem tuū, qui est in cœlo, cognoscere, & agnitum coleres, & colendo eum, qui uerus Deus est, ab his, qui ueri dñ non sunt, animum reuocares. Cui Ægeas dixit: Tu es Andreas, qui destruis templa Deorum, & suades hominibus superstitiosam illam sectam, quā nuper detectam Romani Principes exterminari iusserunt? Andreas dixit: Romani principes nondum cognouerunt hoc, q; pro salute hominum ueniens Dei filius docuerit ista Idola nō solum Deos non esse, sed esse dæmonia pessima, & inimica humano generi, quæ hoc docent homines, unde offendatur Deus, ut dum offensus fuerit, auertatur, & non exaudiat; & cum auersus fuerit, & non exaudierit, habeantur à diabolo ipsi captiui, & tam diu eos deludat, q; diu de corpore exeant rei, & nudi, nihil secum præter peccata portantes.

Ægeas dixit: Ista superstitiosa, & uana uerba Iesus uester dum prædicaret, Iudæi illum crucis patibulo affixerunt. Andreas respondit. O si uelles scire mysterium Crucis, q; rationabili charitate author humani generis pro restauratione nostra hoc crucis patibulum nō inuitus, sed sponte suscepit. Ægeas dixit: Cum traditus asseratur à suo discipulo, & à Iudęis tentus, & Præsidi adductus, & ad petitionem Iudæorū à militibus Præsidis crucifixus, quomodo tu dicis eum spōtaneum Crucis subisse patibulum? Andreas respondit: Ideo ego dico spontaneum, quoniam simul cum ipso fui, cū à suo discipulo traderetur; & ante q; traderetur, dixit nobis, quod tradendus esset, & crucifigendus pro salute hominū; & die tertia resurrecturum se esse prædixit. Cui cū frater meus Petrus diceret: Propitius esto tibi domine, non fiat istud; Indignatus sic ait Petro: Vade retro Satana, quia non sapis ea, quæ sunt Dei. Et ut plenius nos instrueret, qūo sponte passionem susciperet, dicebat nobis: Potestatem habeo ponendi animā meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ad ultimum dum cœnaret nobiscum, & diceret; Vnus uestrū me traditurus est, & ad istam uocem omnes contristaremur; ne suspensos cogitatio trucidaret, ait: Cui dedero panis fragmentum de manu mea, ipse est. Et cum dedisset uni ex condiscipulis nostris, & futura quasi iam prę terita narraret, docuit se uo-

luntate fuisse traditum, cum nec traditorem fugiendo deseruit, & in loco, quo illum sciebat uenturum esse, permansit.

Ægeas dixit: Miror te prudentē uirum istum uelle sectari, quē quoquo pacto, aut sponte, aut inuitum, cruci tamen confiteris affixum. Andreas respondit: Hoc est, quod me & iam dixisse iam retines, Magnum est mysterium Crucis: Quod si forte uolueris audire, retexam. Ægeas dixit: Mysterium nō potest dici, sed supplicium. Andreas dixit: Ipsum supplicium, mysterium restaurationis humanæ, si patienter audias, comprobabis. Ægeas dixit: Ego quidem patienter te audiam; sed tu si me obtemperanter non audieris, ipsum Crucis mysterium in te ipso excipies. Andreas respondit: Ego si Crucis patibulum expauescerem, Crucis gloriam non prędicarem. Ægeas dixit: Insanus sermo tuus prædicat gloriam supplicij, qui per audaciam pœnam non times mortis. Andreas respondit: Nō per audaciam, sed per fidem pœnam non timeo mortis. Mors enim iustorū pretiosa est; mors uero peccatorum pessima. Et ideo audire te uolo crucis mysterium, ut agnitum forsitan credas, & credens ad restaurationē tuæ animæ quoq; pertingas. Ægeas dixit: Restauratur hoc, quod perijsse docetur. Nunquid anima mea perijt, ut ad eius me restaurationem uenire per fidem, nescio quam, tu asseras?

Andreas respondit: Hoc est, quod te discere desiderabam, ut dum perditas animas hominum docuero, istam restaurationem earum per crucis mysterium pandam. Primus enim homo per lignū præuaricationis mortem induxit, & necessarium hoc erat generi humano, ut per lignū passionis mors, quæ ingressa fuerat, pelleretur. Et quomodo de imaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum pręuaricationis mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine natus Christus perfectus homo, qui est Dei filius, qui primum hominem fecerat, uitam æternam, quā perdiderant omnes, repararet, ac de ligno crucis lignū concupiscentiæ excluderet, panderet in cruce immaculatas manus pro manibus incontinenter extensis, pro suaui cibo arboris uetitę escam sellis acciperet, & in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

Ægeas dixit: Ista uerba illis narrare debes, qui tibi credunt, mihi autem nisi hoc consentias, ut sacrificium dijs omnipotentibus offeras, in ipsa cruce, quam laudas, te fustigatū affigi præcipiam. Andreas respondit: Omni potenti Deo, qui unus, & uerus est, ego omni die sacrifico, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorū sanguinem; sed imaculatum agnum quotidie in altari crucis sacrifico; cuius carnes, posteaq; omnis populus credentium māducauerit, & eius sanguinē biberit, agnus, qui sacrificatus est, integer perseuerat, & uiuus: & cū uere sacrificatus sit, & uere carnes eius manducatę sint à populo, & uerè sanguis eius sit haustus, tamen (ut dixi) integer permanet, & imaculatus, & uiuus. Ægeas dixit: Quomodo potest hoc fieri? Andreas respondit: Si uis discere, quomodo hoc potest fieri, assume formam discipuli, ut possis doceri, quod quæris. Ægeas dixit: Ego à te tormentis exigam huius rei notitiam. Andreas dixit: Miror te hominem prudentem tam stulte locutum. Ergo tu tormentis putas me diuina tibi pandere sacrificia? Audisti mysteriū Crucis, audisti mysterium sacrificij. Si credideris Christum filium Dei, qui

1 *Quid hic dicis hæretice? Negare ne ulterius audeas in Eucharistia esse uerum corpus et sanguinē Xpi? Missam ue dici sacrificium? Nonne hæc apostoli uerba omnes tuas blasphemias confundunt & conculcant?*

crucifixus est à Iudæis, uerũ Deum esse, pandam tibi quo ordine occisus uiuat agans, qui cũ sacrificatus fuerit, & comestus, integer tamen, & imaculatus in suo regno permanet. Ægeas dixit: Cum sit occisus, & ab omni populo (ut asseris) deuoratus, qũo integer perseuerat, & uiuus? Andreas respondit: si credideris ex toto corde tuo, discere poteris; si nõ credideris, penitus nunq; tu ad indaginem huius ueritatis attinges.

Tunc iratus Ægeas iussit eum in carcerẽ retrudi. Vbi cũ esset clausus, uenit ad eũ multitudo pene totius Prouinciæ, ita ut Ægeam uellent occidere, & Andream Apostolum fractis ianuis carceris liberare. Quos sanctus Andreas his uerbis admonuit: Nolite quietem domini nostri Iesu Christi in seditionem diabolicã excitare. Nam traditus Dominus omnẽ patientiam præbuit, non contendit, neq; clamauit, nec in plateis aliquis eum clamantem audiuit. Habete ergo silentium, quietẽ, & pacem; & non solum meum martyrium nolite impedire, uerumetiam nos ipsos, quasi athletas Domini, præparate, ut uincatis minas intrepido animo, plagas autẽ per tolerantiam corporis superetis. Si enim terror timendus est, ille est utiq; timendus, qui finem non habet. Nam humanus timor fumo similis est, & subito cũ excitatus fuerit, euanescit. Et si dolores timẽdi sunt, illi sunt formidandi, qui sic incipiunt, ut nunq; finiantur. Isti enim dolores aut leues sunt, & tolerantur, aut graues sunt, & cito animã eũciunt. Illi autem dolores æterni sunt, ubi est quotidianus fletus, & mugitus, & luctus, & sine fine cruciatus, ad quem Proconsul Ægeas ire non timet. Estote ergo magis parati ad hoc, ut per tribulationes temporales ad æterna gaudia pertingatis: ubi semper lætemini, semper floreatis, semperq; cum Christo regnetis.

Hæc, & his similia sancto Andrea Apostolo per totam noctem populum admonente, dum lux diei in matutino prorumperet, misit Ægeas, & adduxit ad se sanctum Andream, ac sedens pro tribunali dixit: Existima ut te nocturna cogitatione reuocare animum tuũ à stultitia, & à Christi tui laude cessare, ut posses nobiscum non amittere gaudia uitæ. Stultũ est enim ultro uelle ad passionem Crucis ire, & ignibus, ac flammis teipsum pessimis destinare. Andreas respondit: Gaudia tecũ habere potero, si credens Christo dimittas culturas Idolorũ. Christus enim me misit ad istã Prouinciam, in qua non paruũ populum ei acquisiui. Ægeas dixit: Ideo te sacrificare cõpello, ut isti, qui per te decepti sunt populi, relinquant uanitatem tuq; doctrinæ, & ipsi dijs offerant grata libamina. Nulla enim remã sit in Achaia ciuitas, in qua templa deorum derelicta non sint, & deserta. Nunc ergo per te restauretur cultura deorum, ut & dij, qui contra te irati sunt, placari possint, & in nostra possis amicitia permanere. Sin alias, diuersa pro defensione deorũ patieris supplicia, & post omnia crucis, quã laudasti, patibulo suspensus deficies. Andreas respondit: Audi fili mortis, & stipula æternis parata incendijs, audi me seruũ domini, & Apostolum Iesu Christi. Nunc usq; mitius tecum egi censura fidei, ut rationis capax, & ueritatis defensor effectus, idola uana contemneres, & Deum, qui in cœlis est, adorares. Sed quia in impudentia tua perdurans, me putas minas tuas posse formidare, quicquid tibi uidetur in supplicijs maius excogita. Tanto enim meo regi ero acceptior, quanto pro eius nomine fuero permanens in tormentis confessor.

Tunc

Tunc Ægeas iussit eum flagellis cædi extensum. Qui cū septem ternio nes transissent, eleuatus est, atq; adductus ante eum. Cui Ægeas dixit: Audi me Andrea, & ab effusione sanguinis consilium reuoca. Quod si non feceris, crucis te faciam interire patibulo. Andreas dixit: Ego crucis Christi seruus sum, & crucis trophęum optare potius debeo, & timere. Tibi autem cruciatus æternus qui debetur, poteris euadere, si postquā probaueris perseuerantiam meam, uel sic crediderís Christo. Ego enim de tuo interitu timeo; nō de mea passione conturbor. Passio enim mea aut unius diei spatium occupat, aut duorū, ut multum: Tuus autē cruciatus nec per milia annorū potest peruenire ad finē. Vnde desine iam miserias tuas augumentare, & ignem ipse tu tibi æternum accendere noli. Tunc indignatus Ægeas, cruci eum affigi præcepit, mandans hoc quæstionarijs, ut ligatis pedibus, & manibus, quasi in eculeo tenderetur, ne clauis affixus cito deficeret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Cumq; eum carnifices ducerent, ut crucifigeretur, concursus factus est populorum, clamantium, ac dicentium: Iustus homo, & amicus Dei quid fecit, ut ducatur ad crucem? Andreas uero rogabat populum, ut non impedirent passionē eius. Gaudens enim, & exultans ibat, & à doctrina non cessans.

Cumq; peruenisset ad locum, ubi crux parata erat, uidens eam à lōge, exclamauit uoce magna, dicens: Salue Crux, quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membrorū eius margaritis ornata. Antecē te ascenderet dominus timorem terrenū habuisti, modo uero amorē cœlestem obtinens pro uoto susciperis. Sciris enim à credentibus quanta intra te gaudia habeas, quanta munera præparata. Securus ergo, & gaudens uenio ad te, ita, ut & tu exultans suscipias me discipulum eius, qui pependit in te, qa amator tuus semper fui, & desiderauí amplecti te. O bona Crux, quæ decorem, & pulchritudinē de membris domini suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quæsita, & aliquando iam concupiscenti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te redemit me. Et hæc dicens expoliauit se, & uestimenta sua tradidit carnificibus. Qui accedentes leuauerunt eum in crucē, & extendentes funibus totū corpus eius (sicut eis iussum fuerat) suspenderunt. Astantes uero erant turbæ ad uiginti milia hominum, inter quos erat frater Ægeæ, nomine Stratocles, qui simul clamabat cum populo, iniusto iudicio sanctum uirum hoc pati. Sanctus uero Andreas confortabat mentes credentium Christo, & hortabatur ad tolerantiam temporalem, docens nihil esse dignum passione ad æternam remunerationis compensationem.

Interea uadit omnis populus cū clamore ad domū Ægeæ; & omnes pariter clamantes dicebant: Virum sanctum, pudicū, ornatū moribus, bonum doctorē, pium, modestum, rationabilem non hoc debere pati, sed debere deponi de cruce, quia iam secunda die in cruce positus, ueritatē prædicare non cessat. Tunc Ægeas pauescens populum, & promittens se eū deponere, simul cœpit ire. Quem uidens sanctus Andreas, dixit: Quid tu ad nos, Ægea, ueníst? Si uis credere Christo, sicut promisi, aperietur tibi uia indulgentiæ. Si autem ueníst ad hoc tantū, ut me soluas, ego penitus hinc de ista cruce uiuens in corpore deponi non potero. Iam enim regem meum uideo, iam adoro, iam cōspectui eius consisto. Sed de tuis miserijs

doleo;quia paratus te expectat æternus interitus. Curre pro te miser,dū adhuc potes,ne tunc incipias uelle,cū non poteris. Mittentes autem manus ad crucem carnifices,non poterant penitus contingere eum.Et ſubinde alij & alij ingerentes ſe, ut ſoluerent eum, & nullus poterat pertingere ad eum. Stupebant enim brachia eorum, quicunq; ſe extendiſſent ad ſoluendum eum.

Tunc uoce magna ſanctus Andreas dixit: Ne permittas domine Ieſu
a Chriſte,me famulum tuū,qui propter nomen tuū pendeo in cruce, ſolui; nec permittas eum,qui iam per crucē tuam cognouit magnitudinē tuam, ab Ægea,homine corruptili,humiliari,ſed ſuſcipe me tu, magiſter meus Chriſte,quē dilexi,quē cognoui,quē confiteor, quē cernere deſidero, in quo ſum quod ſum. Suſcipe domine Ieſu Chriſte ſpiritum meum in pace, quia iam tēpus eſt, ut ueniam, deſiderans te uidere. Suſcipe me domine Ieſu Chriſte magiſter bone,& iube me de iſta cruce nō deponi,niſi prius ſpiritum meum ſuſceperis.Et cū hæc dixiſſet,uidentibus cunctis,ſplendor nimius,ſicut fulgur de cœlo ueniens,ita circundedit eum, ut penitus præ ipſo ſplendore oculi eū humani non poſſent aſpicere.Cumq; permāſiſſet ſplendor ferè dimidiæ horæ ſpacio,abſcedente lumine,emiſit ſpiritum,ſimul cum ipſo lumine pergens ad Dominum,cui eſt honor,& gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

2 Quædam uero fœmina,nomine Maximilla,ſenatrix in ſpecu poſita,di-
Cura per Maximillā in ſepeliendo Apoſtoli corpore exhibita, nos docet, & ſanctorum reliquias uenerabiles haberi, & ſepelire mortuos pietatis opus eſſe, ac deo placere. ligens pudicitiam,& ſanctitatē,ſtatim ut cognouit Apoſtolū perrexiſſe ad dominū,acceſſit ad crucē,& ſuorū ſolatio cū omni reuerentia depoſuit corpus,& condiuit aromatibus,& in loco quo ſe cōſtituerat ſepelien dam,illic eū ſepeliuit. Ægeas uero iratus contra populū,diſponebat conteſtationē publicā facere,& ad Cęſarē accuſationē contra Maximillam, & populū deſtinare. Sed dū ordinat in cōſpectu officij ſui,a diabolo arreptus eſt;& in medio foro ciuitatis uolutatus,expirauit. Nunciatū eſt fratri eius,cui nomē erat Stratocles,& miſit ſeruos ſuos, dixitq; eis,ut inter Biothanatos ſepelirent eum.Ipſe autē de facultatibus eius nihil quæſiuit dicens:Non mihi permittat dominus meus Ieſus Chriſtus,cui credidi,ut ego de bonis fratris mei aliquid contingā,ne polluat me crimen eius,quia Apoſtolum Domini auſus fuit pro amore pecuniæ occidere.

Hæc autē geſta ſunt apud Achaiam prouinciam ciuitate Patras,pridie Calend.Decēb.ubi & iam præſtantur glorioſa eius beneficia uſq; in preſentem diem. Tantus autē timor inuaſit omnes,ut nullus remaneret,qui nō crederet Saluatori noſtro Deo; qui uult omnes ſaluos fieri,& ad agnitionem ueritatis uenire.Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

VITA SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS, PER D. AVGVSTInum Epiſcopum Hipponenſem ſcripta.

Eſt ſermo eius primus inter ſermones de Tempore.



FRATRES Chariſsimi celebrauimus heſterna die natalem,quo rex martyrum natus eſt in mundo,hodie celebramus natalem,quo primicærius martyrum migrauit ex mūdo. Oportebat enim ut primum immortalis pro mortalibus ſuſciperet carnem, & ſic mortalis pro immortali contemneret mortem. Et ideo natus eſt domi-

nus ut moreretur pro seruo, ne seruus timeret mori pro domino. Natus est Christus in terris, ut Stephanus nasceretur in cœlis. Ingressus est dominus mundum, ut Stephanus ingrederetur in cœlum. Altus ad humilia descendit, & humilis ad alta ascendit. Filius dei factus est hominis filius, ut filios hominum faceret filios dei. Fecit Christus mirabilia, fecit & Stephanus. Sed Christus fecit sine Stephano: Nunquid Stephanus potuit facere sine Christo? Viuebat Stephanus de Christo, sicut sarmentum de uite. Miraris fructum de sarmento pendentem, uide sarmentum in uitæ manentem.

Eia sancte Stephane, dic aliquid Iudæis, ut incipias lapidari, & possis coronari. Iaculare uerba, & excipe saxa. Dic aliquid de incircunsisis cordibus, & morieris lapidibus. Dic aliquid de eo cuius nomen nolunt audire, Erubescant, & sæuiant, muta efficiantur labia dolosa. Dic eis, ubi uides uiuum, quem irriserunt, crucifixum. Dic eis ubi eũ uides, & hic non uiuis, sed cum illo melius uiuis. Dic eis, quia nihil est, quod fecerunt; uiuit, quẽ occiderunt. Dic eis, quia uides ad dexteram patris stantem, quem irriserunt in cruce pendentem. Et ille, inquit, Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem ad dexterã dei. At illi clamantes continuerunt aures suas. Aures clauserunt, & ad lapides cucurrerunt, impetumq; fecerũt omnes in eum, & lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Adhæsit anima mea post te, quia lapidatur caro mea pro te. Accipe spiritũ meum, & redde mihi promissum tuum.

Orauit Christus pro suis crucifixoribus, orauit & Stephanus pro suis lapidatoribus. Dominus Iesus Christus orauit affixus ligno: Stephanus genuflexo. Qui stando suum spiritũ commendauit domino, pro illorum delicto fixo genu orauit. Orabat dominũ pro inimicis, ut amicus, dicens, certe ego patior, ego lapidor, in me sæuiunt, & in me fremunt, sed ne statuas illis hoc peccatum, quia ut hoc dicam tibi, a te primo audiui. Ego seruus tuus patior; Sed multum interest inter me, & te. Tu dominus, ego seruus. Tu uerbum, ego auditor uerbi. Tu magister, ego discipulus. Tu creator, ego creatus. Tu deus, ego homo. Multum interest inter peccatũ istorum, qui lapidant me, & illorũ, qui crucifixerunt te. Quando ergo dixisti, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: pro magno peccato petisti, et me pro minimo petere docuisti. Domine, inquit, ne statuas illis hoc peccatum; tanquam diceret, Ego patior in carne, isti non pereant in mente. Illi lapides mittebant, & sanctus Stephanus orationes fundebat.

1 *Pro lapidatoribus suis fixo in terrã genu orauit beatus Stephanus.*

Magna pietas fratres, magna clementia; Prorsus qualia in mensa domini sui comedit, talia & ipse in suo conuiuio præparauit. Scriptum est in lege, Ad magnam mensam sedisti, scito quoniam talia te oportet prę parare. Talia ergo in oratione exhibuit, qualia in sui domini mensa comedit. Dominus Christus dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt qd faciunt: sanctus Stephanus dixit, Ne statuas illis hoc peccatum: & hoc dicto obdormiuit in dño. O somnum pacis: Quid illo somno tranquillius? Quid illo somno quietius? Qualis ibat ad amicos, qui sic diligebat inimicos?

2 *Tu qui appellas sanctos emortuos, uide quod obdormire eos scriptura dicit.*

Nam ut nouerit sanctitas uestra, quantum ualuerit oratio sancti Stephani martyris, recurrite nobiscum ad illũ adolescentem persecutorem, nomine Saulum, sicut ex libro, dum legeretur, audiuimus: Qui cum Stephanus lapidaretur, & ab ipso omnium lapidantium uestimenta seruarẽ

tur,ut tanquam in manibus omnium ipse lapidari uideretur:hic cum iret in uia, subito circumfulsit eũ lumen de cœlo, & audiuit uocem dicentem sibi;Saule, Saule quid me persequeris? Durum est, tibi contra stimulum calcitrare. Et ille;Et tu quis es domine? Et dominus ad eum;Ego sum Iesus Nazarenus,quem tu persequeris: Quid mihi, & tibi? Quare te erigis contra me ad tanta mala,quæ commisisti in me? Olim quidẽ debui perdere te,sed Stephanus meus orauit pro te. Saule Saule quid me persequeris? Sed quia insanis contra nomen meum, ego te faciam seruũ meum. O Saule lupe rapax,comedisti,expecta paululum,et digeres. Dicam plane, elisus est filius perditionis. Nam si sanctus Stephanus sic non orasset,ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Ergo quod fecit Saulus, patitur Paulus. Quod fecit persecutor,patitur prædicator. Quod fecit lupus,patitur agnus: quia sic est in tali homine uindicandum,ut discat pati,quod faciebat. Sentiat & ipse, quod alijs inferebat. Dicitur Ananiæ a domino Iesu Christo,Vade ad eum,& signa eum signo meo. Multa enim patietur pro nomine meo. Abijt Ananias,Baptizauit Saulum, & fecit ex lupo agnũ. Cœpimus habere nos prædicatorẽ, quem sanctus Stephanus habuit lapidatorem. Sic ergo exauditus est sanctus Stephanus, ut eius orationibus deleretur peccatum,quod commiserat Saulus. Cõmendemus ergo nos orationibus eius. Multo magis enim nunc exauditur pro bene oratoribus suis a regnante domino nostro Iesu Christo,cui est honor, & gloria in secula seculorum: Amen.

3 *Vbi sunt qui orationes superfluas & inutiles asserere audent? An superflua & inutilis Stephani oratio, quæ si non fuisset, Paulum ecclesia non haberet?*

4 *Quid hic dicis Hæretice? Commendemus nos (ait Augustinus) orationibus Stephani, quia multo magis nunc exauditur pro bene oratorib. suis.*

Est sermo eius secundus ubi supra.

Post extremum festiuissimũ diem, quo salutaris nostri Christi nobis natiuitas illuxit, & iam hodiernus dies beati martyris Stephani corona illustratur. Martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: passus enim est ipso principio ecclesiæ,id est,in ipsa urbe Hierosolyma. Ibi.n.diaconus ministrauit, & in ipso iuuentutis flore decorem ætatis suæ sanguine purpurauit. Passio eius insignis est,multumq; mirabilis. Hanc modo de libro Actuum apostolorum cum legeretur audiuimus non solum, sed etiam oculis spectauimus. Christus ergo caput martyrum prior passus est pro nobis,relinquẽs uobis exemplum,ut sequamini uestigia eius. Cuius passionis uestigia prior sequutus beatus Stephanus, confitendo Christum,lapidatus à Iudæis coronam meruit, tanquam suo sibi nomine posi tam. Stephanus enim Græce,latine corona appellatur. Iam corona nomen habebat,& ideo palmam martyrij suo nomine præferebat. Qui cũ lapidaretur,non solum non expectabat de persecutoribus reportare uindictam,sed eis potius de deo ueniam postulabat. Meminerat enim dixisse dominum,Mihi uindictam, & ego retribuam dicit dominus. Et iterũ. Ne dixeris ulciscar me de inimicis meis,sed expecta dominum, ut tibi auxilium sit. Expectare nos iubet dominus deus,ut in die futurę retributionis cum sanctis martyribus uindicemur. Beati enim,qui expectant dominum,quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram: illam scilicet terram, quæ iustis est præparata.

5 *Festiuissimus dies Natalis domini.*

6 *Dies sancti Stephani, beati martyris corona illustratur.*

Tu autem o Christiane quęris uindicari de aduersario tuo,qui tibi forsitan iniuriam fecit,æstuas,furis,anhelas,festinas uindicari,attende Christum medicum ægritudinis tuæ,attende redemptorẽ animæ tuę. Propter te pependit in ligno,& nondum est uindicatus,& tu uis uindicari, & nõ

uis

uis tantum,& talem magistrũ imitari? Ideo pati uoluit,ut tibi patientiæ suę demonstraret exemplum. Vide pendentẽ,& tibi languenti de suo sanguine medicamentum conficientem. Vide pendentem, & tibi de ligno tanquam de tribunali præcipientem. Audi precantem. Pater,inquit,ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt.

Sed potuit hoc Christus,dicis mihi,ego non possum. Ego enim homo sum,ille deus homo. Deus ergo ut quid homo, si non corrigitur homo? Sed hæc tibi loquor ò homo. Multum est a te imitari dominum tuum. Attende Stephanum conseruum tuum. Certe Stephanus homo erat,an deus? Plane homo erat;hoc erat,quod tu. Sed quod fecit,non fecit nisi donante illo,quem rogas & tu. Vide tamen quid fecit. Loquebatur Iudæis, sæuiebat,& diligebat. Vtrunq; debeo demonstrare,& sæuientem,& diligentem. Audi sęuientem,duræ ceruices. Verba sunt sancti Stephani,quãdo loquebatur Iudæis,Duræ ceruices,& nõ circuncisi corde,& auribus; uos semper restitistis spiritui sancto. Quem prophetarũ non occiderunt patres uestri? Audisti sæuientem,audi & diligentem. Irati illi facti,& grauius inardescentes,& mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt, & dei famulum lapidare cęperunt. Hic probemus sancti Stephani patientiam,& dilectionem. Hic uictorem diaboli,triumphatoremq; cernamus. Audiuimus sæuientem aduersus tacentes, uideamus si diligat sæuientes. Sęuiebat aduersus tacentes,uideamus si diligat lapidantes. Ecce Stephanus lapidatur, sic constitutus quasi ante oculos nostros. Ecce membrũ Christi,ecce athleta Christi. Inspiæ illum,qui pependit in ligno. Crucifigebatur ille,iste lapidabatur. Ille dixit: Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt. Iste quid dicit? Audiamus illum,si forte uel ipsum imitari ualemus. Primo beatus Stephanus stans orauit pro se,& ait, Domine Iesu, accipe spiritum meum. Deinde genuflexit,& flexo genu ait,Domine ne statuas illis hoc peccatum: & hoc dicto,obdormiuit. Fœlix somnus,& requies uera. Ecce quid est requiescere,pro inimicis orare. 7

Stephanus pro se orauit stans,

Pro aduersarijs flexo genu.

Sed paululum q̃so te,sancte Stephane,expone nobis hoc nescio quid, quare pro te stans orasti, & pro inimicis genuflexisti? Responderet fortasse,quod intelligimus. Pro me stans orauí, quia pro me, qui recte deo seruiui,orando,& impetrando non laboraui,quia qui pro iusto orat,non laborat,ideo pro se stans orauit. Ventum est,ut oraret pro Iudęis,pro interfectoribus Christi,pro interfectoribus sanctorum,pro lapidatoribus suis;attendit tam multam,& magnã esse impietatem ipsorum,q̃ difficile donari posset,genu flexit,& ait, Domine ne statuas illis hoc peccatũ.

Ergo charissimi si non potestis imitari dominum,imitamini conseruũ, imitamini sanctum Stephanum,imitamini omnes martyres sanctos. Homines erant,conserui tui erant,Sicut tu nati erant; sicut tu nati,sed a Christo sunt coronati.

Omni ergo Ecclesiæ beatus Stephanus datus est ad profectũ. Adhuc laicus diaconũ meruit electionem,& leuita martyrũ obtinuit principatũ. In plebe adhuc positus erat, sed iam uirtutibus eminebat. Humilis erat, sed celsus fide. Discipulus erat ordine,sed factus est magister exẽplo. Quo sequebatur deuotione fidei,pręcessit uelocitate martyrij. Scriptũ est enim de eo in Actibus Apostolorũ,quod ad ministerium uiduarũ sit ab Apostolis deputatus. In hac etiam re, quod præpositus est fœminis, testimo- *Ex sermone quinto ubi supra.*

Castitas syncera Stephani cõmendatur.

nium meruit synceriſſimæ caſtitatis. Beatus ergo erit, fratres chariſſimi, qui hunc ſectatus, qui hunc imitatus fuerit: & pudicitiæ palmã, & martyrij conſequitur coronam.

Sermo sancti Maximi Epiſcopi Taurinenſis.

Lectio Actuum Apoſtolorum, quæ nobis hodie lecta eſt, dilectiſſimi fratres, quũ plurimum habeat in ipſa ſpecie admirationis, non minus tamen continet in myſterio dignitatis. Ecce (inquit) beatus Stephanus dicit: Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantẽ a dextris uirtutis dei.

Conſiderate attentius, fratres dilectiſſimi, quũ beatus martyr dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum ad dexterã dei patris ſtare uidiſſet, cur ſe filium hominis uidere teſtatus eſt, & non potius filium dei, quũ utiq; plus honoris domino delaturus uideretur, ſi ſe dei potius, q̃ hominis filium uidere dixiſſet. Sed certa ratio poſtulabat, ut hoc ita & oſtenderetur in cœlo, & prædicaretur in mundo. Omne enim Iudæorũ ſcandalum in hoc erat, cur dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſecundum carnẽ eſt filius hominis, eſſe etiam dei filius diceretur. Ideo ergo pulchre ſcriptura diuina filium hominis ad dexteram dei patris ſtare memorauit, ut ad confundendam Iudæorum incredulitatem illi martyri oſtenderetur in cœlo, qui a perfidis negabatur in mundo. Et illi teſtimonium cœleſtis ueritas daret, cui fidem terrena impietas derogarat.

Vnde licet, iuxta Pſalmum qui lectus eſt, Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius ſit; ſi quid tamen diſtare inter martyres poteſt, præcipuus uidetur eſſe, qui primus eſt. Nam quũ ſanctus Stephanus ab Apoſtolis diaconus ordinatus ſit, Apoſtolos ipſos beata, ac triumphali morte præceſſit, ac ſic qui erat inferior ordine, prior factus eſt paſſione; & qui erat diſcipulus gradu, magiſter cœpit eſſe martyrio, complens illud, quod beatus propheta in Pſalmo dixit: Quid retribuã domino pro omnibus, q̃ retribuit mihi? Retribuere enim primus uoluit Stephanus martyr domino, quod cũ omni humano genere accepit a domino. Mortẽ enim, quam Saluator dignatus eſt pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Saluatori.

Poſt hæc ſubiecit ſcriptura ſacra, & ait: Poſitis genibus clamauit dicẽs: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Videte dilectiſſimi fratres affectũ beati uiri; Videte magnam & admirabilem charitatem. In perſecutione poſitus erat, & pro perſequutoribus ſupplicabat, atq; in illa lapidum ruina, quando alius obliuiſci poterat etiam chariſſimos ſuos, ille domino cõmendabat inimicos. Quid enim dicebat, cũ lapidaretur? Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Plus itaq; tunc illorum dolebat peccata, q̃ ſua uulnera; plus illorum impietatem, q̃ ſuam mortem: Et recte plus. In illorũ quippe iniquitate erant multa, quæ plangi, in illius autẽ morte non erat, quod debuiſſet doleri. Illorum impietatẽ mors ſequebatur æterna, huius autem mortẽ uita perpetua. Imitemur ergo in aliquo dilectiſſimi fratres tanti magiſtri fidem, tam præclari martyris charitatem. Diligamus nos hoc animo in eccleſia fratres noſtros, quo ille tunc dilexit inimicos ſuos. Sed quod peius eſt, aliquotiens non ſolum inimicos nõ diligimus, ſed nec amicis quidem fidem integram cuſtodimus.

Sed dicit aliquis: Non poſſum diligere inimicum meum, quẽ quotidie uelut hoſtem patior crudeliſſimum. O quicunq; ille es, attendis quid tibi fecerit homo, & non conſideras quid tu feceris deo. Quũ enim tu multũ

grauiora in deum peccata cõmiseris, quare nõ dimittis homini parum, ut tibi deus dignetur dimittere multum? Recole quid tibi in euangelio ueritas ipsa promiserit, & quã tibi quodãmodo cautionem fecerit, uel quale tecum pactum inierit. Si enim (inquit) dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis peccata uestra. Si autem nõ dimiseritis, nec pater uester dimittet debita uestra. Videtis fratres quia cũ dei gratia in potestate nostra positum est, qualiter a domino iudicemur. Si (inquit) dimiseritis, dimittetur uobis.

Iam sæpe dixi fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat; qui uel unum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid deo in operibus bonis obtulerit, totum perdit, quia non mentitur Paulus apostolus dicens: Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Quam rem etiam beatus Ioannes confirmat dicens: Omnis, qui non diligit fratrem suũ, manet in morte. Et iterũ. Qui fratrem suũ odit, homicida est. Hoc loco fratrem omnẽ hominem oportet intelligi, omnes enim in Christo fratres sumus. Nemo itaq; sine charitate de uirginitate prẽsumat, nemo de eleemosynis, nemo de orationibus confidat; quia quamdiu inimicitiam in corde tenuerit, neq; istis, neq; alijs quibuslibet bonis operibus placare sibi dominum poterit. Sed si uult sibi habere propitium deum, nõ dedignetur audire consilium bonum. Audiat non me, sed ipsum dominum suũ. Si (inquit) offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuũ. At nos pugnas habentes intrinsecus, & dolos in corde uersantes, quasi qui bonam conscientiam habeamus, præsumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptũ est: Qui mãducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.

9 *Hoc est contra hæreticos nostros qui dicunt sufficere solam fidẽ, quicquid sit de conscientia, uolenti digne sumere corpus domini.*

Sed dicit aliquis: Grandis labor est inimicos diligere, pro persequutoribus supplicare. Nec uos negamus fratres. Non paruus quidẽ labor est in hoc seculo, sed grande erit præmium in futuro. Per amorem enim hominis inimici efficeris amicus dei, immo non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse dominus dicit: Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui uos oderunt, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo uellet adoptiuũ filiũ facere, quomodo seruires, quas indignitates etiam seruorum eius, quæ seruitia durissima, & aliquotiens etiam turpissima sustineres, ut ad caducã, & fragilem hæreditatem illius peruenires? Quod ergo alius sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter uitam æternam. Conuincimur enim certissima ratione, quia propter deum possumus quidẽ, sed nolumus iniurias sustinere.

Denicq; si nobis aliqua potens persona iniuriam faciat, si nobis etiam in facie maledicat, nec respondere aliquid asperum, non dicam uicẽ reddere audemus. Quare? Hæc ab illa persona potente adhuc maiora, cũq; per tulimus, patiamur. Quod à nobis extorquet hominis timor, debuerat a nobis exigere Christi amor. Si ergo potens persona sæuit contra nos, tacemus, & nihil dicere ausi sumus. Si uero aut æqualis, aut forte inferior, uel leuem nobis contumeliam fecerit, quasi fera bestia sine ulla patientia, ac sine aliqua dei contemplatione consurgimus, & aut in prẽsenti nostrã

iniuriam uindicamus, aut certe ad maiorem uicem reddendam noſtrum animum prę paramus. Quid eſt hoc, quod quando potens perſona nobis iniuriam intulit patienter accipimus; quãdo inferior nimio furore ſuccendimur? quod ibi timuimus hominẽ, hic deum timere nolumus.

Vnde ergo nos, fratres, quantũ poſſumus cũ dei adiutorio cor noſtrũ ad patientiam prę paremus, & in omnibus malis hominibus medicorum uicem agere ſtudeamus, & non ipſos homines, ſed illorũ malitiam odio habeamus. Pro bonis oremus ut ſemper ad meliora cõſcendant: pro malis, ut cito ad emendationem uitæ per pœnitentiæ lamenta confugiant. Quam rem orantibus nobis ipſe præſtare dignetur, qui cũ patre, & ſpiritu ſancto uiuit, & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Ex lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8.

10

Huc adeſte quotquot ſanctorũ aduerſarios agitis, Qui dicitis sãctos eſſe mortuos, & nõ poſſe opem ferre, eorum reliquias non uenerãdas, ad eorum memorias nõ peregrinandũ, ſepulchra non iniuſenda, peccare qui omiſſo Xpo ad eos cõfugiunt, non inuocandos, quoniam iniuria infertur domino noſtro, & orationes ad eos factas eſſe ſuperſtitioſas & idololatricas, cũ mille alijs huiuſmodi inſanijs. Legite miſeri q̃ hic ſequuntur ex Auguſt. deſumpta, & uidebitis quoniã omnia ueſtra ſupradicta mera ſunt mendacia, impoſturæ & falſitates, cũ miraculis euidẽtibus deus mundo oſtẽdere uoluerit ſanctæ Eccleſiæ dogma ueſtris figmentis contrariũ, uerum eſſe, & a cunctis fidelibus amplectendum.

RELATIO DIVI AVGVSTINI DE MIRAGVLIS SANCTI STEPHANI.

AD aquas Tibilitanas Epiſcopo afferrente Proiecto reliquias martyris glorioſiſſimi Stephani, ad eius memoriam ueniebat magnæ multitudinis concurſus, & occurſus, ibi cœca mulier, ut ad Epiſcopum portantẽ pignora ſacra, duceretur, orauit, flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admouit, protinus uidit. Stupentibus cũctis, qui aderant, præibat exultans, uiam carpens, & uiæ ducem ulterius non requirens. Memorari memoriam martyris, quæ poſita eſt in caſtello Synicenſi, quod Hipponenſi Coloniæ uicinũ eſt, eiuſdem loci Lucillus epiſcopus, populo præcedente, atq; ſequẽte portabat; fiſtula, cuius moleſtia iam diu laborauerat, & familiariſſimi ſui medici, qui eam ſecaret, operiebat manus, illius pię ſarcinæ uectatione repente ſanata eſt: nam deinceps eam in ſuo corpore non inuenit.

Eucharius presbyter ex Hiſpania, Calamę habitans, uetere morbo calculi laborabat, per memoriam ſupradicti martyris, quã Poſſidius illo adduexit Epiſcopus, ſaluus eſt factus. Idem ipſe poſtea morbo alio præualeſcente mortuus ſic iacebat, ut ei iam pollices ligarentur, opitulatione memorati martyres, cũ de memoria eius reportata fuiſſet, & ſuper iacentis corpus miſſa ipſius presbyteri tunica ſuſcitatus eſt. Fuit ibi uir in ordine ſuo primarius nomine Martialis, æuo iam grauis, & multum abhorrens a religione Chriſtiana. Habebat ſane fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cũ eum ægrotantẽ multis, & magnis precibus, & lachrymis rogarent, ut fieret Chriſtianus, prorſus abnuit, eoſq; a ſe turbida indignatione ſubmouit. Viſum eſt genero eius, ut iret ad memoriam ſancti Stephani, & illic pro eo quantum poſſet, oraret, ut deus illi daret mentem bonã, qua credere non differret in Chriſtũ. Fecit hoc ingenti gemitu, & fletu, & ſynceriter ardente pietatis affectu. Deinde abſcedens de altari aliquid florum, quod occurrit, tulit, eiq;, cum iam nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt, & ecce ante diluculum clamat, ut ad Epiſcopum curreretur, qui mecum ſorte tunc erat apud Hipponẽ. Cum ergo eum audiſſet abſentẽ, uenire presbyteros poſtulauit. Venerunt, & ſtatim credere ſe dixit. Admirantibus atq; gaudẽtibus omnibus baptizatus eſt. Hoc quãdiu uixit in ore habebat, Chriſte accipe ſpiritum meum; cũ hæc

uerba beatissimi Stephani quando lapidatus est a Iudęis ultima fuisse ne sciret, Quæ huic quoq; ultima fuerunt: nam non multo post etiam ipse defunctus est.

Sanati sunt illic per eundem martyrē etiam tres podagrici, duo ciues, peregrinus unus, sed ciues omnimodo; peregrinus autem per reuelationem quid adhiberet, quando doleret, audiuit, & cum hoc fecisset, dolor continuo conquieuit.

Audurus est nomen fundi, ubi ecclesia est, & in ea memoria martyris Stephani. Puerū quendam paruulum, cū in area luderet, exorbitantes boues, qui uehiculum trahebant, rota obtriuerunt, & confestim palpitauit expirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam posuit, & non solum reuixit, uerum etiam illæsus apparuit.

Sanctimonialis quædam in, uicina possessione, quæ Caspaliana dicitur, cū ęgritudine laboraret, ac desperaretur, ad eandē memoriam tunica eius allata est. Quæ anteq; reuocaretur, illa defuncta est. Hac tamē tunica operuerunt cadauer eius parentes, & recepto spiritu salua facta est.

Apud Hipponem Bassus quidam Syrus ad memoriam eiusdē martyris orabat pro ægrotante, & periclitante filia, eoq; secū uestem eius attulerat; cum ecce pueri de domo occurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cum, orante illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redijsset iam suorū eiulatibus personantem, & uestem filiæ, quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est uitæ.

Rursum ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarij filius ægritudine extinctus est. Cumq; corpus iaceret exanime, atq; a lugentibus, & lamētantibus exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium uerba suggessit, ut eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & reuixit.

Itemq; apud nos uir tribunitius Eleusinius super memoriam martyris, quæ in suburbano eius est, ægritudine exanimatum posuit infantulum filium suum, & post orationem, quam in mukis tum lachrymis ibi fudit, uiuentem leuauit.

Vzali etiam, quæ Colonia Vticæ uicina est, multa prędara per eundē martyrem facta cognouimus, cuius ibi memoria longe, priusquam apud nos, ab Episcopo Euodio constituta est. Sed libellorū dandorum ibi consuetudo non est, uel potius non fuit, nam fortasse nunc esse iam cœpit. Cū enim nuper illic essemus, Petroniam clarissimam fœminā, quæ ibi mirabiliter ex magno, atq; diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, languore sanata est, hortati sumus uolente supradicto loci Episcopo, ut libellum daret, qui recitaretur in populo, & obedientissime paruit. In quo posuit etiam, quod hic reticere non possum: à quodā Iudæo dixit, sibi fuisse persuasum, ut annulū capillatio uinculo insereret, quo sub omni uestе ad nuda corporis cingeretur, qui annulus haberet sub gēma lapidē in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quasi remedio, ad sancti martyris limina ueniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradę in sua possessione māsisset, surgens ut iter perageret, ante pedes suos illum iacentē annulum uidit, & capillatiam zonam, qua fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam cū omnino suis nodis firmissimis, sicut fue-

rat,comperisset astrictam,crepuisse,atq; exiliuisse annulum suspicata est. Qui etiam ipse,cũ integerrimus fuisset inuentus,futuræ salutis quodãmodo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit,atq; illud uinculum soluens,simul cũ eodem annulo proiecit in flumen. Non credent hoc,qui etiam dominũ Iesum per integra uirginalia matris enixum, & ad discipulos ostijs clausis ingressum fuisse non credunt. Sed hoc certe quærant,& si uerum inuenerint,credant. Clarissima fœmina est,nobiliter nata,nobiliter nupta,Carthagine habitat; ampla ciuitas,ampla persona,rem quærentes latere non sinunt.

Vnum est apud nos factum non maius,q̃ illa,quæ dixi;sed tam clarũ, atq; illustre miraculum, ut nullum arbitrer esse Hipponensium, qui hoc non uel uiderit,uel didicerit,nullũ qui obliuisci ulla ratione potuerit. Decem quidam fratres fuerunt, quorum septem sunt mares, tres fœminę de Cæsarea Cappadociæ suorum ciuium non ignobiles, maledicto matris recenti patris eorum obitu destitutæ, quę iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit,tali pœna sunt diuinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorũ.In qua fœdissima specie oculos suorũ ciuium non ferentes quaquauersum cuiq; ire uisum est,toto pene uagabant orbe Romano. Ex his etiam ad nos uenerunt duo,frater,& soror, Paulus & Palladia,multis alijs locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt autẽ ante Pascha ferme dies quindecim, Ecclesiam quotidie, & in ea memoriam gloriosissimi Stephani frequentabant,orantes ut iam sibi placaretur deus,& salutem pristinã redderet. Venit Pascha,atq; ipso die dominico mane, cum iam frequens populus præsens esset, & loci sancti cancellos, ubi martyrium erat,idem iuuenis orans teneret,repente prostratus est,& dormienti simillimus iacuit,non tamen tremens,sicut etiam per somnum solebat; Stupentibus qui aderant,atq; alijs pauentibus, alijs dolentibus, cũ eum quidam uellent erigere,nonnulli prohibuerunt,& potius exitum expectandum esse dixerunt.Et ecce surrexit,& non tremebat, quoniã sanatus erat,& stabat incolumis intuens intuẽtes. Quis ergo se tenuit à laudibus dei? Clamantium, gratulantiumq; uocibus Ecclesia usquequaq; completa est.Inde ad me curritur,ubi sedebã iam processurus,irruit alter quisq; post alterum, omnis posterior quasi nouũ, quod alius prior dixerat nunciantes; mecq; gaudente,& apud me deo gratias agente,ingreditur etiam ipse cũ pluribus,inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum.Procedimus ad populum,plena erat ecclesia,personabat uocibus gaudiorum,Deo gratias,Deo laudes,nemine tacente, hinc & inde clamantium. Salutaui populum,& rursus eadẽ feruentiori uoce clamabant. Facto tandem silentio,scripturarũ diuinarũ sunt lecta solennia. Vbi autẽ uentum est ad mei sermonis locũ, dixi pauca pro tẽpore, & pro illius iocunditate lætitiæ. Nobiscũ homo prandet,& diligenter nobis omnẽ suæ, fraternæq;,ac maternæ calamitatis indicauit historiam. Sequenti itaque die post sermonẽ redditum,narrationis eius libellum in crastinũ populo recitandum promisi. Quod cum ex dominico paschæ die tertio fieret,in gradibus exedrę,in qua de superiore loquebar loco,feci stare ambos fratres. Cum eorum legeretur libellus,intuebatur populus uniuersus, sexus utriusq;,unum stantem sine deformi motu,alteram in membris omnibus contrementem,& qui ipsum non uiderant,quid in eo diuinę misericordię

factum esset,in eius sorore cernebant. Videbant enim quid in illo gratulandum,quid pro illa esset orandum. Inter hæc recitato eorum libello, de conspectu populi eos abire præcepi, & de tota ipsa causa aliquanto diligentius cœperam disputare:cũ ecce me disputante,uoces aliæ de memoria martyris nouæ gratulationis audiuntur. Conuersi sunt eò, qui me audiebant,cœperuntq; concurrere. Illa enim ubi de gradibus descendit, in quibus steterat,ad sanctum martyrẽ orare perrexerat. Quæ mox ut cancellos attigit,collapsa similiter uelut in somnum sana surrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit,unde ille strepitus lętus extiterit, ingressi sunt cũ illa in basilicam ubi eramus, adducentes eam sanam de martyris loco. Tum uero tantus ab utroq; sexu admirationis clamor exortus est,ut uox continuata cũ lachrymis non uideretur posse finiri. Perducta est ad eum locũ,ubi paulo ante steterat tremens,exultabant eam similem fratri,cui doluerant, remansisse dissimilem, & nondum fusas preces suas pro illa,iam tamen præuiam uoluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in dei laudem uoces sine uerbis tanto sonitu, quantum nostræ aures ferre uix possent. Quid erat in cordibus exultantium,nisi fides Christi,pro quo Stephani sanguis effusus est? Cui,nisi huic fidei attestantur ista miracula,in qua prædicatur Christus resurrexisse in carne,& in cœlum ascendisse cum carne? Quia & ipsi martyres huius fidei martyres,id est,huius fidei testes fuerunt.

VITA D. MARCI EVANGELISTÆ PER EVSEBIVM CAESARIENSEM EPISCOPVM SCRIPTA.

Ex lib.2. historiæ Ecclesiasticæ cap.13. & sequentibus.

CVm Simon Magus, quem in Iudæa Petrus Apostolus de his,quæ gerebat,sceleribus confutauerat,transmarinam aggressus fugam,urbem Romam ingressus fuisset, utens adminiculo assistentis sibi, & adhærentis dæmoniacæ uirtutis,quam πάρεδρον uocant,breui tempore in tantum malorum uenit profectum,ut etiam simulacri a ciuibus Romanis tanquã Deus honore potiretur. Sed non in longũ permanet fraude quæsita diuinitas. Continuò nanq; in ipsis Claudij temporibus, clementia diuinæ prouidentiæ probatissimũ omnium Apostolorum & maximũ,fidei magnificentia & uirtutis merito primorũ Principem Petrũ,ad urbem Romã, uelut aduersum humani generis cõmunem perniciem repugnaturũ deducit,ducem quendam,& magistrum militię suæ,scientẽ diuina prælia gerere,& uirtutũ castra ductare. Iste aduenies ex Orientis partibus,ut cœlestis quidam negociator, mercimonia diuini luminis,si quis sit comparare paratus,aduexit,& salutaris prædicationis uerbo primus in urbe Roma Euangelij sui clauibus ianuam regni cœlestis aperuit.

1 *Petrus a diuina Clementia Romã deducitur. Quid dicis os impudens, garriens Petrum nunquã Romæ fuisse?*

2 *Petrus primus Romæ Euangelicæ prædicationis uerbo ianuã regni cœlestis aperuit.*

Igitur cum Romanæ urbi clarum uerbi Dei lumen fuisset exortum,Simonis quidem tenebræ cũ suo autore restinctæ sunt. Sermo autẽ ueritatis & lucis, qui per Petrum prædicabatur, uniuersorum mentes placido illustrauit auditu, ita ut quotidie audientibus eum nulla unquã satietas fieret. Vnde neque auditio eis sola sufficit,sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exorant, uti ea quæ ille uerbo prædicabat, ad perpe-

tuam eorum cõmonitionem habendam, scripturæ traderet, quò domi, fo
risq; in huiuscemodi uerbi meditationibus permanerent. Nec prius ab obsecrando desistunt, q̃ quæ orauerant, impetrarent. Et hæc fuit causa scribendi, quod secundum Marcum dicitur, Euangelium. Petrus uerò, ut per spiritum sanctum religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est, fidem eorum per hæc, deuotionemq; considerans: Factumq; confirmauit, & in perpetuũ legendam scripturã Ecclesijs tradidit. Clemens in sexto Dispositionum libro, hæc ita gesta esse describit. Cuicq; simile dat testimonium etiam Hierapolites Episcopus nomine Papias, qui & hoc dicit; quod Petrus in prima Epistola sua, quã de urbe Roma scripsit, meminerit Marci; in qua tropice Romã Babylona nominarit, cũ dicit: Salutat uos ea, quæ in Babylone est electa Ecclesia, & Marcus filius meus.

3

In scriptura Philonis omnia Ecclesiæ instituta, cõplectuntur, q̃ & tunc tradita sunt, & in hodiernum seruantur a nobis. Vides ne hic quod ea quæ seruãda susscepit Ecclesia, ab Apostolis sint traditæ? Quod nota contra hæreticos.

Hunc autem Marcum tradunt primum ad Ægyptum perrexisse, atq; ibi Euangelium, quod ipse conscripserat prædicasse, & ipsum primum Ecclesiam apud Alexandriam constituisse. Tanta autẽ refertur multitudo credentium uirorum ac mulierum, primo ingressu, exemplo sobrietatis eius, & continentiæ congregata, ut etiam conuersatio eorum, qui per ipsum crediderant, & uita totius abstinentiæ, ac frugi eorũ sobriaq; conuiuia, librorũ memoriæ mandarentur à uiro disertissimo Philone, quẽ sermo tenet tẽporibus Claudij Imp. Romã uenisse, & Petrum Apostolum uidisse, atq; eius adhæsisse colloquijs, uerbũ Dei prædicantis. Quod ualde est uerisimile, quia & scripturam istam, quam diximus, posterioribus ab eo tẽporibus constat esse cõpositam. In qua euidentissimè omnia Ecclesiæ instituta cõplectitur, quæ & tunc tradita sunt, & in hodiernũ seruantur à nobis. Sed & abstinentium uitas, eorum duntaxat, qui nunc in Ecclesijs uel monasterijs degunt, describit ad liquidum. Vnde planè manifestissimè proditur, non solũ sciens quæ nostra sunt, sed & amplectens: quippe qui diuinis laudibus extulit sui temporis Apostolicos uiros, ex Hebræorum (quantum intelligi datur) præcipue genere credentes: Quoniam quidem constat, quod hi qui sub Apostolis ex Israelitis credebant, Iudaicis adhuc institutionibus, & legis obseruationibus inhærebant.

4

Tu qui detrahis Monachatui, & dicis eũ esse nouitium, & totum ex hominũ constitutiunculis constare, uide an substãtialia ipsius in primitiua Ecclesia fuerint. Nã describit hic Philo tam uitas eorũ qui in Ecclesijs, quã eorũ qui in Monasterijs degebant tunc tẽporis, ut paulo ante dixit Eusebius.

Hic igitur describens hæc in libello, quẽ de uita Theoretica supplicũ adtitulauit nihil omnino de proprio uel extrinsecus addit, sed primo omnium uiros ipsos cultores, & fœminas cũ ipsis, ait cultrices appellari. Causam uerò huius uocabuli, uel ex eo ductam, quod cõuenientium ad se animas, tanquã rudes & agrestes excolerent, uel quod erga Dei cultũ pura, & integra conscientia perdurarent. Quod nomen siue ipse imposuit primus illis, ex ipsorum actibus colligens: siue uerè in initijs ita appellabantur, qui secundum Euangelium uiuebant, anteq; Christianorũ appellatio per omnẽ locum diffunderetur: nihil interest, dũmodo ex ipsis rebus nomen ad quos pertineat cõprobetur. Dicit ergo primo omnium, quod renuncient cunctis facultatibus suis, qui se ad huiuscemodi philosophiam dederint, & bonis suis, quibus intereſt, cedant. Tũ deinde, quod omnes etiam uitæ sollicitudines procul abijciant, & extra urbem egressi, in hortulis, uel exiguis quibusq; agellulis degant, refugientes imparis propositi consortia, & uitæ dissimilis contubernia, scientes hæc impedimento esse arduũ uolentibus iter uirtutis incedere. Tali quippe ordine calore fidei incitati hi, qui primitus credebant, uitã duxisse memorantur, sicut euiden-

5

Heus qui dicis paupertatẽ Euãgelicam non esse rerum et facultatum desertionẽ, uide qũo ex hoc loco corruant omnes strophæ tuæ. Sed quo nõ erumpat semel effrenata audacia.

ter

ter in Actibus Apostolorum legimus scriptum, quia omnes, qui credebant sub Apostolis, possessiones suas, & prædia uendentes, precia ponebant ante pedes Apostolorũ, & diuidebantur unicuiq; prout opus erat, ita ut non esset quisquã in eis egens. Quia ergo & hic similia scribit geri ab his, qui apud Alexandriam credebant, sicut illi, qui in Hierosolymis ante crediderant, certum est quod idem actus, eademq; institutio, eandẽ sine dubio & religionis fidem designet.

Denicq; libro ipsi (de quo supra diximus) tale initium dedit: In multis, inquit, est orbis terræ partibus hoc genus hominum. Oportebat nanq; perfecti huius boni participem fieri omnem Græciam, omnemq; Barbariam. In Ægypto tamen maior est copia per singula quæq; territoria, præcipuè autem circa Alexandriam. Nam optimus quisq; ex omnibus locis, uelut ad uberis patriæ glebam festinus occurrit colonus. Regio quædam est philosophiæ magis, q̃ frugibus opportuna, supra lacum, cui Mariæ nomen est, sita, colliculis quibusdã molliter, & clementer erecta, ad munimentum simul atq; aeris temperiem cõmoda. Post hęc descriptis eorũ habitaculis, ut se habeat singulorum qualitas & situs, etiam de Ecclesijs, quæ apud eos sunt, ita dicit: Est autem, inquit, in singulis locis consecrata orationi domus, quæ appellatur σεμνεῖον, uel μοναστήριον. σεμνεῖον autẽ in nostra lingua significare potest honestorũ conuenticulum, in quo secedentes, inquit, honestæ & castæ uitæ mysteria celebrant, nihil illuc prorsus, quod ad cibum potumq; pertinet inferentes, uel ad reliqua humani corporis ministeria, sed legis tantum libros, & uolumina prophetarum, hymnos quoq; in Deum, cæteraq; his similia, in quorum disciplinis, atq; exercitijs instituti, ad perfectam, beatamq; uitam studijs iugibus coalescunt. Et post aliquanta iterũ dicit: Ab ortu autẽ diei usq; ad uesperam omne eis spacium studiorũ exercitijs ducitur, quibus ad diuinã philosophiam per sacras litteras imbuuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes. Quoniam quidem formas esse & imagines, ea, quę in legis littera scripta sunt, opinantur, latentis intrinsecus profundi cuiusdam, diuinicq; mysterij. Habent autem etiam disputationes quasdã, & interpretationes ueterum uirorũ, qui & autores ipsius αἱρέσεως extiterunt, quos eis allegoricæ, ac figuralis intelligentiæ normã, q̃ plurimis scripto rum suorum constat tradidisse monimentis. Quorum illi uelut itineris sui ducum, & autorum instituta pariter sequuntur, & morem. Hæc autẽ dixisse hunc uirum certum est de Euangelicis, atq; Apostolicis libris, in quibus quomodo lex, & prophetia spiritualiter intelligi debeat, edocetur. Post pauca rursum etiam de eo quod psalmos faciant nouos, ita scribit: Itaq; non solum subtilius intelligunt hymnos ueterum, sed & ipsi faciunt nouos in Deum, omnibus eos & metris & sonis, honesta satis, & suaui compage modulantes. Multa quidem & alia in eodem libro enumerat, quæ à nostris uel in Ecclesia, uel in monasterijs exercentur.

Sed properandum nobis est illa ex omnibus dicere, quæ Ecclesiasticã proprie continent formam, ex quibus cuiuis manifestum esse debeat, ad Ecclesiam pertinere, quę scripta sunt. Ait ergo. Continentiam uero uelut fundamentum quoddam primum in animo collocant, & ita demũ reliquas super hanc pergunt ædificare uirtutes. Cibum potumq; nullus eorũ capit ante solis occasum: uidelicet tempus lucis cũ philosophiæ studijs,

6

Et tu qui non uis Ecclesiam esse institutã pro loco orationis, sed tantum pro auditione uerbi dei, & sacramentorum perceptione, cum dominus in hortis orauerit & in agris, unde hic quo a principio in singulis locis, Ecclesiæ erant domus orationi consecratæ.

7

Nota pro cantu Ecclesiastico cui tantũ detrahunt Ecclesiæ aduersarij.

8

Si multa ex his in Monasterijs exercentur, quo uultu audet quis dicere Monachatum nostrum esse rem nouitiam?

9

Continentia habetur pro fundamento. Abstinentia.

10 curam uero corporis cũ nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in cõmunionem ueniunt cibi, quos scilicet edacior studiorũ fames perurget. Iam uero hi, qui in eruditionibus sapientiæ, & in profundiore intelligentia sacrorũ uoluminũ conuersantur, tanquam copiosis dapibus inhiantes, expleri nequeunt, & contuendo acrius inflãmantur, ita ut nec quarto iam, nec quinto, sed sexto demũ die non tam desideratum q̃ necessarium corpori indulgeant cibum. Hæc Philonem de nostrorũ institutis referre, q̃s potest dubitare? Quod si cui uidetur adhuc ambiguũ, adhibebimus etiam alia eius dicta, quæ nulli omnino, nisi nostris tantũmodo conuenire etiam infidelissimus quisq; fatebitur. Ait ergo: Cum uiris autẽ, quos dicimus, sunt & fœminæ, in quibus plures iam grandęuæ sunt uirgines, integritatem casti corporis, non necessitate aliqua, sed deuotione seruantes: Dum sapientiæ studẽs semet gestiunt nõ solum animo, sed & corpore consecrare, indignum ducentes, libidini mancipare uas ad capiendam sapientiam præparatũ, & ædere partum eas, a quibus diuini uerbi concubitus sacrosanctus, & imortalis expetitur; ex quo posteritas relinquatur, nequaquã corruptelæ mortalitatis obnoxia. Quod si adhuc parum uidetur istud, audi quid post aliquanta scribat. Tractatus autẽ sacrorum, inquit, uoluminũ huiusmodi habent, ut magis allegoricis opinionibus utantur. Quoniam quidem omnis lex uiris istis uidetur animali esse similis, quod corpus quidem habeat ipsam litteram, & ea, quæ secundũ litteram designantur: animã uerò occultum in littera, spiritalem, & inuisibilem sensum; quem illi ab autoribus suis edocti, sublimius & nobilius uelut inspicientes per speculum contẽplantur, ex ipsis etiam nominibus admirandas quasdam species intelligentiæ proferentes. Quid autẽ addere his opus est, etiam de conuentibus eorũ quæ scribit; & ut seorsum quidem uiri, seorsum etiam in ẽdem locis fœminæ congregentur: & ut uigilias, sicut apud nos fieri moris est, peragant, & maximè diebus illis, cum passionis dominicæ solennitas celebratur, cũ in ieiunẽs pernoctare, & lectionibus sanctis auditum præbere consueuimus? Quæ omnia supradictus uir eo ordine, eademq; cõsequentia, qua apud nos geruntur, expressit. Et ut unus ex omnibus consurgens in medio, psalmum honestis modulis concinat, utq; præcinenti ei unum uersiculum, omnis multitudo respõdeat: atq; in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) uinum quidem nemo omnino, ut ipse ait, ne gustu quidẽ contingat, sed nec quamlibet carnem: tantum autẽ aqua sit eis poculum, & panis cũ sale, uel hyssopo cibus. Addit autem adhuc his, quomodo sacerdotes, uel ministri exhibeant officia sua, uel quæ sit supra omnia episcopalis apicis sedes. Quæ cuncta si quis plenius uult & exploratius discere, oſtendimus ex quo ista fonte debeat haurire. In quibus supradictus uir ecclesiasticæ institutionis initia, & originem Apostolicæ, atq; etiam Euangelicæ traditionis intexuit.

Ergo mulieres etiam grãdæuæ possunt esse uirgines, & seruare casti corporis integritatem, quod nostri hæretici ferè pro impossibili habent, & hoc facere fœminas abominantur. Et nota totũ hunc locum pro sanctimonialibus uirginibus, quia miro modo aduersariorum mendacia euertit.

11 *Tu qui dicis inuenire te rẽ tẽporalem deo deuotam, non autem cœlibatum aut uirginitatem, nõ legisti locum hunc, uel si legisti, noluisti aduertere.*

12 *Christianæ lector plura ex hoc loco contra Ecclesiæ hostes collige.*

Quod in Ecclesia seorsum congregabantur uiri, & seorsum fœminæ.

Quod antiquitus uigiliæ peragebãtur in Ecclesia.

Quod passionis dominicæ solennitas aliquot diebus celebrabatur.

Quod in ieiunijs & lectionibus sanctis p noctabatur.

Quod Psalmi honestis modulis alternatim concinebantur.

Quod erant ciborum & potuum miri delectus.

Quod Episcopalis apicis sedes erat super omnia.

Quod ipsis sanctis diebus in terra recumbebatur.

Quod sacerdotes & ministri exhibebant officia sua.

Et cuncta hæc dicuntur fuisse initia institutionis Ecclesiasticæ, & origo Apostolicæ atq; euangelicæ doctrinæ.

Amputasse autē sibi post fidem pollicem Marcus dicitur, ut sacerdotio reprobus haberetur. Sed tantū consentiens fidei prædestinata potuit electio, ut nec sic in opere uerbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam Alexandriæ Episcopus fuit. *Ex Prologo Bibliorū in euangeliū Marci.*

Marcus discipulus, & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & Ecclesiæ legendum sua authoritate ędidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias Hierapolitanus Episcopus meminit huius Marci. Et Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: salutat uos quę in Babylone electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaq; Euāgelio, quod ipse confecerat, perrexit Ægyptum, & primus Alexandriæ Christū annuncians, constituit Ecclesiam, tantę doctrinę, & uitę continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denicq; Philo disertissimus Iudæorum, uidens Alexandriæ primā ecclesiam adhuc Iudaizantē, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse cōmunia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autē octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano. *Ex libro D. Hieronym. de Viris illustribus.*

VITA SANCTI LVCÆ EVANGELISTÆ PER D. HIERONYMVM SCRIPTA.

Habetur in lib. eiusdē de uiris illustrib'.



Vcas medicus Antiochēsis, ut eius scripta iudicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scripsit Euangeliū, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cū illo fratrem, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat uos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum: Lucas est mecum solus. Aliud quoq; ædidit uolumē egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur: cuius historia usq; ad biennium Romæ cōmorantis Pauli peruenit, ideſt, usq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum.

Igitur περίοδου Pauli, & Theclæ, & totā baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut indiuiduus comes apostoli, inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendā in Asia στουλάσαντα apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quod author esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse quidam suspicantur, quotiescunq; in epistolis suis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Lucæ significare uolumine: & Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, sed & à cæteris apostolis, quod ipse quoq; in principio sui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat scripsit. Acta uero apostolorum sicut uiderat, composuit.

1 *Lucas uxorem non habuit.*

Vixit octoginta & quatuor annos: uxorem non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem uicesimo Constantij anno, ossa eius cum reliquijs Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

Habetur in ecumenio post expositionem Apocalypsis, & post beati Ioannis Apostoli uitam.

ITEM VITA BEATI LVCÆ EVANGELISTÆ PER SIMEONEM METAPHRASTEN SCRIPTA.



Iusti memoriam cum encomijs celebrare diuinus quidam uir, ac sapiens diuina lege statuit, quantã sane conuenit Apostolo Christi nos simul afferre laudem? Siquidem hunc iustitia mirum in modũ fecit & Apostolatu dignum, & ut Paulo dilectus uideretur. Verũ enimuero quoniam hic in Euangelio laudem adeptus est, relictis omnino encomiorum legibus, quæcunq; de eo narrare necesse est, p modum hist oriæ referemus.

2 *Nota hæretice qui liberales disciplinas christianis dicis esse inutiles, quod beatus Lucas omni disciplinæ generi uacauit a puero, & ideo in scripturarum studio mirum in modum profecit.*

Quomodo ergo audes eas a scholis explodere, si tantus Euangelista oẽs perdidicit?

Quis Antiochenam ignorat ciuitatem, quem situm, ac magnitudinẽ, quos ue terminos habeat? & quẽnam hæc sit, & quantam occupet terrã, quoue irrigetur flumine? orontes hic est, ubi primũ homo Christiani appellatione ditatus est, ex qua diuus Lucas ortus est, & naturam quidem ac indolem habens, ut quę generosa esset ac pretiosa, ueluti ex hoc manifestum est, quod & uita apparuit studiosissimus, & sermonẽ tradidit uitę maxime conformem. Cum autẽ omni disciplinę generi uacasset a puero, & Syriacam ac Hebraicam linguam exactissime edoctus est, & uelut arbor iuxta fontes floridus iam, & augmentatus, diuinarũ scripturarum studio mirum in modum profecit.

Adolescentiam itaq; attingens gymnasia frequentabat, quæ tum in Græcia erant, tum in Ægypto, ac pulcherrimam apud Græcos eruditionem collegit, grammaticen quidem ac poeticen perfecte assequutus, ad Rhetorices uero, artisq; bene dicendi cacumen pertingens, neq; in philosophiæ dignitatibus alicui cedens, sed logicæ quidem ad Ethicen, ethice uero ad practicen tanquam gradu utens, ita omnibus bonis incumbens, tandem pulcherrimã simul ac humanissimã medicinã assequitur, idq; in tantum ut ab hac ut plurimum designaretur, ac appellaretur. Postquam autem ingenij dexteritate, ac magnitudine omnẽ artem citius percurrit, cq; uolucris aera, satisq; humanæ doctrinæ adeptus est, ad sublimiorem, ac meliorem transit habitum. Quis autem fuit modus transitus?

Habebat quidem interim de mundi salute disputationes ac congressus is, qui liber à peccato uenerat, ut peccatores uocaret ad pœnitentiã, idq; post luctam contra aduersarium & trophea de illo relata, post auditum supernè patris testimonium, ac spiritus descensum. Percurrebat autem fama uniuersam Iudæam, ac Galileam, & alicubi etiam extra terminos ea, quæ euangelicę prædicationis erant, sequebantur. Tunc multi sanè ad ueram hanc doctrinam cordis aures obturabant, ac mentis oculos claudebant, neq; uitæ suscipere sermonẽ, neq; ueram lucem intueri digni erant. Hi autem, in quibus ueritatis uestigium impressum erat, quiq; terræ bonę rationem ac proportionẽ habebant, totis (quod aiunt) oculis intuebantur, & arrectas adhibebant animæ aures ad auscultationem, ac uelocissime ad ueritatẽ transferebantur, nihilq;, quod facere decens erat, prætermittebant,

mittebant,ut ad id,quod honestum erat,accederent,& ad ipsam nudam animam transmitterent certam ueritatem.

Horum unus erat admirandus hic præco ueritatis,ac præceptor, qui ad piam prædicationem mentis oculo illustratus, despicit cognationem omnẽ,despicit & naturæ uiscera,abiẽcit pecunias,possessiones,omnemq; substantiam,ita ut nemo adeò facile pedum puluerem,ac manuũ sordes abiẽceret, ut ne uel hoc ipso præ festinantia occupari certe potuerit, quo facultates indigentibus distribueret. Vtq; breuiter dicam,despectis cunctis inferioribus, superna uelociter amplectitur, & ad Iudæam accedit, uaditq; ad eum,quẽ concupiscebat,ac statim ad conspectum ac sermones Iesu,efficitur splendidum receptaculum ad pretiosum gratię unguentum. Neq; tamen illi frequentibus fuit opus sermonibus ac miraculis ad illius cognitionem,sed quanto doctrina ac prudentia,animiq; dexteritate in alijs præpollebat,tanto uelocius & ipsam pure ueritatem,& prædicatum sermonem cognoscit.

5

Tu qui negas pauperatem Euangelicam esse actualem rerum desertionem, uide an sanctus Euangelista mendacium tuũ hic conuincat.

Ab hoc tẽpore efficitur legitimus ac uerus Christi discipulus. Cumq; frequenter præceptori adfuisset, & eius signa ac prodigia affectatus esset, ne in salutaribus quidem ipsius afflictionibus deest. Et quemadmodum omnibus adfuerat, ita sanè & resurrectionis conspector fuit. Cum Cleopa enim ad agrum Emaus proficiscenti adstans post resurrectionẽ Dominus (ò horrore plenum illum accessum) tarditatem ac cordis eorũ incredulitatem improperat,& scripturarum interpretationibus suã passionem,ac magnũ resurrectionis mysterium confirmat. Veruntamẽ quæ fuit huius diuinæ collocutionis agricolatio? Ignis diuinus iam in horum animis relucet,iamq; die declinante manere secum Dominum quodam modo coegerunt. Porrò ipse maiori Dei cognitione illos afflare uolens, non solum uulgari modo congressus est,uerumetiam ad mensam unà recumbit,panisq; fractione exactius agnitus hic idem,qui triduo mortuus fuerat,tandem disparuit,nullo eorum sensu id percipiente,effecta hoc modo in eis firmiori resurrectione mortuorum.

Præterea à Saluatoris in cœlum assumptione, ac sanctissimi spiritus inde descensione, hic duodecim Apostolis associatus, & eadẽ gratia ac potestate repletus,Gentium pręceptor designatur diuino modo docens dispensationis mysterium, & multos ad creatoris cognitionem ex errore manuducens ac baptismate consecrans. Siquidem currebat diuinus hic Lucas prædicationem ubiq; disseminans, & sermonũ sagena plures ex profunda ignorantia ad Deum adducebat, afflictus pro Euangelio, cum ad pessimos Græcos ad disseminandos sermones accederet. Multa aspera sustinebat in terra,in mari,in singulis ciuitatibus. Desertum dicebatur ei amicum solum,dummodo aliquos in eo inueniret,quos Deo adduceret,ac transferret ad pietatem.

Vbi autem & Paulus cœlestia conscendisset, ut intueretur ueritatẽ, & aperte eam prædicaret,ac abiectis erroris tenebris ueritati adhæsisset,& choro discipulorum annumeratus esset, Lucas ipsi socius itineris ubiq; constituitur,ac peregrinationis comes,certamina pro pietate exoptans, & ob id se huiusmodi coniungens militi; & una cum eo usq; ad uincula afflictus quasi maleficus, simulq; cognitionis radios ad fines terræ emittens,adeò ipsi conformis,ac domesticus,& per omnia gratus effectus,ut

Paulus scribens fidelibus Lucam frequenter nominaret dilectum, qui à Hierosolymis, & circumadiacentibus locis Illyricum usq; una cum ipso impleuit Euangelium, & à Iudæa Romanusq; una cũ eo uinctus, eisdem laboribus, eisdem afflictionibus, eisdem cõmunicauit naufragijs, uolens omnino particeps declarari etiam coronarum propter hos labores recipiendarum.

Ita ergo ubi uarijs modis in talento prædicationis simul cum Paulo negociatus esset, atq; tot gentes adduxisset, ac irretijsset ad pietatem, totius dispensationis præceptoris & uere amator, & amatus discipulus, sacræ scriptor historiæ, simul & Euangelista ostenditur, ut qui & prius asse quutus esset, & ab his, qui ab initio ministri fuerant, hæc cognouisset, aut etiam superne in sacris edoctus esset. Siquidem hic Euangelista mysterium retexuit Gabrielis paranymphi delatum ad Virginem, qui cõmunem mundo gratiam annunciauerat. Hic etiam Christi natiuitatem aperte exarauit, tanquam recens in præsepi iacentem manifestans, & fascias, ac pastores, gaudijq; pręcones Angelos describens. Hic sententias, ac doctrinas omnem mentem excedentes ueri simul ac honesti amore manifestauit, rerum ueritati sermonum ingenuitatem cõmiscens, ut & mentis simul ac linguæ uirtutem ob oculos poneret. In parabolis quoq; doctrinas salutares retexuit, in hoc etiam copiosior cæteris. Vtq; breuiter dicam, quemadmodum uerbi descensum in terram dilucide cognoscendũ dedit, ita & ascensum in cœlos, & reditum ad thronum paternum, sicut quispiam è cœlo ueniens manifestauit.

4 *Quid hic dices tu qui imaginibus aduersaris, cũ sanctus domini discipulus eius imaginẽ & beatæ illius genitricis deliniauerit, & Christi fidelibus gratiose donauerit?*

Hoc autem inter cætera gratissimum est, quod ipsum quoq; typum assumptæ humanitatis Christi mei, ac signum eius, quę illum pepererat, & assumptam humanitatem dederat, primus hic cera ac lineamentis tingens, ut ad hæc usq; tempora in imagine honorarentur, tradidit, tanquã non satis esse existimans, nisi etiam per imaginem ac typum uersaretur cum his, quos desiderabat, quod feruentissimi amoris signum est. Neq; id solum, sed & fidelibus omnibus, Christiq; amatoribus hæc, quę maxima erant, gratiose donauit.

At nõ in his solis Lucas gratiam spiritus, quæ in se erat coartauit, neq; ad solum Euangelium hic ministrantem habuit linguam, sed post finem miraculorum Christi, etiam Apostolorum exponit actiones: Et primum Saluatoris diuinam in cœlum assumptionem, deinde super ipsos in igneis linguis spiritus descensum, dehinc ita Stephani lapidationem, Pauli conuersionem, nempe per Christum factam de cœlis uocationem, & transitum à litera ad spiritum, huius in singulis locis uincula, carceres, plagas, flagellationes, uarias gentium insidias, quomodo à Hierosolymis Romã peruenerit, labores in mari, afflictiones, pericula, calamitates, naufragia, quorum non spectator tantum, sed & particeps fuerat. Atq; ob id diligens est horum enarrator.

Sed Paulo quidem Romæ relicto, rursum hic ad orientem discedit, tamq; Libyam percurrens in Ægyptum peruenit. Et cum superiorẽ Thebaida intra suam doctrinam recepisset, ac ad magistrum per Euãgelium adduxisset, inferiorem Thebaida septem portarum ciuitatem accedit, in qua etiam pontifex ac pastor à spiritu præponitur. Statuis, impurisq; dęmonum delubris in terram deiectis (Id enim studio sibi erat, ut errorem

totis (quod aiunt) pedibus fugientem demonstraret) sacra templa contra soli Deo erigit, eisq; qui in profundis ignorantiæ tenebris tenebantur, per Euangelium ad Dei cognitionem regeneratis, mites filios effici curat. 5 *Semper post receptæ ab aliqua gẽte Christi fidem, deo templa erigebãt Apostoli eorumq; successores.*

Huiusmodi igitur fructibus magistro oblatis, impietate de medio sublata, erectis templis, altaribus stabilitis ac consecratis, & sub credentibus, presbyteris ac diaconis inter hos creatis, rectæq; fidei præfinitione ipsis tradita; & nunc quidem à ueteris instrumenti scriptura adducens testimonia, nunc uerò ab eo, quod ipse contexuerat, Euangelio interpretans ipsis ea, quæ de Christo erant, & ostendens uetus instrumentum omnino consonum esse nouo, unumq; & eundem esse Deum, qui & hoc & illud statuerat, plenus iam dierum effectus redit in pace ad Deum patris, puluere quidem pulueri relicto, anima uerò in manibus eius, qui dederat, cõmendata, illuc transiens, ubi regio est uiuentium, ubi sonus festa celebrantium, ubi inhabitatio est omnium lætantium. Huiusmodi sunt certaminum Apostoli pro pietate narrationes: hic fuit ipsi finis laborum pro Christo perpessorum, quorum etiam manipulos nunc metit in lætitia; ita ut possit & ipse cum Paulo dicere: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, propter quæ reposita est mihi corona iustitiæ. 6 *Vide altarium consecrationem, quã modo derident subuersores nostri.*

Veruntamen his nunc consequens esse opinor mentionem facere unde & quomodo, quibus ue sanè tẽporibus sacræ huius reliquiæ ex Achaia, ueluti diuinus quidam thesaurus reportatę sint, & clarę ac regię ciuitati redditæ. Transibat quondam à Sirmio ad Istrum Constantius Constantini magni filius, sed fratrum tertius; atq; ad hanc Istri ripam non longo tempore castrametatus, audiuit Barbaros, qui ultra Istrum erant, conflicturos cum Romanorum principatu; & ipse formidans ne quid mali in suo principatu facerent, confestim ad Thraciam ac Bizantium equitauit. Cumq; ad regionem Odrisiorum peruenisset, ubi Adrianus Romanorum Imperator extructa ciuitate, sui appellationem loco dedit, accedit ad eum quidam Episcopus, ueluti domum quoddam ipsi gratissimũ deferens, Andreæ ac Lucæ Christi discipulorum corpora indicans in Achaia esse sepulta. Porro ille & nuncio gauisus est, & Artemium, quo maxime utebatur, & quem sciebat feruidum amatorem charitatis erga Christum (Attestatur uiro diuinum huius amorem certamen ac periculum temporibus Iuliani propter Christum susceptum) Hunc ergo tanto feruore pro pietate spirantem amicum Artemium ad pretiosorũ corporum reductionem confestim emittit. Etenim erat hic Constantius & in cæteris moderatus, & moribus mitis ac modestus, & magno admodũ circa Ecclesiarum ædificationem amore occupatus. Vnde etiam ad patris sui ciuitatem circa illius sepulchrum, ueluti reddens patri honorem, templum ab ipsis fundamentis maximum ædificat: in quo etiam, ubi Artemius sacrorum Apostolorum reliquias ex Achaia retulisset, in ipso diuino altari sacra mensa reposuit; Andreæ quidem è ciuitate Patreorum, Lucæ autem ex Thebis Bœotiæ translatis corporibus. Ac breui tempore intermedio etiam Timotheum, qui in choro discipulorum Christi ueluti perspicua quædam stella splenderat, ex Epheso refert Ioniæ, ministro quoq; rursum ad hoc usus Artemio. Sed habuit & ipsum sacrę mẽsę 7 *Constantius Imperator tẽplum maximũ ab ipsis fundamentis Constantinopoli ædificat, & in altaris mẽsa pretiosorũ Andreæ, Lucæ et Timothei corporum reliquias reponit. Quid ad hæc dicent hæretici?* 8 *Vide pauper homo quod Anatolius nõ fecit iniuriam domino Iesu Christo recurrendo prius ad Apostolũ*

suũm. Quod si fecisset, non fuisset ab eo sanatus. Vide etiam quod cõfugientes ad sanctorum sepulchra, eorũ meritis & orationibus adiuuantur, & quod multa possunt post mortem.

ambitus, ueluti reddentem debitum quoddam pietatis suis auxiliatoribus. Verum Timotheus quidem huiusmodi habuit corporis reductionẽ. Porrò in diui Lucæ reductione tale editur miraculum sermone, ac memoria dignum.

Anatolius quidam Eunuchus unus eorum, qui tunc è regio erant cubiculo, misero corporis morbo detentus erat. Vbi ergo maiorem nouit esse morbum, q̃ꝑ qui medicorum posset arte curari, probe sciens ille, q̃ quæ impossibilia sunt apud homines, Deo possibilia sunt, omnibus alijs relictis ad Lucam Christi discipulum confugit, & hoc auxiliatore utitur aduersus morbũ. Vbi enim urna, quæ pretiosum continebat ipsius corpus, ad sacrum templum iam esset delata, quod à fundamentis Constantius erexerat, accedens hic dictus Anatolius, simulq̃ baiulans cũ his, qui illã portabant, confestim deprimẽte morbo absoluitur; & uiuens ex mortuo tale adeptus beneficiũ, tota sua uita nõ intermisit gratias agere Apostolo ac Deo, qui per ipsum huiusmodi edebat miracula. Ita igitur primum ex Thebis relatũ diuinissimi Lucę corpus, honorifice admodũ ac magnifice unà cũ Andrea, ac Timotheo in tẽplo reponitur, quod à Constantio ædificatum erat; cũ circa sacrarũ reliquiarũ repositionẽ fidei opera, ac feruidum Constantij desiderium plurimũ demonstrata sunt. Quanq̃ hic postea maligni laqueis aliquantulum captus (ò casum miserum, heu turbulentam subuersionem) Arianorum dogma ebibit.

9

Sacrarum reliquiarũ repositio.

10

In hæreticorum nostri temporis confutationem hæc ornamenta adhibuit Imperator sacris Apostolorũ corporibus.

11

Tẽplum appellatur cõmuni Apostolorum nomine.

12

Ex sanctorum Apostolorum Andreæ & Lucæ corporibus sanctificationem participant adeuntes, et spirituali implẽtur gaudio.

Multis autem postmodum tẽporibus, Iustinianus, assumptis Imperij sceptris, multo adhuc amplificentius circa hæc sacra Apostolorũ corpora afficitur, & theca argentea hæc concludens, circa ipsum altare uehemẽti Dei amore reponit, nempe pretiosa in pretioso conditorio. Et quidem sacri altaris mensam theca constituit: porrò cõmuni Apostolorum nomine templum appellatur. Ad quod sanè omnes qui conueniunt fideles laudant hunc tanq̃ discipulum, celebrant ut Euangelistam, beatificant tanq̃ eum, qui in sacris sudoribus ac laboribus diuino Paulo semper fuit socius. Et inde sanctificationem participantes spirituali implentur gaudio: idq̃ gratia, ac benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Ex lib. 3. Ecclesiasticæ historiæ, cap. 11.

VITA SANCTI SIMEONIS CLEOPÆ FILII, SECVNDI HIEROSOLYMORVM EPISCOPI

per Eusebium Cæsarienſem Episcopum scripta.

POst martyrium Iacobi, & continuo consequutũ ciuitatis excidium, traditur Apostolos, cęteroſq̃ domini discipulos, qui ad illud tempus reliqui erant, in unum è locis omnibus conuenisse, simul cũ his qui propinqui secundum carnẽ domini dicebantur (plurimi nanq̃ & ex his per illud tẽpus supererant) & habuisse in cõmune consilium, quem oporteret dignũ successione Iacobi iudicari, omneſq̃ uno consilio atque uno consensu Symeonem Cleopę filium decreuisse (cuius mentio in euangelijs facta est) ut episcopatus sedem susciperet. Consobrinus is secundum carnem Saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleopam fratrem fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est:

Post

Post Neronem autem Domitianumq; sub Traiano per singulas ciuita tes exinsolentia populi persecutionem in nostros accepimus motã. Quo in tempore etiam Symeon de quo loquimur, Secũdus Hierosolymis ordinatus Episcopus, per martyrium carnis uinculis resolutus est. Horum adstipulator ipse ille est Egesippus, quem in pluribus iam produximus testem. Is ergo refert, quod a quibusdam hæreticis accusatus sit supradictus uir tanquã Christianus, & multis supplicijs afflictus p multos dies, ita ut etiam iudex ipse cum amicis suis de eius patientia miraretur, & ad ultimum iuberet simili eum, quã dominus pertulit, passione uitam finire. Sed & ipsa uerba, quibus hæc protestatur, audire gratius puto.

Ex cap. 26. lib. 3. eiusdem Historiæ.

Agit ergo cũ de hæreticis diceret: Ex his igitur ipsis accusauerunt quidam Symeonem Cleopæ filium, tanquam qui esset ex genere Dauid, & Christianus. Et ita martyr effectus est, cũ esset annorum centum uiginti, sub Traiano Cæsare apud Atticum cõsularem. Addidit autẽ etiam hoc, quod accusatores eius, cum in illis temporibus perquireretur, si qui ex genere Dauid, & ex regia tribu descenderent, comprehensi sint inter ipsos. Quod autem Symeon unus fuerit ex ipsis auditoribus domini, uel longæuitas eius indicio est, uel euangeliorum fides, ubi etiam mater eius Maria, Cleopæ uxor refertur. Sed & alios quosdam idem scriptor refert, præter eos de quibus supra diximus, nepotes Iudæ, unius ex fratribus domini, per idem tempus superstites inuentos, & Domitiani temporibus martyres factos, hoc modo scribens: Veniunt igitur hi, & præsunt omni Ecclesiæ, tanquã martyres & propinqui domini, & reddita pace ecclesiæ, permanserunt usq; ad tempora Traiani Cæsaris, usq; quo consobrinus domini Symeon, de quo supra diximus, filius Cleopæ, calumniam pateretur ab hæreticis Christianus consulari delatus. Cumq; multo tempore supplicijs fuisset affectus, martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, & ipso iudice mirantibus, ut centum & uiginti annorum senex crucis supplicium pertulisset.

Post hæc idem scriptor addidit etiam hoc, quod usq; ad illa tempora uirgo munda & immaculata permansit ecclesia, corruptoribus ueritatis, & diuini uerbi temeratoribus, aut nusquã omnino extantibus, aut etiam si qui forte fuerant, in occultis & abditis hiatibus terræ delitescentibus. Vt uero & Apostolorum chorus, & omnis illa ætas, quæ a domino susceperat uiuæ uocis auditum de hac luce discessit, tum uelut in uacuam domum, falsæ doctrinæ impius se error immersit, & tanquã ubi nullus iam diuini census defensor existeret, nudato (ut aiunt) capite corripientes arma mendacij, oppugnare apostolicam ueritatem nituntur. Sed istud bellum intrinsecus gerebatur. Persecutionum uero extrinsecus pondus urgebat ecclesiam, & tam immensæ cateruæ martyrum quotidie iugulabantur, ut Plinius Secundus, qui tunc prouinciam administrabat, multitudine interemptorum permotus referret ad Imperatorem, quod innumera hominum millia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur admissum, aut aliquid contrarium Romanis legibus gestum, nisi hoc solum, quod antelucanos hymnos Christo cuidam canerent deo. Adulteria uero, uel cætera huiusce modi crimina apud eos & illicita haberi, & penitus arceri: cætera uero secundum leges eos agere communes. Ad quæ tunc Traianus rescripti sui autoritate decernit, ut

1

Tu qui cantui Ecclesiastico & nocturnis uigilijs detrahis, uide quõ ambo hæc a principio Ecclesiæ primitiuæ fuerunt.

Christiani quidem non requirantur: si qui tamen inciderint, puniantur. Per quod ex parte aliqua persecutionis sedatũ putabatur incendium.

Ex lib. 3 historiæ Ecclesiasticæ, cap. 29.

VITA SANCTI IGNATII MARTYRIS PER EVSEBIVM EPISCOPVM CAESARIENSEM SCRIPTA.

1

Quid dicent hic, qui omnes traditiones ad humanas constitutiones coarctant, nec aliquid seruari debere assiduis clamoribus perstrepunt, quod nõ sit in scriptura expressum? Habes hic Apostolorum traditiones, quibus sanctus Martyr tenacius inhærere debere fideles edocet. Et ne cauilleris loqui de traditionib' in scriptura expressis, dicit se ne quid apud posteros maneret incerti, eas scriptas reliquisse. Quibus uerbis conuinceris illas Apostolorum traditiões fuisse usq; ad horam illam sine scriptis. Adde quod de eisdẽ traditionib' non scriptis Clemens Alexãdrinus librum exarauit, ut auctor est Hierony. libro de Viris illustribus.

SEd & in nostra quoq; tempora famę celebritate uulgatus Ignatius apud Antiochiam post Petrum secunda successione episcopatum sortitus est. Quem sermo tradidit, de Syriæ partibus ad urbem Romã transmissum, & pro martyrio Christi ad bestias datum. Quicq; cũ per Asiam sub custodia nauigaret, singulas quasq; digrediens ciuitates, ecclesiæ populos Euangelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obseruare se ab hæreticorum contagijs, qui tunc primum copiosius cœperant pullulare: & ut diligentius ac tenacius apostolorum traditionibus inhærerent, quas traditiones cautelæ gratia, & ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se asserit reliquisse.

Denicq; cũ Smyrnam uenisset, ubi Polycarpus erat, scribit inde unam epistolam ad Ephesios, eorumq; pastorem, in qua meminit & Onesimi: & aliam Magnesiæ ciuitati, quæ supra Mæandrum iacet, in qua & episcopi Dammei mentionem facit. Sed & ecclesiæ, quæ est Trallis scribit, cuius principem tunc esse Polybium designauit. In ea uero quam ad Romanam ecclesiam scribit, deprecatur eos, ne se tanquã supplicijs suis parcentes, uelint spe priuare martyrij, & his post aliquanta utitur uerbis: A Syria, inquit, Romam usq; cũ bestijs terra mariq; depugno, die ac nocte connexus & colligatus decem leopardis, militibus dico, ad custodiam datis, qui ex beneficijs nostris sæuiores fiunt. Sed ego nequitijs eorũ magis erudior. Nec tamen in hoc iustificatus sum. O salutares bestias, quæ præparantur mihi. Quando uenient? quando emittentur? quãdo eis frui licebit carnibus meis? quas & ego opto acriores parari, & inuitabo ad deuorationem mei, & deprecabor, ne forte (ut in nonnullis fecerunt) timeant contingere corpus meũ. Quinimo & si contabuntur, ego uim faciam, ego me ingerã. Date quæso ueniam, ego noui, quid expediat mihi. Nũc incipio esse discipulus Christi. Faceſſat inuidia uel humani affectus, uel nequitiæ spiritalis, ut Iesum Christum merear adipisci. Ignes, cruces, bestiæ, dispersiones ossium, discerptionesq; membrorum, ac totius corporis pœnę, & omnia in me unum supplicia diaboli arte quæsita cumulentur, dummodo Iesum Christũ merear adipisci. Hæc & multa alia his similia ad diuersas ecclesias scribit.

2

Testimoniũ hoc sumptum est ex Euangelio Nazaræorũ, quod a se translatũ asserit D. Hiero. in libro de Viris illustribus. Et in Matth. cap. 12.

Sed & ad Polycarpum, uelut apostolicum uirum, datis literis, Antiochenam ei ecclesiam præcipue cõmendat. Ad Smyrnæos sane scribens, utitur uerbis quibusdam, unde assumptis nescimus, quibus hæc de Salua tore proloquitur. Ego autem post resurrectionẽ quoq; in carne eum scio fuisse, & credo. Nam & cũ uenisset ad Petrũ cæteros q;, ait eis: Accedite & uidete, quia non sum dæmonium incorporeum. Qui & contingentes eum, crediderunt.

Scit autem & Irenæus martyrium eius, & mentionem facit scriptorũ eius per hæc uerba: Sicut dixit (inquit) quidam ex nostris, pro martyrio

Christi damnatus ad bestias, Frumentum, inquit, ego sum dei: bestiarũ dentibus molar & subigar, ut panis mundus efficiar Christo. Sed & Polycarpus horum memoriam facit in epistola, quã ad Philippenses scribit per hæc uerba: Deprecor, inquit, omnes uos, obedientię operam dare, & meditari patientiam, quã uidistis in Ignatio & Rufo, & Zosimo beatis uiris, præcipue autẽ in Paulo, & cæteris apostolis, qui fuerunt apud uos, Scientes quod hi omnes non in uacuũ, sed per fidem & iustitiam cucurrerunt, usquequo peruenirent ad locum sibi a domino pręparatũ, quoniam quidem passionum eius participes extiterunt, nec dilexerunt præsens seculum, sed eum solum, qui pro ipsis, & pro nobis mortuus est, & resurrexit. Et post pauca subiungit. Scripsistis mihi & uos, & Ignatius, ut si quis uadit ad partes Syriæ, deferat literas ad uos. Quod faciam, cũ tempus inuenero. Mittam uobis & Ignatij epistolas, & alias, si quæ sunt, quę ad nos transmissę sunt, ex quibus utilitatem maximam capiatis. Continent enim de fide & patientia institutionem perfectam secundum domini præceptum.

Ex lib. 10. Historiæ Tripartitæ, cap. 9.

Ab hoc autem Ignatio Antiochię Syrię tertio post Apostolum Petrũ Episcopo, qui etiam cũ ipsis uixerat Apostolis, sumpsit initium, ut in ecclesia Antiphonæ decantentur. Vidit enim angelorum uisionem, quomodo per Antiphonas sanctæ Trinitati dicerent hymnos. Iscp modum uisionis Antiochenæ tradidisse probatur ecclesiæ: & ex hoc ad cunctas transiuit ecclesias.

3

Ecce decantatio Antiphonarum in ecclesia unde ortũ habuerit.

Cum igitur iam damnatus esset ad bestias Ignatius, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarũ molar, ut panis mundus inueniar. Passus est anno undecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in cœmiterio.

Itu ergo nunc bonorũ omnium subuersor, et si potes, eas de ecclesia, & cantũ tolle.

Ex D. Hiero. in lib. de Viris illustribus.

VITA IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS, PER EVSEBIVM EPISCOPVM CAESARIEN. SCRIPTA.

Habetur lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ eiusdem. cap. 7.



Vstinus fidelissimus nostræ philosophiæ sectator, & in Græcorum disciplinis eruditissimus, scribens ad Antoninum apologeticum pro nostra religione librum, ita inter cætera ait: Non mihi uidetur absurdum, meminisse in his etiam de Antinoo, quod nuper gestum est, quem omnes timore principis, quasi deum colere cœperunt: cum bene nouerint, quis, qualis ue paulo ante fuerit, & unde duxerit genus. Idẽ quoq; ipse etiam Iudaici belli, quod tunc gerebatur, memoriam faciens, talia quædam refert: Etenim in hoc, quod nunc geritur, bello Iudaico, Barchochabas princeps Iudaicę factionis, Christianos solos, nisi negarent Christum, tanquam blasphemos ad supplicia rapi iubebat. In quibus libris etiam de conuersione sua, quã habuit a gentili philosophia ad ueræ religionis fidem, quod non absq; probabili ratione, & examinato iudicio ad hæc conuersus sit, hoc modo scribit.

Nam & ego ipse, inquit, sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos, & uidens eos impauidos ad susciendã mortẽ, atq; omne supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset, in malitia

eos,& in libidine conuersari. Quis enim aliquando uoluptuosus & luxuriis deditus,& qui humanis carnibus uesci delicias putet, mortē libenter amplectitur,quo scilicet ipsa confestim careat, pro qua infamari maluit, uoluptate? Quinimo uiuere perpetuo (si liceret) & latere iudicia, in hoc magis operam daret, nedum semetipsum statutæ ac professæ morti studeret offerre. Sed & idem ipse uir scribit Adrianum principem,susceptis à Serenio Graniano clarissimo uiro præside literis, in quibus de Christianis percontabatur, rescripsisse, quod non esset iustum Christianos nullius criminis reos, absq; iudicio legibusq; puniri. Simul & exemplū epistolæ ipsius subñcit continentis hunc modum.

Accepi literas ad me scriptas a decessore tuo Serenio Graniano clarissimo uiro,& nō placet mihi relationem silentio præterire,ne & innoxij perturbentur, & calumniatoribus latrocinandi tribuatur occasio. Itaq; si euidenter prouinciales huic petitioni suæ adesse ualent aduersum Christianos,ut pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exequi non prohibeo. Precibus autē in hoc solis, & adclamationibus uti,eis nō permitto. Etenim multo æquius est, si quis uolet accusare,te cognoscere de obiectis. Si quis igitur accusat, & probat aduersum leges quicquā agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. Illud mehercule magnopere curabis, ut si quis calūniæ gratia quenquā horū postulauerit reum,in hunc pro sui nequitia supplicijs sęuioribus uindices.

Ibidem cap.9. Verum Adrianus post hæc uicesimo & primo sui principatus anno diem obijt,& Antoninus cognomento Pius Romanū suscepit Imperiū.

Refert autem Egesippus semetipsum Romam uenisse,& permansisse inibi usq; ad Eleutherum,qui post Anicetū subrogatus est in episcopatū.

Ibidem cap.10. Quibus temporibus simul florebat Iustinus in habitu philosophi diuinū prædicans uerbum, & fidei nostræ rationem tam scriptis uoluminibus, quā uiuæ uocis assertione defendens. Qui & aduersum Marcionem scribens,cōmemorat de eo, quod adhuc supereſſet eo tempore,quo scribebat. Denicq; ita dicit:Marcio uero quidā Ponticus,qui hodiecq; supereſt, docet homines alium credere esse deum maiorem cōditore deo. Hęc ille hominibus ingerens,& dæmonibus adiutoribus utens,multis blasphemare persuasit, ut negarent creatorem omnium deum ipsum esse patrem Christi,sed alium quendam, qui quasi maior hoc esset. Et tamen omnes sectatores eius Christiani appellantur, ita nimirum sicut omnes cōmuni uocabulo,cum diuersæ sint sectæ, philosophi nuncupantur. Sed & post pauca nihilominus dicit:Est autem & nobilis liber aduersus omnes hęreses compositus,quem si uultis decurrere,dabimus.

Cap.11. Hic autē ipse Iustinus scribit etiam contra paganos uolumen insigne. Sed & alios libros pro nostra religione,in quibus ad Antoninum principem,qui cognominatur Pius,sermonem dirigit, scribens & ad senatum. In urbe etenim Roma maxime consistebat. Denique in uno ex ijs libris, etiam de semetipso uolens,qs,uel unde esset,ostēdere,hoc modo scribit:

Imperatori Aelio Adriano,Antonino Pio,Cæsari Augusto,& uerissimo philosopho,& Lucio philosopho Cęsaris proprio filio,ac Pij adopti uo,amatori sapientiæ,& sacro Senatui,acq; omni populo Romano,pro uiris ex omni genere hominū congregatis,& iniusto odio laborantibus, ac non digna patientibus,Iustinus Prisci filius Bacchiadis ex urbe Nea-

poli Palestínæ,unus pro omnibus hoc defero postulatum.

Sed interpellatus idem Imperator in Asia ab his, qui uario iniuriarum genere affligebãtur,tale rescriptũ ad uniuersos Asię populos ꝓmulgauit.

Imp. Cæs. Marcus Aurelius Antoninus Aug. Armenicus,Pont. Max. Trib. Pot. xv. Cos. iĳ. Vniuersis simul plebibus Asiæ salutem. Ego quidẽ non ambigo,etiam dñs ipsis curæ esse,ne quis noxius lateat. Multo enim magis illis conuenit punire eos, qui ipsis immolare nolunt, quam uobis. Sed uos confirmatis eorum,quos persequimini,sententiam,quã de uobis habent,dicentes,uos impios & sine deo esse. Vnde & optabilius habent animam ponere pro deo suo,& mortem libenter amplecti,quã uobis talibus adquiescere,& in uestræ religionis iura concedere. De motibus autem terræ,qui uel facti sunt,uel etiam nunc fiunt,absurdum non erit mẽrorem uestrum iusta cõmonitione solari. Quoniamquidem cõperi,quod in huiuscemodi rebus,ad illorũ inuidiam cõmunes casus transfertis. In quo illi quidem maiorem fiduciam accipiunt apud deum. Vos autẽ in omni tempore,quo de talibus ignoratis,cæteros quidem deos negligitis; cultum uero immortalis dei,quem Christiani colunt,expellitis & deturbatis,usq; ad mortem cultores illius obseruantiæ persequentes. Super quibus plurimi ex prouinciis iudices ctiã uenerabili patri nostro scripserant. Quibus rescriptum est ab eo,ut nihil omnino molestiæ huiuscemodi hominibus generarent,nisi forte arguerentur aliquid aduersum Romani regni statum moliri. Sed & mihi ipsi de his quãplurimi retulerunt. Quibus ego paternã secutus sententiam,pari moderatione rescripsi. Quod si quis perstitit huiuscemodi hominibus absq; ullo crimine mouere negocia,ille quidem,qui delatus pro hoc nomine fuerit,absoluatur,etiam si probetur id esse,quod ei obĳcitur,Christianus. Is autem,qui crimen obtendit,reus pœnę ipsius,quam obiecit,existat. *Ibidem cap. 12.*

Cum sanctis igitur martyribus,qui eo tempore pro beatis confessionibus coronati sunt,& uir mirabilis,Iustinus,cum secundo iam librum pro religionis nostræ defensione conscriptum,temporis illius Iudicibus obtulisset,remunerationem linguę fidelis & eruditę,martyrĳ munus accepit, quodam philosopho,Crescente nomine,cane tam professione quã moribus,dolos uiro insidiasq; tendente. Quoniamquidem sæpe cum eo disputans,auditoribus mediis,non solum obtinuerat eum,uerum & uehementius ueritate sibi suffragante confuderat: unde & uictoriæ suę palmã,martyrium percepit a domino. *Cap. 16.*

Hoc autem ita futurum,etiam beatus ipse,uerus philosophus ueritatis in ea defensione,quã ab eo conscriptam supra diximus,aperte,sicut erat futurum,prophetica mente prædixit,his uerbis: Nam & ego,inquit,spero me ab aliquo horum, quibus pro ueritate obstiti,insidias esse passurum: spero baculo aut claua feriendum: certe uel a Crescente hoc, non philosopho,sed φιλοκόμπῳ,id est, non amatore sapientiæ,sed amatore iactantiæ. Neq; enim dignũ est,philosophum nominari eum, qui de his quæ nescit,publice protestatur: & Christianos sine deo esse, & impios dicit,ad græciam & libidinem eorum,quos in errore positos,ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si enim ignoratur ab eo Christi doctrina, & ea arguit,quæ ignorat, nequissimus est, & imperitis multo nequior: quia & imperiti uel idiotæ obseruant, ne disputare audeant de his, quæ

ignorant, & de illis teſtimonium perhibere, quæ neſciunt. Si uero legit, quæ apud nos ſcripta ſunt, & aut non intellexit eorum uirtutem, aut intellexit quidem, ſed diſſimulat, ne & ipſe ſuſpectus habeatur in talibus, multo nequior & deteſtabilior iudicandus eſt, qui imperiti uulgi captans fauorem, ueritatis ac pietatis, quã probat, hoſtis exiſtit & proditor. Nam & propoſuiſſe me ei ſciatis quædam, ex quorum reſponſionibus nihil ſcire conuictus eſt. Et in tantum uera ſunt, quæ dico, ut putem uobis etiam quæſtionis habitæ inter nos diſputationes allatas, ex quibus apertiſſime dignoſcitur, quæ noſtra ſunt, penitus ignorare. Si uero necdum uenerunt hæc ad notitiam ueſtram, paratus ſum rurſum uobis audientibus diſputare. Hæc ſunt beati Iuſtini uerbæ, in quibus ſecundum ea, quæ prædixerat, per Creſcentis inſidias martyrio conſummatus eſt.

Ibidem cap. 16. Tatianus quoq; uir eruditiſſimus, in prima ætate ſua cũ magna admiratione oratoriam docens, ex qua non parum gloriæ quæſierat, poſtmodum ad noſtra ſe ſtudia conuertens, libros etiam ipſe aduerſus gentes dignos memoria dereliquit, in quibus Iuſtini meminit his uerbis: ſed admirabilis, inquit, uir Iuſtinus ſatis recte proſecutus eſt, ſimiles iſtos dicens eſſe latronibus. Et poſt aliquanta, cum de philoſophis quædam dixiſſet, addit etiam hæc: Creſcens denicq; ille, qui obſedit urbem magnã, in puerorum quidem ſtupris omnes præibat, in pecuniæ autem cupiditate nullo inferior erat. Mortem uero cum cæteris contemnendam ſuaderet, ipſe tam peſſimam de eo opinionem gerebat, ut Iuſtinum tanquam ultimo malo traderet morti, pro eo quod ueritatem prædicans, uoluptuoſos & deceptores philoſophos arguebat.

Cap. 18. Plurima autem nobis hic uir ſtudiorũ monimenta dereliquit, quibus eruditæ eius animæ, ac diuinis deditæ diſciplinis, indicia colligamus: in quibus emolumenti plurimum inuenire poſſunt ij, qui amorem doctrinæ & ſcientiæ gerunt. Extat igitur eius liber hic (de quo ſuperius memorauimus) ad Antoninum qui dicebatur Pius, & filium eius, ac Senatum, pro noſtra religione conſcriptus. Sed & ſecundus nihilominus defenſionem noſtræ fidei continens, quem ſcribit ad ſucceſſorem ſupradicti principis Antoninum uerum, cuius tempora nunc cœpimus explicare. Sed & alius liber eſt aduerſum Paganos, in quo de ſingulis, uel noſtris, uel Græcorũ philoſophis conferens, diſputationem latiſſimam conſcripſit. Ibi etiam de natura dæmonum differit quædam, quæ his inſerere longum eſt. Sed & alius liber eſt aduerſum Paganos, qui ſuperſcribitur Confutatio. Eſt & alius eiuſdem de monarchia, quem non ſolum de noſtris libris, ſed & de Græcorum uoluminibus texuit. Eſt & alius, qui ſuperſcribitur Pſaltes: Et alius uelut in ſubnotationum modo de anima, in quo diuerſas quæſtiones inſeruit, ex his, quæ apud Græcorum philoſophos agitantur, quibus contradicturum ſe repromittit, & ſuam de his ſententiam in illius reſponſionis uolumine prolaturum. Compoſuit etiam dialogum quaſi cum Iudæis, quem apud Epheſum cum Tryphone Hebræorum nobiliſſimo doctore habuit in quo exponit, quomodo ipſe per diuinam gratiam ad credulitatem ueræ fidei perductus ſit, cũ prius immenſum ſtudium erga philoſophorum geſſerit diſciplinas, perquirendæ ueritatis amore detentus. Simulq; refert de Iudæis, quod aduerſum eccleſiam Chriſti, inſidijs ferarum agant. Et pro his inſimulat Tryphonem, dicens: Quia non ſolum,

non pœnituistis pro his, quæ a uobis male gesta sunt, sed & uiros aptos ad hoc elegistis de Hierosolymis, & misistis per omnem terram, qui circumirent, & dicerent impiam hęresim surrexisse Christianorum, simul & criminosa quædam diffamarent aduersum nos, quo scilicet per hæc ignorantes quicq; deterriti, consortia nostra uitarent: in quo non solum nobis ipsis, sed & alijs opprobria fingendo causa mortis extitistis.

Scribit autem, quod usq; ad sua tempora prophetiæ gratia in ecclesijs floruerit. Sed & Apocalypsim, Ioannis apostoli esse dicit. Propheticis etiam quibusdam utitur testimonijs ad Tryphonem, conuincens eum de his, quod Iudæi abscinderint hæc de scripturis, & abstulerint. Sed & multa eius alia apud quãplurimos fratrum feruntur, quæ ita probabilia ac digna a ueteribus iudicata sunt, ut Irenæus ex ipsis inueniatur assumere, & in quarto aduersum hæreses libro, de his hoc modo scribere: Et bene, inquit, Iustinus in eo uolumine quod aduersum Marcionem scribit, prosequutus est, dicens: Quia ipsi domino nunquã acquiescerẽ, si alium deum diceret præter omnium creatorem. Et iterum in quinto eiusdem operis libro dicit. Et optime, inquit, Iustinus affirmat, quia ante aduentũ domini nunquam ausus est Satanas blasphemare deum, quippe qui nondum agnouisset damnationem suam. Hæc autem nobis necessario de opusculis Iustini dicta sint, ad inquisitionem librorum eius studiosos quosq; fideles prouocantibus.

1 *Iustinus martyr Apocalypsim Ioan. Apostoli esse dicit.*

VITA SANCTI EPISCOPI ET MARTYRIS POLYCARPI PER EVSEBIVM CAESARIENSEM EPISCOPVM SCRIPTA.

Habetur in. 4. lib. historiæ Ecclesiast. c. 13.

ANiceto Romanæ ecclesiæ præsidente, Polycarpum Romam uenisse, atq; habuisse sermonem cum ipso Aniceto de Paschæ die Irenæus refert. Sed & alia quædam de eodem Polycarpo scribit, quæ mihi dignũ uidetur corpori huic nostræ narrationis inserere.

Tertio igitur libro aduersus hæreses hęc de eo cõmemorat Irenæus: Polycarpus, inquit, qui non solum ab Apostolis eruditus est, neq; solum conuersatus est cum his, qui dñm uiderant, sed & ab ipsis Apostolis ordinatus est Smyrnæorũ ecclesiæ Episcopus, quem nos quoque in prima ætate nostra uidimus. Diu etenim permansit in uita, & longęua ætate perdurans, nobilis uiuendo, sed & moriendo nobilior extitit, quippe qui uitam martyrio consummauit. Docebat autẽ semper ea, quæ ab Apostolis ipsis didicerat: & hæc ecclesiæ tradebat, quę sola uera ducenda sunt. Quorum testes sunt omnes ecclesiæ, quæ in Asia constitutæ sunt, & hi qui per tẽpus etiam nunc in Polycarpi successione perdurant. Multo autem uerior & fide dignior hic autor ecclesiæ est, & ueritatis testis, quã Valentinus & Marcion, & cæteri peruersę mentis homines. Qui etiam sub Aniceto Romam perrexit, & multos ex supradictis hæreticis ad ecclesiam dei conuertit, hanc solam prædicans tenendam esse ueritatem, quã ipse sciret se ab Apostolis suscepisse, quam & tradebat ecclesię. Et sunt adhuc etiam nunc, qui audierunt ab ipso, quod Ioannes Apostolus discipulus domini, apud Ephesum cum balneas lauandi gratia fuisset

1 *Nota tu qui continue conuersaris cum hæreticis, & nihilominus dicis esse te bonũ Christianum. Hæc enim aduersa sibi esse uidentur, nec unquam fecerunt sancti uiri.*

ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiluerit continuo, & discesserit nõ lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsę corruant, in quibus Cerinthus lauatur, ueritatis inimicus. Idem etiam ipse Polycarpus, Marcioni aliquando cũ occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. Respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satanæ. Tanta tunc Apostoli atq; eorum discipuli in religione cautela utebantur, ut ne uerbi quidem cõmunionem cum aliquo eorum, qui a ueritate deuiauerant, habere paterentur. Sicut & Paulus dicit: Hæreticum hominẽ post unam & alteram correptionẽ, deuita, sciens quia peruersus est huiusmodi, & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Extat & epistola Polycarpi ad Philippenses scripta, perualida, ex qua formam fidei eius ac prædicationis (si quis forte salutis suę sollicitudinem gerit) capere potest. Hactenus Irenæus.

Polycarpus uero in ipsa epistola quã ad Philippenses scripserat, utitur testimonijs de prima Petri epistola. Sed enim Antonino, qui pius cognominatus est, uicesimo & secundo anno principatus exacto, Marcus Aurelius uerus, & Antoninus filius eius cũ Lucio fratre succedunt. Quo in tempore Polycarpus maximis persecutionibus Asiam quatientibus uitã martyrio finiuit. De quo plane necessarium duximus memoriæ tradere, maxime cum scripta extet epistola ex persona ecclesiæ Smyrnæorum ad Ponti ecclesias data, quæ de martyrij eius beato fine designat. Cuius exẽplum infra scriptum est.

Ecclesia dei, quæ est apud Smyrnam, ecclesiæ dei constitutæ apud Philomelium, & omnibus, quæ ubiq; sunt, sanctis ecclesijs catholicis, misericordia, & pax, & charitas dei patris, & domini nostri Iesu Christi multiplicetur. Scripsimus uobis fratres de martyribus, & de beato Polycarpo, qui uelut signaculo quodam martyrij sui, finem persecutionibus posuit. Et paulo post describentes etiam cęterorum martyrum agones, talia quędam scribunt. Deterrere etenim uolentes inspectantem populũ, nunc flagris usq; ad interiora uiscerum martyres laniabant, ita ut abdita corporis, & quæ natura in arcanis locauerat, nudarentur. Nunc autem marinas cochleas, quos murices uocant, & acuta quæq; fragmẽta in dorsum supinatis martyribus substernebant, in quibus omne tormenti genus & pœnę speciem consumentes, ad ultimum deuorandos eos bestijs exponebant. Sed in his præcipue designatur uir fortissimus effluoruisse Germanicus nomine, qui per gratiam diuinæ uirtutis metum corporeę fragilitatis excluſit. Volente nanq; proconsule persuasionibus aggredi uirũ, & obijcere ei primæ ætatis florem, debere eum suimetipsius miserationẽ capere: ille nihil moratus, sponte dicitur præparatam sibi bestiam prouocasse, ueluti tardantes increpans pœnas, & iniquæ huius uitæ ultro uelocem expetisse discessum. Verum cum ex huius tam insigni morte stuporẽ cœpisset astantis populi multitudo, & totius Christianorũ gentis mirari uirtutẽ de contemnenda morte cœpissent, conclamant oẽs: Tolle impios. Polycarpus requiratur. Sed cum ex adclamatione grauis perturbatio fieret, Corinthum quendam natione Phrygem nuper de suis regionibus aduentantẽ, accidit primo quidẽ bestias cæteraq; tormenta sponte lacessere, dehinc fractis animis cedere, ad ultimũ etiã salutẽ segnitia perdere. Quæres eum ad martyrium procacia potius & temeritate, quam deuotione prosiluisse declarat. Ipse nãq; se iudicijs ingesserat. Victus itaq; exemplũ

euidens

euidens omnibus dedit, cautius in rebus talibus & circunspectius agendum: quia non temeritas, sed fides & modestia coronatur. Sed de his quidem talia gesta sunt.

Insignis autem uir Polycarpus, primo quidem cum audiret uulgus in se adclamationibus excitatum, in nullo penitus motus est, sed mansit impauidus. Tranquillus nanq; erat moribus, & serenus aspectu. Qui cū in eadem ciuitate uellet interritus permanere, adquiescens tamē deprecantibus se familiaribus suis, ad agrum quendam ciuitati proximū secedit, atq; ibi cum paucis die noctuq; nihil aliud q̄ in orationibus permanet, pro pace ecclesiarum, quæ ubiq; sunt, supplicans deo: quod ei facere in omni uita sua moris perpetui fuit. Sed his in oratione positus, ante triduū quā comprehenderetur, uisionem uidet per noctem, cerui cal capitis sui flammis esse consumptum. Cumq; euigilasset, post uisum interpretatus est astantibus somnium suū, dixitq; pro certo se ob Christum per ignem uitæ exitum fortiturum. Imminente igitur quæstione, rursus fratrum charitate compulsus, cōmigrauit in alium locum. Quo nō multo post inquisitores eius ingressi, correptis duobus pueris, & altero ex his uerberato, per indicium eius ad Polycarpum perueniunt, cum iam declinaret dies. Et ingressi ipsum quidem ostendunt in superioribus quiescentem. Vnde cum posset facilis ei transitus esse ad alteram domum, noluit dicens: Voluntas domini fiat. Quinimo & cū comperisset adesse comprehensores suos, in occursum eis progressus, læto admodum uultu ac placido cōpellare uiros cœpit cū ingenti oris gratia, ita ut illi mirarentur & stuperent, quid tantum studij fuerit, ut uir illius grauitatis & honestatis, in tam longęua ętate, & tanta uitę autoritate positus, perquiri & cōprehendi iussus sit. Sed ille nihil moratus, continuo apponi mensam hostibus quasi hospitibus iubet, atq; eis epulas largius ministrari, unius horæ ab eis spatio orationis gratia impetrato. Orabat igitur tanta dei gratia repletus, ut ad mirarentur omnes qui aderant, & ipsi qui ad cōprehendendum eum uenerant, pœniterent, quod tam honestum uirum ac deo dignū, & ipsa ętate uenerabilem, rapere iuberentur ad pœnam. Et post aliquanta, eadē scriptura uerbis ipsis talia coniungit ex ordine. Postea uero quā finiuit orationem, memoriam faciens omnium quoscunq; nosse potuit maiorum minorumq;, nobilium & ignobilium, & totius catholicæ ecclesiæ, quæ per orbem terræ est, instante iam hora progreditur, & asino sedens ad ciuitatem ducebatur, cum esset dies magni Sabbati. Pergenti occurrit ei præfectus pacis Herodes nomine, & pater eius Nicetas, qui leuantes eū secum in uehiculum, persuadere sedulo conabantur, dicentes: Quid enim mali est, dicere deum Cæsarem, & immolare, & de cætero uiuere securū? Hæc ille primo tacitus audiuit. Sed ubi persistebant, ait ad eos: Quid multis opus est? facturus non sum quod dicitis. At illi, posteaq; nihil se profecisse senserunt, indignatione cōmoti, cū contumelia eum uehiculo deturbant, ita ut pedem læderet præceps actus. Sed quasi nihil fuisset iniuriæ, tota alacritate contentus, pergebat ad stadiū quo duci fuerat imperatus.

Cum uero tumultus ingens in stadio ex ingressu eius fuisset exortus, uox de cœlo delapsa est: Fortis esto o Polycarpe, & uiriliter age: Sed autorem quidem uocis uidere potuit nemo, auditus tamen ad plurimos uenit. Interea animatur ad furorem tumultus populi uidētis, q̄ Polycarpus

Cap. 14.

2

Ergo uigiliæ cum nocturnis orationib' laudabiles, contra nouatores nostros.

3

Deus tu qui tantopere aduersaris orationibus, eas asserens superfluas & frustratorias cum mille similibus ineptijs, quid dicis ad orationes sanctissimi uiri Polycarpi?

introducitur. Cũq; Æminus a Proconsule interrogaretur, si ipse esset Polycarpus, se esse confitetur: Ergo, inquit, habeto ætatis tuæ reuerentiam, & parce ultimę senectuti tuæ, Iura fortunã Cæsaris, gerens de prioribus pœnitudinem, & conclama etiam tu, Tolle sacrilegos. Tum Polycarpus toruo uultu ad populum, qui in stadio residebat, aspiciens, eleuata ad cœlum dextera, cũ gemitu proclamauit & dixit: Tolle sacrilegos. Sed insistente proconsule, & dicente, iura fortunam Cæsaris, & dic in Christum conuitia, & dimitto te. Polycarpus ad hęc, octoginta, inquit, & sex annis seruio ei, & nihil me lęsit unquam, quomodo possum maledicere & blasphemare regẽ meum, qui salutẽ mihi dedit? Cumq; rursum uehementius urgeretur, ut fortunã Cæsaris iuraret: Si hanc, inquit, iactantiam quæris, ut ego fortunam Cęsaris iurem, & quis sim ignorare te simulas, cũ omni libertate audi a me, quia Christianus sum. Si uero etiam rationẽ uis Christianæ religionis accipere, statue diem & audi. Proconsul dixit: Suade hoc populo. Polycarpus ait: Tibi quidem respondi. Docemur enim principibus & potestatibus ijs quæ a deo sunt, honorẽ deferre, eum scilicet, qui religioni non sit contrarius. Populo autem furenti satisfacere non est meum. Proconsul dixit: Bestias habeo paratas, quibus obijcieris nisi cito pœnitueris. At ille respondit: Adhibeantur: Nobis enim immobilis stat sententia. Nec possumus de bono ad malum per pœnitudinẽ cõmutari. Melius autem erat, si hi mutarentur ad bona, qui perseuerant in malis. Tunc Proconsul: igni te, inquit, faciam consumi, si tibi bestiæ contemnendę uidentur, nec propositi recipis pœnitudinem. At ille: ignem minaris, inquit, hunc qui ad momentũ incenditur, & paulo post extinguitur, quia ignoras futuri iudicij ignem æternum, qui ad perpetuas pœnas præparatus est impiorum. Sed quid moraris? Adhibe utrum uoles.

Hæc & multa alia his similia dicens Polycarpus, confidentia simul & lætitia replebatur, ita ut alacritatẽ uultus eius, responsionumq; constantiam Proconsul maximo stupore miraretur. Misso igitur Curione ad populum, iubet uoce maxima protestari, Polycarpũ tertio confessum Christianum se esse. Quo audito uniuersa multitudo tam gentilium quam Iudæorum Smyrnensium ciuitatis, cũ ingenti furore adclamabant: Hic est totius Asię doctor & pater Christianorũ, nostrorum autẽ subuersor deorum. Ipse est, qui multos docet, ne immolent, neue adorent deos. Et post hæc uerba acclamabant Philippo munerario, ut leonem Polycarpo dimitteret. Qui respondit, non sibi licere, quia iam æditionis suę munus expleuisset. Tunc illi omnes pariter conclamarunt, ut Polycarpus uiuus arderet. Oportebat enim uisionem eius, quã de ardente ceruicali uidit, impleri. Quæ cũ dicto citius gererentur, ipsis populis ligna, uel de balneis, uel de publicis quibusq; locis, & sarmenta congregantibus, præcipue Iudęis ardentius ad hæc ex more feruentibus, cũ omni uelocitate extructus est rogus. Tum depositis senior indumentis, ac zona resoluta, calciamenta quoq; pedibus tentabat educere, quę nunquã nisi a religiosis quibusq; fide & deuotione semetipsos inuicẽ præuenientibus, resolui cõsueuerant, Ira nanq; in omni etiam reliqua uita sua uenerabiliter ab omnibus colebatur. Vt ergo expedita sunt, quæ ad ignẽ pertinebant, cũ eum uellent rogo impositum etiam clauis affigere, ait: Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit & ut sine clauorum affixione flammas imo-

biliter perferã. Tum illi omissis clauis, uinculis usi sunt solis. Quibus post tergum manibus reuinctis, uelut electus aries, & ex magno grege assumptus, acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus est deo, has preces etiam in ipsa passione profundens.

Deus dilecti & benedicti filij tui Iesu Christi pater, per quem tui agnitionem suscepimus: Deus angelorum, & uirtutum & uniuersæ creaturæ, ac totius iustorum generis, qui omnes corã te uiuunt, benedico te, qui me in hanc diem atq; in hanc horam perducere dignatus es, ut particeps exi sterem martyrum, & calicis Christi tui, in resurrectionẽ uitæ æternę animæ ac spiritus mei per incorruptionem spiritus sancti, in quibus suscipiar in conspectu tuo hodie, tanquã sacrificium pingue & acceptabile: sicut præparasti & præsignasti, ita & fecisti. Verus es tu, & sine mendacio deus, propterea & in omnibus laudo te, & benedico te, & glorifico te per æternum deum & pontificem Iesum Christum dilectum filium tuũ, per quem, & cum quo tibi cum spiritu sancto gloria, & nunc, & in futura secula. Amen.

Et cum Amen insonuisset, oratione completa subijciunt ignem homines ignis æterni ignari. Cumq; flamma ingens reluxisset, uidimus miracula omnes nos, quibus ea deus uidere concessit. Ex quibus & quamplurimi a domino ad hoc reseruati sunt, ut annunciarent cæteris quæ uiderunt. Flamma etenim in modum cameræ curuata specie, quasi uelum nauis uento sinuante, supra corpus martyris stetit: quod corpus in medio positum non erat, ut caro, ardens, sed tanquam si aurum & argentum in fornace candesceret. Tunc præterea odorem naribus hausimus, tanquã thuris incensi, uel preciosissimi flagrantis unguenti. Ad ultimum uidentes scelerum ministri, igne corpus non posse consumi, iusserunt propius accedere confectorem, & corpus, cui ignis cesserat, mucrone transfodere. Quo facto tam largus profusus est sanguis, ut restingueret rogum. Populus autem miraculi stupore discessit attonitus, erga electos dei tam insigni eius fauore perspecto.

4

Si sepultura curanda non est, nec cadauer aliqua indiget ceremonia, ut somniãt nouatores isti, ad quid diabolus tãtopere impediebat ut reliquias sanctissimi martyris nemo ad sepulturam concederet?

Hic ergo est admirabilis & electus temporibus nostris magister apostolicus, & propheticus Smyrnæorum ecclesiæ sacerdos, qui omne uerbum, quod loquutus est, & impletum est, & implebitur in futuro. Sed ille æmulus totius boni, & aduersarius omnium iustorum, postquam uidit quod & pro martyrij gloria, & pro uitæ egregiæ uirtutibus coronatus est, & per mortem præmia imortalitatis indeptus, satisagere cœpit, ut reliquias eius ad sepulturam nostris desiderantibus nemo concederet. Instigabatur ergo Nicetas Herodis pater, frater autem Dalcæ, adire iudicem, & petere ab eo, ne humandum concederet corpus, ne forte, inquit, relinquentes illum qui crucifixus est Christiani, hunc colere incipiant: Iudęis maxime ista machinantibus, qui & nostros intentis oculis obseruabant, ne eum è flammis adhuc ardentibus raperent: ignorantes miserrimini, quia neq; Christum aliquando possumus derelinquere, qui mortem pro totius mundi salute sustinuit, neq; alium quenquam colere: quoniam uerum deum, & qui solus colendus sit, nouerimus: Martyres uero tanquã discipulos domini diligamus & ueneremur, quasi integre fidem magistro seruantes & domino, quorum nos quoq; in fide & perseuerantia charitatis optamus esse participes. Vbi autem uidit centurio tam obstina-

5

Hi habes quõ solum deum colimus et adoramus, martyres autem ut ueros dei seruos & amicos ueneramus & diligimus, quod quæ eorum ossa uenerari, peregrinari ad eorum sepulchra,

& solemnes conuentus in die passionis eorum apud illos agere, non sit nouũ nec superstitiosum recens inuentũ, cuius contrarium asserunt moderni hæretici.

tam Iudæorum contentionem, positum in medio ipsum corpus excussit: & ita nos postmodum ambusta ossa preciosissimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem facta collegimus, ac (sicut conueniebat) ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc, præstante domino, solemnes agimus celebresq; conuentus, maxime quidem in die passionis eius, sed & cum eorum memorias, qui prius passi fuerant, celebramus, ut sequentium animi ad præcessorũ uiam exemplis insignibus suscitentur.

Hactenus de beato Polycarpo, cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphia uenientes, apud Smyrnam martyrio consummati sunt.

Ex eiusdem historiæ Ecclesiast. lib. 5. c. 19.

6

Lege lege o hæretice hæc Irenæi uerba & cõfundere. Mira sane res & stupenda, quõ sanctus uir dei spiritu afflatus tam a longinquo nostri tẽporis subuersores alloquatur, & quasi in eorũ aurib' uerba faciat.

Verum in his literis, quas ad Florinum scripsit Irenæus Lugdunensis episcopus, facit Polycarpi mentionem, cum quo etiam se conuersatum esse designat, per hæc uerba. Hæc, inquit dogmata Florine, quæ asseris, confidenter dico, quia non sunt sanæ sententiæ. Hæc dogmata non sunt consona ecclesiasticę fidei. Hæc dogmata, ne illi quidem qui de ecclesia pulsi sunt hæretici, potuerunt aliquando cõmentari. Hæc dogmata impietatem docent. Hæc dogmata sancti illi presbyteri, qui ante nos fuerunt, nunquã protulere, illi, qui & Apostolos uiderant, quos & tu nosti. Vidi enim te, dum adhuc puer essem in Asia apud Polycarpum, tunc quidem præclare agentem, dum adhuc esses intra palatium, & studentem placere Polycarpo. Multo enim magis mihi illius temporis rerum gestarum inhæret memoria, quam præsentis: quia hæc quæ a pueris discimus, cum anima ipsa coalescunt, & adhærent ei. Vnde etiam locum ipsum tibi dicere possum, in quo sedens disputabat beatus Polycarpus, & incessum illius, & uultum, ac totius uitæ modum, & ipsius quoq; corporis habitum. Sed & disputationes, quas habebat ad populum, & conuersationẽ, quæ fuerat ei cum Ioanne: quomodo narrare solitus erat, uel cæterorum, qui ipsum dominum uiderant: & quomodo recordabatur omnia, ac recensebat uerba quæ dicta a domino, ab illis audierat: & de uirtutibus eius ac doctrina. Et tamen omnia hæc cũ scripturis consona proferebat: quæ tunc ego pro misericordia dei, quã mihi donare dignatus est, attentius & studiosius audiens describebam, non in chartis, sed in corde meo: quæq; per gratiam dei fideliter custodio, & mecũ ipse sine intermissione quodãmodo rumino. Deum ergo testor, & in conspectu ipsius tibi affirmo, quia si quid tale audisset beatus & apostolicus uir Polycarpus, exclamasset statim, & aures suas obturasset, ac sicut moris erat ei, dixisset: De? bone, in quæ tempora me reseruasti, ut hæc audiam? Nonne etiam ipsum continuo locum fugisset, in quo sedens uel stans huiusce modi uerba audisset? Sed & ex epistolis eius, quas scripsit uel ad uicinas ecclesias, uel ad aliquos ex fratribus, cõmonens & confirmans eos, & cohortans ad fidem, potest sententia eius euidenter agnosci. Hæc Irenæns.

VITA SANCTÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS THECLAE NECNON ANTIOCHENAE PVELLAE,

& militis cuiusdam martyrum Christi, per D. Ambrosium Episcopum Mediolanensem conscripta.

Habetur in libro .2. eiusdẽ de Virginib'.

DIxeram uobis pridem, sacrę Virgines, quod sancta Maria disciplinam uitæ uestrę informaret, addo nunc quod Thecla doceat immolari:

molari: Quæ copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarū uirginitatis uenerationē mutauit. Nanq; parata ad feras, cū aspectus quoq; declinaret uirorū, ac uitalia ipsa sæuo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam; cubitare humi; muto testificantem sono, q; sacrum uirginis corpus uiolare non posset. Ergo adorabat prædam suam bestia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quā homines amiserant. Videres quadam naturæ transfusione homines feritatem indutos sæuitiam imperare bestiæ: bestiam exosculantem pedes uirginis docere, quid homines facere deberent. Tantum habet uirginitas admirationis, ut eam etiam Leones mirentur. Non impastos cibus flexit; non citatos impetus rapuit; non stimulatos ira exasperauit; nō usus decepit assuetos; non feros natura possedit. Docuerunt religionē, dum adorant martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum uirgini nihil aliud, nisi plantas exosculantur, demersis in terram oculis, tanquā uerecundantibus, ne mares aliqui, uel bestia uirginem nudam uideret.

1 *Leones uirginitatem admirantur, & homines perditi nostri tēporis deridēt & cōtemnunt.*

Dicet aliquis: Cur exēplum attulisti Mariæ; quasi reperiri queat, quæ matrem Domini possit imitari? Cur etiam Theclæ, quā gentium doctor instituit? Da huiusce modi doctorem, si disciplinam requiris huiusmodi. Recens uobis exemplum profero, ut intelligatis Apostolum non unius esse doctorem, sed omnium.

Antiochiæ nuper uirgo quædam fuit fugitans publici usus: Sed quo magis uirorum euitabat aspectum, eo amplius incendebat. Pulchritudo enim audita, nec uisa plus desideratur, duobus stimulis, cupiditatū amoris, & cognitionis; dum & nihil occurrit, quod minus placeat, & plus putatur esse quod placeat: quod nō iudex oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaq; sancta uirgo, ne diutius alerentur potiendæ spe cupiditatis, integritatem pudoris professa, sic restinxit improborū faces, ut non iam amaretur, sed produceretur. Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe pauida, ne incideret in insidiatores pudoris, animum ad uirtutē parauit, tam religiosa ut mortē non timeret, tam pudica ut expectaret. Venit coronæ dies: maxima omnium expectatio. Producitur puella, duplex professa certamen, & castitatis, & religionis. Sed ubi uiderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescentē ad aspectus, excogitare cœperunt, quemadmodum specie castitatis religionem tollerent; ut cum id abstulissent, quod erat amplius; etiam id eriperent, quod reliquerant. Aut sacrificare uirginem, aut lupanari prostitui iubent. Quomodo Deos suos colunt, qui sic uindicant; aut quemadmodum ipsi uiuunt, qui ita iudicant?

2 *Duplex professa certamen, & castitatis, & religionis. Ergo laudabilis hæc professio, contra Nouatores nostros.*

Hic puella non quod de religione ambigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa secum: Quid agimus hodie? Aut martyr, aut uirgo: altera nobis inuidetur corona. Sed nec uirginis nomen agnoscitur, ubi uirginitatis author negatur. Nam quemadmodum uirgo, si meretricem colas; quemadmodum uirgo, si adulteros diligas; quemadmodum uirgo, si amorē petas? Tolerabilius est enim mentē uirginem, q; carnē habere. Vtrunq; bonum, si liceat; si non liceat, saltem non homini castæ, sed Deo simus. Et Raab meretrix fuit, sed postquā Deo credidit, salutem inuenit. Et Iudith se, ut adultero placeret, ornauit; quæ tamen, quia hoc religione, non amo-

re faciebat,nemo eam adulterã iudicabat. Bene succeſſit exẽplum. Nam ſi illa,quæ ſe cõmiſit religioni,& pudorem ſeruauit,& patriam: fortaſſis & nos ſeruando religionem ſeruabimus etiam caſtitatem. Quòd ſi Iudith pudicitiam religioni præferre uoluiſſet,perdita patria, etiam pudicitiam perdidiſſet.

Itaq; talibus informata exemplis;ſimul animo tenens uerba Domini, quibus ait: Quicunq; perdiderit animã ſuam propter me, inueniet eam: Fleuit,& tacuit;ne eam uel loquentẽ adulter audiret: nec pudoris elegit iniuriam,ſed Chriſti recuſauit. Exiſtimate utrum potuerit adulterare corpus,quæ nec uocem adulterauit? Iamdudum uerecundatur oratio mea; & quaſi adire geſtorũ ſeriem criminoſam,atq; explanare formidat. Claudite aurem,uirgines Dei. Ducitur puella dei ad lupanar. Sed aperite aurem uirgines dei. Virgo proſtitui poteſt,adulterari non poteſt. Vbicunq; Dei uirgo eſt,Dei tẽplum eſt. Nec lupanaria infamant caſtitatem; ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concurſus ad fornicem. Diſcite martyrum miracula,ſanctę uirgines,dediſcite locorũ uocabula. Clauditur intus columba;ſtrepunt accipitres foris;certant ſinguli qui prædam primus inuadat. At illa manibus ad cœlum leuatis, quaſi ad domum ueniſſet orationis, non ad libidinis diuerſorium: Chriſte, inquit,qui domuiſti Danieli uirgini feros leones,potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldęis rorauit ignis: Iudæis ſe unda ſuſpendit miſericordia tua,nõ natura ſua. Suſannà ad ſupplicium genu fixit,& de adulteris triumphauit. Aruit dextera,quæ templi tui dona uiolabat: nunc templum ipſum attrectatur tuum. Ne patiaris inceſtum ſacrilegij, qui non paſſus es furtum. Benedicatur & nunc nomen tuum, ut quæ ad adulterium ueni,uirgo diſcedam.

Vix compleuerat precem: & ecce uir militis ſpecie terribilis irrupit: quẽ admodũ eum uirgo ut uidit,tremuit. Cui populus tremens ceſſit. Sed non illa immemor lectionis: Et Daniel,inquit,ſupplicium Suſannæ ſpectaturus aduenerat: & quã populus damnauit,unus abſoluit. Poteſt & in hoc lupi habitu ouis latere. Habet & Chriſtus milites ſuos,qui etiam legiones habet. Aut fortaſſe percuſſor intrauit: ne uereare anima, tales ſolent martyres facere. O Virgo,fides tua te ſaluam fecit. Cui miles: Ne,quæſo, paueas ſoror;Frater huc ueni,ſaluare animã,nõ perdere: ſerua me,ut ipſa ſerueris. Quaſi adulter ingreſſus,ſi uis,martyr egrediar: Veſtimenta mutemus;conueniunt mihi tua,& mea tibi: ſed utraq; Chriſto. Tua ueſtis me uerum militem faciet;mea te uirginẽ. Bene tu ueſtieris: ego melius exuar, ut me perſecutor agnoſcat. Sume habitum qui abſcondat fœminã; trade qui conſecret martyrẽ. Induere chlamydem,quæ occultet mẽbra uirginis,ſeruet pudorẽ. Sume pilleum,qui tegat crines,abſcondat ora. Solent erubeſcere,qui lupanar intrauerint. Sanè cũ egreſſa fueris,ne reſpicias retro,memor uxoris Loth; quæ naturã ſuam,quia impudicos (licet caſtis oculis) reſpexit,amiſit. Nec uereare,ne quid pereat ſacrificio. Ego pro te hoſtiam Deo reddo: Tu pro me militem Chriſto habens bonã militiam caſtitatis,quæ ſtipendijs militat ſempiternis; loricam iuſtitiæ,quæ ſpirituali munimine corpus includat;ſcutum fidei,quo uulnus repellas;galeam ſalutis. Ibi enim eſt præſidium noſtræ ſalutis,ubi Chriſtus eſt: Quoniam mulieris caput uir;uirginis Chriſtus. Et intra hæc uerba chlamydẽ exuit,

ſuſpectus tamen adhuc habitus, & perſecutoris, & adulteri. Virgo ceruicem; chlamydem cœpit miles offerre.

Quæ pompa illa, quæ gratia, cum in lupanari de martyrio certarent? Addantur perſonæ, miles, & uirgo, hoc eſt diſſimiles inter ſe natura, ſed Dei miſeratione conſimiles, ut compleatur oraculum; Tunc lupi, & agni ſimul paſcentur. Ecce agna, & lupus nō ſolum paſcuntur ſimul, ſed etiam immolantur. Quid plura? Mutato habitu euolat puella de laqueo, iam non ſuis alis; utpote quæ ſpiritalibus ferebatur: Et quod nulla unquā uiderunt ſecula, egreditur de lupanari uirgo, ſed Chriſti.

At illi qui uidebant oculis, & non uidebant, ceu raptores ad agnā, lupi fremere ad prædam. Vnus, qui erat īmodicè diſtrictior introiuit. Sed ubi hauſit oculis rei textum: Quid hoc, inquit, eſt? Puella ingreſſa eſt; uir uidetur. Ecce; non fabuloſum illud, Cerua pro uirgine; ſed quod uerum eſt, miles ex uirgine. At etiam audierā, & non credideram, cp aquas Chriſtus in uina conuertit: iam mutare cœpit & ſexus. Recedamus hinc, dum adhuc qui fuimus, ſumus. Nunquid & ipſe mutatus ſum, qui aliud cerno, quam credo? Ad lupanar ueni, cerno uadimonium, & tamē mutatus egrediar; pudicus exibo, qui adulter intraui. Indicio rei quia debebatur tanto corona uictori, damnatus eſt pro uirgine, qui pro uirgine comprehenſus eſt. Ita de lupanari non ſolum uirgo, ſed etiam martyres exierunt.

Fertur puella ad locum ſupplicij cucurriſſe: Certaſſe ambo de nece, cū illa diceret: Ego ſum iuſſus occidi; te abſoluit ſententia, quādo me tenuit. At illa clamare cœpit: Non ego te mortis uadem elegi, ſed prædem pudoris optaui. Si pudor quæritur, manet nexus; ſi ſanguis expoſcitur, fideiuſſorem non deſidero: Habeo unde diſſoluam in me lata eſt iſta ſententia, quæ pro me lata eſt. Certe ſi pecuniæ te fideiuſſorem dediſſem, & abſente me index tuū cenſum fœneratori adiudicaſſet, eadem me ſententia conuenires, meo patrimonio ſoluerē tuos nexus. Si recuſarē, quis me indignam morte cenſeret? Quanto maior eſt capitis uſus uſura? Moriar innocens, ne moriar nocens. Nihil hic medium eſt. Hodie aut rea ero tui ſanguinis, aut martyr mei. Si cito rediī, quis me audet excludere? ſi moram feci, quis audet abſoluere? Plus legibus Deo rea, non ſolum fugę meæ, ſed etiam cædis alienæ. Sufficiunt mēbra morti, quæ non ſufficiebant iniurię. Eſt in uirgine uulneri locus, qui non erat contumeliæ. Ego opprobriū declinaui, non martyrium tibi ceſſi. Veſtem, non profeſſionē mutaui. Quod ſi mihi præripis mortē, non redēmiſti me, ſed circūueniſti. Caue ne, quęſo, contendas: caue ne contradicere audiaris. Noli eripere beneficium, quod dediſti. Dum mihi hanc ſententiam negas, illam reſtituis ſuperiorē. Sententia enim ſententia ſuperiore mutatur. Si poſterior me non tenet, ſuperior tenet. Poſſumus uterq; ſatisfacere ſententiæ, ſi me prius patiaris occidi. In te non habent aliam, quā exerceant pœnam: in uirgine obnoxius pudor eſt. Itaq; glorioſior eris, ſi uidearis de adultera martyrē feciſſe, cp de martyre adulterā reddidiſſe. Quid expectatis? Duo contenderunt & ambo uicerunt. Nec diuiſa eſt corona, ſed addita. Ita ſancti martyres inuicem ſibi beneficia conferentes, altera principium martyrio dedit, alter dedit effectum.

Ac etiam philoſophorum gymnaſia Damonem & Pythiam Pytagorę os in cœlum ferunt. Quorum unus cū eſſet morti adiudicatus, cōmen-

dandorum suorũ tempus popoſcit. Tyrannus autẽ aſtutiſſimus, q̃ reperiri eum non poſſe exiſtimaret, petiuit, ut ſponſorem daret, qui pro ſe ferretur, ſi ipſe faceret moram. Quid de duobus præclarius neſcio: utrunq; præclarum. Alter mortis uadem inuenit, alter ſe obtulit. Itaq; cum reus moram ſupplicio faceret, fideiuſſor uultu ſereno mortem non recuſauit. Cum duceretur, amicus reuerſus eſt, ceruicem ſubſtituit, colla ſubiecit. Tunc admiratus Tyrannus chariorem philoſophis amicitiam, q̃ uitam fuiſſe, petiuit, ut ipſe ab his, quos damnauerat, in amicitiam reciperetur. Tantæ uirtutis eſt gratia, ut & Tyrannũ inclinaret. digna laude, ſed minor à noſtris. Nam illic ambo uiri; hic una uirgo; quæ primò etiam ſexum uinceret. Illi amici: iſti incogniti. Illi Tyranno uni ſe obtulerunt: iſti Tyrannis pluribus, hoc etiam crudelioribus, q̃ ille pepercit, iſti occiderunt. Inter illos in uno obnoxia neceſſitas: in his amborum uoluntas libera. Hoc quoq; iſti prudentiores, q̃ illis ſtudĩ ſui finis amicitiæ gratia; iſtis corona martyrĩ. Illi enim certauerunt hominibus, iſti Deo.

Poſita eſt lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 17.

VITA SANCTORVM PTOLEMÆI ET LVCII MARTYRVM AB EVSEBIO *Cæſarienſe Epiſcopo ſcripta.*

MVlier quędã coniuncta erat uiro turpi, quæ & ipſa prius turpiter uixerat. Hæc poſtquam Chriſti præcepta cognouit, pudica effecta, uiro quoq; de pudicitia ſuadebat, ſuggerens ei ſcriptum eſſe in Chriſtianorum præceptis, æternas imminere pœnas his, qui pudicitiam in uita ſua iuſtitiamq; contempſerint. Sed ille in eadem obſcœnitate perſiſtens, actibus iam ſuis alienam à ſe faciebat uxorẽ. Quippe cum nephas eſſe mulier exiſtimaret, in eius mariti contubernio permanere, qui naturæ lege contempta, nouas uias libidinis exquirebat. Statuit igitur iura repudiare coniugĩ. Sed propinquis interuenientibus, & de mariti emendatione pollicentibus, compulſa eſt, in eius rurſum conſortio reſidere.

Verum ille poſt hæc Alexandriam profectus, cum turpius agere, atq; inceſtæ uitę maiora nunciaretur augmẽta quæſiſſe, mulier ne ultra in coniunctione eius manens, particeps inceſti hominis haberetur, libello ei repudĩ dato diſcedit. Tum ille egregius maritus, quem gaudere oportuerat, quod in tantũ uxoris ſuæ caſtitas profeciſſet, ut non ſolum nihil turpe committere, ſed ne mariti quidem patienter ferre turpitudinem poſſet, à quo emendationem refutante pro caſtimoniæ amore diſceſſerit: nouo criminis genere pro caſtitate accuſat uxorem: Chriſtiana, inquit, eſt. Et illa quidẽ libellum tibi obtulit imperatori, ut primo permitteretur ei rem familiarem ordinare: tum deinde reſponderet obiectis: quod & indulſit. Verum maritus cũ mulierem non poſſet arguere. in Ptolemæi cuiuſdam exitium, qui magiſter mulieris in Chriſtiana religione fuerat, tali arte conuerſus eſt.

Amicum habebat Centurionem quendam: huic perſuadet, ut percontaretur a Ptolemæo, ſi Chriſtianus eſſet. Hoc tantum Ptolemæus tanquam amator ueritatis, nequaquam gloriam ſuę profeſſionis occultans,

per-

percontanti, Christianum se esse confessus est. Hunc continuo Centurio in uincula coniecit, & multo tempore squalore carceris maceratum, ad ultimum Vrbicio Iudici obtulit. A quo simili modo hoc solum interrogatus est Ptolemæus, si Christianus esset. Qui rursum tanti boni sibi conscius, diuinam religionem præ se tulit, & de Christi magisterio, ac totius boni institutionibus publica confessione testatus est. Qui enim negat quæ est, sine dubio culpabile iudicat esse quod negat. Continuo igitur post confessionem, ab Vrbicio, duci iubetur ad mortem.

Lucius autem quidam Christianus uir, uidens tam temere datam sententiam, ait ad Vrbicium: Quid quæso causæ est, quod neq; adulterũ, neq; corruptorem, aut homicidam, uel latronem, raptoremq;, aut alterius cuiuslibet facinoris reum, sed tantum pro nomine Christiano, quod hoc se uocabulo confessus est nuncupari, ad mortem duci hominẽ præcepisti? Non sunt hæc digna pio Imperatore, nec sapientissimo puero filio eius, neq; sacro Senatu quæ agis ô Vrbici. At ille nihil aliud inquirens, ait ad Luciũ: Videris mihi & tu Christianus esse. Cumq; Lucius respondisset, hoc plane sum: etiam ipsum Vrbicius duci pariter iussit ad mortẽ. Ille: Gratias, inquit, ago, quod me nequissimis dominis absolutum, ad bonum & optimũ patrem & regem omnium deũ remittis. Sed et tertius quidam pari modo libertate usus, pari quoq; sententia punitus est.

VITÆ ET AGONES SANCTORVM MARTYRVM VETII PAGATI, ZACHARIAE PRESBYTERI, sancti Diaconi, Maturi Neophyti, Attali ciuis Pergameni, Blandinæ seruæ, Photini episcopi Lugdunensis, Alexandri medici, Pontici pueri, & Alcibiadis, per Eusebium Cæsarienſem Episcopum scripti.

Posita hæc sunt in 5. lib. Ecclesiasticæ historiæ in proœmio eius dẽ



Lij scriptores historiarum, referant bella, trophæa, uictorias, magistratuum ducumq; fortia gesta concelebrent, mortesq; ciuium aut hostium narrent: patriam, coniuges, liberos, diuersis cuncta cędibus confusa describant. Noster hic sermo, qui narrationem continet de his, quæ ad deũ pertinent rebus, absurdum non erit, si bella describat, quę caro pro animę salute perpessa est, & pugnas quas anima, ut cœlestem patriam recuperaret, excepit: Si certamina eius referat, quæ pro fide ueritatis exegit, in quibus non aduersum mortales milites, sed aduersum spiritales dæmones dimicauit: non pro libertate carnis, sed pro spiritus libertate. Si, inquam, monimẽtis literarũ mandemus prælia, quæ non terrarum spacijs, nec prouinciarum possessionibus, sed pro cœlorum regno, & paradisi hæreditate peractæ sunt: non regni mortalis imperium quæsitura, sed ab immortali rege omnium deo triumphorum gloriam perceptura.

Galliarum nobilissimæ urbes Lugdunensium ciuitas habebatur & Viennensium, quas præcipiti lapsu præterfluit Rhodanus nobilissimus fluuiorum. In his quæ & quanta erga dei martyres gesta sint, supra memoratis Antonini Veri temporibus, descripta per ordinem, ab eis ad ecclesias Asiæ & Phrygiæ, fideli relatione transmissa sunt. De quibus, ut

fides certior habeatur, ipsa scriptorũ exempla subñciam.

Serui Christi habitantes apud Viennam & Lugdunum Galliæ urbes, fratribus omnibus, qui per Asiam & Phrygiam, eandẽ, quã nos redemptionis Christi fidem & spem gerunt, pax uobis, gratia & gloria à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Et cũ nonnulla uelut in præfatione prosecuti uiderentur, post aliquanta ita rerũ gestarũ ordiuntur initium: Tribulationis, aiunt, nostræ magnitudinem & Gentilium furorẽ, quem sanctis martyribus intenderunt, sicut est, enumerare, ne præsentes quidẽ ipsi sufficimus, nedũ scriptura comprehendere. Omnibus etenim uiribus congressus est inimicus, tanq; qui iam per acerbitatẽ persecutionis, aduentus sui ostentaret initia, & per hoc instrueret & informaret ministros suos aduersum seruos dei, omne ministerium sceleris & crudelitatis explere, ita ut primo nobis domorum prohiberetur habitatio: tum deinde usus balnearum: post etiam processus ad publicum; ad ultimũ, ne omnino in quolibet loco domi foriscq; publico priuatoq; uideremur. Sed aderat dei gratia, quæ fragiliores quidẽ quosq; nostrorum de manibus eorũ eripiebat. Producebat autẽ in medium uiros stabiliores columnis, qui possent per patientiam suam non solum ferre impetus quos excogitabat inimicus, sed & ultro expetere, & sponte se omnibus uel opprobriorũ, uel tormentorum cruciatibus obiectare, & lassescentibus iam penè tortoribus, ipsi adhuc parum putare, pro eo quod moram sibi hanc esse quodãmodo ad Christum festinantibus crederent, rebus fere ipsis & patientiæ uirtute clamantes: quia non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ferebant ergo fortiter adclamationes aduersum se, & probra atq; iniurias populi: & contumelias eorũ, laudes suas esse ducebant. Sed & uerberari se ab eis, ac lapidari & concludi, patienter accipiebant: æquanimiter suscipientes, quicquid illud furentis uulgi excogitauisset insania. Deniq; quodã tempore astante Tribuno & primoribus ciuitatis, pro solis adclamationibus populi, correpti & in carcerem trusi sunt fratres, usq; ad præsentiam Præsidis: cuicq; aduenienti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate usus est, ut sœuitiæ eius species singulas nemo possit exponere.

Vetius igitur Pagatus unus ex fratribus, qui & in deum perfectam charitatem, & in homines integrã custodiret: cuius uita, cũ esset adolescens, ita examinata erat omnibus & probata, ut etiam grauissimis senibus præferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela: ad obsequia quoq; seruorum dei promptissimus erat. Is, cũ zelo diuino & feruore spiritus plenus, tam crudelia seruis dei supplicia uideret inferri, & contra ius fasq; tot pœnas humanis uisceribus excogitari, indignitatẽ rei ultra non ferens, popposcit se audiri, pro ciuibus optimis, & quibus nihil impietatis cõmissum probari poterat, loquuturum. Erat enim & nobilissimus inter suos, & eruditissimus. Verum cũ defensionem eius non reciperet obstinatio iudicis, inquirit tantum ab eo, si & ipse Christianus esset. Vtq; Christianũ se esse clarissima & libera uoce testatus est: tanquã aduocatus (inquit) Christianorũ, & ipse uinctorũ numero societur. Sed in hoc illi quidem quid dicerent ignorabant. Ille uero habens in se aduocatũ pro nobis Iesum, hoc nomine meruit honorari: sancti presbyteri Zachariæ, qui erga sanctos plenitudinem charitatis

ostenderat, secutus exemplum. Qui & ipse dum fratribus adest, & defensionem libertatis, quæ in nostra religione consistit exequitur, dominicum secutus exemplum, animã suam pro ouibus suis posuit, & pro amicis. Et ideo cum hoc pariter uelut discipuli fideles Christi, in regno uenturo sequentur agnum quocunq; uadit.

His igitur optimis, & fidelissimis ducibus usus omnis reliquus sanctorũ chorus, prompti & alacres animas suas pro fidei libertate ponebant. Aliqui autem impares & infirmiores inuenti, & ad illatæ persequutionis euehendum pondus inualidi, decem ferme numero, lapsu suo luctum nobis & ingentem tristitiam reliquerunt, & multorum animos, quos priorum fides succẽderat, infregerunt. Vnde & omnes ualde perterriti sumus, non propter tormenta, quæ crudelius uidebantur inferri, sed pro exita cõfessionis incerto: quia multo nos grauius lapsus nostrorum, quã ea, quæ inferebantur tormenta, cruciabant. Comprehendebantur tamen quotidie, quos dignos dominus iudicabat in lapsorum numerũ subrogari, ita ut ex utraq; ecclesia omnes qui studiosi & magni uidebantur, & quorũ labore & industria regebantur ecclesiæ, uniuersi pariter tenerentur. Accidit autem etiam seruos cõprehendi quorundam ex nostris paganos: quoniam quidẽ publice iussum fuerat requiri omnes & teneri. Quicq; dæmonis instinctu, cum tormenta pertimescerent, quæ inferri sanctis uidebant, monentibus se in hoc ipsum militibus, quibus ita fuerat præceptum, cõmenti sunt aduersum nos, uelut Thyesteas cœnas, & incesta Oedipia perpetrantes: & alia, quæ nec proloqui aut cogitare nobis fas est, & qualia ne credere quidem possumus aliquando apud homines gesta. Quæ cum de nobis diffamata fuissent in uulgus, horrori maximo & execrationi apud omnes homines esse cœpimus, etiam apud eos, qui prius aliquid moderationis erga nos seruandum esse censebant. Et omnes simul fremere aduersum Christianos, atque insatiabili odio furere cœperunt. Tunc uidimus compleri illud, quod a domino dictum est: Quia ueniet tẽpus, in quo omnis, qui occiderit uos, putet se obsequium offerre deo.

Post hæc iam supra omne narrationis genus est, suppliciorum & cruciatuum modus, qui sanctis martyribus inferebatur, perurgente Satana, quo scilicet etiam illorum confessione tale aliquid eliceretur a nobis esse cõmissum. In quo omnes pari atq; eodem furore persistebant, uulgus, index, officium, milites, perurgentes præcipue Sanctum nomine, quendã diaconum Viennensem: & Maturum neophytum quidem, sed in fide & patientia robustissimum: sed & Attalum Pergamenũ ciuẽ, qui columna & firmamentũ ecclesiæ nostræ in omnibus fuit: & Blandinam fœminã, per quã Christus ostendit, quia ea, quæ apud homines despecta sunt, & contẽptui habentur, in magna gloria apud deum ducuntur: & quia charitas eius, quæ fragilia sunt per naturã, per gratiam facit esse firmissima. Cum enim omnes nos de ea trepidaremus, sed & ipsa eius carnalis domina, quæ erat una ex numero martyrum, uereretur ne forte Blandina cederet in tormẽtis, & pro debilitate corporis, uix ad primæ confessionis tormenta sufficeret, tanta tolerantiæ uirtute firmata est, ut resoluerẽtur prius & concliderent carnificum manus, qui sibi pro contentiosa iudicis animositate inuicẽ succedebant. Denicq; a prima luce usq; ad uesperã tormenta semper innouantes, ad ultimũ uictos se confitentur, stupentes quomodo

in ea spiritus permaneret, cum nihil iam in illa ex corpore per supplicia resedisset. Sed illa uere beata, ut postmodū nobis ipsa disseruit quondam, quoties uocem confessionis emisit, et Christiana sum proclamauit, toties nouæ uires corpori reddebantur, & tanquam ablatis per confessionem doloribus, instaurabatur recentior ad agones. Eoq; magis, quod intellexerat quod uox pia sensum doloris extingueret, sapius & alacrius Christiana sum, & Nihil apud nos mali geritur, proclamabat.

Diaconus quoq; Sanctus nomine, etiam ipse supra quam diu potest, & supra quam humanam fas est ferre naturam, acrius insistentibus ministris dæmonum, quo aliquid ab eo elicere possent confessionis illicitæ, noua pœnarum genera pertulit, & quæ longe substantiam humanæ conditionis excederent. At ille uir deo plenus, intantum crudelitates eorum irrisit, & ferinam in quæstione sæuitiam, ut nunquam dignatus sit, uel quis esset genere, unde domo uel patria, nomen saltem suum eis fateri. Sed de his singulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis nisi Christianum se esse respondit. Hoc mihi nomen, hoc genus, & patria est. Aliud, inquit, omnino nihil sum q̄ Christianus. Vnde & eos incredibilis agitabat insania, quod tantis pœnarum generibus consumptis, extorquere ei ne professionem quidem propriū uocabuli potuissent. Ad ultimum candentes laminas æris et ferri erga inguinis loca, & delicatiora quæq; membrorum instauratis ignibus adhibebant: ex quo carnes quidem eius adustæ igni defluebant: ipse uero permanebat immobilis, in concussus, intrepidus, cœlestibus æternisq; fontibus qui procedunt de uentre Iesu, humanas in se temperans flammas. Veruntamen membris omnibus martyr erat, & toto corpore unum uulnus horrebat. Perit in eo humanæ formæ agnitio, & non solum quis esset, sed & quid esset, tormentorum crudelitas ne agnosci posset, abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyriū gloriam recognoscebatur, qui per eius patientiam destruebat aduersarias potestates, & suos milites per tolerantiæ roborabat exemplū: ostendens omnibus, quia nihil terribile est, ubi diligitur pater: nihil doloris est, Vbi fides Christi est. Sed artifices scelerum, nequaquam martyris erubuere uirtutem. Post paucos etenim dies, considerantes quod si tumentibus adhuc uulneribus, quæ indignarentur etiam ad mollissimum manus tactum, tormenta rursus inferrent, et denuo membra iam putrefacta uexarent, unum è duobus fore, aut in sua eum impietatis iura cessurum: aut si in tormentis animā posuisset, terrorem crudelitatis, & metum cæteris intentandum. Sed hoc longe contra quam impiū cogitauerant, cessit. Nam quod uix credi ab infidelibus potest, restitutum est in primam speciem corpus per secunda tormenta. Et officia membrorum, quæ abstulerat prima crudelitas, secunda reparauit, ita ut iterata supplicia, non iam ei pœnam contulerint, sed medelam. Sed & Blandina, quam paulo ante memorauimus, simili exemplo ad supplicia secunda reuocatur. Quę cum semiuiua penè, & in mortis quodam confinio posita, iteratis fuisset pulsata cruciatibus, uelut e somno quodam subitò euigilans, in memoriam futuræ beatitudinis uenit, & uoce constanti tanquam de excelso & ædito concionaretur apud populum: Multum (inquit) erratis ò uiri, quod putatis infantum uisceribus uesci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus utuntur. Et sic in confessione perdurans, iterum

I
Ecce delectum ciborum et abstimentiam etiam in sanctis Martyribus.

numero martyrum sociata retruditur.

Sed posteaquam per beatorum martyrum patientiam tyrannica eua nuere supplicia, alijs rursus diabolus machinis oppugnare parat famulos dei, quo scilicet afflictione carceris, & pœnali squalore consumpti, ac septimo (ut dicunt) puncto in neruo pedes contra cp̃ credi fas est, distenti, in intimo tenebrarum loco, per omnia pœnarũ genera quæ furentium sæuitia excogitare poterat, deperirent. Quamplurimi ergo hoc genere in ergastulis consumuntur, domino suscipiente eorũ huiuscemodi exitium, quibus nec ibi defuit diuinæ maiestatis auxilium. Aliquãti etenim ex his, qui sequissima tormenta pertulerant, nec humanę aliquid medelę permissi sunt consequi, mirum in modum uirtute domini conualescere, & subitam mentis alacritatem, ac desperatum corporis robur recuperare cęperunt, ita ut cohortatione sua cæteros ad patientiam confirmarent. Et impatientes erant pœnarum illi magis, qui nuper fuerant correpti, & quorum corpora nondum tormenta solidauerant: illi denicp̃ erant, qui fœtoris horrore, & conclusionis tenebris necabantur.

Verum beati Photini Lugdunensis episcopi glorioſam martyrij̃ confessionem, fas non est silentio præterire. Qui cũ nonagenario maior esset ætate, & corpore utpote illius æui inualidus, cætera pene iam mortuus, solo martyrij̃ amore uiuebat. Ducitur ad tribunalia, imo potius defertur, senio & languore resolutus. Cuius ad hoc solum anima seruabatur, ut Christus per eam magnificentius in fragili corpore triumpharet. Statuitur interea senior pro tribunalibus, impiæ plebis. Vndicp̃ clamor attollitur, hunc ipsum esse insonaret Christianum. Dum uero a præside interrogatur, quisnam esset Christianorũ deus, respondit: Si dignus fueris, scies. Hinc uero cunctos uelut rabies imensi cuiusdam furoris inuasit, ita ut qui prope astabant pugnis, alij̃ calcibus subigerent senem, nec grauitati, nec ætati aliquid reuerentiæ deferentes. Illi uero qui longius erant, quicquid furentibus teli ueniſſet in manus, eminus iaciebant: ita ut unusquisqp̃ summi sibi esse delicti duceret, nisi aliquid in senem sceleris intulisset. In hoc etenim uindicandos deos suos esse credebant. Quem cũ seminecẽ proiecissent in carcerem, incontaminatum paulopost spiritum reddidit.

Per idem tempus immensa quędam dei dispensatio procuratur, & misericordia ex insperato Christi domini arte conquiritur. Quod nunquã fere prius a persequutoribus gestum meminimus: omnes hi, qui primo cõprehensi negauerant fidem, correpti truduntur in carcerem: & quo infelicibus ne solamen quidem pœnalis præstaretur exitij̃, non quasi Christiani iam, sed tanquã homicidę & incesti detinebantur, habentes miseri duplicem pœnam. Quoniam quidem cæterorum supplicia mitigabat spes & corona martyrij̃: Christicp̃ charitas, & sancti spiritus gratia releuabat afflictos. Istos autem ipsis pœnalibus cathenis, & pondere carceris grauius conscientia cruciabat, ita ut uultu ipso & aspectu discernerentur a cęteris: quod illi producebantur de supplicijs læti, & diuinum nescio quid in ipsis uultibus præferentes, uincula sua monilia preciosa ducebant, per squalorem carceris, Christi bonus odor effecti, ita ut uiderentur sibi non in ergastulo, sed in myrotheca concluſi: at illi alij̃ tristes, demersi, ipsis quocp̃ conspectibus horridi, & omni turpitudinis deformitate fœdiores. Sed & ipsis gentilibus in multo opprobrio expositi erant, tanquã dege-

neres & ignaui, qui fidem perdiderint, & crimen inuenerint, & qui Christianorũ quidem nomine caruerint, homicidarum tamen pœnas non effugerint. Quæ cum ita geri uiderent cæteri, incredibiliter corroborati sunt, ita ut cõprehensi absq; ulla animi nutatione, constanter se nihil aliud quã se Christianos esse faterentur.

Et cum quædam in his locis fuissent longius prosequuti, post aliquãta iterum hæc subiungunt. Post hæc iam per diuersas species martyriũ eorũ, uelut coronam quandam uariis floribus compositam dominus Christus intexens offerebat patri, ut ab eo uelut uictores magni agonis remunerationes æternorum sumerent præmiorum. Nam Maturus, & Sanctus, & Blandina, & Attalus, munerum diebus, innumeris milibus gentium diuersarum ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arenæ. Et rursum Maturus cum Sancto, quasi nihil prius gestum fuisset, ad omnia tormentorum & uerberum genera renouantur, certantibus omnimodis ad uersariis, quatenus eorum patientiam frangerent, & ab ipso, ut ita dicã, uertice coronas eorũ diriperent, insanis populi uocibus instigati. Sed illis eo magis animos roborabat spes uicinę iam gloriæ, quam sibi iam iamq; manu contingere, & contrectare dextris uidebantur. Dumq; & supplicíorum genera, & spectaculorum iam penè tempus fuisset absumptũ, nec moueri ullatenus a sententia ualuissent, cũ etiam sellæ ferreæ superpositi, cõsumptam uerberibus carnem, ignis subministratus exureret, ad ultimũ infatigabiles martyrum spiritus ferro cæsis ceruicibus effugarunt. Blandina uero religata ad stipitem, atq; in crucis modum distenta, bestiis pabulum præparatur. Quæ tamen in ligno pendens, uultu interrito & satis læto, orationem fundebat ad deum, qua & sibi constantiam, & cęteris agonis sui consortibus perseuerantiam precaretur. Et facile uota sperabat implenda, quæ propriis iuuabat exẽplis: Simul & illud edocens, quod passionum Christi consortibus certum sit, etiam gloriæ eius donanda esse cõsortia. Sed cum nulla ex bestiis corpus eius auderet attingere, deposita de ligno rursum reuocatur ad carcerem, aliis adhuc agonibus præparanda, ut per multas uictorias caput quidem tortuosi serpentis attereret, fratrum uero animos ad tolerantiam concitaret, per hoc quo ipsa in paruo & fragili corpore tot certaminibus permaneret inuicta, & per singulos agones discederet coronata.

Attalus quoq; populi uocibus postulatur. Erat enim ualde nobilis, & quod cunctis nobilius est, uir optimę conscientiæ, & in fide Christi per omnia exercitia semper martyr. Cũq; circumactus fuisset in amphitheatro, titulo se præcedente, in quo scriptum erat, Attalus Christianus, fremere in eum uulgi insanientis furor uehementius cœpit. Sed cum præsidi indicatum esset, esse eum Romanæ ciuitatis uirum, iubet eum cũ cæteris in carcerem recipi: simul & ad Cęsarem refert, eiusq; sententiam quid de eo iuberet, expectat. Verum inter moras positi in carcere, non infructuosum sibi tempus transire patiuntur, sed uigore animi, & alacritate fidei suę, eos qui infirmiores uidebantur, animabant: & ipsi nondum martyres, cohortationibus suis plurimos martyres faciebant. Ex quo magnum gaudium matri nascebatur ecclesiæ, uidenti suos filios, qui penè iam decidisse uidebantur in mortem, per hos reparari ad uitam: & monitis eorũ multi, qui iam negando uelut aborsum quoddam effecti fuerant, quasi iterum par-

turiebantur, & Christus in eis iterum reformabatur. Docebantur enim ab his, quia deus non uult mortē peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

Igitur cum a Cæsare rescriptum fuisset, ut persistentes quidem punirentur, negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo, in quo ex omnibus prouincijs coeuntes, nundinas apud nos agere solent, in ipso frequentissimo conuentu tribunal ascendens, præparari sibi iudex Christianos, & introduci ad suppliciorum pompā præbendam cunctis, qui aderant, iubet. Rursum itaq; cruces, rursum pœnæ, rursum tormenta reparantur. Et si qui forte ciues Romani reperti sunt, hos plecti capite decernit, cęteros uero bestijs tradi. Ingens tamen ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui ante negauerant, & dimitti neq; negātes potuerant: nunc uero, cum negantibus uenia pręstaretur, in confessione persisterent, & de perditionis grege reuocati, numero martyrum iungerentur. Igitur cum erga supradictos quæstio haberetur, Alexander quidā genere Phrix, medicus disciplina, uir religiosus & prudens, & uitæ ac morum probitate cunctis charus acceptusq;, amore dei concitatus, cum assisteret tribunali, nutibus hortabatur ad confessionem eos, in quos quæstio agitabatur: ita ut omnibus, qui astabant, palam fieret, quid animo gereret. Cūq; id populi notauissent, indignantes maxime pro his, qui quod prius negauerant, rediuiua nunc confessione reuocabant, conclamauerunt aduersum Alexādrum: hæc ipso instigante cōmitti. Qui iussus a præside in medium statui, & quis esset interrogatus, Christianum se esse libera professione testatur: quem continuo præparandū bestijs condemnauit. Et postera die simul cum Attalo producitur. Quem contra præceptum Cæsaris gratificari populis uolens, etiam ipsum bestijs tradi iussit. Sed cum ferarū nulla, sanctorum corpora contigisset, omnibus eos uerberum cæterarumq; pœnarum supplicijs cruciatos, ad ultimum in conspectu populi in medio arenæ iugulari iubet, beato Alexandro in omnibus, quæ perpessus est pœnis, ne unum quidem penitus proferente sermonem, sed ab initio usq; ad finem intra semetipsum semper cū deo loquente, & in laudibus eius ac precibus permanente. Attalus uero cum prunis subteriectis in sella ferrea torreretur, cumq; nidor adustæ carnis ad nares & ora inspectantis populi perferretur, uoce magna exclamat ad plebem: Ecce, hoc est homines comedere, quod uos facitis, quid a nobis uelut occeltum inquiritis facinus, quod uos aperta luce committitis? Nos enim neque comedimus homines, neq; aliud quid mali agimus. Et cū interrogaretur, quod nomen habet deus? respondit: Qui plures sunt, nominibus discernuntur: qui unus est, non indiget nomine.

Post has nouissimo iam nundinarum die. Blandina rursus inducitur cum Pontico annorum fere quindecim puero, quicq; & in piorum cruciatibus iussi fuerant semper astare, quo magis cæterorum uidentes supplicia terrerentur. Statuuntur ergo in medium, & iubentur iurare per deos. Illi uero e contrario nullos esse aiebant istos, per quos iurare cogerētur. Cumq; alijs compluribus uerbis exprobrarent gentium deos, insanire magis in eos cœpit populi multitudo, neq; teneram pueri ætatem, neq; sexum fœminę miserantes, sed per omnia tormentorum genera quasi quodam eos circulo peragentes, nihil deesse pœnis patiebantur, quod crudelitas inuenisset. Tunc Ponticus maximū patientię robur materna cohor-

tatione suscipiens,& perseuerans in confessione fidei,impollutum spiritū reddit. Beata uero Blandina ultima omnium uelut omnium nobilis mater,præmissas ad martyrij coronā filios,insequi iam secura festinat,exultans & ouans, uelut ad thalamum sponsi inuitata, & ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat,ut in uerberibus tripudiaret,& craticulis exusta gauderet, ac tam hilaris uideretur & læta, quasi inter dapes regias accubaret. Post hoc ad bestias traditur, sed ab his intacta perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, ut reti constricta obijceretur tauro ferociter instigato. A quo cum fuisset innumeris ictibus lacessita, & toto arenæ ambitu iactata,nihil penitus lædítur,sed pmanet læto (ut semper) uultu,mente constanti,spe ipsa & animi pręsumptione cum Christo colloquens. Ad ultimū iugulari gladio iubetur,stupentibus etiā ipsis impijs, & dicentibus,quod nunquā fuerit fœmina,q̄ tanta & talia ferre potuerit.

Sed nec sic quidem satietatem aliquam capere crudelitas quiuit. Anti qui etenim serpentis uirulentia concitati, feri ac barbari mores mansuescere nesciebant. Ex ipsa quippe sanctorum patientia,sęuior eis cōtentionis rabies accendebatur: & uelut pudore quodam fatigabantur, quod maior inesset cruciatis,quam cruciantibus uirtus. Et ex hoc ad nephanda odia iudex simul instigabatur & populus,ut scriptura impleretur,quę dicit: Iniquus adhuc iniqué agat, & iniustus adhuc faciat iniuste. Igitur inaudito sæuitiæ genere, eorum qui necabantur in carcere,corpora canibus iubebantur exponi,adhibita simul custodia diu noctuq̄,ne quis collectas reliquias,humanitatis intuitu traderet sepulturæ. Sed si quid forte uel bestijs,uel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipsaq̄ cum truncis suis capita punitorum insepulta per custodiam militum seruabantur: & quærebatur,si quid ultra posset humana crudelitas, etiam in eos, qui iam uitæ huius limen excesserant. Exultabant tamen gentes magnificantes simulachra sua, quorum uirtute datam in illos uindictam dicebant. Si quis uero inter ipsos Paulo mitior uel humanior uidebatur, ubi nunc est, aiebant, Deus eorum? Et quid profuit eis ista religio, pro qua etiam animas posuerunt? Igitur apud illos erat uarium istud insultationis genus. Apud nos uero ingens luctus habebatur,præcipue quod non posse mus corpora humi tradere: quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas prębebatur: neq̄ muneribus suadere custodes, neque precibus,aut ullo alio genere copia erat. Ita attente & sollicite curabant, ne daretur extremis ossibus sepultura. Post aliquot autem dies,cū nullam sepiliendi gratiam præstitissent,incensa ossa martyrum, & in fauillam redacta,cū reliquo terræ puluere in Rhodanū fluuium dispersere, ne usquā reliquiæ eorum residerent: quasi uero hoc agentes,deum uincerent,& (sicut dicebant) spem eis per hoc resurrectionis adimerent. Sperantes enim (aiebant) de sepulchris quādoq̄ se esse resurrecturos,idcirco noua nescio qua sibi persuadente superstitione læti se tormētis mortibusq̄ subijciunt. Nunc uideamus si resurgent,& si potest eis adesse deus eorum,& eripere eos de manibus nostris.

2

Dum Christiani tantopere sunt soliciti de martyrum sepultura, constat eā nequaquā esse negligendam.

Hæc sunt, quæ illis temporibus gesta, ex epistola fratrum Lugdunensium declarantur. Ex quibus quid etiam per cæteras prouincias geri potuerit,coniectura capiendum est. Referuntur adhuc in ipsa epistola quędam etiam de humanitate & mansuetudine beatorum martyrum,

quæ

quæ dignum puto ad hæc ſuis ſermonibus ſicut cætera, ſociati. Qui (ut aiunt) ad imitationem Chriſti, qui cum in forma dei eſſet, non rapinã arbi tratus eſt eſſe ſe æqualem deo, in tanta gloria poſiti, & ſemel atq; iterum ac frequentius martyres facti, poſt beſtias, poſt ignes & laminas, neq; ſe ipſi martyres dicebant, neq; alijs ita ſe appellantibus indulgebant, ſed ſi forte aliquis noſtrum, uel in epiſtola uel in ſermone eos martyres nominaſſet, increpabant acrius dicentes, quod hæc appellatio ſoli Chriſto debetur, qui ſolus fidelis ueritatis eſt martyr, & qui primogenitus eſt ex mortuis, & autor uitæ æternæ: uel certe illis ſolis aptum hoc eſſe uocabulum, qui poſt bonam confeſſionem de hac uita diſcedere, & pergere meruerunt ad deum. Nos autẽ (aiebant) humiles & egeni, optamus ut ipſa ſaltem in nobis confeſſio tuta permaneat. In quo etiam cæteros fratres cum lachrymis obſecrabant, ut pro eis dominum precarentur, quo perfectę confeſſionis ſignaculum martyrium mererentur accipere. Et tanta in eis humilitas erat, ut cum rebus ipſis eſſent iam martyres, nominis tamen iactantiam fugerent. Apud gentiles uero cum omni fiducia conſiſtebant, nobilitatem animæ per contemptum iniuriæ & ſuppliciorum demonſtrantes. Erant ergo inter fratres humiles, inter perſequutores elati: ſuis mites, aduerſarijs terribiles, Chriſto ſubiecti, diabolo erecti. Humiliabant ſe ſub potentiſſima manu dei, per quam nunc ſublimius exaltati ſunt: placabant omnes, accuſabant neminem: ſoluebant cunctos, ligabant nullum. Orabant etiam pro perſequutoribus ſuis, utentes ſermone ſancti Stephani primi martyris, dicentes: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Aduerſum quos eo uehementiora diabolus prælia concitabat, quod per nimiam charitatem, quam habebant in Chriſto Ieſu, etiam eos, qui lapſi fuerant, & quos iam ſe imanis illa beſtia abſorbuiſſe crediderat, rurſum uiuos de internis eius uiſceribus educebant: & uelut matres erga paruulos ſuos, ita erga eos totis profuſis miſerationum uiſceribus inhærebant, omnipotenti deo effundentes pro ipſis fontes & flumina lachrymarum: uitam petebant eis a deo, & tribuebatur eis, nec ſibi gratum iter ducebãt eundi ad dominum, uel lętam putabant martyrij ſore coronam, ſi partem membrorum ſuorum de eccleſijs raptam, uelut ſpolia quædam detentari a diabolo permiſiſſent. Super omnia autem pacem & ipſi diligebant, & nobis ſeruare mandabant, nec aliam ſibi, niſi per pacem uiam ad martyrium conſtruebant, cauentes ne ullam poſt ſe diſſenſionem fratribus, nec eccleſiæ matri męſtitiam derelinquerent: Sed pacem ſemper habendam, pacem fratribus cuſtodiendam, & charitatem præcipue tenendam, quæ eſt unitatis & concordiæ uinculum, commonebant.

Hæc non inutiliter (ut opinor) a nobis ad ædificationẽ legentium memoriæ tradita ſunt, quæ ex tantorũ uirorum autoritate deſcendunt, propter eos qui tumidi & inflati aduerſum fratres feruntur: & ſi qui forte tibauerint, miſerationum Chriſti uiſcera ab eis putant penitus excludenda. Refertur adhuc in eadem ſcriptura & alia narratio, quam cognitionis cauſa his inſerere dignum putaui. Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Chriſto uincti tenebantur. Hic uitam ſatis arduam & auſteram gerebat, nihil cibi uolens accipere, ſed tantum ſale & pane cum aqua utebatur. Cumq; hunc uitæ rigorem uellet etiam in carcere poſitus obtinere, Attalo poſt primam confeſſionem ſuam, quã in amphitheatro

3

Non facit locus hic cõtra ciborum delectũ, ſi recte intelligatur, nam in hac eadẽ hiſtoria ſupra uidiſti quod ſancti martyres tunc etiam abſtinebant ab eſu carniũ. Verum quoniam Alcibiades cum cæteris ſanctis incluſus, exẽplo erat cæteris Chriſtianis, & ſcãdali formã ut hic dicitur præbuiſſet, ſi nõ de omnibus cibis guſtaſſet, credidiſſent enim eũ cauteriatã habere cõſcientiam, ac propterea abſtinere a cibis quos deus creauit, ut faciunt hæretici, ideo diuina reuelatiõe admonitus de cõmunibus cibis ſumpſit. Hoc idẽ facere docet Magnus Baſilius monachos ſuos qui alias erant abſtinẽtiſſimi, quoties in tale tẽpus inciderent, in quo ſcãdali occaſionẽ præbere poſſent. Vide eum in

Regulis fusius disputatis interrogatione 18. Et hæc est doctrina Apostolica ad Ro. 14. & 1. cor. 8.

confessus est, reuelatur, quia non recte faceret Alcibiades, creaturis Dei & ipsum non uti, & alijs formam scandali derelinquere. Quibus cognitis, Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere, quia quæ reuelabat illi spiritus ut doceret, & huic ut sequeretur idem spiritus persuadebat. Sed de his finis sit.

VITA POTAMIENÆ VIRGINIS ET MARTYRIS, PER EVSEBIVM CAESARIENSEM Episcopum scripta.

Habetur lib. 6. historiæ Ecclesiasti. ca. 4.

EX Origenis schola & Potamiena fuit famosissima fęminarum & martyrum, & ipse eius carnifex Basilides. Etenim in nostram usq; memoriam ab incolis loci perēnis uirtutum Potamienæ fama celebratur, quod immensos & innumeros agones primo pro uirginitate & pudicitia desudauerit: deinde etiam pro martyrio exquisita atq; inaudita tormenta pertulerit, atq; ad ultimum una cum uenerabili matre Marcella ignis supplicijs consummata est.

Tradunt igitur Aquilam (hoc enim erat tyrannici iudicis nomen) posteaquam crudelibus eam supplicijs lacerauerat, ad ultimum ad iniuriam & nobilitatis eius, & castitatis cōminatum esse Potamienæ, quod eam uel crudelissimis gladiatoribus, uel impudicissimis lenonibus traderet. At illam, cum ab ea quid mallet, uel quid eligeret quæreretur, protulisse aduersum tyrannum uocem liberam, quæ, ob superstitionem Romani ritus sacrilega uideretur, & ideo sine mora in eam latam esse sententiam. Cumq; Basilides unus ex his, quibus implere spiculatoris officium mos est, susceptam eam duceret ad supplicium, ac multitudo impudicorū pariter & impiorum Potamienæ uerbis & iniurijs conaretur illudere, Basilides abigere impudentius irruentes, ac deturbare cœpit humanitatis & miserationis obtentu. At illa religiosum uiri uotum erga se & propositū humanitatis amplexa; Certus esto, inquit, quod cum abiero ad dominū meum, sine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Post hæc autē uerba constanter suscepit statuta supplicia picis calidæ, paulatim per artus ac mēbra diffusæ, & hoc modo beata uirgo e terris migrauit ad cęlū.

I

Habes hic plura contra impia nouorū hæreticorum dogmata.

Primum, quod sancti post mortem orant deum pro nobis.

Secundū, quod impetrant rogata, etiā coronas martyrij pro uiuentibus.

Tertium, quod sciunt q̄ circa nos geruntur.

Quartum, quod post consummationē seruant quæ ante promiserant.

Quintum, sanctos ꝑperā uocari mortuos homines, cū maxime uiuant in Christo.

Non multis autem post diebus, Basilides cum inter collegas suos ob causam quandam iuramentum posceretur, ait, sibi non licere omnino iurare, pro eo quod esset Christianus, & hoc publice fatebatur. Ioco æstimatus est primo dicere: tum deinde, cum constantius affirmaret, pertrahitur ad tribunal, ubi cum perseuerasset in confessione, uinculis traditur. Tum uero uisitantibus eum nostris, & causam subitę ac laudabilis huius permutationis inquirentibus, dixisse traditur, quod Potamiena post diē tertium martyrij sui, noctu assistens coronā capiti suo imposuerit, dicens, deprecatam se pro ipso dominum, & impetrasse, ut secundum quod scriptum est: Qui recipit martyrem, mercedem martyris consequatur. Quibus auditis, confestim fratres signum ei dominicum tradunt, & die postera ob domini martyrium capite punitur.

Sed & alijs pluribus per illud tempus apud Alexandriam condiscipulis suis, cum quibus uerbo dei in Origenis schola operam dederat Pota-

miena, simile munus traditur prestitisse, assistens eis peruisum, & coronas martyrij impetratas a domino deferens.

VITA PANTÆNI DOCTORIS ALEXANDRINI, PER EVSEBIVM CAESARIENSEM Episcopum scripta.

Habetur in lib. 5. historiæ Ecclesiast. c. 9.



Vm decem & nouem annis Antoninus in imperio perdurasset, post excessum sui, principatum Cõmodo dereliquit. Huius primo imperij anno Iulianus apud Alexandriam sacerdotium susc epit, Agrippino exactis duo decim annis in episcopatu defuncto. Cũ per idem tempus scholæ ecclesiasticæ, & doctoris officio præesset uir in omni eruditione nobilissimus Pantænus. Ex quo apud eos consuetudo antiquitus tradita, usq; in hodiernum permanet, diuinarum scripturarum doctores inibi scholæ ecclesiasticæ haberi, uiros duntaxat in scientia & in eruditione probatissimos.

Huius ergo officij uelut autor quidam & dux, uir (de quo supra diximus) satis illustris habebatur, quippe qui etiam in philosophis prius, qui stoici appellantur, nobiliter floruisset. Cuius tantum studij erga uerbum Dei, & tantum amoris fuisse traditur, ut etiam ad prædicandum Christi Euangelium omnibus gentibus quæ in orientis ultimis secessibus recondu ntur, fidei & deuotionis calore profectus sit, & usq; ad Indiam citeriorem, uerbum dei prædicando peruenerit. Erant enim adhuc in illis temporibus & Euangelistæ nonnulli, qui ad imitationem sanctorum Apostolorum in diuersis orbis partibus oberrantes, per gratiam dei & animi sui uirtutem, uerbum Dei & fidem Christi ignorantibus quibusq; gentibus inferebant. In quibus præcipuus & illustris Pantænus habebatur. Quem ferunt cum ad Indos peruenisset, reperisse quod Bartholomæus Apostolus apud eos fidei semina prima condiderit, & Matthæi Euangelium Hebræis scriptum literis dereliquerit: quod per idem tempus supradictus Pantænus inibi repertum detulerit. Sed & in multis præterea alijs doctrinæ ecclesiasticæ studijs apud Alexandriam, claram satis & nobilem uitam optimo & admirabili fine conclusit, tam uiua uoce discipulos instruens, quam librorum monimentis etiam posteris thesauros scientiæ derelinquens.

In huius diuinarum eruditionum scholis quã maxime efflоruit apud Alexandriam Clemens eodẽ uocabulo, quo & ille in urbe Roma Apostolorum & successor & discipulus uocitatus. Denicq; ipse hic Clemens in septimo Dispositionum libro, Pantæni tanquam magistri & præceptoris sui mentionem facit. Sed & in primo libro στρωματῶν hunc eundem designat, in eo loco, ubi enumerat, quod plures Apostolicæ prædicationis repererit uiros, hæc dicens: Mihi quidem cõmentarij huius operis, nõ ad ostentationem scribuntur, sed ad cõmemorationem senectæ, & ad obliuionis remedium, quo scilicet in his sit mihi adumbratio quædam rerum magnificarum diuinorumq; uerborum, quæ audire merui a uiris sanctis & beatis, quorum ab alio apud Achaiam, ab alio apud Syriam, ab alio uero in Oriente, & maxime apud Palæstinam institutus sum a quo-

I

Doctrinæ ueritatẽ ab ipsis statim primis autoribus Petro, Iacobo, Ioanne & Paulo traditam, tanquã patres filio cõmendauerunt.

dam ex Hebræorum origine ueniente. Ad ultimum autẽ in Ægypto magisterio usus sum uiri uirtutis & scientiæ merito omnibus præferendi: post quem uelut thesauro in absconditis reperto, aliud quærere ultra cessaui. Et illi quidem diuinæ doctrinæ ueritatem mihi, quæ sibi ab ipsis statim primis autoribus Petro & Iacobo ac Ioanne & Paulo sanctis Apostolis, tradita fuerat, tanquam patres filio cõmendarunt. Sed pauci patribus si miles filij. Tamen deo fauente per ipsos in nobis Apostolici germinis plantata sunt semina.

Ex lib. D. Hieronym. de Viris illustribus,

Pantænus Stoicæ sectę philosophus, iuxta quandam ueterẽ in Alexandria consuetudinem, ubi a Marco euangelista semper ecclesiastici fuere doctores, tantæ prudentię & eruditionis, tam in scripturis diuinis, quam in seculari literatura fuit, ut in Indiam quoq; rogatus ab illius gentis legatis, a Demetrio Alexandriæ episcopo mitteretur, ubi reperit Bartholomæum de duodecim apostolis, aduentum domini Iesu, iuxta Matthæi euangelium prædicasse, quod Hebraicis literis scriptum, reuertens Alexandriam, secum retulit. Huius multi quidem in sanctam scripturã extant commentarij, sed magis uiua uoce ecclesijs profuit. Docuitq; sub seuero principe, & Antonino cognomento caracalla.

Ex lib. 5. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 20.

VITA APOLLONII MARTYRIS, PER EVSEBIVM CAESARIEN. EPISCOPVM SCRIPTA.

COmmodo Romani regni apicem gubernante, pax ecclesijs per omnem terram propagabatur, & sermo domini ex omni genere hominum ad agnitionem & pietatem dei summi animas congregabat. Denicq; & in urbe Roma multos ex illis illustribus & prædiuitibus uiris, cum liberis & coniugibus ac propinquis, atq; omni pariter familia sociauit ad fidem.

Sed hoc non æquis oculis ille antiquus humanę salutis hostis aspexit. Continuo denicq; aggreditur uarijs nostros machinis impugnare. Primo in urbe Roma Apollonium quendam, uirum in fide nostra, & omnibus philosophiæ eruditionibus illustrem, ad iudicium pertrahit, accusatore ei suscitato quodam infelicissimo & desperatæ salutis homine. Qui, quoniam lex, quæ oblatos puniri iusserat Christianos, in delatorem prius animaduertendum censebat, a Perennio iudice, ut eius crura cõminuerentur, sententiam prius excepit. Tum deinde exhortatur beatus Apollonius martyr, ut defensionem pro fide sua, quam audiente Senatu atque omni populo, luculenter & splendide habuerat, æderet scriptam. Et post hæc secundum Senatusconsultum capite plexus est. Ita namq; a prioribus lex iniquissime promulgata censebat.

Posita est in lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 5. & 6.

VITA NARCISSI HIEROSOLYMORVM EPISCOPI, PER EVSEBIVM EPISCOpum Cæsarienſem ſcripta.

CVm decem & octo annis Seuerus tenuisset imperium, Antoninus ei filius succedit. Quo in tempore q̃ plurimi erant, qui in cõfessionibus

nibus gloriam quæsierant, Dei tamen prouidentia fuerant reseruati. In quibus Alexander confessionis titulo satis clarus, Hierosolymorum ecclesiæ subrogatur episcopus, cum supereſſet adhuc Narcissus, qui prius inibi functus est pontificatus officio.

Verum quoniam Narcissi memoriam sermo progrediens attulit, congruum mihi uidetur, aliquid de eius gestis insignibus memorare, de quo ab incolis quidem loci perplurima memoriæ traduntur. Nos uero unum opus eius memorabimus, ex quo cæteris, quæ de eo narrantur, merito fides possit adhiberi. Accidit aliquando in die solenni uigiliarum Paschæ, oleum deesse luminaribus: Cumq; id per ministros innotuisset, mœror plebi maximus fuit. Sed Narcissus fide fidens, ministris iperat haurire aquã, sibiq; deferri. Cumq; detulissent, orauit & benedixit aquam, & infundi luminaribus præcepit. Tum repente miro & seculis inaudito genere uirtutis, natura aquæ in olei pinguedinem uersa, splendorem luminũ etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autem rei a plurimis religiosorũ fratrum ex eodem deo quod uersum de aqua fuerat, reseruatũ est, ita ut ad nos usq; miraculi huius indicium peruenirent.

1 *Et benedixit aquã. Igitur benedictio creaturarum non est superstitiosa, nec nouũ inuentũ, ut garriunt hæretici, ecce accendebantur in ecclesiis luminaria contra insanias nouorum hæreticorum.*

Et in hoc quidem fidei eius ac meriti habebatur exemplum animi uero uirtus quanta in eo fuerit, alio nihilominus uno ex eius gestis opere declarabitur. Is nanq; cum inter cętera uirtutum suarum bona esset ualde cõstantis animi, & iusti rectiq; indeclinabiliter tenax, quidã homunculi nequã male sibi conscij, metuentes ne criminum suorum, si arguerentur, non possent effugere uindictam, præueniunt, & factionibus circumuenire parant eum, cuius iudicium uerebantur. Concinnant igitur aduersum eum infame satis & noxium crimen: conueniunt auditores: testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti, quæ obijciebantur confirmarent: quorum unus testis, ita non igni consumeretur, uera se dicere testabatur: alius, ita ne regio morbo corrumperetur: tertius, ita ne luminibus orbaretur. Et quamuis ne iuramentis quidem istis quisquam fidelium & deum timentium crederet, eo quod uita Narcissi & institutio ac pudicitia ab omnibus noscereturipse tamen eorum quæ mota sunt, indignitatem ac molestiam non ferens, simul & secretam ac philosophicam uitam semper habere desiderans, subterfugit ecclesiæ multitudinem, & in desertis locis atq; agellis secretioribus delitescit annis quamplurimis.

At non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculus quieſcit in longum, sed in impios ultionem per ea ipsa quę sibi in periurijs statuerant maledicta, molitur. Primus nanq; ille testis, parua ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa, cũ omni genere suo, omniq; familia, flammis ultricibus conflagrauit. Alius repente ab imis pedibus usq; ad summum capitis uertice morbo regio, quo fuerat imprecatus, repletur atq; consumitur. Tertius autem priorum exitum uidens, & oculum diuinum nõ se latuisse perspiciens, prorumpit in medium, & audientibus cunctis sera pœnitentia uniuersum concinnati sceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis cõmissi facinus deflet, & intantum die noctuq; perdurat in fletibus, usquequo luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti sui huiusce modi pœnas dederunt.

Narcissus uero cum ita desertum petisset, ac locis semet secretioribus abdidisset, ut ubinam degeret, nullus agnosceret, necessarium uisum est

episcopis ecclesiarum uicinarum,ut alium pro ipso ordinarent,cui nomẽ erat Diuus:cui,cum paruo tempore præfuisset ecclesiæ,succedit Germanion,& Germanioni Gordius: cum ecce subito uelut rediuiuus, cœloq; redditus ex improuiso apparuit Narcissus,& rursus a fratribus ad præsidendum rogatur ecclesiæ. Multo enim uehementius erga eum amor omnium fuerat incitatus,uel pro eo,q; criminosis innocens cessit,uel q; secretam & philosophicam uitam dilexit,& q; in eo compleuit dominus dicens:mihi uindictam,ego retribuam,dicit dominus.

2

Dum sanctus Episcopus Hierosolymã properat, adorãdi et sanctorum locorũ uidendi gratia,cõfunditur moderna hæresis dãnans peregrinationes longas ad sancta loca.

Verum cum ipse iam senio fessus,pontificatus ministerio sufficere non posset,Alexandrum (de quo superius memorauimus) qui cum iam esset episcopus alterius loci,diuina dispensatio in adiutorium Narcissi senis euidentissimis reuelationibus euocauit.Is nanq; Alexander ex gente Cappadocum,ubi erat præclare urbis episcopus, Hierosolymam adorandi,& sanctorum locorum uidendi gratia properauerat. Quem loci incolæ,mentes eorum instigante Deo,cum omni amore & officiositate suscipiunt,ac ui charitatis & dilectionis nexibus uinctum redire non sinunt domum. Ostendebatur enim euidenter a domino, non solum ipsi beato uiro Narcisso,sed & alijs plurimis per reuelationes in plebe,ut ipsum in loco sancto episcopum detinerent.Præterea quod supra cætera omnia magis terrificum fuit,eo die quo ingressurus urbẽ Alexander nunciatus est,& multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est,uox cẽ litus manifestissime omnibus audientibus facta est,dicens: Suscipite episcopum,qui uobis a deo destinatus est. Cumq; ex his omnibus euidenter apud cunctos fuisset dei dispensatio declarata,episcopi urbium uicinarũ compertis omnibus,quibus de eo res geri dei iudicio docebatur,residere inibi eum necessario compulerunt. Ipse ergo Alexander in epistolis suis ad Antinoitas scriptis,quæ usq; ad pręsens seruantur apud nos,meminit Narcissi tanquam socij & consortis in episcopatu, his ipsis uerbis de eo scribens: Salutat uos Narcissus,qui ante me episcopatum huius ecclesiæ regere cœpit, quiq; mecum positus, orationibus uestris centum iam & sedecim annos uitæ suæ gerit, qui & ipse uos mecum pariter deprecatur esse concordes.

Ex eodem lib. ca. 28.

Philippo autem septem annis principatu administrato, Decius succedit,Qui pro eo q; infestus esset Philippo,persecutionem ecclesijs suscitat. In qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatus,sedem sui episcopatus Cornelio dereliquit. In Hierosolymis uero Alexander episcopus rursum pro confessione Christi iudici sistitur,& uinculis carceris traditur. Quiq; cum longęuæ ætatis ueneranda canicie præfulgeret, posteaquam frequenter passionibus suis & cruciatibus glorificauerat dominum,dum de uinculis ad tribunal,& a tribunalibus reuocatur ad uincula,inter ipsa, uicissim sibi succedentia tormenta defecit.

VITÆ ET AGONES METRANI, COINTHÆ,

Apolloniæ, Serapionis,& aliorum plurimorum sanctorum uirginum & martyrum sub Deciana persecutione apud Alexandriam pro Christi nomine passorum, per Eusebium Episcopum Cæsarienſem scripti.

Ex lib. 6. historiæ Ecclesiasti. ca. 29. & 30.

Dionysius Alexandrinus Episcopus per Dacianæ persecutionis tẽpus,sicut ex ipsius epistolis uerissime comperimus,in multis sępe

confessionibus satis clarus efficitur, & pro passionum tormentorumq; diuersitate magnificus. Denicq; refertur, insectantibus se quibusdam, respondisse: Quid insectando laboratis? Caput meum, pro quo magnopere fatigamini, auulsum ceruicibus sumite, & donum magnum ad tyrannum referte. Sed & idem ipse ad Fabianum Antiochenum episcopum scribens, de his, qui sub Decio apud Alexandriam agones martyrij desudauerant, hoc modo refert.

Non ex precepto (inquit) Imperatoris apud nos persequutio sumpsit exordium, sed anno integro principalia præuenit edicta minister dæmonum, qui dicebatur in ciuitate nostra diuinus, superstitiosum contra nos exagitans uulgus. A quo multitudo succensa, nihil aliud q̄ piorum sanguinem sitiebat.

Primo ergo religiosum quendam senem Metranum nomine corripientes, iubent impia uerba proferre. Quod ille facere, cum recusaret, omne corpus eius membratim fustibus colliserunt, uultumq; & oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatibus eiecerunt, ibiq; quod in eo supererat spiritus, lapidibus eiecerunt.

Post hæc mulierem quandam nobilem Cointham nomine, ad idola perducentes adorare cogebant recusantem, imo potius execrantem, uincula pedibus innectentes, & per plateas totius ciuitatis trahentes, fœdo horrendoq; supplicij genere discerpunt. Dehinc omnes simul irruerunt p domos seruorū dei, diripientes & euertentes, atq; hostili crudelitate cuncta fœdantes, ita ut preciosioribus quibusq; direptis, si qua alia uiliora repererant, in unum congregata igni in plateis cremarent. Nostri tamen direptionem hanc bonorum suorū (sicut Apostolus de illis dixit antiquis) cum gaudio susceperunt.

Sed & admirandam uirginem longeuæ ętatis Apolloniam nomine cū corripuissent, dentes primo ei omnes effoderunt, congestis deinde lignis extruxerunt rogum, cōminantes uiuam se eam incensuros, nisi cum ipsis pariter impia uerba proferret. At illa ut rogum uidit esse succensum, paululum quid in semetipsa molitur, repente uero se è manibus proripuit impiorum, atq; in ignem, quem minabantur, sponte prosiluit, ita ut perterrerentur etiam ipsi crudelitatis autores, q̄ promptior inuenta est ad mortem fœmina, q̄ persecutor ad pœnam. Serapionem quoq; domi suæ repertum, crudelissimis æffecere supplicijs, ita ut omnes ei iuncturas membrorum prius soluentes, de superioribus eum præcipitarent. Nullum nostris iter erat per uiam, nullius plateę trāsitus indulgebatur, neq; die neq; noctu procedendi usquam libera erat facultas. Vt enim quis nostrorum apparuisset in publico, statim clamor uulgi & seditio nascebatur, ut uel pedibus traheretur, qui uisus esset, uel igni succenderetur. Verum cū hæc mala per dies singulos augerentur, subito inter ipsos persequutores rabies quædam belli ciuilis exarsit, & dum inter se seditionibus prælijsq; decertant, interim nobis paululum licuit respirare.

Sed non in longum uenia fuit. Continuo nanq; crudelissima principū mittuntur edicta, quibus tanta aduersum nos ferebatur immanitas, ut secundum q̄ prædictū est a domino, si fieri potest, scandalizarentur etiam electi. Ex quo perterritis pene omnibus, quidā ex ipsis nobilibus se sponte impijs actibus ingesserunt. Alij conuenti tantummodo nonnulli a do-

mesticis proditi, ad sacrificia execranda, & ad immundas hostias properabant. Aliqui ex his pallentes & trementes, ut magis immolari ipsi, q̃ immolare idolis uiderentur, ita ut etiam ab inspectante uulgo irriderentur, eo q̃ & ad moriendum, & ad sacrificandũ iuxta meticulosi uiderentur. Alij sanctam impudenter ad aras prosiliebant, ut & affirmare niteren tur, se nunquam Christianos fuisse. Hi erant de quibus prædixerat dominus: Quoniam pecunias habentes, difficile saluabuntur. Cæteri uero aut istos sequebantur in præceps, aut certe uertebantur in fugam. Ex quibus nonnulli comprehensi, & in carcerem missi, alij ad primam statim iudicis faciem negauerunt fidem, aliquanti paululum supplicijs toleratis ad ultimum deciderunt. Hi uero qui beati effecti sunt, tanquam columnę fortissimæ domini ipsius spiritu confirmati, pro fidei suę merito uirtute a domino percepta, admiranda deo & angelis martyrij sui spectacula prębuerunt.

Quorum primus uenerabilis Iulianus podagra constrictus, ita ut nec incedere, nec stare posset, cum his qui eum in sellula portabant offertur. Quorum unus quidem statim negauit. Alius uero nomine Eunus, cum Iuliano sene in domini Iesu Christi confessione perdurat. Qui iubentur camelis impositi, per omnem circunduci ciuitatem, & flagris hinc inde uerberantibus, populo inspectante laniari, usquequo finem uitæ in ipsis uerberibus ponerent.

Sed uir quidam militaris, cum assisteret, & quosdam uolentes etiam mortuis illudere cadaueribus prohiberet, clamor repente aduersum eum totius uulgi extollitur. Offertur iudici fortissimus miles iam domini, & nusquam se inferior factus, in confessione persistens, capite pro pietate damnatur. Alius quidam uir nominis sui Macarius, gente Libycus, cum multis uerbis a Iudice ad negandum suaderetur, & eo maiore constantia fidem suam profiteretur, uiuus ad ultimũ iubetur exuri. Epimachus quoq; atq; Alexander, cum multo tempore & in uinculis, & in cruciatibus carceris torti, etiam frequenter diuersis supplicijs confecti, perdurassent in fide, ignibus ad postremum consumi iubentur. Sed & mulieres cum ipsis quatuor. In quibus Ammonaria sancta uirgo: aduersum quã iudex summa contentione utebatur, & immensis eam atq; exquisitis cruciatibus affligebat, eo maxime, q̃ eius sententiam uincere cupiebat, quia laudabili uoce decreuerat, nihil se prorsus eorum, quæ sibi contra fas imperabantur acturam: quæq; Statuti sui tenax, ad ultimum capite punitur. Secunda uero fuit uirgo, Mercuria nomine. Anus uenerabilis, & fœcundissima in filijs, sed quos nõ prætulit Christo, Dionysia, & alia Ammonaria. Quę dum nimia utuntur constantia apud iudicem, & ille uinci erubesceret a fœminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, finem omnium ferro cædente suscipiunt.

Heron quoq;, & Arsinus, & Isidorus Ægyptij, cum puerulo annorum quindecim Dioscoro, iudici offeruntur. Et primo omnium puerulũ Dioscorum tanquam pro ætate facile flecti, ante uerbis post etiam uerberibus agit. Quem cum in nullo sibi cedere uideret, ferocius eum cruciare contendit. Tum deinde cęteros uarijs tormentis dilanians, cum pari modo constantia fidei uideret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorum uero puerum, q̃ sibi constanter & sapienter in omnibus respondisset, admiratus,

ratus differri præcepit, sperans eum pro ætate pœnitudinem gesturum. Quod non tam tyranni miseratione, q̃ domini prouidentia ita gestum est. Nunc enim nobiscum est Dioscorus, a deo nobis concessus ad consolationem & firmamentum populi sui. Nemesius quoq; etiam ipse Ægyptius, primo per calumniam quasi latro delatus est. Quo crimine abluto, post hæc quod Christianus esset defertur. In hoc uero nulla a iudice moderatio reseruatur, sed geminatis supplicijs excruciatum, cum latronibus iussit incendi, ignorans q̃ crudelitate sua optimo martyri Saluatoris similitudinem detulit, qui pro salute humani generis una cum latronibus pertulit crucem.

Turma autem quædam in unum conuenerat militum, inter quos Ammon, & Zenon, & Ptolemæus, & ingenuus & grandæuus Theophilus. Qui tribunalibus astantes, cũ quidam Christianus a iudice torqueretur, & iam pene ad negandum declinaret, dirumpebantur intra semetipsos, & uultu, oculis, ac nutibus, uelut erigere conabantur illum, qui in supplicijs positus trepidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reli qui corporis motibus ac habitu diuerse inclinati, tanq̃ subleuare lapsantis animos gestiebant. Cõuersi uero ad eos, omnes, & quid de semetipsis profiterentur, ex eorum motibus agnoscẽtes, prius penè q̃ in eos uulgus clamoribus insiliret, ipsi in medium prorumpunt, ac sese Christianos esse testãtur. Tunc uero uersa uice ex eorum confidentia persecutoribus terror, nostris constantia animi accrescit: dum hi, qui per tormenta uinci putabantur, sponte se cruciatibus offerunt, & ab his quod illi pro terroribus inferebant, uelut pro quadam specie uoluptatis expetitur, deo ita triumphante per sanctos suos.

Sed nec Scirionis opus memorabile, fas est silentio præterire. Is nanq; cum rem cuiusdam potentis sub mercede procuraret, iubetur ab eo idolis immolare. Recusans, cogebatur iniurijs: persistens, rursum blanditijs mulcebatur. Cum uero utrunq; contemneret, præacuta sude ualidissime transuerberatus per media uiscera, neci traditur. Quid uero memorem, quantæ multitudines in desertis & in montibus oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestijsq; consumptæ sint? qui omnes imitati electos dei prophetas, gloria martyrij coronati sunt. Denicq; & uenerandus senex Chæremon (episcopus hic erat urbis Ægypti, quæ dicitur Nilopolis) cum ad Arabicum montem una cum grandæua coniuge discessisset, nulli ultra apparuit. Et cum ad perquirendum eum plurimi fratrum frequentissime processissent, perscrutatis omnibus locis, nec ipsos ultra quisquam, neq; corpora eorum potuit inuenire. Hæc autem non frustra cõmemoraui frater Charissime, sed ut scias quãta apud nos a sanctis martyribus ad dei gloriam gesta sint.

Et post pauca addit etiam hæc, dicens: Isti igitur diuini martyres, qui cum Christo in cœlestibus sedent, & regni eius participes sunt atq; iudices, qui cũ ipso de lapsis fratribus iudicant, isti (inquam) ipsi susceperunt lapsos, & pœnitentiam conuersionemq; eorum non respuerunt, scientes q̃ deus noster, cuius ipsi erant martyres, non uult omnino mortẽ morientis, sed conuersionem eius & pœnitentiam quærit. Si ergo isti susceperunt quosdam, & in ecclesia statuerunt, in oratione quoq; eis & in cibo cõmunicauerunt, quid nos facere uultis fratres? Quid nobis agendum putatis?

1

Quod hic Eps haberet coniugem grandæuam non te moueat, quia erat sub Ecclesia Orientali, cui non fuit impositũ iugum continentiæ ab uxoribus, quæ ante sacerdotium fuerant ductæ, sed in uoluntate non in necessitate uniuscuiusq; positum uellet ne abstinere ab eis uel non. Vide Histo. Tripar. cap. 14.

Vel in promotione sua de cõsensu uxoris promiserat continentiã, alioqui nõ fuisset ordinatus Eps. Lege Synodũ Arelatẽsem. 4. ca. 2. et Tertiã can. 1.

Nonne sequi nos eorum sententias & iudicium conuenit, atque erga eos quos illi miserati sunt, non existere crudeles & truces? Non puto quod ex pediat nobis sententias eorum in irritum reuocare, miserationes infringere, benefacta turbare, & recte religioseq; instituta uiolare.

Hæc Dionysius de lapsis faciens sermonem. Quo tempore Nouatus Romanæ Ecclesiæ presbyter, elatione quadam tumidus, spem penitus eis salutis ademerat, etiam si digne pœnituissent. Ex quo & princeps hæreseos extitit Nouatianorum, qui ab ecclesia separati, superbo nomine se metipsos καθαροὺς ideſt, mundos appellarunt. Ob quam rem concilium sacerdotale celeberrimum in urbe Roma cõgregatum est, episcoporum quidem sexaginta numero, presbyterorum quoq; totidem, cũ diaconis plurimis. Præterea etiam per singulas quasq; prouincias de hac re magna deliberatione habita, decretis significatur, quid facto opus esset. Statuitur ergo, Nouatum quidem cum his, qui eum mentis elatione tumidum sequerentur, quicq; ad inhumanam istam, & nihil fraternæ charitatis seruantem sententiam declinarent, alienũ esse ab ecclesia: eos uero, qui lapsi in certamine fuerant fraterna miseratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos.

Est oratio. 20. in ordine orationũ eiusdem.

VITA SANCTORVM MACHABÆORVM, PER D. GREGORIVM NAZIANZENVM SCRIPTA.

1 *Festiuitas Machabæorum antiqua.*

QVid autem Machabæi? Horum enim præsens est festiuitas, qui licet minus honorantur à plerisq;, q̃ non Christi certarunt gratia; omnibus tamen ueneratione sunt digni, q̃ ob leges paternas fortiter egerint. Cũ enim ante Christi passiones martyrium sustinuere, quid facturi erant, si post Christum persecutionem pertulissent, ac illius pro nobis mortem imitati fuissent? Qui enim sine hoc exemplo tanta eminuere uirtute, quomodo non generosiores apparuissent, si cũ exemplo periclitati fuissent?

Proinde licet sermo iste mysticus sit, & absconditus, mihi tamen, ac omnibus Dei amatoribus admodum credibilis existit, neminẽ, qui ante Christi aduentum martyrio decessit, id sine Christi fide assecutum esse. Verbum enim, quod postea temporibus proprijs libere prædicatum est, ijs etiam, qui mente puri fuerunt, antea cognitum extitit; quemadmodũ ex multis liquet, qui ante illud honorati fuerunt. Non igitur despiciendi sunt, q̃ tales ante crucem extiterint; sed propter crucem laudandi, ac honore, qui ex sermonibus prouenit digni: non ut ijs gloria inde augeatur, nã quo pacto eorum gloria crescere posset, quorũ res gestæ tam glorioſum quid habuerunt? sed ut glorificentur laude digni, uirtutem q̃ æmulentur audientes, memoria, tanq̃ stimulo, ad similia incitati.

2 *Annuis festiuitatib' & panegyribus honorabantur septem Machabæi.*

Cæterum quales nam hi fuere? aut unde, quaue sub initium institutione, & disciplina impulsi, ad tantum uirtutis, & gloriæ fastigium sunt progressi? ut annuis his festiuitatibus, ac panegyribus honorarentur. Nam quod maior q̃ rerum uisibilium de eis opinio in omnium residеat animis, id liber dei ijs cõscriptus discendi cupidis, & studioſis ostendit. Qui etiam docet rationem passionibus imperare, dominamq; esse, siue ad uirtutem

inclinet,seu malitiã. Sanè & alios liber ille martyres celebrat, inter quos 3
& horum meminit certaminum. Mihi uerò hoc tantum dixisse sufficiat, *Laudat librum Ma-*
Eleazarum primitias tulisse inter eos, qui hic ante Christum sunt passi, *chabæorum.*
quemadmodum post Christum Stephanus. Vir sacerdos,& senex,canus capillis,canus & prudentia,prius quidẽ pro populo sacrificabat, & orabat,nunc autem semetipsum hostiam obtulit Deo perfectissimam. Purgationem plebis uniuersæ,dextrum certaminis proœmium,adhortatioq; loquens,& tacens. Adduxit autem & filios septem,institutionis suæ indicia,hostiam uiuentem,sanctam,beneplacitam Deo,omni legali sacrificio splendidiorem,& puriorem. Siquidem legitimum est, & iustissimum, ut filiorum præclarè gesta patri referantur accepta. Pueri autem illi generosi,& magnanimi,generosq; matris germina generosa,glorioſi ueritatis certatores,Antiochi temporibus excelsiores,Mosaicæ legis discipuli genuini,patriarum consuetudinũ obseruatores diligentes. Numerus apud Hebræos laudabilis, & propter septenariæ quietis mysterium uenerabilis, unum spirantes,ad unũ respicientes,unicum uitq; iter scientes,ut pro Deo mortem sustinerent, non minus animis fratres q; corporibus, inter se de morte æmulantes. Proh miraculum,tormenta tanq; thesauros præripientes,sub magistra lege pericula pro alijs subeuntes,quæ nõ magis ingruentia formidabant,q; cessantia quærebant,unum hoc declinantes,ne tyrannus eos punire differret,ac quidam ex eis incoronati discederent,inuitiq; à fratribus separarentur,& mala uictoria superarent,ac nequaquã in patiendi periculum inciderent. Mater ibi erat animosa,& generosa,puerorum simul,ac Dei amatrix,cuius materna uiscera ultra naturę dilaniabantur rationem. Non quia eam filiorum miseraretur cruciatus, sed quod timore augeretur,ne paterentur. Neq; magis desiderabat abeuntes,quam optabat ut residui alijs adijcerentur. Et horũ quidem rationem habebat maiorem,quam eorum,qui iam decesserant. Nam horum certamen anceps erat,at illorum dissolutio secura. Et hos quidem iam Deo conciliauerat,illos autem ut Deus acciperet,curabat.

O' Anima uirilis in corpore muliebri. O' specimen admirandũ,& magnanimum. O' sacrificij illius Abrahamici,nisi forte maius quid audendũ sit. Ille enim promptè unum obtulit,licet unigenitum,& qui ex promissione erat,& ad quem promissio pertinebat; & quod maius erat,quod non generis solum,sed & talium sacrificiorum primitiæ,& radix constitueretur. At illa totum filiorum populum sacrificauit Deo,tam matres, quam sacerdotes, uictimis in iugulationem promptis exuperans. Holocaustis rationalibus,sacrificijs se urgentibus. Illa ubera ostendebat,& filijs enutritionẽ in memoriam perducebat. Caniciem prętendebat,senectutemq; pro supplicatione subijciebat; non ut salutem quæreret,sed ut passionem moueret,nec mortem,sed dilationem periculum esse censebat. Nil eam flectebat,nihil emolliebat,nil audaciam eius minuebat. Non tormentorũ instrumenta exposita,non rotę expeditæ,non catapultæ,non ungularum acies ferrearum,non enses,quorum acies iam subigebatur,nõ lebetes feruentes,non ignis incensus,non tyrannus minans,nõ populus urgens,nõ genus inspiciens,non membra dilacerata,non carnes dilaniatæ,non sanguinis riui fluentes,non iuuentus,quæ consumebatur,nõ mala præsentia, non quæ expectabantur; sed & periculi prolongatio,quæ alijs in talibus

grauissima esse solet, illis erant leuissima; spectaculo enim oblectabãtur, & passionibus ferè moram innectebant. Ita uaria tormenta illa, tanquam nullius essent momenti, contemnebant. Quin etiam persecutoris sermones multiformes, conuitiantes, cõminantes, blandientes despiciebant. Quid enim ille non tentabat, ut quod sperabat assequi posset?

Insuper & puerorum ad tyrannum responsiones tanta sapientia, ac generositate erant refertæ, ut si cuncta aliorum bona in unum fuissent congesta, parua tamen essent, si cum illorum fortitudine essent collata. Imo fortitudo eorum parua fuisset, si cum prudentia eorum in sermonibus cõparata esset. Quin & solis illis contigit, ut ita paterentur, ac interim cõtra minas persecutoris, & terrores imminentes adeò sapienter responderent. Quibus tamen pueri generosi, uel parens generosior nequaq; uincebantur. Cum uerò ipsa omnibus superstes extitisset, ac animi dolorem cum amore temperasset, pulchram parentationem illis seipsam exhibuit. Eos enim subsecuta est, quos paulò ante præmiserat: Et hoc quonam modo? Sponte ad periculum processit. At cum quali oratione funebri? Pulchri sanè puerorum ad Tyrannum sermones existunt, pulchrorum q; pulcherrimi. Et cur non? Cum quibus se instruebant, & Tyrannum feriebant. At matris longè fuere pulchriores. Primo quidem consolantes, postea uero funebres. Quinam igitur puerorum sermones fuere? Bonum enim est, ut & uos illorum reminiscamini, ut quemadmodum certaminis habetis exẽplum, ita etiam sermones de martyrij laude in talibus habeatis temporibus. Erant autem aliorum alij, & secundum quod unumquenq; uel persecutoris sermones, aut periculorum ordo, aut animæ armabat alacritas, & si typo effingere licet, tales erant.

Nobis Antioche, ac circunstantes omnes, unus Rex Deus est, à quo facti sumus, & ad quem conuertimur; unusq; legislator Moses, quẽ haud prodemus, seu offendemus. Non per pericula uiri, ob uirtutem exantlata, ac miracula multa, etiam si alius adhuc Antiochus nobis minaretur, te etiam truculentior. Vna autem nobis securitas est mandati obseruatio, & ut legem, qua muniti sumus, haud quaq; præuaricemur. Vna gloria omnẽ aliam gloriam præ illa contemnere. Solæ nobis sunt diuitiæ, quæ sperantur. Nihil autem terribilius, q; à Deo aliquid timere. Cum his considerationibus sumus instructi, ac ita armati. Cum tali tibi iuuentute est contro uersia. Dulcis equidem mundus hic est, dulce & solum patrium, necnon amici, & cognati, coætaneiq;, ac templum istud magnũ, & nomine tam celebre, ac panegyres Patriæ, & mysteria, reliquaq; cuncta, quibus nos ab alijs differre uidemur: non tamen dulciora sunt Deo, ac periculis, quæ propter honestatem sustinentur. Nec tu hoc cẽseas: Alius nobis est mundus longè rebus uisibilibus sublimior, & stabilior. Patria alia Hierusalem superna, quam nullus Antiochus obsidebit. Et quia fortis est, & inexpugnabilis, nullam timet desolationem. Cognati uerò nobis sunt inspiratio, & qui secundum uirtutem sunt nati. Amici autem prophetæ, ac Patriarchæ, à quibus nobis & pietatis est typus. Coætanei uerò qui hodie nobiscum periclitantur, & fortitudine sunt contemporanei. Panegyres autem Angelorum tripudia, mysteriumq; unum magnum, ac maximum, & à multis absconditum Deus: ad quem & hæc respiciunt mysteria. Desine igitur nobis parua, & indigna polliceri; non enim honorabimur inhone-

stis,neq; lucrabimur damnosa,quoniam nō tam infeliciter negociamur. Desine etiam minari; aut contra minabimur: tuam impotentiam,& nostra argue supplicia. Habemus & nos ignē,quo persecutores puniamus. Existimas tibi certamen esse cum gentibus,ac ciuitatibus? necnon regibus effœminatissimis? Ex quibus hi quidem uincent,illi autem fortassis superabuntur. Verum nequaquā eis de talibus periculum imminet. Contra Dei legem aciem instruis,contra tabulas à Deo insculptas, contra paterna ratione,& tempore honorata,contra septem fratres unica anima colligatos,septem te trophęis infamaturos. Quos uincere nequaq; magnum est,ab illis uerò superari turpissimum. Illorum genus sumus, & discipuli, quos igni columna,& nubis in uia deduxit: quibus mare diuisum est,& fluuius substitit,& sol stetit,& panis pluuia descendit: quorum manuum extensiones orationis gratia factæ multa milia in fugam conuerterunt: à quibus feræ superabantur;& quos ignis non tangebat;ac à quibus reges generositatem admirantes,abstinebant. Dicemus & aliquid tibi cognitum. Eleazari mystę sumus,cuius fortitudo tibi est comperta. Prior pater certauit,nunc filij succedunt. Prior abijt sacerdos,nunc subsequentur sacrificia. Multis nos terres,sed multo plura ferre sumus parati. Et quid ò superbissime,minis tuis nobis facere poteris? num persuadebis? At nihil fortius est ijs,qui omnia ferre sunt parati. Cur moramini lictores? cur cūctaminis? Cur mandatum tam egregium expectatis? Vbi enses? ubi uincula? celeritatem exopto. Maior ignis accendatur,bestiæ efferentur,tormēta augeantur,omnia sint regia,& ambitiosa. Ego primogenitus sum: primum me sacrifica. Ego nouissimus,ordo mutetur. Sed & è medijs quidā inter primos existat,quo ęquis partibus inter nos honoremur,sed parcis. Expectas ue fortuitum quid,aut contrarium? Sępe,ac iterum eundem repetemus sermonem. Nequaquā immunda comedemus, nec offeremus. Tu prius nostra uenereberis, q̄ nos tua colemus. Summa sermonis, aut crudeliora adhuc excogita tormenta,aut hæc à nobis contemni scias. Et hæc quidem ad Tyrannum.

At quibus inter se adhortabantur? qualiaq; de seipsis spectacula exhibebant? q̄ fuere pulchra? q̄ sacra? omnicq; uisione,ac auditione,Dei cultoribus suauiora? Ego enim recordatione solum uoluptate impleor,ac cogitatione cum certantibus uersor,enarrationeq; exornor. Amplectebantur se mutuo,& à collis pendebant. Panegyris erat,ac si certaminibus initiarentur. Eamus fratres ad pericula, clamabant, eamus, urgeamus nos dum excandescit Tyrannus. Nil nos emolliat,ut salute plectamur. Conuiuium nobis propositum est precioſissimū; nequaquā illud negligamus. Pulchrum est fratres cohabitare,conuiuium celebrare, ac una congloba ri. Pulchrius uerò pro uirtute periclitari. Quòd si possibile esset,corporibus etiam pro legibus certassemus patrijs; sed & mors ista inter laudabilia existit. Verùm quia tempus hoc non admittit, corpora exhibeamus. Etenim si nunc haud morimur,num ideo nunquā occumbemus? num generationi debitum suū non reddemus? Ex necessitate gloriam faciamus, dissolutionem cauillemur,quod cōmune est, proprium faciamus, morte uitam comparemus. Nullus igitur è nobis animæ curam gerat,nec pusillanimis existat. Tyrannus postquā in nos incidit,de aliorum transgressio ne desperet, periculis ordinem ipse statuat, nos nihil in promptitudinis

feruore dissentiamus, primusq; aliis uia existat, nouissimus uero certaminis signaculum. Hoc nobis cunctis pariter infixum sit, quod cũ perpetua domus nostræ laude coronabimur; Et quod persecutor nullam è nobis partem accipere poterit; ut quemadmodũ de omnibus gloriatur, ita unica intumescat prauitate. Non minus transmigratione, q̃ generatione, inter nos fratres appareamus, omnesq; tanquam unus periclitemur, & pro omnibus singuli. Eleazare, suscipe: mater subsequere: Hierusalem mortuos tuos magnificè sepelito. Si sepultura carebimus, posteris nostra referto; sed & amatoribus tuis religiosum unius uteri sepulchrũ ostende.

4 *Ecce magnificam sepulturam.*

Et illi quidem talia dicebant, & faciebant, & aprorum instar, dentes inter se acuentes, in ordine ætatis, & promptitudine qualitatis confortabantur, uoluptatiq;, ac miraculo erant contribulibus suis: terrori autem, & stupori persecutoribus, qui cum totam gentem subegissent, adeò septem fratrum unanimitate sunt superati, ut nec spem meliorem haberent de aliis. At mater generosa, cum illi uirtute tot essent, ac tales, animal inter legem, & magnanimitatem medium, eousq; gaudio pariter, ac timore perfusa erat, in medioq; duarum passionum campo constiterat, gaudij ob uirilitatem, & ea, quę uidebantur; Timoris uerò propter ea, quę imminebant, ac pœnarum immanitatem: & tanquam auis pullos, cũ serpens adrepit, aut aliud quid insidiatur, circumuolabat, circumgemebat, supplicabat, simul certabat; & quid nõ faciebat, quod ad uictoriam consequendam deseruiret? sanguinis guttas rapiebat, membrorum detruncationes colligebat, reliquias adorabat, cum uno loquebatur, & hunc offerebat, alium uero præparabat. Omnes autem ita alloquebatur; Euge filij, euge optimi mei, euge in corpore constituti, corpore ferè cassi. Euge legis, ac caniciei meæ defensores, necnon ciuitatis, quæ uos aluit, & ad tantam uirtutis gloriam prouexit. Adhuc parum, & uicimus. Fatigantur tortores. Hoc timeo solum; adhuc parum, & ego felicissima inter matres ero, uosq; beatissimi inter filios. Sed matris desiderio teneminí? At nequaq; uos derelinquam. Hoc uobis promitto, non enim ita natos odi.

5 *Reliquias adorabat. Ergo non inconuenit sanctorum martyrum adorare reliquias, ea scilicet adoratione q̃ ueneratio dicitur, & magnis uiris debetur cuiusmodi adorationẽ exhibuit Nathã propheta Regi Dauid, non autem ea adoratione quæ soli deo conuenit, de qua scribitur, Dominum deum adorabis, & illi soli seruies.*

Postquam autem defunctos uidit, ac securitatem ex complemento est assecuta, caput admodum lætè cum magna sustulit constantia, non secus ac ij, qui in Olympiacis uincunt; manibusq; extensis magna & splendida uoce: Tibi, inquit, ò pater sancte gratias ago, tibi lex magistra, necnon pater noster Eleazare, qui ante filios tuos decertasti, q̃ meorum in partu dolorũ fructum accepi, quodq; mater facta sum omnibus matribus beatior. Nihil mundo reliqui; omnia Deo tradidi, thesaurum meum, spemq; meam senilem. Quàm magnificè sum honorata, q̃ abunde senectutis mercede perfruor, nutrimenti impensam nobis filij remitto, cum ita nos pro uirtute decertasse uideo. Omnes coronatos conspexi, tanq; benefactores intueor tortores; sed & partem deest, quin me Tyranno ob seruatum ordinẽ gratias habere fatear, quòd me ultimata periculis reseruauit, quod sobolem meam decertantem uidi, & cum unoquoq; filio depugnaui. Ita enim secura cum sacrificijs digrediar, non comas delacerabo, non uestem discindam, non carnem unguibus secabo, non luctum instaurabo, non præficas conuocabo, non in tenebris me occultabo, ut aer mecum fleat, non cõsolatores expectabo, nõ panem luctus apponam; talia enim ignobilium sunt matrum, & quæ carnis tantum sunt parentes, quarum filij ui-

tam sine digna aliqua finiunt relatione. Mihi uerò nequaquã mortui estis ò filij charissimi, sed copiosum fructum produxistis. Nõ me reliquistis, sed præcessistis. Non defloruistis, sed solidati estis. Non fera nos rapuit; non unda absorpsit; non latro iugulauit, non morbus dissoluit, nõ bellum assumpsit, nõ aliud quid paruum, aut magnum, quod hominibus accidere potest. Flerem equidem, & ualde quidẽ, si tale quid uobis accidisset. Lachrymis tum ostẽderem quòd filiorum amatrix essem, quemadmodum nunc lachrymas repello. Parua hæc adhuc existunt. Verè uos deplorarẽ, si male saluati fuissetis, si à tormentis uicti essetis, si quis uos superasset, quemadmodum nunc superati sunt persecutores. Iam uerò superstitibus uobis laus, gaudium, gloria, tripudia, ac lætitia mihi accrescit. Ego enim post uos immolabor. Cum Phinea collocabimur: cum Anna glorificabimur; præterq; q ille unus erat, nos uerò tot scorticidæ, non corporũ, sed animarum fornicationem confodientes. Et hæc quidem unum à Deo datum, illumq; nuper genitum: ego autem uiros septem, eosq; uoluntarios sacrificaui. Hieremias funebrem mihi suppleat sermonem, non lugens, sed mortem laudans beatam. super niuẽ splendetis, super lac coagulati estis, super Saphirum compositio uestra, Deo, qui uos nasci fecit, ac mihi tribuit. Et quid amplius? Appone & me, ò Tyranne, filijs, siqua apud inimicos gratia est, quò certamen tibi sit uenustius. Vtinam & per omnia transeam supplicia, ut cruorem meum sanguini, & carnes meas seniles illorũ admisceã carnibus. Amo propter filios tormenta. Quòd si hoc denegas, puluis saltem puluere iungatur, unumq; nos excipiat sepulchrũ. Ne inuideas æqualis honoris mortem ijs, qui gloria sunt æquales. Valete ò matres, ualete ò filij, ita enutrite eos, qui è uobis nascuntur. Pulchrum uobis certandi exemplum præstitimus.

Talia dicebat, ac seipsam filijs adiungebat. Sed quo nam modo? Ad rogum accẽsum, tanq; sponsum adcurrit, huic enim adiudicata fuerat: nec ducentes expectauit, ne corpus sanctum, & generosum corpora tangerẽt polluta. Sic Eleazarus sacerdotio est perfunctus ecœlestibus initiatus, et initians. Ac Hierusalem haudquaq; externo, sed proprio emundauit sanguine, diemq; nonissimum, mysterium quoq; fecit nouissimum. Ita etiam filij iuuentute sunt defuncti; non quod uoluptatibus seruirent, sed quod passiones refrenarent, ac corpora sanctificarent, ad uitamq; transferrent impassibilẽ. Sic mater fœcunditate sua fructum accepit, sic uiuentes adornauit, & cum decedentibus quieuit. Quosq; mundo genuerat, illos obtulit Deo; ac dolores suos certaminibus annumerauit, partusq; consequentiam mortibus manifestam reddidit; à primo quidem filio usq; ad nouissimum, ijs, quæ fuere certaminis. Et quemadmodum in aquarum inundatione contingit, sic et uirtutem aliam super aliam ostendit, ad passionẽq; adeò promptior erat periculis corroborata prioribus, ut tyrãno gratum fuerit, q non plurimorum mater esset: immo confusus, & uictus discessit, ac primum tum didicit, quod non omnia armis subigi possent, cum pueros inermes adortus fuisset, qui sola pietate armati essent, & qui omnia potius pati, q quæ ille iubebat facere parati erant.

Hoc septem sacrificio securius, & magnificentius fuit, nequaq; enim necessitate est persolutum, quemadmodum ibi promissionis feruore, ac uictoriæ factum est desperatione. Verum oblatio ista spontanea fuit, &

quæ ſolum mercedem haberet ſperanda. Sed nec Danielis certaminibus hoc fuit ignobilius. Qui cum in cibum datus eſſet leonibus, manuum extenſione feras deuicit. Immo nec in Aſſyria pueris poſterius, quos Angelus refrigerabat in igne, quoniam legem ſeruabant patern am, nec cibum tangere uolebant pollutum & prophanum. Quin nec certamen hoc gloria ſua miraculis illis, quę poſtea pro Chriſto ſunt exantlata, inferius fuit. Illi enim, quemadmodum in ſermonis dicebam principio, Chriſti ſequebantur ſanguinem, & Deus talium certaminum ductor erat, qui tãtum, ac tam admirandum pro nobis obtulit precium. His uerò haud quaquã multa, neq; talia uirtutis fuere exempla. Horum uirtutem uniuerſa admirata eſt Iudæa, & tanq; ipſa coronata eſſet, exultabat, ac geſtiebat. Certamen enim hoc maximum fuit ex ijs, quæ unq; in ciuitate illa fuere decertata. Neceſſe enim erat, ut in die illa lex uel ſolueretur, uel glorificaretur; Eratq; res tum quaſi ſub nouacula poſita; & ad uniuerſum. Hebræorum gentem illorum pertinebant certamina. Sed & Antiochus ita ſtupore eſt percuſſus, ut minas uerteret in admirationem (nam hominum uirtutem & hoſtes quoq; admirari norunt) cum ira deferbuiſſet, et res per ſeipſam fuit expenſa; adeò ut infecto negocio abiret, multis patrem Seleucum ob honorem genti, necnon magnificentiam templo impenſam, laudãs, multis quoq; Simonem, qui eum adduxerat, inculpans.

6 *Tam ſermone quam opere oſtendere conuenit quod eſt optimum.*

Proinde hos nos, ò ſacerdotes, matres, & filij, imitemur. Sacerdotes quidem Eleazari honorem patris ſpiritalis, qui tam ſermone, q; opere quod optimum eſſet oſtendit. Mulieres uero generoſe matris illius gloriam, quo uerè filiorum amatrices eſſe uideantur, ac Chriſto fœturam ſuã offerant, nuptiaſq; per talia ſanctificent ſacrificia. Filij autem, ut ſanctos illos uenerentur, ac iuuentutem nequaq; in turpibus conſument affectibus, ſed in certaminibus contra paſſiones initis, & ut contra aſſiduũ Antiochum generoſe pugnent, qui contra membra cuncta decertat, illaq; multipliciter inſectatur. Cupio enim pugiles habere, qui omnis tẽporis, omniſq; ſint modi, uniuerſum hominum genus, ac ætatem omnem, quæ uel palam oppugnatur, uel cui clanculum tenduntur inſidiæ, illamq; uetu ribus adiuuare narrationibus, adiuuare & nouis, ac undiq; apiculæ inſtar, utiliſſima colligere, inaluearij unius fœturã, & ſuauitatem: quò tam per uetuſta q; noua in nobis glorificetur Deus, qui in filio, & ſpiritu glorificatur, qui ſuos cognoſcit, & à ſuis cognoſcitur, confeſſus, & confitens, glorificatus, & glorificans in ipſo Chriſto, cui ſit gloria in ſeculũ. Amen.

ITEM ALIA VITA SANCTORVM SEPTEM MACHABOEORVM PER D. IOANNEM CHRYSOSTOMVM *Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcripta.*

Habetur Tomo primo operũ eius fol. 551



7 *Laudat præclarã diẽ ſanctorũ Machabœorum, de eorum lumine coruſcantem.*

QVam ſpecioſa, & grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus ſplendidior hodierna prefulget, non de uſitatis ſolis radijs illuminata pclarius, ſed de lumine martyrum, ſupra corus cum fulgoris micantem illuſtrata ſublimius. Multis etenim ſolibus illuſtriores ſunt martyres, & magnis luminaribus clariores. Propterea hodie ſi dici poteſt, cœlo ipſo ornatior terra lętatur. Sed in hac cõparatione

non

non attendas cinerem sanctorum corporum, nec fauillam reliquiarū carnis, omniaq; ossa consumpta temporibus, sed aperi oculos fidei, & uide eos diuina uirtute, & gratia spiritus sancti amictos, & diuini luminis claritate radiantes. Hi ergo ipsi de superno solis circulo in terram radij Christo emittente iaciuntur, & a corporibus eorum prosilientes coruisca luce fulgoris, sicut speciem ecclesiæ gaudentis illustrant, ita faciem diaboli inuidentis obcæcant. Nam ut audaces latronū duces siue impij sepulchrorum effossores, si forte dum prædas agunt, aut spolia capienda conquirunt, in arma uel ornamenta imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum, tamen ita agnitis regis insignibus deterrentur, ut fugiant, neq; cominus accedere, uel attingere audeant. Vnde sibi non cōpendium procedere, sed periculum prouident imminere, si quid inde audeant usurpare: Ita profecto & dęmones, qui uere latronū & principes, & magistri sunt, ubi coronatorum martyrum corpora uiderint posita, longe illico a conspectu eorum pauidi fugiunt, & absiliunt. Non enim ad naturam eorum intendunt, sed in arcanam dignitatem, & gloriam Christi, qui in agone certantium induta corpora martyrum suorū, sicut arma portauit. Huiusmodi enim armis non angelus, non archangelus, nō ulla alia creaturę uirtus induta est, sed ipse dominus uirtutum, & angelorum, sicut Paulus clamat, dicens: Si experimentum quæritis, prælianti in me Christi. Pretiosa enim sunt corpora martyrum: quoniam plagas pro domino susceperunt. Et quia stigmata propter Christum membris suis impressa ferunt, & sicut corona regalis undiq; decorata fulgores uarios emittit: ita & sancto rum martyrum corpora, sicut pretiosis lapidibus acceptis pro Christo uulneribus distincta, omni regum diademate pretiosiora & spectabilia redduntur. Et illi quidem secularium spectaculorum prędides, siue arbitri, quos Græci agonothetas uocant, proponentes certamina, magnum muneris ambitum esse existimant, quando iuuenes, & robustos luctatores in stadium introduxerint, unde prima ostentatione miraculum spectatoribus præbeant studio. Hoc uero spirituali in agone nō ita est, sed omnia e contrario. Agonem enim proponens Christus, non talem, qualem illi terreni agonothetæ, sed horribilem & plenum timoris. Nō enim hominū contra homines luctamen, sed hominum aduersus dæmones pugna est.

Tale ergo certamen nobis proponens Christus, non iuuenes exercitatos ad luctamina athletas, sed primęuos adolescentulos, & cum ipsis senem Eleazarum, simulq; mulierem anum matrem septē adolescentium uult considerare. Quid hoc noui est? quid paras inutilem & adhuc tenerā in bellum, in harenam, uel prælium ducis ætatem? quis enim ante hanc diem uidit, uel audiuit mulierem in ultima senectute positam dimicasse, & terribilem mortis adijsse cōflictum? Nemo huiusmodi factum audiuit unquam. Sed ego, inquit, admirabile hoc, & nouū, quod neq; auditu aliquando perceptum est, ipsis operibus demonstrabo. Non enim talis ago notheta ego sum, ut certaminis exitium in aliqua certantium uirtute constituam, sed ipse assisto luctantibus, & auxilium præbeo, & manum præbeo athletis meis. Et quod ex propria arbitrij libertate susc ipiunt, de bonę uoluntatis affectu, ut pro legibus meis, & nomine meo dimicent, id in uictoriam ipsis procedere, mei est auxilij.

Ergo cum uideris mulierem annis confectam, senio tremulam, baculo

8

Hoc deberent in sanctis martyribus contemplari moderni hæretici, quod si facerent, non effunderent ineptias quas solent.

9

Radij ex sanctorum martyrum corporibus prosilientes, Ecclesiā gaudentē illustrant, & diabolū inuidentem excæcant.

10

Vide mirum, Dæmones sentiunt uirtutē ex sanctorum corporibus prodeuntem, & pauidi ab eorum conspectu fugiunt, et hæretici nostri illam contiteri nolunt.

11

Quid quæso excelsius, quid dignius dici posset pro uenerat ione corporum martyrum, & sanctarum reliquiarū eorundē? Et unde sit eis tanta dignitas.

indigentem induci,& congressum prælio passionis dissoluere crudelem tyranni furentis insaniam, & de incorporibus uirtutibus triumphantem, & diabolo prævalentem,& facile uires illius concidentem cũ potestate maiore,admirare diuini agonothetæ gratiam,obstupesce ad intuendam Christi uirtutem, cuius athletæ non corporis robore, sed fidei uirtute luctantur.Infirma eorum natura,uel uetus est,sed quæ eos unxit gratia,potens est.Resoluta sunt corpora senectute,sed solidatæ sunt mentes desiderio pietatis.Non est sensibilis hæc pugna,neq; insensibile certamen. Noli ergo istos athletas extrinsecus considerare, sed ingredere sensu rationabili ad interiorem eorum habitudinem:conspice fidei eorum fortitudinem, ut intelligas, quoniam qui contra dæmones pugnat,non robore corporali,neq; ualida compage membrorum indiget,nec de ætate iuuenili fiduciam sumit:sed & si tener adhuc adulescentulus in flore primq; uo agit, & si senex ad extremas ætatis suæ metas peruenerit,animam uero fortẽ habeat & corroboratam fidem,nihil de ætate,uel modica,uel extrema ab effectu certaminis impeditur. Et quid dico senem & iuuenem? quando etiam mulieres expeditæ ad hæc prælia cucurrerunt,& illustres coronas adeptæ sunt? Nam illi extranei nobis,ideſt,mundani agones,& ætatis,& formæ,& generis dignitatem requirunt. Vnde & seruis,& mulieribus,& senibus,& pueris ad eos aditus denegatur:isthic uero apud nos omni personæ,omnique ætati,& utriq; sexui indiscreta facultate studium patet,& agonis adeundi cõmune ius,& una libertas est,ut prompta omnibus sine inuidia bonitate,ineffabilem Saluatoris nostri uirtutem cognoscas,& Apostolicum sermonem opere confirmari uideas: Quia uirtus in infirmitate perficitur. Quando enim pueri,& senes supra naturam ualent,& internis uiribus modos ætatis extendunt,euidenter operantis in ipsis gratia manifestatur.

Et ut plenius appareat, quia infirmitas athletarum nostrorum, quæ in exteriori est,clariores faciat esse uictores,& senem, & pueros relinquentes,infirmiorem ipsis producamus in medium mulierem,illam anum,& septem puerorum matrem. Nam labores partuum non uel modice huic certamini impedimento sunt. Quid ergo eius prius aut potius mirabimur? quod ex natura infirmum,aut quod de ætate habuit prælijs inutile & immaturum,aut necessariq; compassionis affectum? Mater enim erat, unde facile eam potuisset in tormentis uiscerum suorum uincere materna pietas,nisi diuina pietatis altior uirtus uirili fide anile pectus armaret. Magna etenim hęc impedimenta sunt ad eum cursum,cuius intentio summa indiget patientia.Ego uero & aliud his maius habeo dicere,quod & uirilem mulieris fortitudinem, & callidam diaboli uersutiam consideretis. Quid autem hoc est,diligenter inspicere debetis.

Immundi dæmonis maligna calliditas,non primam eam traxit in agonem,sed post filios eam duxit in prælium.Qua causa hoc? Ob hoc utiq;, ut præuenientibus in conspectu eius septem filiorum supplicijs,deijceret sensum eius,cum uirtutem mentis in matre fregisset,uaria crudelitate propositis ei spectaculis orbitatis suæ,cum iam eneruatam,& consumptam maternis doloribus facile uinceret,& in ruinã mentis impelleret.Ne ergo hoc consideres,q; illata sibi tormenta tolerabant: sed illud magis contẽplare, q; mater per singulos eorum duriores sustinebat dolores. Et hoc

quod dicitur, bene norunt quæcunq; pariendi dolores expertæ sunt mulieres, & matres factæ sunt. Nam sæpe & mater, si uideat filium suum febribus æstuare, ita perturbatur, ut ardores illius in sua cupiat membra transferri, & mutata in se si possit ægritudinis uice, transfundere in filium sanitatem suam. Ita omnibus domesticis malis eas, quę de filijs malis acciderint, erumnas grauiores existimant, & intolerabiles fiunt, quę matris sunt. Sicut ergo uera in cunctis matribus talis affectio, ita profecto manifestum est, quia mater illa grauius in supplicijs filiorum puniebatur, q̄ si ipsa pateretur: & maior erat passio in uisceribus matris, q̄ in corporibus filiorum. Si ergo unius filij̄ nunciata est ægritudo, auditu solo uiscera materna turbantur, Hic autem non unum tantum filiorum chorum uno tempore pariter interfici uidens mater, nec absens per auditum suscipiens passiones eorum: sed præsens oculis hauriens uulnera omnium, quos pepererat, quid non patiebatur? Quomodo nō excidit mente, unumquenq; horum spectans horribilius, & diuersis pœnarum ingenijs cruciari, & per incisiones membrorum tam crudeli, q̄ lenta morte consumi? Quomodo tam ferali spectaculo non dissilierunt uiscera eius, & desumpto corpore anima excussa est? Quomodo non & prima filij̄ passione in ipsos ignes, quibus filius cremabatur, insiluit, ut simile, uel deterius filiorum spectaculum compendio mortis euaderet? Nam & si sapiens esset, sed mater erat: & si amans deum, sed carnem portabat: & si prompta esset fide, attamē fœmineum sexum gerebat: & si zelo diuinæ pietatis prōpta ferueret, sed & maternæ affectionis uinculo memor partuum tenebatur. Si enim nos, qui uiri sumus, frequenter cum uidemus reum perforum duci, refrenato ore in mortis damnationem, & eum trahente carnifice, de solo eius aspectu frangimur, eum tamen sufficientem habemus consolationem ex ipsa conscientiæ securitate, qua ab illius pœna mortis discernimur: facile metiri possumus quid illa pertulerit, quę non reum aliquem & extraneum, & damnatione cōmerita duci uidebat, sed septem filios simul in una die, nō ista morte consumi, sed uarijs laniatos pœnis uidebat interfici. Si enim lapidea quidem fuisset, & si uiscera adamante compacta gessisset: ita forte potuisset inconcussa durare, & nihil eorum sentire, quæ mulierem, & matrem perpeti, uisa ipsa naturæ, pietatisq; cogebat. Denicq; cogita, quomodo admiremur Patriarcham Abraham, q̄ filium suum offerens deo, ipse unxit in apparatu hostiæ manus eius, pedesq; constringens, & eum paterna manu immolandum altari imposuit, & sapienter conferens: tunc uidebis quanta mulieris huius uirtus extiterit.

O amarissimū illud, simul & dulcissimū matris spectaculum: ò amarissimū quidem propter naturā affectionis humanæ, & propter ipsorum faciem tormentorum: dulcissimū uero propter uirtutē fidei, qua delectabatur domesticarū spectaculo passionum: quo impiam sacrilegi regis crudelitatem confessio gloriosa uincebat. Vnde fortissima illa mater nō frangebatur spectaculo orbitatū suarū, sed confortabatur: quia non profluentem eorum sanguinē aspiciebat, sed magis ad coronas eorū, quę texebantur in cœlis intenta gaudebat. Non uidebat ad receptaculum temporale cauari petram sepeliendis, quia prouidebat æterna ædificari tabernacula coronandis. Non considerabat circunstantes populos, quia uidebat adstantes angelos. Oblita est dolores partuū suorum, contempsit naturam

sexus sui, nec memor etiam senectutis, ipsam quoq; naturæ tyrannidem animo superante calcauit: naturæ (inquam) tyrannidem, quæ & bestiarũ feritatem subigere consueuit. Sæpe enim difficiles capi beluæ, per amorẽ tamen suæ sobolis capiuntur. Dum enim natorum suorũ dilectionẽ uitæ suq; præferunt, ita affectu pietatis incautæ in manus incidunt uenatorum: qui prius catulos eorũ uenantur, ut per affectionis captiuitatẽ perueniant ad capturam parentũ. Nullum est animal, nec ita infirmũ, quod non pro filijs suis defensandis robur assumat: neq; ita mansuetum, quod abreptis catulis non irritetur, & aduersus rapientem quanta potest uirtute desæuiat. Sed istam totam ipsam, & per homines rationabiles, & per animalia irrationabilia pari iure porrectam, atq; diffusam naturæ tyrannidem fidei uirtute dissoluit: & non solum non insiluit capiti sæuientis tyranni, neq; lacerauit faciem eius, ut bestia uidens catulos suos diripi: sed tantã magnanimitatem fidelis animi omnẽ philosophiam supergressam monstrauit, ut immolationem filiorum suorum præpararet hortatu suo, & ingereret persecutori. Et cum adhuc priores punirentur, residuos ad æmulationem eorum exhortantibus uerbis in palæstra passionis iungebat.

Audiant hæc uniuersæ matres, & æmulentur uirilem mulieris huius fortitudinem, & ueram circa filios dilectionem, & secundum illam septẽ martyrum matrem nutriant filios suos. Non enim educatio filiorum hæc naturæ est, sed educatio matres facit: hæc enim uoluntatis est. Et ut discas, quia non pariendo tantum, sed magis bene nutriendo fit mater, audi beatissimũ Paulum, quo modo honorificet & coronet uiduam: non propter partum, sed propter educationem bonam filiorum, dicens enim: Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, testimonium habens in operibus bonis, ut horum bonorum laudem consummaret, adiecit: Si filios enutriuit: non dixit, si peperit. Quid ergo æstimabimus illam mulierem pertulisse, si tamen mulierem istam dici oporteat, cum uideret in filiorum membris uiscera sua cruciari, alterius auulsos a suis manibus digitos super prunas ignium spargi, & unius caput clauis configi, alterius capiti cutem detrahi, & totum corpus extracta pelle nudari, & eum qui talia patieba tur stantem fortiter, insuper & ipsi tyranno pœnas æternas uoce libera cõminantem? Quomodo mater hæc expectans eleuauit uultum suũ, & os aperuit, & linguam mouit in uerba, non in uerba materni doloris affectu mollia, sed uerba uirtutis? Quomodo nõ recessit a carne anima eius? Quo modo? ego dicam. Non enim in terrena præsentia intendebat, sed in futura cœlestia præparabatur, in his omnibus filiorum suorum prælijs & tormentis unum timebat, ne cuiquam tyrannus parceret, & inuidia diaboli soluto certamine, triumphantium scinderetur chorus filiorũ eius, ne quis eorum sine corona maneret. Et quoniam hoc timebat, minimum eorũ, qui iam solus agoni supererat, tantum quod non manibus apprehendens in ignem ipsa incensum impulit: ueruntamen pro manibus eum uerbis exhortationis impulit, & armauit eum magna trepidatione pietatis, uoce patria obsecrans eam, ne callidi persecutoris sequioribus crudelitate blanditijs emollitus, euelleretur a fratribus glorioſis, & concertantium imarcessibilem coronam uictus amitteret. Nos citra dolorẽ alienas ærumnas audire non possumus, sed illa proprias & domesticas passiones citra dolorem intuebatur. Hæc non negligenter, neq; in ambustione audiamus,

sed

sed unusquisq; eorum qui audiunt, in filijs suis totam hanc rem sibi depingat, in corde suo proponens uirtutem eorum, quę dicimus, de suis affectionibus metiatur: quāuis nec ita possit, quia naturales passiones sermo non potest explicare, experimentis autem tantum percipi potest humanę affectionis expressio.

Quam bene igitur ad eam matrem congruit sermo ille propheticus, ut post septem filiorum coronas dicamus, Tu autem sicut oliua fructifera in domo dei. Nam Olympiacis spectaculis, cum innumerabiles sæpe conueniant luctatores, unum tantummodo manet corona uictorem: isti uero de septem fratribus septem emicuerunt coronæ. Et quā mihi ostendis regionem ita fertilem, quem nidum tam numerosa prole fœtosum? Nunquid similes habuit parturitiones mater filiorum Zebedæi? Gloriosa quidem & ipsa Apostolorum mater, esse duorum tantum. Septem uero martyres nescio unquam unum protulisse uterum, & ipsam eis matrē gloriæ sociam in consortio passionis appositam: & quidem nō una: neq; simplici adiectione meritorum atq; uirtutum. Nam filij eius septē martyres erant, tantum autē corpus matris appositum est. Corpus quidē erat unum, septem uero martyrum legio implebatur in matre. In qua dilata est gloria passionis, & corona martyrij, in ea omnium uirtus & gloria cō fluebat: quia per unumquenq; filiorum suorū passa est, & quoniam illos ipsos tales ipsa perfecit: hæc ecclesiam nobis integram martyrū peperit, septem filios enixa sublimiter, quorum neminē peperit terræ, sed omnes cœlo, magis autem regi cœlorum, cui omnes eos in uitā peperit æternā.

Ergo callidus omnis malitiæ machinator diabolus, ultimā eam duxit ad certamen, ea causa, quā supra exposui, ut uirtute eius fracta, & in spectaculo filiorū per tormenta morientium debilitata, facile postea debellaret afflictam. Si enim sæpe sanguinis humani fusionem uidentes homines, consueuerunt pauore percelli, & non modicę curationis eguerunt, ut & deficientem uitam resumerent, & labantem animā reuocarent: tantos illa uidens sanguinis riuos, non ex aliena, sed de filiorum suorū carne manantes, quod non sustinuit, aut quā perturbationem mente suscepit? Itaq; diabolus, ut supra dixi, propter quod eam post filios suos, quasi perfractam orbitatibus, & facile uincendam in ultimū certamen induxerat, id totum in contrarium sibi cecidisse persensit, & muliere per hæc ipsa, quibus uincendam putauerat, uincente confusus est. Maius enim cōfirmata mater exemplis filiorū, aggressa est certamen. Quamobrē per orbitates suas non fracta est, sed fortior facta est. Non enim iam reliquerat sibi pro quibus angeretur, uel quibus timeret, ne forte infirmitate fraudarentur coronis, sed omnes, sicuti unum reponens promptuarium, ad supernos præmittens triumphos, & ad inconcussa perennis gloriæ regna, gaudebat, confidens de cætero, & secura cū magnanimi uoluntate. Et sicut coronæ quædam pretiosissimis lapidibus cōpositæ eminentem gemmā: ita carnē suam choro filiorū coaptans, ad desiderabilem Iesum pullos suos, ut aquila subsequens euolauit, magnū nobis relinquens solatium atq; consilium, per id, quod in semetipsa opere passionis probauit. Quod filijs ualido sermone persuaserat, ut corroborata anima, & sublimi sensu instructa, audeat omnes ingredi passiones, & omnia siue tormentorum, siue discrimi num uisibilium dura contemnere. Quis enim uir, quæ mulier, quis senior,

aut quis iuuenis, de cætero ueniam possit accipere, aut excusationē habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanæ, si propter Christum sibi pericula uideat inferri: quando mulier senectute confecta, & tantorū filiorum mater, & ante tempus gratiæ congressa, sustinuit multis uirorū per idem tēpus metu mortis inclinatis in sacrilegia perfidiæ, nec dum in domini Saluatoris aduentu extincto peccato, necp morte deuicta, tantis animis & tanta uirtute, tantas propter deum pœnas sustinuisse cernitur, & uicisse cognoscitur, ut euangelicam perfectionem in temporibus legis impleuerit?

Vnde hæc ergo omnia cogitantes, & mulieres, & uiri, & iuuenes, & senes exēplum agonis huius, tantorumcp in filijs, in matre luctaminū, sicut in tabula, ita in corde uestro describite, assidua uobiscum exercitatione meditamini. Contra omnē spiritualium inimicorū armaturam illius patientiam proponamus ad inuictę uirtutis exēplum, ut isthic æmulantes fortitudinem sanctorum illorum, similiter illis eorum coronam possimus adipisci. Quantam illi patientiam in periculis corporalibus ostenderunt, tantam nos in passionibus irrationalibus continentiam demonstremus: idest contra iram & auaritiam, uel inanis glorię concupiscentiam diuino timore muniti, sensibus repugnantes, & cōsilia diaboli destruentes in nobis. Si enim cupiditatum ignes uicerimus, sicut illi tyrannidis ignem uicerunt, poterimus iuxta ipsos & matrem eorum, pari gloria constituti similes haberi. Potens autem est deus ut prestet nos omnes per eandem fidem ad parem gloriam peruenire: per charitatem & gratiam domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo est deo patri regnum, gloria, cum spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Est Epistola eiusdem sine titulo. 98. in ordine Epistolarum.

ADHVC DE MACHABEIS EX D. BERNARDO ABBATE.

12

Vide quantopere timebant sancti noua in Ecclesia introducere, & a priscorum patrum sententijs recedere. At nunc hæretici quicquid ex suo capite excogitant, imo somniant statim ad plebeculas afferunt, & quasi sit Euangelium extollunt.

QVod per fratrem Hescelinum tua charitas a mea paruitate quæsiuit, inde iam ad me scripserat Fulco sparnacensis abbas. Cui ego nil rescripsi: uolēs si quam forte super hoc reperissem patrum sententiam, ipsam potius ei transmittere, quam nouum uel nostrum quippiam respondere: qua non facile occurrente, iam quod sentio ego sic interim utrique respondeo, ut quodcunque forte rationabilius quilibet uestrum super eadem quæstiuncula quando uel legerit uel audierit, uel certe ipse senserit, mihi uicissim impartiri non negligat.

Quæris itaque quid nam uisum patribus fuerit, ut solis ex omnibus antiquis iustis singulari quodam priuilegio Machabęis annuam celebritatem pari cum nostris martyribus ueneratione decernerent in ecclesia solenniter exhibendam. Si dixero dignos merito martyrum gloria iudicatos, quibus non impar fuit in martyrio uirtus, erit forsitan solutum, cur ipsos, sed necdum plane cur solos, cum & alios nonnullos ex ueteribus pari constet zelo pietatis occubuisse, non tamen pari & tripudio recoli meruisse. Quod si illis non imerito huiuscemodi negatur solennis celebritas, quia nimirum quod præbuit uirtus, præripuit tempus: cur non eadē fuit in Machabęis consideratio? Siquidem & ipsi pro tempore non ad cœli

mox gaudia, sed ad inferni tenebras descenderunt: ne tunc quippe apparente primogenito ex mortuis, qui aperiret credentibus regna cœlorum, agno uidelicet de tribu iuda, qui aperit, & nemo claudit: ad cuius introitum cum omni auctoritate supernis potestatibus diceretur: Tollite portas principes uestras, & eleuamini porte æternales, & introibit rex gloriæ. Proinde si congruum uidetur cum gaudio recolere transitum, qui gaudij non fuit, caueatur & in istis. Aut si istos ob suæ uirtutis meritum festiuo prosequi fauore placet: cur non itidem deferetur & illis?

An dicendum est utrosque quidem in morte communem habuisse cū martyribus pietatis causam, sed non etiam utrosque pariter eādem cum illis adeptos fuisse martyrij formam? Vniuersis nempe tam ueteris quàm noui testamenti martyribus æque conuenit pro iustitia occubuisse: sed interest q̄ isti passi sunt, quia illam tenebant, illi quia non tenentes reprehendebant. Isti q̄ eam non desererent: illi q̄ deserentes perituros esse asserent, Et ut breuiter totum in quo differunt, proferamus, hos cultus, illos zelus iustitiam martyres fecit. Soli ex ueteribus Machabæi, quia non solum causam sed & formā ut dixi noui martyrij tenuerunt, iure fortasse in ecclesia cum nouis ecclesiæ martyribus eandem consuetæ celebritatis gloriam assecuti sunt: Instar quippe martyrum nostrorum libare & ipsi dijs alienis, patriamque deserere legem, imo mandata dei transgredi cogebantur renuebant, & moriebantur. Non sic Esaias, non sic Zacharias, non denique uel magnus ille Ioannes Baptista ita mortuus est: quorū primus serra fertur scissus fuisse, secundus inter templum & altare legitur occisus, tertius in carcere decollatus. Si quæritur æquibus, ab iniustis & impijs. Siqua causa, pro iustitia & pietate. Si quomodo, non tam eas confitendo quam proponendo. Proponebant ueritatem odientibus eā: ueritas pariebat eis odium, & odiū mortem. Licet iniusti & impij, non tam tamen in illis pietatem persequebātur, q̄ se repellebant, nec tam in illorum iustitiam ferebantur, q̄ propriam tuebantur iniustitiam Aliud est. aliena inuadere: aliud defendere sua. Non est idipsum nolle sequi ueritatem, & persequi, inuidere credentibus, & increpantibus indignari: obturare os confitentium, & redarguentium stimulos nō ferre patienter. Denique misit Herodes & tenuit Ioannem. Quamobrem? Quia Christū prædicabat? Quia uir bonus erat & iustus? Imo propter hoc reuerebatur magis illum, et audito eo multa faciebat. Sed quoniam arguebat Herodem Ioannes propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui: ideo uinctus, ideo & decollatus est: passus quidem & ipse pro ueritate: sed quam zelare uideretur, non negare cogeretur. Hinc est q̄ hæc ipsa tanti martyris passio, multorum etiam longe minorum festiuitatibus minus festiue recolitur. Profecto si tali ratione & ordine passi fuissent Machabæi, ne ulla quidem fieret de eis mentio. Nunc autē quoniam similes illos fecit martyribus christianis non dissimilis ueritatis cōfessio, merito eos similis prosequitur & ueneratio.

Hæc moueat sane, q̄ quemadmodum martyres nominatim & ipsi p̄ Christo minime passi sunt, quia non interest siue sub lege pro legalibus obseruantijs, siue sub gratia p̄ mādatis euangelicis quis patiatur. Vterq̄ enim æque pro ueritate, ac per hoc pro Christo, qui dixit: Ego sum ueritas, pati cognoscitur. Itaq̄ plus contulit Machabæis in hac parte marty-

rij genus,quam uirtus:quando ne hos quidē ex patribus,quos pari constat uirtute illo in tempore pro iustitia decertasse,pari etiam honore concelebrat prę̄sens dumtaxat ecclesia. Puto quod arbitretur indignū quantumlibet laudabili morti, quæ Christi mortem præcederet, diem festum impendere,præsertim cum ante illam salutiferam passionem, non festiua gaudia,sed claustra tenebrosa quosq; morientes exciperent. Sanè Machabeos ideo (ut dictum est) excipiendos iudicauit ecclesia: quoniam quod eis negabat tempus; contulit martyrij genus. Nec solum ipsos,sed & qui forte uitæ iam in carne manifestantæ mortem sua morte præuenerunt,siue morientes in ipsa,sicut Symeon & Ioannes Baptista: siue etiam pro ipsa,sicut Innocentes:quos alia ratione licet ad inferos & ipsi descenderint,ritu nihilominus solenni ueneramur. Et Innocentes quidem,quoniam iniustum profecto fuit innocētiam pro iustitia morientem ulla uel præsenti gloria defraudari. Ioannes quoque sciens q; a diebus suis regnū cœlorum uim patitur,unde & clamat: Agite pœnitentiam,appropinquabit regnum cœlorum:simulque uidens uitam se protinus secuturam,mortem lætus excepit. Quod utique ab ipso domino moriturus sciscitari solicitus fuit,ac certificari meruit. Nam cum per discipulos eum interrogasset: Tu es,inquiens,qui uenturus es,an alium expectamus? post enarrata plura miracula audiuit: Et beatus qui non fuerit scandelizatus in me. In quo nimirum uerbo significauit se dominus moriturū: & tali morte quæ posset Iudæis esse scandalum; gentibus stultitia. Ad hanc uocem sponsi gaudens amicus sponsi alacri animo præcessit: quo & illum in proximo esse uenturum,iam dubitare non potuit. Porrò qui lætus & tam lætus potuit mori,putauit & letam sibi memoriā promereri. Sed et senex ille tam plenus uirtutum q; dierum:morte iam propinqua uitam baiulans in manibus aiebat. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbū tuū in pace,quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Ac si diceret. Securus descendo in carcerem,qui tam præsto meam sentio redemptionem. Et hic ergo,qui cum tam secura iocunditate,& iocunda securitate moritur, merito in ecclesia celebrari cum gaudio memoratur. Cæterum illa, qua ratione mors festiua reputabitur, quam nulla gaudiorum festiuitas commutatur? Aut unde gaudium sumeret moriturus, qui se & ad infernales descendere tenebras certus erat:nec certi quippiam secum ferebat,unde in proximo de sui liberatore consolaretur?

Inde est,q; unus sanctorum cum audiret: Dispone domui tuę,quia morieris tu,& non uiues,conuertit se ad parietem,et fleuit fletu magno,atq; ita impetrauit exosæ mortis aliquam dilationem. Hoc denicq; & miserabiliter plangebat dicens: In dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi. Et paulo post; Non uidebo,inquit,dominum deum in terra uiuentiū: Non aspiciam hominem ultra,& habitatorem quietis. Hinc & alius quidam: Quis mihi hoc,ait,tribuat ut in inferno protegas me,& abscondas me donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Israel quoq; ad filios aiebat: Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Quid in his solennis lætitiæ,quid festiuæ celebritatis apparet? Nostri autem martyres cupiunt dissolui & esse cū Christo, certi ubicunque est corpus,illo sine mora congregatum iri & aquilas. Mox inquam,ibi exultant iusti in conspectu dei,& delectantur in lætitia. Ibi ibi beni-

13 *Sancti noui testamenti ut ex hoc seculo migrauerint uident deum,& sunt cū Christo. Quod nota cōtra Hæreticos id negantes.*

benignissime Iesu; ibi statim, ut de hoc seculo nequam sanctus quisq; eripitur, adimpletur lætitia cum uultu tuo. Vna ibi uox iubilo resonat sempiterno, uox una exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Nunquid hoc decantare libebat apud inferos sedentibus in tenebris & umbra mortis: dum non erat qui redimeret, neq; qui saluum faceret, quando nec dum uisitauerat nos oriens ex alto, primitiæ scilicet dormientium Christus.

Merito igitur ecclesia, quæ gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus nouit, quos pares iudicat ex uirtute, discernit tamen ex tempore: nec pari putat prosequendum obsequio, & transitum ad uitam, & descensum ad inferos. Itaq; martyrium facit causa, tempus genusq; discernunt. Tempus quippe Machabęos a nouis martyribus disiungit, coniungit antiquis, genus uero nouis aggregat, segregat a ueteribus. Et hæ quidem in ecclesia præmissis ex causis differentiæ obseruantur. Cæterum apud deũ uniuerso cœtui sanctorum commune est, quod sanctus ait propheta: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Vnde autem pretiosam dixerit, exponat nobis: Cum dederit, inquit, dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini filij merces fructus uentris. Nec putemus solos martyres esse dilectos, cum recolamus dictum de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit. Denicq; beati mortui, qui in domino moriũtur. Non soli qui pro domino, sicut martyres, sed & qui in domino moriuntur, sicut confessores, profectò beati sunt. Duæ proinde res mihi uidentur mortem facere pretiosam, uita, & causa: sed amplius causa, cq; uita. Porrò illa erit pretiosissima, quam & causa commendat, & uita.

VITA SANCTORVM QVADRAGINTA MARTYRVM PER D. BASILIVM Cæsareæ Cappadociæ Episcopum scripta.

Tomo primo operum folio 128.

QVis modus aut quę satietas martyrum memoriam prosequendi erit, illi præsertim, qui eorum amore ac charitate magnopere tenetur? Nam honor in bonos a conseruis collatus, beneuolentiæ significationẽ apud communem dominum habet. Palam est enim, quemadmodum is qui generosos homines ac fortes cum honore exceperit, in simili, si forte contingat occasione, imitari nõ dedignabitur: Venerare igitur legitime martyres, ut egregiæ tuæ uoluntatis te testem adducas, ac demum sine persequutione, sine igne, sine uerberibus ac plagis, eodem cum illis præmio dignus habearis. Nobis hodierna die non unum propositum est celebare, neq; duos, neq; decem, sed uiros quadraginta: qui unam in diuersis corporibus animam retinentes, in una conspiratione & concordia fidei, eandem erga res arduas constantiam, & pro ueritate stabile propositum ostenderunt. Omnes inter se similes, pares sententia, pares certamine, Quamobrem & parem coronæ gloriam sunt promeriti.

1 *Vide hæretice quantum honorẽ amplissimus hic pater sanctis martyribus tribuat.*

2 *Pari certamine parẽ coronæ gloriam sancti martyres sunt promeriti. Ecce ergo meritum in sanctis.*

Quæ digna laus, quæ sermonis copia his poterit adhiberi? Non enim linguæ quadraginta ad prosequẽdam talium uirorũ uirtutem sat fuerint.

Nec solum multitudo tanta, phalanx militaris, cuneus insuperabilis, æq; & in bellis inexpugnabilis, ac in laudibus inenarrabilis. Sed horum unus tantum, si legitime fuerit oratione commendandus, nostram facile uim ingenij sermonisq; facundiam superabit. Igitur in medium eos per commemorationem adducentes, ad communem omnium hic astantium utilitatem cõstituere, palamq; omnibus, quemadmodum in pictura, fortia illorum facta reddere conabimur. Nam magnifica in bellis gesta, & oratores sæpe numero, & pictores pulcherrime demonstrant. Hi oratinne illi tabulis describentes atq; ornantes; amboq; plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim sermo historiæ per inductionem prębet, eadem & pictura tacens per imitationem ostendit. Sic & nos martyrũ uirtutem commemorantes, uos astantes excitabimus, ac uobis sub aspectum ipsorum facta reducentes, eos qui sunt animo aliquantulum generoso, ac ipsis uoluntate propinquiores, facile ad imitandum accẽdemus. Hæc est enim martyrum uera laus, alios ad eorum uirtutem æmulandam inuitare. Non enim encomiorum legibus, aut eorum, quæ in genere demonstratiuo experiuntur, sermones de sanctis ullo modo seruiunt. Quoniam qui laudant cæteros, ex mundi huius rebus materiam usurpare solent: quibus autem mundus crucifixus est, quomodo ex eo quicq;, quod ad laudem faciat, mutuari poterit? Non erat his sanctis una patria, alius aliunde uenerat. Quid igitur sine patria dicemus eos? aut orbis ciues? Sicut enim in Symbolorum collationibus, quæ oblata sunt communia existunt omnium conferentium: sic & in his beatis cuiuslibet patria communis omnium erat: & omnes e diuersis terrarum locis tanquam ex uno duxerant omnia cõmunia. Sed quid opus terrestres memorare patrias, cum liceat quę iam illis uera patria sit nosse? Patria igitur horum martyrum, dei ciuitas est, cuius autor atq; conditor ipse deus. Hæc est superna Hierusalem, quæ libera est, quæ est mater Pauli, & omnium ei similium. Genus autem humanum aliud alij, Genus uero spirituale, unum omnibus omnino. Communis nanq; eis pater deus, & fratres omnes, non ab uno & una descendentes, sed ex adoptione spiritus in unam cõcordiam inter se per charitatem conuenientes. Chorus paratus: conuentus maximus eorum qui ab initio deum laudant: non sigillatim congregati, sed cumulatim dispositi.

Quis autem dispositionis modus? Hi magnitudine corporis, & ętatis flore, ac uirtute, cæteris omnibus pręcellentes, ad militares ordines regendos promoti sunt. In tantam quoq; Imperatoris dignationem uenerunt, ut ob bellorum experientiam, & animi fortitudinem primas apud tum obtinerent. Vbi uero iniquum præconium, edictumq; omnibus denuntiauit, ne quis Christum profiteretur, propositaq; omnia pœnarum genera confitentibus: multa quoq; a iudicibus iniustis ira & feritas prodit: multæ tendebantur ubiq; insidię, doli, delationes: ignis insuper paratus, ensis in promptu, crux affixa, bothrus, rota, flagella. In tanta igitur fidelium turbatione, nonnulli fugiebant, alij succumbebant, alij fluctuabant, quidam ante certamen solis minis absterrebantur: alij ubi coram uidebant intentator cruciatus, consternabantur: alij certamen ineuntes, deinde usq; ad finem laborum durare nequeuntes, pugnam ac periculum detrectabãt, & uelut in pelago naufragantes, quæ uirtute patientiæ parta multorum

annorum secum in naui uehebant, per impatientiam amiserunt. Tunc igi tur hi quadraginta inuicti & generosi Christi milites, cum præfectus Imperatoris literas ostendisset, & obedientiam requireret, libera uoce, audacter ac fortiter, nihil exijs, quæ uiderant exemplis expauescendo, sed minas omnes contemnendo, in medium procedentes, se se Christianos esse fassi sunt. O beatas linguas, quæ sacram illam uocem emiserunt, quam aer quidem excipiens sacer est factus, angeli audientes plauserunt, diabolus uero cum dæmonibus magnam accepit plagam, dominus postremo in cœlo descripsit.

Igitur horum quilibet in medium procedens: En, ait, Christianus sum. Et uelut in stadijs qui ad certamen prodeunt, dicunt sua nomina, & in locum pugnæ describuntur: sic & hi tũc nobilitatis generisq; ac dignitatis propriæ obliti, tantum seruatoris sui professi sunt nomen, quod omnes ordine fecerunt. Ex quo facta est omnium una appellatio. Non enim talem ac talem, sed christianos omneis se clamantes. Hoc itaq; cernens præfectus, anxius ac dubius erat, an blãdis uerbis uel potius minis eos ad obtẽperandum deduceret. Primum quidem ipsos, si quomodo a pietate destinata posset auertere, dulci aggreditur sermone: Nolite, inqt, iuuenes ætatem perdere uestram, neque intempestiuam mortem cum dulci hac & amœna uita commutare. Absurdum nanq; eos, qui in bellis sunt assueti fortia gerere facta, morte prauorum hominum perire. Post hęc pecuniam pollicebatur, honores ex Imperatore, dignitatesq; ac ordines militiæ primos offerebat. Cum his rebus nihil proficeret, aliud genus aliumq; modum tentauit: plagas, mortes, pœnas intolerabiles ostẽdit. Et hic quidem talia. Martyres uero qualia?

Quid, inquiunt, muneribus tuis nos demulcere studes dei hostis, ut discedamus a deo uiuente, ac dæmonibus pernitiosis seruiamus? Putas ne tantum te daturum, quantum eripere contendis? Tua respuo dona, quæ nocumentum mihi conciliant, non accipio honorem unde mihi nascetur ignominia. Pecuniam da quæ permaneat ac continuo duret, gloriã quæ semper floreat. Me Imperatoris facere familiarem, sed me a uero rege alienare quæris? Quid enim hæc minima, quæ tu uocas magna, ex mundo polliceris: cum mundus uniuersus a nobis despiciatur? Non sunt omnia, quæ uideri possunt, spei paria, quam continuo retinemus. Vides hoc cœlum, ut aspectu pulchrum, ut magnum, & terram quanta est, quot ue in ipsa mirabilia? Nihil horum iustorum fœlicitati ac beatitudini æquipe rari poterit. Illa nanq; uelociter transeunt, hæc continuo durant. Vnam tantum iustitiæ palmam expecto, circa unam gloriam, quæ in regno est cœlorum, solicitor. Honoris superni cupidus sum, pœnas uarias gehennæ metuo. Illius ignis mihi formidolosus. Nam ignem eum, quem uos nobis intentatis, conseruus est. Nouit & ipse uereri eos, qui idola contemnunt. Sagittas infantium uestras plagas existimamus. Corpus enim cędis, qđ eo clariorem assequetur coronam, quo magis tibi resistet. Si uero defecerit, eo citius a iudicibus uiolentis solutum abscedet, qui quoniam corporum dominium accepistis, etiam animabus dominari contenditis: & nisi deo nostro præferamini, non secus indignamini, cũ si ad extremum usq; a nobis uituperemini, & hac ratione horrenda hæc supplicia intentatis, ut pietatem nostram culpabilem reddatis. At nacti estis non meticulo-

sos, nec huius uitę cupidos, nec qui facile consternantur. Pro charitate, proq; fide in deum, & in rota poni, & cruci affigi, & flammis uri, ac omnibus demum modis torqueri parati sumus.

Vbi uero hæc audiit barbarus ille ac superbia tumidus, audaciam ac loquendi libertatem minime ferens, furore percitus modũ considerare cœpit, quo mortem eis acerbissimam prolixamq; pararet: inuenit tandẽ. Audite itaq; rem quam duram sit cõmentus. Animaduerso ille regionis naturã salebrosam & collibus præruptam esse, ac brumæ tẽpus instare: obseruauit in qua maxime parte frigus uehemens, ac boreæ flatus horridior esset. Iussit omneis nudos sub dio in media ciuitate congelandos mori. Nostis autẽ fratres dilectissimi omneis, qui hyemis horrores estis experti, quod sit genus hoc pœnę. Non enim nosse licet, nisi ijs qui exemplis similibus periculũ fecerunt. Corpus in primis frigore prostratũ, primum in pallorem concreto sanguine uertitur: deinde turbatur et fremit, dentes frendunt, uenæ contrahuntur, adeoq; & totũ corpus cõstringitur. Dolor insuper quidam acutus, & labor inenarrabilis per medullas penetrans, intolerabilem facit sic frigore concretis dolorẽ. Deinde in acutũ tendit, ut ab igne, cũ summa cremantur. Ab extremis nanq; corporis partibus consequens uapor, & ad interiora ac penitiora confugiens, quedã unde absistit mortua reliquit: nonnulla uero ad quæ tendit, doloribus afficit morte paulatim procedente. Igitur sancti dei sub dio pernoctare in stagno quodam iussi sunt, quod pro mœnibus ciuitatis erat: ac per brumam ita glacie concretum apparebat, ut equis peruium & accolarũ pedibus tritum esset. Aquæ uero solitum non retinerent cursum, earumq; natura mollior in lapidis duritiem concresceret. Boreæ nanq; mordentis spiritus animantia omnia iuxta uersantia interimebat.

Hic itaq; audito damnationis iussu, martyres, considerate quanta fuere constantia: qui loco cum summa lætitia conspecto, ultimum nuditatis amictum alacriter reiicientes, per frigus ad mortẽ properarunt: non tanquam ad supplicium, sed ad glorioſissima spolia rapienda, se inuicem hortando descendentes. Non enim, inquiunt, amictum exuimus, sed ueterẽ hominem concupiscentiæ deceptione corruptum deponimus. Gratias agimus tibi domine, quod cum isto amictu simul & peccatum exuere licet: quoniam ob serpentem eum induimus, ob Christũ uero exuimus. Relinquamus hunc amictũ propter paradisum quam perdideramus. Quas domino, qui pro nobis est spoliatus, dignas gratias reddemus? Quid magnum seruo, si ea, quæ passus est dominus, subeat? Nos causæ sumus ut illi uestis detraheretur, longe magis quam militum audacia, qui eam diripuere ac sortiti sunt. Durum profecto frigus, sed dulcis paradisus. Affligens glacies, sed delectabilis requies. Breui tempore durantes, sinus Abraham nos perpetuo fouebit. Vnam noctem cum æuo sempiterno cõmutabimus. Incendatur frigore pes, ut cum angelis continuo saltet. Torpescat frigore manus, ut facultatem habeat in deum attollendi. Quot enim nostri cõmilitones ceciderunt, fidem mortali regi seruãtes? Nos pro fide in deum uerũ seruanda hanc uitã nõ proiiciemus? Quot itẽ malefici homines mortẽ tulerunt in scelere deprehensi? Nos uero, p iustitia mortẽ nõ subeamus? Ne obsecro cõmilitones emolliamur, neu terga diabolo demꝰ. Quando semel mori oportet, moriamur ut uiuamus. Fiat sacrificium no-

ſtrum coram te domine: & uelut hoſtiæ uiuentes tibi placentes, noſmet hoc ſæuo gelu īmolantes abſte recipiamur. Pulchrum quidē ſacrificium, pulchra oblatio, pulchrum holocauſtum: non quidem per ignem, ſed per frigus abſumptum. Hæc igitur & his ſimilia credibile eſt inter ſe dixiſſe, ac cōmunem laborem in domino ſolatos eſſe. Veluti quandam in bello cuſtodiam inſtruentes, eam noctem ſæuos cruciatus ſuſtinendo atq; algendo præterierunt, tantum ſpe certa gaudentes, & hoſtem continuo deridentes. Vnum erat omnium uotum: Quadraginta in ſtadium intrauimus, totidem domine coronas tribue. Non deſit numero, nec unus quidem. Pretioſum eſt tempus, quod quadraginta dierum ieiunio ornaſti, per quod diuina lex in orbem tranſiuit. Quadraginta item dierū ieiunio Helias dominum exquirens uidere meruit. Et oratio quidem eorū talis.

3

Pretioſum eſt tēpus qđ quadraginta dierum ieiunio ornaſti domine.

Vnus ex eorum numero, inde per animi inconſtantiam ſubterfugiens, mærorem ſocijs maximū reliquit, nec propterea dominus eorū uota inania permiſit eſſe. Nam prope aderat quidam, cui eorum cuſtodia credita eſt in gymnaſio quodam è uicino, a frigore ſeruatus, & exitum rei expectans, paratuſq;, martyres, ſi qui fugerent, ut eis clare pollicitus fuerat, in lauacro quodam aquæ calidæ quod iuxta ſitum erat, excipere ac ſeruare. Res a præfecto aſtute fuerat excogitata, talem uidelicet inuenire certaminis locū, in quo paratū damnati haberent refugium, ut omnem cępti propoſiti conſtantiam amitterent. Sed hoc martyrū patientiam clariorem reddidit. Non enim qui cogitur, eſt conſtans, ſed qui liber & in oblectationis copia dura pati poteſt, is demū conſtans ac patiens eſt. Cuſtos itaq; dum hos obſeruaret, quoſdam è cœlo deſcendentes angelos, ac coronas ſingulis martyribus uno excepto diſtribuentes aſpexit. Is autem quem indonatū illi reliquerunt, ac honoribus cœleſtibus indignum iudicauerunt, ea repertus eſt animi mollitie atq; inconſtantia, ut ſtatim laboris tolerantiam deſperans, ad hoſtes transfugeret, miſerabile prorſus ſpectaculū, miles transfuga, uir fortiſſimus captus, Chriſti ouis a lupo direpta: & quod miſerabilius, a uita perpetua cœleſtiq; excidens, neq; hac poſtremo diu gaudens. Nā ubi calidā attigit aquam corpore, quod glacie torpebat, diſſoluto ſtatim interijt. Cuſtos uero qui prodigium hoc uiderat, ubi illū fugientem conſpexit, relictis omnibus ſeſe in eius demiſit locum, ac unam cū ſanctis illis uocē emiſit: Chriſtianus & ego ſum. Itaq; cum eius ſubita mutatione ſtuporē illis incuteret: & numerū impleuit, & męſtos ob ſocium amiſſum ſanctos conſolatus eſt: eos imitando, qui in acie prima ubi forte aliquis ceciderit, ſtatim ordini alium reſtituunt ac ſurrogant, ne proximi incōmodum patiantur. Talem igitur ipſe ſe geſſit. Vidit miracula cœleſtia, agnouit ueritatem, ad dominum confugit, cum martyribus annumeratus eſt. Exemplum eſt apoſtolorū imitatus. Abijt Iudas, Mathias eſt ſurrogatus. Imitatus & Paulum, qui heri perſecutor, hodie factus eſt euangelizator. Superne & ipſe uocatus, non ab hominibus neq; per homines. Credidit in noīe domini Ieſu Chriſti. Baptiſmum ſuſcepit, non ab ullo, ſed a propria fide: non in aqua, ſed in proprio ſanguine. Cum uero primū illuxit, adhuc ſpirantes, igni traditi ſunt, ac cineres in fluuium proiecti, ut per omnem creaturam eorum tranſiret certamen. In terra primum exerciti, deinde in aere ſub dio durauere: poſtremo igne crematos aqua excepit. Hoc eſt ergo uera uox illa, Tranſiuimus per ignem

& aquam, & eduxisti nos in refrigerium.

4

Si sancti martyres cõtra incursum aduersariorum refugium exhibent, ergo falsa est hæreticorũ assertio, illos nihil posse.

Hi sunt, qui nostram obtinentes regionem, quasi quædam turres contra aduersariorum incursum refugium exhibẽt. Nec uno in loco se se clauserunt, sed in multis locis hospicio recepti, multorũ patrias ornauerunt: nec tamen separati, sed inter se commixti: si in singulos ipsos diuiseris, proprium numerum non excedunt: si uero in unum congregaueris, quadraginta nihilominus erũt, acita ut ignis natura permanent. Nam ille & ad progredientem transit, & totus est apud habentem: sic hi quadraginta sunt unum, & omnes apud singulos. Beneficium igitur hoc fratres dilectissimi, gratiam hanc minime deficientem, ex deo obtinemus: Paratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia uidelicet martyrum, exercitus triũphantium, chorus laudantium deum, sæpe operam dedistis, sæpe laborastis, ut unum pro uobis orantem inueniretis: quadraginta sunt hi, unam orationis emittentes uocem. Vbi enim sunt duo uel tres in nomine domini cõgregati, ibi deus est. Vbi uero quadraginta fuerint, quis dubitet deũ esse præsentem? Qui aliqua præmitur angustia, ad hos cõfugiat: qui rursus lætatur, hos oret. Hic ut a malis liberetur, ille ut duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filijs auditur: peregrinanti uiro reditum incolumẽ, ægrotanti uero salutem implorat, Cum his ergo martyribus nostras effundamus preces. Adulescentes suos coęuos imitentur, patres talium esse filiorum parentes exoptent, matres exemplum matris optimæ spectent. Nam unius illorum mater alios iam pœne frigore comsumptos aspiciẽs: suum uero filium, ob uires aliquantulum ualidiores, & aduersus dura constantiam, adhuc uiuum & permittentibus lictoribus, uitæ consulere uolentem: ipsum proprijs accepit manibus, ac curru in quo reliqui iacentes ad pyram ferebantur, apposuit martyris uera mater. Non enim lachrymam indecoram effundere, aut aliquid humile loqui, uel indignũ agere uisa est. Sed ô nate, inquit, perfice cum tuis cõtubernalibus iter beatum, ne a chorea deseraris, neue inferior alijs domino appareas. O' matrem fœlicem, ô bonæ radicis bonum germen. Ostendit generosa parens, quemadmodum pietatis institutis eum magis ęq; lacte educauerat. Et hic quidem sic nutritus, sic elatus est a pia genitrice. Diabolus uero his uisis, præuerecundia discessit, Frustra nanq; omnem prope creaturam mouerat, & tamen omnia a uirtute martyrum superata uidit. Nox horrida & uentosa, tempus anni frigidissimum, corporea nuditas, patria borealis.

5

Paratum est in sanctis martyribus auxilium. Possunt ergo auxiliari. Quid dicis hæretice?

6

Aperis'ne oculos miser, an & sciens & prudẽs adhuc uis manere in tenebris? Doceat hic te Basilius ubi sunt sanctorum martyrum corpora, deum præsentẽ esse. Doceat te uel in angustia uel rebus lętis cõstitutum ad sanctos confugere. Doceat matres orare p filijs, uxores pro maritis peregrinãtibus & infirmis. Omnes denicq; cũ martyribus preces effundere.

7

Si cõmunes humani generis sancti martyres sunt custodes, si curarum socij, uotorum suffragatores, legati apud deum potentissimi, conuincuntur hæretici, sanctos plurimum posse post mortem, scire quæ circa nos sunt, bonum esse eos inuocare, & hos pro nobis apud deum benigne intercedere.

O' sanctum chorum. ô sacrum ordinem, ô cuneum inexpugnabilem, ô cõmunes generis humani custodes, optimi curarum socij, precum ac uotorum inuicem suffragatores, legati apud deum potentissimi, astra mundi, flores ecclesiarum: uos non terra contexit, sed cœlum excepit. Apertæ sunt uobis paradisi portæ, dignum profecto exercitibus angelorum, patriarchis, prophetis, & iustis omnibus spectaculum. Viri ætate florentes ac pares, uitam alacriter despiciẽtes, supra parentes ac filios deum amantes, in ipso uitę flore existentes, temporariam hanc uitam contempserũt, ut in membris suis deum reciperent, mundo simul & angelis, & hominibus spectaculum facti, mœstos erexerunt, dubios in fide confirmauerunt, pijs desiderium auxere: unum omnino pro pietate omnes trophæum erigentes, una iustitiæ corona ornati fuere: In Christo Iesu domino nostro: Cui gloria & imperium nunc & in æterna secula. Amen.

VITA D. CYPRIANI EPISCOPI, ET MARTYRIS PER D. GREGORIVM NAZIANZENVM SCRIPTA.

Est oratio. 19. in operum eius uolumine.

PArum defuit, quin Cyprianus nos effugisset (o iacturam grauem idq; uos tolerare oportuisset, quibus uir hic prę cūctis alijs admodum mirabilis existit, quem & annuis festiuitatibus honoratis, & diebus. Cyprianus, inquā, cuius etiam ab obliuiosis in alijs meminisse necessarium foret, si saltem optimorum pręcipue memoria est habenda, & quorum recordatio sancta pariter est, & utilis. Verum cum usura debitum reddemus, dummodo adeo abundantes uideamur, & non penitus indigi simus, & pauperes, tametsi ualde pauperes existamus. Sed scio, quod nobis ob procrastinationem, & inopiam parcetis. Cumq; uir ille in omnibus magnanimis fuerit, & philosophus, uel solum ideo gratias agemus, quod haud quaquam nos effugerit: gratias autem agemus, quoniam id dignum est.

Exordiendum autem tanquam ad bonum uestrum reuertamur, ac pulchras Dei mensuras, qui omnia pondere, & mensura definit, et dirigit, ex quiete ad sermonem, ex martyris amatore ad martyres ex remissione corporali ad cōuiuium spirituale. Proinde desiderauimus uos, o filij, à uobisq; desiderabamur, id enim credo. Videte patris beniuolentiam, quod mihi accidit dico, qđ uero uobis testor: tantisperq; inter nos seiuncti fuimus, donec absentia desiderium cognoscerem us, & illius sumeremus experimentum. Quemadmodum pictores ad tabulas, iterum sumus regressi. Quàm magnum memoriæ incentiuum est consuetudo, etiam petbreuis ijs, qui moribus prædi ti sunt gratiosis, ac Dei clementiam imitantur. Et cur cum Christi simus discipuli, qui se propter nos ad serui usq; formam exinaniuit, ac cum peregrini rerum essemus cœlestium, ad seipsum cōgregauit, inuicem amplecti haud deberemus, & fouere? Spiritusq; unitatem in uitæ custodire uinculo? quæ legis, ac prophetarum caput existit. Proinde unicum beneficentiæ, ac primum hoc est, ut ocyssime in mutuos ruamus amplexus; nequaquam enim dilationem fert zelus; ne ijs, qui desiderio laborant, tota uita dies est unicus. Secundum autem, quod & maximum est, ne post festum demum curramus, aut martyrum priuemur celebritate, necnon delitijs, & refrigerijs, quæ inde nobis proueniunt. Ego enim inter alia planè me segniorem esse fateor, & omne desiderium depo sui, postquam me addixi Christo. Nec quicquam eorum me attollit, quæ alijs iucunda sunt, & appetuntur. Non diuitiæ deorsum trahentes, & rotantes, non uoluptates uentris, ac sacietas iniuriæ parens; non uestitus mollis circumfluens, non gemmarum gratia splendens, non auditus præstigians, non olfactus effœminans, nō populi, & theatri plausus insanies, quos iampridem appetentibus reliquimus: non quæcunque gustus nostri primi, ob quem perijmus, sunt fœtus: sed & magnam eorum ignauiā esse scio, qui his se uincere, ac animæ generositatem uilibus his corrumpi sinunt, rebusq; fugitiuis non secus ac stabilibus adhibent mētem. At ego in re hac admodum insatiabilis sum, illamq; amplector, & affectum hūc meum magnifacio, ut martyrū oblecter honoribus, ac certantium exul-

1

Gregorius uir sapientissimus martyrum oblectatur honorib⁹, at hæretici nostri eorum gaudent ignominijs. Vide disparitatem fidelis & infidelis hominis.

tem sanguine. Aliorũ sint certamina, & uictoriæ, mihi autem curæ sunt coronę: Adeò gloriã illã præripio, adeoq́ recta facta mihi domestica facio.

2 *Omnibus martyrib' peragendæ sunt festiuitates. At nostri seculi pseudo sapientes uellent eas omnino tollere.*

Proinde omnibus martyribus festiuitates sunt peragendę, omnibusq́ prõptè, & lingua, & auditus, & intellectus aperiendus, tam illis, qui aliquid de istis dicunt, quam qui audiunt, omniaq́ minora, q̃ illorum putanda sunt certamina. Ita enim res se habet, quod cum multa sint, quę nos ad meliora producunt, ac multa, quæ ad uirtutẽ erudiunt, uerbum, lex, prophetæ, apostoli, Christi passiones ipsæ, martyris primi, qui in crucem ascendit, ac me secũ deduxit, ut peccatum meum illic affligeret, de serpente triumpharet, lignum sanctificaret uoluptatem superaret, Adam rursus saluaret, imaginem ruinam minantem reuocaret; inter tanta tamen, & talia, non minus nos martyres instruunt, cum holocausta sint rationalia, sacrificia perfecta, oblationes acceptæ ueritatis præconia, mendacij infamatio, legis spiritaliter intellectæ adimpletio, erroris dissolutio, malitiæ persecutio, peccati submersio, mundi expurgatio. Tuum autem Cypriane nomen, & opera plus mihi, q̃ martyrum aliorum sunt uenerabilia. Siquidem nulla inuidia erga martyres instigat, mirabiliterq́ á uirtute tua superor, ac memoria releuor, & tanquam numine afflatus, uoluptate corripior, ac modo quodã martyrij particeps fio, certaminiq́ communico, & totus ad te transmigro. Forte propter sermonum domesticitatẽ, quibus tantum alios superas, quantum ea, quæ naturæ sunt rationalis bruta. Cooperatur autẽ, haud scio quonã modo, amor inter conuenientes, non minus in rebus alijs, q̃ inter sanguine iunctos, forte etiam propter mutationem ingentẽ, & admirandam, quę sermone etiam, & exemplo melior existit. Quoniam sol diu nubibus obtectus lætius splendet. Sed & uer post hyemis tristitiam est acceptius, iucundior, & tranquillitas blanda, ac mare quietum post seditiones uentorum, & perturbationem aquarũ littoribus alludens.

Hic Cyprianus, ò uiri, quo uos, qui nostis, iucundiores reddamini ob memoriam, qui uero ignoratis id, quod pulcherrimũ est, ex nostris discatis narrationibus, necnon cõmunem gloriam Christianorũ. Hic, inquã, ingens olim Carthaginis nomen, nunc autẽ orbis uniuersi, diuitijs clarus, potentia conspicuus, genere cognitus (magnũ enim nobilitatis indicium, q̃ in Senatu clarissimus erat, & præcipuus) flos iuuentutis, naturę statua, eloquentiæ princeps, tam illius, quæ ad philosophiam, q̃ quæ ad aliam spectat doctrinam, idq́ in quamcunq́ uolueris partẽ, ita ut nõ minus in unoquoq́ uarietas q̃ subtilitas admirationi existeret; seu potius in singulis, doctrinæ uniuersę excellentia summa: uel ut manifestius distinguam, alios quidẽ uarietate, nonnullos uerò sublimitate, quosdã etiam utroq́, omnes autẽ omnibus superabat. Sermonũ equidẽ sermones sunt testes, quos multos ille, & præclaros nobis suppeditauit, postq̃ Dei clementia, qui omnia facit, & in melius disponit studia ad meliora transtulit, rationeq́ rationis defectum effugit.

Ad ea uero, quæ sequuntur, haud scio quo pacto sermone uti, aut qualis fieri debeam. Quomodo enim non longũ extenderẽ sermonẽ, illumq́ penitus intempestiuũ? Si omnia Cypriani gesta recensere uellem. Quomodo autem non magnopere præsentes offenderẽ, si de his reticerẽ? Vt igitur per uiam mediam inter tẽpus, & audientium desiderium incedam,

ita

ita mihi faciendū esse uidetur,ut alia quidē scientibus relinquā,quo ignorantes doceant,si saltem sunt quidā,ut utrinq; pariter,tam ꝟ,qui gesta illius docent,q̄ qui discunt,emolumenti quid capiant. Quandoquidē uiri illius solum meminisse,sanctificatio est,maximumq; ad uirtutis exhortationē incitamentū est sermo. Breuiter igitur unius, aut alterius ex gestis eius mentionē faciemus,præcipuè illarū,quæ nec data opera possibile esset,ut obmitterentur. Prioris itaq; uitæ eius meminero, & quæ salutis ei uia,ac quæ uocatio,mutatio præterea fuerit ad melius.

3

Nota maximum uerbū, solum meminisse Cypriani sanctificationē esse. Quid hic dicis hæretice?

Cęterū admodū ingenerosum foret,& pusillanimū,si censeretur,quod pugil ob memoriam iniuria afficeretur rudiorē. Nam hoc pacto nec Paulus ille magnus nobis esset laudandus; & Matthæus publicanus inter pessimos habendus esset; quemadmodum & Cyprianus ipse. Hic enim priorū persecutionū suarū meminit,Zelicq; immutationis,quo ex prioris uitæ cōparatione,magis benefactorē glorificaret. Ille autē in discipulorū numero publicani sibi nomen impositum,tanq; aliquid, quod inter honoranda esset insigne. Cyprianus uerò longo sermone sui ipsius malitiam infamia notauit,quo & Deo confessionē fructificaret, ac multis, qui se à prauitate conuertunt,uia ad spem fieret meliorem. Quæ igitur prauitas? Et considerate qualis,ac q̄ magna.

Dæmonū cultor erat,qui postea discipulus Christi;necnon persecutor amarulentissimus,qui magnus ueritatis pugil euasit: sed & uerbo,& opere nostrā perturbabat uiam, quoniam ambobus excellebat,qui & ambobus postea optimus fuit Christianus. Quantū uerò malum fuit magia his omnibus coniuncta? quæ inter reliqua eius opera notissima erat: nec non corporis insatiabilitas,quæ & eos,qui inter alios sapientes sunt,insanos reddere potest,ac deterius sapere cogit,non secus ac pullus indomitus rationē eripiens. Cæterū sermo nobis ad caput ipsum uenit,uerū non ideo quispiam ad priora Cypriani respiciens uoluptatibus capiatur; sed posterioribus potius continens esse discat.

4

Verbo & opere fuit optimus christianus, quia uerbo esse tantum, ut docent nostri nouatores, non sufficit.

Virgo quædam erat nobilis,& decora,ob corporis elegantium amore,propter morum uerò præstantiam æmulatione digna,Nam & forma erat conspicua,animi autem uirtute longè præstantior. Huius pulchritudo fama diuulgata iuuenem cōfestim amore sauciauit. Audite Virgines, & unà exultate; immo quæ sub matrimonij iugo estis castæ,ac castitatis amatrices. Siquidē narratio hæc utrisq; ornamento erit. Virgo igitur illa adeò forma erat speciosa,ut diuini Dauid carmen illi cōgrueret,dum ait, omnis gloria filiæ regis ab intra. Erat enim sponsa Christi electa. Pulchritudo singularis,statua animata, asylum oblationis, tēplum inaccessum, hortus conclusus,fons signatus;at aliquid illi à Salomone quoq; accinatur. Solo enim Christo erat reseruata. Huius amore magnus captus est Cyprianus,unde,& quomodo,ignoro: nā illa penitus tutam se & decore obseruabat. Tangunt enim oculorum faces intangibilia etiam. Instrumentum enim sunt expeditissimum,& nulla satietate implendum. Ac nō solum captus est,sed & sollicitauit. Proh stoliditatis,quod illam prædari sperabat,seu potius imprudentię. Proinde,is qui tale quid audebat,& ad audendum persuadebat, ille idem erat, qui sub initium contra primam creaturam in paradisum proserpsit, & medius inter Angelos stetit, Iob exquirens tandemq; propter eandem audaciam à Domino destructus

5

Vide quantis præconijs effert hanc uirginem. Est ergo uirginitas res deo gratissima.

est,& interfectus, quod eum tentare auderet,qui tentationi nequaquam subiacet. Siquidem Dei apparentia,secundus illi Adam uisa est. Ac ideo illum est adortus, Ignorabat enim,cū hominem aggrederetur,quod incideret in Deum. Quid mirū igitur,si per Cyprianum, etiam animam sanctā,& corpus non tangendū tentaret? Ille igitur tentabat,sed nullo utebatur internuncio. Non muliercula aliqua iampridem ad negocium tale apta,sed dęmone quodam & corporis,& uoluptatem amatore. Quoniā uirtutes defectrices,& inuidę,admodum celeres ad ministerium sunt tale, ac multos ruinæ suæ socios quærunt. Erat autem conciliationis merces sacrificia,libationes,& per sanguinē,ac nidorem placatio. Talis enim merces debetur ijs, qui talia largiuntur.

6

Ecce hæretice quomodo sancta uirgo recurrit ad deum, & facit sponsum suum dominū Iesum Christum protectorem suum. Et cum hoc recurrit ad sanctissimā eius genitricem Mariam, rogans ut sibi pericli tanti opē ferret. Nec ob id iniuriam fecit Christo,aut minus de eo confisa est,nec blasphemauit, nec idola trauit, ut tu miser garris. Vis uidere qđ utrunq; gratum fuerit deo? Ecce recursus istius effectum. Ipsa uirgo liberata est,& præter id Ecclesiæ columnam Cyprianum fecit.

At illa postquā malum sensit,ac insidias cognouit. Purę enim animę,ac Deo forma similes,celeriores sunt ad tentationē euitandū, ęq; dæmon ad psequendū,licet ualde sit uersutus,conatuq; uersipellis. Quid igitur facit? & qd cōtra prauitatis molitur opificē? oibus alijs obmissis,ad Deū cōfugit,ac sponsum suū contra cupidinem execrandā protectorē facit: qui & Susannā liberauit,et Teclam saluauit;hanc quidē à senibus amarulentis, illā autem à Proco Tyranno,& patre magis etiā Tyranno. Et quisnā ille erat? Christus,qui & spiritus increpat,& eos,qui in submersionis periculo erant,subleuat,& pedester per mare ambulat, & dæmonum legiones in profundū præcipitat, & liberat iustū ex lacu leonibus pro cibo expositum,& manuū extensione feras superantē liberat & prophetā profugū à ceto deuoratū,qui in uisceribus etiā fidē seruabat: saluat etiam in flāma pueros Assyrios,cū rogū Angelus refrigeraret, ac tribus se quartū adiungeret. Hæc, & plura alia cū cōmemorasset,Virginem Mariā rogauit,ut periclitanti uirgini opem ferret,ieiunijq; & humi cubationis pharmacum obiecit,ac interim pulchritudinem tanquam insidiatricem tabefecit; quo sub tractione materiæ passionum flāmas consumeret, simulq; Deum humilitate placauit. Siquidem ex cunctis rebus nulla magis, ęq; aduersitate colitur,ac lachrymis clementiam retribuit.

7

Quid hic dicis Gregorius? Ergo sancti inuocati opem ferre possunt eos implorantibus? Et ieiunium & humi cubatio prosunt ad obtinendum aliquid a deo? Qua igitur fröte possunt hæc ab hæreticis denegari?

Cæterū noui, q reliqua narrationis desideratis, pro uirgine enim anxij estis, nec minus pro amatore, ne desiderium amborū in malum desinat. Sed confidite: Cupido enim fidei hospes efficitur,ac uirginem sibijpsi desponsat amator. A Christo desponsatur,& cupidinū flāma est extincta, ueritatis autē accensa. Qualiter & quonammodo? At qui narratio mihi dehinc suauissima erit. Vincit uirgo,uincitur dæmon: tentator ad amatorem accedit,uictum se prędicat: contemnitur: contemptus indignatur,ac contemptorem ulciscitur. Vltio autem quænam fuit? In cultorem ipsum immigrat,quo malum malo pelleretur,& rabie rabiei medicamen fieret. A uirgine enim repellitur,non secus ac machina, à muro firmo & genero so,ob uerba,et orationes profugus,ac cum eo,qui illū miserat,luctā inijt. Proh miraculi,rursus ad mittentem reuertitur,& tanq; Saul alterū suffocare nititur. Quid igitur amator insipiens, & obsessus moderatus? mali solutionem quærit; inuenit. Omnis enim,qui angitur, ingeniosus existit. Et quænam fuit solutio? Ad uirginis Deum confugit,quemadmodū Saul ad citharam,& pulsationem Dauid,ad pastorem illius accedit: purgatur quemadmodū à cupiditate propter plagam,ita et à spiritu maligno propter fidem in Christū, transfertq; desiderium. Diu tamen ei creditum nō

est,sed repulsam tulit.Res enim incredibilis uidebatur,& admirãda,Cyprianũ aliquando Christianis annumerari,etiam si omnes homines Christi sequerentur fidem.

Immutatur igitur:Argumentũ uero conuersionis manifestum,q̃ publice libros proposuit magicos,ac de malo thesauro,necnon infirmitate sua triumphum agit,prædicat stultitiam,splendidam ex illis concitat flammam,igni longam deceptionẽ consumendam exponit,quæ unicæ carnis flammæ nullam opẽ ferre potuerat. A' dæmonibus deficit;Deo redditur domesticus. O' gratia quanta est:Deum malo amore,& spiritu inuenit. Ouis sacra fit caulæ sacræ; &,ut ego à quodam audiui,minister etiã,multis rogatus ut in humilitate ob arrogantiam philosopharetur priorẽ. Inde pastor factus est,& ferè ex pastoribus optimus,& probatissimus. Nõ enim Carthaginensium ecclesiæ præsedit soli, seu Africæ,quæ ex illo,& per illum celebris in præsentẽ usq̃ diem est facta;sed & Hesperiæ uniuersæ,imo Orienti ferè ipsi,ad finẽ usq̃ meridiei,& Septentrionis,quocũq̃ ille admiratione sua peruenit.Sic Cyprianus factus est noster.Hæc signorum,& portentorũ Deus peregit.Hæc ille fecit,qui Ioseph per fratrũ insidias in Ægyptum perduxit,ac illum per mulierem probauit,& frumenti distributione glorificauit,ac in somnijs instruxit,quo illi in terra aliena fides adhiberetur,& à Pharaone honoraretur,paterq̃ multorum fieret milium. Propter quos Ægyptus affligitur,mare scinditur,pane pluitur,sol sistitur,promissionis terra sorte diuiditur. Nouit enim sapientia diuina à longe etiam magnarum rerum iacere fundamenta,contrariaq̃ contrarijs dispensare,quo plus miranda existat.

Proinde ex Cypriani rebus pulcherrimis ad perfectæ laudis mensurã hæc sufficerent. Nunc autẽ obmissa tot sunt,& talia,ut si nihil ex prædictis ad laudem superesset,reliquis tamen omnes uincere posset. Nam ut media obmittam,ueluti pecuniarũ contemptũ,superbiæ dissolutionẽ,corporis castigationẽ,& puritatẽ pristinis moribus contrariam,uestitus moderationẽ,sublimitatẽ in colloquijs,pariter & humanitatẽ,ita ut exæquo tenuitas abesset,& contumacia;humi cubationes,uigilias:Nam licet tardius hæc didicisset,longè tamen præuenientes superauit:In sermonibus disceptationẽ,quibus uirtutes omnes docuit,& dogmatũ ignorantiam purgauit,ac hominũ uitas ornauit,& principalis,ac regiæ Trinitatis deitatem detruncatã,à quibusdam uero coartatã,in pristinã dignitatem reduxit,in pietatis terminis unitatis,& connumerationis permanens.Hæc igitur propter multitudinẽ contraham,ac per uitæ illius dissolutionẽ orationem etiam dissoluam. 8 *Vigiliæ & humi cubationes.*

Insaniebat contra nos Decius,ac omnes p̃narũ formas excogitabat. Quædam igitur ex grauibus præsentia erant,alia uerò in futurũ expectabantur. Æquè autẽ decertabat,ut & Christianos tolleret,& priores persecutores sæuitia superaret:seu potius ut Christianos omnes,aut Cyprianum solum tolleret,& coram tribunali sisteret. Quantũ enim pietate,& gloria uirum præcellere nouerat,tantũ etiam sibi uictoriam splendidiorem,& clariorẽ fore putabat,si illum superasset. Solũ enim hunc ex Christianis superesse,quẽ si uicisset,eadem etiam opera eos philosophia ipsa,ac sermonibus,necnon lingua prius priuare posse. Inde ipsos, qui illis essent muniti,mutos,& ratione cassos seducere pulcherrimum stratagema

fore censebat; Nequaq̃ recte, seu piè ita cogitans, sed potius contra ratio nem omnẽ, necnon consilia sua, & conatus proprios. Quod quidẽ & res ipsa ostendit. Postq̃ enim Cyprianus aggressionẽ omnẽ, ac tentationem uiriliter, ac generose repulisset, nõ secus ac petra marina incursiones aquarum, tandem in exilium à Decio est pulsus.

Verum nequaq̃ illi curæ erat generositas sua, nec ideo oblectabatur quod esset saluatus, neq̃ corporis securitatem ignominiæ, aut animę periculum quieti præferebat: sed potissima eius cura erat, ne despiceret illos, qui eo tẽpore periclitabantur, eum nõ esset, qui eos ad certamina instrueret, & hortaretur. Siquidẽ non paruas sermo uires habet ad confirmandum animos eorum, qui iam in uirtutis stadio uestes deponunt. Ac ideo corpore quidem aberat, spiritu uerò aderat, certantesq̃ certando adiuuabat. Verũ cum lingua opem ferre nequiret, scriptis tamen succurrebat. Et quomodo? Aliptes factus est, licet exul esset, adhortationesq̃ cõscripsit, & quæ pietati conuenirent, literis mãdauit; ac ita solus ipse plures ferè per epistolas martyres fecit, q̃ omnes alĩ, qui laborantibus assistebant. Persuadebat enim non patriam, non genus, non opes, non potentiam, non aliud quid terrenum ueritati præferendum esse, necnon uirtutis præmĩs, quæ recondita essent ĩs, qui pro bono decertarent; illamq̃ negociationẽ optimã esse, ut pauco sanguine regnũ emeretur cœlorũ, ac gloria sempiterna pro rebus acciperetur temporarĩs. Vnicam enim patriam sublimibus esse, Hierusalem nempe, quæ mente percipitur, & non eas, quę paruis terminis circunscribuntur, ac multos incolas permutant. Vnicũ præterea generis esse splendorẽ, ut imago conseruaretur, & primo exemplari assimilaretur, quantum illac pertingere conceditur ĩs, qui carne sunt ligati, & qui paruũ boni defluxum susc̃ipere possunt. Sed & unicam esse potentiam contra malignam fortitudinẽ, & animæ in certaminibus pro pietate uim inexpugnabilem, & inuictam, quando malitia aduersus uirtutem decertat, mundusq̃ contra mundum solubilis nempe contra permanentem, & amarus agonothetes contra pugiles generosos, necnon Belial cõtra Christum instruitur. Propter hæc itaq̃ gladium contemnendum esse persuadebat, ignemq̃ frigidum esse censendum, ac feras truculentissimas cicures esse putandum, famẽ uerò supernas existimandas esse delitias, lachrymas autẽ domesticorũ, necnon luctus, & ululationes negligendas esse, tanq̃ maligni illecebras, ac diuini itineris impedimenta. Hæc enim uirilium generosorum, & prudentium intellectu animarum esse propria. Sed & exẽplum propè erat, ille idem, qui hæc dicebat, ac scribebat, omniaq̃ contemnebat, ut solum Christum lucrari posset.

Cyprianus igitur cũ ita sentiret, talibusq̃ cogitationibus armatus esset, pugiles q̃plurimos ad certamina instruebat. At quã mercedem inde retulit? largissimam, & gloriossimã. Martyr post omnes, quos præmiserat, est factus, caputq̃ illi ense est detruncatum, ita ut multis experimentis hanc tandem apponeret coronidẽ. Sic ad Christum deducitur, sic ad Christum transfertur, qui autẽ impietate abundauerat, longè tamen pietate tam maior. Cyprianus magnus persecutor, & coronæ susceptor, nõ minus mutatione, q̃ uirtute admirabilis. Siquidem non tam magnum est typum seruare boni, q̃ pietatem induere nouam. Hoc enim cõsuetudinis est, illud uerò cõsilĩ sani: & huius quidem exempla sunt multa, illius uero pauca.

pauca. Proinde in enarrandis illius miraculis parumper adhuc sermoni indulgebimus, quo tanto gratificemur pugili. Tales igitur uiri fuere actiones, talisq; certaminis modus.

Postq; uero uitam finiuit, si ita loqui phas est; & nō potius rem illam ad Deum profectionem, aut desiderij impletionem, seu uinculorum dissolutionem nominare oportet, miraculis etiam hic claruit, priori uitæ admodum dignis. Erat nomē Cypriani apud omnes celebre, & nō solum apud Christianos, sed illos etiam, qui aduersę partis erant. Probitas enim apud cūctos pariter uenerabilis existit. Corpus uero latebat, eratq; thesaurus ille apud mulierculam quandam pietate feruidam, idq; tempore longo; siue quia Deus deuotam illam honorare uoluerit, ac ideo illi martyrem concesserit; siue quia desiderium nostrum exercere destinauerit, num ęgrè laturi essemus, si martyrum priuaremur reliquijs. Cum uero martyrum Deus nequaq; ferret, ut omnium bonum unius solum priuatū esset, neq; cōmune in illius gratiam damno afficere uellet, per reuelationem corpus publicauit, idq; fœminæ cuidam tali honore dignæ manifestauit, quo & mulieres sanctificarentur: ac quemadmodū Christum antea pepererunt, discipulisq; ex mortuis resurrectionem annunciarunt, ita nunc quoq; una Cyprianum ostendit, altera uero ob cōmunem utilitatem exhibuit. Hoc ex illius bonis ultimum fuit. Ita igitur ille in medium processit, ad modū dignus ne ultra lateret. Quomodo autem corpus furto subtractum sit, ne quaq; explicare refert, quoniam sermo noster longè corporis honoribus melior est, & sublimior. Et hæc apud uos dicta sufficiant. Haud enim scio num plura restent dicenda. Nam si longum etiam sermonem extenderemus, nequaq; tamen dignè illius uirtutes enumerare possemus, neq; ea quæ unusquisq; de uiro illo præsumit.

9

Vide quid dicat de corpore beati Cypriani, & quō per reuelationem deus illud publicauerit, ne Ecclesia illius reliquijs priuaretur. Quod facit contra inhonorantes sanctorum ossa & reliquias.

Hæc igitur breuiter percurrimus, ut debitum illius honorem uel parumper delibaremus; reliqua uero à nobis ipsis adijciantur, quo & uos aliquid martyri offeratis, ueluti dæmonum purgationem, morborum dissolutionem, futurorum cognitionem: omnia potest Cyprianus, & puluis cum fide, quemadmodū norunt ij, qui sunt experti, ac miraculum ad uos usq; transmiserunt, temporiq; tradiderunt futuro. Quin potius maiora his offeratis, & qualia eos decent, qui illum ritè uenerantur, corporis nempe exinanitionem, animę eleuationem, prauitatis declinationem, uirtutis incrementum: uirgines carnis contemptum, mulieres ornatum uirtutis magis, q̄ corporis. Iuuenes contra animi passiones uirilitatem, senes consilia sana, magistratus legum æquitatem. Qui in exercitu sunt mansuetudinem, eloquentes quod rationi conuenit. Quin & ex nostris, qui, dicam, sacerdotes religionis cultum. Qui ex populo sunt obedientiā, qui in luctu consolationem, qui prospere agunt timorem, diuites distributionem, pauperes gratiarum actionem. Omnes contra malignum, & amarulentū persecutorem aciem instruunt, ne apparens feriat, ne delitescens sagittet, ne sicut tenebræ impugnet, ne sicut Angelus lucis illudat, & ad perditionis suffuretur barathrum. Graue est oculis capi, ac lingua uulnerari, necnon auditu inescari, iraq; feruidum succendi, ac gustu seduci, & tactu emolliri, armisq; salutis pro mortis uti armis. Opus est ut fidei muniamur scuto, & maligni insidijs resistamus, ut cum Christo uincamus, & una cum martyribus decertemus, quo magnam illam uocem audia-

10

O mirabile sanctissimi pariterq; doctissimi uiri dictū, cuncta aduersantium hæreticorum mōlimina destruens. Omnia potest Cyprianus, & puluis cū fide. Confundere qui negas sanctos aliquid posse, & eorū ossa cineres emortuos ignominiose uocare non erubescis.

11
Deus tu qui negas antiquos patres sanctos inuocasse, quid facit hic Gregorius? Et tu qui dicis esse idololatriam omisso Christo ad sanctos recurrere, et auxilium ab eis quærere, nõne hoc totum facit hic sanctissimus Theologus?

mus: Venite benedicti patris mei, hæredes estote regni uobis parati, ubi lætantium cunctorum est habitatio, necnon eorum, qui choream saltant indesinentem, ubi sonus est festiuitatem peragentium, uoxque exultationis, ac deitatis illustratio perfectior, & purior, & ea, qua nunc in ænigmatis, & umbris fruimur. His si Cyprianus ueneratus fuerit, magis gaudebit, & omnibus rebus alijs. Hæc in uita adhuc præsens docebat; ac nunc absens omnibus nostra annunciat uoce. Quam nequaquam despicietis, si saltem tolerantia illius, necnon pro ueritate certamina, ac legatio hæc mea uobis curæ fuerint.

Præterea si Cyprianus rogatur ut ab alto respiciat, gregem domini pascat, & ad meliora disponat, nõne cõuinceris sanctos posse post mortẽ opẽ ferre implorantibus, et cognoscere quæ circa nos sunt?

Proinde hæ tibi diuinum, & sanctum caput, à me sint primitiæ, hic tibi sermonum, & certaminum honor, non oleaster Olympicus, non laurus ludicrum Delphicum, non pinus Isthmica, non aprum Nemeum, quibus ephebi remunerabãtur infelices; sed sermo, qui admodum peculiaris est cultoribꝰ sermonis. Quod si certaminibus, & sermonibus tuis est dignus, hoc mihi sermonis erit præmium. Tu uerò nos ab alto propitius respice, nostrumq; sermonem, ac uitã dirige, & sanctum ouile hoc pasce, aut una rege, ac reliqua, quantum possibile est, ad meliora dispone, molestosq; lupos syllabarum, & uerborum uenatores illos abige, ac sanctæ Trinitatis, cui nunc astas, splendorem nobis perfectiorem, & clariorem gratificare; quam adoramus, quã glorificamus, de cuius nos republica sumus. adorantes patrem in filio, filium uerò in spiritu sancto, cui & paulo post assistemus sinceriores, & illæsi in ipso Christo domino nostro; Cui omnis gloria, honor, & Imperium in secula. Amen.

ITEM DE EODEM EX D. AVGVSTINO EPISCOPO.

Est sermo eiusdẽ in ordine. xij. inter eos, qui nuper impressi sunt ex Cartusia ad muros Parisienses.

12
Grata et religiosa solennitas, qua passionem beati martyris celebramus.



Sermonem a nobis debitum auribus & cordibus uestris exigit tam grata & religiosa solennitas, qua passionem beati martyris celebramus: Tristis proculdubio tunc ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis, semper cupiens uidere præsentem tam bonum rectorem atq; doctorem. Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona uictoris. Et nunc non solum sine ulla tristitia, uerum etiam cum ingenti lætitia cuncta, quæ tunc gesta sunt, legendo recolimus, dieq; isto gaudere nobis concessum est, nõ timere. Neq; enim formidamus terribiliter uenientem, sed expectamus hilariter redeuntem. Placet itaq; uniuersam illam fidelissimi, & fortissimi, & glorioſissimi martyris passionem cum exultatione recordari præteritam, quam tunc fratres cum sollicitudine sustinuere futuram.

Primo igitur quod pro fide confessionis Christi in exilium Curubin missus est, non sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi præstitum ciuitati. Quo enim ipse mitteretur, ubi ille non esset, propter cuius testimonium mittebatur? Christus ergo, qui ait, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi, in omni loco membrũ suum excipiebat, quodcunq; furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequentis, si quæris exilium, quo Christianus iubeatur ire, prius si potes inueni, unde Christus cogatur exire. De patria sua in alienam te ar-

bitratis excludere hominem dei, in Christo nusquam exulem, in carne ubique peregrinum.

Sed iam considerare & commemorare delectat post illud, quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium, quid ex ordine passionis ipsius consecutum sit. Cum enim Cyprianus sanctus martyr electus a deo de ciuitate Curubitana, in quam exilio præcepto Aspasij paterni proconsulis missus fuerat, regressus esset, in ortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat ueniri ad se, sicut ostensum erat illi. Quid iam fremeret persecutoris impetus aduersus cor semper paratum, accedente etiam domini reuelatione firmatum? Quando enim desereret patientem, quē non est passus præoccupari nescientem? Iam ergo, quod ad eum passioni exhibendum duo missi sunt, qui eum etiam secum in curriculum leuauerunt, in medioq; posuerūt, & hoc diuinę admonitionis fuit, ut gaudens recoleret ad eius se corpus pertinere, q inter iniquos deputatus est. Christus nanq; inter duos latrones ligno suspēsus, ad extemplum patientiæ præbebatur. Cyprianus autem inter duos apparitores, ad passionem curru portatus Christi uestigia sequebatur.

Quid illud, q quum in aliud diem dilatus apud custodes esset, atq; illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans, pro foribus pernoctaret custodiri puellas præcepit, quanta intentione considerandum? quanta laudē prędicandum? quanto præconio commendandum est? Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris uigilantia pastoralis, & cura tuendi dominici gregis usq; ad extremum uitę huius diem mente sobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus tam proxima cruenti carnificis. Ita se martyrē cogitabat futurum, ut esse non obliuisceretur episcopum, magis curans quam rationem pastorum principi de cōmissis sibi ouibus redderet, q̄ quid infideli proconsuli de fide propria responderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius, pro quibus sanguinem fundere illum imitans præparabat. Custodiri puellas præcepit sciens non solum se habere simplicē dominum, sed etiam uersipellem aduersarium. Itaq; aduersus leonem aperte frementem in confessione uirile pectus armabat, aduersus lupum insidiantem gregi sexum fœmineum muniebat. Ita uere sibi consulit, qui deum iudicem cogitat, apud quem causam gestæ huius uitę, atq; ab illo sibi muneris iniuncti quisq; dicturus est, Vbi omnis homo recipit sicut testatur Apostolus, quę per corpus gessit, siue in bonum, siue in malum ita sibi consulit, qui ex fide uiuens & satagens ne ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem, & sic deo placitos mores perducit usq; ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus Episcopus misericordissimus, & marryr fidelissimus consulebat, non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi a se impij iudicis monere uidebatur dicens, Consule tibi: quum enim eius immobilem mentem uideret quando ei dixit, Iusserunt te principes cæremoniari. Respondit q̄ ille: non facio, adiecit, & ait; Consule tibi. Ipsa est lingua subdola diaboli: & si non huius, qui nesciebat quid loqueretur, illius tamen, qui per eum loquebatur, Loquebatur enim proconsul non tā secundum principes homines, quorum iussa sibimet iniuncta iactabat, quam secundum principem potestatis aeris, de quo Apostolus dicit, Qui ope-

ratur in filijs diffidentiæ, quem per huius quoq; linguam operari Cypria nus nouerat, quod ipse non nouerat. Nouerat, inquam, Cyprianus quum a proconsule audiret, consule tibi, quod caro & sanguis diceret stolide, hoc diabolum dicere subdole: atq; intuebatur in uno opere duos, istum oculis, illum fide: nolebat eũ iste mori, nolebat ille coronari, proinde circa istum placidus, circa illum cautus. Huic aperte respondebat, illum occulte uincebat; Fac (inquit) quod tibi præceptũ est. In re tam iusta nulla est consultatio. Dixerat quippe ille: consule tibi. Ad hoc responsum est, in re tam iusta nulla est consultatio. Consulit enim qui consilium uel impertit uel quærit; sed proconsul non a Cypriano consilium accipere uolebat, sed eum potius ut a se acciperet monebat: at ille, In re, inquit tam iusta nulla est consultatio. Non adhuc consulo, quia non adhuc dubito, ab stulit enim mihi dubitationem ipsa iustitia. Iustus autem ut securus moriatur in carne, certus uiuit in fide. Præcesserant Cyprianum multi martyres, quos flagrantissimis exhortationibus suis ad uincendum diabolum accẽderat, & erat utiq; iustũ, ut quos ueridicus loquendo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur. Ergo in re tam iusta nulla est consultatio.

Quid ad hæc dicamus? Quid ad hæc exultemus, tanta cõceptione gaudiorum? In quid erumpat cor nostrum, & os nostrum nisi in ipsam uenerabilis martyris ultimam uocem? Quum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset Tacitum Cyprianũ gladio animaduerti placet. Respondit ille, Deo gratias.

13 *Festiuitas solennissimi diei sancti Cypriani.*

Habentes igitur de re tanta memoriam præsentis loci, festiuitatem solennissimi diei, propositionem saluberrimi exempli omnibus medullis nostris dicamus & nos, Deo gratias.

Est sermo. 1. D. Augustini in festo eiusdem.

VITA SANCTI LAVRENTII MARTYRIS, PER DIVERSOS AVCTORES SCRIPTA.

BEatissimi Laurentij martyris, cuius natalem hodie celebramus, passionem nosse uos credo; & quanta in persecutione pertulerit, dilectionẽ uestram scire posse non dubito. Tanta enim eius martyrij gloria extitit, ut passione sua mundum illuminauerit uniuersum. Illuminauit mundum plane Laurentius eo lumine, quo ipse accensus est, & flammis, quas ipse pertulit, omnium Christianorũ corda calefecit. Quis nolit ad horam uri Laurentij igne, ut æternum gehennæ non patiatur incendium? Beati igitur Laurentij exẽplo prouocamur ad martyrium, & accendimur ad fidem, incalescimus ad deuotionem; & si in nobis persecutoris flamma deest, fidei tamen flamma non deest. Non ardemus quidẽ corpore pro Christo, sed ardemus affectu. Non subijcit mihi persecutor ignẽ, sed subijcit mihi desiderium Saluatoris. Esse autẽ Saluatoris ignẽ legimus in Euangelio, dicente eodẽ domino: Nescitis quia ueni ignem mittere in terrã, & quid uolo nisi ut accendatur? Quo igne succensi illi duo discipuli dixerunt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas?

Hoc igitur igne beatus Laurentius accensus flammarum non sentit incendium; & dum Christi ardet desiderio, persecutoris pœnam nõ sentit.

In

Inquantum enim in illo fidei ardor fuerit, intantum supplicij flamma frigescit. Corporali enim beatus Laurentius laborat incendio; sed diuinus Saluatoris ardor materialem tyranni restinxit ardorē. Quamuis enim in fauilla membra soluantur, fidei tamen fortitudo non soluitur. Corporis quidem detrimentum sustinet, sed lucrum salutis acquirit. Non enim fratres beatus Laurentius breui uel simplici passione perimitur. Nā qui gladio percutitur, semel moritur, qui inflammarū camino mergitur, uno impetu liberatur: hic autem longa, & multiplici pœna cruciatur, ut mors ei adsit ad supplicium, & desit ad finē. Dicitur enim ab illo sæuissimo persecutore hæc beato Laurentio cōstituta pœna, ut ardentium exposita massa carbonū, insuper eum ferrea crate distentum lenta flamma cōsumeret, ut non tam inflammando cito interimeret hominem, q̄ diu exurendo torqueret: ita ut cum unum latus exustum persecutor cerneret, aliud latus ignibus obijceret exurendum.

Legimus Ananiam, Azariam, & Misaelem beatissimos pueros à rege in camino ignis inclusos, in pœnarū suarū deambulasse flammis, & igneos globos pedibus conculcasse. Vnde & beatus Laurentius non minori est gloria prę ferendus. Siquidem illi in pœnarū suarū flammis ambulabant, hic & in ipso supplicij sui igne discumbit. Illi uestigijs pedum conculcarunt incendia; iste laterum suorū diffusione extinguit. Illi, inquam stantes in pœna eleuatis manibus orabant ad dominum; hic autem prostratus in sua pœna toto corpore dominum deprecatur. Iterū ergo beatus Laurentius in dorsum supinus uertitur, & renes eius ignibus exuruntur, ut impleretur Psalmi prophetia, quæ dicit ex persona Laurentij: Proba me domine, & tenta me, ure renes meos, & cor meum. Vre, inquit, renes meos, & cor meum: Duplici se postulat igne comburi. Nam si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantum exurendos incendijs obtulisse: Cor autem nisi flamma Christi non urit. Atq; ideo ad comprobandam deuotionem suam geminum sibi ignem postulat, ut luctamine habito ostendat in se plus posse amorem Christi, q̄ pœnam tyranni. Oremus igitur, fratres, beatum Laurentium, qui dum fide sua persecutoris flammas uicit, ostendit nobis per ignem fidei gehennæ incendia superari, & amore Christi diem iudicij non timeri.

Nos uero, fratres dilectissimi, si ad consortium sanctorū martyrū peruenire uolumus, de imitatione martyrum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid de suis uirtutibus recognoscere, ut pro nobis dignentur domino supplicare. Si enim tormenta, quæ sancti martyres pertulerunt, sufferre non possumus, uel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus. Et quia non desunt quotidiana peccata, nō desint etiam quotidiana remedia. Nemo se credat aliquam fœlicitatem aut aliquod uerum gaudium in hoc seculo possidere. Beatitudinem hic prępparare potest, possidere non potest. Duo sibi tempora ordine suo succedunt, tēpus flendi, & tempus ridendi. Nemo se circumueniat, fratres; non est in hoc mundo tempus ridendi. Scimus, fratres, quod omnis homo gaudere desiderat: sed non toti ibi quærunt gaudium, ubi oportet inquiri. Verū in hoc mundo gaudium nec fuit, nec est, nec esse poterit. Sic enim ipse dominus in Euangelio suos discipulos admonet, dicens: In hoc mundo pressuram habebitis. Et iterum: Mundus gaudebit, uos autem contristabimini; sed

1 *Vt pro nobis dignētur domino supplicare. Ergo sancti martyres deum pro nobis orant. Quod est contra nostri tēporis Nouatores.*

2 *Nota hæretice, quod oportet hic cum labore & dolore quod bonum est facere, si uis in futuro seculo bonorum fructus colligere. Non ergo sufficit inanis illa fides tua.*

triſtitia ueſtra uertetur in gaudium. Ac ſic in hac uita cũ labore & dolore, quod bonum eſt, auxiliante domino faciamus, ut in futuro ſeculo bonorũ fructus colligere cum gaudio & exultatione poſſimus.

Eſt ſermo. 2. eiuſdem in eodem feſto.

Dicit dominus in Euangelio: Cui ſimile eſt regnum Dei? Et cui ſimile illud æſtimabo? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuũ, & creuit, & facta eſt arbor, & uolucres cœli requieuerunt in ramis eius. Mouet fortaſſe ſenſus ueſtros, quare regnum Dei tam præclarum atq; magnificum grano ſinapis exiguo comparetur, & ſpei noſtrę in ſe tam grande ſolatium rei uiliſſimæ ſimile eſſe dicamus, præſertim cum alibi idem dominus diſcipulis ſuis dicat: Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis huic monti: Tollere, & iactare in mare, & fiet. Igitur ſi fides tanta eſt, quæ poteſt ab ipſis ſedibus montium fundamenta transferre, neceſſario & granum ſinapis magnum eſt, ad cuius ſimilitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerimus, non ſpecie, ſed uirtute, & fidei non æqualitate oleris comparandum, ſed uigore acrimoniæ coęquandum. Nam ſi diligenter intendamus, inueniemus à domino recte hanc ſimilitudinem comparatam. Sicut enim granum ſinapis prima fronte ſpeciei ſuæ eſt paruum, uile, deſpectum, non ſaporem præſtans, nõ odorem circumferens, nõ indicans ſuauitatem: at ubi teri cœperit, ſtatim odorem ſuũ fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammei ſaporis exhalat, & tanto caloris feruore ſuccenditur, ut mirum ſit in tam friuolis tantum ignem fuiſſe concluſum. Cuius etiam ſemen in cibum homines hyemis præcipue tempore magna pro ſuauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, uiſcerum interna calefaciant. Sępe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam, ut ſiquid inualidum, ſiquid ægrotum fuerit, ſinapis igne curetur.

3

Quæ hic dicuntur de fide, intellige de ſæcunda & feraci quæ per dilectionẽ operatur, non autẽ de mani illa Lutheranorũ, quæ ſinè operib' mortua eſt.

Ita ergo & fides Chriſtiana prima fronte uidetur eſſe parua, uilis, & tenuis, non potentiam ſuam oſtendens, non ſuperbiam præferens, nõ gratiam ſubminiſtrans. At ubi diuerſis tentationibus teri cooperit, ſtatim uigorem ſuum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aſpirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipſa ferueat, & participantes ſibi ardere compellat. Sicut in ſancto Euangelio duo ex diſcipulis dixerunt, dum cum ipſis poſt paſſionem ſuam dominus loqueretur: Non ne cor noſtrum erat ardens in nobis in uia, dum aperiret nobis ſcripturas dominus Ieſus? Ergo granum ſinapis membrorum uiſcera calefacit; fidei autem uigor cordium peccata comburit. Et illud quidem aſperum algorem frigoris remouet; hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis, inquam, granum humores decoquit corporum, fides autem libidinum fluenta conſumit. Et per illud medicina capitis procuratur; per fidem autem ſpiritale caput noſtrum, quod eſt Chriſtus dominus, ſæpius refouetur. Sed & fidei, iuxta comparationem ſinapis, ſancto odore perfruimur, ſicut ait Apoſtolus beatus: Quoniam Chriſti bonus odor ſumus Deo.

Igitur ſanctum martyrem Laurentium grano ſinapis poſſumus comparare, qui diuerſis attritus paſſionibus, per totum orbem gratia meruit ſui fragrare martyrij. Qui ante conſtitutus in corpore erat humilis, ignotus, & uilis: poſteaquam uexatus, laceratus, exuſtus eſt, uniuerſis per totum mundum eccleſijs odorem ſuæ nobilitatis infudit. Recte igitur huic

comparatio copulatur. Siquidem granum ſinapis cum teritur accenditur: Laurentius cum patitur inflammatur. Illud feruor attritionis ſuæ mouet; hic ignem plurima uexatione ſuſpirat. Sinapis, inquam, in uaſculo calido decoquitur; Laurentius in craticula flammarum igne terretur. Ardebat itaq; extrinſecus beatus Laurentius martyr tyranni ſæuientis incendijs; ſed maior illū intrinſecus Chriſti amoris flamma torrebat. Et quāuis Rex improbus ligna ſubijceret, incendia maiora ſupponeret, tamen ſanctus Laurentius has flammas fidei calore non ſentit: & dum Chriſti præcepta cogitat, frigidum eſt illi omne quod patitur. Nec enim poteſt in uiſceribus ignium tormenta ſentire, qui ſenſibus paradiſi refrigeria poſſidebat. Licet iaceat ante pedes tyranni exuſta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in cœlis. Extenditur ergo ſuper flammarum ignitos globos, & uerſatur in latera: ſed quantum plus pœnarum tormenta patitur, tanto amplius Chriſtum dominum pertimeſcit. Nouo admirationis genere alius illū torquet, & alij ſæuientis tormenta proficiunt. Deuotiorem Laurentium ſaluatori ſupplicia atrociora fecerunt.

Sanctum eſt, fratres, ac Deo placitum, ut natalem beati Laurentij præcipua deuotione ueneremur, cuius radiantibus flammis uictrix in hunc quoq; diem toto orbe Chriſti coruſcat Eccleſia. Qui cum in ſede gloriosiſſimi patriarchę diaconatus fungeretur officio, puritate innocentis uitę, fortiſſimæq; mortis triumpho, apoſtolico ſe conſortio copulauit. Nec immerito eum apoſtolorum ſupparem prędicamus, cui & caſtitas animi leuiticum miniſterium dedit, & plenitudo fidei martyrij contulit dignitatem. Quem uenerabilis Xiſtus Romanæ urbis antiſtes, cum impietatē ſæuientis mundi per tormenta ſuperaret, & regnis eſſet cœleſtibus iam uicinus, uideretq; eum paterna de morte triſtiſſimum, ita ſpiritu præſcientię compellaſſe narratur. Noli fili, mœſtus eſſe, poſt triduum me ſequeris. Vnde apparet, chariſſimi, beatum Laurentium non de ſacerdotis ſui uictoria habuiſſe triſtitiam, ſed doluiſſe quia non etiam ipſe mundum cum ſuo pariter ſacerdote uincebat. Noli (inquit) fili mœſtus eſſe, poſt triduū me ſequeris: hoc eſt, noli triſtis eſſe, uelut apud ſeculū derelictus. Nā nec te fides, uitaq; tua tali morte priuabit. Nulla te de meo tranſitu, quo ego gaudeo, perturbet anxietas, quia mox & tu habiturus es de tua paſſione lętitiam. Vere beati Laurentij gloria ſingularis, qui tantū de Deo ſuo cōſecutus eſt gratię, ut ei martyr de martyrio prophetaret, quē pro ſuorō prērogatiua meritorū ante uictoria lætificauit, cp̄ pugna terreret. Ergo ut cōperit ore ſacerdotis & martyris ſe quoq; omnimodo aſſumendum, congregatis inopum turbis eccleſiaſticū cenſum religioſa liberalitate diuiſit.

Quàm profundum ſpiritalis uiri, & cp̄ cœleſte conſilium, ut & egenis conſuleret, & multitudine conſumente quæ dederat, inueniri non poſſit quod raperet perſecutor: illam nimirum ſecutus ſentētiam: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. Miſericordiæ fuit, cp̄ alimoniam pauperibus dedit; iuſtitiæ autem cp̄ ut uir prudentiſſimus procuraſſet, ne ſanctorum ſubſtantiam auaris manibus ſacrilegus occuparet. Iuſtitia, inquit, eius manet in æternum. Quomodo non hæc ei in æternum manebit iuſtitia quod & ſancto impleuit opere, & glorioſiſſimo martyrio conſecrauit?

Eſt ſermo. 1. D. Maximi Epiſcopi in feſto ſancti Laurentij.

4

Sanctum eſt & deo placitum, Natalem beati Laurentij prærcipua deuotione uenerari.

5

Prærogatiua meritorum Laurentij. Ergo ſancti habent merita, & merita ſtant cū gratia dei, ut hic aperte uides, contra prophanū dogma hæreticorum noſtri temporis.

Hoc itaq; dolore furor gentilis accensus, craticulam continuo parat ignitam, super quam cremandum Laurentium per membra discinderet, ut indignationis suæ flammas impijs ignibus uindicaret. Ardet profecto totis uisceribus fortissimus martyr, et uritur; sed regnum cœli, promissaq; Dei fideli mente pertractans, refrigerio conscientiæ uictricis exultat. Nec pœnali flexus incendio est, cuius in pectore insuperabili sancti spiritus flamma feruebat. Aut nunquid cedere poterat momentaneæ corporis ustioni, cuius fides æternum gehennæ extinguebat ardorem? Superatis itaq; flammarum ministris, omne mundanæ insaniæ refrixit incendium, & ad hoc usque diabolica profecit intentio, ut & uir fidelis ad Deum suum gloriosus ascenderet, & crudelitas prosequentium cum suis ignibus confusa torpesceret.

Est sermo secundus ubi supra.

Sicut patrum nostrorum, fratres charissimi, non incerta relatione didicimus, cum uenerabilis Xistus Apostolicæ sedis sacerdotio fungeretur, & sanctissimo Laurentij archidiaconi ministerio Romana floreret ecclesia, inuidia ardente diaboli aduersus nomen & fidem Christi, flãma durissimæ persecutionis incanduit, atq; ut pernitiosius dominicum gregem feralis bestiæ rabies insatiata laniaret, nocendi artifex inimicus, peruigilis prius molitur custodiam pastoris eripere. Et ideo Xistum ante omnes summum Domini sacerdotẽ furor gentilis aggreditur, ut ecclesiastica mẽbra tã ualido truncata capite, uelut munimine præsidij cœlestis amoto, cruentus persecutor inuaderet. Sed magnus ille Xistus, qui cõmissis sibi à Deo ouibus affluerat pastor in terris, aderat patronus è cœlo.

6

Beatus Xistus martyr aderat Laurẽtio patronus è cœlo.

Denicq; sanctum Laurentium, quasi iam pontificis sui solatio destitutum, ad subeunda supplicia manus pagana perquirit, quem mirabilis Xistus aduersus omnia sæuientis mundi mala uaticinio prophetici sermonis armauit. Nam cũ idem Laurentius passionem paternam ut pijssimus filius inconsolabili mœrore defleret, Xistus, præscientia sancti spiritus edocente, futura dinoscens, ait illi; Depone omnem, fili, de mea morte tristitiã. Nec enim diu mea te cõtristabit absentia, post triduũ me sequeris.

Quo responso mens deuota percepto, indubitatam suscipiens optimo ab antistite Christi martyre ueritatem, nihil magis præ omnibus curat, q̃ ut auaritia persequentis, quod de morte sanctorum contristabat ecclesiam, de prẽda ecclesiç gaudium non haberet. Inuenit uir prudentissimus, unde acrius suum posset torquere tortorem. Omnem igitur ecclesiæ censum, cunctaq; sacri uasa ministerij, ne ea sacrilegus macularet aspectus, conuocatis inopum turbis pia erogatione distribuit, ut futurus martyr in retributione cœlesti pariter & mercede sui sanguinis, & tantæ liberalitatis præmio ditaretur. Non dubitans & in semetipso se fidem Christo suo, & ecclesiasticas opes in pauperibus seruaturum. Propter quod protinus ad tribunal rapitur impiorum, uir simplicitate innocens, uirtute fortissimus, nihil sane aliud deferens iudicanti, q̃ uiuæ mentis constantiam, & illæsæ conscientiæ puritatem, deuotã Deo offerens animam, & castissimum tradens persequenti corpus ad pœnam, illud Euangelicum seruans: Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animã autẽ non possunt occidere.

Excogitatur itaq; in Laurentium ferale tormentum, ut qui metu mortis non mouebatur, acerbitate supplicij frangeretur: sed quem suarũ confortabat multitudo uirtutum, nõ poterat uincere magnitudo pœnarum.

Paratur ergo craticula igne succensa, quæ triumphalis martyris & animum fatigaret, & corpus exureret. Sed ignara uerbi turba persequentiũ, & diabolicis obcæcata tenebris non uidebat, quod adustio illa membrorum fidelis animi esset æterna purgatio, & corpus, quod corrumpentibus flammis præsens uita desereret, ad incorruptionem uiuendi damnata morte transiret.

Vere incomparabile salutaris fidei huius sacramentũ, quo per tormenta beatitudo quæritur, & flammis refrigerium præparatur, ut ait patriarcha Dauid uerbis martyrum dicens: transiuimus per ignem & aquã, & induxisti nos in refrigerium. Transibat per ignem & aquam beatus Laurentius, cum hinc eum mortifera mundi flãma torreret, hinc cœlestis irrigui uitalis unda perfunderet. Transibat per ignem & aquam, cum uim furentis incendij, diuini fontis clementia temperaret. Ardebat ergo Laurentius, sed uincebat ignis ille, de quo ait saluator: Ignem ueni mittere in terram; & q̃d uolo ut ardeat? ò nouum mirandumq; certamen unius eiusdemque uiri; & flammis corpus urebatur, & ardentis fidei calore mens ignita feruebat; sicut loquebantur adinuicem euangelici illi uiri dicentes: Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in uia? Vbi ergo cor ardet: flammam membra non sentiunt; ubi Christi ignis operatur, diaboli necesse est uincatur incendium: & ubi Dei spiritus feruet, frigida fit flamma mortalium.

7

Triumphum Laurentij totus ubiq; mundus consona hodie deuotione concelebrat.

Et hinc est, Charissimi, quod triumphum beati Laurentij totus ubiq; mũdus consona hodie deuotione concelebrat, hinc quod insuperabilem fidem eius lætior Romę miratur, quia radijs æterni solis accensus, ignem seculi patienter sustinuit, & confidenter euasit.

Est sermo. 3. ibidẽ.

8

Annua semperq; noua beatissimi Laurẽtij festiuitas, Ecclesiã dei iugiter in gaudia lætitiæ spiritalis accendit. Celebrabatur ergo etiam tunc D. Laurentij festum.

Beatissimi Laurẽtij, fratres charissimi, annua, semperq; noua festiuitas ecclesiam Dei iugiter in gaudia lætitiæ spiritualis accendit, admonens uniuersitatem credentium, ut sicut ille perfectæ deuotionis ardore furentibus non cessit incendijs, ita nos diuersarum tribulationum ignis, & malorum secularium flamma à Christe societate non moueat; ut ait ille mysteriorum cœlestium doctor, ac totius uirtutis exemplum glorioßissimus Paulus: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et uere nullis præsentium persecutionum potest inclinari periculis, qui semel promissa omnipotentis Dei æterna largissimi Redemptoris præmia fide stabili, & inconcussa mente cõcepit. Nec enim potest arduum illud præcelsumq; bonorum immortalium iter debilis animus & fides clauda conscendere. Ideo & fortissimum martyrem incumbentium tormenta pœnarum, & sæuissimi persecutoris superare flamma non potuit, quia longe ardentius ueritatis radijs mens eius accensa feruebat. Vnde nec potuit de infatigabili eius pectore calorem diuinitus infusum corpore: ut ille, & mortalium ministratus manibus ignis excludere.

De hoc ualidissimo Christi milite illud credendum est dictum, quod ante multa annorum milia prænuntiatum est per prophetam dicentem: Et si transeas per ignem, flãma te non comburet. Ecce enim beatus Laurentius transiuit per ignem, quo non adustus inhorruit, sed illuminatus effulsit: transiuit per ignem momentaneum atq; terrenum, sed flammam gehennæ perpetuo exurentis euasit. Quid hoc beatius uiro, qui miseran-

tis Dei dispensante gratia arsit,ne arderet,ut ne ureretur exustus est? Qui si nullis esset ignibus ac supplicijs traditus, fuerat quidem secutitas libertatis,sed nulla extiterat gloria dimicatis. Ad hoc enim nos exemplis atq; doctrinis in ecclesia sua Christus erudit,nō ut nihil mali patiamur in mūdo,sed ut mundum multimoda passione uincamus.

Cecinit quondā uarijs tribulationibus coarctatus ille clarissimus prophetarum patriarcha Dauid,dicens: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Quę sententia etiam uenerabili Laurentio conuenire manifestum est,cuius cor tanta in fide Christi magnanimitate concaluit,ut despectis proprij concaluit,ut despectis proprij corporis cruciatibus,insanissimo tortori suo,triumphatis eius ignibus, lætus illuderet. Vere in meditatione eius insuperabilis exarsit ignis, qui odio pfidiæ,& amore ueritatis accensus,appositam sibi extrinsecus flammam aut non sensit,aut uicit.

Propter quod,charissimi,exultemus,& lætemur in domino, non dubitantes & persecutorem martyris pro ignibus,quos accendit, præparata impijs incendia sustinere, & ipsum beatissimum martyrem pro flamma, quam pertulit, apud omnipotentem Deum incorruptæ lucis illuminatione fulgere.

Habetur in sermonibus eius de tempore To.10.fol.246.ser.1.

VITA ET PASSIO SANCTI VINCENTII MARTYRIS, PER D. AVGVSTINVM *Hipponensem Episcopum scripta.*

IN passione quæ nobis hodie recitata est, fratres Charissimi,euidenter ostenditur iudex ferox, tortor cruentus,martyr inuictus. In cuius corpore pœnis uarijs exarato,iam tormenta defecerant,& adhuc membra durabant. Tot conuicta miraculis persistebat impietas,tot uexata supplicijs non cedebat infirmitas. Agnoscatur ergo operata diuinitas. Quando enim corruptibilis puluis contra tam immania tormenta duraret,nisi in eo Christus habitaret? In his enim omnibus ille agnoscendus,ille glorificandus, ille laudandus est,qui & in prima uocatione dedit fidem,& in suprema passione uirtutem.

Vultis nosse quia utrunq; donatū est? Audite apostolum Paulum,Vobis, inquit, datum est pro Christo non solum ut credatis in eum,uerum etiam ut patiamini pro eo. Acceperat utraq; hæc beatus Vincentius leuita,acceperat & habebat. Si enim non accepisset,quid haberet? Habebat in sermone fiduciam, habebat in passione tolerantiā. Nemo ergo de suo corde præsumat,quando profert sermonē,nemo de suis uiribus confidat, quando suffert tentationē: quia ut & bona prudenter loquamur,ab illo est,non nostra sapientia: & ut mala fortiter perferamus, ab illo est, non nostra est patientia.

Recolite dominum Christū suos in euangelio discipulos admonentē, Recolite martyrum regem cohortes suas armis spiritalibus instruentem, bella monstrantem,adiutoria ministrantē, præmia pollicentē,quia cum dixisset discipulis suis,In hoc mundo pressuram habebitis:mox unde territos consolaretur,adiunxit dicens,Sed confidite,quia uici mundū. Quid

ergo miramur chariſſimi,ſi in illo Vincentius uicit, a quo uictus eſt mundus? In hoc,inquit,mundo preſſuram habebitis, ut ſi premit,non opprimat,ſi oppugnat,non expugnet.Duplicem mundus aciem producit contra milites Chriſti.Blanditur ut decipiat,terret ut frangat. Non nos teneat uoluntas propria,nō nos terreat crudelitas aliena,& uictus eſt mūdus.Ad utroſq; aditus occurrit Chriſtus,& non uincitur Chriſtianus.

Si conſideretur in iſta paſſione humana patientia, incipit eſſe incredibilis:ſi agnoſcatur diuina potentia,deſinit eſſe mirabilis.Tanta graſſabatur crudelitas in martyris corpore,et tanta tranquillitas proferebatur in uoce,tantaq; pœnarum aſperitas ſæuiebat in membris,ut miro modo putaremus Vincentio patiente alium loquentem non torqueri. Et uere fratres chariſſimi ita erat. Prorſus ita erat. Alius loquebatur. Promiſit enim & hoc teſtibus ſuis Chriſtus in euangelio,quos ad huiuſmodi certamina præparabat.Sic enim ait,Nolite præmeditari quomodo aut quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ueſtris qui loquitur in uobis,Caro ergo patiebatur,& ſpiritus loquebatur. Et loquente ſpiritu non ſolum conuincebatur impietas,ſed etiam confortabatur infirmitas. Clariorem nobis martyrem tot tormenta faciebant. Multiplici enim uulnerum uarietate confoſſus, non deſerebat pugnam, ſed acrius iterabat.

Putares quod eum duraret flamma,non ureret,& tanquam figuli fornax lutum molle ſuſcipiens, duram redderet teſtam. Poterat martyr noſter dicere Daciano,Iam non uret ignis tuus carnem meam,quia exaruit ſicut teſta uirtus mea,& quomodo ſcriptū eſt ueraciter,Vaſa figuli probat fornax & homines iuſtos tentatio tribulationis.Probatus atq; decoctus illo igne Vincentius,Dacianus uero arſit & crepuit.Si enim non ardebat,unde cremabat? Quid enim erant uerba iraſcentis, niſi fumus ardentis? Ergo martyri noſtro refrigerium in corde habenti ,flammas extrinſecus admouebat,ſed ipſe facibus furoris accenſus,tāquam elibanus intus ardebat,& habitatorem ſuum diabolum concremabat. Per furioſas enim Daciani uoces , pertruces oculos , & minaces uultus , & totius corporis motus ille habitator eius interior mouebatur , & per hæc ſigna uiſibilia,tanquam per ſigna ſui uaſculi,quod impleuerat crepantis rimula prouidebatur.Non tātū martyrem cruciabant plurima tormenta,quantum illum uaſtabat inſania.

Sed iam fratres illa omnia tranſierunt,& ira Daciani,& pœna Vincentij.Nunc autem pœna Daciano , corona uero manet Vincentio. Denicq; his præmiſſis futuræ uidelicet retributionis finibus , etiam in hoc mundo martyrum gloriam demonſtremus . Quæ hodie regio , quæue prouincia ulla quouſq; uel Romanum Imperium , uel Chriſtianum nomen extenditur,natalem non gaudet celebrare Vincentij diaconi? Quis autē hodie uel nomen Daciani audiſſet,niſi Vincentij paſſionem legiſſet? Quod uero tanta cura ſeruauit dominus martyris corpus, qnid aliud demonſtrauit,niſi gubernaſſe ſe uiuentem,quem non reliquit exanimem? Vicit ergo Dacianum uiuens Vincentius, uicit & mortuus. Viuens tormenta calcauit, mortuus maria trāſnatauit. Sed ipſe inter undas gubernauit cadauer extinctum,qui inter ungulas animum donauit inuictum.Non flexit flamma tortoris cor eius,non merſit aqua maris corpus eius. Sed in his & hu-

1

Si Chriſtianorū mortuorum corpora a ſuperſtitibus negligenda ſunt,& cadauera exanima nullis egēt ſepulturæ ceremonijs ut dementes quidā dixerunt,cur omnipotens deus tanta cura ſeruauit martyris corpus,ut uel inuito Daciano qui illud a feris deuorandū proijci mandauerat, conuenienti poſtea tradere tur ſepulturæ?

iusmodi nihil est aliud, nisi preciosa in conspectu domini semper mors sanctorum eius.

Habetur eodem loco fol.247.sermo.2.

Cunctorum licet dilectissimi glorioſas martyrũ passiones, quos distincta regionibus loca meruerunt, una fides faciat omnibus indiscreto honore uenerabiles: propriam tamen sibi in hoc uenerationis obsequio uendicant dignitatem, qui Ecclesiam dei & documentis præ cæteris erexerunt, & patrocinijs adiuuerunt. Inter quos iuste beatum leuitam Vincentium, cuius confessione & morte Christum incredulis prædicatũ incunctanter agnoscimus, catholicis studijs celebramus. Qui ut fidelium deuotionẽ deo studioſius cõmendaret, altiori charitatis flammascens affectu, morti seſe tandem fideliter obtulit, quo uidelicet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum, sequacibus imitandum daretur: nec non & semen Apostolicę prædicationis per eum plurimbus disseminatum ope suę intercessionis tutum, ac perfectæ consummationis fruge refertum, in cœlestibus demum horreis conderetur. Nunc ergo amplius propria uenerentur, quem etiam peregrina mirantur, quatenus eis se largiorem exhibeat in beneficijs, quibus se amabiliorem cognoscet in gaudijs, fiatq; in eius solennitate uberior lætitiæ ambitus, de quo fidei creuit effectus. Huius denicq; spiritus tanto uirtutũ munere claruit, ut sacri ministerij fultus officio, qui filium dei dominũ nostrum secuturus esset in passione, eiusdem Christi calicem credentibus prius ministraret in salutem. Cuius hausto fœlicister mente ebriatus, rabidi hostis atq; in Christum sæuientis insaniam interritus adijt, modestus sustinuit, securus irrisit, sciens paratus esse ut resisteret, nesciens elatus esse quo uinceret: quia cuius amore spiritalibus armis præmunitus resistebat, eius adiutorio quicquid pœnarum in illum serientis ira excogitabat, insuperabilis fortiter patiendo uincebat. Ideo non hunc laminę ignitæ sartaginis, non eculei, non ungulæ ferreæq; manus, nõ uires pauendę ædentium, nec dolor scissorum membrorum, non focii fragor, & strepentis in patientis uisceribus salis iniectio, Daciani quiuerunt aliquatenus subdere iussioni, sed dum in tantum eius uęcordiæ tumor excresceret, ut tantis passionis subactũ doloribus aut uicisse aut interemisse se lætabundus extolleret, susceptа spe frustratus, unde uictor uisus est apparere, inde uictus cõpulsus est erubescere, quoniam quo dei martyr duriori urgebatur pœna, eo ampliori confessionis exultabat constantia.

2

Habes hic sanctos exhibere beneficia, q̃d negant noui hæretici: Habes & in eorũ solennitatibus gaudendum esse, nõ ergo hoc est superstitio.

Vnde ipsius passionis uel ultima præuidere, seu morari fratres euidentius placet, quatenus animaduertat sanctitas uestra, quo diabolus suum perduxerit dolis ministrum, uel quomodo Christus suum in finem usque quaq; seruauerit famulum. Ex quo illud sane erat mirabile, quia quantum iste extrinsecus multiplici pœnarum genere contritus arctabatur, tantũ intrinsecus exultante interiori homine dilatabatur: quantumcq; ille exterius iactantia temporalis potentiæ inflabatur, tantum interius despici se perpendens interiori uexatus homine præfocabatur. Contemni igitur se uidens sæuiebat, nec in quem iam uindictam inferret inueniebat. Videbat nanq; desęuientium manus carnificum plus in eo inuenire uulneris quam corporis, solumq; ingentem spiritum ei stultitiam exprobrare suã, quod prouocabat ueritatis normam. Quapropter credens quod causam confusionis auerteret, si personam quæ se spreuerat absentaret, minusq; Dacianus erubescceret, si Vincentium populus non uideret, iussit eum a publi-

co

eo remoueri Sed nec sic quidem caret supplicio. Contusa quo iacebat testa substernitur, ut uis acuminis cõcisam molem superiecti corporis plus discinderet, atq; reddita tormentis membra quæ secarent, obuia susciperent fragmenta. Fallitur tamen uincendi opinione cæca crudelitas, Nam diuina bonitas dilectum suũ amplius in confessione comitata, infert nouam tenebris lucem, & tabernaculum splendidum obscurũ reddit ergastulum. Fouebat laceros artus medica dei manus, & uenustiori pristinæ sanitatis augumento, fossi lateris damna supplebat.

Insolita igitur huius luminis claritate perculsi, obstupuere custodes, q̃n & uocem angelis hymnũ deo concinentibus, mens pallidi ianitoris expauit. Currit exanimis minister ad præsidem, quẽ grauius relatio nunciẽ quã ictus percussit gladiẽ: & cum non posset ex magnitudine rei tacere quod uiderat, tremor iudicem occupat, dolor lacerat, furor inflammat: & ne in pœnis Vincentius uincens gloriam martyriẽ obtineret, Citius, inquit Dacianus, producatur è carcere, ne dum insistimus rebellem punire, uideamur eum potius uictoria coronare. Profertur itaq; exillo tetri carceris barratro, cœlesti quidẽ gratia pulchrior, & si adhuc esset passurus robustior. Sed ubi desiderium ad regni uocationem tendentis nullo pœnarũ uel mortis genere frangendum intelligit, iubet inuida mens leuioris strati fulcra substitui, ac blandiori eum requie cõfoueri, scilicet ut si amoto paululum carnifice animã quietus exalaret, diceretur non esse occisus, sed mortuus: quasi non eum pœna peremerit, cum quo & pœna simul perierit.

Interea beatum Vincentium cœlestis aula suscepit, ac beatæ fœlicitatis munere donat. Ad cuius ingressum angelici lætantur spiritus, omnesq; simul conciues gratulantur sancti. Nosq; tibi gratias agimus domine Iesu, quod anima tuo digna consortio, quæ pertinax tulit supplicium, mendax fugit obsequium: & quę fuit contenta persecutor quo fureret, sit dedigna ta quod parceret. Cognito igitur sancto eius abscessu, iudex insanus, & quia Christus uicisset in Vincentio nescius Dacianus, illius sibi promittit cadaueris expositione uindictam, cuius gemit ex uirtute uictoriam. Ferisq; & canibus decepta furoris superbia absumendum proñci mandat lictoribus, ut tali pastu eorum impleret uentrem, quorum ipse gerebat mentẽ. Sed ut diuinis excrescentibus beneficijs maioris uictoriæ Vincentio gratia conferatur, mittitur coruus auis inimica cadaueribus, expositas corporis dapes seruatura ieiuna.

Hinc fratres dilectissimi, hinc aduertite distincta meritorum obsequia. Helias quondam impias Achab uel Iezabelis manus caute declinans, in deserto coruis ministrantibus pascitur: assertor autem ueritatis Vincentius Daciani rabie peremptus, feris exponitur consumendus, sed coruo famulante seruatur illæsus. Obtinuit ergo Helias diuino nutu coruis præstantibus quo aleretur, præstitum est Vincentio obsequente quoq; coruo ne comederetur. Qui ut cœlitus se custodem designatum ostẽderet, aduentãtes reliquas aues eminus non segni impetu perturbabat, inter quas immanem quoq; lupum propius accedentem, ueluti qui commissum thesaurum sacrilega audacia attaminare præsumeret, pennis & alis diuerberans procul abegit. Sed ille quod non tam ad inferendam uenisset iniuriã, quam ad augẽdam miraculi pompam, quadam sui habitudine stupidus indicabat. O impudens furor, & stulta uæsania, coruus obsequitur, lupus

3 ueneratur, Dacianus persequitur, nec erubescit uelle se adhuc ferox perde re, quem mansuefacta bestialis feritas satagebat protegere. Vnde ad occulendam martyris laudem non iam secretum, sed profundum elegit, cre dens sibi ad diliteſcendam eius gloriam non clausira fidem seruatura, sed maria, quasi non idem clementi dominus esset, per quem dudum ei carce ris abdita cœlesti fulgore radiata micuissent. Datur nautis mergendum corpus in fluctibus, ut ad auxilium saltem æquora proficerent, cui ad um cendum Christi militem terra defeciſſet. Enauigatis itaq; magna ex par te freti gurgitibus, proiectum inter sorbentes undas præpotens est dei dextera consecuta, & quæ spiritum intulerat in cœlum, corpus mox retu lit ad sepulchrum.

Mira a deo cura exhibita ut sancti martyris corpus intactũ ad sepulchrum seruaretur, nobis indicat non negligendas Christi fidelium sepulturas, et sanctorũ reliquias esse uenerãdas, quicquid dicãt pseudo nostri prophetæ.

Sic prædicator ueritatis charissimi, nec tormentorum uincitur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustijs. Non bestijs dilaniatur, nõ pro fundo cælatur, sed littori redditur, præconio diffamatur, ut qui uere con fessus fuerat nomen deitatis, ueritate sibi adesse experiretur diuinæ suffra gia bonitatis. Cuius glorioſam uirtute uitam ita præciosæ mortis gratia decorauit, ut quod uiuendo docuit, moriendo cõstanter astrueret: eratq; consequens quatenus ad eius uisionem per mortem attingeret, quẽ pro babilis uitæ conuersione semper atteſtatus fuisset, sciens quod de con temptu præsentis uitæ gloria surgit beatitudinis æternæ, præstante domi no nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat &c.

Habetur To. 1. Epistolarũ eius fol. 81.

VITA PAVLI PRIMI EREMITÆ PER D. HIERONYMVM SCRIPTA.



1 Nter multos sepe dubitatum est, a quo potissimum mo nachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim al tius repetentes, a beato Helia & Ioanne sumpsere prin cipium. Quorum & Helias plus nobis uidetur fuisse, quam monachus: & Ioannes ante prophetare cœpisse, quam natus est. Alĩ autem, in quã opinionem uulgus omne consentit, asserunt Antonium huius propositi fuisse caput, quod ex parte uerum est. Non enim tam ipse ante omnis fuit, quam ab eo omniũ incitata sunt studia. Amathas uero & Macarius discipuli Antonĩ, quo rum superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant Paulũ quen dam Thebæum principem istius rei fuisse: quod non tam nomine, quam opinione nos quoq; comprobamus. Nonnulli & hæc & alia prout uo luntas tulit, iactitant: subterraneo specu crinitum calcaneotenus homi nem fuisse, & multaq; persequi ociosum est, incredibilia fingentes. Quo rum quia impudens mendaciũ fuit, ne refellenda quidẽ sentẽtia uidetur.

Monachorum institutum antiquissimum.

Igitur quia de Antonio tam græco quam Romano stilo diligenter tra ditum est: pauca de Pauli principio & fine scribere dispoſui: magis quia res omissa fuit, quam fretus ingenio, Quomodo autem in media ætate ui xerit, & quas satanę pertulerit insidias, nulli hominum cõpertũ habetur.

Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Ro mæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore dãnati sunt, multas apud Ægy ptum & Thebaidam Eccleſias, tempestas sœua populata est, Voti tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis calli-

dus tarda ad mortem supplicia conquirens: animas cupiebat iugulare, non corpora. Et ut ipse qui ab ipso passus est, Cyprianus ait: uolentibus mori, non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat: duo memoriæ causa exempla subiecimus. Perseuerantem igitur in fide martyrē, & inter eculeos laminasq; uictorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet ut muscarum aculeis æderet, qui ignitas sartagines ante superassent. Alium iuuenili ætate florentem, in amœnissimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia candentia & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia uētus perstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis, meretrix speciosa uenisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus. Et quod dictu quoq; scelus est, manibus attrectare uirilia: ut corpore in libidinem concitato, se uictrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi: et quo se uerteret, nesciebat. Quem tormenta nō uicerant, superabat uoluptas. Tandem cœlitus inspiratus: præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.

Per idem ergo tempus quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaidam, cum sorore iam uiro tradita post mortem amborum parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, litteris tam Græcis quā Ægyptiacis apprime eruditus, mansueti animi, deum ualde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in uillam remotiorem & secretiorem secessit. Verum quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere uelle, quem cælare debuerat. Non illum uxoris lachrymæ, non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto deus, ab scelere reuocauit. Ad hęc instabat crudelitas, quæ pietatē uidebatur imitari. Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolaretur, necessitatem in uoluntatem uertit, ac paulatim progrediens, rursusq; subsistens, atq; hoc idem sæpius faciens: tandem reperit saxeum montem: Ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quę lapide claudebatur. Quo remoto (ut est cupiditas hominum occulta cognoscere) auidius explorans, animaduertit intus grande uestibulum, quod aperto desuper cœlo, patulis diffusa ramis uetus palma contexerat, fontē lucidissimum ostendens: cuius riuum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine, eadē quę genuerat aquas, terra sorbebat. Erant præterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incudes & mallei, quibus pecuniæ olim signatæ uisebantur. Hunc locum Ægyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuisse, ea tempestate qua Cleopatrę iūctus est Antonius. Igitur adamato (quasi quod a deo sibi offerretur) habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem, Cibum & uestimentum ei palma præbebat. Quod ne cui impossibile uideatur, Iesum testor & sanctos angelos eius, in ea ere mi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, uidisse me monachos de quibus unus p triginta annos clausus, hordeaceo pane & lutulenta aqua uixit. Alter in cisterna ueteri (quam gentili sermone Syri cubam uocant

2 *Vide hic miram Monachorum abstinentiam & ciborum delectum.*

quinque carycis per singulos dies sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse uidebuntur his, qui non crediderunt; quia omnia possibilia sunt credentibus.

Sed ut ad id redeam unde digressus sum, cum iam centum tredicim annos beatus Paulus uitam cœlestem ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur (ut ipse asserere solebat) hæc in mentem eius cogitatio incidit, nullum ultra se perfectum monachum in eremo consedisse. At illi per noctem quiescenti reuelatum est esse alium ulterius multo se meliorem, ad quem uisendum deberet proficisci. Ilico erumpente luce, uenerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire uelle quo nesciebat. Et iam media dies coquente desuper sole feruebat, nec tamen a cœpto itinere abducebatur, dicens: Credo in deũ meum, quia quod mihi seruo suo promisit, ostendet. Nec plura his, conspicit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hippocentauro uocabulum indidit. Quo uiso salutaris impressione signi armat frontem. Et heus tu, inquit, quanam in parte hic seruus dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius uerba, quã proloquens, inter horrentia ora senis blandum quæsiuit alloquium. Et dexteræ protensione manus cupitum indicat iter, & sic patentes campos uolucri transmittens fuga, ex oculis mirantis euanuit. Verum hęc utrum diabolus ad terrendum eũ simulauerit, an (ut solet) eremus monstruosorum animalium ferax, istam quoq; gignat bestiam, incertum habemus.

Stupens itaq; Antonius, & de eo quod uiderat secum uoluens, ulterius progreditur. Nec mora, inter saxosam conuallem haud grandem homunculum uidet, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infractusq; & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei & loricam spei, ut bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum animal, palmarũ fructus eidem ad uiaticũ quasi pacis obsides afferebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius, & qs nam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit: Mortalis ego sum, & unus ex accolis eremi: quos uario deluſa errore gentilitas, Faunos Satyrosq; & Incubos uocans colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis cõmunem deum depreceris, quẽ pro salute mundi uenisse cognouimus, & in uniuersam terrã exiit sonus eius. Talia eo loquente, longæuus uiator ubertim faciem lachrymis rigabat: quas magnitudo læticiæ, indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de Christi Gloria, & de interitu Satanæ: Simulq; admirans, quod eius posset intelligere Sermonem, & baculo humum percutiens aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro deo portenta uneraris. Væ tibi ciuitas meretrix, in quã totius orbis dæmonia confluxere. Quid nunc dictura es? Bestiæ Christũ loquuntur, & tu pro deo portenta uneraris. Necdum uerba cõpleuerat, & quasi pennigero uolatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquã ob incredulitatẽ scrupulum moueat, sub rege Constantino uniuerso mundo teste defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo uiuus perductus, magnum populo spectaculum præbuit, & postea cadauer exanime, ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso Antiochiam ut ab imperatore uideretur allatũ est.

Sed ut propositum persequar, Antonius cęptam regionem pergebat, ferarum tantum uestigia intuens, & eremi latam uastitatẽ. Quid ageret,

quo

quo uerteret gradū, nesciebat. Iam altera effluxerat dies. Restabat unū, ut deseri se a Christo non posse confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras: & dubia adhuc luce, procul intuetur lupam sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam sequutus oculis, & iuxta speluncam cum fera abꝫsset accedens intro, cœpit aspicere: nihil curiositate proficiente, tenebris arcentibus uisum. Verum (ut scriptura ait) perfecta dilectio foras mittit timorem: suspenso gradu, & anhelitu temperato, callidus explorator ingressus: ac paulatim progrediens, sæpiusq́ subsistens, sonum aure captabat. Tandem per cœcę noctis horrorē procul lumen intuitus: dum auidius properat, offenso in lapidem pede, strepitum concitauit: post cuius sonitum beatus Paulus ostium quod patebat occludens, sera obfirmauit. Tunc uero Antonius prę foribus corruens, usq́ ad sextam, & eo amplius horā, aditum precabatur, dicens. Qui sim, unde, cur uenerim nosti. Scio me non mereri conspectum tuum: tamē nisi uidero, non recedam. Qui bestias recipis, hominem cur repellis? Quæsiui, & inueni: pulso ut aperiatur. Quod si non impetro, hic moriar ante postes tuos: certe sepelies uel meum cadauer. Talia pstabat memorans, fixusq́ manebat. Ad quem responsum paucis ita reddidit hęros. Nemo sic petit, ut minetur: nemo cum lachrymis iniuriam, uel calumniam facit. Et miraris si non recipiam, cū moriturus aduenerís? sic arridens Paulus patefecit ingressum. Quo aperto, dum in mutuos miscentur amplexus, proprijs se salutauere nominibus, gratiæ domino in cōmune referuntur. Et post sanctum osculum residens Paulus, cum Antonio ita exorsus est.

En quem tanto labore quæsisti, putridis senectute membris operit inculta canicies. En uides hominem, puluerem mox futurum. Verum quia Charitas omnia sustentat, narra mihi quæso, quomodo se habeat humanum genus. An in antiquis urbibus noua tecta consurgant: quo mundus regatur imperio: an supersint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitem coruū in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subuolabat, & integrum panē ante ora mirantium depo suit, post cuius abscessum: Eia, inquit Paulus, dominus nobis prandium misit, uere pius, uere misericors. Sexaginta iam anni sunt quod accipio dimidiū semper panis fragmentum: uerum ad aduentum tuū, militibus suis duplicauit annonam. Igitur domino gratiarum actione celebrata, super uitrei marginē fontis uterq́ consedit. Hic uero quis frangeret panē aborta contentio, pene diem duxit in uesperum. Paulus more cogebat hospitiū, Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, ut apprehenso è regione pane, dum ad se quisq́ nititur, pars cuiq́ sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquę in fonte prono ore libauerunt: & immolantes deo sacrificium laudis, noctem transegere uigiliꝫs. Cūq́ iam esset terrę redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic loquutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: Olim te conseruum meum mihi promiserat deus. Sed quia iam dormitionis meæ tēpus aduenit, & quod semper cupiebam dissolui & esse cum Christo, peracto cursu supereſt mihi corona iustitiæ: tu missus es a domino, qui humo corpusculum meū tegas, imo terræ terram reddas.

His Antonius auditis, flens & gemens ne se desereret, atq́ ut comitē talis itineris acciperet, precabatur. Et ille: Non debes, inquit, quærere quæ

tua sunt, sed quæ aliena. Expedit tibi sarcina carnis abiecta, agnum sequi. Sed & cęteris expedit fratribus, ut tuo adhuc instituantur exemplo. Quã obrem quæso perge, nisi molestum est, & pallium quod tibi Athanasius episcopus dedit, ad inuoluendum corpusculum meum defer. Hoc autem beatus Paulus rogauit, non quod magnopere curaret utrum tectum putresceret cadauer, an nudum (quippe qui tanto tẽporis spatio, contextis palmarum foliis uestiebatur) sed ut a se recedenti mœror suę mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antonius, quod de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christũ in Paulo uidens, & in pectore eius deum uenerans, ultra respondere nihil ausus est: sed eum silentio lachrymans, exosculatis eius oculis manibusq; ad monasterium quod postea a Saracenis occupatum est, regrediebatur. Neq; uero gressus sequebantur animũ. Sed quã uis corpus inane ieiuniis, seniles etiam animi fregerant, tamen animo uincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum suũ confecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli, qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant, occurrissent dicentes: Vbi tam diu moratus es pater? Respondit: Væ mihi peccatori, qui falsum monachi nomen fero. Vidi Heliam, uidi Ioannem in deserto, & uere uidi Paulum in paradiso: Et sic ore compresso, manu uerberans pectus, ex cellula pallium protulit. Rogantibusq; discipulis, ut plenius quidnam rei esset exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicũ quidem cibi sumens, per uiam qua uenerat regressus est, illum sitiens, illum uidere desiderans, illum oculis ac mente contẽplans. Timebat enim quod euenit, ne se absente, Christo debitum spiritum redderet.

Cumq; iam dies alia illuxisset, & trium horarum spatio uiam remeauisset, uidit inter angelorum choros, inter Prophetarum & Apostolorum populos, niueo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere. Et statim in faciem suam procidens, sabulum capiti superiaciebat, ploransq; & eiulans, aiebat: Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis? Tam tarde notus, tam cito recedis? Referebat postea beatus Antonius tanta se uelocitate, quod reliquum erat uiæ cucurrisse, ut instar auis pernolasset: nec immerito. Nam introgressus speluncam, uidit genubus complicatis, erecta ceruice, extensisq; in altum manibus, corpus exanime. Ac primum & ipse uiuere eum credens, pariter orabat. Postquã uero nulla (ut solebat) suspiria precantis audiuit, inflebile osculum ruens, intellexit quod etiam cadauer Sancti, deum (cui omnia uiuunt) officioso gestu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans, contristabatur Antonius, quod sarculum quo terram foderet non haberet. fluctuansq; uario mentis æstu, & secum multa reputans, dicebat: Si ad monasterium reuertar, tridui iter est: si hic maneam, nihil ultra proficiam. Moriar ergo ut dignum est, iuxta bellatorem tuum Christe ruens, extremum halitum fundam.

Talia eo animo uoluente, ecce duo leones exinterioris eremi parte currentes, uolantibus per colla iubis, ferebantur: quibus aspectis primo exhorruit. Rursusq; ad deum referens mentẽ, quasi columbas uideret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu, ad cadauer beati senis substiterunt adulantibusq; caudis circa eius pedes accubuere: fremitu ingenti rugientes: prorsus ut intelligeret eos plangere, quomodo poterãt. Deinde

3. *Tu qui derides ceremonias Ecclesiæ et ritus orandi, uide hic etiam sanctissimi uiri cadauer extẽsis manibus & complicatis genibus deum officioso affectu deprecari. Vide etiam de Christiana traditione esse hymnos et psalmos in defunctorum sepultura decantare.*

haud procul cęperunt humum pedibus scalpere: arenamq; certatim egerentes, unius hominis capacem locum foderunt. Ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium ceruice reiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesq; lingentes. At ille animaduertit benidictionem eos a se precari. Nec mora, in laudationem Christi effusus, quod muta quoq; animalia deum esse sentirent, ait: Domine, sine cuius nutu nec folium arboris defluit, nec unus passerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis. Et manu annuens eis, ut abirent imperauit. Cumq; illi recessissent, sancti corporis onere seniles curuauit humeros. Et depositō cū in fossam, desuper humum congregans, tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius hæres ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi uendicauit, quam in sportarum modum de palmæ foliis ipse sibi contexuerat. Ac sic ad monasterium reuersus, discipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusq; solennibus Paschæ & Pentecostes semper Pauli tunica uestitus est.

Libet in fine opusculi eos interrogare, qui sua patrimonia ignorant, q domos marmoribus uestiunt, qui uno filo uillarum insuunt prædia: huic se ni nudo quid unquam defuit? Vos gēma bibitis, ille naturæ concauis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne uilissimum quidem indumentum habuit mancipij uestri. Sed econtrario illi quidem paupercu lo paradisus patet, uos auratos gehenna suscipiet. Ille uestem Christi, nudus licet, tamen seruauit: Vos uestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus uilissimo puluere coopertus iacet resurrecturus in gloriā: Vos operosa saxi sepulchra premunt cū uestris opibus arsuros. Parcite quæso uobis: parcite saltem diuitijs, quas amatis. Cur & uestros mortuos auratis obuoluitis uestibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasq; nō cessat? An cadauera diuitum nisi in serico putrescere nesciunt?

Obsecro quicunq; hæc legis, ut Hieronymi peccatoris memineris: cui si dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cū meritis eius, quam regum purpuram cum pœnis suis.

4 *Si negligenda esset Christianorum sepultura, ut quidam misere lices nostro tempore iactant, non deus tanto miraculo Pauli sepulturā procurasset, nec de ea Antonius tā topere solicitus fuisset.*

5 *Nota tumulū ex more cōpositum. Est ergo Ecclesiasticus mos super defunctorum corpora tumulos componere.*

6 *Dies solennes paschæ & Pentecostes etiam Antonij tempore.*

VITA SANCTORVM MARTYRVM GERVASII, ET PROTHASII, PER D. AMBROSIVM *Episcopum scripta.*

AMbrosius seruus Christi fratribus, per omnem Italiam in domino æternā salutem. In diuinis uoluminibus reus scribitur, qui non studuerit dare gratis, quod ipse gratis accepit. Quicquid enim ecclesiæ domini profuturum erat, subtraxisse uidetur; cum noluerit tradere omnibus, quod ipse non cęlandum acceperit. Vnde psalmographus canit: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: Veritatem tuam, & salutare tuum dixi: non cęlaui misericordiam tuam in concilio multorum. Et pro hoc opere quasi uicissitudinem a deo postulans adiecit, Tu autem domine ne elonges misericordiam tuam a me. Quasi diceret deo: Sicut ego feci alios misericordiam inuenire; ita ipse nō patiaris longe fieri misericordias tuas a me.

Aperiamus ergo, cur ista præmiserimus; & uestros animos qui pie de

domino sentitis,& creditis,de inuentione sanctorum corporum ad lætitiam inuitemus.In diebus itaq; transactę nuper quadragesimę cum domi

1 *Vide ieiunium quadragesimale.*

nus donasset mihi,Vt ieiunantium me faceret esse participem;in oratione positum ita me somnus oppressit;ut nec uigilans aperte,nec dormiens integre,uiderem apertis oculis duos iuuenes ephebos uestibus cãdidissimis,ideſt collobio,& pallio indutos, caligulis calciatos, manibus extensis orantes.Nullam quidem grauedinem patiens:Loqui cum eis non poteram.Sed quia,ut dixi,pars in me somni incumbebat; qui me ad eorum interrogationem uerbum proferre non sineret.Plene autem mihi eui gilanti uisio eorum elapsa est.

2 *Valet ieiunium ad impetrandũ quod poposceris a deo.*

Factum est proinde ut rogarem domini misericordiam, ut si ludificatio dæmonũ esset,abscederet:Si uero esset ueritas plenius appareret. Ad impetrandum uero,quod poscebam a domino,augmentaui ieiunium. Si milicq; modo canente gallo orantes mecum iuuenes apparuerunt. Tertia uero nocte,defecto ieiunijs corpore, non dormienti, sed stupenti,cũ quadam mihi tertia apparuerunt persona,quæ similis esse beato Paulo Apostolo uidebatur,cuius me uultum pictura docuerat,intantũ ut ipse mecũ,

3 *Cuius me uultum pictura docuerat. Ergo tẽpore Ambrosii pingebantur Apostolorũ imagines.*

illis tacẽtibus,Loqueretur dicens:Isti sunt,qui monita mea secuti,respuẽtes prædia & diuitias,secuti sunt domini nostri Iesu Christi uestigia,nihil terrenũ,nihilq; carnale concupiscentes,in media hac Mediolanensi urbe per decem annos in dei seruitio perdurantes ad hoc pertingere meruere, ut Christi martyres fierent Quorum corpora in eo loco inuenies,in quo stas, & oras.

4 *Et in nomine eorum ecclesiam fabricabis. Licet igitur Ecclesias in honorem dei fabricare sub inuocatione sanctorum. Cõtra nouos hæreticos.*

Duodecim pedum altitudine terræ coopertam archam inuenies, quã archam superius exaltabis, & in nomine eorum ecclesiam fabricabis. Cumq; eorum nomina requirerem,dixit mihi,Ad caput eorum libellum scriptum inuenies,in quo & ortus eorum,& finis scriptus est. Conuocans itaq; omnes per circuitum fratres, & Coepiscopos urbium uicinarũ, & referens uniuersa,quæ uiderã ipsis coram positis, primus ego terræ fossor accessi:cæteri uero episcopi prosecuti sunt; & fodientes peruenimus ad archam,quam sanctus promiserat Paulus. Quam aperientes inuenimus

5 *Si sanctorum corpora non fuissent tẽpla spiritus sancti,quo in eorũ effossis sepulchris tãtus odor fragraret?*

quasi in ipsa hora positos sanctos,miro odore fragrantes. Ad quorũ caput libellum inuenimus,in quo erant hæc per ordinem conscripta.

Ego seruus Christi Philippus intra domum meam sanctorum corpora cum filio meo rapui,& sepeliui.Quorum mater Valeria,& pater Vitalis sunt dicti; quos uno ortu geminos genuere; & unum Prothasium,aliũ Geruasium uocauerunt. Cumq; ab inteſtato Geruasius, & Prothasius,

6 *Ecce quo sancti Euangelicã paupertatem intelle xerunt, realẽ scilicet & cũ effectu bonorũ omnium tẽporalium abdicationẽ, nõ animo duntaxat, sicut perperam interpretantur hæretici nostri.*

hoc est patre sancto Vitale martyre,& matre sanctę memorię Valeria,defunctis utriscq;,patrimonio successissent,domũ propriam,in qua nati fuerant,& res uniuersas parentum,& casellulas uenundantes,& omne precium pauperibus erogauerunt,& familiolę suę,quam ingenuam fecerant. Post hæc autẽ Geruasius,& Prothasius in uno se cęnaculo concluserunt, & per decem annos lectioni,& orationi adhęrentes,anno undecimo conuersionis suæ,ad palmã martyrij,idola respuentes,sub Astasio principe in Mediolanensi ciuitate die kalendarum Iuniarũ feliciter peruenerunt.

Eodem tempore superueniente comite Astasio,qui proficiscebatur ad bellum,quod a Marchomãnis fuerat excitatum,occurrerunt ei cultores idolorum cũ sacerdotibus suis dicentes:Si pis lætus ad Augustos nostros

reuerti,

reuerti, & Victor; Geruasium, & Prothasium dijs nostris compelle sacrificare. Vehementer enim dij nostri de eorum contemptu cõmoti, responsa nobis dare contemnunt. Audiens hæc Astasius comes, iussit eos teneri, & ad se perduci. Cumq; perducti fuissent ad illum, ait comes Astasius: Hortor uos, & moneo, ut a deorũ nostrorum iniurijs cõmorantes ad ĩmolandum eis deuoti studeatis insistere, ut expeditio mea unanimiter celebretur. Beatus Geruasius dixit: Victoriam de cœlo debes ab omnipotenti deo requirere, non de simulachris mutis & uanis, quæ oculos habent sine lumine, aures sine auditu, nares sine odoratu, os sine sermone, manus sine tactu, pedes sine gressu, & uentrem absq; interioribus probantur habere, & sine flatu esse noscuntur.

Tunc indignatus Astasius comes iussit beatũ Geruasium tandiu plumbatis tundi, q̃ diu exhalaret spiritum. Quo remoto iussit sibi astare Prothasius. Cui & dixit: Miser uel tu uiuere stude, & noli biothanatus fieri, sicut & frater tuus Geruasius. Cui beatus Prothasius respõdens ait: Quis est miser, Ego, qui te non timeo; an tu, qui me timere probaris? Astasius dixit: ego te, miser homo, quomodo timeo? Beatus Prothasius dixit, In hoc probaris timere me, & lædi, si non sacrificauero dijs tuis. Si enim non timeres te lædi a me, ad sacrificium idolorum non me compelleres. Ego autem te non timens, contemno minas tuas, & omnia idola tua ut stercora reputans, Deum solum, qui regnat in cœlis adoro.

Audiens hæc Astasius comes iussit eum fustibus cędi, & dum diu torqueretur, iussit eum erigi, dixitq; ei: Prothasi, ut quid tam superbus, & tã rebellis existis? Vis perire, sicut tuum probasti perire germanum Geruasium? Beatus Prothasius respondit: Non tibi irascor Astasi comes; nec ego, nec ipsa iustitia, quoniam cęcos tui cordis oculos attendo. Incredulitas enim, quæ in tuis sensibus regnat, non te permittit uidere, quæ dei sunt. Nam & dominus meus Iesus Christus crucifigentibus se non maledixit, sed potius ut eis indulgeretur orauit, addens & hoc, quia nescirent quid facerent. Vnde & ego tui, comes Astasi, misereor, quia nescis, quid facias; age ergo, quod cępisti, Vt mihi possit occurrere cum meo fratre Geruasio hodie benignitas Saluatoris nostri.

7 *Vide corpora iustorũ defunctorum sancta dici, & quod orationibus eorum uiuẽtes misericordiam domini nostri Iesu Christi consequuntur. Respõdeant ad hæc hæretici si possunt.*

Tunc comes Astasius iussit eum capite cędi. Cumq; decollatus esset beatus Prothasius, Ego seruus Christi Philippus abstuli cum filio meo furtim nocte sancta corpora, & in domo mea, deo solo teste, in ista archa saxea sepeliui, credens me orationibus eorum consequi misericordiam domini nostri Iesu Christi. Qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum.

Miraculum, quod Mediolani factum est, cum illic essemus, quando illuminatus est cęcus, ad multorum notitiam potuit peruenire, quia & grandis est ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gesta est, concurrente ad corpora martyrum Protasij & Geruasij. Quæ cum laterent, & penitus nescirentur, Episcopo Ambrosio per somnium reuelata, reperta sunt, ubi cæcus ille depulsis ueteribus tenebris diem uidit,

Ex lib. 22. D. Aurelij August. de Ciuitate Dei, cap. 8.

Habetur in exhortatione eiusdē ad Virgines.

VITA SANCTORVM MARTYRVM VITALIS, ET AGRICOLAE, PER D. AMBROSIVM *Episcopum Mediolanensem scripta.*



Vi ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secū referre consuerunt. Ego ad Bononiense inuitatus conuiuium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta uobis plena sanctitatis, & gratiæ reseruaui. Apophoreta autem solent habere triumphos principū: & hæc apophoreta triumphalia sunt. Christi enim nostri principis triumphi sunt martyrum palmæ. Nec uerò huc dirigebam iter, sed quia petitus à uobis sum, debui mecū deferre, quæ alijs parabantur, ne minor ad uos uenirem; ut quod in me minus est, q̄ꝑ præsumebatur, in martyre plus inueniretur.

Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis seruus fuit ante, nunc cōsors, & collega martyrij. Præcessit seruus, ut prouideret locum, secutus est dominus, securus quod fide seruuli iam inueniret paratum. Non aliena laudamus. Passio enim serui, domini disciplina est. Hic instituit, ille impleuit. Nihil illi decerpitur. Quomodo enim minui potest, quod Christus donauit? Egregiè & ille, qui homini seruiuit, seruiendo didicit, quomodo Christo placeret. Hic tamen geminam laudem acquisiuit: in illo magisterij, in se martyrij. Certauerunt tamen inter se inuicem beneficijs, postquā æquales esse meruerunt. Hic illum ad martyrium præmisit, iste illum accersiuit. Nullum ergo ad cōmendationem hominis conditio affert impedimentum, nec dignitas prosapię meritum, sed fides affert. Siue seruus, siue liber, omnes in Christo unum sumus, & unusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino. Nec seruitus derogat, nec libertas adiuuat. Vide ad eam rem q̄ꝑ nihil in cōditione momenti sit. Seruus, inquit, uocatus es, non sit tibi curæ. Qui enim uocatus est in domino seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Vide, inquam, uim Apostoli. Plus putatur dedisse ei, qui seruus, q̄ꝑ ei, qui liber uocatus est. Ex seruo enim libertus Christi fit, ex libero seruus. Sed nulli plus dedit; uerū utriq; ęqualem mensuram diuisit. Apud Christum enim seruitus, & libertas æqua lance penduntur, nec ullo discerniculo bonę seruitutis, & libertatis merita diuiduntur, quia nulla maior est dignitas, q̄ꝑ seruire Christo. Denique Paulus seruus Christi Iesu. Hæc enim seruitus gloriosa est, in qua gloriatur Apostolus. An non summa gloria est, quando tali precio æstimati sumus, ut sanguine domini redimeremur? Sed pergamus ad cætera.

Cumq; sanctus Vitalis cogeretur à persequentibus, ut Christum negaret, & ille amplius profiteretur dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non esset in corpore eius sine uulnere locus, orationem fudit ad Dominum dicens: Domine Iesu Christe Saluator meus, & Deus meus, iube suscipi spiritum meum, quia iam desidero ut accipiam coronam, quam Angelus tuus sanctus mihi ostendit. Et completa oratione emisit spiritum. Sanctus uerò Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideoq; differebāt eius passionem. Sed hæc persecutorum honorificentia, omni erat immanitate acerbior, quę inuidebat martyrium. Denique ubi non acquieuit san-

ctus Agricola, crucifixus est, ut aduertamus illas blanditias eorum non sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio serui dominum terrere uoluerunt. Vertit hoc Christus in gratiam, ut martyrio serui dominus inuitaretur. Vtrique nomen aptum martyrio, ut designati ad martyrium ipsis uocabulis uiderentur. Ille Vitalis dictus est, quasi qui contemptu istius uitæ, uerã illam uitam æternam sibi haberet acquirere. Iste Agricola, qui bonos fructus spiritalis gratiæ seminaret, & sacri sanguinis effusione meritorũ suorum omnium, uirtutumque rigaret plantaria.

1 *Meritorum suorũ omnium. Habent ergo sancti merita.*

Sepulti autem erant Agricola, & Vitalis in Iudæorum solo inter ipsorum sepulchra. Iudæi ambierunt cum seruulis sepulturæ habere consortium, quorum dominũ negauerunt. Sic & aliquando Balaam dixit: Moriatur anima mea pro animis iustorum, & tamen non cõmunicauit eorũ operibus, cum uiueret, quorum in animis cupiebat mori. Et isti, quos uiuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuuias requirebamus, tanq; inter spinas rosam legentes, circunfundebamur Iudæis, cum sacræ reliquiæ eucherentur. Aderat populus Ecclesiæ cũ plausu, & lætitia. Dicebant Iudæi: Flores uisi sunt in terra, cum uiderent martyres. Dicebant Christiani: Tempus incisionis adest. Iam qui metit, mercedem accipit. Alij seminauerunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Iudæi uoces plaudentis Ecclesiæ dicebant inter se: Vox turturis audita est in terra nostra. Vnde bene lectum est: Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Dies diei, Christianus Christiano. Nox nocti, Iudæus Iudæo. Indicabant ergo Iudæi, quod haberẽt scientiam martyrum, sed non scientiam uerbi, Idest non secundum illam solius boni, & solius ueri scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & uolentes se iustificare, iustitiam Dei non receperunt.

2 *Vide in quanto honore sanctissimus pater habeat clauos & crucem martyris, q̃ etiã salutis munera nuncupat, & sub sacris altaribus collocat. Quid dicis Ecclesiæ hostis? Fuit ne superstitiosus Ambrosius? Minime profecto, sed pius & uerus dei cultor, & tu mendax potius & improbus.*

Detuli ergo uobis munera, quæ meis legi manibus, idest crucis trophea, cuius gratiam in operibus agnoscitis. Certe & ipsi dæmones confitentur. Condant alij aurum, atq; argentum, ac de latentibus eruant uenis. Legant preciosa monilium serta. Temporalis ille thesaurus est, & sæpe habentibus pernicios⁹. Nos legimus martyris clauos, & multos qui dem: & plura fuerunt uulnera, q̃ membra. Clamate martyrem, diceres ad populum Iudæorum, cum clauos eius colligeremus. Mitte manus tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Collegimus sanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc sanctæ uiduę negare non potuimus postulanti. Munera itaq; salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur.

Ea igitur uidua sancta est Iuliana, quæ hoc domino templum parauit, atq; obtulit, quod hodie dedicamus, digna tali oblatione, quæ in sobole sua templa iam domino pudicitiæ, atq; integritatis sacrauit. Dum Iulianã uolui dicere, Iudæam dixi. Non errauit lingua, sed definiuit. Iudæa enim est anima, quæ Christũ fatetur. Denicq; notus in Iudæa Deus. Idest, ubi agnoscebatur deus non ubi negabatur. Est ergo in spiritu Iudæa, ubi maior portio intellectus, & syncerior, quia salus ex Iudæis est. Linguæ igitur error testimonium sanctitatis inuenit. Honoremus ergo hanc uiduam, qa scriptum est: Viduas honora, quæ uerè uiduę sunt. Licet uerbor̃ nostror̃ honorem non ambiat, q̃ Apostoli mandatũ adæquauerit, habens in bonis operibus testimonium, quæ bene filios educauerit, melius instituerit.

VITA SANCTI MAMANTIS MARTYRIS,

Tomo operum primo fol. 142. facie. 2.

PER D. BASILIVM CAESAREAE CAPPADOCIAE Episcopum scripta.

NOn ignoro quanta sit encomiorum publici conuentus magnitudo. At ut illam scio, ita & imbecillitatē meam sentio. Causa nancq; ipsa exigit, ut dignum quid dicatur his qui conuenerunt, & quod spei respondeat, quā illi de nobis conceperunt, ipsi demum quoq; argumento quod tractandum est. Quoniam maxima ex parte martyrum hodie memoriam agimus, erecta est cuiusq; mens, & paratus auditus, expectans ut dignum aliquid tanto martyre dicatur, quod & ecclesiam desiderio circa illum permouet. Ita nancq; comparati sunt synceri & candidi filij, ut magnifica de parentibus suis exigant encomia, nec facile ferant amplitudinem eorum quæ deprędicanda sunt, per dicentis pericli tari humilitatem. Quapropter quanto maior est animorum ad audiendū auiditas, tanto maius imminet dicenti periculum. Quid igitur faciemus? Quomodo & desiderijs uestris satisfaciemus, & ne ipsi impręsentiarum nihil utilitatis ad ea quæ tractanda iam sunt adferētes, inutiles abeamus, cuiusq; animū adhortabimur, ut quæ in cognitione habet ad memoriam reuocans, ac mente renouans, ex se ipso sibi alimoniam paret, ut proprijs exhilaratus subsidijs domum reuertatur.

1 *Vel solus hic locus omnium hæreticorū mendacia cōtra sanctos destruit. Habes .n. hic Sanctos apparere in somnis.*

Cōstitutos ad eorum sepulchra, adiutores hæbere illos ad precandum.

Sanctos inuocari, & inuocatos opē ferre.

Aberrātes ad uitam reducere.

Infirmis restituere sanitatem.

Pueros mortuos resuscitare.

Vitæ terminos prorogare.

Spiritualium Charismatum diuitijs plenos esse.

Erubesce igitur et cō fundere miser, quicunq; sanctorum gloriæ et potestati detrahere te posse putas.

Memores estote martyris quotquot illo per somnia potiti estis, quot quot in hoc loco constituti adiutorem ipsum ad precandum habuistis, quibuscunq; ex nomine aduocatus ipsis adfuit operibus, quotquot aberrantes ad uiam reduxit, quoscunq; sanitati restituit, quibuscunq; pueros iam mortuos ad uitam reductos reddidit, quotquot uitæ terminos prorogauit. Collectis in unum his omnibus ex cōmuni symbolo, martyri encomium construite. Conferte inter uos mutuo, quæ quisq; nouit, illa subministret ignoranti, quę ignorat, illa accipiat ab eo qui nouit, atq; ita quasi ad conuiuium quod quisq; habet, conferentes, nostræ ignoscite imbecillitati. Ista nancq; demum sunt martyris encomia, spiritalium charismatum diuitiæ.

Non enim est, quod illum more secularium & externorum encomiorū cohonestemus. Nō est cur patres ac progenitores illustres proferamus. Nam turpe est aliunde ornare eum qui propria ipse uirtute illustris est. Lege nancq; consuetudinis talia inter encomia usurpant. Alioqui ueritatis lege, quæ cuiq; sint propria, ad ferenda encomia exiguntur. Neq; enim uelocem equum reddit, quod is, unde natus est, ad cursum aptus fuit, nec canis encomium est, ex uelocissimis prognatum esse. Sed quemadmodū & aliorum animantium uirtus in unoquoq; propria consideratur, ita & propria uiri laus est, cuius ex rebus ab ipso bene gestis testimonium habet. Quid filio confert, de illustri natum esse parente? Ita hic martyr non accepit aliunde quem habet splendorem, sed ipse per uitæ conuersationē gloriæ faculam accendit. A Mamante reliqui, non ab alijs Mamas gloriam habet. Hi pueri, qui pietatem ab illo sunt edocti, per illum sunt in honore. Nam ipse ex se ipso uirtutem quasi scaturigine quadam producit. Non habet ut torrens, qui ex alieno confluxu glorioſus apparet, sed

fons est decorem suum ex propriis uenis effundens. Celebremus uirum non alieno sed proprio ornamento decoratum.

Vides eos qui equestri certamine uicerunt? Vides splendida illorum monumenta, quomodo lapides sint neglecti? Ad martyris uero memoriam & tota regio mota est, & ad illius festū diem urbs uniuersa immutata gestit. Necp cognati diuitum ad maiorum suorum sepulchra declinant, sed omnes ad pietatis locū tendunt. Patrem hunc ueritatis ducem, & non eos qui corpori sunt parentes, duces appellitant. Vides honorem constare ex uirtute, non ex diuitijs? Ita ecclesia in quibus eos qui præcesserunt honorat, ad ea ipsa sectanda admonet præsentes, ac si dicat, noli diuitias sectari, noli deditus esse sapientiæ huius mundi, quæ abolebitur: neque gloriæ, quæ caduca est ac fluxa. Hæc enim una cum ipsa uita intereunt. Sed pietatis esto studiosus operator. Illa te ad cœlū usqp extollet, illa & imortalem tibi memoriam, & perennem apud homines gloriam per hoc parabit, quod eos qui præcesserunt honore afficit.

2

Ad Mamantis festū Vrbs uniuersa immuta est.

Sepulchrum martyris ad quòd oēs tendunt, pietatis locus ē.

Ecclesia martyres honorat, ut boni filij bonorum patrū imitentur exempla.

Audiunt ne hæc nostri temporis subuersores Ecclesiæ?

Si quisquam igitur pastoris memor est, ne admiretur diuitias. Conuenimus enim, non ut diuitem laudemus, ne diuitem admiratus domum abeas, sed ut paupertatem cum pietate coniunctam extollamus. Pastorem esse, nihil habet magnificum, nihil quod sapientiæ & industriæ referat exercitium. Caue ergo ad iracundiam motus probri gratia eum qui te lęsit pastorem uoces, nihil habentem, nisi quod ad uictum attinet quotidianum, peram et clauam remisse, tanquam diurna subsidia gestantem, nullam crastini curam habentem, bestijs hostem, animalibus mansuetis compascuum, forum ac tribunalia fugientem, sycophantarum ac mercaturæ ignorantem, diuitias nescientem, proprium tectum non habentem, sed sub eo quod mundo commune est agentem, noctu ad cœlum suspicientem, & per astra conditoris admirabilem potentiam considerantē. Ne pudeat nos ueritatis. Ne fabulatores illos extraneos imitemur, ne ueritatem uerborum ornatu obuelemus. Nuda est ueritas, absqp patrocinio ipsa seipsam declarans. Humilitatem illius multo sermone, imo magis encomio celebrabis. Pastor ac pauper. Hæc sunt homini christiano ornamenta. Si doctrinæ pietatis duces inquisieris, piscatores inuenies ac publicanos. Si discipulos, coriarios, pauperes. Nusquam splendor. Hæc omnia cum ipso mundo abolentur. Vide igitur cuius hominis diem festum agamus, cuius gratia alacres omnes simus, propter quem immutata sit ratio uitæ nostræ.

3

Cuius hominis diem festum agamus.

Quoniam uidelicet pastoris admoniti sumus. Ne contemnas uirum, ubi pastorem audis. Qui deo primus placuit, Abel, pastor fuit. Quis illū imitatus est? Moses magnus ille legislator, qui ut periculum declinaret quod a Pharaone imminebat aufugit, qui pastorum detestatus fuit insidias, ille (inquam) pecudes pauit in monte Choreb, & per pasturam ad colloquium dei peruenit. Angelum in rubo non iudicio disceptans, sed pastorem agens, cœlesti colloquio dignatus uidit. Quis Mosen subsequutus est? Iacob patriarcha, qui pecudes pascendo pro ueritate patientiam ostendit, & in modica imagine uniuersam uitam suam quasi quodam caractere obsignauit. Cui conuersationis huiusmodi zelum post se reliquit? Dauidi. Dauid a pecudum pastura peruenit ad regnum. Sorores quædam sunt pastura & regni administratio. Nisi quod illa irrationa-

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA W POZNANIU

lium, ista uero rationalium animantium curam habet. Ita scilicet ad maiorem illa scientiam transitum habet. Qua propter dominus utranque complexus, & pastor est & rex, irrationales pascens, maiori ratione præditos sub regni gubernationem includens. Vis discere quantæ dignitatis sit pastor? Dominus, inquit, pascit me. Quomodo uero regiæ gubernationis soror est pastura? Quis est iste, inquit, rex gloriæ? Qui illic pastor, hic rex dicitur.

Nec putes illum ab aliis quidem pastorem uocari, ipsum uero id appellationis pudoris gratia non agnoscere, quin ipse degeneres pastores cõpescens, in seipsum ueræ pasturæ testimonium transfert. Ego inquiens sum pastor ille bonus. Arcet degeneres, & ueritatem sibi ipsi uendicat, Ego sum pastor ille bonus. Disce quis sit pastor, & quis sit bonus ille. Ipse hoc interpretatur. Verus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius uero, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, illi nihil est curæ quando lupum uenientem uidet. Hic quærit ecclesia, si dominus pastor est, quis sit mercenarius pastor. Num diabolus? Et si diabolus mercenarius pastor est, quis sit lupus. At lupus diabolus est, bestia immitis, rapax, insidiosa, cõmunis omnium hostis. Habeat propriam appellationem mercenarius pastor. Tunc quidem mercenarios pastores dominus eos uocauit, qui tunc degenerauerant. Sunt uero & nunc, qui non ut prosint ouibus pastores agunt, quibus proprie mercenariorum appellatio conuenit. Tunc principes sacerdotum notabantur, & pharisæi, & omnis illa Iudaica secta. Illos dixit mercenarios esse pastores, qui non ueritatis, sed quæstus sui gratia pascendi potestatem usurparant, qui uano prætextu precationibus instabant, ut panem comederent uiduarũ & orphanorum. Mercenarij sunt, qui proprium cõpendium curant. Qui præsentia sectantes, ad futura non adspiciunt: mercenarij sunt non pastores. Et nunc mercenarij multi sunt, qui pro misera gloriola uitam suam impendunt ac produnt, qui iam quoque contra sana domini uerba schisma suscitant. Cũ enim & tum eadem dominus dixisset, schisma inter Iudæos oriebatur. Quidam dicebant, Dæmonium habet, quidam uero, dæmon oculos cæcos ut uideant illuminare non potest. Vides ueterem hunc esse schismatis morbum? Mox enim uentilabrum adest. Paleas secernit a frumento, & quod leue est & instabile, seiungit ab eo quod alendi uim habet. Quod autem spiritali conueniens est alimoniæ, agricolis deputatur. Quapropter schisma factum est, & alij isto, alij alio modo præstantes fuerunt. Iudæorum est in partes scindi. Ecclesia uero dei, tunicam inconsutilem, desuper contextam adepta, quæ a militibus ne scinderetur conserua ta est, Christumq; induta uestimentum illius ne scindat.

4 *Si Iudæorum est in partes scindi, ecclesiæ uero Christi integrã esse, considerent hæretici nostri cuius partis sint, qui in tot sectas sunt diuisi.*

Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meq. Et hęc ad blasphemię suę structuram rapuit hæreticus. Ecce, inquit, dictum est, cognoscunt me meæ, & cognosco oues meas. Quid ergo uocat cognoscere? An essentiam suam intelligere? An magnitudinem emetiri? An ea contra diuinitatẽ sentire, quæ tu ore impudenti & temerario pronunciasti? Vel non ex præcedentibus mensuram cognitionis huius intelligis, quid in deo cognoscamus? Oues meæ, inquit, uocem meam audiunt. Ecce quomodo cognoscatur deus. Ex eo quod præcepta illius audimus, ex eo quod illa audientes opere adimplemus. Hæc demum est cognitio dei, obseruantia uideli-

5 *O uere dignam tãto uiro doctrinã. Cognoscitur deus ex eo q̃ audientes præcepta illius opere adimplemus. Et cognitio dei est obseruantia mandatorum dei, nõ ina-*

cet præceptorum dei, non inanis illa curiositas, non essentiæ dei & supra mundanorum inuestigatio, non rerum inuisibilium consideratio. Cognoscunt me meæ, & cognosco meas. Satis tibi sit scire, pastorem esse bonũ, animam suam posuisse pro ouibus. Terminus hic sit diuinę cognitionis. Quantus uero sit deus, & quę illius mensura, & qualis essentia, talia susci tanti sunt periculosa, ei qui rogatur perplexa, & talium medicina est silen tium. Oues meæ uocẽ meam audiunt. Audiunt inquit, non disputant. Hoc est, non sunt inobedientes, non contendunt.

nis curiositas inuestigationis essentiæ eius & similium diuinorum secretorum.

Quod etiam nota tui qui Christum Christum semper habes in ore, & nihil eorum quæ is pcipit facis.

Audisti filium, at non ita generationis modos. Neq; igitur uel a me pe tere, uel ipsi rationi subijcere de quibus nulla potest haberi ratiocinatio, neq; per schisma quod coniunctum est separare uelis. Hac te ratione præ occupans euangelista cõmuniuit ac cautum reddidit. Audisti mane, & continuo audis, In principio erat uerbum, ne filium humanam esse proge niem putes, quæ ex non existente prouenerit. Verbũ illum esse dixit, propter impassibilitatẽ erat, propterea quod tempori subiectus non est: prin cipium, ut natum patri coniungeret. Vides morigeram ouiculam, quomo do audiat uocem domini? In principio, inquit, & erat, & uerbum. Ne di cas quomodo erat? Et, si erat, genitus non est, Et, si genitus est, non erat. Ouicula nõ est ista dicens. Pellis ouilla est, intus uero lupus latet. Qui hęc dicit, pro insidiatore habeatur. Oues meę uocem meam audiunt. Audisti filium? intellige similitudinem quã habet ad patrem. Similitudinem dico propter imbecillitatem ualentiorum corporum Et alioqui ueritas ita ha bet. Non enim uereor accedere ueritati. Non sum ad sycophantiam cõ modus. Verbo patris & filij identitatem seruo. Proprietatem in substan tia filij, formam intellige paternam, ut exacte imaginis rationem custo dias, ut competenter de deo sentias. Ego in patre, inquit, & pater in me est. Non confundit essentias, sed uel similitudinem identitatẽ exprimit.

At enim dilecte res ista summe uidetur contraria, utpote quod uestra audiendi obedientia imbecillitatem nostram adegit in medium aliquid adferre ac dicere, ut potentia dei in organi imbecillitate potissimum illu straretur. Nam hac forsan ratione imbecillitas nostra superabundauit, ut hoc amplius glorificetur qui quod infirmum est corroborat. Qui uero no stram hanc panegyrim reduxit, & finem fecit anni præteriti uotis, ac ini tium dedit tempori iam imminenti. (Hæc nanq; dies pręteriti nobis tem poris circulum terminat, & rursus initium est iam aduenienti) qui & nos huc congregauit, & futuri energiam largitur, in illo nos custodiat indem nes, illæsos, & a lupi rapacitate securos, & ecclesiam hanc immotam, ac magnis martyrum turribus munitam conseruet, & omnes furentium hę reticorum insidias & incursus in tranquilitate ac silentio auertat, nobis uero donec ut diuina oracula discamus, & doceamus, subministrata a spi ritu sancto gratia, cui cum patre & filio sit gloria & imperium, nunc & semper & in secula seculorum amen.

6

Martyres turres Ecclesiæ.

VITA SANCTI GORDII MARTYRIS MILITIS CAESARIENSIS, PER D. BASILIVM

Cæsareæ Cappadociæ Episcopum scripta.

Tomo primo operũ fol. 116.

NAturæ lex, est apibus innata fratres dilectissimi, ut nisi rex prius agmen præcedat, ab aluearibus nusquam discedant. Vos autem

dei populum, cum nunc primum ad martyres tanquã ad flores cœlestes exeuntes, & huc frequentes conuenire uiderim, quo id duce fecerítis exquiro. Quis ingentem hunc æstum excitauit? Quis hyemalem hanc tristitiam in uernam serenitatem cõmutauit, ut populus ex ciuitatis ædificijs tanquam ex apum aluearibus hilaris egressus, ad suburbanum decus præclarumq; martyris stadium confluueret? Quoniam igitur & nos, infirmitatis nostræ oblitos celebritas martyris excitauit, age & ipsi quoq; quantum uoce contendere licet, ueluti bombantes apes uernantibus floribus circumfusæ, præclara ipsius gesta personemus: rem quidẽ piam agentes, simul & gratam ijs qui adsunt. In laude nanq; iusti populus lætabitur.

1 *Ecce quomodo etiam Basilij tempore populi ad martyrum celebritates cõfluebant.*

Salomonis lectio nobis nuper recitata, quid nam per latentẽ huiuscemodi prouerbij sensum sibi uelit, mecum ipse cogitabam: an forte dicat, quod populus oratione magnifica, ac plane culta rhetoris cuiusdam potentis quæ auditorum aures demulceat, oblectetur: præterea sermonis ornatum, rerumq; inuentionem, ac dispositionem elegantem exoptet. Quod profecto mihi uerissimile non uidetur, cum ipse nusquam huiuscemodi dicendi genere usus fuisse inueniatur. Nam & sanctorũ memorias, orationis & eloquentiæ fuco prosequi, non fas erat admonere, illi præsertim, cuius scripta sermone simplici, nulloq; stili apparatu conspiciuntur. Quis ergo illorum uerborum sensus? Is uidelicet, quod populus spirituali lætitia gaudet, si eorum tantum admoneatur quæ iusti patrarunt, atque inde ad æmulationem recte factorum, ab ijs, quæ audit accenditur. Illorum enim qui in fide claruerunt historia simplex, uelut lucem quandam dei cultoribus ad uirtutis iter ostendit. Quamobrem cum in sacris uoluminibus Mosis uitam, morumq; lenitatem nostræ naturæ magnopere optatam narrante spiritu sancto audimus, statim æmulamur. Quod si reliquorum facta uirorum eloquentiæ floribus ornantur, sanctis tantum adea quæ maxima gessere demonstranda, sat fuerit oratio simplex. Itaq; dum uitam eorum qui in pietate conuersati sunt exponimus, dominum cum primis per seruos suos glorificamus, deinde & iustos ipsos testimonio eorum quæ scimus celebramus, & populum per auditum recte factorum exhilaramus. Ioseph dum audimus aut legimus uitam, illius assequi castitatem magnopere cupimus. Si uero Samsonis narratur historia, ad illius imitandam fortitudinem accendimur.

2 *Sicũt cũ uitas sanctorũ exponimus, deum in primis glorificam', deinde iustos celebramus, sic cum eorũ sepulchra, memorias et pignora uisitamus et ueneramur, ac eos in nostrum auxilium inuocamus, o improbe hæretice.*

Sacra igitur schola, præcepta rhetorum aut instituta non sequitur: nudam rerum expositionem pro encomijs habet, quam & sanctis, ac nobis satis esse existimant. Illis quidem ad uirtutis eorũ præconium: nobis uero ad imitationis gloriam atq; formam. Encomiorum nanq; lex est, patriæ dignitatem ostendere, generis originem ex alto repetere, educationis incunabula diligentius referre. Nostrum uero dogma hæc tanquam supervacua dimittit: & quæ sunt propria, ac uernacula sectatur. Quidnam ego sum melior, si mea ciuitas olim magna bella gessit, aut de hostibus triumphauit? Si eadem optimo sit in loco sita, æstate ac hyeme, cœlique temperie fruatur? Si fertilis est uiris gignendis, si ager pascendo pecori sufficiat? Si meliores nutriat equorũ greges quam usquam reperiantur? Quid, inquam, ista? An ad uirtutem cõmendatiores nos reddere possunt? Nos ipsi profecto decipimus, si in montis cacumine constituti, nubes nos transcendere, ac sublime cœlum nobis cedere uidẽtes, hac de causa nobis aliquid

quid accedere existimamus. Ineptum insuper, si sanctis, qui res orbis uniuersas contempserunt, his esse opus commendationibus putamus. Igitur nostri tantum causa profectus, sat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim nostris indigent laudibus ornari, sed nos ipsorum uitæ historia & commemoratione, imitationis gratia indigemus. Quemadmodū enim ex igne naturaliter emicat splendor, ex unguento quoq; præstanti diffunditur odor: Sic è sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes prouenit utilitas.

Fuerit haud modici momenti eorum quæ olim gesta sunt ueritatem exacte tenere. Nam obscura quędam fama, uiri huius præclara facta conseruans, ad nos usq; uenit. Quamobrem pictoribus recte comparabimur. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, uti par est, a prima forma plurimum recedunt. Nos item cum rerum gestarum aspectu caruerimus, ualde metuendum, ne dicendo rerum ueritatem atteramus. Verum quando eius hodie festum celebramus, qui in huiuscemodi die certamen pro Christi nomine subijt, quantum ex eius historiæ notitia deprendere licebit, enarrabimus. 3 *Hodie Gordij festum celebramus.*

Fuit hic martyr beatissimus ciuis noster Cæsariensis: ex quo non mirum, si nostra mentis affectus ad eum potissimum dirigitur, quod profecto ad uerum ac domesticum nobis facit ornamentum. Nam sicut arbores quæ bona ferunt poma, propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo. Sic iste ex nostræ urbis prodiens utero, ad summumq; gloriæ culmen euectus, patriq; quæ eum produxit atq; aluit, honorem gloriosissimi martyrij tribuit. Iucunda nempe sunt quidem & externa poma, modo sapore delectent: sed longe nostro gratiora gustui propria quam peregrina, præterquā quod & gloriam quandam nobis cōferre uidentur. Militiam exercuit, in qua locum admodum insignem tenuit, ita ut centum milites eius imperio parerent: quodq; animi uirtute & corporis uiribus præcelleret, cunctis inter ordines militibus præstantior habebatur.

Ea sane tempestate, cū tyrannus impius qui tunc imperitabat, in Christianum nomen uirus suæ feritatis effunderet, manumq; deo inimicā aduersus ecclesiam exerceret, tota urbe præconis tuba sonabat, toto foro & per cōpita tyrannicum promulgabatur edictum, ne quis Christum adoraret. Qui uero contra iussa faceret, morte plecteretur. Idola proponebātur adoranda omnibus, lapideaq; ac lignea hominum simulacra pro uero numine colenda, & si qui recusarent, extrema intentabantur. Confundebatur tota ciuitas, quæ rei nouitate attonita, tota tumultuabatur. Christianorum domus singulæ uastabantur: Innocentium facultates diripiebantur. Fidelium & ingenuorum corpora, carnificum manibus discerpebantur. Matres familias per uicos trahebantur. Nulla iuuenum cōmiseratio, nulla senum reuerentia erat. Insontes noxijs ac maleficijs digna patiebantur. Complebantur supra modum carceres, domus insignes & opulentæ uacuabantur. Pleni saltus, plena perfugis loca deserta: ob unū tantum crimen, quod Christum colerent. Prodebat patrem filius. Pater filium accusabat. Frater aduersus fratrem insaniebat. Seruus domino insultabat. Adeo diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, ut uelut in tenebris agentes sese minime cognoscerent. Præter hæc autem, domus orationis prophanorum manibus uastabantur, aræ sanctissimę euer-

4

Legant hæretici nostri quæ hic dicuntur, et cum similia ab eis perpetrata sint, nouerint se paganis infidelib' infideliores esse.

tebantur, nec erat oblatio ulla, nec thymiama. Diuinæ rei nullus iam locus erat amplius relictus. Cuncta mœror ingens ueluti diffusa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur. Sacer omnis conuentus eadem insolitam expauescebat. Dæmones uero tripudiabant, & nidore ac sanguine uictimarum infecta cuncta dabant.

Hæc igitur exempla crudelia cum Centurio generosus cõspiceret, tantorum malorum exitum præueniens, abiecto militiæ baltheo, sponte sibi exilium delegit. Itaq; relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, seruis, propinquis, amicis, uoluptatibus, & rebus alijs, quas cæteri maxime appetere, ac magno studio parare solent, ad uasta deserta & hominibus inuia loca contendit: longe secum melius agi putans, si in ferarũ recessibus, quam inter idola uana cum hominibus habitaret: Heliæ prophetæ secutus exemplum qui cum Sidoniorum conspiceret impietatem quotidie inualescentẽ, in montis Oreb speluncam secessit, ac sese ab omni humana conuersatione, ut deum quæreret ac uideret, abdicauit. Vidit tandem quantum fas est homini mortali. Eodem modo noster Gordius spretis omnibus, urbanos fugiens tumultus, fori clamorem, magistratuũ ambitionẽ, tribunalium fastum, obtrectatores, ementes, uendentes, peierantes, mentientes, mimos, scurras, cæteroscq; hujusce modi generis homines, quibus magnæ urbes refertæ sunt, multoscq; secum tanquam magnę naues alligatas puppibus cymbas per æquora trahunt. Insuper uisu audituq;, ac animo a uitijs purgato & libero, deum ipsum cõtemplando uidere meruit: tum magna discere mysteria, quæ non ab hominibus, nec per homines fuit edoctus, sed magno usus præceptore spiritu ueritatis.

5

Veluti fortis athleta ieiunijs, uigilijs & orationibus exercitatus.

Quamobrem secum meditans, quã sit fallax & inanis uita humana, ac somnij phantasmatis æquiparanda, in superne illius uocationis amorem exarsit: ac ueluti fortis athleta sese ieiunijs, uigilijs, orationibus, studijs demum diuinæ eruditionis probe exercitatũ, & ad certamen instructum animaduertens, hunc maxime diem obseruauit, in quo frequens ciuitas uisendo equestri spectaculo erat intenta: quod hoc in loco ea tempestate, in Martis, seu potius furentis bellorum dæmonis, honorem celebrabatur. Populus omnis ex edito spectabat, nec ullus deerat, nõ Iudęus, non gentilis, non item Christianorum multitudo, quæ negligenter uiuebat, & cum uanitatis concilio cõmixta sedebat: nõ declinans conuentus malignantium, sed & ipsa tum equorum cursum & aurigarũ agilitatem spectabat. Serui eo die ab opere liberi. Pueri e scholis spectatum currebant. Fęminæ prostitutę ac ignobiles aderant. Plenum erat stadium, & omnis iam turba cõsederat, equestre certamen uidere intenta. Tunc magnanimus & fortis heros per montis cliuum in theatrum properans, non populum horruit, non quam hostibus se manibus traderet pensitauit, sed corde intrepido & animo excelso quasi quædam continua saxa, aut arbores multas, eos qui circa stadium sedebant prętercurrens, in medio cõstitit stadio, complens dictum illud, Iustus ut leo confidenter agit. Quid plura? adeo intrepido excelsoq; animo fuit, ut cum in eminentiore theatri parte staret, ingenti uoce, quam qui audierunt extant adhuc aliqui, exclamauerit, & clare illud Apostoli ad Romanos dixerit: Ecce inuentus sum ab ijs qui me non quærunt: his qui me nõ interrogabant palam apparui. Quibus sane uerbis se in eum uenisse locum significauit minime coactum,

sed ultro se ad certamē exhibuisse seruatoris exemplum secutum, qui cū per atram noctem minime uideretur, se Iudæis manifestauit.

Omnium igitur oculos statim in se conuertit. Erat enim aspectu horridus, & quod montana diu incoluerat squalenti capillo, barba promissa, ueste obsita, corpore toto aridus, pera præcinctus, baculo innixus. Quæ sane omnia horrorem quendam uulgo aspicienti incutiebant, simul & eū illustrem magnopere reddebant. Vbi autem quis esset, cognitus fuit, gentilium simul & Christianorum clamor est ortus: his quidem ob gaudium sui cōmilitonis exultantibus, illis uero qui ueritati repugnant, iudicis animum ad eius cædem accendentibus, & iam ad mortē condemnantibus. Igitur clamor atq; tumultus omnia cōplebat. Equos, currus, aurigas, iam despiciebant. Frustra rotarum stridor aerem uerberabat, nullus aliud quā Gordium uidere malebat, nullus quam Gordium uerba sonantem audire studebat. Totum deniq; theatrum murmure more uenti per aera sonaretis perstrepebat, & equorū cursum superabat. Vbi uero per pręconem silentium imperatum, conticuere buccinæ, sopitæ fistulæ, uaria musicorū instrumenta siluerunt: Solus aspiciebatur Gordius, solus audiebat̄. Hinc ad præsidijs tribunal qui tum in eodem loco sedebat, certamenq; instituebat, confestim adductus, & ab eo quisnam, aut cuius esset interrogatus, & patriam & generis & dignitatis locum quem tenuerat: præterea fugæ causam, ac reditus pariter enarrauit. Reuersus sum, inquit, palam ostendens, quod tua edicta nihil omnino curo, sed Iesum Christum spem meam, meumq; præsidium profiteor: cumq; acceperim te reliquos homines crudelitate superare, hoc sane tempus explendo meo uoto maxime idoneum sumpsi.

His sane uerbis uelut ignis ira præsidis accensa, quicquid in eo furoris erat, in hunc subito conuertit. Præsto sint, inquit, lictores, flagella, plumbatæ, corpus rotis scindatur, in equuleo suspendatur, omne tormentorū genus excogitetur: Feroces adsint feræ, igni tradatur, gladio feriatur, in altum deijciatur barathrum. Verum parua hæc omnia uiro execrando, digno qui non una tantum morte intereat. Quin, inquit, Gordius, damnū profecto me facere uideor, si sæpe uarijsq; modis extingui, uariaq; pro Christo pati supplicia nequeo. At ille his magis iritatus uerbis, magisq; se lædi ac sperni ob talem loquendi licentiam existimans, naturali eius feritati uehementior accessit impetus: ac eo truculentior fiebat, quo ille constantior in contemnenda pœna uidebatur. Cum nulla tormentorum ratione, nullis armis a cœpto proposito auerti posset, quin in cœlum oculos attollens, Sacra psalmorum carmina decantabat: dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et rursus: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et alia istis germana, quæ de sacris promebat uoluminibus, ad animū confirmandum, & in proposito perseuerandū maxime facientia. Tantumq; abfuit, ut intentatas horreret pœnas, ut eas ultro in se prouocaret, supplicijq; moras uehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid statis? Corripite corpus, membra frustatim cædantur: Deniq; quodcunq; de me supplicium uolueritis, sumite. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quanto enim mihi plus tormentorum accesserit, tanto plus referam præmiorum. Res enim in hac uita aduersæ, nobis apud deum perpetuam pariunt uoluptatem. Si uulnera mille ac cicatrices pa-

timur,in resurrectione splendido induemur amictu. Pro contumelia atq; ignominia,palmas coronasq; assequemur.Pro uinculis & carcere,per amplapa radisi spatia læti uagabimur. Pro accusatione demum atq; iniqua condemnatione,gloriam ex deo & angelis referemus. Minæ uestrę semina mihi sunt diuina,unde immortalitatem perpetuaq; gaudia metam.

Cum tandem uir beatus hac seueritate a fide obstinata auerti non posset,alia tunc uia præses est aggressus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus est,cum præsertim diabolus hac uti soleat arte, ut timidos metu perterreat,fortes leniat atq; palpet. Quod imitatus præses,ubi illū rebus terribilibus non flexit,dolis ac placabilitate circūuenire quęrebat: Quamobrem magna se daturum spondebat, quorum alia tunc haberet, alia Imperatorem daturum ei affirmabat, locum inter milites illustrem, facultates,opes,quicquid denicq; animus cuperet. At ille nec sic quidem uictus,præsidis insaniam ridebat,qui compensare dignum aliquid supernis sedibus existimaret. Impius ille tunc laxatis iræ habenis furore percitus,ensem uagina diripit,lictorem coram astare iussit,& manu & lingua nefanda ad uiri damnationem se accinxit. Ad tribunal omnis theatri multitudo conuenit:reliquus uero populus,qui adhuc in urbe fuerat, prorumpens,ad hoc nouum properauit spectaculum, quod & angeli & homines uerebantur,dæmones uero perhorrebant. Quid plura? Concurrentibus eo cunctis,urbs pene uacua facta est, fluminis instar tota incolarum multitudine extra urbem ad locum martyrij confluente. Matres familias, nobiles,ignobiles properabant, domus sine custodibus relictæ, tabernæ negociatorum desertæ, in foro uenalia disiecta iacebant. Ex hoc tantum urbs tuta, quod omnibus extra mœnia egressis, nemo intus remanserat, qui nefas aliquid perpetrare posset. Serui ministerio neglecto, auidi spectandi erant. Qui etiam publico non fuerant adsueti, ad uirum hunc adcurrebāt. Virgines tunc primo extra domos prodeuntes,marium uultus conspexere. Valetudinarij ac senes ipsi quoq; extra muros cōtendebant. In tanto itaq; ciuitatis cōcursu,beatum Gordium alteram uitam,iamiam per mortem corporis spectantem atq; tenentem, necessariorum amicorumq; turba circunsistebat,amplectabantur,oscula dabant,demum flentes adhortabantur ne sese in ardentes flammas conijceret,ne florem proderet iuuentutis,aut æthereas auras,solisq; dulce iubar relinqueret. Nonnulli quando a fide omnino auertere non poterant,aut fas putarent,quibusdam eum uerisimilibus aggrediebantur rationibus,& Christum tantum corde si cuperet retinere,ore autē negare suadebant. Nō enim deum uerba,sed loquentis animum inspicere: Hoc ferme modo exasperatum iudicis animum demulceri, & deum nihilominus propicium posse reddi asseuerabant.

At ille tanquam cautes immota maris exagitantibus fluctibus, nulla ui,nulloq; uerborum impulsu quassatus,in obstinato cœptoq; proposito inexorabilis permansit. Vt enim sapientis domum supra petram ædificatam,uis nulla uentorum, aut imbre è cœlo uehemens,nec torrentis impetus quassare potest: ita demum nec preces ullæ, aut minæ constantiam eius in fidē Christi euertere potuerunt. Cumq; mentis acie huc illuc circū cursantem diabolum,& eius impulsu ac arte hinc lachrymas oriri, inde uim eloquentiæ suadendicq; copiam subministrari animaduerteret, illud

domini

domini uerbum flentibus ait: Nolite flere super me, sed flete super dei inimicos, qui in Christianos continuo grassantur. Ipsos, inquam, flete, qui ignem nobis parant, sibi met gehennæ incendia, iramq; in die iræ thesaurizantes. Meum solicitare aut emollire animum desinite. Ego enim pro nomine domini Iesu Christi mille pericula, milleq; mortes si opus foret, adire sum paratus. Alijs uero qui Christum ore negare adhortabantur respondit: Lingua quidem quam Christi beneficio retineo, adduci non possum, ut suum neget autorem. Corde nanq; credimus ad iustitiam, ore uero confitemur ad salutē. Num militaris ordo, desperatam habet salutem? Nullus ne centurio pius erit? Primi Centurionis exemplū succurrat, qui cruci seruatoris assistens, eius diuinitatem per prodigia facta cognoscens, non est ueritus adhuc Iudæis furentibus, in cęde nomen eius palam fateri. Quod enim animo sensit, id ore subito manifestauit: Vere dei filius erat iste. Alius item centurio, Christum adhuc in carne existentem, deum & regem uirtutum esse nouit, qui posset solo uerbo opem suam per ministros spiritus egentibus adferre, cuius & fidem dominus uniuerso Israeli prætulit. Cornelius item Centurio angelum domini uidere, & per Petrum saluus fieri meruit, cuius dominus preces simul & eleemosynas respexit. Horum igitur Centurionum libenter discipulus & imitator esse cupio. Negem ego deum meum, in cuius cultu sum educatus? Nonne cœlum, sol, & astra omnia, lumen mihi clauderent suū? Credam profecto humum quam pedibus tero mihi ruituram. Nolite errare. Deus nequaquam irrideri potest, ex ore nostro nos iudicat, ex nostris, inquam, uerbis nos seruat & damnat. Nonne tremendam domini sententiam audiuistis: Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est? Mihi consulitis ut deum nosse dissimulem? Quamobrem? ut uitam prorogem? mortem differam? dies adijciam? At supernæ uitæ longæuos perdā annos. An ut corporis cruciatus effugiam? At sic non uidebo bona iustorum. Nam iri perditum dedita opera, & fraude ac dolo, sæuas tartari pœnas mercari, manifesta insania est. Vobis igitur consulo, si male sapitis, sapientiam ac ueritatem discite. Si uero dissimulatis, temporiq; obsequimini, uos hortor rogoq; relicto mendacio uera loquamini. Dicite quoniam dominus noster Iesus Christus est in gloria dei patris. Nam hanc uocem emittet omnis lingua, quando in nomine Iesu omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Omnes profecto morti sumus obnoxij, sed non omnes inclytam martyrij mortem sortiuntur. Non igitur naturalem uitæ cursum præstolemur, mundana funera, supremas nostrorū lachrymas despiciamus, cœlestem gloriam uiolenta maturaq; morte præueniamus. Velociter ex hac uita, quæ potius est interitus longus dicenda, breui quidem labore ad ueram uitam commigremus. Quid miseri supremum ætatis finem inutilem, sterilem, infructuosum, stultum, uanum, hominibus pariter & brutis cōmunem expectatis? Quicunq; enim nati sunt, aut senio tabescunt, aut ægritudine corporis resoluuntur, aut uiolento improuisoq; casu aliquo concidunt. Quando igitur omnino semel è uita migrandum est, martyrium pro Christi nomine, ut semper uiuatis, alacriter assumite: ac uitæ, quam omnino relinquere oportet, ne parcite: sit pro necessitate uoluntas. Quanquam etiam si sempiterna essent terrena ista, nihilominus sic quoq; pro

cœlestibus commutanda essent. Verum quoniam fluxæ fragilesq; sunt, & illorum comparatione magnopere indignæ, quis furor in his inuigilare, & illorum studio spem illam beatam credentibus repositam negligere? Hæc ubi dixit Christi miles, crucis se signo cõmunit, & animi magna

6 *Angeli Gordium subito post interitum sublimem in cœlum asserrent.*

cõstantia, uultu intrepido, colore nusquam mutato, ad supplicium hilaris contendit: ubi tantam cordis præ se ferebat alacritatem, ut nõ lictorum, sed angelorum manibus se committere uideretur, qui subito post interitum sublimem eum in cœlum adferrent. Ad hæc tantus illius populi clamor ac tumultus est factus, ut uel tonãte cœlo nunq; similis sit auditus.

Hoc igitur huius præclari martyrij certamen fuit. Hoc hodierna dies spectaculum uidit, quod procul dubio tale est, ut nec temporis diuturnitas unquam abolere, nec longæ cõsuetudinis fastidium tollere, nec aliud quidpiam, quamuis magnum exuperare ualeat. Nam quemadmodũ solem quanto magis aspicimus, tanto magis eum admiramur, nec ullo modo assiduitate uilescit: sic & huius uiri sanctissimi memoria, quo maiori eam temporis spatio retinemus, eo recentior in nostris animis floret. In memoria enim æterna erit iustus. In terris quidem, dum terra durabit: In cœlis uero apud æquum & altissimum iudicem dominum nostrũ Iesum Christum: Cui honor & imperium in æterna secula. Amen.

Tomo operum primo fol. 93.

VITA SANCTÆ IVLITTÆ MARTYRIS, PER D. BASILIVM MAGNVM CAESAREAE *Cappadociæ Episcopum scripta.*

1 *Magnus Basilius indixit populo diẽ sanctæ Iulittæ celebriter agendum.*



Væ de beata Martyre prædicatio se offert uobis depromendam, huiusce est causa congregationis. Hunc enim diem uobis indiximus celebriter agendum, quippe qui memoriam nouat magni illius certaminis, quod in muliebri quidem corpore generoso alioqui animo & plusquam uirili desudatum, omni admiratione stupore'ue perculit, cum illos qui & ipsi præsentes spectarunt decertantem, tum eos qui auditu percepturi sunt in posterum, referentibus his qui re ipsa tanti istius agonis periculum fecerunt.

Beatissima igitur mulier Iulitta, (si tamen decori ratio permittit eam uocari mulierem, quę heroica animi fortitudine supergressa est infirmam naturæ muliebris conditionem) cuius unius magnanimitate & constantia maximopere crediderim consternatum esse & perculsum cõmunem humani generis aduersariũ, nimirum indignissime ferentem a mulieribus sibi præripi palmam uictorię, quippe qui consuerit magnificas illas uoces expromere impotenti superbia insolescens, se scilicet concussurum uniuersum terrarum orbem, & quasi nidum, comprehensurum, ac uelut oua derelicta é medio sublaturum, urbesq; adducturum in solitudinem, cũ iste interim generosæ huius mulieris uirtute tanto conspicitur inferior, quam quo primum tempore solicitabatur, a Christo ut deficeret, adnisus est elidere argumentis & conuincere inconstantiæ, quasi quæ per naturæ infirmitatem minus posset continenter pietatem erga deum tueri seruare ue, hanc denicp inuenit doctrice experientia conditione naturæ fortiorem, ut quę aduersarij terriculamenta tanto eluserit magis, risuque prosequuta

est, quanto ille eam sperabat se ijsdem perterræfacturum.

Formulam enim hæc, litem'ue iudiciariam intenderat unicuipiam ex primoribus ciuitatis, uiro qui fraude & uiolenta impressione undeuis extortas opes sibi uni uendicarat, per rapinam & prædam confertim corraserat diuitias. Hic terræ plurimū circunciderat, neq; non agros, uillas, pecora ac famulos lulittæ interceperat, deniq; eum omnem reliquam supellectilem apprime opulentā, & eam mulieri ademptam ad se transduxisset, forensia iudicia celeri occupatione prœuertit, ut corrumperet subornatis aliquot calumniatoribus, testibusq; falsis, simul & causam cardinē reponens in illiberali & sordida largitione, plane corruptela iudicū. Dies status decidendę isti causæ ut aduenit, en tibi præco ex nomine quemq; ciebat iam adornatis & assidentibns aduocatis. Cumq; hæc cœpisset instruere iudicem de impotenti tyrannide hominis, essetq; enarratura formulam modum'ue quo initio possederit primum, simul etiam edoctura diuturni temporis prolixitudine suā confirmari ditionem, ad hæc quum iam miserū in modū deploraret uiolentā uiri & inexplebilē auaritiam in occupandis alienis, ille tum in aream fori progressus ait: Isthęc actio eiusmodi est, cui nulla quantiuis temporis præscriptio suffragari debeat. Neque enim fassit quid uis nobiscum habere cōmune eos qui hactenus minime coluerunt deos Imperatorum, in prius Christi fidem eiurarint. Prætori in speciem uidebatur is in medium proponere, quæ essent iuri consentanea, quæ'ue maximopere conducerent. Iubetur mox afferri thus, prunas item, secundum hæc, percunctantur iudices eiurare ne uelit Christū, an secus? Eam quidem & legibus & legum suffragijs perfrui posse, abiuret modo Christum. Quod si fixius adhæresceret fidei, nullum iam sibi relinqui usum neq; fori, neq; legum, at ne reliquæ quidem Reipublicæ, quippe quæ iuxta sanctionem legis per eius temporis Imperatores latæ, notam infamiæ incurrisset. Illa quid secundū hæc? Illici ne studio capiebatur recuperandarum opum? Num quod sibi nouerat usui fore, neglectim transmisit, obtinendæ controuersiæ causa aduersus sibi iniurium? Periculo a iudicibus impendente consternata animo est, & exterrita? Sane nihil minus. Quin ait, ipsa potius ualeat uita, ipsæ pessum eant fortuitę facultates: at ne ipsum corpus mihi prius superstit, quam in deum creatorem meum ulla impia uox mihi ex ore egeratur.

Eiusmodi suis sermonibus quo uidebat exasperari prętorem infensius, & acrioris iræ æstu aduersum se succendi: hoc deo uberiores exoluebat gratias, quod dum ob corruptiuas facultates controuertit raptori, ac delitigat, uisa sit sibiipsi sancire bonorum cœlestium possessionem: terram quidem perspiciebat sibi adimi, ut possideret paradisum: addici infamiæ, digna ut haberetur corona gloriæ: corpus per contumeliam concidi flagris, uita quoq; hac temperaria spoliari, compos ut esset beatæ illius spei, sanctorū omnium choris allecta in cœlestis regni gaudio. Denique dum interrogatur crebrius, nec aliam redderet uocem contestans ancillam se esse Christi, quin & eos execraretur, qui inuitarent & hortarentur ad abiurandam fidem: tum iudex ille iniquitatis non eam modo amplissimis illis opibus quæ præter iustitiam legumque sanctiones illi ademptæ fuerant, priuauit, sed & multam ei dixit, uita ut priuaretur suo quidem arbitratu, atrociter addicens eam igni. Hæc porro nullam ad rem earum quæ

interim dum uiuitur, oblectare nos assolent, uisa est festine adeo excurrere, atq; ad destinatam sibi flamam concita perrexit, facie, habitu, ipsis quæ depromebat uerbis, alacritate insuper effloreſcente, palam indicans quod in animo delitescebat, profusissimū gaudium. Mulieres quotquot sibi adstabant proxime, obsecrabat, ne ad tolerandos pro tuenda christiana religione labores, animos sinerent remollescere: neu causificarentur: aut prætexerent infirmam fœminæ naturæ conditionem: eadem quippe massa qua & uiri & ipsæ constamus, dicebat. Ad imaginem dei perinde ac isti, & nos conditę sumus. Est sane mulier ab opifice creata peræque ac uir capax uirtutis. Quid enim miri est? An non cōsanguineæ & ipsæ sumus uiris per omnia? Non enim ad constituendam mulierem sola est assumpta caro, sed & os ex ossibus: quo fit ut & ipsæ domino nihil minus ac uiri redhibere debeamus firmitatem fidei atq; constantiam, necnon in aduersis patientiam.

2 *Requiem, quæ eius meritis congruebat.*

His dictis, in lignorum struem accensam insiluit, quæ perinde ac thalamus splendore coruscus, corpus sanctæ Iulittæ circumplexa, animam quidem in cœlestem illam destinauit regionem, & quæ illius meritis congruebat, requiem: corpus autem honore præcipuo uenerabile asseruauit affinibus & cognatis incolumæ, nec ulla sui parte læsum, quod sane in ornatissimo primarij templi urbis totius uestibulo conditum, loco quidem adsert uenerabilem sanctimoniam, nec minus qui eo loci conueniunt, efficit sanctiores. Terra porro istius beatæ aduentu aquam emisit quæ suapte natura nulli nō nostrum gratiosissima esse debeat, adeo ut martyr hęc imaginem pientissimæ referat matris dum nutricis in morem totius inco las urbis alit suauiter, perinde ac lacte quopiam in communes usus affatim scaturiente. Hanc ipsam in nos benigne contulit martyr gratiam, quā olim suis Ierichuntinis Elisæus impartiuit, dum salsilaginem naturæ communis aquarum loci istius circunquaque finitimi benedictione permutauit in saporem, dulcem plane, delitiosum & perquam suauem.

3 *Asseruauit rogus corpus Sanctæ honore præcipuo uenerabile, affinibus & cognatis incolume.*

4 *Corpus Iulittæ loco affert uenerabilem sanctimoniam, eo autem cōueniētes efficit sanctiores. Quid dicis hic hæretice?*

Viri ne, quæso, sitis tuendæ religioni uos conspici mulieribus inferiores mulieres ab hoc proposito uobis exemplo ne desciueritis, quin citra prætextum omnem cohæresce ite pressius susceptæ semel huic pietati, & reipsa facite periculum, hanc naturæ uestræ imminutionem nulli esse uobis impedimento, quo minus possitis conficere quiduis operis boni. De hac martyre plura dicere parantem reuocat, nec sinit diuturniorem trahere moram sermo, qui heri quidem mihi cœptus est, nec usquequaq; absolutus.

5 *Tu qui dicis Sanctos nil posse post mortē, uide quam gratiam sancta Martyr huic urbi beati Basilij attulerit, quam utique secundum te nil ualens, neq; sciens quæ circa nos agūtur, nunquam afferre potuisset. Sunt ergo tua mendacia.*

Tomo primo operum fol. 115.

VITA SANCTI BARLAAM MARTYRIS, PER D. BASILIVM CAESAREAE CAPPADOCIAE *Episcopum scripta.*

PRimum quidem Sanctorum mors planctu ac lachrymis cohonestabatur. Vehementer mortuum Iacob defleuit Ioseph. Et Mosis mortē Iudęi haud parum planxerunt. Samuelem quoque multis lachrymis ornarunt, Nunc uero morientibus Sanctis exultamus. Tristium nanque post crucem domini immutata est natura. Iam

non

non amplius Sanctorum obitus lamentationibus prosequimur, sed tripudijs diuinis circum ipsorum Sepulchra ueluti choreas ducimus. Somnus autem iustis est mors. Imo magis migratio ad uitam meliorem. Hinc est quod martyres exultant dum trucidantur. Nam desiderium fœlicioris uitæ iugulationis dolorem extinguit, & emortuum reddit. Pericula non respicit martyr, coronas respicit, plagas non horret, sed præmia numerat. Non uidet lictores inferne flagellantes, sed angulos superne lætis omnibus acclamantes imaginatur, non spectat ad temperantia pericula, sed ad præmiorum æternitatem. Splendidum & a nobis iam arrhabonem assequitur, dum diuinis acclamationibus ipsi applauditur ab omnibus, & innumeros uinctos è Sepulchris conuertit & attrahit.

1 *Tripudijs diuinis circum sanctorum sepulchra ueluti choreas ducimus.*

Si iustis mors somnus est, non recte illi appellantur mortui à quibusdam.

Hoc ipsum sane hodie forti ac strenuo Barlaam usu uenit. Insonuit enim bellica martyrijs tuba, & armatos pietatis milites, ut uidetis collegit. Athleta Christo adhærens prædicatus est, & statim excitatum est ecclesiæ theatrum. Et quemadmodum fidelium dominus dixit, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, mortuus est fortis Barlaam, & applaudit illi panegyris. In Sepulchro consumptus est, & ad conuiuium aduocat. Nunc tempus est ut exclametis. Vbi est Sapiens, ubi scriba? ubi disceptator sæculi huius? Agrestis homo insuperabilem nobis hodie pietatis exhibet doctrinam, quem Tyrannus rapuit quidem, ueluti facilem prædam ac uenationem nactus, postea uero insuperabilem militem sensit, quem tanquam in sana ac delira loquentem risit, mox uero angelica uirtute strenuum horruit. Mores enim hominis non fuerunt cum organo linguæ barbari, nec ratio cum Syllabis claudicare uisa est. Sed erat alter Paulus cum Paulo dicens, etiam si Sermone sum rudis, non tamen scientia. Torpebant iam flagellando lictores, martyr uero robustior inueniebatur. Lacerantium manus eneruabãtur, uerum mens lacerati haud quaquam flectebatur. Neruorum harmonias iam flagra remiserant, ac fidei uigor uehemẽtius stringebatur. Perfossa latera absumebantur, mentis uero philosophia florebat. Maior carnis ipsius portio emortua erat, at ipse martyr quasi nondum inito certamine firmus erat. Nam quando pietatis amor animum hominis præoccupat, quodcunq; illi pugnarum genus ridiculum reddit, & quotquot illum desideratæ rei gratia conuellunt, delectant magis quam consternant. Testis mihi est affectus ille ac desiderium Apostolorum, unde Iudæorum ipsis aliquando flagella iucunda reddita sunt. Abibant enim, inquit, gaudẽtes a conspectu concilij, quod digni habiti essent qui pro nomine Iesu contumeliam paterentur.

Talis & nobis hodie laudatur miles, qui supplicia loco gaudij duxit. Flagellis se tanquam rosis impeti arbitratus, pietatis obfuscationem nõ secus atq; iacula quædam declinauit. Iudiciarium furorem quasi quandam fumi offusionem reputauit. Efferas satellitum acies risit, pericula cal cauit, quasi super rosis tripudiaret. Plagis affectus lætatus est, ac si honore afficeretur. In supplicijs uehementioribus non secus exultauit, quam si præclara brabia acciperet. Nudatos gladios despuit, manus lictorum cera molliores sensit. Lignum tormento deputatum, ueluti salutiferum complexus salutauit. Carceris clausura quasi prato quodam uiridi oblectatus est, tormentorum adinuentionibus ueluti uarijs floscul is iucundatus est. Dexteram habuit igne firmiorem, cuius illi machina postremo

ab hostibus applicabatur. Aræ nanq; pro more dæmoniaci libamínis, igne impositó, martyrẽ adductum sistentes, focoque incenso dexteram supinam impendere iubentes, manu quasi æreo altari abutebantur, thure illi ardenti malicioſæ impositó. Sperabant enim ignis ui expugnatã manum necessario ac uelociter incensum thus in aram excussuram, papæ, quam multiiuga sunt impiorũ præstigia. Quoniam innumeris uulneribus, inquiunt, contentiosi pugilis mentẽ non flexímus, uel manum illius flamma incendamus. Quoniam uariis machinis animũ illius haud quaquam permouimus, dexteram igni admotam permoueamus. At ne hac quidẽ spe miseri potiti sunt. Nam flãma manũ quidem ambedit, perdurauit uero illa cineris instar flãmam ferens. Tergum sæuienti igni non dedit, quemadmodũ fugitiui & imbelles solent, sed immota perstitit strenue contra flãmam dimicans, & Propheticas martyri uoces proferendas administrans, ut diceret, Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellũ. Ignis cum manu confligebat, sed ignis uincebatur. Luctabantur inter se flãma ac dextera martyris, sed dexteræ noua quædam certaminum uictoria concedebat, dum flãma quidem per mediam manum exigebatur, ipsa uero manus adhuc ad luctam porrecta erat.

O manum ignẽ contentiosiorem, o manum ab igne flecti nesciam. Et o ignẽ a manu uinci doctum. Ferrũ uidetur ignis tyrranide emolliri, æs cedit ignis potentiæ. Solet illo lapidũ quoq; uinci duricies. Nunc uero martyris dexterã extensam ignis ille comburens nõ flexit cuius uigor omnia domat. Merito sane martyr iste ad dominũ huius gratia clamaret: Tenuisti manũ dexterã meã, & in uoluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me. Quomodo te ó strenue Christi miles appellabo? statuã ne uocabo? Sed multũ ita de tua tolerantia detriuero. Nã acceptã statuam ignis emollit, dexterã uero tuã adigere non potuit ut uel uideretur aliquo usque moueri. Si ferreũ nominauero, & istam imaginem dexteritate tua inferiorem inuenio. Nam tu solus flãmæ persuasisti, ne manũ domaret, tu solus dexteram loco aræ habuisti, tu solus ardenti dextera facies dæmonum percussisti, & tunc quidẽ flãmante manu capita illorũ liquefecisti, nunc uero eadẽ incinerata exercitus illorũ pessundans excæcas.

Sed quid puerili balbutie uictorẽ extenuo? Quin magnificentioribus laudum ipsius linguis cedamus. Sonantiores doctorum tubas ad illius præconia aduocemus. Exurgite nunc ó præclari athleticorum gestorum pictores. Mutilam ducis imaginem uestro illustrate artificio, & obscurius a me depictum coronatum athletam, uestræ industriæ coloribus conspicuum reddite. Abibo certaminum ac uictoriarum martyris a uobis posita imagine uictus, gaudebo tali hodie per uestram dexteritatem uictoria superatus. Video manus huius luctam cum igne exactius a uobis depictam, uideo alacriorem pugilem per uestram depictum imaginem: plorent dæmones & iam martyris in nobis perculsi uictoris, ardens iterum illis ac uictrix manus ostentetur, pingatur in tabula una, & certaminum agonotheta Christus, cui sit gloria in seculorum secula. Amen.

VITA SANCTI BABYLÆ EPISCOPI ET MARTYRIS, PER D. IOANNEM CHRYSOSTOMVM contra Gentiles scripta.

Habetur Tomo tertio operum eiusdem fol. 624.

QVod uetera ea quæ nos auditu accepimus, non minore fide digna sint, & quæ præsentia sunt, & quæ ipsi uidemus, id certe omnes fatentur, nisi si qui forte stupidi, ac delirantes fuerint, uerũ ut uictoriam etiam uel ex superioribus facultatibus reportemus, uolo & memoriæ nostræ nouum quoddam, atque inopinatum facinus proferre. Enim uero ne tumultuemini, si miraculũ ætate nostra factum dicturum me pollicitus, tamen a ueteri historia narrationis exordium contexere aggredior, neq; enim intra uetera illa tantũ subsistam, neq; quæ ego uetera sum huc allaturus, ea a rerum nouarũ argumento discrepant, sic enim utraq; inter sese cohærent, ut non possis illorũ consequentiam alteram ab altera separare. Id quod auditis rebus probe iudicabitis.

1

Si omnes hæretici iuxta Diuum Hiero. aduersus Luciferianos, sunt Gentiles, et cum hæretico sicut cũ gentili loquendum, hanc Homiliã ita contra se Hæretici nostri sicut contra Gentiles scriptam fuisse arbitrari debent.

Fuit Imperator quidam maiorũ nostrorũ temporibus, qui qualis alio qui fuerit, dicere non habeo, uerum ubi scelus ab eodem magna audacia atq; improbitate factum audieritis, et reliquam morum illius crudelitatẽ perspectam habebitis, quod nam ergo piaculum id fuit? Visum fuerat genti cuidam cum hoc Imperatore bello decertanti bellũ tandem componere, sic ut neque alteros affligerent, neque ipsi uicissim ab alteris post hac affligerentur, quin potius molestijs, periculis, omni denique timore defungerentur, ac partis contenti, nihil quicquam præterea requirerent, præstare enim timore procul depulso mediocribus frui, & plura appetentes ubiq; timere, trepidare, atq; adeo malis ultro citoque datis, & acceptis uitam transigere. Itaq; cum constitutũ illis esset, bello prorsus deposito, quietam ac minime solicitam uitam uiuere, uisum est cõmodum hoc firma aliqua pactione ac stabilibus terminis uinctum confirmare. Tum fœdere facto, dato, atque accepto iureiurando, & regi præterea suo suadere conantur, uti suo ille filio (puer autẽ is admodũ erat) pro certo pacis pignore depositio præstaret, tum ut qui prius hostes erant, bono in reliquum tẽpus animo essent, tum animi ac consilij sui testimonio prodito indicaret, se, quam pacẽ cum illis faceret, eam citra dolum omnẽ facere, qua oratione rex adductus filium dedidit, ut ipse quidẽ opinabatur, amicis, ac socijs, ut uero rei exitus probauit, beluæ omnium beluarũ crudelissimæ. Amicitiæ enim ac fœderis lege regium illum puerulum cũ accepisset, statim omnia simul conculcauit, ac subuertit, iusiurandum, pacta, pudorem eum qui homini ab homine, religionẽ quæ deo debetur, misericordiam quam a nobis ætas illa impetrare solet, ac neq; iuuentus feram illam flexit, neq; sane, quæ huiusmodi sceleribus comes esse solet, ultio agreste illud pectus terruit, neq; patris filium deponentis uerba eiusdem animũ subiere, ea, inquam, quæ ille filium in manũ tradens fortasse mandarat, dum postulat uti illius curam quã diligentissime Imperator susciperet, patrẽ etiam illũ filio suo appellans, dum obsecrat, ut quasi ipse genitor foret, sic illum enutriret, atq; erudiret, perficeretq;, ut maiorũ suorũ nobilitate dignus ille olim euaderet, denique dum idem pater inter hæc uerba media filij dextram homicidæ dextræ inserat, ac multis etiam cũ

lachrymis congressum soluit, horum omnium inquinatissimus ille nihil quicq; secum reputans, quin potius omnibus illis una ex animo excussis, eędem illā eędium omnium sceleratissimā patrat.

Hoc enim flagitium filiꝝ etiam propriꝝ eęde grauius est, cuius rei testimonium a uobis mutuabor, qui utiq; non sic, opinor, indoluissetis (si modo ex animi mei affectibus & uestrorū item affectuū coniecturam facere oportet) si illum audiꝝssetis proprium filium occidisse, tum enim unà cum cōmunibus legibus & naturæ etiam leges subuerti uisæ fuissent. Hic autem plurima simul concurrerunt, quæ numero ipso naturæ necessitudine ualidiora esse possunt. Quoties enim mihi ante oculos obuersatur adolescens ille prorsus innocens, idem a patre deditus, idem a maiorū suorū regia auulsus, idem domesticas delicias, gloriam, honorē cum extorti uita, hoc nomine cōmutans, ut posset impurus Imperator pactis cū hoste fœderibus fidere, idem postea ab illo misere confectus, & splendore domus paternæ per eadem fœdera priuatus, deniq; ab eodem iugulatus, nimirū secum pugnans me subit affectus, liquefacto simul, atq; exæstuant intus animo, quorū affectuum alterū mœstitia parit. Nam dum mecū reputo scelestum illum armantē sese, gladium intentantē, pueri collum apprehendentē, qua dextra depositum receperat, hac eadē gladium in illud impellentē, disrumpor, atq; adeo ira suffocor. Rursus dum intueor, iuuenem illū timentem, trementē, ploratus extremos plorantem, patrē inclamantem, hunc ipsum istarū rerū autorē fuisse testantē, eędem non ei, qui gladium in guttur mergeret, sed ei, qui se genuisset, acceptam referentem, neq; fugam adornare, neq; sibi auxilio esse ualentem, sed quod unum supereſt, frustra de proprio parente expostulantē, deniq; plagam receptantem, palpitantem, calcibus pauimentū ferientem, terram sanguineis riuis inquinantē, ipsa mihi intus uiscera discerpuntur, ipsa mihi cogitatio obtenebratur, ac mihi ob oculos mœstitiæ caligo quædā offunditur. At uero non perinde belluinū illud Imperatoris pectus affectum uideas, quin potius quasi uel agnū, uel uitulum imolaturus, sic ad scelestā illam eędem animatus fertur.

Et puer quidē plaga accepta exanimis iacebat. At percussor admisso sceleri patrocinabatur, posteriori facinore prius illud obscurare laborās. Existimaturus es fortasse me de sepultura loqui uelle, decq; Imperatoris impietate, qui a se occiso ne tantillum quidē terræ impertiuerit. Ego uero aliud quoddā facinus eo, quod a me iam dictum est, longe atrocius indicaturus sum. Nam manus illas impias tam innocenti sanguine ubi conspurcauit, atq; cōscelerauit, nouamq; illam tragędiam peregit, quasi nullo prorsus a se scelere facto, effrons, & ipsis etiam saxis durior, ad dei optimi maximi templum festinabundus accurrit. Miraturi fortasse sunt non nulli cur factum est, ut qui tam sęuum patrasset facinus, diuina statim plaga percussus non fuerit, aut quo pacto prius q; introisset, in illum deus nō continuo fulmen cęlitus contorserit, ita ut eiusdem os impudens cœlesti igni mox conflagraret. At ego, si quibus huiusmodi cogitatio in animum descenderit, laudo quidē illos & admiror excandescentiæ istius causa, tamen huic meæ, de illis tum laudationi, tum admirationi, nonnihil certe ad huc deesse dico. Etenim iusta quidē illos indignatio subit, tum ob peremptum iniuria puerū, tum ob diuinas leges tanta cū petulantia, atq; contu

melia uiolatas,sed ijdem tamen iræ impotentia exæstuantes,rem ipsam totam non perpendunt. Iustitiæ enim lege hac,alia quædam lex longe sublimior in cœlis lata est. Lex uero ea quæ tandē esse potest. Iis qui peccatum aliquod cōmisere,pœnā non e uestigio deum irrogare,sed tēpus delinquenti concedere,ac ueluti præscriptū diem statuere,intra quem,peccatum quū deposuerit,pœnitentiæ beneficio par tandem ijs euadat,qui nullum prorsus peccatū admiserunt. Id quod & tunc deus in miseri ac perditi illius causa declarauit,sed nullus tamen propterea subsequebatur profectus,inemendatus enim persistebat. At deus,quo est in humanū genus amore,hoc etiam cū prouidisset,ne sic quidem illum despexit,neq; partes ipse suas intermisit,sed & laborantē inuisit,adhibitis etiam ijs remedijs,quæ salutē afferre possent,cæterū tantū abfuit,ut porrectum ille medicamentū admitteret,ut uel medicū ad se hoc nomine missum trucidaue rit. Medicamentū porrò,ac medicinæ item ratio huiusmodi erat.

Forte fortuna per quod tempus crudelis,ac miseranda quā dixi fabula licentiose ageretur,magnus quidam atq; admirabilis uir,(si modo uiri nomine designare illum fas est) nostri huius gregis curam gerebat, Babylas huic nomen erat,is igitur,per eos dies Christi ecclesiam hanc a spiritus gratia sibi concreditā quū haberet,Heliam atq; huius æmulum Ioannem,non dico præterijt,ne inuidioso admodū uerbo utar,sed usqueadeo est assequutus,ut ne tantillum quidem illorum generosorum pectorum libertati concesserit. Neq; enim paucarū Ciuitatum tetrarcham,neq; gentis unius regem,sed eum,qui imperio suo plurimam totius orbis partem contineret,ipsum,ipsum hunc (inquam) homicidam,de quo nobis est sermo,eundem multarum gentium,multarum Ciuitatum,immensi itē exercitus dominum,eundem quoquo te uertas, tum ab imperij amplitudine, tum a morum ferocitate terribilem, quasi uile quoddam ac nullius pretij mancipium,sic a dei templo exegit,tanta adeo cum constantia atq; animi præsentia,cum quanta pastor scabiosam,ac morbidam ouem ab ouili excludit,dum prohibet ne laborantis ouis morbus ad reliquū quoq; gregem contagione serpat. Et hæc quidem fecit Babylas, re ipsa seruatoris nostri uerbum confirmans: Solum illum uidelicet seruum esse,qui peccatum facit,ut sexcentas etiam coronas capite gestet, ut omnibus, qui super terram sunt hominibus imperare uideatur, qui autem culpæ nullius sibi conscius est,ut in subditorum classe censeatur,hunc uel regibus omnibus regaliorem,præstantioremq; esse. Ergo ipsum Imperatorem statim is,qui illius imperio parebat,rexit,& ei,qui omnium dominator erat,subditus iura dedit,atq; adeo aduersus eum damnationis calculum tulit.

Tu uero quisquis es,qui hæc audis,noli quod dictum est leuiter transmittere. Nam auditus facti huius nuncius,extitisse ex subditis qui Imperatorem a templi uestibulo exegerit,per se abunde satis est,ad cōmouendos ac perterrefaciendos auditorum animos, qui si uis miraculum totū exactè pernoscere,ne uerbum ipsum nudum spectes,sed ponito tibi ante oculos,hinc satellites hastatos,hinc milites scutatos, hinc tribunos, hinc exercitus duces, hinc permultos in aula regia educatos, hinc eos quibus Ciuitatum administratio credita esset,hinc præeuntium,hinc sequentium fastum,hinc assectarum seipsos urgentium turbam,denicq; uniuersum Imperatoris famulitium, secundum hæc ipsum Imperatorem in medio illo

comitatu multo cum fastu ingredientẽ, eundemq; uestium, purpuræ, lapillorum, hac illac consperſorum, in dextra, in militaris uestis cõmiſſura, in capitis diademate refulgentium ſumptu ſibi placentem, ac ne hoc quidem loci cęptæ ſemel a te imaginis iſtius faciem finias, quin eandẽ proferas ad dei uſq; ſeruũ illum, beatum, inquam, Babylam, eiuſdemq; humilem habitum, uulgarẽ ueſtem, animã contritam, ſenſum ab omni temeritate alienũ, atq; his demũ coloribus utrunq; cũ depinxeris, & alterũ alteri oppoſueris, tum certe facti huius miraculum belle perſpicies. Imo uero ne ſic quidem id exacte cõprehendes. Babylæ enim fiduciam nullius planè ſermo, nullius oculorũ acies repręſentare queat, ſed ſolum illius experimentum, atq; uſus, cuius generoſi animi pręſentiam ſolus is poſſit recte animo concipere, qui potuerit ad id fiduciæ faſtigium pertingere. Quomodo enim ſenex ille acceſſit? quomodo prætoriam cohortem diſſipauit? quomodo labia diduxit? quomodo uerba fecit? quomodo increpuit? quomodo dextram in pectus impactam firmauit? pectus inquã, ira turgens, ac cæde feruens, quomodo homicidam exegit? nihil illum eorũ, quę agerentur deterruit, nihil de ſententia deduxit.

Exclamare hic libet, o animũ imperterritũ, mentemq; excelſam, o cęleſte pectus, & conſtantiam angelicã. Quaſi enim depictam in pariete uideret uniuerſam illam ſpeciem, ſic omnia intrepide generoſus ille uir peregit. Etenim illum ſacræ erudierant literæ, mundi huius res omnes non niſi umbrã eſſe, ac ſomnium, & ſiquid his uanius eſt. Propterea Babylam nihil ea omnia terruere, imò uero magis animauere, illorum enim quæ corã contuebantur aſpectus, eius cogitationẽ traducebat ad ſupremũ illum regem ſedentẽ ſuper Cherubin, abyſſos contuentẽ, ad thronũ illum glorioſum, & excelſum, ad exercitũ illum cęleſtem, ad angelorũ myriadas, ad chiliadas archangelorũ, ad ſuggeſtum terribile, ad tribunal incorruptũ, ad flumen ignis, ad iudicẽ ipſum. Propterea certe ſe ipſe totũ a terra in cęlum transferens, quaſi iudici ipſi adſiſteret, ipſumq; audiret iubentem ut ſceleſtum atq; inquinatũ illum a ſacroſancto grege expelleret, ſic eiecit, & a reliquo armento ſeparauit, nihil prorſus reſpiciens eorũ omnium quę uidebat, quęq; terrifica aliis uidentur, quin potius illo uiriliter, atq; admodum generoſe expellendo, diuinis legibus uim, ac tyrannidẽ patientibus opem tulit. Atqui quanta Babylas erga cæteros fiducia uſus ſit, hinc conſtare poteſt, quænam enim ex aliis metueret, qui aduerſus ipſummet Imperatorem tantam ſibi poteſtatem ſumeret?

Equidem uir ille qualis fuerit coniectura quodãmodo aſſequor, ſeu, ut uerius dicã, de eo ſic mihi ipſe perſuaſi, ut nihil quicquã, uel in gratiam uel in odium unquã, uel faceret, uel diceret, ſed generoſo ſemper ac forti animo contra timorẽ, contra item adulationẽ, quæ timore impotentior eſt, contra id genus alia (cuiuſmodi multa inter homines accidunt) ſeſe opponeret, nec unquã, ne tantillum quidem rectum adulteraret iudicium. Si enim amictus, dentium riſus, pedis ingreſſus, hominis naturam arguunt, multo quidẽ magis tot ac tanta illius egregia facta omnibus nobis fidem facere poſſint, quantã ille reliqua uita uirtutẽ amplexatus fuerit.

Neq; enim nobis ille ob fiduciam modo, qua præditus erat, admirabilis eſſe debet, uerũ ob id quoq;, quod eam fiduciam ad hoc uſq; loci perduxerit, ſimul ob id, quod eam ulterius non promouerit. Talis eſt enim

Christi sapientia,quę permittit ne quid minus,ne quid item plus iusto de certes,sed ut omnia intra modum efficias,atqui Babylæ licebat si uoluisset,ulterius progredi,ei enim qui uitę curā semel abiecerat (prorsus enim non accessisset,nisi seipse huiusmodi cogitatione armauisset) omnia libere agere licebat,& Imperatorem conuicijs aspergere & diadema capite detrahere,& pugnis os contundere,nā & dextrā in pectus iam impegerat,sed tamen ab his omnibus abstinuit,animā enim habebat sale spirituali conditam,quæ res præstabat,ut nihil temere,nihil stulte,sed omnia recto rationis iudicio ac stato ordine exequeretur,non quemadmodū gentilium sapientes,qui nunquā intra modū,sed ubicp (ut ita dicā) aut maiorem,aut minorē,quā decet orationis libertatē usurpant,idcp ut nusquam fortitudinis,ubicp affectuū ratione carentium opinionē sibi concilient,in ijs quæ assequi non possent,metus atcp ignauiæ,in quibus excessissent,insolentiæ ac uanitatis apud omnes conuicti. At non sic Babylas noster, qui quod ipsi in mentē uenerat,id non inconsulto aggressus est,sed nihil non accurate perpendens,& animi sui cogitationes diuinis legibus conformans,ita demum ad opus eas eduxit.Ea propter sectionē ipsam necp per summa tantū inflixit,ut ne maior mēbri affecti pars incurata relinqueretur,necp altiorem cp deceret,ut ne superuacanea plaga quod sanū esset, offenderet,sed plaga prius ad morbū attemperata, medicinā cp optimā adhibuit.Equidem hinc illum pronunciare ausim ira,pusillanimitate,arrogantia,ambitione,odio,timore,adulatione prorsus uacauisse,quod si & maius quiddam, atcp admirabilius fatendum est,non tam certe mirum mihi uidetur eundem aduersus imperatoriam insaniam tanta fiducia constitisse,cp uidisse, atcp intellexisse, quatenus hoc ipsum facere oporteret, nec quicquam præterea uel feciſſe uel dixisse.

Et quidē quod postremū hoc longe illo admirabilius sit, multos uticp inuenias illius cōpotes euasisse,ab hoc tamen superatos,uocis enim libertatē utcuncp usurpare possunt,& ex plebeis permulti,at illa eadē decenter uti tēpore consentaneo,congrua tum mensura,tum prudentia adhibita,magni admodum animi,& admirabilis fuerit. Quando & in beatum illum Dauid magna cū licentia,ac contumelia inuectus est semei, quē & Sanguinarium uirū appellauit, uerū hanc ego nunquā dixerim fiduciam ac libertatē,sed linguæ potius intemperantiam,mentis temeritatē, contumaciam,dementiam,atcp id genus quodlibet uitium. Conuenit enim arbitror,ut qui alios reprehensurus est,is animū suū cp longissime ab omni temeritate,ac contumacia asserat,quancp usurpat agendi uehementiam, eam ex uerborū atcp rerū natura tantū demonstret. Etenim medici dum uel putrida mēbra secare, uel intumescentia cōprimere opus est, non ira prius animū suū cōplentes,ita demū ad curandū accedunt,sed tum maxime decenti in statu animi cogitationē continere adlaborant,ut ne arti ipsi turbati animi motus officiat. Quod si corpus curaturo tanta animi sedatione opus est,quo,obsecro, animarū medicū loco habebimus? quantā ab eo sapientiam exigemus? Certe longe maiorē,atcp adeo tantā,quantam bonus ille martyr præstitit. Nobis enim quosdā quasi terminos & regulas præscribit,per quas uidelicet & in reliquis facta proportione nobis ipsi modum desumamus, sic miserum illum a sacrosanctis clausſtris summouit.

Ac factum quidē hoc uideri potest unum modo esse egregiæ uirtutis opus, ueruntamen siquis id perpendat, ac tanquā explicans undiq; diligenter speculetur, inueniet & alterum, & tertium item emolumentū inde simul enasci, magnumq; inibi utilitatis thesaurū recondi. Siquidem unus tantū is fuit, quem a tēplo expulit Babylas, at multi extitere, qui lucrum inde reportarunt. Quotquot enim erant, qui fidem suam Christo nondū obstrinxissent (de ijs loquor) qui tyranni huius imperio parebant, id autem imperium bonā totius orbis partē occuparat, ij certe omnes obstupuere, admirati sunt, inde edocti quantā seruis suis libertatem Christus impertierit, deriserunt suam ipsorū illiberalem, & abiectam seruitutē, perspexerunt, quantū inter se discrepent Christianorū nobilitas, & gentilitū probrum. Qui enim apud illos templorū administrationē susceperē, ij reges suos colunt pluscq; dominos, pluscq; idola etiam ipsa quæ adorant, regumq; metu statuis ipsis assident, ita ut maligni illi dęmones honorē omnem sibi impensum Imperatoribus solis acceptū referant. Itaq; ubi contingit Imperatorem aliquē creari, qui cū illorū religione non consentiat, mox ibidem siquis in idolorū tēpla fuerit ingressus, passim aranearū telas parietibus circunfusas uidebit, & tanto situ idoli statuam obductam, ut neq; nasus, neq; oculus, neq; alia quæuis totius oris pars appareat. Ex altaribus autē, aliorū reliquias solum supersse, maiore parte iam collapsa, alia interim tam alta undiq; herba circundari, ut qui altaria ea esse nescit, sterquilinij aceruū aliquē esse putet. Cuius rei causa hæc est. Illis olim licebat quęcunq; uellent suffurari, & per statuarū cultū uentri indulgere, nunc uero quamobrē sese miseri discruciauerint, accubantes enim ac se ipsi conficientes, ab illis tamen nullam prorsus expectant retributionē, sunt enim ligna tantū ac lapides, uerū honore eo quē Imperatores statuis ijsdē exhibent, adducuntur illi ad huiusmodi cultū simulandum, qui certe tollitur, dum Imperatores sapiunt, dei optimi maximi filium adorantes. At non ea est rerū nostrarū conditio, sed plane contraria. Quū enim in Imperatorium thronū conscendit qui nobiscū in fide, ac diuinitatis opinione consentit, hic segniores efficiuntur Christianorū res, tantum abest, ut illæ per humanos honores erectę, consistant. Rursus cū impius aliquis Imperator regnat, qui nos undiq; urget, qui nos infinitis malis exercet, tum eædem pretium accipiunt, atq; inclarescunt, tum præmiorū ac triumphorū, tempus, tum coronarū, præconiorū, ac uirtutis omnis ostentandę facultas.

Quod siquis dixerit supersse etiam nunc Ciuitates, eandem quā olim superstitionē circa idolorū insaniam præ se ferentes, is primū admodum paucas numerabit. Veruntamen ne hac quidem ratione officiet instituto a me sermoni. Eadem enim suppositio adhuc manet, nā pro Imperatore, ciuitatis administratores habent parem secum idolis honorē deferentes. Atq; huius cultus causę hæ existunt, crapulæ, cōmessationes tum diurnæ, tum nocturnæ, tybiæ, tympana, & quod liberū est, turpia quidem cum omni oris impudentia proferre, turpiora autē factitare, liberū item prę ingluuie disrumpi, præ ebrietate debacchari, & in probrosissimā insaniam dilabi. Id genus indecentes sumptus continent adhuc, & fouent interciděte illum errorē. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinē parasitorū cogunt eos, qui ob ignauiam fame pereunt, quos ipsos tanquā canes ad mensas suas enutriunt, eorumq; impudentes uentres iniquarū cęnarū

reliquijs

reliquis differciunt, isdem pro animi arbitrio abutentes. At nos, qui in uniuersum mores uestros iniquos, ac prorsus ratione carentes abominamur, qui ob propriam segnitiem, atq; ignauiam esurire coguntur, eos non pascimus, quin potius suadendo hortamur, ut & sibi, & cęteris opera sua uictum sufficiant, qui uero mutilo sunt corpore, eis permittimus modo uictum necessarium ab iis, quibus facultates suppetunt, mendicare. At cōmessationes, ebrietates, & reliqua omnis insania, ac turpitudo a cœtu nostro exacta, explosaq; est, pro quibus introducta sunt quæcunq; grauia, quæcunq; casta, quæcunq; iusta, quæcunq; sunt probata, siqua uirtus, si qua laus. Nam cætera illa quæ Græci iactabunde efferunt, philosophis suis attribuentes, facile cōmostrarunt uanā gloriam, temeritatē, & puerilis cogitationis opera esse. Neq; enim temere apud nos dolio quis acceptō seipse inclusit, neq; uili, ac lacero panno obtectus, sic per forū ingressus est. Ea enim admirabilia quidē esse uidentur, laboreq; multo, ac summa erumna plena, sed indigna tamen sunt, quæ laudē mereantur. Est autē diaboli astutiæ, sibi seruientes laboribus eiusmodi addicere, unde qui decepti ab illo fuerint, tum diuellantur, tum ridiculi omnibus appareant. Labor enim is, ex quo nullum lucrū manat, nullam prorsus laudē meretur. Etenim existunt etiam hodie perditi quidam homines, nullis non flagitiis pleni, qui multo maiora iactitant, quā philosophus ille. Alij enim acutos clauos comedunt, alij calceos mandunt, & deglutiunt, alij ad alia his longe flagitiosiora male consulti se conferunt, opera porrō huiusmodi multo sunt admirabiliora, quā uel dolium illud, uel panni illi uiles, ac laceri, sed ea tamen minime probamus, sicuti neq; illa, quinimo & istos, & omnes item qui similibus præstigiis mirabiles sunt, æque ac philosophum eundem damnantes deploramus.

Dices magnam uero philosophus orationis libertatē apud regem præ se tulit. Videamus ergo quę sit egregia illa libertas, num etiam ea dolij prę stigiis uanior sit, quænam igitur illa? Proficiscenti cum exercitu aduersus Persas Macedoni, eidemq; philosophum magna instantia hortanti, diceret, siqua te indigeret, nulla, ille inquit, nisi quod regem rogauit, sibi a sole ne obstaret, acciderat enim tum iam ut philosophus à solis radiis calefieret. Hic non uos ipsos pudore suffundetis? non oculos, frontemq; contegetis? non hinc facescentes terra uos obruetis, ob ea ipsa uobis placentes, ob quæ pudore suffundi oportebat? quanto enim prę stiterat ueste aliqua sumpta, eaq; crassiuscula, ad opus aliquod se traducere, neq; non a rege quidpiam, quod usui foret, petere, quā lacero indutum pallio sedentē ad solis radios calefieri, paruorū lactentiumq; puerorū more, quos nutrices lotos, atq; inunctos ibi collocant, ubi tum philosophus idem sedebat, infelicis aniculæ gratiam flagitans? At admiranda fortassis ea est orationis libertas? imo uero & hac quoq; nihil certe prodigiosius. Bonū enim uirū oportet publica utilitate, facta sua omnia metiri, & aliorum uitam emendatiorem reddere. Postulare uero, ut ne sibi a sole obstetur, quamnam id Ciuitatē, quamnā domū, quemnā uirū, quamnā mulierē conseruauit.

Age uero num quoddā lucrū uocis huius libertas peperit? nā lucrum a libera martyris nostri uoce natum iam ipsi demostrauimus, idq; ulterius progressi apertius detegemus. Tum enim Babylas iniurium Imperatorē, quatenus sacerdoti fas est, puniuit, principū altos spiritus cōpressit, diui-

nis legibus, dum uiolarentur, opem tulit, ſupplicium pro iniuſtè occiſo exegit, ſuppliciorũ omnium grauiſſimũ, ijs quidem certe qui mente ſana ſunt. Meminiſtis quidẽ omnino, cũ de cędem ipſa uerba facerẽ, quemadmodum ueſtrum qui audiebatis unuſquiſq; intra ſe afficeretur, atq; inflãmaretur, percuſſoremq; ipſum in manũ capere deſideraret, neq; non precaretur alicunde apparere, qui cędem ulciſceretur, hoc ipſum igitur beatus ille præſtitit, pœnã enim ſumpſit, tum ſe dignã, tum idoneam, quæ illũ conueterret, ſi modo ſtupidus admodũ non fuiſſet, nequaquã poſtulando ut ſibi ad ſolis radios caleſcenti abſcederet rex, neu a ſole obſtaret, quin potius impudenter in templi ſepta ingredientẽ, atq; omnia confundentem, quaſi canem quendam aut ſeruũ improbũ, a domini ſui aula excludendo. Vides nunc me non iactabunde, nõ temere paulo ante dixiſſe, philoſopho rum ueſtrorũ miracula à Babyla puerilis ſenſus opera reddita fuiſſe?

At temperans, inquis, fuit, continentemq; uitam egit Sinopenſis ille, ut qui etiam legitimas nuptias non ſuſtinuerit? Sed adde obſecro, temperantiæ, ac continentiæ illius modum. Tu uero nequaquã addes, quin libentius tẽperantiæ laudes illi detraxeris, cũ temperantiæ eius modũ prodideris, adeo certe ille infamis, ac magno dedecore plenus. Percurrerem hoc loco & cæterorũ nugas, ſtultum, ac uanũ ſtudium, denicq; turpitudinem, ubi enim, quæſo, utile à ſeminis humani guſtu non tẽperare? Id quod faciebat Stagirites, quale cõmodum cũ matribus, ac ſororibus miſceri? quod quidẽ philoſophus Stoe præfectus lege ſanxit, percurrerem etiam academiæ principẽ, illiuſq; diſcipulum, item & eos de quibus maior eſt admiratio, his quos nominaui obſcęniores fuiſſe demonſtrarẽ, obſcęnũ quoq; puerorũ amorẽ ab illis in honeſtatis ac philoſophiæ parte annumeratum, omni retecta allegoria denudarem, niſi tum nobis ad alia properantibus oratio longior hac ratione fieret, tum omnium illorum riſus, uno a nobis detecto ſatis ſuperq; redargueretur, ubi enim eſt qui auſteriorem philoſophiæ partẽ ſequi uirtus eſt, quiq; cæteros & linguæ libertate, & uitæ continentia excelluit, adeo turpis, adeo ineptus, adeo imoderatus fuiſſe demonſtratus eſt (nã & humanis ueſci carnibus indifferens eſſe dixit) quorſum attinet & de reliquis deinceps uerba facere, præſertim ubi qui ſtudĩ, ac uitæ inſtituti excellentia cæteris illuſtrior fuit, omnibus tam ridiculus, tam puerilis, tam delirus apparuit? Itaq; eo noſtra redeat, unde aberrauit oratio.

Ergo Babylas ſic, ut dictum eſt, tum eos qui nondum Chriſti fidẽ receperant, cõpeſcuit, tum eos, qui iam receperant, religioſiores etiamnum reddidit, non priuatos homines modo, ſed & milites, & militũ duces, & præfectos, planũ faciens ipſum etiam regẽ, eũq;, qui ſummus fuerit apud Chriſtianos, nuda tantũmodo eſſe nomina, ac dum uel pœna irroganda, uel honos deferendus fuerit, quiſquis etiam diadema geſtet, hunc uel infimis quibuſq; adęquari. Ad hæc eorũ certe ora obturauit, qui impudentia quadã abutentes affirmare uellent, quã Chriſtiani libertatẽ apoſtolis tribuimus, eam non niſi fictam quandã a nobis iactantiam eſſe, re quidẽ cõmoſtrans olim etiam eiuſmodi uiros probabiliter extitiſſe, dum eorũ po-
2 teſtatẽ ſignorũ præſtatio maiorẽ efficeret, exiſtit & hinc tertium quoddã
Vbi ſunt qui omnem raræ uirtutis facinus, atq; exẽplum. Futurorũ enim poſthac & ſacerdotũ
poteſtatem ab Epis & regũ animos, horũ quidem demiſit, illorũ autẽ extulit. Planum faciens

terræ, & eorũ quæ in terra fiunt curã, ac præfecturã uerius residere penes sacerdotẽ, quã penes eum qui paludamento ornatus, ac purpura indutus est, nec non oportere de potestatis huius amplitudine sacerdotem nihil detrahere, sed hominẽ potius exuere, quã autoritatem huic principatui superne a deo attributã deponere, proinde qui sic e uita decesserit, uel mortuus nemini non prodesse poterit, at qui ordinis huiusmodi desertor fuerit, nõ solum nemini mortuus usui est, sed uiuentium quoq;, quibus pręest, q̃ plurimos segniores, mollioresq; reddit, exteris ipse interim & uitupera bilis & ridiculus. Idem etiam cũ e uiuis decesserit, multo cũ dedecore, ac mętrore ad Christi tribunal sistetur, unde ipsum postea trahentes in fornacem ardentẽ abducent potestates eæ, quibus id negocij demandatum est, quamobrẽ sapientis uerbũ nos monet, Ne personã adsumpseris contra tuam ipsius animã. Quod si dissimulare tutum non est, dum homini ab homine iniuria infertur, quo tandẽ supplicio dignus non erit, qui siluerit, ac neglexerit, intuitus diuinas leges iniuriam accipere?

Quinetiam & aliud item nõ minus ijs, quę dixi, bonũ nos Babylas docuit, q̃ uidelicet utrumquenq; oportet suo officio fungi, etiamsi inde nullum lucrum ad alios dimanet (neq; enim ipsi ad Imperatoris quidẽ emolumentũ, libertas profuit) nihilotamen secius suas omnes partes, atq; officium omnibus numeris impleuit, quũ interim qui morbo laborabat propria contumacia, atq; uecordia artificis peritiam offenderit, medicamento a uulnere magna cũ animi indignatione amoto, quasi enim abunde satis ad impietatẽ non esset, homicidium patrasse, & fronte perfricta in dei tẽplum insilijsse, sic homicidio priori & alterũ adiecit homicidiũ, & quasi simul studeret posterioribus sceleribus priora uincere, nec tamen præcedentium indignitatẽ subsequentium excellentia obscurare (ea est enim diaboli insania, ut quæ contraria, ac sibi inuicẽ pugnantia sunt adstruat, moliaturq́) sic utriq; homicidio eximium id largitus est, ut mutuã quandam interse congruentiam haberent. Et erat profecto pueri cædes prior posteriori miserabilior, Babylæ autem cędes posterior priori scelestior. Anima enim quæ peccati gustum semel fecerit, tum quæ nullius doloris, aut pęnitentiæ stimulis tangitur, magnũ certe auctarium morbo adijcere solet. At quemadmodũ usu uenit, ut scintilla ignis, si forte ĩmensam materiam corripuerit, statim obuiam quanq; exurat, nec ante tamen subsistat, quã quod reliquũ est, id omne depascatur, quantoq; plura cõprehenderit flãma, tanto magis robur ad alia consumenda concipiat, fitq; tum ut cõprehensorum a flãma lignorũ congeries lignis ijs, quæ mox flãma cõprehensura est, quasi insidias struat, flãma eadem sese semper lignorũ cõprehensorũ auxilio contra ea, quæ intacta adhuc manent, armante, sic & peccati natura, ubi animi cogitationẽ aliquã adorta est, nec quisquam est qui malũ restinguat, procedens ulterius grauior certe, ac magis indomita efficitur, propterea sæpe fit, ut quæ posteriora sint peccata, prioribus grauiora sint, anima semper posteriorũ peccatorũ accessione ad maiorẽ contumaciam ac despicientiam sese promouente, & per hæc ipsa suam quidẽ uim eneruante, peccati autẽ robur alente, qua utiq; ratione cõplures uideas in omne peccatorũ genus imprudentes prolapsos, quod flammã initio exorientẽ non restrinxerint, sic & infęlix ille Imperator peccatis suis prioribus, posteriora grauiora adiecit, ubi enim iuuenẽ illum ex-

& Sacerdotibus auferunt eamq; per adulationẽ Regibus, principibus & Magistratibus concedunt, in tãtum ut Laicorũ etiã iudicio eos subijcere conentur? Vide quid dicat hic sanctissimus pater de Ecclesiastica potestate, & quõ uerius apud Sacerdotes resideat cura eorum q̃ in terra fiunt, quã penes seculares principes, & a deo superne hanc eis collatam autoritatem.

tinxit,e uestigio ab illius cęde ad inferendã tẽplo iniuriam irruit,rursus ab hac iniuria,tanquã iter semel cęptum persequens,ad contumaciam temeritatemq; suam,sacerdotio contumelia afficiendo se accinxit,uinctumq; ferro Babylam,atq; in carcerẽ coniectum, ita tum excruciabat ab eodẽ beneficij pęnas exigens,eumq; ob quæ officia admirari potius,coronaq; insignire,ac plusq; etiam parẽtes proprios uereri conueniebat, ob ea ipsa cogebat maleficorũ hominũ uincula, uinculorum calamitates, miserias, erumnas sustinere. Ita,quod modo dixi,peccatũ ubi initium cępit,nec est, qui id ulterius progredi impediat,cohiberi postea,ac frenari haud facile potest,equorũ insanientium ritu,qui cũ freno ab ore disiecto, nec nõ sessore ab armis excusso,atq; resupinato, neutiquã tolerabiles occurrentibus euaserint,nemine illos inhibente, imoderato quodã impetu hac illac seipsi præcipites ferunt,quo fit,ut salutis nostræ inimicus huiusmodi animas ad insaniam impellat,quo eas medicorũ præsentia atq; auxilio destitutas deprehendens concidat,& infinitis malis exerceat. Etenim qui corpore laborant,donec medicos ad se adire patiuntur,in magnã certe salutis spem ingrediuntur,ubi uero mente capti calcitrant, ac se morbo liberare uolentes mordent,tum demq; morbo incurabili laborant,idq; non ob morbi ingenium,sed quod ab ijs destituti sunt, qui insaniam illam sanare possint. In quã insaniam & tyrannus iste sese coniecit. Nam medicũ nactus,hunc,uulnus adhuc dum secaret,statim expulit,& a domo quam potuit longissime exegit.

Hic poteras Herodis fabulam, non iam auribus tantũ haurire, sed & corã maiori sanè cũ petulantia,atq; imodestia spectare,quoniam quidem & maiori certe cũ ostentatione,atq; apparatu diabolus rursus ipsam fabulam in uitæ huius theatrum agendã introduxit, pro tetrarcha regẽ sub stituens,pro una causa duplex argumentũ,idq; longe illo inquinatius prębens,ut non numero tantum,sed & ipsa rerũ natura,hæcce tragœdia clarior multo,atq; illustrior euaserit. Non enim hic, sicut illic nuptijs iniuria afferebatur, neq; ex illegitimo coitu, sed ex sceleſtiori puerilis cædis inquinamento,ex tyrannide crudelissima,ex legis transgressione,nõ in uxorem,sed in ipsam sanctimoniam præstita, historiæ huius telam diabolus contexuit. Coniectus ergo in carcerẽ Babylas,gaudebat quidẽ de uinculis,dolebat autẽ de eius exitio,a quo unctus fuerat,neq; enim pater,neq; pędotriba,quũ ille ex filij,hic ex discipuli flagitio,aut calamitate celebriores fiunt,celebritatis huius uoluptatẽ, mœrore uacantẽ capiunt. Propterea & beatus Paulus Corinthios alloquens dicebat, Precamur autem,ut mali nihil cõmittatis,non quo nos probati uideamur,sed ut uos bonum faciatis,nos autẽ tanquã reprobi simus. Eadẽ igitur ratione,& admirabili uiro Babylæ discipuli salus desideratior erat, quã expectata ex carcere merces,cui quidẽ gratius certe accidere nihil potuisset, q; si per discipulũ resipiscentem huiusmodi laudibus priuati ipsum contigisset,seu,ut uerius dicã,si discipulus prorsus in istam morũ peruersitatẽ dilapsus non fuisset. Nolunt enim sancti corollas sibi alienis ex malis contexi, q; si ab alienis malis nolunt,multo minus ab ijs malis, quę ipsorũ domesticis ac familiaribus obueniunt. Quo nomine & beatus Dauid uictoria parta,ac triumpho iam acto,lugebat,& lachrymabatur,quod ad calamitatem,quã ex filio receperat,& hæc item accessisset,qui exeuntibus ad conflictũ militi-

bus

bus multa tyranni nomine mandabat, eosq; qui ad illius cędem properabant, hac oratione cohibebat. Parcite puero Absalon, quem ipsum & in prælio prostratum lugebat, non sine fletibus lachrymisq; amaris inimicũ reuocans. Quod si naturalis pater tam propenso est erga liberos suos affectu, certe multo magis id de spiritali patre fatendum est. Parentibus enim spiritalibus liberorum suorũ maior cura est, q̃ naturalibus, Paulo ita attestante, Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offendiculum patitur, & ego non uror?

Sed hoc quidẽ æqualitatem nobis representat, quanquam certe uix patres in hanc ipsam uocem erumpant. Veruntamen demus & illos hucusque affectu accedere posse, nos enim spiritales patres maiora etiam præstare ostendemus. At hoc ipsum unde? Ab ijsdem iterũ uisceribus, & a legislatoris Mosis uerbis. Ille uero quid dicit? Si remittis eis peccatũ, remitte, sin minus, & me ipsum ex libro quem scripsisti, dele, nullus sanè est pater, cui alio qui bonis infinitis perfrui liberum sit, qui tamen malit una cum liberis suis pęnis affligi. At Apostolus, ut qui in gratiæ statu uersatus fuerat, paterni huius affectus intentionem addidit, propter Christũ. Non enim Mosis exemplo cum illis pęnas dare malebat, sed ut alijs bene esset, sibi ipsi excidium imprecabatur, quum diceret, Optarim anathema esse a Christo pro cognatis meis fratribus secundũ carnẽ, tanta certe misericordia, atq; affectu olim sanctorũ animi abundabant. Vnde & Babylæ nostri uiscera magis excruciabantur, q̃ Imperatoris exitium magis ac magis inualescere intueretur. Neq; enim solũ templi causa stomachatus, sed beniuolentia quadã erga Imperatorẽ adductus id fecit, quod illum feciſſe diximus. Etenim hic dum diuina sacra, contumelia afficeret, illis quidem detrimenti nihil afferebat, quin potius semetipsum infinitis malis implicabat, quapropter pater filĩ amore tactus, illum intuitus illata sacris contumelia furore percitum præcipitẽ ferri, ĩmoderatum illum impetum cohibere conatus est, eundem a se obiurgatũ quasi effrenem equum retro inhibere properans.

At nõ sustinuit infœlix ille, quin potius morso freno prorsus obsistens, seque & furori, & insaniæ, rationis gyro relicto, dedens, in extremi exitĩ uoraginem coniecit, Babylam e carcere eductum, iubens uinctum ad mortis supplicium abduci. Atq; hic quæ fierent ijs, quæ cernerentur, minime respondebant. Qui enim uinctus uidebatur, omnibus simul uinculis solutus erat, tam ferreis, quam alijs itẽ grauioribus (curas hic intelligo ac labores cæteraque mala omnia quæ nos hac in mortali uita circunsistunt) contra, qui solutus ferro, & adamante uidebatur, alijs quibusdam compedibus longe grauioribus uinctus erat, peccatorũ scilicet catenis irretitus. Sanctus igitur Babylas morti se propinquum dum uideret, corpus suũ una cum ferreis illis catenis sepeliendum mandauit, planum faciens, quæ ignominiosa uidentur, ea quoties propter Christũ fiunt, honorifica esse, ac splendida, eumque qui ea patitur, non solum non dissimulare, sed inde sibi placere oportere, hac quidẽ in parte beatũ Paulum imitatus, qui sursum ac deorsum stigmata, uincula, catenam uersabat, ob ea ipsa gloriabundus, ac sibi placens, quorum alios puderet. Quod autem alios puderet, id ille nobis ea defensione declarauit, qua ad Agrippam usus est. Nam Agrippæ dicenti, Parum abest Paulæ, quin me Christianũ

3 *Si Christianorũm sepultura negligenda est, ut miseri quidã uolunt, ad quid sanctus Eps & martyr, de se sepeliendo mandauit, atq; una cũ ferreis catenis quibus uinctus erat?*

efficias;respondit Paulus. Vtinam uel paruo,uel multo tempore,non solum tu,sed & qui hic circunstant omnes Christiani fierent, exceptis hisce uinculis,quæ uincula non utiq; adiecisset, nisi res ea ignominiosa uulgo uisa fuisset. Sancti enim dominũ uerè quum amarent, afflictiones pro illo magna cum alacritate susciebant, per quas etiam clariores euadebant,unde & hic idem ait, Gaudeo in affiictionibus meis. Lucas autem & de reliquo Apostolorum cætu eadẽ hæc testatur, Post multa, inquit, flagella recedebant gaudentes, quod digni habiti essent pro Christi nomine ignominia notari. Igitur ut ne quis gentilium existimaret certamina,ac dedecora ui ac necessitate a nostris sustineri, ipsa certaminum Symbola iubet Babylas una cum cadauere suo inhumari, ostendens sibi illa pergrata, & peramica esse,pro ea quidem charitate,qua totus in Christum appensus erat. Et extant etiam nunc cum Babylæ cineribus compedes,ecclesiarum præfectos omnes cõmonefacientes,ut uinciri,ut iugulari,ut quiduis pati oporteat,certe omnia prompto atq; alacri animo,ac magna item cum uoluptate sustinenda,ut concreditæ nobis libertatis ne leuissimam quidẽ partẽ prodamus, aut contaminemus. Et quidẽ beatus ille in eo splendore,atq; honore mortẽ cum uita cõmutauit.

Enim uero existimaturus est fortasse quispiam hoc loci orationi nos nostræ finem imposituros, neq; enim uita hac finita laudatorũ operum, aut uirtutis ostentandæ occasiones suppetere, quemadmodũ neq; athletis post ipsum certaminũ tempus exactum, corollas contexi conuenire. Verũ ea quidẽ est gentilium non ab re opinio, quorum spes ultra hanc mortalẽ uitã haud quaquam prorogatur. At nos quibus uitæ huius exitus illustrioris uitæ alterius initium est, ab hac suspicione, atq; opinione longè absumus, quam sanè opinionẽ rectam esse, apertius a nobis alibi cõmostrabitur. Interim & quæ uirtutis eximiæ opera post Babylæ generosi martyris obitum obuenere, talia sunt, quæ magnam orationi nostræ fidem facere possint. Postea quã enim pro ueritate tuenda ad mortẽ usq; decertauit, & ad proprij sanguinis effusionem usq; contra peccatũ depugnans restitit,atq; ut ne ordinem eum quẽ a magno rege acceperat, desereret, ipsam etiam animã deseruit, nullo non generoso atq; egregio bellatore illustrius occumbens, animam quidẽ ipsius cœlum habuit,corpus autem (quo tanq; ministro ad uirtutis opera præstanda usus fuerat) terra,sic ut creatura ipsa athletam diuiserit.

4 *Tales sunt & hæretici, qui putant sanctos nihil posse post mortem, & una cum præsenti uita omnem eorum uirtutẽ interire & occumbere.*

Atqui poterat Babylas,uel exemplo Enoch transferri, uel Heliæ modo rapi, ut qui utriusq; æmulator fuerat. At deus qua est in humanũ genus benignitate inter alias, quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones dedit,& hanc quoq; uiam nobis a se munitam esse uoluit, idoneũ ad uirtutẽ capessendam stimulũ, relictis scilicet interim apud nos sanctorũ reliquijs. Nam post sermonis facultatem, ipsa certe sanctorũ sepulchra proximum locum obtinent ad animas hominũ in ipsos sanctos intuentium ad uirtutum earundem æmulationem excitandas. Ac sicubi quis huiusmodi conditorijs adstat,suum statim sensum ab hac, quam dico,ui correptum animaduertit, capsulæ enim aspectus in animam inuadẽs ipsam percellit,& exuscitat,ac perinde afficit,quasi qui illic mortuus iacet, preces simul fundat,præsensq; adesse cernatur,deinde fit, ut qui se sic affectũ sentit,mira alacritate gestiens,aliusq; prorsus quodãmodo effectus,

5 *Vide obsecro,quantũ uirtutis tribuat hic doctissimus pater sanctorum sepulchris & reliquijs, quæ uenerari nostri tẽporis sub nersores dicunt uanum esse & superstitiosum.*

ita ex eo loco decedat, quisquis porro animũ aduertere uolet ad eos, qui mortuos luctu prosequuntur, probè inde edocebitur, imaginationem de mortuis conceptã solere ex ipsis locis in animos insinuare, qui ubi mortuorũ sepulchris astiterunt protinus quasi ibidẽ sepultos coram stantes contueantur, sic eosdẽ in ipso statim uestibulo inclamant, plericꝙ autem intolerabili dolore uexati, reliquum uitæ tẽpus ad demortuorũ monumenta habitare sibi in animũ induxerunt. Id quod nequaꝙ fecissent, nisi a locorũ aspectu consolationẽ aliquam cœpissent. Et quid hic de locis, ac sepulchris uerba facio? quum & sæpe uestis sola mortuorum uisa, & uerbum unum in mentem influens animum nostrũ excitet, & memoriam interlabentem refricet, quibus de causis ipsas nobis sanctorum reliquias deus reliquit.

Porro autẽ quod hæc dicam non temerariæ cuiusdam iactantiæ causa, sed quod idipsum emolumenti nostri gratia factũ fuerit, abunde orationi nostræ fidem faciunt, tum quæ quotidiana a martyribus miracula æduntur, magna affatim ab illa hominũ multitudine affluente, tum illis, nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitũ uirtutis egregiæ specimina. Vbi enim ita, ut mandauit sepultus fuit, & tam longũ temporis interuallũ ab eius sepultura interceſſit, ut non nisi ossa, ac cinis in feretro superarent, placuit Imperatori uni exijs, qui postea imperarunt, deo ipsius animũ ad id impellente, capsulam in suburbium istud Daphnẽ abduci. Quum enim deus uidisset locũ illũ adulescentium intemperantia, quadam quasi tyrannide obsessum, in periculũ uenire, ne prorsus ab ijs desereretur, qui grauiores essent, quicꝙ in honestate, ac modestia uitam degere in animo haberent, loci incõmodum, ac noxã miseratus, misit qui contumeliam uindicaret. Etenim ipse Daphnes locus pulcher atꝙ amænus, ut esset, deus fecit, simul aquarũ copia, ac pulchritudine, simul terræ ingenio, simul cœli atꝙ aeris temperie, non quidẽ uti solum inde oblectamentũ ac leuamentũ captaremus, sed uti his de rebus se optimũ opificẽ laudaremus. Salutis autẽ nostrę hostis (cuius ea est natura, ut dei muneribus in opus contrarium semper abutatur) locũ eundẽ cum occupasset, qua corruptorũ iuuenũ turba, qua malorũ spirituũ habitaculis, affinxit prꝛterea & infamẽ quandã fabulam, per quam suburbij decor omnis ac gratia dęmoni accepta ferebatur. Fabula porro sic habetur.

Daphnen aiunt adhuc puellam Ladonis fluuij filiam (antiquis enim mos is receptus fuerat, ut & fluuij gignerent, et quę a fluuijs genita essent, in res postea sensu carentes mutarentur, & pleraꝙ id genus prodigiosa effingerentur) Daphnen, inquam, puellã, forma admodũ prꝛstantẽ fuisse uolunt, quã cum uidisset Apollo, illius statim amore deflagrauit, hęc uero deũ cursu se capere capientẽ fugiens, in suburbium istud cũ peruenisset ibidẽ substitit, mater porrò uim patienti filię opẽ ferre uolens, aperto gremio uirginẽ statim accepit, ac pro puella eiusdẽ nominis plantulã reddidit, hic perditus amator amoribus suis fraudatus arborẽ circumplexus, tum plantã, tum locũ sibi uendicauit, propriumque fecit. In quo postea quum assiduus cõmoraretur, eum præ alijs omnibus diligere, atꝙ amare cœpit, postremo qui tum rex erat, Apollini templũ, & aram extrui iussit, quo posset dęmon suã insaniam per eũ locũ consolari. Et hęc quidẽ uetus fabula, at incõmodum a fabula exortũ non iam fabula fuit. Posteaquã

6

Si a sanctis martyribus quotidie miracula æduntur, ergo falsum quod iactant aduersarij nostri, sãctos nihil posse post mortem.

enim iuuenes permulti impudici illuc accedentes, suburbñ pulchritudinẽ contaminarunt, ibidẽ in comessationibus, atq; ebrietatibus uictitantes, uolens diabolus malũ hoc magis, ac magis gliscere, fabulã eam, quã reciauit, confinxit, dæmonẽ loci eius incolã esse diuulgans, ut eiusmodi historia maius illis impudicitiæ, atq; impietatis incendium fieret.

7 *Quam mira de sancti cpi & martyris corpore refert Chrysostomus & Erubescãt & confundantur oẽs qui sanctorũ gloriam infringere aut tollere frustra conantur.*

Ad tanta porrò isthæc mala tollenda, inuenit Imperator sapientissimũ id remediũ. Sanctũ Babylæ martyris corpus eũ in locũ si transferretur, existimauit perinde fore, ac si medicus ad laborantes mitteretur. Sin iter id, quod ab urbe ad suburbiũ ferret, autoritatis regiæ mandato impediret, atq; interdiceret, iudicauit mandatũ id omnibus uulgo uisum iri tyrannicũ quoddã agreste, ac crudele factũ. Quod si mandato adderet, ut qui honesti ac moderati essent, ñs suburbñ adeundi potestas fieret, qui uero incontinentes, atque intemperantes, ab eo arcerentur, mandatũ perplexũ, ac difficile fore censuit, utpote per quod præuidebat quotidianas censuras in diu dicanda uniuscuiusq; uita necessarias. Itaq; martyris præsentiam malorũ horũ omnium finẽ, ac remedium fore existimauit, quem quidẽ idoneũ intelligebat qui tum dæmonis potentiam antiquaret, tum iuuenũ luxũ emendaret, qua utiq; spe nequaquã falsus est. Nam ubi quis Daphnæ appropinquat, uiso statim martyris monumento, uel ab ipso suburbñ uestibulo, compescitur atq; emendatur, more adulescentis alicuius in conuiuio accumbentis, ac pædagogũ astantẽ contuentis, eundẽq; uultus significatione iubentẽ, ut decenti ordine seruato bibat, edat, loquatur, rideat, cauens necubi modũ supergressus, suã ipse existimationẽ dehonestet, porro ab eiusdẽ monumenti aspectu, tum ab ea, quã de beato martyre concepit, imaginatione factus ille religiosior, ad capsulã ipsam continuo accurrit, ad quam cumprimũ peruenit, maiorẽ animo trepidationem recipit, mox abiecto omni contemptu tanq; uolatilis affectus, ita ab ea seloco domũ recipit. Idem etiam eos qui ab urbe in suburbium ascendunt de uia excipiens, huiusmodi cum temperantia relegat ad Daphnes laxamentũ, tantũ non uocẽ illam inclamans. Exultate domino in tremore, & apostolicum illud adñciens, siue comeditis, siue bibitis, siue aliud quoduis facitis, ad dei gloriã omnia facite, qui idẽ si incidat in nonnullos delitñs delibutos ex suburbio ad urbem se recipientes (si quibus forte usu uenerit, ut quadã quasi animi socordia frenum abñciant, atq; in crapulam, in absurdas aliquas delitias præcipites ferantur) hos ebrios in suũ diuersorium excipiens, non permittit ebrietatis noxam gestantes, domũ abire, quinimmo timore incusso refrenans, ad eandem reducit sobrietatẽ qua præditi erant, antecq; ebrietate madefierent. Etenim quasi tenuis quædã aura eos, qui in martyris æde fuerint, undiq; circunspirans affiat, non ea quidẽ sensibilis, nec quæ ad augendã corporis uim faciat, sed quæ in ipsum tantũ animũ obrepat, eundemq; undiq; decenter compescens, ac terrestrẽ omnẽ sarcinam circuncidens reficiat, atq; ingrauescentem iam & fractũ agiliorẽ reddat. Et quidẽ Daphnes forma, ac pulchritudo segniores, ad se ipsa euocat, at martyr quodã quasi in piscatu considens, & se introgressis insidias parans, eos retinet, ac ueluti ad normam quandã prius compositos dimittit, & ita dimittit, ut amata in posterum pudice, ac citra omnẽ incontinentiam sint usuri, dum enim ex hominibus alñ socordia adducti, alñ mundanis solicitudinibus impediti,

sanctorũ

sanctorū martyrū monumenta inuisere negligunt, perfecit deus, ut hocce irretirentur modo, & talem ipsi fructū curationis animæ caperent, ac perinde fit, ut si quis ægroto medicamenta salutifera admittere nolenti, medicamentū dulci quodā condimento oblitum præparet. Qui igitur inibi tandem curantur, eo perueniunt, ut iam non delitiæ solum, sed & uisendi sancti desiderium suburbiī adeundi occasionē multis afferat, siue ut uerius dicam, qui honestioris uitæ sunt, hoc uno nomine illuc uentitant, qui infirmiores illis sunt, utroq; nomine, qui uero infirmissimi, non alio, quam delitiarū captandarū nomine, posteaq; autē illuc peruenerunt, eos aduocans ad sese martyr suis ipsius epulis splendide exceptos, fortique armatura præmunitos, non patitur in malum aliquod prolabi. Et est perinde mirum eo in loco mollem aliquē, ac socordem resipiscere, & tanq; e media insania sanum caput attollere, ut si quis in medios ignes coniectus ab igni detrimenti nihil accipiat, circunuallata enim rationis arce ab iuuentute, ab effrenata audacia, a uino, a saturitate molestius etiam, quam a flāma ipsa, beati Babylæ ros inspectantiū animā ex obtutu ipso influens, flāmam ipsam sopit, incendium sistit, ac magnam certe animi religionē instillat. Atque in eum, quem dixi modum. Babylas intemperantiæ tyrannidem subuertit.

8

Babylas dæmonis potestatē extinxit. Ergo sancti post mortē dæmonibus sunt fortiores.

At quo idem modo & dæmonis potestatem extinxit? Primum quidē tum dæmonis inibi habitantis obsidionem, tum fabulæ noxam ijs ipsis, quas dixi rebus inefficacem reddit, deinde & dæmonem ipsum exegit. Verum antequam ad exactionis modum ueniam, illud nos annotare postulo, Babylā non statim ubi aduenit dæmonem eiecisse, sed manentem eum otiosum, inertem, agendisq; rebus ineptum reddidisse. Illi enim os ita obstruxit, ut uel lapidibus ipsis magis mutus redderetur. Et quidem manentem inibi dæmonem superauisse, non minus fuit quam si eundem de loco exegisset, quum qui loci illius accolis omnibus fucum prius faceret, ne extincti quidem Babylæ cineres contueri sustineret. Ea est enim sanctorum potestas, ut illorum superstitum dæmones, ne umbras quidē, aut uestes ferre possint, uita autem sanctorum & loculos quoq; reformident. Itaq; si quis quæ ab apostolis facta fuisse prædicantur, fidem non habet, his tandem memoriæ huius miracula intuitus ab impudentia sua desistat. Nam qui de omnibus olim gentilibus uictoriam reportabat, a martyre tanquam ab hero increpitus suppressa uoce latrare desijt. At primum quidem uidebatur mutus esse, quod sacrificiorum, & aliorum id genus cultuum particeps minime fieret. Dæmonem enim mores ij sunt, ut dum mortales nidore, fumo, sanguine eos inuitant, & allectant, tanquam canes cruoris auidi, & heluones, ebibendi absorbendique eius causa præsto adsint, rursus dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadā pereant. Quibus certe sacrificia dum fiunt, ac fœda dum celebrantur mysteria (quę ipsa nihil certe aliud sunt, quā amores quidā obscęni, q; puerorum contumelię, q; adulteria, q; domorū subuersiones, ut nihil hic agā de inhumanis cœdium generibus, deque nefarijs illorum cœnis) quibus, inquam, fœda dum celebrantur mysteria, statim aduolant, & delectantur, etiam si malefici, etiam si præstigiatores, etiam si pestes hominū sint, qui mysteria eadē peragant. Imo uero, ut uerius dicam, non alios plane habent, quā quos depinxi, sacrorū suorū administros, qui enim temperans,

9

Vestes & loculi sanctorū dæmonibus formidabiles.

modestus, castus est, is nec comessationem admittet, nec temulentiã, nec dictu fœdum aliquod uerbum ipse proferet, nec alteri cuiquam id genus fœditatibus inseruienti aures suas accõmodabit, quanquam oportebat, siquam illi humanæ uirtutis curam gererent, siquam fœlicitatis asse clarum suorũ rationem haberent, nihil potius requirere, quã uitam optimam, quã mores recte emendatos prætermissis illis indecoris dapibus, quibus tamen (quando nihil habent antiquius hominũ exitio) magnopere delectantur, ijsdem coli se profitentes, quibus, tum nostra mortalium uita subuertitur, tum honestas omnis radicitus diuellitur.

Primum igitur uidebatur hic dæmon hac, quam dixi, ratione obmutescere. Post autem conuictus fuit uiolenta necessitate præpeditus id facere, metus enim, quo quasi indito in os freno cogebatur, impedimento illi fuit, quo minus solita contra homines impostura abuteretur. Vnde hoc liquet? sed ne tumultuemini, Id enim cõmostrabo, atq; ita cõmostrabo, ut ne illis quidẽ, quibus maximæ curæ semper fuit impudenter omnia asseuerare, in posterum ea impudentia abuti liceat, quoties sermo inciderit, uel de ueterum illorũ dæmonum, uel de istius dæmonis infirmitate. Neq; enim mihi coniecturis opus est, neq; id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus, sed ipsum dæmonis hac de re testimonium adhibebimus. Ipse enim lætalẽ uobis plagam inflixit, uestramq; omnem fiduciã ac libertatẽ concidit. At uos ne illi succenseatis, neq; enim prudens, sed a maiore quadã potestate coactus, tyrannidẽ ipse suã deleuit. Id uero qua tandem ratione factum est?

Mortuo eo Imperatore qui Babylæ corpus in suburbiũ transtulerat, huius fratrem ad imperij administrationẽ perduxit is idem, qui illũ Imperatorem fecerat, atq; hic sine diademate imperium accipit, hactenus enim de mortui quoq; fratris potestas præscripta erat. Idem hic Imperator quũ impostor, ac scelestus esset, primum propter eum, a quo principatum acceperat, Christianũ se esse simulauit, deinde eo uita defuncto, abiecta statim persona, fronte perfricta, quã antea superstitionẽ intus celauerat, hanc in mediũ productam nemini non manifestã fecit, diuulgato per uniuersum terrarũ orbem mandato, ut idolorũ templa instaurarentur, aræ excitarentur, pristini dæmonibus honores redderentur, magni item illis prouentus uarijs ex locis supperterent. Quo ex mandato magi continuo, incantatores, augures, hauriſpices, menargitæ, hoc est, menstrui uiatores, seu dracones, denique omnifariæ imposturæ artifices, undiq; ab uniuerso orbe confluxerunt, hic cernere quidẽ licebat regiam ipsam infamibus, abiectis ac profugis hominibus refertam. Nã quotquot usquam fame tabescentes, quotquot ob ueneficia ac maleficia conuicti, quotquot publicæ custodiæ adiecti, atq; ad metalli opus detrusi, denicq; quotquot sordidarũ artium artifices uix inde uictitare possent, quũ seipsi de repente sacerdotes esse profiterentur, mirum est quanto in honore, quanto in pretio habiti omnes fuerint. Hic Imperator duces ipsos, ac militum præfectos contemnere, assis unius non æstimare, contra mares meritorios, & meretrices è formicibus suis excitatas una secum per totã urbẽ, per angiportus omnes circũducere, quũ interim regius quidẽ equus, omnesq; prætoriani pone multo interuallo sequerentur, lenones autem, & meretriculæ ante ambulonum loco, & uniuersus meritoriorũ adule-

scentū chorus regē medium stipantes per forū in ambularent, sermones eos proferentes, atq; cachinnos attollentes, quos par erat eiuscemodi farinæ homines attollere, quæ ipsa certe non nescimus talia, tamque absurda fuisse, ut posteris fide maiora futura sint, neq; enim priuatorum quisquā eorum'ue qui humile pudendumq; uiuendi genus instituerint, uelit tam turpis, tamq; indecens publice uideri.

Sed ad eos sane qui adhuc uita sunt superstite, oratione nulla opus est, qui enim adfuere, & ea dū fierent spectauere, hi & quæ hic a me dicuntur, nunc exaudiunt, propterea enim superstitibus etiā nunc testibus hæc scribo, ut nequis uetera recensentem me, inter eos, qui rei ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Ex ijs enim qui ea uiderunt, superant adhuc & senes & iuuenes, quos omnes obsecro, & obtestor, si quid a me historiæ adiectum fuerit, in mediū prodeant, mecq; redarguant, sed scilicet tantum abest, ut me de meo adiecisse quicquā sint redarguturi, ut deprehensuri etiā sint, multa certe a me prætermissa, neq; enim fieri potuit, ut oratione turpitudinis illius immensam magnitudinē representarē, posteris uero qui crediturī istæc non sunt, unum id dictum esse uelim, dæmonē uestrū, quē Venerem appellatis; nequaquā pudere id genus administris uti. Itaq; mirū nemini esse debet, si miser ille, qui prorsus dæmonū ludibrio sese addixerat, ea minime dissimularet, propter quæ dij ij, quos coleret, magnopere sibi placent. Iam uero quis enumerauerit necromantias? quis puerorū cædes? nā uictimæ illæ a quibus homines ante Christi aduentū non abstinebant, post eius apparitionem represse, de integro renouabantur, non iam quidem in propatulo, nā tam etsi Imperator esset, ac licentiose omnia ageret, tamen tanta erat rerū earum impietas, ut ea imperatoriæ etiā licentiæ magnitudinem superaret, uictimæ, inquā illæ de integro tamen renouabantur.

Daphnen itaq; idē hic Imperator grauitatē ore præferens conscendit, multis quidē cum donarijs, ac sacrificijs, manante etiā sanguinis torrente, quē mactatarum pecudū cædes effecerat. Tum a dæmone magna instantia oraculum poscit, postulans sibi ille ijs de rebus responsum ut daret, quas animo agitabat. Ibi strenuus ille scilicet, qui pelagiq; modum, & numerum qui nouit arenæ, qui mutum capit, & surdum, qui intelligit idē, ut de se ipse profitetur, belle admodum cauit, ne in eum sermonē deueniret, ut aperte testaretur, per sanctū Babylam, ac uicinorum uirtutem obstructū sibi esse os, ac propterea loqui nequaquā posse, nimirum ueritus, ne cultoribus suis ridiculus fieret. Cæterum cū idem adumbrare uellet uiriū suarum a Babyla deuictarū conditionem, eum taciturnitatis titulum aperuit, per quē ridiculus magis reddebatur, quā si prorsus tacuisset, tacens enim imbecillitatem tantūmodo suam detexisset, nunc uero imbecillitatem & turpitudinem & impudentiā declarauit, studens ea adumbrare, quæ adumbrari minime queunt, quis enim color hic esse potest? Daphnes, inquit, locus cadaueribus scatet, id quod oraculum arcet. Et quanto præstabat pessime dæmun, martyris uirtutē non dissimulare, quam titulum tam impudentem prærexere? & hæc quidē dæmon.

Imperator autē mente alienata cum esset, perinde ut in scena ludens, fabulamq; agens, e uestigio ad beatū Babylam fertur, quanquā o nequam, ac nequissime, nisi uobis ipsi ultro mutuo uerba daretis, incq; aliorum exi-

tium colluderetis, quã eandem ob causam, tu quidem suppressis nominibus, atq; in genere de cadaueribus loqueris, tu uero quasi certi alicuius cadaueris nomen exaudisses, aliis intactis, Babylæ unius cadauer mouendum tibi sumis? Oportebat enim iuxta dæmonis sententiam, conditoria ea omnia, quæ in Daphne essent, effodere, & terriculum a Deorũ aspectu quã longissime abducere. At non de omnibus, inquis, mortuis uerba Dæmon fecit? Cur igitur, id non aperte professus est? nempe tibi impostura fabulam agenti ænigma istud reliquit. Equidẽ cadauera, inquit, tibi dico, ut ne palam fiat, me uictum esse, nam & alioqui reformido Babylam nominatim designare, at tu intelligito quod a me dictum est, atq; unum pro omnibus martyrem amoueto. Ille enim est, per quem muti efficimur. Tantæ certe dementiæ dæmon cultores suos a se damnatos esse uoluit, ut tam apertam imposturã capere nequirent, nam ut mente alienata, atq; insana omnes essent, tamen ne sic quidẽ ignorare debebant, quod uictum sese dæmon fateretur, tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominũ cadauera inquinatũ quiddam (quod tu esse uis) & execrabile sunt, multo magis brutorũ cadauera, ac tanto certe magis, quanto brutorũ genus humano genere contemptibilius est. Multorũ uero canum, simiarũ, asinorũ ossa proxime tẽplum defossa sunt, quæ potius mouenda fuerant, nisi forte censes homines simꝰ esse uiliores.

Vbi nunc sunt qui solem bellum dei opificium, & ad nostrũ ministeriũ creatũ contumelia afficiunt, & dæmoni astrum attribuunt, & hunc illũ esse affirmant? Sol enim, in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia, per uniuersum orbem diffunditur, nec ullo loco, neq; radios, neq; radiorũ suorũ efficaciam propter ipsas locorũ inquinationes contrahit. At deus uester impuram hominũ uitam, imposturas, cædes non modo non auersatur, aut odit, sed diligit, amplexatur, amat, corpora autẽ nostra deuitat, quanquã peccati genus tale esse solet, ut uel apud ipsos autores in summã etiam reprehensionem ueniat, corpus autẽ mortuũ, & quod mini me mouetur, omni reprehensione ac criminatione uacat. Sed scilicet istud est uestrorũ deorum institutũ, ut abominentur quæ abominanda nequaquã sunt, colant ꝯdem & approbent quæ omni odio, & auersatione digna sunt. Et bonus quidẽ uir, quisquis est, neq; a sano aliquo consilio uel dando, uel capiendo, neq; ab opere necessario faciundo per mortuũ corpus prohibebitur, imo si animo sano est, uel ad ipsa sepulchra inhabitãs, & tẽperantiam, & iustitiam, & omnẽ denicꝫ uirtutem præstabit, prætereaq; artifex suæ quisq; artis opera absq; ullo impedimento facturus est, ꝯsq; qui ipsum rogauerint præbiturus, nõ solum cadaueribus propinquus assidens, sed etiam si ipsa mortuorũ monumenta extruere opus sit, & pictor, & latomus, & faber tam lignarius, quã ferrarius, denicꝫ omnes sua ipsorũ opera conferunt, unus autẽ omnium Apollo per cadauera impediri se ait, quo minus futura prospiciat. Atqui & apud nos magni, & admirabiles uiri extitere, qui res futuras quadringentis ac mille etiam ante annis quã euenirent, prædixerunt, quod dum facerent, nullam prorsus harum excusationũ, uel quæsierunt, uel causati sunt, neq; mortuorum sepulchra perfringi, neq; eos qui intra ea iacerent abꝯci, neq; nouũ & impudentem, effodiendorũ cadauerum modum excogitari iusserunt. Attamen ex eis nonnulli, impijs aç sceleſtis gentibus uicini cũ habitarent uel in medijs

ipſis barbaris,quorũ omnia conſpurcata,ac polluta erant,uere futura uaticinati ſunt,neq; illis ad uaticinationẽ,aliorum obfuit cõſpurcatio. Quid ita? quod quæ illi dicebant,ea re uera per diuinæ uirtutis opus dicebant. Dæmon autem cũ prorſus in eo diuina uis nulla eſſet, de futuris nihil habuit,quod Imperatori prædiceret. Cæterum ne hæreat,perplexuſq; eſſe uideatur,cogitur uerſiſimilia quędam,& ridicula ſimulare. Quamobrem enim,quæro ex te ſuperiore tẽpore nunquam tale quiddam elocutus eſt? quandoquidẽ tum uelamen hoc prætendere poterat,ſui cultum ab hominibus intermiſſum eſſe,hac autẽ idem excuſatione ſibi adempta ad cada uera confugit,anxius animi quorſum euaderet. Nam a decoro ipſe ſuo recedere nolebat. Verum ipſi uos illum coegiſtis, qui cultus excuſationẽ ei ademiſtis,neq; locum illi feciſtis ad ſacrificiorũ penuriam confugiendi.

Hæc igitur ubi audiuit fabulæ iſtius actor Imperator,iubet ſtatim capſulam deturbari,quo omnibus dæmonem uictum eſſe innoteſceret. Etenim ſi dixiſſet ille per ſanctum Babylam loqui impedior,ſed hunc tamẽ ne loco ſuo moueatis, ne ue illius capſam ulterius conturbetis, nimirũ ea res dæmonis modo cultoribus innotuiſſet,illos enim puduiſſet factum id ad alios deferre. Nunc uero quaſi ipſius infirmitatẽ traducere adlaboraret Imperator,ſic nihil non fieri coegit,quo ne uolenti quidẽ factũ adumbrare licebat. Neq; enim iam ſimulatio ſalua,& integra eſſe poteſt,propterea quod non alius mortuus, ſed ſolus Babylas illinc translatus eſt, nec ſolum qui urbẽ,& ſuburbium & agros item incolebant,ſed qui remotiſſime etiam habitabant in rem præſentẽ cum uenirent, capſulamq; non amplius illic eſſe uiderent,quæſita cauſa ſtatim edocebantur,dæmonẽ ab Imperatore rogatum uaticinari reſpondiſſe,id ſe præſtare non poſſe, niſi beato Babyla prius a ſe procul amoto. Quanquã o perridicule dæmon, licebat tibi ad alias confugere excuſationes cuiuſmodi multis identidem uteris,infinita ſemper rebus in dubĩs artificioſe excogitans, alias Lydorum regi promittens magni Imperĩ perditionẽ Alym fluuium tranſgreſſo,hunc ipſum tamen regem poſtea ſuper accenſam pyram poſitum cõmonſtrans,alias in Salamine hac eadem arte uſus,quum tu perridiculam illam addidiſſes coniunctionẽ. Nam quod dixiſti,muliebria pignora perdes,ſimile fuit illi, quod Lydorũ regi dixeras,quod autẽ adieciſti, uſquã uel cerere ſparſa,coeunte uel uſquã,maiore id certe riſu dignũ fuit,ac prorſus ſimile ĩs,q̃ a circulatoribus in triuĩs uulgo iactantur. At tibi ne iſtud quidem facere placuit. Licebat & tibi ſermonem tuũ obſcuritate uelare (nam & hoc tibi artificium ſolemne eſſe ſolet) at enim inſtitiſſent omnes iterum,non intellectæ uocis ſolutionẽ quærentes? Tibi etiam licebat ad aſtra cõfugere,id enim tute perſæpe nullo rubore,nullo pudore facis,neq; enim tibi res eſt cũ uiris mente præditis, ſed cũ pecudibus, atq; adeo cũ longe craſſioribus,q̃ſ ſunt pecudes ipſæ,non erant utiq; qui tum te conſulebant Græcis ſapientiores ancipitia reſponſa tua audire ſolitis, ab errore tamen ſeſe non eximentibus. At mendacium intellexiſſent? Te igitur oportuit uni tuo ſacerdoti ueritatẽ aperire,qui q̃ uictus eſſes melius,quã tute multo adumbrare noſſet. Nunc uero quis te miſer adducit,ut te in tã manifeſtam impudentiam obtruderes? Sed tu fortaſſe peccaſti nihil. Imperator uero perperam fabulæ ſubſeruiuit. In genere enim cũ de cadauerĩbus audiĩſſet,ad Babylam ſolum adiens, te ille coarguit, & impoſturã

tuam denudauit. Sed ne ille quidem uolens id fecit, neq; enim unius, eiusdemq; erat tot, ac tanta tibi donaria honoris gratia offerre, & temet rursus infamare. Verum omnium simul oculis martyris uirtus tenebras offudit, neq; passa est illos ea intelligere quæ fierent, quę omnia fiebant quidē, quasi contra Christianos, risus autem non in eos qui ea paterentur, sed in eos qui ea facerent totus uertebatur, quod ipsum usu uenire uidemus, quū qui furore correpti sunt, in ipsos etiam parietes calcitrantes, & fanda, ac nefanda in præsentes conuitia iactitantes, sibi ipsi uidentur proximos bellè ulcisci, quū factis talibus non illos, sed seipsi dedecorent. Id quod & tū certe euenerat. Trahebatur enim capsula per totam uiam, reuertebatur autem martyr athletæ alicuius exemplo, coronā alteram in suam urbem ferens, in qua & priorem coronā reportarat. Quamobrē si quis est forte, qui mortuorū resurrectionē neget, quū uideat martyris nostri facta illustriora post obitum esse, in posterū erubescat, qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis trophea coniunxit, magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim certamen illi cum Imperatore solo fuerat, nunc cū Imperatore pariter ac dęmone. Tum Imperatorē a sacro templi ambitu exegerat, nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimū humani generis hostem expulit, non manū admouens, quemadmodū & prius fecerat, sed uirtute inuisibili inuisibilem uirtutem debellans.

10 *Quid dicis hæretice? sunt sancti homines emortui? Sunt nihil potentes post mortē? O impudentiam.*

Ac uiuentis quidē liberā orationē non tulit homicida, mortui autē cineres, neq; Imperator, neq; dęmon sustinuit, quo dęmone autore Imperator hæc agebat. Nam quod Babylas ambobus istis posterioribus maiorem incusserit timorem, quā antea incussisset priori illi Imperatori, inde certe aperte liquet. Prior enim ille Babylam captū, eundemq; in uincula conie ctum interfecit, posteriores autē isti Babylam solum trāstulere. Cur enim capsulam in mari demergi, neq; dæmon iussit, neq; posterior hic Imperator uoluit? cur non attriuit, & excussit? cur non in uastam aliquā solitudinem deferre eam mandauit? Nam si ea piaculum, & scelus fuisset, si eam abominans, ac non potius reformidans illinc dimouisset, nō intra urbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam, in saltus transferre oportuit. Sed scilicet perdito huic Imperatori æque atq; Apollini Babylę uirtus, & quā cum deo haberet, fiducia cognita erat, ob id formidabat, si hoc feciſſet, ne fulmen diuinū, ne'ue aliquē alium morbū in se ipse prouocaret, multa enim habebat Christi uirtutis, tum in ijs qui ante se regnauerant, tum in ijs, qui unà secum imperium administrabant, spectatæ argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus ij qui similia attēptauerant, multis ijsq; intolerabilibus calamitatibus acceptis fęda, ac mirabili morte interierant, ita ut cuiusdā, dum adhuc uiueret, sponte ex oculis pupillæ exilierint. Maximinus hic fuit, alius autē furore, alius alia id genus calamitate uexatus mortē cū uita cōmutarit. Cæterū ex ijs qui tum cū ipso erāt, patruus, quū licentiosius insaniam suam contra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra uasa contingere, hoc etiam scelere nō contentus, sed contumelia ulterius progressus (uasis enim ijs inuersis, & super pauimentum collocatis, atq; extensis, ita super ea desedit) e uestigio illegitimę huiusce sessionis pœnas luit. Illius enim uerenda corpora uermiculos genera-

11 *Mortui Sancti cineres nec Impator nec dæmon sustinuit.*

12 *Si deus non grata haberet cādelabra, cruces, thuribula et alia huiusmodi quibus eius cultui decenter in Ecclesijs deseruitur, ut calumniantur hæretici, nō tam seuera plaga scelestum Imperatorem percussisset, qui impuris manib' sacra uasa prius contingere, & postea super eisdem sedere ausus est.*

rarunt, ita ut morbum diuinitus illatum constaret, ad quem curandū medici aues pingues, easq; peregrinas interficiebant, quibus ad putrefacta

mẽbra admotis uermiculos euocabant, illi uero loco quũ non mouerentur, mordicus putridis partibus inhærebant, atq; illum ita demũ multis diebus absumptum perdiderunt. Alius porro regñ ærarñ præfectus, ante quã aulæ regiæ limen transcenderet, de repente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas luens, hæc sanè, & his item plura, neq; enim omnia enumerare tẽporis huius est, animo lustrans impius Imperator, uerebatur temeritatẽ suam ulterius promouere. Me porrò hæc nõ ex me enunciare ex eis constabit, quę ab illo postea ędita sunt. Interim historiæ nostræ tenorem persequamur, quid exinde euenerit recensentes, hoc enim demũ mirum admodum est, non modo dei maximi uirtutem, sed & inenarrabilem benignitatem patefaciens.

13 *Magnum dei iudicium dæmones confitentur sanctos esse uiuos, & hæretici mortuos esse contendunt.*

Babylas intra sacrũ templi septum erat, intra quod & prius fuerat, antequã Daphnem translatus fuisset. At malignus dęmon statim edoctus est, frustra sibi fraudis suæ artificia conficta, seq; non iam certamen habere cũ mortuo, sed cũ eo qui uiueret, qui efficax esset, quiq; non se modo, sed omnes quoq; dęmones fortitudine superaret. Is enim deum precatus ignem in templum ut cœlitus dimitteret, totũ illius tectum exussit, ipsoq; idolo ad extremos usq; pedes deleto, eodemq; in cinerem ac puluerẽ redacto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. Ac si quis nunc illo accesserit, nunquam utiq; dixerit factum id, ignis opus esse. Neq; enim incendium id, non ex cõposito factum, neq; ex materia inanimi natum, sed tanquã manu quadã ignem circumagente, atq; indicante, a quibus abstinere, quæ porrò absumere oporteret, tanta certe concinnitate, tanto artificio ipsum tẽplum detectum est, nec ad simile quidem ŕjs, quæ casu, ac temere incendio conflagrasse uidemus, uerũ ŕjs quæ parietũ ambitum integrũ cũ habent, tecto tamen carent. Cætera enim omnia, & columnæ item omnes, tam eæ quæ templi culmen, quã quæ uestibulum substinebant, adhuc extant, præter unam, quæ ad posteriorẽ templi partem stabat, & hæc tamen non temere perfracta est, sed ea, de causa, quã postea dicturi sumus.

14 *Quid dicis Chrysostome? Ergo sancti deum precantur post mortem, & quod rogant obtinẽt? At hoc aduersarij Ecclesiæ modo constanter negant. Respondeant, si possunt.*

Hoc incendium ubi accidit, statim dæmonis sacerdos in carcerẽ rapitur, incendiñ autorẽ indicare coactus, qui ubi non habuit quem accusaret, intortis cubitis multis flagris uapulauit, in sublime raptus, ac latera undiq; cęsus, quanquã ne sic quidẽ ex eo quicquã didicere, reiq; huius euentus similis erat illi, qui in Christi resurrectione accidit, tum enim dispositi fuere milites qui corpus Iesu custodirent, nequa possent eius discipuli furto illud auferre, cæterum is fuit rei ipsius euentus, ut nulla uel impudens species ŕjs relicta fuerit, qui resurrectionis eius fidẽ eleuare, ac calumniari uellent. Atq; hic distrahebatur miser sacerdos, quo testificaretur factum id non diuina ira, sed humano maleficio accidisse. Is tamen contortus, ac fęde laceratus, quum neminem haberet, quem proderet, ignem e cœlo delapsum testatus est, ut maleuolis, atq; impudentibus, nullus iam calumniæ locus relictus fuerit.

Sed quod nos paulo ante dicere uolentes in alium locum reiecimus, id ipsi hic tempestiue dicemus, quidnam uero id esse potest? Certe martyr noster Babylas Imperatorem eousq; terruit, ut furore illo suo supersederet. Neq; enim ipsum quidem sacerdotẽ, eumq; quem tanto antea honore prosequebatur, tot malis tecti exusti causa affecit, & immanius, quã

fera crudelis dilaniauit (a cuius etiã uorandis carnibus fortasse non temperasset, nisi res ea detestanda, omnibusq; abominabilis uisa fuisset) Babylam autẽ, per quẽ dæmon os suũ obstruxerat, rursus in Vrbem ea de causa transtulit, ut maior illi honos ab omnibus haberetur. Etenim idem Imperator si minus prius, hoc est, quo tẽpore uictum se esse dęmon fassus est, at certe post ipsum incendium omnia subuertisset, ac perdidisset, capsulam exussisset, utrunq; item monumentũ, tum quod Daphne, tũ quod in urbe erat, nisi metus in eo, quã ira maior fuisset, ac nisi eius mœstitię timor imperasset. Solenne enim permultis esse uidemus, quũ eos ira, ac dolor corripuerit, etiam si affectuũ eorũ autores nõ nanciscantur, in obuios quosq; ac suspectos iram effundere. Non procul autẽ ab hac suspicione Babylas erat. Nam simul ut in urbẽ peruenit, statim ignis in tẽplum inuasit. Sed quod dixi affectus cũ affectu pugnabat, & iræ metus imperabat, mihi enim hic cogita, qualis esse poterat bonus ille Imperator in suburbium ascendens, hinc martyris monumentũ stans intuitus, hinc tẽplum exustum, idolum deletũ, donaria absumpta, & liberalitatis suæ, ac pompę satanicę memoriam omnẽ de medio sublatam. Nam ut concedamus futurũ fuisse, ut illum hæc cernentẽ neq; ira, neq; męstitia subire posset, ipsum certe dedecus ac risum permultũ ferre minime potuisset, quin potius sacras impuraq; manus in sancti Babylæ sacellum intendisset, nisi illum ea, quã antedixi, causa prohibuisset. Neq; enim parui momenti ea res esse uidebatur, per quã uidelicet præcisa ademptaq; erat omnis gentium fiducia, & libertas, lætitia omnis extincta, ac tanta męroris nebula illorum animis offusa, quanta certe offundi potuisset, si deorũ simul omnium templa diruta, disturbataq; fuissent.

Cæterum tẽpus iam appetere puto, ut ostendamus tum cur iram suam non in Imperatorẽ, sed in dæmonẽ conuertit, tum cur factum est, ut ignis totũ tẽplum non absumpserit, sed tẽpli tecto statim dissipato correptum simulacrũ improbarit, atq; refutarit, neq; enim ea temere, neq; sine causa contigerunt, sed ab ea dei benignitate, qua errantes homines tueri solet, facta fuere, qui enim res omnes, etiam antequã enascantur, nouit, is & hoc item una cũ alijs nouerat, futurũ, ut si fulmen contra Imperatorẽ contorsisset, qui præsentes rem spectassent, tẽporario quodã timore percelleren tur, altero autẽ, & tertio uertente anno, rei eius memoria deperiret, multiq; miraculo fidem minime haberent, sin autẽ tẽplum flamma correptũ fuisset, fore, ut ea res quouis buccinatore clarius non ijs modo, qui tum superstites erant, sed & posteris quoq; omnibus dei iram enunciaret, ut ijs quoq; qui impudentes esse, ac factum id occultare uellent, omnis calumniandi ansa esset prærepta, quisquis enim in rem præsentẽ uenit, quasi nuper contigerit incendium, sic animo afficitur, idemq; horrore quodã per cussus, cœlum contuitus, statim dei optimi maximi incendij eius autoris gloriam, ac uirtutẽ laudibus effert. Vt enim si quis primarij cuiusdã latronis perfracta superne spelunca, ac latibulo, uinctum illum extraxerit, tum eiusdẽ supellectile omni ablata, locũ illum feris, ac monedulis receptaculum esse fuerit, postea quisquis latibulum huiusmodi fuerit ingressus, simul ut locorũ deuastationes, ac direptiones contẽplatus fuerit, statim secum animo concipit, ac reputat, qualis fuerit, qui locũ illum prius inhabitaret, ita & hic usu uenit. Procul enim columnas quis intuitus, postea

ubi

ubi acceſſit,ac templi limen ſupergreſſus eſt,effingit ſibi dæmonis abominationem,fraudem,inſidias,ac dei iram,atq; fortitudinem admiratus, ita demum de loco eo decedit, ſicq; prius domus erroris, & blaſphemiæ fuerat,nunc diuinæ gloriæ hymnis decantandæ argumentũ eſt, tam ingenioſus,tanq; induſtrius eſt deus noſter.

Atq; hæc quidẽ nec opinata non nunc primũ,ſed iam inde a ſuperioribus ſeculis magno illo miraculo ædere ſolet. Omnia porro recenſere,temporis huius non eſt, cõmemorabimus tamen factum quoddã huius per quã ſimile. Prælio olim in Paleſtina a Iudæis contra alienigenas quoſdã facto,victoria potiti hoſtes,captam dei arcã,tanquã exuuias, & opimũ quoddã ſpolium ſuo cuidam idolo (huic nomen erat Dagon) donarũ loco conſecrarunt,ea porro in idoli eius tẽplum perlata,ſtatim idoli ſtatua delapſa in caput iacebat. Vbi autẽ diuinæ uirtutis robur hac ruina illi minime agnoſcentes,idolum deintegro excitatũ,in ſede ſua collocarunt,poſtridie ſub aurorę tẽpus eo quũ acceſſiſſent, uiderunt non iam collapſum idolum,ſed prorſus diffractũ. Huius enim manus ab humeris auulſę unà cũ pedibus ad tẽpli limẽ exilierant,reliqua idoli parte,& ea quoq; diuulſa,alio diſperſa. Et Sodomorũ item tellus,ut parua magnis conferamus, hac ratione unà cũ ipſis incolis incendio aſſumpta, ſterilis facta eſt, ut nõ ſolum qui id tẽporis ſuperſtites eſſent,ſed & poſteri item omnes locorũ uaſtitate admoniti,continentiores uiuerent,ſi enim ad homines ſolos ſupplicium peruaſiſſet, futurũ erat, ut factum id poſtea ab alijs minime crederetur,propterea locus ipſe plagam accepit,qui tempore prorogari poteſt,quicq; & ſequentia omnia ſecula admonet,lege cautum eſſe,ut qui ſimilia cõmiſerint peccata,ñ ſimiles pœnas luant,etiamſi in præſentia id nõ fiat,id quod & in tẽpli huius incendio accidiſſe uidemus. Ecce enim iam uiceſimus ex eo annus agitur, nec tamen ædificij ab igne relicti pars ulla deleta eſt,ſed quæ partes flammas euaſerunt,eæ ſolidè ac firmiter ſtant, ſuntq; etiam nunc ſic ualidæ, ut uel ad centenos ducentenoſq;, & multo item plures annos durare poſſint. Id uero qui mirum uideri debet,ſi ex columnis nulla prorſus ab altera auulſa ad ſolum deciderit? Columnarum enim earũ,quæ ad poſteriorem templi partẽ erant,una tantũ tum perfracta,nec ea quidẽ corruit,ſed a ſua ſede mota,ad murũ dum caderet inclinata,ſic manſit. Cuius quidem columnæ partes ſunt duæ, quarũ altera a baſi ad ſectionẽ oblique muro incubuit, altera a ſectione eadem ad capitulum ſupina cõſtitit,& ea ab inferiori parte ſuffulta,quanquã autem & uenti uehementes loco illi ſæpe incubuere,& terrę motibus crebris tellus fuit concuſſa,ignis tamen reliquiæ inconcuſſę manſerunt,quæ ipſę firmiter ſtant,propemodum clamitantes,ſeſe ad poſteriorum emendationem aſſeruatas eſſe.

Et quidem q templum ipſum totũ non conflagrarit, hanc dicere poſſis cauſam eſſe,quod autẽ Imperator fulmine percuſſus non fuerit, aliam ſi quæſieris,cauſam reperies, ex eodẽ bonitatis & benignitatis dei fonte manantẽ. Propterea enim deus ignẽ ab Imperatoris capite defendit,eundemq; in tẽpli tectum eiaculatus eſt, ut alieno ille malo edoctus,pœnam ſibi reſeruatã effugeret pœnitentia cõpunctus,& errore liberatus. Illi enim hoc neq; ſolum,neq; primũ uirtutis ſuę ſignũ Chriſtus dedit, ſed & alia item multa hoc ipſo non inferiora, Nam & patruus eius,& quæſtor æra-

rius,ſic,ut dixi,uterq; uitam finientes,prꝛterea & fames in urbem ſtatim unà cũ ipſo inuadens,& aquarũ penuria nunquã ante uiſa,q̃ ab eo ſacrificia in ipſis fontibus facta fuiſſent,& multa præterea alia,tum ea,quæ in ipſius caſtris,tum ea quæ in urbibus euenerunt, huiuſmodi certe fuere,ut uel ſaxeam animã flectere poſſent,non ob id quidẽ quod permulta eſſent, neq; ob id quod omnia pariter ꝛderentur,ac deinceps & poſt ipſa ſtatim ſcelera perpetrata,ut quondam Ægyptiorũ regis tẽpore,ſed quod quæ ꝛdebantur miracula per ſeſe talia erant,ut ad eorũ qui ea cernerent emendationẽ aliud alio non egeret, uerũ illorũ unumquodq; hoc ipſum per ſe præſtare poſſit. Nam ut cætera prætermittã,quẽ tandẽ,qui idem non ad modum ſtupidus eſſet,non perterrefeciſſet æditum ad ueteris tẽpli Hieroſolymitani fundamenta miraculum? id porrò cuiuſmodi fuit?

Tyrannus cũ uideret per omnes Imperij ſui fines Chriſti fidem diffuſam,eandemq; ad Perſas uſq;,alioſq; remotiores Barbaros,atq; adeo ultra etiam illos peruaſiſſe,breuiter omnẽ eam,quã ſol radijs ſuis luſtrat,regionẽ occupare,cruciabatur animo,atq; augebatur, apparabatq; ſeſe ad gerendum contra Chriſtianorũ conuentus bellum,infꝛlix,ut qui ignoraret ſe contra ſtimulum calces. Ac quidem primũ Hieroſolymitanũ templum Chriſti uirtute ſolo æquatũ excitare conabatur, & Iudæorum res quanquã Græcus homo procurabat,uirtutis Chriſti periculum inde facere uolens. Hic uocatis ad ſe Iudæis quibuſdã, ijſq; ſacrificare iuſſis (nam & illorũ maiores dicebat hunc religionis ritum obſeruare ſolitos) ubi Iudæi ijdem eò confugerunt,ut dicerent,fas ſibi nequaquã eſſe,id tẽplo collapſo extra ueterẽ metropolim facere,iubet illos pecunia de regali theſauro ſumpta,ſuppeditatiſq; ijs omnibus,quæ ad opus neceſſaria forent,abire,tẽplum inſtaurare,& ad priſtinã ſacrorũ conſuetudinẽ redire. Tum illi dementes planè,a matriſq; utero errantes, atq; ad canos uſq; eruditione indigentes diſceſſerunt,Imperatoris mandato pariturí. At ſimul ut ædificaturi foſſitiam humũ euacuare cꝛperunt,ſtatim e fundamentis ignis exilijt,quo omnes pariter aſſumpti fuere. Quæ res Imperatori ut renunciata fuit,neq; ulterius inſaniam ſuam promouere conatus eſt, metu enim detinebatur,neq; tamen dꝛmonũ errore (quorũ tyrannide prorſus prꝛmebatur) liberari uoluit. Ac tum quidem ſuperſedebat.

Cæterum nõ ita multo poſt tẽpore ad id genus leuitatis redijt,tẽplum quidẽ non iam ædificare audens,aliunde autẽ paruulis prꝛlijs,ac uelitationibus nos petens,aperto enim marte nos adoriri tum differebat, primũ, atq; præcipue,quod perſuaſus plane eſſet, fruſtra ſe id tentaturũ, deinde quod nullam nobis anſam relinquere uolebat, per quã martyrij corona redimiri poſſemus. Ferre enim haud quanquã poterat,idq; illi quauis calamitate indignius erat, ſiquis in medium productus pro ueritate uel ad mortẽ uſq; tormenta ſuſtineret, uſq; adeo ex animo inimicitias ſe noſtras ſuſcepiſſe declarabat, nouerat enim,nouerat (inquam) aperte, futurũ, ut ſi id ipſe attẽptaſſet, omnes pro Chriſti nomine ſuas animas proderent. Proinde uafer,& callidus cũ eſſet,quos intelligebat ob peccatũ aliquod Chriſtianorũ conuentuũ principibus pœnas dediſſe, & a prꝛfectura quã gererent amotos, eos omnes liberos eſſe ſiuit, hoc modo peſſimis quibuſq; licentiam largiens,eccleſiæ leges ſubuertens,denicq; omnes inter ſe cõmittens,fore enim ſperabat,ut poſtea minori negocio debellarentur,

si prius bello inter se conflictati fuissent, quinetiam quendã, huic Stephano nomen erat, tum ob doctrinę peruersitatẽ, tum ob uitæ improbitatem ab Ecclesiastico principatu amotum, iubet de integro magisterij̃ sedem occupare, atque adeo Christianum nomen tunc ut extingueretur, quo ad eius poterat, elaborabat, Galilæos pro Christianis nos in ædictis suis tum ipse appellans, tum principes ut idem factitarent adhortans.

Intermedia autem ea signa, quæ per famem atq; siccitatem euenisse recensui, a sua ipse impudentia, ac duritia minime desistebat. Idem contra Persas bellum susceperturus, tanto cum fastu cũ descendisset, ut si omnem Barbarorum gentẽ deleturus esset, identidem nobis cõminabatur, quũ diceret omnes se, post suum a Persis reditum, funditus perditurum, hoc enim bellũ sibi esse Persico grauius, atq; adeo oportere minore illo confecto, tum demũ ad hoc quod maius foret descendere, & hæc quidẽ nobis nunciabant qui illi a consilijs erant. Æstuans porro ira aduersum nos ad maiorem quotidie insaniam sublatus, in eadem nunquã sententia persistebat, sed priore illo consilio posito, rursus nobis persequutionẽ minabatur. Cæterum cũ illam deus inhibere, atq; intumescentẽ sedere uellet, ædidit rursus signum hoc in Daphne, igni in tẽplum immisso, hic uero ne sic quidẽ furore suo supersedit, quin potius summa depopulandi nostri cupiditate quum disrumperetur, ne ac id quidẽ tempus, quod minitatus fuerat, sibi temperauit, sed Euphratem traiecturus, militum suorum animos probabat, ac paucos quosdam adulatione quum corrupisset, quos suæ uoluntati repugnãtes inuenit, nequaquam exautorauit, ueritus si eos a reliquorum cætu congregasset, ne copias suas contra Persas debiliores redderet.

Quis nobis hic quę subsequuta sunt enarrabit? quę quidem ijs multo terribiliora sunt, quæ tum in eremo, tum in mari, tum in Ægypto acciderunt, quo tempore Pharao ille sensu carens plectebatur, & qui cum eo erant omnes submergebantur. Quemadmodũ enim tum, postea quam Ægyptius ob nullũ calamitatis genus concedere, ac melior fieri uoluit, illum tandẽ deus una cũ suo exercitu perdidit, sic & nunc posteaquam ad omnia dei miracula Imperator hic impudenter constitit, nihil fructus inde percipere uolens, animumq; inemendatum ad omnia afferens, hunc ipsum deus idem extremis malis inuoluit, ut quoniam aliorũ calamitatibus edoctus ad frugem bonã redire non sustinuit, eius supplicijs meliores alij̃ euaderent. Qui enim plures militum myriadas secum duxerat, quam ullus unquam ante ipsum Imperator, quicque Persidem omnem perincursionem ac sine puluere, quod aiunt, capturũ se sperauerat, huic sic infęliciter ac miserabiliter res successit, ut fœminarũ potius, ac puerulorum, quã uirorũ exercitum illum secum habuisse dicas. Primũ enim imprudentia sua in tantã illos necessitatẽ adegit, ut equinis carnibus uescentur, ac partim fame, partim siti absumpti perirent, quasi enim in Persarũ gratiã copias ageret, neq; illos capere, quin potius suos illis prodere studeret, sic eos in locorum difficultates quasdam concluſit, ac tantum non uinctos hosti tradidit.

Enimuero calamitatum earũ genus omne nullus possit, ne ex ijs quidem qui illas, uiderunt, experticq; sunt, recensere, ita omnem modum exuperarunt. Sed ut summatim diçamus, illo turpiter ac miserabiliter mor-

tuo (alĩ enim illũ uolunt a lixa quodam rerum indignitatem non ferente percussum interĩsse, alĩ autẽ, ne uidisse quidẽ se, a quo interfectus ille sit, sed fuisse tantũmodo percussum dicũt, rogasseq; ut Ciliciam, inibi sepeliendus, portaretur, ubi etiã nunc iacet) illo, inquã, tam turpiter mortuo, quũ uiderent milites in extremo sese uitæ periculo constitutos, cũ hostibus pepigerunt, quibus cum iureiurando recepissent, abscessuros se a loco locorũ omnium tutissimo, eodemq; regionis nostræ tanquam muro quodã inexpugnabili, Barbaros humanos erga se nacti, ita euaserunt, atq; e multis pauci reuerterunt, & ipsi affectis admodũ corporibus, erubescentes ob fœdera cũ hostibus pacta, coacti uero illis per iusiurandũ paternis bonis cedere. Hic uidere erat spectaculum qualibet captiuitate mirabilius, nã urbis illius ciues a quibus gratiam aliquam expectabant, quod suos omnes intus muri instar in portu collocarant, pro omnibus semper ad omnia pericula obiecti, ab ijs hostilia omnia passi sunt, proprijs domibus, atq; agris relictis solum uertere coacti, & a maiorum suorum possessionibus auulsi, & quidẽ eam iniuriam a suis acceperunt, hunc nos fructum ab egregĩ istius Imperatoris operibus percepimus.

Hæc porro temere a nobis dicta non sunt, sed ut satisfactũ ijs esset, qui quærerent, cur non antea deus de Imperatore pœnas sumpsit. Illũ enim rabie percitum sæpe numero reprimere uoluit, ne impetu ulterius procederet, & alienorũ malorũ exemplo emendare; uerum ubi restitit, extremis illum malis obiecit, iustam quidẽ peccatorũ eius retributionẽ in magnum illũ iudicĩ diem reijciens, præsenti autẽ pœna superiores excitans, et castigans. Talis est enim dei lenitas, ut qui eadem non recte utuntur, eos grauiore pœna afficiat, quæ quemadmodũ resipiscentibus utilis, ita & obstinatis ac peruicacibus maioris supplicĩ occasio esse solet.

Quod si dixeris, quid? nõne præuiderat deus fore ut tyrannus hic nunquã emendaretur? huic ita respondebimus, præuiderat quidẽ, sed tamen ob id quod malitiam nostrã prospiciat, officium ille suum non intermittit, quin potius etiamsi eius non admittamus admonitionẽ, clementiam tamen in nos suam præstat, qui si postea in grauiora etiam nos peccata impingimus, id certe non iam eo auctore euenit, qui non propterea lenis, longanimioq; est, ut pereamus, sed ut seruemur potius, uerũ nobis autoribus sit, qui in illius imensam tolerantiam iniurĩ sumus. Sic autẽ & infinitam suã in nos benignitatẽ ostendit, quoties enim recusamus ab eius prolixa lenitate adiuuari, tum ille in aliorũ usum eam uertit, nusquã non clementiam erga nos suam simul & prouidentiam, solertiamq; prodens. Id quod tum præstitum est.

Et tyrannus quidẽ in hunc, quem dixi, modum è uiuis decessit. Rabiei autẽ eius, ac beati Babylæ uirtutis argumenta extant, & templũ & martyrĩ monumentũ, illud desolatum, hoc eandẽ quam prius efficaciam retinens. Cuius capsula non ultra refertur, deo rem sic dispensante, quo posteris testatiora sint præclara Babylæ eiusdẽ facinora. Quisquis enim eo aliunde accedit martyrẽ requirens, hunc ubi ab eo loco abesse uidet, statim causam scisscitatur, neq; prius de loco decedit, quã omnẽ eam historiam perdoctus fuerit, sic & dum ad Daphnes locũ accedit, & rursus ab eodẽ dum decedit, fructũ maximũ percipit. Ea est martyrũ uirtus & uiuentium & mortuorũ, & ad loca illa, uel illa adeuntium, & rursus ab eisdem

dem alio migrantium. Etenim ab initio ad finē usq; Babylæ nostri præclara facinora continua quasi serie copulata fuere.

Rem, quæso animo lustra, dei leges ab iniuria uindicauit, pro occiso pęnas sumpsit, qua ex re planū fecit, quanto inter se interuallo sacerdotiū & regnū dissideant, mundi fastū omnē dissoluit, uitæ huius opinionem conculcauit. Reges docuit nihil ultra modū ipsis a deo datum potestatē promouere, sacerdotibus planū fecit, ut principatui huic præesse oporteat. Atq; hæc quidē, & his item longe plura etiam num uiuens præstitit. Vbi autē hinc emigrauit, dæmonis robur eneruauit, gentilium imposturam coarguit, uaticinij deliramenta detexit, personā eius contriuit, simulationem omnibus denudauit, ac patefecit, eum qui in ea dominari uideretur obmutescere cogens, ac magna uehementia opprimens, hodie quoq; templi parietes recti stant, omnibus quasi prædicantes qua dęmonis impudentiam, risum, imbecillitatē, qua martyris coronas, uictoriam, uirtutē. Ea sane est sanctorū fortitudo, tam inexpugnabilis, & terrifica, tum regibus, tum dæmonibus, tum ipsi etiam dæmonū principi.

15 *Sacerdotes præsunt Regibus, non e conuerso, ut suadere conantur moderni hætetici.*

16 *Vide quot & quantas præstiterit uirtutes Babylas post mortem. Sileant igitur Sanctorū aduersarij.*

VITÆ ET AGONES PETRI, DOROTHEI, GORGONII, ET ANTHIMI EPISCOPI, AC *aliorum plurimorum sanctorum martyrum, Diocletiani et Maximiani tempore passorum, per Eusebium Episcopum Cæsariensem Scripti.*

Habetur in libro. 7. Historiæ Ecclesiasticæ. cap. 1.



A Postolorum successionibus expeditis, dignum credidi etiam ea quæ nostris temporibus gesta sunt, posterorum memoriæ relinquere. Et hinc nobis sermo sumat exordium.

Etenim ante nostri temporis persecutionem, quam mirabiliter, quamq; magnifice per uniuersum mundū sermo Christi & pietatis doctrina profecerit, & in quantū sublimitatis ascenderit, enarrare, uires nostras superat. Nosci tamen & ex hoc possibile est, quod aliquanti ex principibus Romanis, & facultatē regendi prouincias, iurisq; dicendi nostris præbebant: & coniugibus & ministris, atq; uniuersæ domui suæ, non solum credere in dominū Iesum Christum, uerumetiam cum omni fiducia ac libertate in fide agere sinebant: ita ut illos sibi fideles ac familiares ducerent, de quibus certi erant, quod pro fide Christi nihil perfidum saperent. Sicut fuit opinatissimus ille Dorotheus in cubiculo regum, qui propter fidem domini fidelissimus in omnibus habebatur. Vnde & cunctis præferri honore meruit & amore. Cum quo & Gorgonius, cæteriq; cum ipsis in domino fideles, uel qui intra palatiū in summis honoribus erant, uel qui ad prouincias gubernandas præferri cæteris fidei contemplatione merebantur. Iam uero multitudines coeuntium intra ecclesias populorū, & præcipue in diebus festis innumeras cateruas per loca singula confluentes, quis digne poterit explicare? Cū ne ipsa quidē antiqua receptacula sufficerent, sed quotidie orationum domus dilatarentur, ita ut amplitudo earum concludere instar urbium uideretur. Sic per tempus plurimū ecclesiarū status incrementis prosperioribus augebatur, & gloria earū terris excedens, & cuncta su-

1 *In diebus festis dicit, non tantum ergo Dominicis.*

2 *Ergo Ecclesiæ sunt pro orationibus.*

pereminens, festinare uidebatur ad cœlum. Nulla enim occurrebat inuidia, nullus liuor nequissimi dæmonis obuiabat: quoniam quidē cœlestis dextræ fulciebatur auxilio populus, etiam tum bene de Deo pro pietatis cultu, & iustitię obseruatione promeritus.

Verum ubi ex multa libertate, multaq; indulgentia uitiati sunt mores, & disciplina corrupta est, dum alter alteri inuidemus, & alter alteri derogamus: dumq; nos inuicē mordemus & incusamus, & aduersum nosmetipsos intestina prælia cōmouemus: dum uerborum iaculis proximorum corda terebramus, dum principes cum principibus, populi cum populis, seditiones & certamina concitamus: dum simulatio in uultu, dolus in corde, fallacia proferturin uerbis, & malorum per singula cumulus intumescit: diuina prouidentia iacturam disciplinę populo suo illatam, ex plurima pace & nimia sui lenitate prospiciens, aggreditur primo sensim refrenare lapsantes, & integro adhuc ecclesię statu, congregationibusq; manentibus, indulget interim eos qui erant in militia tantū, Gentilium persecutione pulsari.

Sed cum nullus ex hoc clementiæ eius intellectus populis redderetur, quin potius uelut ignorantes deū, absq; diuina prouidentia res agi ducerent, & per hoc eo magis persisterent in malis suis, atque ipsi qui duces populi uidebantur & principes, diuini mandati immemores effecti, aduersum se inuicem contentionibus, zelo, liuore, superbia, inimicitijs atque odijs inflāmarentur, ita ut tyrannidē potius quam sacerdotium tenere se crederent, Christianæ humilitatis & syncerit atis obliti, sacra mysteria prophanis mentibus celebrarent, tunc demum secundū uocē Hieremiæ prophetæ: Obscurauit dominus in ira filiæ Sion, & deiecit de cœlo gloriam Israel, nec rememoratus est scabellum pedum suorū in die iræ suæ. Et sicut iterum dicit: Submersit Deus omnē decorē Israel, & omnes macerias eius destruxit. Et rursum sicut dicit in Psalmis: Destruxit testamentum serui sui, polluit in terrā sanctificationem eius, per ecclesiarum scilicet subuersionem, & destruxit omnes macerias eius, posuit munitiones eius timorē, diripuerunt populū eius omnes qui transierunt per uiam, pro quibus cunctis opprobrium facti sumus uicinis nostris: exaltauit enim dexteram inimicorū nostrorū, & auertit adiutorium gladij sui, & non adiuuit nos in bello, sed & destruxit eum ab emundatione, & thronum eius elisit in terram. Paucos fecit dies nostros, & super omnia effudit super nos confusionē. Summa nanq; malorū nobis affuit omnium, tunc, cū domus orationis & ecclesiæ dei uiui ad solum deductæ sunt, atq; ab ipsis subuersæ sunt fundamentis, diuinę uero scripturę in medio platearū igni crematę sunt. Pro nephas, ipsi hęc nostris uidimus oculis: Sacerdotes domini & pastores ecclesiarū publice denudatos, inuerecunde & inhoneste huc atq; illuc ab impijs trahi, ita ut compleretur ille sermo prophe ticus, qui ait: Effusa est contumelia super principes, & seduxit eos in inuio, & non in uia.

3 *Summa malorū fuit, cū domus Orationis, Ecclesiæ dei uiui, ad solum deductæ sunt. Vides toties dici Ecclesiam domū esse orationis? Hoc fit ut confundantur hi qui dicunt Ecclesias nō esse faclas ad orandū, sed tantū ad audiendum in eis uerbum dei, & percipiendum Sacramenta, & Ecclesias nil facere ad orationem.*

Sed non est nostrum describere, quanta in sacerdotes Dei iniuriarum genera conlata sint. Sicut ne illud quidem nostrū duximus, exponere sigillatim, quanta prius inter nostros rabies dissensiones exarserit. Hoc solū historia tradere licuit, qđ iusto Dei iudicio, & necessaria correptione diuinam sensimus manū. Neq; enim refert in medium proferre, pro

quibus uel turbo persecutionis inuectus est, uel quos, quantosq; infidelitatis procella submersit: sed illa sola cõmemorabo, quæ uel nos ipsos dicentes, uel alios ædificent audiẽtes. Propter quod hinc iã diuinos agones beatissimorũ martyrũ breuiter inquantũ possumus, explicabimus.

Nonus decimus agebatur annus imperij Diocletiani, mensis Martius, & dies solennis Paschæ imminebat, cum edicta principis per omnẽ terrã proponebantur, ut cunctæ quæ usquam sunt ecclesiæ, ad solum usq; destruerentur: Scripturæ sacræ igni exurerentur: Si quis inter nostros alicuius honoris prerogatiua muniretur, sublata hac maneret infamis: Si quis seruorum permansisset Christianus, libertatem consequi non posset. Hæc oĩa his quæ primo aduersum nos lata sunt, continebantur edictis. 4 *Dies solennis Paschæ imminebat.*

Post non multum uero temporis adduntur & alia. Iubetur, ut omnes qui per loca singula ecclesijs præsunt, primo quidem conjciantur in uincula, tum deinde omnibus supplicijs simulacris immolare cogantur. Hic uero ingens spectaculum sacerdotes dei effecti sunt huic mundo & angelis, & hominibus, cum persecutorum crudelitate ad supplicia raperentur, & agones mirandos omnibus desudarent. Illos autem qui & multo plures fuerunt quos metus oppressit, & ante congressionẽ solus terror elisit, præterire melius puto. Cęteri uero, quorum mens promptior, & fides ualidior fuit, tormenta patiebantur. Flagris alĳ discerpebantur, alij ungulis fodiebantur, alĳ ignitis laminis urebantur. Ex quibus nonnulli quidem fatigati cedebant, alij usque ad finem patientiam obseruabant. Ex ipsis autem persecutoribus quidam tanquam miseratione usi, adhibebant nonnullos nostrorũ ad incesta sacrificia: & quasi sacrificassent cõclamabant, cum non sacrificassent. De alĳs uero cũ ne appropiassent quidẽ immundis hostĳs, acclamabant ipsi, quod iam immolassent, & abscedebant, in eo tantum culpabiles, quod crimen sibi obiectum, cum silentio paterentur. Alĳ semiuiui sublati, tanquã mortui proijciebantur. Alij pedibus tracti, inter eos qui sacrificassent deputabantur. Aliqui sane exclamabant ingenti uoce, & testabantur se non sacrificasse, sed esse Christianos, tali se gaudentes confessione decorari. Nonnulli etiam maiori fiducia, neque immolasse se, neque unquã immolaturos esse testabantur. Quibus tamẽ ab assistentibus militibus ora continuo atque oculi contundebantur ut tacerent, & uiolenter expellebantur tanquam adquieuissent. Tanti erat impijs studij, ut propositum suũ uiderentur implesse. Sed non aduersum beatos martyres impune hoc facere licebat. Quorum patientiæ & magnanimitatis uirtutem, quamuis nullus digne proferat sermo, tamen pro mediocritate uirium nostrarum quæ possumus enarrabimus.

Igitur primo omnium quoniam, sicut diximus, ignis huius exordium inter solos militares parua scintilla conflauerat, cum diligerentur si qui essent inter milites Christiani, ut aut immolandum sibi scirent, aut militiã pariter uitamque ponendam, plurimi ex ipsis militiam pro fide Christi, pauci etiam animus posuere. Cum uero inde flamma sumens initiũ, tota per populos & sacerdotes exaggerasset incendia, possibile non est numero cõprehendi, quanti quotidie pene per singulas quasque urbes & prouincias martyres efficiebantur.

Etenim apud Nicomediã uir quidã de nobilibus honore & dignitate seculi illustris, simul ut uidit aduersum cultores dei in foro crudelia edicta

pendere, calore nimio fidei ignitus, publice populo inspectãte iniecta manu librum iniquæ legis detrahit, ac minutatim discerpit, Augusto in eadẽ urbe simul cum Cæsare constituto. Ad quos cũ relatum esset religiosi & illustris uiri factũ, continuo omni in eũ crudelitatis genere desæuientes, ne hoc quidem solum efficere quiuerunt, ut eum mœstum aliquis uideret in pœnis, sed lęto atq; hilari uultu, cũ iam uiscera in supplicijs defecissent, spiritus tamen lætabatur in uultu. Ex quo tortores sui grauius cruciabantur, quod omnia suppliciorum genera consumebant in eum, quem ne tristem quidem ex his reddere poterant.

Post hunc ad unũ ex Dorothei sodalibus qui in cubiculo regis erant, quique semper in affectu habiti fuerant liberorũ, intentionis transfertur insania. Etenim cum de immensis supra memorati martyris supplicijs liberius causaretur, educi ipse iubetur in medium, atque immolare cõpelli tur: abnuens imperatur appendi, & flagris toto corpore laniari, uidelicet ut doloris necessitate faceret, quod præcipiebatur inuitus. At ille cũ maneret immobilis, uisceribus iam pelle nudatis, iubetur aceto ac sale perfundi. Cumque etiã hoc tormenti genus constanter ac fortiter toleraret, craticula prunis subterstrata poni iubetur in medio, ibiq; quod reliquum fuerat in uerberibus absumpti corporis superponi, & non ad subitum, sed sensim paulatimq; succendi, quo scilicet pœna protelaretur in longũ. Cumq; ministri scelerum hinc modo corpus, modo inde uersantes, per membra singula pœnas inciperent, & supplicia renouarent, sperãtes ab eo elicere se posse consensum: ille firmus in fide, & ouans in spe, consumptis iam & igne resolutis carnibus suis, ultimum spiritũ in fide lætus exhalat. Tali Petrus (hoc enim ei nomen est) martyrio decoratus, uere Petri extitit, & fidei hæres, & nominis. Huius institutor in disciplina, & magister in officijs quæ intra palatium exhibebantur Dorotheus erat, cubiculi regij præpositus, habens secũ officio, fide, & magnanimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus optimis omnes pene cubiculi ministri in fide dei uigilanter & libere persistebant.

Dorotheus igitur & Gorgonius, cum Petrũ tam crudelibus uiderent atq; inanibus supplicijs cruciari, constanter & libere: Cur, aiunt, Imperator punis in Petro mentis sententiam, quæ in nobis omnibus uiget? Vt quid in illo crimen ducitur, quod a nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus & unanimis eademq; sententia. Quos ille cũ in medium nihilominus uenire iussisset, similibus pene ut priores supplicijs affectos, ad ultimũ laqueo appensos necari iussit. Tunc & Anthimus ipsius urbis episcopus, in domini Iesu Christi confessione perdurans, martyrij gloriam capitis obtruncatione suscepit. Hunc autem tanquam uere bonum pastorem uiam martyrij præeuntem, uniuersa pene gregis sui multitudo prosequitur.

Accidit nanq; apud Nicomediam in ipsis diebus partẽ aliquã palatij incendio conflagrare. Hoc Imperator a nostris factũ falsa suspicione præsumpsit, ex quo inæstimabili furore succensus, iubet omnes nostros acerbatim collectos, alios quidẽ gladio obtruncari, alios ignibus conflagrare. Sed in illis per diuinam gratiam maior fidei ignis ardebat. Denicq; cũ assistentes ministri interrogarẽt singulos, si qui forte sacrificaturi uellent dimitti, tam uiri quã mulieres, ne interrogari quidem se patiebantur, sed

ultro

ultro uel flammis irruere, uel cædentibus gladijs certatim obiectare cerui-
ces. Cumq; iam illis ipsis spectatoribus nimietas crudelitatis horresce-
ret, ministri scelerum partē populi nauiculis iniectam, in medium pelagi
abducunt, ibiq; in sententia fidei persistentes, præcipitabant in profun-
dum. Intantum uero apud eos rabies crudelitatis exarsit, ut regios pue-
ros martyres effectos, cū secundum humanitatis ordinē fuissent sepultu-
rę mandati, effoderent denuo, & corpora eorum proijcerent in mare, hoc
dicentes. Ne forte dij efficiantur Christianorum, & illi qui deos adorare
nolunt, seruos nostros incipiant adorare: Putāt enim quod diuinus apud
nos honor martyribus deferatur.

Cum hæc apud Nicomediam gererentur, ubi cruentus & ferox autor
ipse crudelitatis piorum carnibus inhiabat, haud segnius etiam apud Me
litenen prouinciam Syriamq;, omnes ecclesiarū principes carceribus re-
trudi, & in uincula conijci edictis principalibus urgebantur: Simulq; cū
his ex plebe uiri & mulieres nobilesq;, & ignobiles rapiebantur, & fie-
bat ubiq; spectaculum miserabile ac fœdum. Subito nanq; inueniebatur
in urbe silentium, in carceribus constipatio, in urbe per plateas homo nul
lus, in carceribus uacuus locus nullus, ut non tam rei ad ergastulum du-
ci, quā ciuitas tota migrasse uideretur ad carcerē. Catenę quæ homicidis,
adulteris, uenenarijs, & sepulchrorū uiolatoribus fuerant fabricatę, nunc
episcoporum & presbyterorū, diaconorumq; & lectorum, atq; omnium
religiosorum hominū colla constringunt, ita ut criminosis nec uincula su-
peressent, nec locus ergastuli resideret. Verum cū peruenisset ad principē
æstuare carceres, & per innocentium pœnas locū deesse criminosis, no-
ua rursum decreta mittuntur, ut ex his qui conclusi erant, si quis uellet im-
molare, liber abscederet: qui uero abnueret, diuersis pœnarum generi-
bus interiret.

Tum iam quantę per singulas prouincias multitudines martyrum, &
præcipue in Aphricæ ac Mauritaniæ, Thebaidis quoq; atq; Ægypti re-
gionibus extiterint, numero cōprehendere quis ualeat? Sed ne illorū quī-
dem, quorū agones apud Palęstinam, uel Tyrum, quæ est urbs maxima
Phœnices, præsentes inspeximus, ut dignū est, memorare sufficimus. Tan
ta etenim ab eis uirtute perseuerantiæ aduersum illata supplicia pro pieta
te certatum est, ut nisi quis prius domino & Saluatori nostro credat, di-
centi: Quia ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumma-
tionē seculi: & eius uirtutē martyribus sciat esse præsentē, rebus gestis de
roget fidem. At nos (ut dixi) non audita, sed oculis nostris inspecta nar-
ramus. Exquirebantur diuersa tormentorū genera sibi inuicem succeden
tia. Flagris primum per omne corpus Dei martyres carpebantur: post
hæc tradebantur ad bestias: adhibebantur leones, ursi, pardi, atq; omne
ferarum genus, apri quoq;, sed & tauri, quibus ferro & igni feritas adde-
batur. Præparabantur hæc omnia aduersus cultores dei, & omnis cōtra
eos hominū bestiarumq;, & elementorū crudelitas armabatur. Ad hæc
dei cultores denudati statuuntur in medio arenæ loco: additur adhuc ar-
te intra caueas bestijs furor, & ita sæuiores semetipsis effectæ proruunt
claustris, replent subito stadium, circundant ecclesiam martyrum in me-
dio sitam: circumeunt sæpius & obluctrant: & diuinæ uirtutis adesse eis
custodiam sentientes, procul ab eorū corporibus abscedunt. Sed ilico su-

5
Sic putant & moderni hæretici, sed decipiuntur. Nos enim nō adoramus martyres, nec angelos, aut aliā creaturam, sed solum deum. Sanctos autem honoramus, & eorum reliquias ueneramur ut eū cuius sunt martyres & serui adoremus. Vide D. Hiero. *in Epistola ad Riparium aduersus Vigilantium.*

ror qui reprimebatur in beluis, transit in homines. Nemo præsentem dei uirtutem, nemo diuinum pijs adesse sentit auxilium: sed mittuntur quibus hoc artis est instigare bestias aduersum eos, quos diuina dextera defendebat. Verum illæ, ut ostenderetur omnibus, non fetitatē deesse bestijs, sed diuinam dei cultoribus adesse custodiam, illos ipsos qui ad instigandum mittuntur, incredibili uelocitate discerpunt. Et cum iam nullus ex huiusmodi artificibus auderet accedere, iubentur ipsi sancti martyres cōmotis manibus, & uelut prouocantibus incitare aduersum se beluas. Sed nec sic quidem pati aliquid poterant. Verū & si forte aliqua fuisset ex beluis concitata, cū peruenisset ad proximū, protinus in semetipsum conuersa repedabat. Tunc uero stupor ingens & pauor omnes qui in spectaculis cō sidebant, inuaserat, uidentes homines nudos (in quibus plurimi primę ad huc ætatis) in medio tot ac tantarū positos ferarū, intrepidos omnes & impauidos, extensis ad cœlum palmis, & oculis ac mente totos cū deo, non solum nihil curare terrena, uerū ne carnem quidem suam magni pendere, & ipsis iudicibus pauore trementibus, reos læto & hiari uultu in medio persistere bestiarum. Sed o duræ & impiæ mortalium mentes. Bestiarum feritas dei uirtute mansuescit, humana uero rabies nec ferarum miteſcit exemplis. Sed tentatur adhuc ab hominibus deus. Iubentur alij uere criminosi bestijs subrigi: qui tamen ilico ut apparuerunt, alius a leone, alius a pardo, ab ursis alius exesus, aut a tauro in aera dispersus est. Et ita omnes intra momentū tēporis pereunt. Sed ne sic quidem incitatæ bestię cultoribus dei aliquid molestiæ generabant, diuino spiritu eos, uelut muris ualidissimis ambiente. Verax nanq; ille est qui dixerat: Vbi fuerint ex uobis duo uel tres, ibi ero in medio eorū. Cum ergo ne sic quidem aliquid egisset humana sæuitia, iubentur mutari feræ, & ablatis prioribus, alię rursum dimitti. Quæ cū & ipsę similiter ut priores nihil triste dei cultoribus intulissent, amotis etiam his, sæuiores feris martyribus homines mittunt, qui soli possint immanitate beluas, crudelitate feras, atrocitate bestias superare. Gladijs igitur peragunt, quod bestijs nequiuerunt. Et ut in omnibus se ostenderent beluis esse nequiores, prohibebant etiam cadauera mandari terræ, sed iubebant fluctibus dari. Hęc apud Tyrum uenerandi martyres, qui ad illam urbem de Ægypti partibus uenerant, mirifica certamina desudarunt.

6

Vide quā crebro arguatur hæc immanitas, prohibere ne cadauera sanctorū mandarentur terræ.

In sua uero prouincia apud Ægyptum innumerabiles alij non inferiori gloria, tam uiri quam fœminæ, sed & pueri ac senes pro fide domini nostri Iesu Christi præsentem uitam paruipendentes, futuræ gloriæ beatitudinem quæsiuere. Quidam ex ipsis post uerbera, post uincula, post ungulas, post flagella, alioscq; diuersi generis horribiles cruciatus, flammis traditi sunt, alij in mare præcipitati, nonnulli etiam capite cæsi, ita ut sponte ceruices suas securibus darent, nonnulli inedia consumpti, alij patibulis affixi, in quibus quidā more peruerso, capite deorsum presso, & pedibus in sublime sublatis.

VITÆ ET AGONES DIONYSII ALEXANDRINI EPISCOPI ET ALIORVM SANCTORVM martyrum sub Valeriani persecutione tolerati, per Eusebium Cæsariensem Episcopum scripti.

Habeturin libro. 7. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 9.



Allus non integris duobus annis Imperio detento, rebus humanis exemptus est. Post quē Valerianus cum filio galieno susceþit principatum. De quo Dionysius Alexandrinus Episcopus scribens iterum ad Hermammonem hoc modo refert. Sed & Ioanni similiter reuelatum est ut diceret: Et datum est, inquit, ei os loquens magna & blasphemias, & data est ei potestas per menses quadraginta & duos. Vtraq; autem complentur in Valeriano. Vere enim mirandum est, quomodo supra cæteros, qui ante se fuerunt, hic & humanus & benignus extitit erga famulos dei, ita ut in initijs multo tempore etiam illis benignior uideretur, qui nomine saltem Christiani dicebantur. Intantum uenerabatur seruus domini, & omnis eius domus erat ecclesia dei. Deprauatus autem est, & a ueritate delectus per quendam doctorem pessimum magistrum & principem Ægyptiorum magorum, ut iustos & sanctos uiros persequi & interimi iuberet, tanquā qui aduersarentur magicis artibus, quibus se ipse subdiderat. Erant enim re uera, & sunt etiam nunc, qui possent uirtute meritorum suorum restinguere fallacias dæmonum. Nam ille ut impuros ritus & execranda mysteria, ac sacra incesta conficeret, pueros inuestes iugulari iubebat, & orbari liberis patres, atq; in teneris uisceribus humanas rimari per piaculum fibras, & uocem illic quærebat, ubi fugauerat uitam. Sed & multa alia huiusmodi de Valeriani piaculis memorans, addit etiam hoc, quod ipse a barbaris captus, & luminibus orbatus, filios sceleris & impuritatis suæ reliquerit successores.

Ipse uero Dionysius, quāta in eius persecutione pertulerit, & quibus affectus sit cruciatibus propter nomen dei, scribens ad quendam Germanum episcopum, qui quasi obtrectator eius esse uidebatur, refert, ubi & acta confessionis suæ inseruit, apud Æmilianum præsidem gesta. In quibus cum Dionysius unum solum deum qui cœlum fecisset & terram diceret adorandum, cæteros autem neq; esse deos, neq; adorari debere, in castrum quoddam deserti, quod Cefro appellatur, in exilium truditur, ob hoc precipue electum, quod loci incolæ gentiles erant, & idolorum superstitionibus satis dediti, quicq; exulem Dionysium primo hostili animo, & satis auersa mente susciþiunt. Post uero cum paulatim per domini gratiam uerbū dei his Seminare cœpisset, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis conuersa est ad deum uerum, Christoq; subiecta. Quo comperto, rursus eum ad alium locum, uicinum quidē Alexandriæ, sed incolis desertū, ac pene habitatoribus uacuum transtulerunt. Sed & ibi cū pro urbis uicinitate nostrorū populi cum frequentarent, & tanquam odore pastoris recepto, grex lætior & constantior agonibus redderetur, rursum missis cū Centurione militaribus uiris, ipsum Dionysium, & cū eo Gaium, & Petrum catenis constrictos, & diuersis cruciatibus afflictos, in desertum quoddam Libyæ pertraxerunt, ibiq; eos in lo-

co squalidissimo, & omni usu humanitatis carente, a Parætonio trium dierum itinere in desertum protento, nexos uinculis reliquerunt. Hæc in diuersis suis epistolis supradictus uir scripta dereliquit. In quibus memorat etiam Maximũ presbyterum, & Dioscorũ, Demetriumq; & Luciũ, nec non & Faustinum & Aquilam satis claros & insignes titulo confessionis effectos. Sed & ex diaconis quosdã in insula post pœnas confessionis esse defunctos, superfuisse uero ex his Faustũ & Eusebiũ. Quibus etiã refert tantũ fiducię & magnanimitatis per gratiã dei datum, ut cũ ad eos qui in carcere tenebantur fratres, nemo prorsus humanitatis & ministeriȝ causa permitteretur accedere, isti tamen indesinenter & reuiserent, & necessaria ministrarent. Et cum per dies singulos prędis furor cresceret, iugulando alios, alios supplicijs ac diuersis cruciatuum generibus affligẽdo, squalore carceris, & catenarum ponderibus enecando, & super omnia prędicẽdo ne quis ad eos prorsus accederet, ut & inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur, concessit tamen deus supradictis diaconis gratiam, confessoribus suis prouidens, ut inuitis omnibus, istis tamen nõ negaretur ingressus. Sciendum tamen est, quod hic Eusebius, quem diaconum supradiximus, postmodum Episcopus apud Laodiciam Syriæ ordinatus est. Maximus uero, quem presbyterum memorauimus, ipsi Dionysio apud Alexandriam successit in episcopatu Faustus autem, qui cum ipsis tunc confessor enituit, usq; ad persecutionem quæ nostris temporibus facta est, grandæuus & plenus dierum perdurans, perfecto martyrio obtruncatione capitis consummatus est. Hæc a Dionysio certissima fide memorantur.

Igitur in Valeriani persecutionibus apud Cæsaream Palęstinæ, multa a diuersis martyria consummata sunt. In quibus tres quidam admirandi adolescentes, quorũ unus Priscus, alius Malchus, tertius Alexander uocabatur, cum suburbanum agellum supradictæ urbis inhabitarent, diuino fidei calore succensi, cœperunt semetipsos segnitiæ atq; ignauiæ incusare, quod cum cœlestes in urbe martyriȝ proponerentur coronæ, ipsi nec desiderarent, nec raperent. Cumq; dominus & Saluator regnũ cœlorum uiolenter diripi debere testatus sit, ipsi ingloriosos & desides animos humi gererent. His igitur semetipsos alloquȝs incitantes, urbem petunt, & adorto iudice truculento, cur tantũ in sanguinem piorum desæuiret, incusant. Ille continuo nobiles animos, iuuenum, quam dignis remuneratur affatibus: Deuorandi (inquit) bestijs subrigantur, quibus non placet piorum sanguinem fundi. Sed & mulier quædam supradictorũ iuuenum secuta fertur audaciæ & magnanimitatis exẽplum, similemq; sortitur exitum pœnę. Quam tamen de Marcionis schola fuisse loquebantur.

Marinum quoq; uirũ militarem Hyerosolimorũ ciuem, honore & dignitȝ clarum, cũ in supradicta urbe inter collegas suos per ordinẽ gradus sui honor quidã contingeret militaris (ut fieri solet) insequentem collegã suũ. Subit inuidia, & exclamat, non posse Marinum adipisci superiorem gradum, eo quod esset Christianus. Interrogatur a Iudice Marinus, si ita res se haberet. Ille ita esse, & uere se esse Christianum, clarissima uoce testatur. Tres ei deliberandi horæ decernuntur a iudice, ut eligat utrũ uelit immolare dijs & imperatori, an Christianus interimi. Cumq; a tribunalibus fuisset egressus, Theotecnus episcopus loci apprehensa manu

eius perducit eum ad ecclesiam, ibiq; multis uerbis in fide confirmans, ad ultimum in interiora altaris perducit, gladiumq; suũ, quo præcinctus erat, ostendens ei, & rursum offerens Euangelium, quid e duobus mallet, interrogat. Marinus uero promptissima fide, cũ manum ad Euangelium tetendisset: Obtine (inquit Teotecnus) quod elegisti o fili, & contemnens præsentem uitã, æternam sperato, confidens perge, & suscipe coronam, quã tibi dominus pręparauit. Regressus continuo, ad tribunal euocatur per præconem. Aderat enim tẽpus statutum. Ille uero nec moras patitur, nec expectat interrogantem, sed continuo sibi & deliberatum asserit, & ex paternis legibus confirmatũ, quod deo obtemperare oporteat magis quam hominibus. Quem iudex illico capite puniendum pro tali responsione pronunciat.

Sed inter eos cunctis clarior, & meritis fidei supra cęteros insignis memoratur Asterius, uir Romanæ urbis Senator, patricius, nobilitate, facultatibus, propinquitate etiã regia, & omni bonorũ fama satis clarus. Qui cũ supradicti martyris extremis interesset exequijs, & capite cæsum cadauer subiectis humeris, & substrata ueste qua induebatur exciperet, honorem quẽ martyri detulit, continuo ipse martyr assequitur. Sed & in multis alijs eum præclaris gestis in fide Christi enituisse tradiderunt nobis hi, qui eum in corpore adhuc positum uiderunt. In quibus etiam tale aliquid per eum gestũ memorabant. Apud Cæsaream Philippi, quã Paneæda Phœnices uocant, aiunt sub radice montis qui appellatur Panius, ex quo fluuij Iordanis prima fluenta prosiliunt, morem fuisse gẽtilis erroris, certa ac solenni die immolari uictimã. Quæ uictima arte quadam dæmonis subito nusquã cõparabat. Et erat hoc famosissimi miraculi genus, quo persuaderi adstantibus uideretur in cœlum hostiam inuisibiliter esse sublatam. Accidit igitur dum hæc gererentur, adesse Asterium: qui cũ uideret omnes miraculi huius stupore constringi, humanos miseratus errores, cũ gemitu & suspirio oculos ad cœlũ pariter tendit & palmas: Christum, qui est super omnia deus, tota fide profusis lachrymis inuocat, ut præstigias fallacis dæmonis arguat, miserisq; mortalibus erroris huius soluat arcanum. Hæc illo cum fletibus supplicante, subito uictima quæ inuisibiliter credebatur assumpta, superferri aquis uidetur, & conspectibus omniũ redditur. Nec ultra in illis locis error huiusmodi potuit reparari. Ita unius Christiani prece, tantorum seculorũ deceptionis machina, cũ autoribus suis dæmonibus dissoluta est. 1

1 Vide quanta fuerit unius Christiani oratio nis.

Verum quia urbis huius fecimus mentionem, iustum uidetur commemorare etiã illud in ea, quod historia dignũ duximus. Mulierem quã sanguinis profluuio laborantem, a Saluatore curatam euangelia tradiderũt, huius urbis ciuem constat fuisse, domusq; eius in ea etiã nunc ostenditur, Pro foribus uero domus ipsius, basis quædam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius uelut genibus prouolutæ, palmasq; suppliciter tendentis imago ære uidetur expressa. Adstat uero alia ære nihilominus statua, habitu uiri, stola compte circundati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuæ, ebasi, herba quædam noua specie nascitur. Quæ cũ exorta fuerit, excrescere usq; ad stolę illius ærei indumenti fimbriam solet. Quã cum summo uertice crescens herba contigerit, uires inde ad depellendos omnes morbos languoresq; conquirit: 2

2 Vel solus iste locus omnes refellit hæreticorum nugas imaginum usum detestantium. Nã si dominus abhorreret imagines non operaretur tantũ miraculum in herba summitatẽ huius statuæ contingente.

3

Ex hoc habes non solum Domini Saluatoris sed & sanctorum eius licere nobis habere imagines, et earum usum esse antiquissimum. Sileant ergo hæretici etiã super hoc articulo.

ita ut quæcunq; illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omnino uiriũ gerens: ſi antequã æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem uultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra uſq; tẽpora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum, ſi hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficijs quæ a Saluatore fuerant cõſecuti, huiuſmodi uelut munus uidebantur offerre, cum uideamus etiam nunc apoſtolorũ Petri, & Pauli, & ipſius Saluatoris imagines deſignari, tabulaſq; depingi. Sed & antiquas ipſorũ imagines a quibuſdam conſeruatas nos uidimus, quod mihi uidetur ex gentili conſuetudine indifferenter obſeruatum, quod ita ſoleant honorare, quos honore dignos duxerint. Inſignia etenim ueterum reſeruari ad poſterorum memoriam, illorum honoris, horum uero amoris indicium eſt.

4

Vides quomodo non solum Sanctorum reliquiæ sed etiam res exteræ eorum in magna ueneratione sunt habendæ ob memoriam sanctitatis illorũ.

Denicq; & Iacobi cathedra, qui primus in terris epiſcopus ab ipſo Saluatore, & ab apoſtolis in Hieroſolymis eſt electus, quemq; fratrẽ domini uolumina diuina deſignant, uſq; in hodiernum imbi conſeruatur: atq; in ea ſedent omnes qui uſq; ad præſens tempus ſedis illius Sacerdotium ſortiuntur. Seruatur ergo cum ingenti ſtudio, uelut a maioribus tradita memoria Sanctitatis, & cũ magna ueneratione habetur uel uetuſtatis, uel primæ Sacerdotij ſanctificationis obtentu. Sed de his iſta ſufficiant.

Vbi supra capite. 25.

Ipſe autem Dionyſius apud Alexandriam quieuit in pace, duodecimo anno imperij Galieni, decem & ſeptem annis functus ſacerdotio.

Habetur in Tomo. 1. operũ in libro, de ſpiritu ſancto ad Amphilothium, capite. 29. fol. 212. fac. 2.

VITA GREGORII EPISCOPI NEOCÆSARIENSIS, PER D. BASILIVM EPISCOPVM SCRIPTA.

CÆterum Gregorium Magnum, & illius uoces quo loco ponam? An non cum Apoſtolis & Prophetis? uirum qui eodem ſpiritu quo illi uerſatus ſit, quiq; ſanctorum ueſtigijs per omnem uitam inhæſerit, quiq; euangelicæ conuerſationis uigorem quandiu uixit præſtiterit. Equidem illud dixerim, profecto iniuria affecerimus ueritatẽ ſi non animam illam annumeremus ijs qui deo iuncti ſunt, qui uelut inſignis magnaq; lucerna in eccleſia dei reſplenduit, qui e ſpiritus ope terrorem habuit aduerſus dæmonum poteſtatem. Nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter gentes, ut aſſumptis non plus ſeptemdecim Chriſtianis, uniuerſum populum, & urbanum & ruſticanũ, per agnitionem adiunxerit deo. Ille & fluminum curſus in diuerſum uertit, præcipiens illis in magno nomine Chriſti, & paludem exſiccauit, belli cauſam præbentem fratribus auaris.

Cæterum prædictiones de futuris eiuſmodi ſunt, ut nihilo ſit inferior cæteris prophetis. Sed omnino perlongum fuerit uiri percenſere miracula, qui propter donorum excellentiam quæ in ipſo operabatur ſpiritus, in omni uirtute, ſignis ac prodigijs, ab ipſis etiam ueritatis hoſtibus alter Moſes appellatus fuit. Intantũ in illo in omnibus tum dictis tum factis, eorum quæ per gratiam peragebantur, ueluti lumen refulſit, ſupercœleſtis uirtutis indicium, quæ ex occulto aſſectabatur illum. Cuius & in hodiernum quoq; diem magna eſt apud eius regionis homines admiratio,

recensq; ac semper uigens memoria sic infixa est ecclesijs,ut nullo tẽpore obsoleſcat. Itaq; non factum aliquod,non dictum,non figuram ullam mysticam,ultra quam illis reliquit,ecclesiæ adiecerunt. Imo hic multa in his quæ apud illos aguntur, in ritibus uidentur imperfecta, propter institutionis antiquitatem. Necq; enim sustinebant qui in ecclesiæ administrationem succesſerant,additamenta quæ post illum adinuenta sint recipere. Idem igitur fuit glorificationis modus,quem instituit Gregorius,& is cui nunc conrradicitur, ex illius institutione ecclesiæ obseruatus. Haud multum sit negocij, ei qui se paulum excitarit, super his certitudinem accipere.

Ex eiusem Epist. 63. ad Clericos Ecclesiæ Neocæsarianæ. Tomo operum. 2. fol. 167. fac. 2.

Ad id uero quod propter psalmodias accusamur: quare potissimum simpliciores perterrefaciunt: qui nos traducunt: hoc habeo quod dicã: quod uidelicet qui iam obtinuerunt ritus,omnibus Ecclesijs dei concordes sunt & consoni. De nocte siquidem populus consurgens antelucano tempore domum precationis petit:inq; labore & tribulatione ac lachrymis indesinentibus facta ad deum confessione,tandem surgentes ad psalmodiam instituuntur. Et nunc quidem in duas partes diuisi alterni succinentes psallunt,atq; ex eo simul eloquiorum dei exercitationem ac meditationem corroborant:& cordibus suis attentionem,& reiectis uanis cogitationibus mentis soliditatem suppeditant:deinde uni exipsis hoc muneris dato ut quod canendum est prior ordiatur:reliqui succinunt:atque ita psalmodiæ uarietate precibusq; subinde interſertis noctem superant. Illucescente iam die pariter omnes uelut ore uno ac corde uno confessionis psalmum domino offerunt,ac suis quisq; uerbis resipiscentiam profitentur. Horum gratia si nos fugitis:fugietis simul & Ægyptios: fugietis Libyam utranq;,Thebæos,Palæstinos,Arabes,Phœnicas, Syros,& qui ad Euphratem habitant:& ut semel dicam,omnes,apud quos uigiliæ ac preces cõmunesq; psalmodiæ in pretio sunt.

1

Tu qui detrahis psalmodiæ monachorum, uigilijs ac precationibus tã nocturnis quã diurnis,uide quid cõtra te dicat hic Magnus Basilius.

Sed ista dicitis tempore Gregorij magni non fuisse: uerum,neq; Litaniæ,quas uos iam in usu habetis,illius tempore fuerunt. Quod nõ reprehendendi gratia dixerim. Optarim enim uos omnes in lachrymis & iugi pœnitentia uiuere, quandoquidem & nos nihil aliud facimus, quã quod pro peccatorum nostrorum remissione supplicamus, dempto eo, quod non humanis uerbis, quemadmodum uos soletis: sed oraculis spiritus deum nostrum placamus.

Nota hoc hæretice.

2

Litaniæ erant in usu tempore Basilij, si nõ Gregorij Neocæsarienſis. Et sunt iam anni. 1170.

Quod autem ea quæ facimus, sub præclaro Gregorio in usu non fuerint,quibus testimonijs euincere poteritis? Nihil eorum quæ ille in usu habuit:ad hunc usq; diem illibatum seruastis. Gregorius in oratione constitutus tecto capite nõ fuit. Quamobrem? Germanus erat discipulus Apostoli dicentis, omnis uir orans aut prophetans tecto capite, dehonestat caput suũ,& uir non debet uelare caput suũ,cum sit imago & gloria dei. A iuramentis abstinuit munda illa anima, ac digna spiritus sancti cõmunione, cui propter mandatum domini dicentis, Ego uero dico uobis, ne iuretis omnino,satis erat etiam,& non. Non est ausus ille fratrem suũ uocare fatuum, cõminationem domini ueritus, tumor & ira, & amarulentia ex ore illius non processerunt. Conuicium odio prosequutus est, ut quod in regnum cœlorum haud inducat. Inuidia & arrogantia a syncero illo animo procul abfuerunt. Altare non accessit nisi fratri reconciliatus:

3

Vide ritũ orandi detecto capite, esse antiquissimum, & ex Apostolica institutione.

falsum sermonem & artificiosum, & ad detractionem concinnatum ita abominatus est, ut qui sciret mendacium ex diabolo prognatum esse, Dominumq; omnes eos qui mendacium loquuntur, perditurum. Horum si nihil in uobis est: sed mundi estis ab his omnibus, uere discipuli estis eius, qui præceptorum domini discipulus fuit. Si uero secus, uidete ne culicem excoletis, dum in psalmodijs de sonitu uocis disceptantes, quæ maxima sunt præceptorum dei dissoluitis.

Ex libro. 7. Historiæ Ecclesiasticæ Eusebij Cæsariensis, cap. 25.

Dignissimum puto & Gregorij Neocæsariensis Episcopi tanti uiri gesta quæ sub Orientali & Septentrionis axe cunctorum sermone celebrãtur, ad memoriam posteritatis inserere.

Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus situ, piscibus copiosum, ex quorum captura prædiuites reditus dominis præstabantur. Ista possessio duobus fratribus sorte hæreditatis obuenerat: sed pecuniæ cupiditas (quæ pene omnium corda mortalium superat) etiam fraternam necessitudinem uiolauit. Coibatur a fratribus tẽpore captionis, non tam ad capiendos pisces, quã ad homines decipiendos: cædes ac bella mouebantur, humanus sanguis pro piscibus fundebatur. Sed dei prouidentia, affuit aliquando auxilium aduentusq; Gregorij. Vidit præsia & mortes uirorũ, furẽtesq; germanos: quid causæ existeret pro qua in exitium sui suorumq; fratres accenderentur, inquirit: nullam, nisi capturam piscium comperit. Tunc ille, cum pro honore aduentus sui utrãq; partes paululum siluissent: Nolite (inquit) o filioli, rationabiles animas pro mutis animantibus uiolare, fraternam pacem quæstus cupiditate dissoluere, dei leges & naturæ pariter iura temerare: & una mecum ad ora stagni exitialis accedite. Ego iam uos per uirtutem domini omni certamine cruentæ contentionis absoluam. Et cum hæc dixisset, in conspectu omnium uirgam quã tenebat in manu, ad primas littoris undas defigit, & ipse positis genibus palmas tendit ad cœlum, atq; his uerbis excelso supplicat deo. Tu domine deus patrum nostrorum, qui cum tibi primus homo Adam peccasset, & mandatum tuum præteriisset, pœnam culpæ illius moderatus, ad terram, male dictionis sententiam detorsisti, dicens: Maledicta terra in operibus tuis. Et nunc ergo miseratus horum iuuenum fraternum sanguinem, qui periclitatur, præcipe ut maledictæ sint aquæ istæ in operibus eorum, pro quibus furore succensi, fraternæ pietatis obliti sunt: ita ut nunquã in hoc loco uel pisces appareat, uel aqua resideat, sed sit campus aratri patiens, ac frugũ ferax, & custos in æternum fraternæ concordiæ perseueret. Simul ut ille finem orãdi fecit, statim se unda subducens, & cursu uelociore refugiens, a conspectu superno iussa discedere, abyssis suis redditur, & arentem campum germanis iam concordibus dereliquit. Sed & in hodiernum frugũ ferax esse dicitur solum, quod ante fuerat nauium ferax.

4

Quid tibi uideturhæreticæ? Est ne superflua & frustratoria oratio?

Memoratur etiam aliud illustrius ab eo & diuinius gestum. In quodã loco ruris anguisti, quũ res posceret ecclesiam construi, rupes quædam uicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia uero præterfluens fluuius, spacium quantum ecclesiæ sufficeret denegabat. Et cum alius omnino nõ esset locus, omnesq; mœstitiam gererent, quod solum ad construendam Ecclesiam non haberent, ille fide plenus, pernoctasse in oratione dicitur, & dominum Iesum promissionis suæ admonuisse fideliter, qua dixit: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, tolle te, & mitte

te

te in mare & fiet uticꝫ. Cumꝙ hęc plena fide atꝙ deuotione depoſceret, ad lucem coeuntibus populis, inuenta eſt rupes importuna ſeceſſiſſe tantum, quantum ſpaciꝝ ad condendam quærebatur eccleſiam. Traduntur eius & alia quamplurima. Sed ne in longum uideamur trahere ſermonẽ, intermiſſis cæteris, unum adhuc de eius geſtis adiȝciam. 5 *Vide & hic mirũ de Oratione Gregorij.*

Iter ei fuiſſe quondam per alpes dicitur hyemis tempore, & cũ peruenisſet ad ſummum alpium iugum, niuibus repleta erant omnia, nullum uſquam diuerſorium, phanum ibi tantum Apollinis erat, cui ſuccedens, tranſacta nocte diſceſſit. Sacerdos uero erat quidam phani eius, cui conſulere ſimulacrum Apollinis mos erat, & reddere reſponſa poſcentibus, ex quo ei etiam alimoniæ quæſtus eſſe uidebatur. Igitur poſt digreſſum Gregoriꝝ, offerre conſulta, & reſponſa poſcere ſacerdos acceſſit ex more, nihil inde reſponſi ueniebat. Repetit uictimas, ſilentium permanet. Iterũ atꝙ iterum litat, ſurdis ingerit fabulam. Cumꝙ ſtupore noui ſilentiꝝ eſtuaret ſacerdos, nocte ei aſſiſtens dæmonium, dicit in ſomnis: Quid me illic inuocas, quo iam uenire nõ poſſum? Percontanti cauſam, aduentu ſe Gregoriꝝ dicebat expulſum. Quid nunc remediꝝ daretur cum perquireret, ait, non aliter ſibi licere ingredi locum illum, niſi Gregorius permiſiſſet. Quibus auditis ſacerdos occupat uiam, multa apud ſemetipſum uoluens, atꝙ animo recuſante pertractans, peruenit ad Gregorium: adortuſꝙ eum, rẽ pandit ex ordine humanitatis ſuę atꝙ hoſpitalitatis admonuit, querelam depulſi numinis promit, ademptam facultatem ſui quæſtus deplorat, ac reddi ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. At ille nihil moratus, ſcribit epiſtolam in hæc uerba.

Gregorius Apollini. Permitto tibi redire ad locum tuũ, & agere quæ conſueuiſti. Hanc epiſtolam ſacerdos accipit, & ad phanum defert, poſitaꝙ ea iuxta ſimulacrum, affuit dæmon, ac dedit reſponſa poſcenti. Tum ille in ſemetipſum conuerſus ait: Si Gregorius iuſſit, & deus iſte diſceſſit, nec potuit redire, niſi iuſſus, & rurſum iubẽte Gregorio reſtitutus eſt, quomodo non multo melior iſto Gregorius, cuius hic obtẽperat iuſſis? Clauſis igitur ianuis phani, deſcendit ad Gregorium, epiſtolam ſecum quam acceperat referens, omnemꝙ apud eum rei geſtæ ordinem pandens: Simulꝙ ſe ad pedes eius proſternens, rogat ut illi ſe deo offerat, cuius uirtute diȝs gentium Gregorius imperabat. Cumꝙ enixius & pertinacius perſiſteret, catachumenus ab eo factus eſt. Et cum ſe uitæ caſtiſſimæ & abſtinentiſſimæ, derelictis omnibus, non ſolum erroribus dæmonum, ſed & ſeculi actibus, mancipaſſet, etiam baptiſma conſecutus eſt. Et intantũ uitæ merito ac fidei uirtute profecit, ut ipſe beato Gregorio in epiſcopatu ſucceſſor extiterit. Sed & ingeniꝝ ſui nobis in paruo maxima monimenta dereliquit. In Eccleſiaſten nanꝙ Metaphraſin idem Gregorius magnificentiſſime ſcripſit, & catholicæ fidei expoſitionem breuiter editam dereliquit, quam pro eruditione eccleſiarum ſociare his cõmodum duxi. 6 *Nota commendari uitam caſtam & abſtinentem, contra nouorum hæreticorũ dogmata.*

Gregoriꝝ martyris & Epiſcopi Neocæſareæ fides. Vnus deus pater uerbi uiuentis, ſapientiæ ſubſiſtentis, & uirtutis ſuæ, & figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filiꝝ unigeniti. Vnus dominus, ſolus ex ſolo, figura & imago deitatis, uerbum perpetrans, ſapientia cõprehendens omnia, & uirtus qua tota creatura fieri potuit. Filius uerus ueri, & inuiſibilis ex inuiſibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immorta-

li,& sempiternus ex sempiterno. Vnus spiritus sanctus, ex deo substantiam habens,& qui per filium apparuit, imago filij perfecti, perfecta uiuentium causa,sanctitas sanctificationis præstatrix,per quem deus super omnia & in omnibus cognoscitur,& filius per omnes. Trinitas perfecta, maiestate, & sempiternitate & regno minime diuiditur, necp abalienatur. Igitur necp factum quid aut seruiens in trinitate,necp superinductum, tanquam ante hac quidem non subsistens, postea uero superingressum. Necp itacp defuit unquam filius patri, necp filio spiritus sanctus, sed inuertibilis & immutabilis eadem trinitas semper. Sed de Gregorio satis dictum.

Habetur in libro. 8. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 9.

VITÆ ET AGONES PHILEÆ EPISCOPI, PHILOROMI, ADAVCTI, ET ALIORVM PLVRIMORVM

sanctorum martyrum sub Diocletiano & Maximiano apud Aegyptum, Thebaida, Phrygiam, Alexandriam, Anthiochiam et Pontum passorum, per Eusebium Cæsarien sem scripti.

PEr illud temporis quo Maximianus infeliciter imperabat,apud Thebaida omnem narrationem superat agitata crudelitas, pro ungulis testas fictilium uasotū adhibebant tortores,quibus omne corpus eo uscp lacerabant, donec totam carnis traderent cutem. Mulieres quocp nudas, ita ut ne pudenda quidē contegerentur, arte quadam compositis machinis uno pede in excelsum suspensas, & capite in terram demersas, indignissimo spectaculo expositas, pendere per diem continuum sinabant. Alias sicubi uicinæ sibi duæ arbores inueniebantur,ui quadam ab utracp inflexis contra se inuicem ramis,eiscp singulis singulos pedes martyris obligantes, subito ramos quos ui inflexerant relaxabant. Qui cum ad situm suum naturali impetu referrentur,discerptis despicatiscp uisceribus,auulsa secum membra rapiebant. Et hoc non paucis aliquibus diebus,aut paruo tempore,sed per annos aliquot, quotidie, quando minimum decem, interdum autem & centum in una die uiri uel mulieres, sed & paruuli supradictis pœnarum generibus trucidabantur.

Verum & nos ipsi per idem tempus, cum in Ægypti partibus iter agere mus, oculis nostris inspeximus, ut sedenti pro tribunalibus sæuissimo Præsidi,offerrentur innumeri fidelium populi, quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos, capite plecti iubebat. Cumcp hi certatim se & sponte gladio subijcerent,confessione præmissa,ille inhumanus & crudelis,nec multitudinis contemplatione, nec uirtutis eorum magnanimitate permotus, duci nihilominus omnes & cędi capite iubet. Egrediuntur cuncti pariter ad contiguum mœnibus campum, non carnificum nexibus tracti,sed fidei uinculis conligati. Nemo defuit, cum nemo eos seruaret:sponte omnes,imo & alter alterum præuenientes, ceruices cędentibus obiectabant:defecerunt carnificum manus, & succedentes sibi inuicem fatigati sunt, hebetata est acies gladij. Videbam fessos residere carnifices,uires resumere,animos reparare,mutare gladios, diem quocp ipsum non sufficere ad pœnam. Nullus tamen ex omnibus, ne paruulus

quidem infans deterreri potuit a morte. Sed hoc solum singuli pauescebant, ne forte dum properũ sol uergens clauderet diem, separatus a consortio martyrũ remaneret. Sic confidentia fidei constanter & fortiter cũ lætitia & exultatione mortem præsentem uelut æternæ uitæ principia rapiebant. Denicq; dum priores quicq; iugularentur, reliqui non desidiæ aut torpori animos indulgebant, sed psallentes & hymnos deo canentes, locum quisq; sui martyrij expectabat, ut hæc agentes, etiam extremos spiritus in dei laudibus exhalarent.

1 *Psallẽtes & hymnos deo canentes expectabãt sancti sui martyrij locum, ut tu hæretice discas psalmodiæ & cantui Ecclesiastico nõ detrahere.*

O uere mirabilis, & omni ueneratione dignus grex ille beatorum, turma uiroq; fortium, corona splendoris gloriq; Christi. Hanc sane coronam precioſior omnium lapis & gemma nobilior adornabat. Hanc turmam præibat ductor illustrior, hunc gregem pastor nobilior decorabat, Phileas huic nomen est, qui erat Eps urbis illius quæ appellatur Thmuis. Hic nobilitatem primi generis secundum animi uirtutem de cœlestibus trahebat: de terrenis uero quantum ad seculum pertinet, primis in Romana republica fuerat honoribus functus, eruditione quoq; liberalium literarũ, & omnibus quæ ad animi uirtutẽ pertinent exercitps apprime eruditus, nouissimam hanc, quæ prior est omnium, secundũ deum philosophiam ita suscepit, ut omnes qui præcesserant anteiret. Cumq; plurimos propinquos & consanguineos nobiles uiros in eadem urbe haberet, frequenter ad Præsidem ducebatur, eiusq; monitis adquiescere, tot & tantis propinquis exorantibus, respectum habere uxoris, & contemplationem suadebatur suscipere liberorum, neq; in cœpta præsumptione persistere. Ille uero uelut si saxo immobili unda allideretur, garrientium dicta respuere, animum ad cœlum tendere. Deum in oculis habere: parentes & propinquos, sanctos martyres & Apostolos dicere.

2 *Vxorem & filios habebat hic Eps, quia erat de Ecclesia Oriẽtali, cui non fuit impositum onus abstinendi ab uxoribus quæ ante sacerdotiũ fuerant ductæ, sed positum in cuiuslibet uoluntate uel abstinere uel non. Lege acta Concilij Nicæni.*

Aderat tunc quidam uir agens turmam militum Romanorum, Philoromus nomine. Qui cum uidisset Phileam circundatum lachrymis propinquorum, & Præsidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi ullatenus posse, exclamabat: Quid inaniter & superfluo constantiam uiri tentatis? Quid eum qui fidem deo seruat, infidelem uultis efficere? Quid eum cogitis negare deum, ut hominibus acquiescat? Non uidetis quod aures eius uerba uestra non audiunt? quod oculi eius uestras lachrymas non uident? Quomodo potest terrenis lachrymis flecti, cuius oculi cœlestem gloriam aspiciunt & contuentur? Post hæc dicta cuncto rum ira in Philoromum uersa, unam eademq; eum cum Philea subire sententiam poscunt. Quibus libenter annuens iudex, utrunq; plecti capite iubet.

Verum quoniam Phileæ fecimus mentionem, & ingenij atq; eruditionis eius studium prædicauimus, non uidetur absurdum, si aliqua ex opusculis eius, in quibus de martyrum passionibus memorat, historiæ huic quæ ad rẽ uidelicet pertinent, inseramus. Scribens igitur ad Thmuitas idem Phileas, post aliquanta hæc refert: Horum uero nobis bonorũ exempla præbuerunt beati martyres, qui una nobiscum in agonibus perdurantes, secundum quod ex diuinis scripturis fuerant instituti, oculum mentis suæ in deo habentes defixum, mortem pro pietate absq; trepidatione capiebant. Indesinenter etenim considerabant dominum nostrum Iesum Christum, propter nos hominem factum, hoc nos docuisse,

ut usq; ad mortem obluctemur aduersum peccatum. Siquidem ipse non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu repertus ut homo, humiliauit semetipsum usq; ad mortem, mortem autem crucis. Cuius exẽplum secuti beati martyres, omnes cruciatus & pœnas susceperunt, ne fidei suæ conscientiam macularent, quoniam quidem perfecta in eis charitas foras eiẽciebat timorem. Quorum si uelim tolerantiæ enumerare uirtutes, & exponere robur constantiæ, nec mihi copia tanta sermonis est, nec puto alĩs nisi his solis, qui oculis suis intuebantur quæ gesta sunt, uideri credibilia. Erant enim expositi omnibus uolentibus pro libidine inferre supplicia, & si quod aliquis per ocium excogitans nouum genus supplicĩ detulisset, licebat inferre. Verberabantur ergo alĩ fustibus, alĩ uirgis, flagris quo que alĩ, nonnulli loris destricti, uel funibus appensi. Et erat studium per singulos pene nouum genus inuenire supplicĩ. Post tergum alĩ uinctis manibus appendebantur, & trochleis distenti, membratim diuellebantur. Iam uero ungulis exarari, uetus & leue ducebatur. Quod & si forte hoc genus supplicĩ cuiquam fuisset adhibitum, non (ut latronibus & homicidis solet) tantum latera fodiebantur, sed & uenter & fœmora ac tibiæ, & usq; ad ungues ungula perueniebat. Sed ne facies quidem ac uultus & frons a tormentis remanebat immunis. Addebatur & hoc super omnia, ut posteaquam fuissent humana corpora absq; omni humanitate laniata, exposita in publico & nudata, non solum ueste, sed etiam cute, crudele cunctis prætereuntibus spectaculum fierent. Quosdam columnis districtos, & post tergum distortis brachĩs uinctos, derelinquebant. Iam uero hi qui ante præsidem suspendebantur, non id solum temporis, quo ab eo discutiebantur, sed totum pene diem cũ alĩ actus agerentur, in eculeis exigebant, si forte aliquis ex his, iugis pœnæ continuatione a propositi firmitate decideret. Tanta uero in his crudelitas erat, & in tantum ab eis omnis penitus humanitatis sensus aufugerat, ut posteaquam omne corpus uel tormentis, uel uerberibus fuisset assumptum, trahi nudum pedibus rursum iuberetur ad carcerem, atq; ibi neruo pedibus conclusis, recentibus adhuc uulneribus reĩcerentur in solum testarum fragmentis subterstratum. Interea quam plurimi usq; ad mortem constanter & fortiter perdurantes, inuentoribus scelerum immaniter intenta tæ crudelitatis pudorem non minimum conferebant. Alĩ uero recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones, dispensatores pœnarum sponte prouocabant. Quos illi erubescentes rursum ad tormenta reuocare, ipsa eorum audacia perterriti, capite eos cœdi iubebant. Istæ sunt ueri in deo philosophi beati martyris Phileæ uoces, quas in uinculis positus, & in carcerem retrusus, cõmissæ sibi ecclesiæ scribebat, quibus una secũ socios eos martyrum & consortes cœlestium faceret coronarum.

Iam uero illud quod apud Phrygiam gestum est, quis audeat prætereri? in quo & cõmunia humanitatis, & propria Romani regni iura uiolata sunt. Vbi urbem quandam Christianorum ciuium, in qua & populus omnis, & honorati uiri, & curator ac magistratus, Christianos se esse, nec acquiescere ad sacrificandum faterentur, circundari militibus iubent, cunctosq; simul cum mulieribus uiros, cum paruulis senes, cum ciuibus ciuitatem, iniecto igne concremari, ita ut nullus penitus ex illa urbe, etiam

cum

cum optio uolentibus daretur,abscederet. Et hoc in ciues perpetratum est,quod in hostes egisse,notam crudelitatis habuisset. Verū beati huius numerosiq; martyrij pariter ab uniuersa urbe susceptí,autor & dux extitit uir pietate & religione,atq; omni benignitate clarus, Adauctus nomine,patria & genere Italus, honoribus palatij per gradus singulos usq; ad officiorum magisterium perfunctus: rationes quoq; per illud tempus summarum partium administrans,in supradicta urbe degebat. Cuius in confessione Christi constantiam omnis populus secutus, boni ducis exẽplo summarum uere partium per martyrium consecutus est palmam. Sed unde sufficimus propria uniuscuiusq; martyris per singulos enumerare supplicia? Quis enim possit uel illa repetere, quibus apud Arabiam Sancti martyres securibus cæsi sunt? Aut quomodo quis retexat,quæ in cappadocia gesta sunt,ubi crura frangi Dei cultoribus iubebãtur? Quis Mesopotamiæ referat cruciatus, ubi Christianos suini tergoris more singulis manibus pedibusq; suspensos, amarissimo fumo subteringesto, indignis cruciatibus enecabant? Alios uero lento igne prope adhibito,tormentis longioribus absumebant?

Illa autem quomodo replicem,quæ apud Alexandriam gesta, etiam ueterum Poetarum fabulas uincunt? ubi obtruncatis auribus, atq; inhonesto uulnere naribus,manuum quoq; cæterorumq; membrorum summitatibus amputatis,truncũ abire sinebant derisum. Apud Antiochiam uero quomodo recordabor craticulas prunis impositas, quibus Christiani superimpositi torrebantur? Sed inter hæc nobilium duorum iuuenum factum memorabile silere æquum non puto. Qui cum cõprehensi, simulacris immolare cogerentur, aiunt. Ducite nos ad aras. Et cum fuissent adducti, manus suas ardenti igni superponentes,si subtraxerimus,inquiunt, sacrificasse nos credite. Et quoadusq; caro omnis in ignem defloreret,immobiliter perdurarunt. Alij cum ad sacrificandum quererentur sacrilegam pollutionem uitantes,uitam præcipitio finierunt,minore quidem tolerantiæ fiducia,sed conseruandæ fidei maiore cautela.

In quibus admirabilis quædam & ueneranda fœmina, pulchritudine pariter & pudicitia formosa,genere nobilis,& copiosa facultatibus, cui erant duæ filiæ uirgines,honestæ satis,& ad maternæ pudicitiæ regulam nutritæ,specie simul & moribus æmula sibi probitate certantes, quas religiosa mater secundum præceptum diuinum in timore domini educauerat. Sed pro his quæ supra diximus,uel naturæ, uel institutionum bonis, prauorum hominũ multa erga uirgines,earumq; matrem contentio exagitabatur,& Summo studio summaq; ui perquirebantur. Cumq; declinandi turbinis gratia sui absentiam procurassent,agitur omni intentione, ut earum præsentia fieret: missi in hoc ipsum milites, repertas eas uenire Antiochiam cogunt. Sed cum perurgentibus militibus, uehiculo impositæ iter agerent,talibus religiosa & pudica mater ad filias utitur uerbis. Satis dulcissimæ mihi filiæ,quomodo uos in disciplina Dei educauerim. Scitis quod a paruulis Deus uobis pater, Deus nutritor, Deus institutor extiterit, & quod pudicitiæ & castitatis bonum ita mecum pariter dilexistis,ut nec oculus quidem uester unquam (sicut uobis conscia sum) lasciuiore fuerit maculatus aspectu. Quid igitur nunc agimus? Videtis quod ista omnis uis,aut a deo nos studet,aut a pudicitia separare. Prostituen-

tur ergo publicis lupanaribus membra quæ aer pene ipse publicus habuit incognita? Ne quęso filię: quia nec tam parua nobis in deo fides est, ut mortem pertimescamus: nec tam despecta pudicitia, ut uiuere etiam cum turpitudine cupiamus. Quin potius si placet quod in omnibus tenetis, etiam in hoc sequimini matris exemplum. Præueniamus impuras carnificum manus, & impudicorum præripiamus incursus, mundumq; hunc qui nos ad impuram & impudicitiam compellet ac pertrahet uitā, pura & pudica morte damnemus. Cumq; talibus adhortationibus filias ad simile propositum uideret accensas, ad fluuium quendā in itinere positum uenerunt, ubi cum se humanę necessitatis causa descendisse simulassent, & paululum custodes cogente naturali reuerentia secessissent, ad ductis diligentius hinc inde uestibus, minacis se fluuij rapidis inicierunt fluentis. Sed & aliæ duæ uirgines per omnia insignes sorores, genere nobiles, uita mirabiles, primæ adhuc ætatis specie pulchræ satis, sed anima pulchriores, ornatæ moribus magisq; monilibus, studijs apprime probabiles, non ferentes uiolari publicis edictis ac legibus castitatem, marinis se fluctibus demersere.

Hæc apud Antiochiam. In regionibus uero Ponti crudeliora gerebantur. Arundines acutæ quibusdam sub unguibus digitorum infigebantur. Alijs plumbū igni liquefactum, & dorso defusum usq; ad loca pudenda, quibus naturalis egestio procurari solet, infundebatur. Fœminis quoq; nerua candentia et reusta, ardentia absq; ullo humanitatis miserationisq; respectu ingerebantur per pudenda uiscerum & naturalia secreta membrorum. Sed quid faciam, quod appellationes ipsæ mihi in admissis facinoribus desunt, & gestorum scelerum nec uocabula quibus enumerari queant, inueniri possunt? Sustinebant tamen omnia fortissimi & pijssimi martyres: cum optimi & præclari iudices in eo solo sapientiam suā omnibus futuram in admiratione censerent, si aliquod nouæ crudelitatis supplicium, nouiq; generis inuenissent. Sed cum aliquantum iam non ratione aut humanitate, crudelitatis tamen nimietate satiati, respicere ad immanitatem sceleris sui cœpissent, desolatas urbes ciuibus, & optimis ciuibus, rura nudata cultoribus, orbatos filijs patres, & parentes liberis, ad clementiam se humanitatemq; conuertunt, edictumq; principale proponunt. Quoniam fas non esset tot ciues in quibus fidei suæ esset obstinata persuasio, morti tradere, placere de reliquo, ut hoc genus hominum nequaquam quidem subiret interitum: omnes tamen qui hanc speciem confessionis tenerent, dextris oculis ferro effossis, eisdemq; cauterio adustis, sinistro etiā poplite nihilominus cauterio debilitato, per singulas quasq; prouincias in æris ferriq; metalla, uel operis, uel pœnę gratia deportandos. Hæc fuit clementia Principalis, qua optimis ciuibus consultum est.

3 *Ergo Sancti habent merita apud deum, & illa remunerantur ab eo.*

Sed illi quidem suis (ut uidebatur) uel moribus, uel uitijs agebant. Iustis uero & sanctis uiris coronæ uirtutis, & patientiæ parabantur, domino & Saluatore nostro per hæc uel explorante fidem credētium sibi, uel merita remunerante. Sed sicut omnes per singulos enumerare non solum difficile, sed & impossibile est, qui tunc in passionibus carnis suæ deo gloriam dederunt: ita omnes penitus omittere, & ne paucorum quidē nominatim facere mentionem, satis uidetur ingratum. Paucos ergo memorabimus, & maxime ecclesiarum principes, per loca sua singulos mar

tyrñ gloria coronatos.

Primus nobis in memorijs piorum, fulgens in regno Christi martyr scribatur Anthimus, Nicomediæ episcopus, capite cęsus. Post hunc uita & studijs semper martyr Lucianus presbyter Antiochenus, sed tũc apud Nicomediam Christi regnum rebus gestisq; prædicans. Apud Tyrum uero nobilissimus in martyribus, & a prima ætate in Christi institutionibus enutritus Tyrannio, eiusdem urbis episcopus, Zenobius a Sidone præsbyter, & Syluanus Emisenorũ ecclesiæ episcopus, qui in sua ciuitate bestiarũ morsibus absumptus, martyrũ sociatus est choris. In Palęstina uero primus Syluanus episcopus apud Gazam, cũ pleriscq; clericorũ: In metallo aurẽ Fanensi quadraginta simul capite cęsi: Peleus uero, & Nilus episcopi cũ plurimis clericis igni consumpti. In eorũ numero habebatur etiam Cęsarienſis ecclesię flos nobilissimus, & fructus doni cœlestis Pamphilus. Apud Alexandriam uero & per omnem Ægyptum, uel Thebaida primus uelut lucifer quidam inter astra consurgens, Petrus eiusdem urbis episcopus, doctrina, moribus, & uita præcipuus, & cũ eo præsbyter Faustus, & Dius, & Ammonius, nec merito, nec institutionibus, nec martyrio dispares, Phileas quoq; & Hesychius, & Pachonius, ac Theodorus, episcopi ex urbibus Ægypti, cæteriq; cũ ipsis innumerabiles, nobilissima pertulere martyria. Quorum per singula agones describere, ne nos opus nostrum iusto longius dilatemus, suis ciuibus qui ad dicendum probe pollent, & præsentes tunc aderant derelinquo.

Interea perturbari statum nostrũ, & crudeli ubiq; animaduersione uastari, æternũ peruigilẽq; illũ non latuit oculũ. Et quoniam dñs quidẽ tradiderat familiã suã castigari paucis, cruenti uero immanitatis ministri desęuierunt in multis, adest continuo ultrix dei dextera, & illos qui primo dum pacẽ seruarent ecclesię, cũ omni prosperitate imperium gubernauerant, in tantã rerũ permutationẽ deducit, ut Augustus ipse in id uanitatis atq; amentiæ peueniret, quo depositis cum collega pariter Augusto regni insignibus, priuati & plebei post imperium uiuerent. Ille uero qui ei secundus in honore, postmodũ etiam in primis successor fuit, qui & incentor ac signifer nostrę persecutionis extiterat, tam multis uarijsq; morbis & corporis tabe, atq; insania mentis afficeretur, ut post longos atq; inextricabiles languores, scelerum suorum furijs agitatus, sponte uitam nephariam proderet.

VITA DOROTHEÆ VIRGINIS ALEXANDRINAE ET SOPHRONIAE ROMANAE MVLIERIS, & plurium sanctorum martyrum sub Maximiano, Maximino & Maxentio passorum, per Eusebium Cæsariensem Episcopum scripta.

Habetur lib. 8. Ecclesiasticæ Historiæ capite. 17.

QVo tempore Romæ Maxentius Maximiani Herculei filius tyrannidẽ cœperat, In Orientis atq; Ægypti partibus Maximinus simili per omnia crudelitate & uesania tyrannidem gerebat, ita ut alter alterum, utpote in tyrannide socius, etiam in sceleribus uideretur imitari, & nescires cui potissimum dare flagitiorum palmã de-

beres. Eo sane Maximinus præire socium sceleris uidebatur, quod etiam publicos honores & maximos magistris magorum & malarum artium doctoribus decernebat. Simulachrorum quoq; cultui satis superstitiose deditus erat, ita ut ne ad paruũ quidem motum sine augurijs & diuinationibus ac Symbolis adquiesceret. Vnde & uehementior aduersum nos & grauior prioribus persecutor fuit. Vetera quoq; delubra & olim etiam a studiosis cultoribus derelicta, renouari omnia iubet: sacerdotesq; his & põtifices, per singulas prouincias, nobiles quosq;, & alijs iam honoribus functos, ministris militaribus & salarijs additis decernit. Hæc mirũ, qui & manifestos maleficos, uel rectores prouinciarum uel duces militum promoueret. Sed ob huiusce modi uanitatis ministerium, & plurimæ copiæ auri argentiq; quærebantur. Ex quo accidit, ut omnes ubiq; prouinciæ diuersis modis & occasionibus nudarentur: grauando censum, tributa multiplicando, locupletiores quosq; exquisitis aut etiam confictis iurijs condemnando, alios uero etiam proscribendo, omnes pariter bonis paternis auitisq; familijs euoluebat. Vnde & mõtes auri (ut ita dixerim) congregatos familiaribus suis ac Satellitibus largiebatur. In conuiuijs uero tam profusus erat, tamq; temulentus, ut insanus, & mente captus uini furore putaretur, & ea ebrius fieri iuberet, quę die postera se iussisse nesciret. Delitijs, luxu, atq; omni dissolutionum genere fluitans, turpissima suis militibus præbebat exempla. Denicq; quicquid lasciue, quicquid petulanter, quicquid luxuriose gestum a Rectoribus uel militum, uel prouinciarum fuisset, multum cedebat ob imperatoris exemplum. Cui inter cætera hoc etiam singulare studium erat, ne ullam non dico urbem, sed uel breue oppidum, absq; adulterio nobilium matronarum quæ per loca fuissent repertæ, uel corruptione uirginum, præteriret. Talis hic tantusq; uir, qui pudicitiæ, honestatis, iustitiæ, ac totius æquitatis hostis publicus erat, quid ni etiam Christianorum hostis & persecutor existeret? Aduersum quos tantum crudelitatis exercuit, ut præcessores suos uincere festinaret in scelere: ignes, laminas, cruces, bestias, maris profundum, obtruncationes membrorum, effossiones oculorum, & singulis membris specialia inferre supplicia gestiebat: quũ tamen illi magis constantes & fortes inuenirentur in tolerando, quã iste ingeniosus & callidus in exquirendo. Vincebatur etenim sæpius non solum a uiris, sed etiam a fœminis, quæ uerbo dei & fidei calore succensæ, ut fœminæ quidem comprehendebantur, sed ut uiri fortes in certamine coronabantur: mortẽ quippe promptius subire, imo uero & ultro expetere, q̃ corporis maculam recipere malebant.

Verum cum duobus grauissimis dominis libidine & crudelitate præceps ageretur, fuit apud Alexandriam Dorothea quædã satis nobili orta familia, ingentibus diuitijs, & propinquis nobilibus pollens, sed in ea ingenij atq; industriæ bonum, cæterarumq; honestarum artium studia magis quã hæc, uigebant. Formæ uero & decoris gloria tanta ei fuit, ut mirũ ac speciale in ea dei figmentum crederetur. Sed illa quæ religione animi & honestate uitæ pulchrior quã uultu corporis esse studeret, æquissimo mentis iudicio, quod pulchrum & decorum inter homines uidebatur, id potius deo consecrare, quã usui humano statuit indulgere, ut uirgo deo sacrata perfisteret. At ille qui diuina atq; humana, libidine simul & crudelitate fœdaret, cognito solius formæ, non etiam ingenij ac propositi bono,

1 *Dorothea consecrauit deo corporis sui pulchritudinem, & statuit esse uirgo deo sacrata.*

ad

ad contemerandam uirginem, ac polluendam eius castitatem animum intendit. Comperto uero quod Christiana esset, quæ secundum sua edicta pœnæ magis quã libidini subiũcienda uideretur, in ambiguo positus æstuare cœpit, & in quam se partem uerteret, ignorare. Sed ubi dubios animos libido, quæ ei latius dominabatur, obtinuit, & expectantem uirginem pro martyrio ad supplicium rapi, per occultos nuncios de stupro interpellauit. Illa æque nephas sibi esse respondit, templum corporis sui quod semel deo consecrauerat, idolorum cultu ac libidinis contagione polluere. Proinde se quidem ad mortem paratam esse: a crudeli uero tyranno non decere blandum aliquid aut molle proferri, nec esse dignũ resolui erga se truces animos, quos quotidie undatim Christianorum pro fusus cruor duraret. Ad quæ responsa cum ille libidine accensus acrius in calesceret, & nisi uerbis adquieuisset, ui agere decerneret: omnibus uirgo pudicissima facultatibus suis, domoq́ ac familia derelicta, noctu clam cum paucis fidissimis famulis, & cum amicissima sibi comite castitate discedit, atq; illusum tyrannum, uanum amentemq́ dereliquit. Sed & alias plurimas nobiles mulieres simul ac uirgines exemplo illius adortus, sed exemplo nihilominus illius pariores ad mortem, quã ad seruitutem libidinis nactus, crudelibus supplicijs affici iubet. Quæ multo promptius & lætius quam cæteri omnes mortem subibant, eo quod duplices sibi coronas a domino præparandas, non solum pro pietate, uerumetiam pro castitate credebant.

2 *Nephas esse respondit, templum corporis sui quod semel deo consecrauerat, libidinis contagione polluere. At hoc passim facere docent hodie & compellunt religiosos et sanctimoniales fœminas falsi doctores nostri temporis.*

Sed in his relationibus positum, silere æquum non puto, etiam nobilissimę fœminę in urbe Roma mirabile factum Sophroniæ, cuius uir præfectus urbis Romæ sub Maxentio tyranno degebat. Qui cũ de supradictę fœminæ pulchritudine cognouisset (ut ei mos erat) missis stuprorum ministris, deduci ad se fœminam iubet. Illa rem ad maritum detulit. Qui cũ cõperisset, multa secum uoluens, ad ultimum altius ingemiscens: Et quid, inquit, faciemus, quibus aut hæc toleranda sunt, aut anima ponenda? Tũ illa ut maritum uidit, metu mortis perterritũ prodidisse pudicitiam suam: Paululum, ait his qui missi fuerant, expectare, donec composita (ut decet) & adornata procedam. Dehinc ingressa cubiculum, cum prius defixis genibus orasset, tanquã pudicitiam suam deo imolatura, pectus ac uiscera correpto mucrone transuerberat. Extremos huiusmodi nuncios ad tyrannũ per adsistentes famulas mittens: Tales (ait) magis placeant Christianæ fœminæ Tyranno.

Hoc modo in Oriente simul atq; in Occidente, uelut uno dęmonis spiritu armati, & paribus eisdemq́ uitijs accensi desæuiebant tyranni, cum tamen per hæc Christianorum uirtus animi, & constantia fidei probatior & magnificentior redderetur.

Sed cũ per decem continuos annos in Orientis partibus similis etiam Maximiani principis erga Christianos fuisset grassata crudelitas, & innumera hominum milia deum uerum colentium neci dedisset, cumq́ uires crudelitatis ac libidinis suæ indesinenter suggereret temulentia, & neq; consilium, neq; satietas finem ullum aut modum imponeret, adest cultoribus suis diuina prouidentia, & quos per ignem probauerat, educit rursus ad refrigerium. Ipsum nanq; autorem sceleris ultio diuina corripuit. Et ille qui lætis ac saginatis carnibus incedebat superbus, inflatis subito

uiſceribus, ſuppuratiſq; diſtenditur. In profundioribus dehinc pectoris partibus obortum uulnus, totos intrinſecus uiſcerum ſeceſſus tabo ſerpente depaſcitur. Poſt etiam fiſtulis quibuſdam in ſuperficie purulentis meatibus adapertis, de interioribus putrefactis uulneris uænis ebullire undatim cœpit innumera uermium multitudo. Fœtor uero tam intolerabilis erat, ut nullus omnino ne mediocrum quidem propius poſſet accedere, quod carnes ſatis lætę, & in omni luxuria nutritæ, grauiorem ex corruptione nidorem putredinis exhalabant. Denicq; pleroſq; medicorum, quod nec morbo aliquid mederi, nec uim fœtoris tolerare poſſent, interfici iubet. In quibus cum quidam iugulandus potius quam medicaturus aſſiſteret, inſpiratus a deo: Cur (inquit) Imperator erras, & quod deus infert, ab hominibus putas poſſe reuocari? Nec humanus eſt iſte morbus, nec a medicis curatur. Sed recordare, quanta in ſeruos dei egeris, quamq; in religionem diuinam impius & prophanus extiteris, & intelliges unde tibi ſcint poſcenda remedia. Nam & ego quidem mori cum cæteris potero, tu tamen a medicis non curaberis.

3 *Permittit Maximinus reædificari Chriſtianorum Eccleſias, ut ſolitis cultibus & obſecrationibus uacent. Ergo a tempore antiquo in Eccleſijs deus colebatur, & orationes ad eum fiebant, & non tantum ſunt extructæ ad auditionẽ uerbi dei & ſacramentorũ exhibitionem, ut uolunt moderni hæretici.*

Tunc primum ſe Maximianus hominem eſſe intellexit, & ſcelerũ ſuorum immanitatem recordatus, primo omnium erraſſe ſe, & impie egiſſe profitetur, & uelut ſatisfacere incipit deo. Tunc deinde conuocatis his qui in officio publico ſibi parebant, legem ſcribi, & confeſtim emitti iubet, qua non ſolum Chriſtianis deſinat perſecutio, & arceatur omnis iniuria, uerum & reædificari eorum permitterentur eccleſiæ, ut ſolitis cultibus & obſecrationibus uacantes, etiam pro ipſius ſalute excelſo ſupplicent Deo.

VITA ET MARTYRIVM SYLVANI TYRIORVM, ET PETRI ALEXANDRINI EPISCOPORVM,

nec non Luciani Antiocheni Presbyteri ſub Maximiano paſſorum, per Euſebium Epiſcopum Cæſarienſem ſcripta.

Habetur lib. 9. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 1.



Dictis Maximiani ſuper ceſſatione perſequutionis Chriſtianorum per omnem locum Aſiæ Ponticq; propoſitis, uelut ex ingentibus tenebris ſubitum lumẽ refulſit. Sed Maximinus, qui in Orientis partibus Cæſaris tyrannidem potius quam locum tenebat, tanquam crudelitatis ſuę materiam ſibi ſubtrahi non ferens, cum ei diſplicaret edictum, nec tamen auderet obſiſtere, proponi publice legẽ, & omnibus in notitiam uenire non patitur, uerbo tamen iudicibus prȩcepit, inducias Chriſtianis interim dare. Sed Sabinus, qui per illud tempus, præfecturæ culmen gerebat, omnium prouinciarum iudicibus ſcribens, & prælatam Imperatoris inſerens legem, manifeſtum efficit cunctis id quod Maximinus obſcurare tentauerat. Iudices uero per ſingulas ciuitates edicta mittentes, legemq; prȩferentes, relaxari cunctos qui tenebantur in carcere, quicq; in metallis, aut quibuslibet uinculis aſſeruabantur, omnes abſcedere liberos iubent.

Quibus ita geſtis, uelut poſt nimiam tempeſtatem, ſi ſolis ſplendor cȩlo redditus fuiſſet ac terris, duces populi noſtri per ſingulas quaſq; urbes frequentare conuentus, eccleſias inſtaurare, concilia agere, ſacerdotia re-

parare, singulas quasq; ecclesias, si cui quid deesse uidebatur, instruere. Quæ cum ita gererentur, stupor ingens habebat infideles gentilium, de tanta tamq; subita conuersione rerum, ita ut admiratione ipsa fateri coge rentur, magnum & solum deum uerum esse quem Christiani colunt. Nostrorum uero si qui in agonibus fideliter & uiriliter perduraverant, cum omni fiducia & lætitia agebant. Si qui uero languidius, & ignauius egerant, cum omni humilitate & supplicatione medicinã poscere ab his qui incolumes perstiterant properabant, & per eos repropitiari sibi omnipotentem deum supplicabant. Iam uero illi qui de metallis fuerant relaxati, uenientes per urbes singulas, magnanimi sublimesq; incedebant, & ineffabilem lætitiam atq; exultationem dei ecclesijs exhibebant, toto itinere per plateas quoq; ciuitatum & uicos cũ psalmis ac hymnis digredientes, ita ut stuperent & magnificarent deum hi qui eos pauloante uinctos & catenatos trahi in metalla uiderant, lætos uero nunc atq; exultantes cernebant ad propria remeare. Ex quo etiam ipsi qui prius infesti nobis uidebantur & aduersi, nunc subitę conuersionis miraculo congratulabantur nobis, & cõmunem sibi ducebant lætitiam nostram. Verum cum hæc ita in agris & uicis & urbibus agerẽtur, & pro reddita sibi pace Christia norũ populi modesta exultatione gauderent, totius boni inimicus tyrannus ferre non potuit, quin insita sibi nequitię rabie gaudia ista subrueret.

Etenim Maximinus, quem in Orientis atq; Ægypti partibus tyrannidem tenere supra diximus, sex non amplius menses passus est nostros in pace persistere, & protinus quicquid ad obturbandam eam nanciscí potuit molitur. Igitur primo prohibere nostros per occasiones quasdã tentat, ne ad Cœmiteria conuenirent. Tum deinde nequissimos quosdã Antiochena urbis uiros instigat legationẽ mittere aduersum nos, deposcentes ne in proprijs degere liceat Christianis. Cuius legationis initium facit per Theotecnum quendam curatorem Antiochenæ urbis, praui ingenij hominem, pessimiq; propositi. Sed & alios per singulas ciuitates similiter deterrimos ciues ad simile facinus impellit, & ex omnibus prouincijs huiusce modi legationem dirigi componit. Multaq; alia aduersum nos speciali quodã odio & obstinata contentione machinatur, donec omni modo mala quę iam quieuerant, renouaret. Mala mens, malusq; animus, uelut sitim quandam & famẽ se pati putabat, nisi laniari carnes ciuium, & sanguinem eorum profundi uideret.

Interea reperisse se occasionem maximam ratus est ex eo, quod apud Antiochiam simulachrum quoddam Iouis Amicalis nuper consecratũ, artibus quibusdam magicis & impuris consecrationibus ita compositũ est, ut falleret oculos intuentium, & portenta quædam ostentare uideretur, ac responsa proferre. Idq; omnibus & ipsis Imperatoribus pro certo confirmatur. Quod posteaquã ab uniuersis creditum est, assueueratur item deus ille dedisse responsa, ne Christiani in urbibus habitarent, neq; in uicinis urbi locis, sed quanto fieri potest longius fugarentur. Quibus cognitis omnes qui ubiq; erant sub tyranni regno per urbes ac prouincias singulas, scientes gratum hoc esse apud eum, similem de Christianis sententiam ferunt. Et missis ad eum legatis, ea de Imperatore impetrant, quæ ut peterent ab ipso fuerant inuitati.

Tum uero rursus aduersum nos persecutionis rabies instauratur, &

Maximinus interim summa instantia per urbes singulas & prouincias sacerdotes simulachrorum ac Pontifices statuit, multisq; eos honoribus & muneribus præficit, & omnia prorsus diligenter agit, quatenus cunctos beneficijs suis præueniat, ut per hæc promptiores eos efficeret in odia & necem Christianorum. Idq; eo magis obtinebat, quo gratiorem sibi duceret eum quem erga nostros sæuiorem nequioremq; sensisset.

Et quãuis ei agere cuncta ex sententia liceret, quippe qui iam sibi etiam Augusti inconcessam præsumpserat dignitatem, uideri tamen uult, quod aliquibus iustis hæc rationibus agat. Confinguntur acta quædam, uelut apud Pilatum de Saluatore nostro habita, in quibus aduersum Christũ omnis blasphemia conscribitur. Quæ acta per omnes regni sui prouincias prælato edicto mitti præcipit, & per urbes singulas, per uicos, per agros etiam proponi: præceptoribus quoq; puerorum tradi iubet, uti pro his quæ ad meditandum, uel ad ediscendum dictare solent, hæc tradant pueris memoriæ cõmendanda. Cum uero hæc ita per omnem locum diligenti nequitia gererentur, Dux Damasci cognita Imperatoris sui erga Christianos libidine, & ei placere in talibus studens, indignissimas quasdam mulierculas de triuio conquisitas, Sisti sibi facit, & agitari in his plurimam quæstionem, per quam cogeret eas Actis profiteri, fuisse se quondam Christianas, & scire quod inter ipsa mysteria eorum, spurca quædã & impura cõmitterentur. Aliaq; huiusmodi flagitia, quæ nec audire quidem bonus quisquam pateretur, mulierculas actis prosequi facit: eaq; conscripta ad Imperatorem refert. At ille proponi ea nihilominus per singulas quasq; urbes ac prouincias iubet, quamuis dux ille non in longum tali fraude gauisus sit. Breui nanq; quadam insania desperationis incensus, in exitum uitæ suę proprias sibi intulit manus.

Nostrorum uero rursum fuga, rursum persecutio, & supplicia renouantur. Iudices prouinciarum tanquam gratum aliquid ex hoc Imperatori exhibentes, in nostros atrocius desæuire. Igitur apud Tyrum Phœnices urbem tres quidam iuuenes correpti, cum se Christianos esse cõfiterentur, bestijs subriguntur: cũ quibus & Syluanus episcopus quadraginta annis functus sacerdotio, uir mansuetudine animi, & ipsa iam senectute uenerabilis. Per idem tempus etiam Petrus, Alexandrinæ urbis episcopus, per omnia insignis, & omnibus uirtutibus adornatus, in scripturis uero diuinis & in uerbo dei, priorum nullo inferior, prudentia quoq; singularis, & in omnibus perfectus, uere sacerdos & hostia dei subito rapitur, & tanquam ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cũ quo simul & alij plures ex Ægypto episcopi trucidantur.

Lucianus quoq; uir, moribus, continentia, & eruditione præcipuus, Antiochenus presbyter, cum ad tribunal iudicis fuisset adductus: Cur (inquit ad eum Præses) uir rationabilis & prudens sequeris sectam, cuius non potes reddere rationem? Aut si est aliqua, audiamus. Tum ille data sibi facultate dicendi, huiuscemodi orationem de fide nostra habuisse dicitur. In occulto non est, quod nos Christiani quem colimus, deus unus est, per Christum nobis annuntiatus, & per spiritum sanctum nostris cordibus inspiratus. Non enim sicut uos putatis, humanæ alicuius persuasionis errore constringimur, nec indiscussa (ut alij) parentum traditione decipimur. Autor nobis de deo, deus est. Neq; enim posset sublimis illa maie-

stas sensibus humanæ mentis illabi, nisi uel spiritus sui uirtute delata, uel uerbi ac sapientiæ suę interpretationibus indicata. Fateor, errauimus etiam nos aliquando, & simulachra quæ ipsi finximus, deos cœli ac terræ putabamus autores: sed arguebat eos fragilis substantiæ suę a nobis præstita consecratio. In quibus tantum uenerationis inerat, quantum decoris manus contulisset artificum. Verum omnipotens deus ille, quē non nostris manibus fictum, sed cuius nos decebat esse figmentum, errores miseratus humanos, sapientiam suam misit in hunc mundum carne uestitā, quæ nos doceret deum, qui cœlum fecisset & terram, non in manufactis, sed in æternis atq; inuisibilibus requirendum. Vitæ etiam nobis leges, ac disciplinæ præcepta constituit, seruare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinē colere, studere pati, puritatem cordis amplecti, patientiam custodire. Sed & omnia hæc quæ nunc aduersum nos geritis, uentura nobis esse prædixit: educendos nos ad reges, & ante tribunalia iudicū statuendos, ac uelut uictimam iugulandos. Inde est denicq;, quod & ipse qui erat immortalis, utpote uerbū & sapientia dei, morti se præbuit, quo nobis in corpore positus, patientiæ præberet exemplum. Sed nec nos sua morte decepit, quibus post tertium diem resurrexit: non ut ista quæ nunc falso conscribuntur continent Acta Pilati, sed innocens, immaculatus, & purus ad hoc solum mortem suscepit, ut eam uinceret resurgendo. Quæ autem dico, non sunt in obscuro gesta loco, nec testibus indigent. Pars pene mundi iam maior huic ueritati adstipulatur: urbes integræ: aut si in his aliquid suspectum uidetur, contestatur de his etiam agrestis manus ignara figmenti. Si minus adhuc creditur, adhibebo uobis etiam loci ipsius, in quo res gesta est, testimonium. Adstipulatur his ipse in Hierosolymis locus, & Golgothana rupes sub patibuli onere disrupta. Antrum quoq; illud, quod auulsis inferni ianuis corpus denuo reddidit animatū, quo purius inde ferretur ad cęlum. Aut si adhuc uobis minus digna uidentur hæc, quæ in terris substantiam gerunt, accipite etiam a cœlo adstipulatorem fidelem: Solem uobis ipsum horum produco testem: qui cū hæc fieri per impios uideret in terris, lumen suum meridie abscondit in cœlo. Requirite in annalibus uestris, inuenietis temporibus Pilati, Christo patiente, fugato sole interruptum tenebris diem. Quod si terræ, si cęlo, si sanguini eorum, a quibus ueritatem per tormenta perquiritis, fidem non accōmodatis, quomodo meis uerbis allegationibusq; credetis? Et cū pene iam his uerbis auditoribus suadere cępisset, arripi iubetur in carcerem, ibiq; quasi absq; tumultu populi necari.

Sed & per alia nihilominus loca, tanta in breui crudelissimus tyrānus aduersum nos excitauit, ut longe sæuiora prioribus & diriora pararentur: quando enim aduersum nos legationes prouinciarum uel urbium, quando tot & tanta imperialia edicta uenerant, ita ut etiam ęreis tabulis incidi leges quæ aduersum nos datæ fuerant, iuberentur? quando pueris scholaris meditatio de Pilato & Iesu haberi contumeliq nostrę gratia iussa est, & confictis referta blasphemijs, per totum diem decantari? In his uero legibus, quas aduersum nos ære incisas singulis quibusq; ciuitatibus proposuerat uelut in æternum mansuras, iactanter satis & superbe describerat, quod ex quo Christiani sedibus suis urbibusq; pelluntur, & aeris esset læta temperies, & terræ fœcunditas abundantior, ac segetum copia

uberior: & ideo satis recte consuli ad deorum immortalium gratiam, quibus nullæ ita acceptabiles uictimæ litarentur, quam ut inuisum his hominum genus ex omnibus locis in quibus eorum maiestas colitur, pelleretur. Addit quoq; etiam illud: Vt quoniam tam piam, tamq; religiosam petitionem hanc ab Imperatore popposcissent, quicquid illud est (quãuis difficile uideatur) quod suis cõmodis æstiment profuturum, pro hac gratia nihil sit quod impetrare non possent: tantum ut hoc diligentius obseruent, ne Christianis qualitercunq; urbium concedatur ingressus.

Habetur libro. 10. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 3.

VITA EPISCOPI SIMPLICIS QVI PHILOSOPHVM AD CHRISTI FIDEM IN CONCILIO NICÆNO conuertit, necnon Paphnutij Aegyptij, ac Spiridionis Cyprij Episcoporum, per Ruffinum presbyterum Aquileiensem scripta.

QVantam uirtutem habeat fidei simplicitas, etiam ex his quæ in Nicæno concilio gesta referuntur, agnoscimus. Etenim cum pro studio religiosi Imperatoris, ex omni terra sacerdotes dei coissent, opinione commoti philosophi quoq; & dialectici ualde nobiles & opinatissimi conuenerunt. In quibus quidam insignis in arte Dialectica, per dies singulos, conflictus summi certaminis cum episcopis nostris, uiris adæq; in dialectica non improbabiliter eruditis, mouebat: & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & litteratis uiris. Nec tamen ullo genere philosophus cõcludi a quoquam poterat, aut constringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur adstrictus, uelut anguis lubricus laberetur. Sed ut ostenderet deus, quia non in sermone regnum dei, sed in uirtute consistit, quidam ex confessoribus simplicissimæ naturæ uir, & nihil aliud sciens nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, inter cæteros auditores episcopos aderat. Qui cum uidisset philosophum insultantem nostris, & callida se disputationis arte iactantẽ, poscit ab omnibus locum, uelle se paucis cum philosopho sermocinari. Tum uero nostri, qui simplicitatem uiri & imperitiam de sermone duntaxat nossent, pauere, & uelut pudorem quendam pati, ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit tamen senior, & hinc mouit sermonis exordium. In nomine, inquit, Iesu Christi philosophe audi quæ uera sunt. Deus unus est qui fecit cœlum & terram, quicq; homini quem de terræ limo formauerat, spiritum dedit: uniuersa quæ uidentur & quæ non uidentur, uirtute uerbi sui creauit, & spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc uerbum ac sapientia, quem nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex uirgine nascitur, & per passionẽ mortis a perpetua nos morte liberauit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit uitam. Quem & expectamus iudicem omnium quæ gerimus esse uenturum. Credis hoc ita esse philosophe? At ille uelut si nunquam ullum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus uirtute dictorum, mutus ad omnia hoc solum potuit respondere, ita sibi uideri, nec aliud uerum esse quam quod dixerat. Tum senior: si hæc, inquit, ita esse credis, surge & sequere me ad Dominicum, & huius fidei signaculum susci pe. Et philo-

sophus conuersus ad discipulos suos,uel ad eos qui audiendi gratia conuenerant: Audite,inquit,o eruditi uiri:Donec uerbis mecũ gesta res est, uerba uerbis opposui,& quæ dicebantur,dicendi arte subuerti ubi uero pro uerbis uirtus processit ex ore dicentis,non potuerunt resistere uerba uirtuti,nec homo aduersari potuit deo. Et ideo siquis uestrum potuit in his quæ dicta sunt sentire quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo locutus est deus. Ita philosophus Christianus effectus, tandem se gratulatus est uictum.

Fuit præterea in illo concilio & Paphnutius, homo dei, episcopus ex Ægypti partibus confessor,ex illis, quos Maximianus dexteris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta uirtutum inerat gratia, ut signa per eum non minus quam dudum per Apostolos fierent. Nam & dæmones uerbo tantum fugabat, & ægros sola oratione curabat: sed & cæcis usum dicitur reddidisse,& paraliticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem Constantinus in tanta ueneratione & affectu habuit,ut sæpius eum intra palatium euocatum complecteretur, & illum oculum qui in confessione fidei fuerat euulsus, auidioribus osculis demulceret.

Ex eorum numero (& si quid adhuc eminentius) fuisse dicitur, etiam Spiridion Cyprius episcopus,uir unus ex ordine prophetarum,quantum etiam nos eorum qui eum uiderant narratione comperimus. Hic pastor ouium etiam in episcopatu positus permansit. Quadam uero nocte cum ad caulas fures uenissent, & manus improbas quo aditum educendis ouibus facerent, extendissent, inuisibilibus quibusdam uinculis restricti,usq; ad lucem uelut traditi tortoribus permanserunt. Cum uero oues ducturus ad pascua matutinus se ageret senior, uidet iuuenes absq; humanis uinculis in caulis pendere districtos. Cumq; causam noxæ comperisset, absoluit sermone,quos meritis uinxerat:& ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite, inquit, o iuuenes unum uobis arietem, ne sine causa ueniſſe uideamini, quem melius prece quam furto quæsisse conuenerat.

Tradunt de hoc etiam illud factum mirabile: filiam habuit Irenem nomine, quæ ei cum bene ministrasset, uirgo defuncta est. Post eius obitum uenit quidam dicens,se ei quoddam depositum commẽdasse. Rem gestam ignorauerat pater.Perquisitum in tota domo,nusquam quod poscebatur inuentum est.Persistebat tamen ille qui cõmendauerat, & fletu ac lachrymis perurgebat:uitæ suæ quoq; illaturum se esse exitium, nisi commendata reciperet testabatur.Permotus lachrymis eius senex,ad sepulchrum filiæ properat, atq; tam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulchro: Quid uis(ait)pater? commendatum,inquit, illius ubi posuisti? At illa locum designans,illic(ait)inuenies defossum.Regressus ad domũ, rem sicut filia de Sepulchro responderat, repertam, tradidit reposcenti. Sed & multa alia eius feruntur gesta mirabilia, quæ etiam nunc ore omnium celebrantur. Tales igitur in illis adhuc temporibus permulti uiri in ecclesijs domini refulgebant,ex quibus plurimi in illo cõcilio fuerunt.

Sozomenus. Sed non est incongruum de hoc eodem uiro etiam istud adñcere. Mos erat Spiridioni isti ex fructibus qui nascebãtur ei,alios quidem pauperibus erogare,alios autẽ gratis mutuari uolentibus. Sed neq; *Ex Historia Tripartita lib. 1. cap. 10.*

per se dabat, neq; per se recipiebat, sed solum cubiculum demonstrabat. inuitans petentes, ut quantum opus haberent tollerent, & denuo reuocarent quantum se nouerant abstulisse. Quidam uero dum mutuum percepisset, reuersus est post aliquantum quod tulerat redditurus. Quem dum secundum consuetudinẽ iussisset reponere in cubiculo quod fuerat exinde mutuatus, ad iniustitiam ille conuersus, & credens latere Spiridionẽ, non reddidit quod debebat, sed auferens debitum, quasi reddidisset abscessit. Quod tamen longo tempore non erat ignorandum. Post certum nanq; tempus uenit, rursum petens ab eo mutuum. At ille misit eum ad horreum, data potestate ut ipse sibi metiretur quantum opus haberet. Vacuum uero eundem locum inueniens, & hoc oculata fide cognoscens Spiridioni nuntiauit. Ille respondit ei: Mirum est ô homo quod loqueris. Quomodo tibi soli usum est horreum necessarijs defecisse? sed consydera potius apud temetipsum, ne forte mutuatus alia uice, quod debueras primitus non solueris, si enim hoc non est, indubitanter non priuaberis quibus eges, sed rursum accedens inuenies. Sic igitur ille captus, quod ei deliquerat indicauit.

1 *Notet qui nostro tempore nouas Scripturæ lectiones inducere tã topere curant, ut iam fere totam sacram paginam suis adinuentionibus conspurcauerint & inuerterint.*

2 *Quod Spiridion carnes porcinas in quadragesima ederit, et alium secũ comedere fecerit, nõ te scandalizet, nec id tibi quoq; faciẽdi exemplũ præbeat. Vt enim ait sanctus Epiphanius ad Io. Epũm Hierosolymitanum, nõ quid fiat, sed quõ, et in quibus, & quare fiat considerandum est. Et ipse si quidẽ clericũ in aliena parochia deprehẽsum, ac ignorantem, quinimo inuitum, & palam reclamantem, per uim diaconum et presbyterum ordinauit, & quia id sola charitate compulsus fecerat, se excusauit, & nõ iuste reprehendi dixit. Ita sanctus hic pater, sciens Apostoli præceptum Epũm hospitalem esse debere, & uidens peregrinum ualde defectum, nec habere se domi quicquam obsonij quo eum reficeret, uehementi charitatis impulsu, quæ sola legis est plenitudo, et rebus omnibus alijs præponitur, ad esum carnium uel inuitus accesit, primum orans deum, ac ueniam petens, quasi qui optime nosset contra Ecclesiasticam sacere disciplinam. Nam si culpa non fuisset tali tempore edere, cur ueniam ante a deo peteret? Admirare ergo hic facti rationem, hoc est excellentem erga proximum charitatem, factum autem ipsum dimitte.*

Dignum est igitur huius sacratissimi uiri mirari puritatem, & ecclesiastici ordinis ualde custodiam. Dicitur itaq; quodam tempore pro aliqua utilitate in unum Cyprios episcopos conuenisse, & inter eos fuisse hunc Spiridionem, & Triphyllium Ledrensem episcopum, uirum eloquio & sapientia, nec non Beryto legibus eruditum. Cum itaq; collecta celebraretur, iniunctum est Triphyllio ut faceret sermonẽ in populo. Cumq; ille locus uenisset ad medium, Tolle lectum tuũ & ambula, cubile dixit pro lecto mutans nomen. Spiridion autem indignatus in eum, & exiliens de cathedra sacerdotali: Tu melior es, inquit, eo qui lectum dixit, quia eius uerbis uti confunderis? Hoc autem fecit populo conspiciente, mediocritatem docens eum qui eloquij supercilio prætumebat. Erat enim idoneus ad pudorem incutiendum: quũ esset uenerandus & operibus gloriosus, simulq; senex æuo atq; sacerdotis officio.

Qualis autem circa peregrinorum susceptiones fuerit, hinc apparet. Instante iam quadragesima, quidam ex itinere uenit ad eum, quibus diebus consueuerat cum suis continuare iniuria, & die certo comedere, medios sine cibo consistens. Videns itaq; peregrinum ualde defectum: Purge (inquit suæ filiæ) laua peregrini pedes, & cibos appone. Cumq; uirgo dixisset, nec panem esse nec ἀλφίτα (quarum rerum solebat nihil habere reconditum propter ieiunium) orans primũ ueniamq; petens, filiæ iussit ut porcinas carnes quas domi salitas habebat, coqueret. Quibus coctis, sedens cum peregrino positis carnibus comedebat, & rogabat ut una cũ eo ederet peregrinus. Quo refutante, Christianumq; se profitente: Propterea magis, inquit, refutare non debes. Omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit. Hæc quidem de Spiridione dicta sufficiant.

VITA HELENÆ CONSTANTINI IMPERATORIS MATRIS, QVOMODOQVE SANCTAM DOMINI Crucem Hierosolymis inuenerit, per Ruffinum Presbyterum Aquileiensem scripta.

Habetur libro. 10. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 7.



ER Nicæni Concilij tempora Helena Constantini mater, fœmina incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia singulari, cuius iure Constantinus & esset filius & crederetur, diuinis admonita uisionibus, Hierosolymam petit, atq; ibi locum in quo sacrosanctum corpus patibulo affixum pependerat, ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus simulachrum in eo Veneris fuerat defixum, ut si quis Christianorum in illo loco Christum adorare uoluisset, Venerem uideretur adorare. Et ob hoc infrequens & pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cũ (ut supra diximus) religiosa fœmina properasset ad locum cœlesti sibi indicio designatum, cuncta ex eo prophana & polluta deturbans, in altum purgatis ruderibus, tres confuso ordine reperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris lętitiam uniuscuiusq; crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille, qui Græcis, & Latinis, atq; Hebraicis literis a Pilato fuerat conscriptus: sed nec ipse satis euidenter dominici prodebat signa patibuli. Hic iam humanæ ambiguitatis incertum, diuinum flagitat testimonium. Accidit in eadem urbe primariam quandam loci illius fęminã graui ægritudine confectam, feminecem iacere. Macarius per idem tempus ecclesiæ illius episcopus erat. Is ubi cunctantem reginam, atq; omnes pariter qui aderant uidet: Adferte (inquit) huc totas quæ repertę sunt cruces, & quæ sit quæ portauerit dominum, nunc nobis adaperiet deus. Et ingressus cum regina pariter & populis ad eam quę decumbebat, defixis genibus huiuscemodi ad deum precem profudit.

1 *Defixis genibus precem ad deum profudit.*

Tu domine, qui per unigenitum filium tuum salutem generi humano per passionem crucis conferre dignatus es, & nunc in nouissimis temporibus adspirasti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo salus nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad dominicã gloriam, uel quæ extiterit ad seruile supplicium, ut hæc mulier quæ semiuiua decumbit, statim ut eam lignum salutare contigerit, a mortis ianuis reuocetur ad uitam. Et cum hæc dixisset, adhibuit primo unam ex tribus, & nihil profecit. Adhibuit secundam, & nec sic quidem aliquid actum est. Vt uero admouit tertiam, repẽte adapertis oculis mulier consurrexit, & stabilitate uirium recepta, alacrior multo quam cum sana fuerat, tota domo discurrere, & magnificare dei potentiam cœpit. Sic euidenti iudicio regina uoti compos effecta, templum mirificum in eo loco in quo crucem repererat, regia ambitione construxit. Clauos quoq; quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos composuit quibus uteretur ad bellum. Et ex alijs galeam nihilominus belli usibus aptam fertur armasse. Ligni uero ipsius salutaris partem detulit filio, partem uero thecis argenteis conditam dereliquit in loco: quæ etiã nũc ad memoriam sollicita ueneratione seruatur.

2 *Quid dicis o ita spiritualis sicut materialis tẽpli euersor? Sancta fœmina Hierosolymis templum mirificum in loco ubi crucem repererat, regia ambitione cõstruxit.*

3 *Pars ligni Crucis in loco ad memoriam sollicita ueneratione seruatur.*

Reliquit etiam hoc iudicium religiosi animi regina uenerabilis: Virgi-

4

nes quas ibi reperit Deo sacratas, inuitasse ad prandium, & tanta eas de uotione curasse dicitur, ut indignum crederet, si famulorum uterentur officijs, sed ipsa manibus suis, famulæ habitu succincta, cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet, & regina orbis ac mater imperij, famularum Christi se famulam deputaret. Et hæc quidem Hierosolymis gesta.

Vide humile sanctæ Reginæ erga Virgines deo sacratas obsequium. At nostri hæretici cõpulissent omnes nubere, dicentes eas uirginitatem seruare non posse. O blasphemiam impudentem.

Interea Constantinus pietate fretus, sarmatas, Gotthos, aliasq; barbaras nationes, nisi quæ uel amicitijs, uel deditione sui pacem præuenerant, in solo proprio armis edomuit. Et quanto magis se religiosius ac humilius deo subiecerat, tanto amplius ei Deus uniuersa subdebat. Ad Antonium quoq; primum eremi habitatorem, uelut ad unum ex prophetis literas suppliciter mittit, ut pro se ac liberis domino supplicaret. Ita non solum meritis suis, ac religione matris, sed & intercessione sanctorum, cõmendabilem se deo fieri gestiebat.

Sane quoniam tanti uiri Antonij fecimus mentionem, de uirtutibus eius atq; institutis, & sobrietate mentis, ut in solitudine uitam degens, usus solummodo consortio fuerit bestiarum, & de dæmonibus crebros agens triumphos, placuerit deo supra cunctos mortales, utq; institutionis suæ præclara usq; in hodiernum monachis exempla reliquerit, uolentem me aliqua exponere ille libellus excluſit, qui ab Athanasio scriptus etiam latino sermone æditus est.

ADHVC EIVSDEM HELENÆ VITA,

PER D. AMBROSIVM MEDIOLANENSEM Episcopum scripta.

Habetur in oratione funebri eiusdem de obitu Theodosij Tomo. 3. fol. 60. fac. 2. littera D.



Constantino licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus Imperatorum credidit, & post se hæreditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit, cuius temporibus completum est illud propheticum, In illo die erit quod super frenum equi est, sanctum domino omnipotenti. Quod illa sanctæ memoriæ Helena mater eius infuso sibi sancto spiritu reuelauit. Beatus Constantinus tali parente, quę imperanti filio diuini muneris quæsiuit auxilium, quo inter prælia quoq; tutus assisteret, & periculum non timeret. Magna fœmina quæ multo amplius inuenit quo Imperatori conferret, cęq; quod ab Imperatore acciperet. Anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani cesserat, festinauit Hierosolymam, & scrutata est locum dominicæ passionis.

Stabulariam hanc primo fuisse asserunt, sed coniunctam Constantino seniori qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia quæ tam diligenter præsepe domini requisiuit. Bona stabularia quæ stabularium nõ ignorauit illum qui uulnera curauit a latronibus uulnerari. Bona stabularia, quæ maluit existimari stercora, ut Christum lucrifaceret. Ideo illam Christus de stercore leuauit ad regnum, secundum quod scriptum est: Quia suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem.

Venit ergo Helena, cępit reuisere loca sancta, infudit ei spiritus, ut lignũ crucis requireret, accessit ad Golgotham, & ait: Ecce locus pugnæ, ubi

est uictoria? Quæro uel uexillum salutis, & non inuenio. Ego inquit, in regnis, & crux domini in puluere? Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, & latet palma uitæ æternæ? Quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur? Video quid egeris diabole, ut gladius quo peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alieni genis puteos eruderauit, nec latere aquam passus est. Tollatur igitur ruina, ut uita appareat. Promatur gladius quo ueri Goliæ caput est amputatum. Aperiatur humus, ut salus fulgeat. Quid egisti diabole ut absconderes lignum, nisi ut iterum uincereris? Vicit te Maria quę genuit triumphatorem, quæ sine imminutione uirginitatis ædidit eum, qui crucifixus uinceret te, & mortuus subiugaret. Vinceris & hodie, ut mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta dominum gestauit, ego crucē eius inuestigabo. Illa generatum decuit, ego resuscitatum. Illa fecit ut deus inter homines uideretur, ego ad remedium peccatorum diuinum de ruinis eleuabo uexillum.

Aperit itaq; humum, decutit puluerem, tria patibula confusa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi triumphus. Incerto hæret ut mulier, sed certam indaginē sanctus spiritus inspirat, eo quod duo latrones cum domino crucifixi fuerint. Quę rit ergo medium lignum, sed poterat fieri, ut patibula inter se ruina confunderet, casus mutaret & inuerteret. Redit ad euangelij lectionem, inuenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat, Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Hinc collecta est series ueritatis, titulo crux patuit salutaris. Hoc est, quod petentibus Iudæis Pilatus respondit, Quod scripsi scripsi, id est, non ea scripsi quę uobis placerent, sed quæ ætas futura cognosceret, non uobis scripsi sed posteritati, propemodum dicens: Habeat Helena quæ legat, unde crucem domini recognoscat.

Inuenit ergo titulum, regem adorauit, non lignum utiq;, quia hic gentilis est error & uanitas impiorum. Sed adorauit illum qui pependit in ligno scriptus in titulo. Illum qui sicut Scarabæus clamauit ut persecutoribus suis peccata donaret. Auida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare sacramentum salutis. Læto corde & trepidanti uestigio quid faceret nesciebat. Pertendit tamen ad cubile, ueritatis lignum resulsit, & gratia micuit, ut quia iam fœminam uisitauerat Christus in Maria Spiritus in Helena uisitaret? docuit etiam quod mulier ignorabat, & deduxit in uiam, quam mortalis scire non poterat.

Quęsiuit clauos quibus crucifixus est dominus, & inuenit. De uno clauo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit, unum ad decorem, alterum ad deuotionem uertit. Visitata est Maria ut Euam liberaret, uisitata est Helena, ut Imperatores redimerentur. Misit itaq; filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, quas preciosior ferro innexas, crucis redemptionis diuinæ gemma connecteret. Misit & frenum, utroque usus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteros reges. Principium itaq; credentium Imperatorum, sanctum est quod super frenum, ex illo fides, ut persecutio cessaret, deuotio succederet.

Sapienter Helena egit, quę crucem in capite regum leuauit & locauit, ut crux Christi in regibus adoretur. Non insolentia ista, sed pietas est, cū defertur sacræ redemptioni. Bonus itaq; clauus Romani Imperatoris,

5

Hoc etiam modo fideles recte genuflectūt & procumbunt ante imagines Crucifixi, beatissimæ Virginis & sanctorum, ad rogandum Christū & sanctos quos representant, non adorantes lignum & lapides, ut calumniantur hæretici.

qui totum regit orbem,ac uestit principum frontem, ut sint prædicatores,qui persecutores esse consueuerunt.Recte in capite clauus,ut ubi sensus est,ibi præsidium. In uertice corona,in manibus habena. Corona de cruce,ut fides luceat,habena quoq; de cruce,ut potestas regat,sitq; iusta moderatio,non iniusta præceptio. Habeant hoc etiam principes Christi sibi liberalitate concessum,ut ad imitationem domini dicatur de Imperatore Romano,Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Ex illo gratulatur ecclesia, erubescit Iudæus: non solum erubescit, sed etiam torquetur, quod ipse sibi autor confusionis est. Dum insultat Christo,confessus est eum regem, dum regem Iudæorum appellauit, sacrilegium suum qui non credidit confitetur. Ecce inquiunt: Et crucifiximus Iesum,ut Christiani & post mortem resurgant, & mortui regnent. Nos crucifiximus quem reges adorant, quem non adoramus, ipsi adorant. Ecce & clauus in honore est, & quem ad mortem impressimus, remedium salutis est,atq; inuisibili quadam potestate dæmones torquet. Putabamus nos uicisse, sed uictos fatemur. Iterum Christus resurrexit, & resurrexisse eum principes agnouerunt. Iterum uiuit qui non uidetur. Nunc maior nobis contentio, nunc pugna nobis uehementior aduersus eum cui regna famulantur, cui seruit potestas illum contempsimus, quomodo regibus resistemus? Ferro pedum eius reges inclinantur. Reges adorant,& Fotiniani diuinitatē eius negant? Clauū crucis eius diademati suo præferunt Imperatores,& Arriani potestati eius imminuunt.

Sed quæro quare sanctum super frenum,nisi ut Imperatorum insolentiam refrenaret, comprimeret licentiam tyrannorum, qui quasi equi in libidines adhinnerent, quod liceret illis adulteria impune committere? Quæ Neronum, quæ caligularum cæterorumq; probra comperimus, quibus nō fuit sanctum super frenum? Quid ergo aliud egit Helenæ operatio, ut frena dirigeret,nisi ut omnibus Imperatoribus Sancto Spiritu dicere uideretur: Nolite fieri sicut equus & mulus? Sed in freno & chamo maxillas eorum constringeret,qui se non agnoscerent reges,ut regerent sibi subditos? Prona enim potestas in uitium ferebatur, & more pecudū uaga sese libidine polluebant. Ignorabāt deum, restrinxit eos crux domini,& reuocauit a lapsu impietatis. Leuauit oculos eorum,ut Christum in cœlo quærerent. Exuerunt se chamo perfidiæ, susceperunt frena deuotionis ut fidei, secuti dicentem, Tollite iugum meum super uos,Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue est. Inde reliqui principes Christiani,præter unum Iulianum, qui salutis suæ autorem reliquit,dum philosophiæ se dedidit errori,inde Gratianus & Theodosius. Non ergo mentita est prophetia dicens: Ambulabunt reges in lumine tuo, ambulabunt plane, ac maxime Gratianus & Theodosius præ cæteris principes,non iam armis militum, sed meritis suis tecti,non purpureum habitum, sed amictum induti gloriæ.

Habetur libro. 10. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 9.

VITA FRVMENTII EPISCOPI ET ÆDESII PRESBYTERI, QVOMODOQVE INDORVM REGIO *christianā fidem susceperit, per Ruffinū p̄sbyterū Aquileiensem scripta.*

IN ea diuisione orbis terræ quæ ad prædicandum uerbum dei sorte per Apostolos celebrata est, cum aliæ aliis prouinciæ obuenissent,

Thomæ

Thomæ Pathia, & Matthæo Æthiopia, eiq; adhęrens citerior India Bartholomæo dicitur sorte decreta, Inter quam Parthiamq; media, sed longo interior tractu India ulterior iacet, multis uariisq; linguis & gentibus habitata, quam uelut longe remotam, nullus Apostolicæ prædicationis uomer impresserat, quæ tamen tęporibus Constantini tali quadam ex causa semina fidei prima suscepit.

Metrodorus quidam philosophus, inspiciendorum locorum, & orbis perscrutandi gratia, ulteriorem dicitur Indiam penetrasse. Cuius exemplo etiam inuitatus Meropius quidã Tyrius philosophus, simili ex causa adire Indiam uoluit, habens secum duos puerulos, quos liberalibus literis utpote propinquos instituebat. Quorũ unus qui erat iunior Ædesius, alter Frumentius uocabatur. Igitur peruisis & in notitiam captis his quibus animus pascebatur, cum philosophus redire cœpisset, aquæ uel cęterorum necessariorum causa ad portum quendam nauis qua uehebatur, applicuit. Moris est inibi Barbarorum, ut si quando fœdus sibi cũ Romanis turbatum uicinę nunciauerint gentes, omnes qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint, iugulentur. Inuaditur nauis philosophi: cuncti cum ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arbore meditantes, & lectiones suas parantes, Barbarorum miseratione seruati, ducuntur ad regem. Horum ille alterum, id est, Ædesium sibi pincernam fecit. Frumentio uero, quem quasi perspicacem deprehenderat & prudentem, rationes suas scriniaq; commisit. Ex quo & in honore magno apud regem habiti, & in amore.

At uero moriens rex, uxorem cum paruulo filio regni dereliquit hæredem: adolescentibus autem quid uellent, agendi dedit liberam facultatem. Quos tamen regina suppliciter exorat, tanq; quæ nihil haberet in toto regno fidelius, ut secum usquequo adolesceret filius, regendi regni sollecitudinem partirentur: & pręcipue Frumentium, cuius prudentia ad moderandum sufficeret regnum. Nam alius fidem puram, & sobriam mentem simpliciter exhibebat. Idq; dum agerent, & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus, deo mentem eius & animos instigante, requirere sollicitius cœpit, si qui inter negociatores Romanos Christiani essent, & ipsis potestatem maximam dare, ac monere ut conuenticula per loca singula facerent, ad quæ Romano ritu orationis causa confluerent. Sed & ipse multo magis eadem facere, & ita cęteros cohortari, fauore & beneficijs inuitare, pręstare quicquid oportunum fuisset, loca ædificijs, aliaq; necessaria prębere, & omnimodo gestire, ut Christianorum inibi semen exurgeret. Sed cũ regius puer adoleuisset, cui procurationem regni gerebant, expletis omnibus & ex fide traditis, multũ licet detinentibus & rogantibus ut manerent regina uel filio, ad orbem tamen nostrum reuertuntur. Et Ædesio festinante Tyrum, parentes propinquosq; reuisere, Frumentius Alexandriam pergit, dicens, æquum non esse, opus occultare Dominicum.

Igitur rem omnem ut gesta est exponit episcopo, ac monet ut prouideat uirum aliquem dignum, quem congregatis iam plurimis Christianis, & ecclesiis constructis in barbarico solo, episcopum mittat. Tum uero Athanasius (nam is nuper sacerdotium fuscęperat) attentius & propensius Frumentij dicta gestaq; considerans, in concilio Sacerdotum ait: Et

1 quem alium inueniemus uirum talem, in quo sit spiritus dei in ipso sicut in te, qui hæc ita possit implere. Et tradito ei sacerdotio, redire eum cum domini gratia unde uenerat iubet. Quicq; cum episcopus perrexisset ad Indiam, tanta ei data esse a deo uirtutum gratia dicitur, ut signa per eum apostolica fierent, et infinitus numerus Barbaroꝝ conuerteretur ad fidē. Ex quo in Indię partibus & populi Christianorum, & ecclesię factę sunt, & sacerdotium cœpit. Quę nos ita gesta, & non opinione uulgi, sed ipso Ædesio Tyri presbytero postmodum facto, qui Frumentiꝰ comes prius fuerat, referente cognouimus.

Videant qui Ecclesiarum ædificationi tantopere aduersantur, quod post primam fidei plantationē, Templorū constructiones locū habuerunt apud pristinos patres.

VITA MVLIERIS CAPTIVÆ PER QVAM IBERORVM GENS CHRISTI FIDEM SVSCEPIT, *per Ruffinum presbyterum Aquileiensem scripta.*

Habetur lib. 10. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 10.

TEmpore Constantini etiam Iberorum gens, quæ sub axe Pontico iacet, uerbi dei fœdera, & fidem futuri susceperat regni. Sed huius tanti boni præstitit causam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta, cum fidelem & sobriam satis ac pudicam duceret uitam, totisq; diebus ac noctibus obsecrationes deo peruigiles exhiberet, in admiratione esse ipsa rei nouitas Barbaris cœpit, & quid hoc sibi uelit, curiosius perquirebant. Illa ut res erat, simpliciter Christū se deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Barbari præter nouitatem nominis mirabantur. Verum (ut fieri solet) ipsa perseuerantia curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur.

Moris apud eos esse dicitur, ut si paruulus ægrotet, circunferatur à matre per singulas domus, quo scilicet si quis experti aliquid remediꝰ nouerit, conferat laboranti. Cumq; mulier quędā paruulum suum per omnes circumtulisset ex more, nec aliquid remediꝰ cunctas domos lustrando cępisset, uenit etiam ad captiuam, ut si quid sciret, ostenderet. Illa se humani quidem remediꝰ nihil scire testatur, deū tamen suum Christum quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutē confirmat. Cumq; cilicio suo paruulum superposuisset, atq; ipsa desuper orationem fudisset ad dominum, sanum matri reddidit infantem.

1 *Vides Ciliciorū usum apud antiquos Christianos.*

Sermo defertur ad plures, factiq; fama magnifici usq; ad aures reginę perlabitur. Quæ dolore quodam grauissimo corporis afflicta, in desperatione maxima erat. Rogat ad se captiuam deduci. Illa ire abnuit, ne præsumere amplius aliquid cū sexus fineret, uideretur. Ipsam se regina deferri ad captiuæ cellulam iubet. Quam similiter supra cilicium suum positam, inuocato Christi nomine, continuo post precem, sanam & alacrem fecit exurgere: Christumq; esse deum dei summi filium, qui salutem hāc contulerit, docet, eumq; quem sibi autorem suæ sciret esse incolumitatis & uitæ, commonet inuocandum. Ipsum nanq; esse, qui & regibus regna distribuat, & mortalibus uitam. At illa cum lętitia domum regressa, marito percontanti causam tam subitæ sanitatis aperuit: quiq; cum pro salute coniugis lætus, mulieri munera deferri iuberet, illa: Horum, inquit, o rex nihil captiua dignatur: aurum despicit, argentum respuit, ieiunio

2 *Ieiunio quasi cibo pascitur. Ergo laudabilis res ieiunium, & non superstitio.*

quasi cibo pascitur: hoc solum ei muneris dabimus, si eum, qui me illa inuocante sanauit, Christum deum colamus.

Ad hoc tunc rex segnior fuit, & interim distulit, sæpius licet ab uxore cõmonitus, donec accidit quadam die uenante eo in syluis cum comitibus suis, obscurari densissimis tenebris diem, & per terrę noctis horrorem luce subducta, cæcis iter gressibus denegari. Alius alio diuersi ex comitibus oberrant: ipse solus densissima obscuritate circundatus, quid ageret, quo se uerteret nesciebat: cum repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis ascendit: Si uere Deus est Christus ille, quem uxori suę captiua prędixerat, nunc se de his tenebris liberet, ut ipsum ex hoc omissis omnibus coleret. Illico ut hæc nundum uerbo, sed sola mente deuouerat, redita mundo dies, regem ad urbem perducit incolumem. Quicq; reginę rem protinus ut gesta est pandit. Euocari iam iamq; captiuam, & colendi ritum ut sibi tradat, exposcit: neq; se ultra alium deum quam Christum ueneraturum esse confirmat. Adest captiua, edocet Deum Christum: supplicandi ritum uenerandiq; modum, in quantum de his aperire fœminę phas erat, pandit. Fabricari tamen ecclesiam monet, formamq; describit.

Igitur rex totius gentis populo conuocato, rem ab initio, quę erga se ac reginam gesta fuerat, exponit, fidemq; edocet, & nondum initiatus in sacris, fit suę gentis apostolus. Credunt uiri per regem, fœminę per reginam: cunctisq; idem uolentibus ecclesia extruitur instanter: & eleuato iam perniciter murorum ambitu, tempus erat quo columnę collocari deberent. Cumq; erecta prima uel secunda, uentum fuisset ad tertiam, cõsumptis omnibus machinis, & boum hominumq; uiribus, cũ media iam in obliquũ fuisset erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis secundo & tertio, ac sępius uiribus, ne loco quidem moueri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi, regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cum interuentu noctis omnes abscessissent, cunctiq; mortales & ipsa opera cessarent, captiua sola in oratione pernoctans mansit intrinsecus: cum ecce matutinus & anxius cum suis omnibus ingrediens rex, uidet columnam, quam tot machinę ac tot populi mouere nequiuerant, erectam, & supra basim suã librate suspensam, nec tamen superpositam, sed quantũ unius pedis spacio in aere pendentem. Tunc uero omnes populi contuentes & magnificantes deum, ueram esse regis fidem, & captiuę religionem prędicantis miraculi testimonio perhibebant. Et ecce mirantibus adhuc & stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam, nullo contingente, columna deposita, summa cũ libratione consedit. Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, ut omnes quæ super fuerant, ipsa die locarentur.

Postea uero quam ecclesia magnifice constructa est, & populi fidem Dei maiore ardore sitiebant, captiuę monitis ad Imperatorem Constantinum totius gentis legatio mittitur: res gesta exponitur: sacerdotes mittere oratur, qui cœptum erga se dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore transmissis, multo amplius ex hoc lętatus est, quam si incognitas Romano imperio gentes & regna ignota uinxisset.

Hæc nobis ita gesta, fidelissimus uir Bacurius, gẽtis ipsius rex, & apud

5 *Vt confunderet dominus & obstrueret ora eorum qui diclturi erant, crimen eos magnũ incurrere qui tantũ opũ insumunt templis extruendis, ornandis ac locupletandis, uoluit in huius Ecclesiæ ædificatione tantum ostendere miraculum.*

4 *In oratione sola pernoctans.* Habes hic Vigilias & Orationes, quæ duo sanctis patribus fuerunt familiarissima.

uos domesticorum Comes (cui summa erat cura & religionis & ueritatis) exposuit, cum nobiscum Palæstini tunc limitis Dux, in Hierosolymis satis unanimiter degeret.

SANCTI ATHANASII EPISCOPI IN VITAM SANCTI ANTONII MONACHI PRAEFATIO.

ATHanasius Episcopus ad peregrinos fratres. Optimum, Fratres, inñstis certamen, aut æquari Ægypti monachis, aut superare nitentes uirtutis instantia. Etenim apud uos iam plurima sunt monasteria, monachorum quoq; nomen est celebre, & hanc uoluntatem iuste quisq; mirabitur, orantibusq; uobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis a me ut nobis scriberem de conuersatione beati Antonñ uolentibus discere quemadmodum cęperit, quid'ue fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminũ uitæ, & si uera sunt ea, quæ de ipso fama disperſit, ut ad eius æmulationem, atq; exemplum uos instituere possitis, magna cum lætitia suscepi uestræ charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est, atq; utilitas hoc ipsum quod recordor Antonñ, & uos cum admiratione audientes scio eius propositum cu pere sectari perfecta est siquidem ad uirtutem uia Antonium scire quid fuerit. Ergo, ut breuiter dicam, ex omnibus, quæ de eo referentium sermo iactauit, credite, & minima uos existimate audisse de maximis, quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere, cũ & ego rogatus a uobis, quantacunq; per Epistolam significauero, non æqualia sim eius meritis narraturus. Sed & uos omnes hinc nauigantes studiose percontamini, quo singulis quæ norunt referentibus, congrua dignaq; tanti nominis relatio complentur. Disponebam itaq; post lectionem litterarum uestrarũ aliquos ad me monachos inuitare, & maxime eos, qui crebro ad eum ire consueuerant, ut plenius aliquid addiscens, munera uobis maiora transmitterem. Sed quoniam & nauigationis tempora labebantur, & litterarum portitor uehementissime festinabat, ideo ea, quæ & ipse noueră (frequenter enim eum uisitaui) & quæ ab eo didici, qui ad prębendã ei aquã non paululum temporis cum eo feci, dilectioni uestræ indicare properaui, utrobiq; curam ueritatis habens, ut neq; plus aliquis audiens miraculorum congestionem nõ credat, nec rursum meritis eius inferiora cognoscens, non putet dignum esse miraculo pro tanto nominis uiro.

1 *Perfecta est ad uirtutem uia scire Antoniũ quid fuerit.*

VITA SANCTI ANTONII ABBATIS AB ATHANASIO EPISCOPO ALEXANDRINO CONSCRIPTA.

2 *Heus tu qui dicis desertionẽ facultatũ nõ habere mandatũ dei nec consilium. Et paupertatem Euangelicam non esse desertionem rerum, sed non esse auarum, non con*

ANtonius nobilibus religiosisq; parẽtibus natus, in Ægypto oriundus fuit, tanta suorum nutritus cura, ut nihil aliud præter parentes, domumq; cognosceret. Et cum iam puer esset, non se litteris eruditi, non ineptis infantium iungi passus est fabulis sed Dei desiderio flagrãs, secundum quod scriptum est, innocenter habitabat domi. Ad Ecclesiam quoq; cum parentibus sæpe conueniens, nec infantum lasciuias, nec puerorum negligentiam sectabatur; sed tantum ea, quæ legebantur

gebantur auscultans, utilitatem præceptorum uitæ institutione seruabat: non suis, ut solet illa ætas, pro uarijs & delicatis cibis unquam tædio fuit; non escæ mollioris blandimenta sectatus est, his solum, quæ dabantur, contentus, nihil amplius requisiuit. Post mortem autem parentum annorum circiter decem & octo, seu uiginti, cũ sorore admodum paruula derelictus, & domus, & sororis honestam curã gerebat. Necdum uero sex fluxerant menses, quibus ad Ecclesiam (ut solebat) accurrens, recordabatur quomodo & Apostoli omnibus spretis secuti fuissent Saluatorẽ, & multi, ut legitur in actis Apostolorum, facultatibus suis uenditis, precia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda; quæ'ue, aut quanta spes ijsdem reposita esset in cœlis. Talia secum uoluens intrauit Ecclesiã, & accidit ut tunc legeretur Euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia tua, quæcunq; habes, & da pauperibus, & ueni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Quo audito, quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepissset, & ueluti propter se hæc esset scriptura recitata, ad se dominicum traxit imperium; statimq; regressus possessiones, quas habebat, uendidit. Erant autem ei trecentæ palmæ uberes, & ualde optimę, quas uicinis largitus est, ne in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gigneretur. Cætera uero, quæ in mobilibus possidebat, uniuersa uendidit, & aggregato non exiguo precio, indigentibus dedit, paucis tamen ob sororem reseruatis, quę & sexu, & ætate uidebatur infirmior. Rursus autem Ecclesiam ingressus, cum audisset Dominum in Euangelio dicentem, Nolite cogitare de crastino, reliquam quoq; portionem pauperibus destribuit, neq; se uersari passus est domi; sed sorore fidelibus ac notis uirginibus cõmendata, ut earum nutriretur exemplo, ipse iam omnibus seculi uinculis liber, asperum atq; arduũ arripuit institutum. Necdum autem tam crebra erant in Ægypto monasteria, neq; omnino quisquam auiam solitudinem nouerat, sed quicunq; in Christi seruitute sibimetipsi prodesse cupiebat, non longe a sua uillula separatus instituebatur. Erat igitur in agello uicino senex quidam uitam solitariam a prima sectatus ætate: hunc Antonius cum uidisset, æmulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiens etiam ipse in locis paululum a uilla remotioribus manebat; exinde autem siquem in hoc studio uigilantem compererat, procedens quærebat ut apis prudentissima, nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi eius, quem cupiebat, frueretur aspectibus; & sic, tanquã munere mellis accepto, abibat ad sua. Tali ibidem institutus exordio, cum per dies singulos ita animum roboraret, ut nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & solicitudinem erga id, quod cęperat, exerceret, operabatur manibus suis, sciens scriptum esse, Qui non operatur, non manducet; mercedẽ sanè operis sui, precio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, quippe qui didicerat quod oporteret sine intermissione dominũ orare. Auditioni etiam scripturarum ita studium cõmodabat, ut nihil ex eius animo laberetur: sed uniuersa domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet. Sic suam uitam instituens, ab uniuersis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus, ad quos studio discendi pergebat, obediens proprias singulorum gratias hauriebatur. Huius cõmentiam, iucunditatem illius sectabatur, istius lenitatem, illius uigilantiam, alterius

fidere opibus. Vide quid sit dicere, si uis perfectus esse, uade, uende omnia tua, & da pauperibus &c. quod hic Athanasius Dominicum appellat imperium. Et quomodo hãc paupertatem Euangelicam intellexerint Apostoli & uiri apostolici, nec non deo plenus Antonius, an secundum tua somnia, uel iuxta communem totius Ecclesiæ sensum. Discemiser, & corrigere aliquando. Quod autẽ hæc desertio habeat mãdatum Maximũ. Vide isychium ca. 23. Leuitic. Mandatum autem uel imperium sanè intellige; uel suppositio statu professionis, ad quem aliquis aspiret. Vel mãdatum accipe pro cõsilio, & frequens est apud Patres. Vel forte (quod magis ad rẽ uidetur) inspirato a Deo ad eã uitã pro sitendã est mandatũ. Vnde beatus Greg. lib. 2. Regest. Epis. C. ad Mauritium Imp. scribens asserit, aliquos sine Monasticæ uitæ professione saluos fieri nõ posse.

3 *Antonius frequenter orabat.*

4 legendi æmulabatur industriam, istum ieiunantem, illum humi quiescentem mirabatur, alterius patientiam, alterius mãsuetudinem prædicabat: omnium quoq; uicariam erga se retinens charitatem, atq; uniuersis uirtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam regrediebatur. Ibi secum uniuersa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere. Necq; uero ad uersum coæuos aliquando mouebatur, sed ea tantũmodo flamma egregio uiro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in prędictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, ut cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esset. Nam & uicini & monachi, ad quos sępe ueniebat, Antonium uidentes, deicolam nuncupabant, indultisq; naturæ uocabulis, quidam ut filium, alij ut patrem diligebant.

Vide quod etiam ante Antonium monachi ieiunabant, & humi quiescebant.

Dum hæc gereret Antonius, quibus omnium in se prouocaret affectũ, inimicus nominis Christiani diabolus impatienter ferens tantas in adolescente uirtutes, ueteranis eam aggressus est fraudibus. Et primo quidem tentans si quomodo posset ab abrepto eum instituto detrahere, immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, generis nobilitatẽ, amorem rerum, fluxam seculi gloriam, escæ uariam delectationem, & reliqua uitæ remissioris blandimenta, postremo uirtutis arduum finem, & maximum perueniendi laborem, necnon & corporis fragilitatem suggerebat, & ætatis spacia prolixa, prorsus maximam ei cogitationum caligi nem suscitabat, uolens eum a recto proposito reuocare. Postquã autem diabolus orationibus eius ad deum per passionis fidem se intellexit elidi, consueta aduersum omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. Et primum noctibus infesta multitudine, & horribili metu sonitus eum exagitare conabatur. Per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat, ut nullus ambigeret quin Antonius contra diabolum dimicaret; nã & ille cogitationes sordidas conabatur inserere, & hic eas oratu summouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore; hic fide, uigilijs, & ieiunijs corpus omne uallabat Ille per noctes in pulchræ mulieris uertebatur ornatum, nulla omittens figmenta lasciuiæ, hic ultrices gehennæ flammas, & dolorem uermium recordans, ingestę sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat; hic æterna futuri iudicij tormenta considerans, illæsam animę puritatem per tentamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant. Qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescenti, ut miserrimus, deludebatur; & qui contra carnem & sanguinem sæuiebat, ab homine, qui carnem portabat, elisus est. Adiuuabat enim seruum suum dominus, qui nostri gratia carnem susciens, uictoriam corpori contra diabolum largitus est, ut singulis ita certantibus apostolicum liceret proferre sermonem, Non autem ego, sed gratia Dei, quę mecum est. Postremo cum nec hoc argumento destruere posset Antonium draco deterrimus, & uideret se semper ab eius cogitatibus repelli secundum quod scriptum est, stridens dentibus, & ululans, qualis est merito, talis apparebat & uultu, puer horridus, atq; niger, ad eius se genua prouoluens, humana uoce flebat dicens, Multos seduxi, plurimos decepi, nunc autẽ ut à cæteris sanctis, ita & tuo sum labore superatus. Quẽ cum interrogaret Antonius quisnam esset, qui talia loqueretur, ait, Ego sum fornicationis amicus, ego multimoda aduersum omnes adolescen-

5 *Vigilijs & ieiunijs corpus oẽ uallabat.*

tes turpitudinis arma suscepi, hinc & spiritus fornicationis uocor. Quantos pudice uiuere disponentes fefelli, quot tenuiter incipientes ad sordes pristinas redire persuasi. Ego sum, propter quem Propheta lapsos increpat dicens, spiritu fornicationis seducti estis: & reuera per me illi fuerant supplantati. Ego sum qui te ipsum sæpe tentaui, & semper repulsus sum. Cum hoc Christi miles audisset, gratias agens Deo, & largiore aduersus inimicum cõfortatus audacia, ait, Multum ergo despicabilis, multumq; contemptibilis es, nam & obscuritas tua, & ætas infirmarum signa sunt rerum, Nulla mihi iam de te cura est, Dominus mihi adiutor est, & ego exultabo super inimicos meos. Et statim ad uocem cantantis phãtasma, quod uidebatur, euanuit. Hæc autem Antonij contra diabolum fuit prima uictoria, imo uirtus in Antonio Saluatoris, qui peccatum in carne cõdemnauit, ut iustificatio legis in nobis compleretur, quia non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Sed neq; Antonio securitatem dedit hic unus triumphus, nec diabolo semel fractæ defecere uires. Nam & iste, ut leo rugiens, quærebat aditum, per quem posset irrumpere; & ille scripturarum doctus eloquio, non ignorabat multas esse dæmonum captiones. Propter quod solerti proposito labore seruabat, considerans quia posset Satanas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersus se artium machinas acrius cõmouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suũ, ne uictor aliorum in alijs uinceretur. Disponens igitur duriori se uitæ lege constringere, cum omnes insatigabilem adolescentis mirarentur instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, & uoluntariæ seruitutis longum in Dei opere studium consuetudine in naturã uertebat. Inediæ autem & uigiliarum intantum patiens erat, ut credulitatem uiribus uinceret. Pernoctabat in oratione sæpissime, edebat semel in die post solis occasum, nonnunquã biduo, triduoq; sic permanens, quarta demum die reficiebatur. Sumebat uero panem & sal, potumq; aquæ perparuum. De carnibus uero, & uino tacere melius puto, q̃ quicquam dicere, quoniam nec apud plurimos quidem monachorũ istiusmodi escæ in usu haberentur. Quieti autem membra concedens, iunco cõtexto atq; cilicio utebatur: nonnunquã etiam super nudam humum iacebat unguenta penitus repudians. Dicebat enim minime posse utentium, & præcipue iuuenum, corpora roborari, si olei essent lenitate mollita: oportere uero asperos carni labores imperare, secundum Apostoli præceptum dicẽtis, Quãdo infirmior, tunc fortior sum & potens. Asserebatq; sensum sic animi posse reuiuiscere, si corporis fuisset impetus fatigatus. Vnde nec temporum longitudine laborũ merita pensabat, sed amore, & famulatu spontaneo semper tanquã in principijs cõstitutus, ad profectum diuini metus desiderium concitabat, nouisq; cupiens augeri præterita; supramemorati doctoris sermonum recordabatur, qui ait, Præterita obliuiscens, & in futurum conualescens. Meminerat quoq; Heliæ prophetę dicentis, Viuit dominus, cui asto hodie ante ipsum, & differebat cur hodie esset appositũ, quia non computabat Helias præteritum tempus; sed tanquã quotidie in certamine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignũ Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire uoluntati eius.

Igitur sanctus Antonius secum reputans oportere Dei famulum exinstituto magni Heliæ exemplum capere, & ad illud speculum uitã suam

6

Inediæ, uigiliæ & orationes Antonij.

Vide hic miram abstinentiam Antonij, & caborum delectũ, nec solũ eius, sed aliorum quoq; monachorum, quæ nostri hæretici dicunt esse superstitiosa. Ergo superstitiosus fuit Antonius? Et nõ illi potius mendaces, & gulæ ac uẽtris serui.

debere componere, ad sepulchra non longe a uilla constituta secessit, uni de cognitis mandans, ut statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in una mermoria supradictus frater eum clausisset, solus ibidē morabatur. Metuens ergo diabolus, ne accessu temporis eremum quoq; habitari faceret, ita eū aggregatis satellitibus suis uaria ęgde lacerauit, ut doloris magnitudo, & motum auferret, & uocem. Nam & ipse postea referebat uulnera fuisse tam grauia, ut uniuersa hominum tormenta superarent: sed Dei prouidentia, quę nunq; in se sperantibus deest, cōseruauit eum. Alio die is, quē supradiximus, frater aduenit, cibos deferens assuetos, atq; eū iacentem in terra semimortuum, fractis foribus, inuenit. Quem impositū humeris ad uillulæ domicilium reportauit. Quo audito ingens uicinorum, atq; affinium multitudo concurrens tristi in medio positi funeri debitum reddebat officium. Et iam media noctis parte transgressa, & grauis peruigiles omnium oculos uicerat sopor; Antonius, anima paululum redeūte, suspirans eleuauit caput, cæteris uero alta quiete prostratis, eū, a quo delatus fuerat uigilare conspexit, eumq; nutu aduocans obsecrauit, ut nullo penitus excitato, ad pristinam se referret habitaculum. Relatus ergo iuxta cōsuetudinem solus iterum permanebat, & stare quidem propter recentes plagas non poterat; orans uero prostratus, post oratio nem clara uoce dicebat, Ecce ego hic sum Antonius, non fugio uestra certamina, etiam si maiora faciatis, nullus me separabit a charitate Christi. Psallebatq; dicens, si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hostis diabolus admiratus quod post tot uerbera fuisset ausus reuerti, congregatis canibus suis, & proprio furore se lanians, Videtis, ait, quod nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, insuper audacter lacessit nos. Omnia arma corripite, acrius nobis impugnandus est. Sentiat, sentiat; debet scire quos pronocet. Dixit; & in adhortantis uocem audientium turba consentit, quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita ut loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria dęmonum exinde turba se effunderet: nam & bestiarum, & serpentium formas induentes, omnem protinus locum repleuere phantasijs leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon & pardorum, atq; ursorum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam. Rugiebat leo occidere uolens, taurus mugitu, & cornibus minabatur; serpens sibilo personabat; luporum impetus inhiabat; pardus discolor a tergo authoris sui calliditates uarias indicabat. Truces omnium uultus, & uocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus, atq; confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed imperterritus durabat mente peruigili. Et licet gemitum uulnera carnis exprimerent, sensu tamē idē permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur. Si uirium aliquid haberetis, sufficeret unus ad prælium, sed quoniam domino uos eneruante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit q irrationabiliū induitis formas bestiarū Rursumq; cōfidens aiebat, si quid ualetis, si uobis in me potestatem dominus dedit, ecce prælio sum deuorate concessum. Si uero non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim crucis, & fides ad dominum inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra sanctum Antonium minantes fremebant denti-

7

Signum Crucis et fides ad dominum, murus inexpugnabilis.

bus suis, quod nullus eorum tentamēta sequeretur effectus, sed maxime è contrario gigneretur illusio. Non oblitus Iesus colluctationis serui sui, eidem protector factus est. Denicq; cū eleuaret oculos, uidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris aduentum, nec dæmonum aliquis aparuit, & corporis dolor extemplo deletus est. Ædificium quoq; quod pauloante dissolutum fuerat, instauratum est. Illico præsentiam domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria ad uisionem, quæ ei apparuerat, loquebatur dicens. Vbi eras, bone Iesu? ubi eras; Quare non a principio affuisti, ut sanares uulnera mea? Et uox ad eum facta est dicens, Antoni, hic eram, sed expectabam uidere certamen tuum. Nunc autē quia dimicando uiriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgens intantum roboratus orabat, ut intelligeret se plus recepisse tunc uirium, cq; ante perdiderat. Erat autem tunc Antonius annos natus trigintaquinq;. Exinde cum uoluntati promptæ merita religiosa succrescerent, uadens ad supradictum senem precabatur ut in deserto pariter abirent. Causante illo senile æuum & rei nouitatem, solus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignotæ uitæ, rupto metu, uiam conatus est pendere. Sed nec tunc cessauit infatigabilis aduersarius; nam impedire eius propositum uolens, argenteum discum in itinere proiecit, quo uiso Antonius callidi artificis agnouit astutiam, stansq; intrepidus, & discum toruis intuens oculis, doli authorē in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans. Vnde hic in deserto discus? auium hoc iter est, nulla sunt uestigia cōmeantiū, lapsus de sarcina, præ magnitudine latere non potuit, sed & qui perdiderat reuersus, ob solitudinem locorum inuenisset profecto, quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum est, non impedies uoluntatem meam, argentum tuum tecum sit in perditionem. Hæc illo dicente discus, ut fumus a facie eius euanuit. Dehinc non ut ante in phantasmate, sed ingentem auri massam in itinere conspexit. Verum hanc utrum diabolus simulauerit, an ad Antonium cō probandum, quia nec ueris opibus inescaretur, uirtus cœlestis ostenderit, ignoratur: hoc tamen agnouimus, quia quod uisum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido cursu, quasi quoddam uitaret incendium, ad montē usq; perrexit, ibiq; flumine transuadato, inuenit castellum desertum plenum ob tempus, & solitudinem uenenatorum animalium, in quo se constituens nouus hospes habitauit. Statim ad eius aduentum ingens turba serpentium quasi persecutorem passa, profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, ut Thebæis mos est, secum recondens, nam crebro per annum incorrupti durare solent, necnon & exiguū habens aquæ, solitarius perdurabat, nusq; inde procedens, nunq; aliquem suscipiens, in tantum ut cum bis in anno per tectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium. Multis igitur uidendi eum desiderio, & studio requirendi ante hostium eius pernoctantibus, audiebantur ut uulgi uoces aduersum Antonium, tumultusq; dicentium, Quid te nostris ingeris habitaculis? quid tibi & deserto? Abscede a finibus alienis, non potes hic habitare, non nostras insidias sustinere. Et primo quidem, qui foris erant, existimabant aliquos homines scalis positis introisse, ibiq; cōtendere. Postq;

autem per cauernam introspicientes nullum uiderunt: dæmones intellexerunt contra eum contendere,& nimio metu perterriti, Antonij auxiliū flagitabant. At ille hostio propinquans,ad consolandos fratres,ne timerent,atq; ut inde recederent precabatur: trepidantibusq; asserebat a dæmonibus incuti metum,signate nos inquiens, & abite securi, ipsosq; semetipsos finite deludere. Itaq; illis reuertentibus hic remanebat illæsus, nec unq; in certamine lassabatur. Accedentium autem augmentum profectuū, uel debilitas repugnantium,maximum eius contentioni leuamen addiderant,tum eius animo constantiam suggerebant. Rursusq; ad eremum uenientibus turbis, quidam mortuū eum se existimauerant reperturos,ille psallebat intrinsecus,Exurgat Deus,& dissipentur inimici eius, & fugiant,qui oderunt eum,a facie eius:sicut deficit fumus deficiant, ut liquescit cera a facie ignis, ita pereant peccatores a facie Dei. Et iterum, omnes gentes circundederunt me, & in nomine domini uindicaui in eis.

Sic Antonius annis uiginti solitarie transactis, atq; ab hominum segregatus conspectibus perdurauit. Cum ergo multorū,& propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, necnon & patientiam infinita se caterua conglomeraret,tandem pene iam per uim foribus euulsis,quasi ex aliquo cęlesti aditu consecratus apparuit. Obstupuerunt uniuersi,& oris grām,& corporis dignitatē, ꝙ nec per inquietē intumuerat,nec ieiunijs,dęmonūq; certamine faciē eius pallor obsederat; sed econtrario quasi nihil tēporis egisset, antiquus membrorū decor per seuerauit. Porro quanta miracula,quæ in illo animi puritas fuit? Nunq; hilaritate nimia resolutus in risum est;nunq; recordatione peccati tristitia ora contraxit non magnis stupentium se elatus est laudibus. Nihil in illo indecens solitudo; nihil asperū quotidiana cum hostibus bella contulerant,sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab imundis spiritibus, & infirmitatibus uarijs Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius sale conditus consolabatur mœstos,docebat insscios,concordabat iratos, omnibus suadens nihil amori Christi anteponendum. Preponebatq; ante oculos bonorum magnitudinem futurorum,& Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quod proprio filio suo non pepercerit Deus,sed pro nostra omnium salute eum tradiderit. Nec mora, plura audientium corda ad humanarum rerum contemptū hæc eius suasit oratio, & habitandæ eremi istud eius exordium fuit. Quid sane & Arsenoitarum oppido gestum sit nō transibo silentio. Nam cum fratres uellet inuisere,& riuulum fluminis Nili,qui crocodilis, & multis eiusdem fluminis bestijs plenus erat,transuadare esset necesse, tam cum comitibus suis transiuit illesus,q; inde redibat incolumis. Rursusq; in pristinis laboribus perseuerās,multos magisterio suo fratres confirmauit, ita ut breui tempore plurima fierent monasteria: nouos, antiquosq; monachos pro ætate, uel tempore, paterno moderabatur affectu. Quadam autem die cum sanctus Antonius congregatis fratribus rogaretur ut eis institutoria largiretur præcepta, cum prophetica fiducia exaltans uocem, aiebat, Ad omnem quidem mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere; sed & hoc optimum fore, si mutuis se inuicem Fratres sermonibus cōsolarentur. Et nos ergo,inquit,ut patri referte,quę nostis,& ego, quæ per longam ætatem consecutus sum quasi filijs indi-

cabo. Hoc sit autē primum cunctis in cōmune mandatū, nullum in arrepti propositi uigore lassescere, sed quasi incipientē augere semper debere quod ceperit, præsertim cū humanæ uitæ spacia æternitati cōparata breuissima sint hac parua. Ita exorsus paululum siluit, & admiratus nimium Dei largitatem, rursus adiecit dicēs, In præsenti hac uita æqualia sunt pro rerum cōmutatione cōmertia, nec maiora recipit ab emente, qui uendit. Promissio autem uitæ sempiternæ uili precio comparatur, scriptum est enim, dies uitæ nostræ septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta anni, quicquid reliquum est, labor & dolor est. Quando ergo octoginta, aut centum, aut multos annos laborantes in Dei opere uixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis prædictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cœlum, corpus quoq; corruptū relinquentes idipsum cum incorruptione recipiemus. Ergo, filioli, non uos aut tædium defatiget, aut uanæ gloriæ delectet ambitio. Non sunt enim condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nemo, cum aspexerit mundū, reliquisse se arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cœlorū breuis, ac parua est. Si ergo necuniuerso orbi renunciantes, dignū aliquid habitaculis possumus compensare cœlestibus, se unusquisq; consideret, & statim intelliget paruis thesauris & parietibus, uel modica auri portione contēpta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tędere quasi parua sit recepturus. Vt enim contemnit aliquis unam æream drachmam ad drachmas centum aureas conquirendas, ita etiam qui totius orbis dominum dereliquit, centuplum de melioribus præmijs in sublimi sede recipiet. Ad summū illud perspicere debemus (quod & si nostras uelimus retentare diuitias, cum lege mortis ab ipsis diuellamur inuiti, ut in libro Ecclesiastes scriptū est, Quia nescit homo quid sit post eum in labore suo, Cur ergo non facinus de necessitate uirtutem? Cur nō ad lucranda regna cœlestia ultro relinquimus quod lucis istius fine perdendum est? Nihil eorum curæ sit Christianis, quæ secum auferre non possunt: illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cœlum, sapientiam scilicet, castitatem, iustitiam, uirtutem, sensum per uigilem, pauperū curam, fidem in Christo robustam, animū iræ uictorē, hospitalitatē. Hæc sectantes, mansionē nobis in terra quietorū, secundū Euangeliū, præparabimus. Consideremus dñi esse nos famulos, & seruitutē debere ei, a quo creati sumus. Vt enim seruus præteriti gratia famulatus, præsens aut futurū non contemnit imperium, nec audet asserere q̄ ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed iugi studio (ut in Euangelio scriptum est) eandem semper exhibet seruitutem, ut & domino placere possit, ne metum lucretur & uerbera. Sic & nos diuinis congruit parere præceptis, scientes quod æquus ille retributor, in quo quenq; inuenerit, in eo sit iudicaturus, quod prophetica per Ezechielem uoce testatur: Nam & infelix Iudas propter unius noctis impietatē omni præteriti temporis labore priuatus est. Iccirco tenendus est continuus instituti rigor habentibus Deum auxiliatorē, sicut scriptum est, Quia omni proponenti bonum Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur; similiter & nos humanę conditionis uitam ancipitem retractantes non pec-

cabimus;cum enim excitati à somno ad uesperam nos peruenire dubitemus,& quieti corpora concedentes de lucis nō confidamus aduentu,& ubicq; naturæ,ac uitæ incertæ memores,Dei nos intelligamus prouidentia gubernari.Hoc modo non delinquemus,aut aliqua fragili cupiditate raptabimur;sed nec irascemur quidem aduersus aliquem,nec terrenos cō gregare thesauros ambiemus,quin potius metu quotidiani recessus,& se iungendi corporis iugi meditatione,omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor,libidinis extinguetur incendium,inuicem nobis debita nostra donabimus,ante oculos semper habentes ultimę retributionis aduentum;quia maior formido iudicij,& pœnarum timor horridus,simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit,& ruentem animam,quasi ex aliqua rupe,sustentat.Ideoq; precor ut ad finem propositi omni labore tendamus.Nemo post tergum respiciens Lot imitetur uxorem,præsertim cum dominus dixerit nullum ponentem manum super aratrum,& respicientē retrorsum,dignum esse regno cœlorum. Respicere autem retrorsum nihil aliud est,q; in eo pœnitere,quod cœperis,& mundanis rursus desiderijs obligari.Nolite,quęso,uirtutis,tanquā impossibile nomen pauere,nec peregrinum uobis,aut procul positū uideatur hoc studium,quod ex nostro, Dei gratia pręcedente,pendet arbitrio.Huius operis homini inserta natura est,& eiusmodi res est,quæ nostram tantummodo expectat uoluntatem. Græci studia transmarina sectentur, & in alieno orbe constitutos, inanium litterarum quærant magistros , nobis uero nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet; in omni sede terrarū constituta sunt regna cœlorum.Vnde dominus in Euangelio ait,Regnū Dei intra uos est,uirtus,quæ in nobis est,mentem tantum requirit humanā. Cui enim dubium est,quia naturalis animæ puritas,si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta,fons sit,& origo omnium uirtutum? Bonā necesse est esse eam,quā creauit bonus creator. Quod si forte cunctabimur,audiamus Iesum filium Nauæ populo dicentem, Rectum facite cor uestrū ad dominum Deum Israel . Nec Iohannes dissonam tulit de uirtute sententiam prædicans,Rectas facite semitas eius:siquidem hoc est rectam esse animam,cum eius principalis integritas nulla uitiorum labe maculatur, si naturā mutauerit,peruersa tunc dicitur; si conditio seruetur, uirtus est. Animam nostram cōmendauit nobis Deus,seruemus depositum, quale accepimus.Nemo causari potest extrinsecus situm,quod in se nascitur:facturam suam qui fecit,agnoscat; opus suum inueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes,homo,quod tibi largitio diuina cō cessit,operum Dei immutare uelle polluere est.Illud etiam solicite prouidere debemus , ut tyrannicam iræ superemus insaniam, quia scriptū est, Iracundia uiri iustitiam Dei non operatur.Et iterum , desiderium concupiscens parit peccatum,quo perfecto,mors gignitur.Diuinæ uocis præceptum est,ut iugi custodia tueamur animam nostram , quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos,dæmones scilicet,contra quos nobis,secundum Apostolicam contestationē,pugna sine intermissione est: Ait enim,Non est nobis colluctatio aduersus carnem,& sanguinem,sed aduersus principatus,& potestates huius mundi, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus:Ingens eorum turba istum peruolat aerem,non procul à nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatem quidem eorum nō

est

8

Facit hoc contra Monachos apostatas nostri temporis.

est meę paruitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationē. Quod autem in promptu est, & ignorare non expedit, dolos scilicet eorum aduersus nos compositos breuiter indicabo. Hoc primum debemus mentibus affigere nihil Deum fecisse, quod malum est, nec ab eius institutione dæmonum cępisse principia; peruersitas ista non naturæ, sed uoluntatis est uitium. Boni etenim, utpote a Deo cōditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de cœlis, ibiq; in cęni sordibus uolutati gentilitatis impias constituere culturas; & nunc de nobis torquentur inuidia, atq; uniuersa mala cōmouere non cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum, & partita nequitia est. Quidam enim ad summū nocendi uerticem peruenere, alij ex comparatione peiorum uidentur esse leuiores, atq; omnes pro possibilitate uirium diuersa cōtra singulas causas sumpsere certamina. Iccirco necessarium est donum spirituum discernendorum a domino petere, ut possimus tam fraudes eorum, q; studia præuidentes, aduersum disparem pugnam unū dominicæ crucis eleuare uexillum. Hoc munere Paulus accepto, docebat dicens, Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet ex his, quæ passi sumus, mutuis nos inuicem instruere sermonibus. Hostile illis cōtra omnes Christianos maxime uero contra monachos, & uirgines Christi odium est. Eorum semitis laqueos tendunt, eorum mentes impijs, atq; obscœnis cogitationibus nituntur euertere; sed nihil nobis in hoc terroris incutiāt. Fidelium enim orationibus, atq; ieiunijs ad dominū statim corruunt; nec tamen, si paululum cessauerint, prorsus plenam putetis esse uictoriam. Solent saucij grauius assurgere, & mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, pauoribus terrent, assumentes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, necnon & ingentia quædam corpora, & usq; ad tectum domus porrectum caput, infinitas species, & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoque crucis signum euanescunt. His quoq; agnitis fallaciarum modis, incipiunt præsagire, & futurorum dierum euentus uelle prædicere: Cumq; & in his contempti fuerint, ipsum iam suę nequitiæ principem, ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis uocant. Crebro denicq; Antonius talem a se uisum diabolum asserebat, qualē & beatus Iob, domino reuelante cognouerat. Oculi eius ac si species luciferi, ex ore eius procedunt lāpades incensę. Crines quoq; incendijs sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornacis æstuantis ardore carbonum. Halitus eius, ut pruna; flamma uero ex ore eius glomeratur. Cum huiusmodi terroribus uisus est princeps dęmonū, inquit Antonius, & ingentia sæpe, ut dixi, promittens, impietatis suę desinit lingua magniloqua, de qua dominus triumphauit, ad Iob dicens, Arbitratur enim ferrum, ut paleas, æramentum, ut lignum putridum maria, ut fata erasa, tartara profunda, tanquā captiua æstimabit, abyssum, ut deam bulatorium. Per prophetam quoq; increpat, dicens, Persequens comprehendam, & omnem orbem terrarum manu mea ut nidum tenebo, & ut oua derelicta auferā. Si iniquus funereas euomens uoces bene uiuentium aliquos frequenter illaqueet, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus, fallit enim, nihilq; uerum semper promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia, & tam infinita promittens, hamo crucis ut draco aduncatus a domino est, & capi-

9

Cur quæso contra Monachos & Virgines Christi, maxime uersatur odium diaboli, nisi quia hi duo status sunt, magis deo propinqui et accepti? Cum autē etiam nostri hæretici hos eosdē tantopere infestentur, cognoscere potes cuius capitis illi sint membra.

Si orationibus fidelium & ieiunijs statim dæmones corruunt, non sunt hæc res inanes et superstitiosæ, ut garriunt quidam.

ſtro ligatus ut iumentum, & quaſi mancipium fugitiuum uinctus circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miſerabilis ut paſſer ad ludendum irretitus a Chriſto eſt, calcaneo Chriſtianorum ſubſtratus gemit. Ille, qui uniuerſa maria a ſe deleta plaudebat, ille, qui orbem terrarum manu ſua teneri pollicebatur, ecce a nobis uincitur, ecce me aduerſum ſe prohibere non poteſt diſputantem. Contemnenda eſt, filioli, penitus cum inanibus uerbis ſuperba iactantia, fulgorq; ille, qui lucere ſe ſimulat, non ueri ſplendor eſt luminis; ſed quibus arſurus eſt indicat flammas. Nam dicto citius recedens, ſuarum ſecũ refert ſimulachra pœnarum. Solent etiam cũ modulatione nonnunquam apparentes pſallere. Proh nefas, ad hæc & impuro ore ſacra ſcripturarũ eloquia meditantur. Frequenter enim legentibus nobis, quaſi Echo ad extrema uerba reſpondent. Dormientes quoq; excitant ad orandum, ut totius noctis ſomnum eripiant; pleroſq; etiam, dum ſe in monachorũ nobilium habitu transferunt, monachos coercent, & priſtina, quibus cõſcij ſunt, peccata imputant; ſed ſpernendę ſunt eorũ increpationes, & admonitiones ieiunandi, uigiliarum quoq; fraudulenta ſuggeſtio. Ob id enim familiares nobis ſpecies aſſumunt, ut affinitate uirtutum nocentes, facilius uirus interſerant, & innocentes quoſq; per ſpeciẽ honeſtatis elidant. Impoſſibile poſtea, durumq; hoc ſtudium prędicantes, ut dum oneroſum eſſe uidetur quod cœptum eſt, ex deſperatione tædium, & ex tędio ſuccedat ignauia. Iccirco Propheta miſſus a domino, luctuoſa denuncians ſublimi uoce dicebat, Væ qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbida. Huiuſmodi enim exhortamenta deprauatoria ſunt itineris, quod ducit ad cœlum. Iccirco cum ueniſſet dominus ad terras, & uera de eo dæmones prædicarent (uere enim dicebant, Tu es Chriſtus filius Dei uiui) uociferantium ora claudebat, qui uinctas hominum linguas ſoluebat, ne cum præconio ueri peruerſitatis uenena miſcerent, & ut nos eius exemplo, etiam ſi profutura ſuaderent, in nullo his cõmodaremus aſſenſum; quia profecto non congruit nos poſt libertatem a domino conceſſam, & ſcripturarum præcepta uitalia, a diabolo uiuendi capere exempla, qui ſuum deſerens ordinem, ſacrum Chriſti temerauit imperium. Propterea etiam dominus eum de ſcripturis loquentem iubebat tacere, quia peccatori dicit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meum per os tuum? Omnia dæmones ſimulant, colloquuntur ſæpe cum fratribus, & eos ſæpe conturbant, ſæpe inconditos excitant ſonitus, manus apprehendunt, ſibilant, inſipienter cachinnant, ut uel in pũcto peccati Chriſtianum pectus introeant. Cumq; ab uniuerſis fuerint repulſi, ad extremũ debilitatẽ ſuam lamentatione teſtantur. Et dominus quidẽ quaſi Deus, & ſuę conſcius maieſtatis, obmuteſcere his imperabat: nos autẽ ueſtigijs ſanctorum inhærentes, eandem gradiamur uiam, qui memoratas ſubtilius fallacias peruidentes canebant, Cum conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis. Et iterum, Ego uero tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum; Et factus ſum ut homo non audiens. Chriſtus ſilentium ut dominus imperauit, ut nos diabolo nihil credamus & uincimus. Si orare cõpellunt, ſi ieunia ſuadent, non ex eorum nos monitis, ſed ex noſtra conſuetudine id agamus. Denicq; etiam ſi irruentes mortem nobis intentare uideantur, riden-

10 *Et noſtri temporis hæretici dicentes, Oneroſus & dicens nimis eſt Monachatus, Virginitas impoſsibilis, oſtendũt ſe eſſe membra diaboli.*

di potius sunt, cq timendi, quia cum sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Equidem de istis iam transitorie me dixisse memini, tamen eadem nunc explicanda sunt latius, quia non mediocrem affert repetitio medelam. Aduenientе domino destructus est inimicus, & omne penitus eius robur elanguit. Propter quod pristinæ uirtutis memor, quasi tyrannus iam senescens, cum ruisse se uideat, in perniciem grassatur humanam, nec tamē potest firmum Deo pectus cogitationum & cæterarum arte fraudū peruertere. Nam luce clarius est cum aduersarij nostri, cum nec humana carne sint septi, ut causare ualeant, iccirco nos a se non posse superari, quia clauso ostio interiore intrare non ualeant. Et reuera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obseruato introitu, ijsdem negaretur accessus. Cum autem (ut diximus) hoc impedimento sint liberi, & obstructa penetrent, atq in omni licenter uolutent aere, manifestum est ob eneruationem eorum permanere Ecclesiæ corpus illæsum. Denicq satellites impij cū principe suo diabolo, quem Saluator in Euangelio homicidam & patrē malitiæ ab initio fuisse firmat, nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior, cur nobis, Satanas, parcis, qui ubiq discurris? Cur qui nullo clauderis loco, aduersum te bene uiuentium, & disputantium nō potes labefactare constantiam? sed fortasse nos diligis, quos quotidie conaris obruere, aut credibile est te esse bonitatis magistrum, & fauere magis optimis cq nocere? Et quid tam charum tibi esse potest, cq lædere, maxime eos, qui tuis scelerib⁹ uiriliter repugnant, secundum quod scriptum est, Quia abominatio est pietas peccatori. Quis tam fęcundum ad malitiam possidet pectus? quis tam meditatas implere conatur insidias? Scimus te impurissimū cadauer, scimus quia iccirco uiuimus Christiani, & contra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es a domino. Ideo de tuis confoderis iaculis, quia minationem tuam non sequitur effectus: Quòd si fallimur, cur cū terrore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggrederis fidem? Si uoluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi uelle sufficiat. Is enim potentiæ mos est, non extranea fallaciæ adiumenta conquirere, sed sua uirtute implere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formarum, quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas uires manifestius probas. Nunquidnam uerus ille Angelus cōtra Assyrios missus a domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quęsiuit, aut plausus, & non potius tacitam exercens potestatem, centum octoginta quinq millia hostium sermone uelocius iuxta iubentis domini prostrauit imperium. Vos ergo cum fragiles sitis uiribus, perpetuus uos cōsequitur interitus. At dicet aliquis, Cur diabolus egrediens beatum Iob omnem in ruinam impulit domum? cur eius opibus penitus dissipatis, parietum quoq fundamenta subuertens, unum numerosę sobolis coaceruauit sepulchrum? cur ipsum ad extremum diri uulneris nouitate percussit? Qui hoc opponit, audiat è diuerso, non diabolum potuisse hoc, sed dominū, a quo potestas aduersum nos dupliciter datur, uel ad gloriā, si probamur, uel ad pœnam, si delinquimus. Quin potius ex hoc animaduertat, ne contra unum quidem hominem diabolum quicquā potuisse, si non potestatem accepisset a domino. Nullus enim, quod sub ditionis est, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, quem nec expetitum potuit uincere? sed

nec contra iumenta quidem eius, nec contra oues, nec contra sues sine cõcessu Dei proprium robur exercuit, sicut in Euangelio scriptum est, dæmones autem rogabant eum dicentes, Si eñcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Quomodo igitur, qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, & tam charum conditori animal suo ualebunt iure peruertere? Magna, dilectissimi, aduersum dæmones arma sunt, uita syncera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit Satanas recte uiuentium uigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, uoluntariam paupertatem, uanę gloriæ contemptum, humilitatẽ, misericordiam, iræ dominatum, & præcipue purum cor erga Christi amorem. Nouit terrimus coluber ex præcepto domini sub iustorum se iacere uestigñs, qui ait, Ecce dedi uobis potestatem calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulantes, uenturos fratres nunciauerint, & affuerint quos uenire prædixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus: ob id enim præcessere uenientes, ut credulitas sibi paretur ex nuncio, & postea aditus ex credulitate fallaciæ. Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum qui lenitate naturæ per cuncta discurrunt, ualeant præuenire gradientes, sed homines quoque equorum uelocitate præuecti, nuntiant affuturos. Non enim ea quæ nondum fieri cœpta sunt referunt, quia dominus solus conscius est futurorum, sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanq; apud ignaros uendicant de futuris fieri notionem. Nam quantos nunc putatis, qui uelocitate puerili istum cœptum, nostrosq; contra se sermones ante relatũ alicuius hic positi longe manentibus indicare? Hoc quod dico nobis perspicuum fieri potest exemplis, si quis a Thebaide aut alicuius regionis oppido cœperit proficisci, & hunc dæmones uiderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata possunt prædicere uenientem. Ita & de Nili inundatione solenni, cũ multas in Æthiopia uiderint pluuias, é quibus fluuius intumescens ultra alueum effluere consueuit, præcurrentes ad Ægyptum nunciant amnis aduentum. Hoc autem & homines si illis celeritas esset tanta natura, facile nunciarẽt. Vt enim speculator beati Dauid ad uerticem loci celsioris ascendens, prior, q; hi qui in terra erant prospiciens uenientes, nõ quædam incerta de futuris, sed de his, qui uenire cœperant, nunciabat: sic & dæmones cura peruigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nunciant. Sed si forte contigerit, ut Dei nutu ad finem cepta non ueniant; hoc est, si aut uiator é media regrediatur uia, aut suspensis nubibus aquæ ad altum cœli cardinem deferantur, tunc decipientium una cum credentibus error aperitur. Hæc gentilitatis fuere principia, his præsagatorũ dolis apud delubra dæmonum quondam credebantur oracula, quæ aduentu domini nostri Iesu Christi, indicto sibi filẽtio obmutuerunt, suosq; per didere captiuos. Quis (rogo) arbitratur medicum ex obseruatione morborum, cum animæ æstuantis incendia de uenarum pulsu, leuiq; digitorũ attactu, diuinam arbitratur habere notitiam? Quis gubernatorem nauigationis suæ uiam inter cœli sidera requirentem, maiestatis honore ueneratur? Quis agricolam de aridis æstatis feruoribus, aut de hyemali aquarum largitate, uel frigore disputantem, non potius experientia laudat, q; Dei consecrat nomine? Verum ut concedamus pauli sper uera dæmones

II

Quid dicis hæretice? pertimescit Satanas recte uiuentium uigilias, orationes, ieiunia, uoluntariam paupertatẽ, quæ tu spernis.

nunciare;

nunciare;respondete mihi,quis fructus est nosse uenientia? Nunquid aut sciens hæc aliquando laudatus,aut punitus est nesciens? In hoc unusquisque sibi præparat,seu tormenta,seu gloriam,si uel negligat scripturarum mandata,uel faciat. Nullus ob id nostrum hãc arripuit uitam,ut habeat præscientiam futurorum,sed ut præceptis domini obediens,amicus esse incipiat de seruo. Curandum est non præscire quæ ueniunt,sed implere, quæ iussa sunt;nec institutionibus bonis hanc flagitare mercedem,cũ magis debeamus uictoriam contra diabolum ab auxiliatore domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libẽter assumat,ut futura cognoscat,habeat purum cor; quia credo animam Deo seruientem,si in ea perseuerauerit integritate,qua renata est,plus scire posse cũ dæmones. Talis erat anima Helisei,quæ alijs incognitas uirtutes faciebat. Nũc iam cæteras uobis dæmonum explicabo fallacias. Solẽt nocte uenientes Angelos Dei se fingere,laudare studium,mirari perseuerãtiam,futura prẽmia polliceri. Quos cum uideritis tam uos,cũ domos uestras crucis armate signaculo,& confestim soluentur in nihilum; quia metuunt illud trophæum,in quo saluator aereas expolians potestates,eas fecit ostentui. Solent etiam uarijs simulationibus mẽbra torquere,& nostris procaciter offerre se uisibus, ut mentẽ pauore,& corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta,& immota fugat eos,quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituum,malorumq; discretio,quæ sic,Deo tribuente panditur. Sanctorum Angelorum amabilis & tranquillus aspectus est,quia non contendunt,neq; clamant,neq; audiet aliquis uocem eorum;uerum tacite,leuiter cũ properantes,gaudium,exultationem,fiduciam pectoribus infundunt,siquidem cum illis est dominus,qui est fons & origo lætitię. Tunc mens nostra non turbida,sed lenis,& placida Angelorum luce radiatur,tunc anima cœlestium præmiorum auiditate flagrans,effracto (si posset) humani corporis domicilio,& membris exonerata mortalibus,cũ his,quos uidet abire,festinat ad cœlum. Horum tanta benignitas est,ut siquis pro conditione fragilitatis humanæ,miro fuerit eorũ fulgore perterritus,omnem continuo ex corde auferant metum. Ita Gabriel,cum Zachariæ loqueretur in templo,& Angeli cum diuinum uirginis partum pastoribus nunciarent,& qui dominici corporis agebant excubias,securis uidentium se mentibus ostendentes,ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi,quantum ex magnarum rerum sæpe incutitur aspectu. Pessimorum uero uultus truces,sonitus horridi,sordidi cogitatus,plausus motusq; indisciplinatorum adolescẽtum, uel latronum;è quibus confestim timor animę,sensibus stupor incutitur, odium Christianorum,monachorũ mœror,tædium q; suorũ,recordatio & metus mortis,cupido nequitiæ,lassitudo uirtutis,cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore concepto successerit gaudium,& ad Deum fiducia,atq; ineffabilis charitas,ueniſſe sciamus auxilium,quia securitas, animę præsentis maiestatis indicium est. Sic nanq; & Abraham Patriarcha uidens Deum gauisus est,& Iohannes cũ Mariam superueniſſe sentiret,quæ in sacri uentris hospitio uniuersitatis gestabat parentem, exultauit nec dum natus in gaudium. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui uidetur,quoniam nec refouere nouit: ut Gabriel patientem uirginem,ne timeat,iubet,& sicuti pastores nuncio consolati sunt;quini

12

Crucis signaculo tam uos, quam uestras domos armate.

mo pauorem duplicat,& usq; ad profundam impietatis foueam, ut sibi homines prosternantur impellit. Exinde misera Gentilitas dominicæ interdictionis ignara, falso dæmones Deos opinata est. Christianorum autem populos his fallacijs irretiri non passus, est dominus, qui diabolum in Euangelio audacter sibi principatum omnium præsumentem repulit dicens, Vade satanas, scriptum est enim, Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Horum uerborũ etiam nobis licentia est tributa, quia iccirco locutus est talia, ut similitudo tentamentorũ authoris nostri frangatur eloquijs. Illud mei quoq; charissimi, admoneo, ut uitæ magis sit uobis q̃ signorum sollicitudo. Nullus ex uobis hæc faciens, aut ipse superbia intumescat, aut despiciat eos, qui facere non possunt. Conuersationẽ magis scrutamini singulorum in hac uita, & imitari uos quę perfecta sunt, cõuenit, & implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ paruitatis, sed domini potestatis, qui ad discipulos gloriantes in Euangelio, ait, Ne gaudeatis quia dæmones uobis subiecti sunt, sed quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Nominum enim in libro uitæ conscriptio, testimonium est uirtutis & meriti; expulsio autem satanæ largitio Saluatoris est. Vnde his, qui non in uitæ laboribus, sed in prodigijs exultabant dicentibus, Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? respondebit dominus, Amen dico uobis, Non noui uos, Discedite a me operarij iniquitatis. Non enim nouit dominus uias impiorum. Hoc ergo magnopere postulemus, ut donum spirituum discernendorum mereamur accipere; quo, secundum sententiam scripturarum, omni spiritui non credamus. Volueram quidem iam finire sermonem, & silentio premere quæcunq; meæ acciderant paruitati: sed ne putetis me frustra cõmemorasse, quę euenire non possent, iccirco licet insipiens sim, tamen dominus, qui secretæ mentis est inspector, nouit non me causa iactantiæ, sed uestri gratia profectus hoc facere, pauca replicabo de plurimis. Quoties me nimijs laudibus efferre conati sunt, cum a me in nomine domini maledicta reciperent? quoties augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cum a me audirent, Et hoc ad uestram quid pertinet curam? quoties minitãtes ut milites armati, scorpionibus, equis, beluis, & uarijs serpentibus circundederunt me, & domum, in qua eram, repleuerunt, cũ ego é contra psallerem, Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini Dei nostri magnificabimur, & statim misericordia Christi fugebantur. Quodam autem tempore cum ingẽti luce uenientes dixerunt, uenimus, Antoni, nostrum tibi præbere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspicere, orabam, & dicto citius impiorũ lumen extinguebatur. Post menses autem paucos cum coram me psallerent, & de scripturis sibi mẽt sermocinarentur, ego tanq; surdus non audiebam. Cõmouerunt aliquando monasterium meum, & ego mẽte immobili dominum deprecabar, Sæpe strepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserunt, et me psallente, sonus eorum in uoces flebiles uertebatur. Credite mihi filioli, quod dicturus sum uobis. Vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se Dei uirtutem & prouidentiam ausus est dicere, & ait ad me, Quid uis ut a me tibi donetur, Antoni? At ego sputum ui maxima in os eius iuge minans, totum me in eum Christi nomine armatum ingessi: Et statim ille procerus aspectu inter medias manus exoleuit. Ieiu-

nanti etiam mihi uisus est, ut monachus, & panes offerens his sermonibus suadebat ut uescerer, & huic aliquid indulgerem corpusculo: Et tu, inquit, homo es, & humana fragilitate circundaris, labor paululum conquiescat, ne ægritudo subripiat. Ilico luridam faciem serpentis agnoui, & cum ad consueta Christi munimenta confugerem, tanq; per fenestram fumus laberetur, euanuit. Auri quoq; decipulam mihi in deserto frequenter tetendit, quod ideo offerebat, ut aut uisu irretiret me, aut tactu cõmacularet. Sæpe quoq; me a dæmonibus non denego uerberatũ: Canebam autem sic, Nullus me separabit a charitate Christi. Ad cuius uocis auditũ in se inuicẽ defurentes, non meo, sed domini fugabantur imperio, qui ait, Vidi Satanam quasi fulgur cadentẽ de cœlo. Hæc ego, filioli, Apostolici memor eloquij in me transformaui, ut propositum uestram nec dæmonũ terror, nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob uestram utilitatem multa memorãdo insipiens factus sum, & huius rei uobis impertiri cupio notionem, quam ueram esse nullus ambigat audientium. Pulsauit aliquando dæmon monasterij ostium; Egrediens uideo hominem enormi sublimitate porrectum caput usq; ad cœlum. Cum ab hoc quisnam esset inquirerem, ait, Ego sum Satanas. Et ego, quid, inquam, hic quæris? respondit, Cur mihi frustra imputant monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? Et ego; iuste faciunt, tuis enim frequenter molestantur insidijs. At ille ait, Nihil ego facio, sed ipsi se inuicẽ turbant. Nam ego miserabilis factus sum. Rogo, Nonne legisti quia defecerunt inimici frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullum iam habeo locũ, nullam possideo ciuitatem, iam mihi nulla sunt arma, per omnes nationes cunctasq; prouincias Christi personat nomen, solitudines quoq; monachorum stipantur choris. Ipsi se, quæso, tueantur, & me sine causa non lacerent. Tunc ego Dei gratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tuæ ueritati quæ nulla est, tam nouam, & tam inauditam ascribo sententiam; nam cum fallaciæ caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Vere enim Iesus tuas funditus subruit uires, & honore nudatus angelico uolutaris in sordibus. Vix dum uerba compleueram, et ille sublimis Saluatoris nomine deiectus est. Quæ ergo iam, ô filioli, potest residere cunctatio? quæ trepidatio manebit ulterius? Quis nos eorum turbo poterit conuellere? Securæ sint animæ singulorum, non sibi fingant uanas cogitationes, uana discrimina: non aliquis timeat a diabolo sublatum ad precipitia posse deferri. Pellatur omnis anxietas; Dominus enim, qui nostros prostrauit inimicos, manẽs ut promisit in nobis, a uarijs nos Satanæ muniuit incursibus. En ipse diabolus, qui huiusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse cõtra Christianos fatetur. Iam curæ Christianorum & monachorum sit, ne per eorum inertiam uires dæmonibus præbeantur. Nam quales nos & nostras repererint cogitationes, tales se nobis præstare consueuerunt. Et siquod in pectoribus malæ mentis & pauoris semen inuenerint, quasi latrones, qui deserta obtinẽt loca, cœptos cumulant timores, & crudeliter imminentes, infœlicem puniunt animam. Si autem alacres fuerimus in domino, & futurorum bonorum cupido nos succenderit, si semper omnia manibus Dei cõmittamus, nullus dæmonum ad expugnandum ualebit accedere; magis enim cum munita in Christo corda conspexerint, confusi reuertentur. Ita & Iob firma-

tum in domino diabolus refugit, & infœliciſſimum Iudam expoliatum fide, uinculis captiuitatis innexuit. Vna eſt ergo ratio uincendi inimicũ, lætitia ſpiritualis, & animæ Dominum ſemper cogitantis iugis recordatio, quæ dæmonum ludos, quaſi fumum expellens, perſequetur aduerſarios potius q̃ timebit. Non eſt enim neſcius Satanas ignium futurorum, & æſtuantis gehennæ copioſa nouit incendia. Sed ut mea iam claudatur oratio, illud in finem cõmemoro: Cum aliqua ſe nobis obtulerit uiſio, audacter requirite quis ſit ille, et unde uenerit, ac ſine mora ſi ſanctorum fuerit reuelatio, angelica conſolatione timor uertetur in gaudiũ: Si uero diaboli fuerit tentatio, fidelis animę per cunctationibus euaneſcet, quia maximum eſt ſecuritatis indicium interrogare quiſnam eſt, & unde. Sic & Nauæ filius auxiliatorem ſuum interrogando cognouit; nec Danielem percuntantem latere potuit inimicus.

Poſtquam Antonius dicendi finem fecit, lætantibus cunctis, in alijs uirtutis cupido exardeſcebat, in alijs infirma refouebatur fides, ex aliorum mentibus falſæ opiniones pellebantur, ex aliorum ſenſibus inanium terrorum pellebatur accenſio; ſimulq̃ cum iam dæmonum inſidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam ſpirituum diſcernendorum, quam, domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte monaſteria tanq̃ tabernacula plena diuinis choris pſallentium, legentium, orantium; tantumq̃ ieiunandi & uigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo eius afflauerat, ut futuræ ſpei auiditate ad charitatem mutuam, & miſericordias indigentibus exhibendas iugi ſtudio laborarent, qui infinitam regionem quandam, & oppidum a mundana conuerſatione ſeiunctum, plenum pietatis & iuſtitiæ uidebantur incolere. Quis tantum monachorũ agmen aſpiciens, quis uirilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio ſuſurronis, ſed multitudo abſtinentium, & certamen officiorum erat, nõ in hanc ſtatim erumperet uocem? Quã bonæ domus tuę Iacob, tabernacula tua Iſrael, tanq̃ nemora obumbrantia, tanq̃ paradiſus ſuper fluuios, tanq̃ tabernacula, quæ fixa ſunt a domino, tanq̃ cedri Libani circa aquas. Dum hæc ita geruntur, quibus indies beatæ uitæ ſtudium creſceret, Antonius manſionum in cœlo poſitarum recordans, & præſentis uitæ deſpiciens inanitatem, quaſi parua eſſent quæcunq̃ iam geſſerat, ſeparatus a fratribus inſtituebatur. Cumq̃ eum ſiue cibum, ſiue ſomnum indulgere corpuſculo, aut alias naturæ neceſſitates cogeret humana conditio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animæ libertatem modici carnis termini coercerent. Nam frequenter cum fratribus ſedens, a cibo, qui fuerat appoſitus memoria eſcæ ſpiritualis abſtrahebatur. Edebat tamen, utpote homo, ſæpe ſolus, ſæpe cum fratribus. Et cum hæc mira (ut prædixi) ageret, cum confuſione animæ adhibendam magnopere corpori diligentiam perſuadebat, dicens, nec corpus eſſe penitus enecandum, ne operatio contra uoluntatem creatoris diſſolueretur, & ob id omne ſtudium animæ conferendũ, ne uitijs ſuperata corporis, ad æternas inferni tenebras truderetur: quinimo indultum ſibi in carne imperium uindicans domicilium ſuum, ut Apoſtolus Paulus, ad tertium cœlum ſubleuaretur. Aſſerebatq̃ hoc a Saluatore præceptũ, in quo ait, Nolite ſolliciti eſſe animæ ueſtræ quid manducetis, aut quid bibatis, nec corpori quid ueſtiamini, quia hæc gentes quærunt; ueſter autem

13

Tu qui dicis Monachiſmum noſtri temporis eſſe nouitium, nec a primæ uis Monachis obſeruatum, uide hic qualia erant monachorum Antonij ſtudia & exercitia, & ſi non eadem quæ & noſtro tempore.

autem pater nouit quod indigetis his omnibus. Quærite ergo primũ regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiũcientur uobis.

His rebus transactis cum persecutio impiissima Maximiani furore uesano uastaret Ecclesiam, sanctis quoq; martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipse monasterio secutus est futuras uictimas dicens, Pergamus ad glorioſos fratrum triumphos, ut aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios præliantes. Et amore quidem iam martyr erat, sed cum tradere se ultro non ualeret, & sociari confessoribus in metallis uel in carceribus constitutis, magna cum libertate & cura ingrediens ad iudicem, exhortabatur ne terrore impiorum subacti Dominum negarent. Iamq; sententia coronatos exultans, quasi ipse uicisset, neq; ad locum fœlicis sanguinis prosequebatur. Quãobrem cõmotus iudex ob Antoniũ, sociorũq; eius constantiam, præcepit nullum penitus monachorum obseruare iudicium, aut in ciuitate uersari. Et cæteris quidẽ omnibus in illa die placuit abscondi. Antonius autem impauidus, negleto persecutoris imperio, latuit ependiten, idest scapulare suum. Et alia die stans in quodam eminenti loco, candente præcinctus ueste procedentem iudicem suo prouocabat aspectu, flagrans cupiditate martyrij; ostendebatq; nobis contemptorẽ pœnarum & mortis Christiani animum perseuerare debere, intantum ut constristaretur, quia uolenti pati pro Dei nomine, martyrium non dabatur. Sed Dominus qui suo gregi parabat magistrum, seruauit Antonium, ut institutio (sicuti factum est) monachorum nõ solum oratione eius, sed & conspectibus firmaretur. Nunq; tamen a sanctorum confessorum uestigijs separatus est, quin anxia circa eos cura, & charitatis uinculis colligatus, magis carcerem patiebatur exclusus. Postq; autem persecutionis turbo defluxerat, & beato episcopo Petro iam ob martyrij gloriam coronato, ad pristinum monasterium regressus, quotidianum fidei, ac conscientiæ martyrium merebatur, acrioribus se ieiunijs, uigilijsq; conficiens, uestimento cilicino intrinsecus, desuper pelliceo utebatur, nunquã corpus lauans, nunquam a pedibus sordes abluens, nisi cum per aquas necessitas transire compulisset. Nullus denicq; Antonij corpus nudum, antecq; moreretur, unquam uidit.

14 *Antonius se ieiunijs uigilijsq; conficiens, intrinsecus cilicino, extrinsecus uero pelliceo usus est uestimento.*

Quodam autẽ tempore, cum ab omnium se amouisset oculis, & clauso monasterio neminem omnino susciperet. Martinianus militum præpositus, cuius filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostium obsecrabat ut suo pignori subueniret, & exigens ut Deum pro filia deprecaretur. Tum ille aperire quidem minime uoluit; prospiciens uero desuper ait, ô homo quid meum poscis auxiliũ? mortalis & ego sum, & tuæ socius fragilitatis: si autem credis in Christum, cui deseruio, uade, & secundum fidem tuam ora Deum, & sanabitur filia tua. Confestim ille credẽs abijt, & inuocato Iesu filiam reduxit incolumen. Multa & alia mirabilia per eum Dominus operatus est, & merito; qui enim promisit in Euangelio, Petite, & dabitur nobis, inuento, qui eius gratiam meretur accipere, suam potentiam non negauit. Nam plures uexatorum ante monasterium eius, clauso introitu, dormientes fidelibus per eum ad Christũ precibus curabantur. Hæc illi multitudo uenientium desideratam solitudinem auferens tædio fuit. Metuens itaq; ne signorum copiosa cõcessio, aut suos animos extolleret, aut alios plus de se, q; uidebant in ipso, coge-

15 *Qui dicũt hominẽ nihil mereri apud deũ, considerent quod hic dicit Athanasius, Inuento qui dei gratiã meretur accipere.*

ret æstimare, ad superiorem Thebaidem pergere cogitauit, ubi nullus eũ agnosceret. Et a fratribus acceptis panibus, sedebat super fluminis ripam, transitum nauis obseruans. Illo talia cogitante, uox ad eum desuper facta est dicens, Antoni, quo perges, & quare? At ille intrepide, quasi consuetam uocem loquẽtis agnosceret, respondit; Quoniam non sinunt me quiescere populi, iccirco ad superiorem Thebaidem ire optimũ duxi, præcipue quia ea exigor, quæ uirtutem meæ pusillanimitatis excedũt. Et uox ad illum ait, si ad Thebaidẽ uadas, & ad pastoralia (ut cogitas) pergas, maiorem, ac duplicem sustinebis laborem. Si autẽ uere quiescere cupis, uade nunc ad interius desertum. Cumq; Antonius diceret. Quis mihi locum auium poterit ostendere? ignarus enim sum locorũ: confestim ei uox quæ loquebatur, sarracenos indicauit, qui mercandi gratia ad Ægyptũ uenire consueuerant. His appropinquas Antonius rogauit ut & se pariter adducerent in desertum. Nullus obnixus est, sed tanq; a Deo missum comitem suscipientes, amplexi sunt eius societatẽ. Tribus autem diebus & noctibus itinere cõfecto, inuenit montẽ ualde excelsum, ad cuius radices fons aquæ dulcis labebatur, & campus haud magnus eorum ambiens montem, qui palmulis perpaucis, & his neglectis, consitus erat. Hũc Antonius locum, quasi a Deo sibi offerretur, amplexus est. Is enim erat, quẽ sibi ad fluminis ripam sedenti, qui loquebatur, ostenderat. Et primo quidem accipiens a comitibus panes, solus remansit in monte, nullo alio cũ eodem conuersante. Quasi propriam enim domum agnoscens habebat locum illũ. Sarraceni quoq; uidentes eius fiduciam, optato per eum transitu, panes eidem cũ lætitia deferebant, necnon palmarum, licet mediocri, attamen aliquanto solatio refouebatur. Exinde cum fratres agnito loco, tanquam ad patrem filij, solicitè alimenta transmitterent, uidens Antonius quod ob suum refrigerium multis onerosus labor indiceretur, & pauens etiam in hoc monachis, rogauit unum de aduenientibus ut sarculum sibi bis acutum cũ frumento deferret. Quibus allatis circuiens montem, haud grandem culturæ aptum reperit locum, ad quem deriuata desuper aqua poterat influere, ibiq; seminauit, atq; exinde annuum sibi panẽ laborans gaudebat, quod sine cuiusq; molestia ex proprijs manibus uiueret in deserto. Sed cũ rursus etiam illuc quidam uenire cœpissent, misertus est lassitudini eorũ, & olus in paruo terræ cespite coluit, ut post asperum iter aliquando uenientes solatio refouerentur. Hoc fratrum refrigerium, & paruulum messem bestiæ propter aquas illuc conuenientes depastæ sunt; è quibus unam apprehendens dixit omnibus, cur me læditis nihil a me læsæ? Abite, & in nomine domini ne huc appropietis ulterius. Quis non credat post hanc denuntiationem quasi timentes nunquam illuc bestias appropinquasse? sic Antonio impenetrabilia montium, & deserti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes fratres magnis uix precibus extorserunt, ut oliuas, & legumen, & oleũ, quod post
16 menses aliquot ministrabant, dignaretur accipere, & senili modicum laxaret ætati. Proh quantas ibi conuersans expertus est luctas? uere, secundum quod scriptum est, non illi aduersus carnem & sanguinem fuisse colluctationem, sed aduersus principatus, & potestates ab his, qui ad eum ingrediebãtur, agnouimus. Illic enim tumultus & uoces populi, armato rumq; sonitus prorsus plenum mõtem dæmonum multitudine se uidisse

Nota pro delectu ciborum.

referebant,ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem, & fortiter colluctantem. Qui tamen & aduenientes suo refouebat hortatu, & flexis genibus armis quoq; orationum omnem satanæ prosternebat exercitum. Admiratione planè dignum est in tam immani solitudine unum hominem nec dæmonum quotidianas expauisse congressiones, nec tantarum bestiarum quadrupedum,siue reptilium diuersæ cessisse feritati. Iuste Dauid cecinit,Qui confidunt in domino,sicut mons Sion, non cõmouebitur in æternum. Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem,& dæmones fugabat,& feras (Sicut scriptũ est) secum pacificabat. Sed & diabolus,ut supradictus propheta ait, obseruans eum frendebat dentibus suis: Et ille Saluatoris auxilio ab uniuersis tutus perseuerabat insidijs. Quadam ergo nocte cum peruigil Antonius obsecraret dominũ, tantos in monasterium eius bestiarũ greges coaceruauit, ut omnes eremi beluas circum se aspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpori minitarentur,intellexit hostis astutias,dixitq;,si a domino in me uobis est tributa licentia,deuorate concessum; Si autem dæmonum huc uenistis impulsu,quantocius abite,quia Christi famulus sum. ita factũ est, & iubentis uocem omnis bestiarum multitudo, quasi maiestatis uerbere cederetur, aufugit post hæc,fluxerant dies, & alia oritur cum eadem hoste certatio(nam semper ut uenientibus pro his,quæ sibi detulerant,aliquod munusculum rependeret,laborabat)traxit quandam sportellam, quam texebat, tritiam, siue funiculum. Ad cuius motum exurgens uidit bestiam pubetenus humanam faciem præferentem,quæ exinde in asinam finiebatur. Post cuius aspectum uexillum crucis in fronte sua pingens, hoc tantũ ait. Christi seruus sum,si ad me missa es,non fugio. Nullum in medio spatium,& statim informe prodigium dicto ocius cum satellitum turba fugit,& in medio cursu ruens extinctum est. Ista autem exposi mors, atq; enecati prodigij, dæmonum erat cõmunis interitus, qui omni studio laborantes, Antonium a deserto deducere non ualuerunt. Mirandis plus miranda succedunt. Non grande postista tempus excesserat, & tantarũ uictoriarũ homo fratrum precibus uincitur. A monachis enim rogatus ut eos dignaretur inuisere, una cum his profectus est, impositis camelo aqua,& panibus,quia nusq; præter monasterij locum, ex quo hauserãt, potabilis aqua per arentem uiam reperiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt. Ardor nimius,cestus intolerabilis, mortem cuncta minantur. Circueunt, & quærunt saltem collectam pluuijs lacunam; nihil prorsus remedij, nihil occurrit penitus ad salutem. Camelus quasi periturus & ipse æstuans dimittitur, æstuantis pectus exuritur, & sitis desperatione feruescit. Mouit senem fratrũ cõmune discrimen, & uehementissime contristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia confugiens,paululum ab eis secessit,ibiq; genibus flexis supplices manus tetendit ad dominum. Nec mora, & ad primas rogantis lachrymas in orationis loco fons ebuliens erupit, ibiq; extincta siti, & arentia mẽbra refecta sunt, & plenis utribus inuentum potant camelum. Ita enim casu euenerat,ut camelus errans per eremum,dum funiculum trahit,in quodã lapide eiusdem funiculi alligatione teneretur. Tandem confecto itinere ad monachos,qui inuitauerant, peruenit. Tunc uero quasi Patri omnes obuiam occurrerunt, & honorifico salutatu in oscula eius, & amplexus

17 *Antonius flexis genibus orabat.*

18 *Vide solitum orandi modum in antiquis quoq; fuisse patribus.*

certatim ruunt. Proposito feruenti gaudet Antonius, & lętantibus de aduentu suo cunctis, quasi xenia de monte portans, spiritualia impartitur alimenta. Laudat ueterum studia, hortatur nouorum. Sororem quoq; iam uetulam uirginem uidens, & aliarum puellarum magistram mira exultatione sustollitur. Exinde quasi diu abesset ab eremo, rursum festinauit ad montem. Plurimis iam ad illū uenientibus, cum etiam uexati a dæmonibus, malo necessitatis coacti auderent deserta penetrare, quos ille consolans, & monachis in cōmune præcipiens aiebat. Credite in Iesum fideliter, mentem a malis cogitationibus, carnem ab immundicijs seruate puram, & iuxta eloquia diuina, ne seducamini in saturnitatem uentris; odite uanam gloriam, orate sępissime, psallite uespere, mane, & meridie, & mādata scripturarum reuoluite. Recordamini gestorum, quæ sancti quiq; fecerunt, ut exempli memoria animam incitet ad uirtutē, refrenet a uitijs.

19 *Considera hæc Antonij præcepta ad Monachos suos, & uidebis si Monachismus noster res sit nouitia, an antiquissima.*

Suadebat etiam iugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait, sol non occidat super iracundiam uestram. Non tantum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur, sed & super omnia delicta hominum, ne peccatorum unquam nostrorum aut in nocte luna, aut in die Sol testes abscederent. Illius quoq; admonebat præcepti, quo memores esse dicit, Dijudicate uosmetipsos, & probate, ut rationē diei noctisq; facientes, si in se delictum deprehendissent, peccare desisterent: Sin autem nullus error decepisset, perseuerantes instarent potius incœpto, q̄ arrogantia tumidi, aut alios contemnerent, aut sibi iustitiā uendicarēt, iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis, Nolite iudicare ante tempus. magis debere eos Christo, cui soli occulta patent, reseruare iudicium. Multas esse (ut scriptum est) uias, quæ uidentur hominibus iustę, sed fines earum ad profundū respicere inferni; sæpe nostra non posse nos intelligere peccata, sæpe falli in ratione gestorum: aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium indicat arcanis. Æquum autem esse nos nobis compati, & inuicem onera nostra portare, ut cōcesso examine Saluatori, proprias conscientias nosmet ipsos indicantes intueremur. Necnon dicebat magnam esse ad uirtutem uiam, si singuli uel obseruarent quid gererent, uel uniuersas mentium cogitationes fratribus referrent: Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium quæcunq; peccasset, & subire pudorem in publicū turpia proferendi. Denicq; nullum peccantem coram alio audere peccare etiamsi peccet, tamen testem uitare peccati, mentiri magis & negare ei, & uetus delictum nouo inficiandi augeri delicto. Igitur quasi sub oculis agebat nostris, & cogitatu confundimur & actu, si omnia referenda faciamus, multo autem magis si peccata nostra fideliter describentes, digeramus in ordinem. Tunc uero annotatio delictorū fratrum uidebitur oculis. Tunc timebimus peccati maculas, conscientiæ ipsi nos arguent apices; & quomodo meretricibus membra miscentes confunduntur ad præsentiam cæterorum, ita & nos erubescamus ad litterarum scripturas. Hæc agamus, hanc uirtutis gradiamur uiam, & corpora mentibus subiugātes, pernitiosas diaboli cōteramus insidias. Talibus sermonibus, hortamentisq; & uenientes ad se monachos incitabat ad studium, & patientibus condolebat, pluresq; eorum Dominus per Antonium liberauit. Nunq; tamē aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam,

aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit. Magis autē eodem semper animo, & uultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis ut correptionē, qua uexabantur, patientius ferrent: Non enim Antonij aut cuiuscq; hominū omnino hanc esse medicinā, sed Dei solius, qui cōsueuit & quibus uellet, & quo uellet tempore dare sanitatem. Ita consolatione sua, & uexatos æquanimiter ferre tentationem, & iam liberatos non sibi, sed Deo gratias referre docebat.

Fronto autē quidam uir ex Palæstinis, qui infestissimo dæmonio uexabatur (nam & linguam eius laniabat dentibus, & oculorum nitebatur lumen extinguere) perrexit ad montem, rogabatq; beatum senem, ut pro se Dominum rogaret. Orauit Antonius, dixitq; ad eum, uade & curaberis. Illo incredulo sibi, & uiolenter ibidem contra præceptum remoranti eadem geminabat Antonius dicens, Hic curari non poteris, Egredere, & calcata Ægypto statim te misericordia Christi cōsequetur. Tandem credidit, & profectus est, ac uisa Ægypto, secūdum promissionem senis, quam ei Dominus oranti reuelauerat, infestio cessauit inimici. Virgo uero quædam, quæ à Tripolitanę regionis ciuitate deuenerat, inauditis, ac flebilibus doloribus laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lachrymæ, aurium putridus humor in terram cadens confestim in uermes uertebantur. Augebat calamitatem corpus paralysi dissolutum, oculos quoq; peruersos cōtra naturam habens. Hanc parentes eius deferentes, cum ad Antonium monachos ire didicissent, credentes in domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in Euangelio tactu fimbriæ stare præceperat, rogauerunt ut miserabilem filiæ comitatum susciperent. Illis renitentibus, eam usq; ad Antonium perducere, remansere parentes eius foris cū filia debili apud beatum confessorē & monachum Paphnucium, qui effossis pro Christo oculis sub Maximiano persecutore, tali dehonestamēto corporis plurimum gloriabatur. Peruenerunt igitur ad Antonium monachi; Cumq; de morbo puellæ referre disponerent, relationem eorū senis sermo præuenit, & omnem debilitatis & itineris usque ad sanctum Paphnucium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit. Rogantibus autem eum monachis, ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non consensit, sed ait, Ite & inuenietis puellam, si non est mortua, curatā: Et adiecit, Nullus debet ad meam humilitatem uenire, quia largitio curationū non est humanę miseriæ, sed Iesu Christi misericordiæ, qui ubiq; in se credentibus præstare consueuit auxilium. Quamobrem & illa, pro qua petitis, suis precibus liberata est, & cū ad Dominum orare ego, mihi præsentia sanitatis eius indulta est. Dixit, & uerba eius puellæ incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphnucium, & filiam sospitem, & parentes lætos repererunt. Non multos autem post illos dies cū duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & uno siti mortuo, alter iaceret in terra mortē expectans, Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos monachos uocauit, qui forte ibidem sunt reperti, & festinato præcepit, ut lagenam aquę assumentes inuaderent iter quod ducit ad Ægyptū, dixitq;, Vnus è fratribus huc aduenientibus modo migrauit ad Dominum, alter, si non succurreritis, addetur, hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta præceptum eius monachi festinantes, extinctum corpus inueniunt, terraq; id operientes alterum reso-

eſſlatum ſuo iunxerunt comitatui: erat autem ſpacium itineris unius diei. Fortaſſe aliquis quærat, cur non antequam moreretur, Antonius dixerit. Incongruo prorſus Chriſtianis argumento utitur, quia non Antonij, ſed Dei iudicium fuit, qui & de recedente, quã uoluit, ſententiam tulit, & de ſitiente reuelare dignatus eſt. Hoc tantum in Antonio mirabile eſt, quod in monte remotiſſimo ſedens, corde peruigili cuncta procul poſita, Domino indicante, cognoſceret. Alio rurſus in tempore cum ſederet in monte, & oculos tendiſſet in cœlum, uidit neſcioquã animam, lætantibus in eius occurſum Angelis, ad cœlum pergere. Cuius ſpectaculi nouitate ſtupefactus, beatum dixit ſanctorum chorum, orauitq; ut ſibi rei præſentis agnitio panderetur. Et ſtatim uox ad eũ facta eſt inquiens, iſtam eſſe Ammonis monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autẽ Ammon uir grandæuus, qui perſeueranter a pueritia uſq; ad ſenectutem in ſanctitate uixerat. Itinere quoq; dierum tredecim ſpacio a Nitria, locus, in quo ſedebat Antonius, diuidebatur. Videntes autem eum monachi admirantẽ, qui uenerant, deprecati ſunt, ut cauſam hilaritatis ediceret. Quibus ait, modo Ammonem quieuiſſe, quem propter frequentem eius ad Antonium cõmeatum, & propter celebritatem indultorum ei a domino ſignorũ optime nouerant: de quibus etiam hoc unum dicendũ eſt. Neceſſe ei fuit aliquando flumen nomine Lycum ſubitis aquis inundatum tranſuadare, rogauitq; Theodorũ, qui cum ipſo erat, ut paululum a ſuo ſepararetur aſpectu, ne nuditatem corporis inuicem uterq; conſpicerent. Receſſit Theodorus; nihilominus ille ſeipſum cum nudare uellet erubuit. Cogitantem autem eum in alteram ripam uirtus diuina tranſpoſuit. Rurſuſq; Theodorus, uir & ipſe Deo deuotus, tranſiens ad ſenem, mirari cœpit q; tam uelociter fluuium tranſuadaſſet: Cumq; nihil humoris in pedibus, nihil in ueſtibus eius aquę cõſpiceret, rogauit eum ut tam incredibilem translationem quaſi filio pater exponeret. Nolente illo dicere, quæ acciderant, amplexus eſt pedes eius, iurauitq; non ſe dimiſſurum, priuſquã ſibi id, quod celabat, referret. Videns ergo ſenex contentioſe uincere uolentem fratrẽ, exegit uiciſſim ab eo ut nulli hoc ante ſuam mortem indicaret, atque ita confeſſus eſt ſe ſubito in alteram ripam fuiſſe tranſpoſitum, neq; omnino undis impreſſiſſe ueſtigia dominici corporis hoc tantũmodo priuilegium afferens, & eorum, quibus ipſe, ut Apoſtolo Petro, donauerit, ut aquarũ leuitate humanum corpus inſiſteret. Hæc autem Theodorus præmiſſo tempore non dixit, poſt eius mortem retulit. Monachi uero, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notauerunt diem, & uenientibus de Nitria fratribus poſt dies triginta, ſciſcitantes repererunt illo die, illaq; hora dormiſſe Ammonem, qua animam eius ferri ſenex uiderat. Vtriq; igitur puritatem mentis in Antonio mirati ſunt, quomodo rei tam longe geſtę ſtatim ad eum fuiſſet perlata cognitio. Archelaus quoq; comes cum eum inueniſſet in exteriori monte, rogauit ut oraret pro Policratia Publij filia, quæ in Laodicea erat, admirabili & Chriſto dedita uirgine. Patiebatur enim peſſimos ſtomachi & lateris dolores, quos ieiunijs nimijs, uigiliſq; cõtraxerat, & erat penitus toto debilis corpore: orauitq; Antonius, & diem, quo oratio fuerat facta annotauit Archelaus. Redit Laodiceam & inuenit uirginem incolumẽ. Perconctatus diem ſanitatis, reperit tempus medelę cũ annotatione congruere. Et omnes admirati ſunt agnoſcen

20

Anima quædam Lætantibus angelis pergebat ad cœlum.

tes eo tempore illam fuisse a doloribus liberatam a Domino, quo orans Antonius pro ipsa bonitatem Saluatoris inuocauerat. Sæpe etiam ad se uenientium turbarum ante dies & menses, & causas prædixit, & tẽpora. Nam quosdam uidendi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, non nullos obsessa a dæmonibus corpora pertrahebant: nemo tamen unquã uexationem aut detrimentum laboris itineris conquestus est; regrediebãtur omnes spiritali cibo pleni. At ille præcipiebat non suæ laudi hanc admirationẽ ab eis applicari debere, sed domini, qui sui notionẽ hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit. Quodam autem tẽpore cũ exisset ad exteriora monasteria, & rogatus esset a fratribus ut in naui quadã cũ monachis proficiscentibus oraret, ascendit, & solus ex omnibus odorem sensit teterrimum: asserebant cuncti piscium salsorum, & caricarũ in naui positarum hunc esse putorem. At ille alterius rei se fœtorem sentire affirmauit. Adhuc loquente illo adolescens quidam possessus a dæmone, qui procedens iuxta carinam se nauis absconderat, repente exclamauit. Quo statim per Antonium in nomine domini nostri Iesu Christi curato, intellexere uniuersi illum diaboli fuisse putorem. Alius quoq; ad eum uir inter suos nobilis dæmoniosus adducitur, tanta oppressus insania, ut nõ sciret se esse apud Antonium, necnõ & corporis sui superflua comederet. Quamobrẽ rogatus senex ab his, qui eum adduxerant, ut pro illo Dominum oraret, intantum iuuenis miseriæ condoluit, ut tota nocte peruigilans cũ eo aduersus patientis insaniam laboraret. Sed cum iam lucesceret, & obsessus, impetu in Antonium facto, uehementer eũ impulisset, irasci cœperunt qui eum adduxerant, cur seni fecisset iniuriam. Quibus Antonius ait, Nolite alienam culpam iuueni misero adscribere; furor iste obsidentis est, nõ obsessi. Iccirco autem in hanc prorupit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eũ iussit, & expulsi Satanæ indicium, iste aduersus me impetus fuit. Nulla post uerba mora, adolescens recepto sensu, & gratias agens Deo, locum ubi esset, agnouit, & toto Antonium complexans deosculatus est affectu. Innumera & alia istiusmodi signa sunt, quæ monachorum concordi sæpe relatione cognouimus. Verum nõ tantum his adhibendus est stupor, quia multo plus, quę sequuntur, conditionem nostrę fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cũ ante cibum orare cępisset, raptum se sensit in spiritu, & ab angelis in sublime deferri, prohibentibus transitum aeris dæmonibus, cęperunt Angeli contradicentes requirere, quæ esset causa retinendi, nullis existentibus in Antonio criminibus. Illis uero ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, criminosa Angeli ora clauserunt, dicentes, non debere eos a natiuitate eius delicta narrare, quæ iam Christi essent bonitate sopita; si qua autem scirent ex eo tempore, quo factus esset monachus, & Deo se consecrasset, licere proferri. Accusabant dæmones multa procaciter mentientes, & cum deesset probamenta fallacibus, liber Antonio conscensus aperitur. Et statim rediens in se in eo loco, quo stare cęperat, hoc se rursum uidit esse, qđ fuerat. Tunc uero oblitus escæ ex illa hora noctem gemitu, ac lamentatione transegit, reputans secum humanorum hostium multitudinem, & colluctationem tanti exercitus, & laboriosum per aerem iter ad cœlum, & hoc Apostoli dictum, quo ait, Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principem potestatis huius aeris, qui

21 *Ante cibum orabat Antonius.*

22 *Vides hæretice quod religionis assumptio præterita cuncta dimittit peccata, quod tu negare audes, & perperam quidem. Et quod per Monachatum quis se conferat deo.*

sciens aereas potestates ob id semper tentare, luctari, & cõtendere, ne nobis liber trãsitus esset ad cęlũ, hortabatur monens, Assumite arma Dei, ut possitis resistere in die mala, ut nihil mali habens, quod de uobis dicere possit inimicus, confundatur. Nos autem Apostolici sermonis recordemur dicentis, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. Et Paulus quidem usq; ad tertium cœlum raptus est, ibiq; auditis uerbis ineffabilibus descendit: Antonius autem usq; ad aerem sublatus post colluctationem liber apparuit. Habebat etiam istiusmodi donum, si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset, & eius secũ inquireret notionem, oranti ei a domino reuelabatur, & erat, secundum quod scriptũ est, a Deo doctus. Denicq; cũ a fratribus haberetur iste tractatus, & ab eo sedulo scisciterentur quemadmodum se post corporis sarcinam anima gereret, qui'ue ei locus post exitum concederetur, proxima nocte uox desuper inclamitans nomen eius ait, Antoni, exurge, exi, & uide. Qui exurgens egressus est, sciebat enim quibus respondere deberet. Et eleuatis ad cœlum oculis, uidit quendam longum, atq; terribilem caput usq; ad nubes attollentem; uidit etiam pennatos quosdam uolare cupientes ad cœlum, atq; illum extensis manibus prohibere transitum; é quibus alios apprehensos elidebat ad terrã, alios frustra retinere contendens, dolebat super se ad cœlestia transuolare, & maximum gaudium mixtum mœrore nicti, uictoresq; tribuebant. Statimq; ad eum uox facta est dicens, Animaduerte quod uides: Et tunc cępit illuminato corde intelligere animarum esse conscensum, & diabolum prohibentem, qui & sibi retineret obnoxios, & sanctorum, quos decipere non poterat, cruciaretur uolatu. His uisionum exemplis incitatus quotidie ad meliora crescebat. Neq; uero id, quod sibi reuelatũ fuerat, causa iactantiæ fratribus indicabat, sed cum orans iugiter Dei laudaret auxilium, interrogantibus cõpellebatur edicere; nec spirituales filios pura in Christo anima occultare quicquã uolebat, præsertim cũ huiusmodi signorum relatio, & amorẽ ministraret proposito, & fructum laboris ostenderet. Nunquã ille aut ira subita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam: nam omnes clericos usq; ad ultimũ gradum ante se orare compellens, Episcopis quoq; atq; presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diacones uero, quia ad eum utilitatis causa ueniebant, cum pro adiutorio eorum eis præsentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi præponebat, non erubescens & ipse discere. Nam & interrogabat eos frequẽter cũ quibus erat, & si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adiutum. Habebat autem & in uultu magnã gratiam, & admirabile a Saluatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus eius inter multitudinẽ monachorum eum uidere desiderasset, nullo iudicante, cæteris prætermissis ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoscebat ex uultu, & per speculum corporis gratiam sanctę mentis intuebatur. Nam semper hilarem faciem gerens, liquido ostendebat se de cœlestibus cogitare, sicut scriptura ait, Corde lætante uultus floret, sed in mœrore continuo tristatur. Ita & Iacob agnouit Laban socerum suũ insidias sibi machinantem 'dicens ad filias eius, Non est facies patris uestri sicut heri & nudiustertius. Sic Samuel agnouit Dauid, lætificatos enim habebat oculos, & dẽtes sicut lac candidos. Similiter agnoscebatur Antonius, quia semper eandem faciem

23

Vt ab Episcopis & presbyteris benedicetur, caput submittebat.

inter

inter prosperа & aduersa retinens, nec secundis extollebatur, nec frangebatur aduersis. Erat enim & in uultu amabilis, & in fidei puritate mirabilis. Nunquã schismaticorum se miscuit cõmunioni, antequã eorum sciens prauitatem atq; transgressionem: Nunquã Manichæis aut alijs hæreticis saltem amicabilia uerba largitus est, nisi tantũ ea, quæ eos possent ab iniquitatis errore reuocare, denuncians talium amicitias atq; sermones perditionem esse animæ. Sic etiam Arrianos detestabatur, ut omnibus diceret nec iuxta eos quidem esse accedendum. Nam cum uenissent quidam Arrionianitę, reperit post eorum examinationem infidelissimam sectam, & fugauit eos de monte dicens, multo serpentibus deteriores horũ esse sermones. Mentientibus autem Arrianis aliquando Antonium ita ut se credere, admiratus eorum audaciam, & iusti doloris ira cõmotus, rogatusq; ab Episcopis, atq; uniuersis fratribus Alexandriam descendit, ibiq; Arrionitas publico sermone condemnauit, ultimam hanc esse hęresim, & præcursorem Antichristi affirmans, prædicauitq; in Populo filium Dei nõ facturam, non ex ullis extantibus, sed proprium, & unius cum Patre substantiæ; ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio uideretur, impium esse dicens uel mente concipere, erat quando non erat, cum uerbum Dei Deus, qui est, semper Patri sit coæternus, quia ex eo natus est Patre, qui semper est. Vnde aiebat, Cum Arrianis uobis nulla sit coniunctio. Quæ enim societas luci ad tenebras? Vos fideliter credentes Christiani estis: illi uerbum, id est filium, qui ex Deo Patre est, creaturam docentes, nullo interuallo a gentibus separantur, qui seruiunt creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula. Ipsa (mihi credite) irascuntur elemẽta, & omnis contra Arrianum furorem, secundũ Apostoli dictum, ingemiscit creatura, q̃ sibi Dominũ suum, per quem omnia, & in quo omnia facta sunt, uideat coæquari, alias aggregari. Hæc tanti uiri prædicatio exprimi non potest quantum ad fidem populos roborauerit. Lętabantur quippe hostilem & Christo inimicam hæresim anathematizari ab Ecclesiæ columna. Nulla tunc ætas, nullus sexus domi remansit. Taceo de Christianis. Pagani quoq;, & ipsi idolorum Sacerdotes ad Dominicum imperium conuolabant dicentes, Precamur ut uideamus hominem Dei, quia hoc apud uniuersos conspicuum erat nomen Antonij. Ambiebant quoq; saltem fimbriam uestimenti eius attingere, multum sibi & tactum prodesse credentes. Quot tunc diabolica obsidioue, & uarijs infirmitatibus liberati? quot simulachris erepta sunt spolia? quãti etiam ab errore gentilium retracti, nostro iuncti sunt gregi? Tanti certe, ut paucorum dierum spacio ex idolorum superstitione conuersio omnem per annum credentium uinceret turbam. Præterea cũ irruentem multitudinem comites repellerent, æstimantes illi tędio conuentum populum fore; ille tranquillo animo dicebat, Nunquid hic cœtus dęmonũ maior est turbis? nunquid obsequentium multitudo colluctatorum in monte nostrorum cateruis est numerosior? Accidit etiam ut cum eũ redeuntem circa portam prosequeremur, à tergo quædam mulier clamitaret dicens, Expecta, homo Dei, filia mea atrocissimo uexatur dæmonio, expecta, obsecro, expecta, ne & ego corruens inteream. Hoc audito mirabilis senex à nobis admonitus, uolens tamen & ipse paululum substitit. Cumq; appropinquante muliere puella iaceret exposa, orauit tacitus dominũ Iesum, & ad cõminationem eius

24
Nota tu qui fidelis esse diceris, et tamen continue cum hæreticis conuersaris.

statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse autem lætabatur, quia ad desideratam solitudinem repedabat. Erat autem ualde Sapiens, & hoc in se mirabile habebat, quia cum litteras non didicisset, ingeniosissimus, & prudentissimus, immobilis & mansuetus erat.

Aliquando etenim Philosophi duo gentiles uenerunt ad eum putãtes Antonium se posse decipere: erat uero in superiori monte. Quos cum uidisset, paganos intellexit ex uultu, & procedens ad eos per interpretem ita cœpit loqui, Quare tam longe ad stultum hominẽ sapientes se uexare uoluerunt? Illis dicentibus non esse illum stultum, sed & nimium sapientem, uigilanter respõdit, si ad stultum uenistis, superfluus est labor uester; si autem putatis me sapientem esse, & sapientiam habere, bonũ est, imitamini quod probatis, quia bona conuenit imitari. Si ego ad uos uenissem, uos imitarer, sed quia uos ad me, quasi ad sapientem uenistis, estote sicut ego sum, Christiani. Abscesserunt Philosophi utrunq; mirantes, & acumẽ ingenij, & dæmonũ expulsiones. Alios quoq; similiter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali disputatione colligauit dicens, Respondete mihi, quid prius, sensus, an litteræ? & quid cuius exordium? sensus ex litteris, an litteræ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus quod sensus esset author, atq; inuentor litterarum, ait, Igitur cui sensus incolumis est hic litteras non requirit. Quis præsentium post hanc collucta tionem non exclamauerit, cũ obstupuerint & ipsi, qui uicti sunt, tantam in imperito litterarum sagacitatem animi admirantes? Neq; enim ut in solitudine & montibus uersatus, atq; omnẽ ibidem exigens uitam, agrestis, & rudis erat, sed iucundus, atq; affabilis; sermonem secundum Apostoli præceptũ, diuino conditum sale proferebat, ita ut inuidia careret, & amore omnium potiretur. Inter hæc, quasi parum esset bis gentilitatem fuisse superatam, & tertio uenerunt uiri ad eum omnis secularis prudentiæ nube cæcati, atq; uniuersis philosophiæ studijs artium suarum æstimatione doctissimi. Hi cum rationem ab eo exigerent fidei, quã in Christo habemus, & niterentur arguta sophismatũ interrogatione de diuina cruce eũ illudere, in silentium paululum uoce cõpressa, primum eorum miseratus errorem est, deinde per interpretẽ, qui eius uerba diligentissime in græcũ solebat exprimere sermonem, ita exorsus est dicens, Quid pulchrius est, quid'ue honestius, crucem colere, an adulteria, parricidium uel incestum his assignare, quos colitis; cũ in altero sit contemptus mortis, insigne uirtutum, in altero turpis religio obscœnitatis magistra? Quid melius est dicere, quod Dei uerbum manens, ut erat, ob salutem nostram humanum corpus assumpserit, ut societate mortalitatis nos eueheret ad cœlum, participesq; naturæ cęlestis efficeret; an, ut ipsi asseritis, diuinæ mentis haustũ ad terrena ueneranda caput submittere, & pecudum, atq; serpentum formis cœleste nomen includere? Quo ore Christianorũ credulitatẽ audetis irridere dicentium Christũ filium Dei sine sui detrimento & cępisse esse, quod non erat, & mansisse quod fuerat; cũ ipsi animam de cęlestibus detrahentes, non tantum hominum, sed & pecudum soleatis sępire corporibus? Christiana credulitas pro salute mundi Deum suũ uenisse testatur; uos uero innatam animã prædicantes, ultro citroq; transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentiam Dei, clementiamq; ueneratur, cõsequenter

incarnationem dicit Deo fuisse possibilem, ita tamen ut non euacuauerit dignatio dignitatem: uos qui animã ex splendidissimo Dei fonte manantem turpiter decidisse iactatis, qui mutabilem & conuertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere, iam illam quoq; naturam dominã secu lorum per animæ contumelias impia lingua temeratis: imago enim, quæ secundum nos naturalem similitudinẽ sui retinet authoris, cui una est ex quo defluit, eademq; substantia, humilitates proprias, & iniurias consequenter ad suam originẽ remittit. Igitur animaduertite contumelias animarũ ad patrem (ut appellatis) earum per uestram blasphemiam redundare. Crux Christi domini Dei nostri hic nobis ingeritur. Rogo, quæ hęc est religionis obscœnitas? nonne potius est crucem attollere, aut alicuius generis mortẽ ab iniquis hominibus illatã patienter sustinere, q̃ Isidis plangere post Osirim uagos, incertosq; discursus? Pudeat uos, quęso, insidiarum Typhonis; pudeat Saturni fugæ, & deuorationis crudelissimę liberorũ: Erubescite parricidium Iouis & incestum, erubescite raptũ eius, & coitũ mulierũ, atq; puerorũ. Ille, sicut uestri fingunt Poetæ, ad explendum immanissimæ libidinis furorẽ, molles dedit in amore uagitus, ille in Dianæ fluxit sinus, ipse amator & precium; ille modulatus ales Lædæos petiuit amplexus; ille in proprium sęuiens sexum, regium puerũ ministris auibus polluit. Hæc uos creditis, hæc colitis, hæc sunt uestrorũ ornamenta templorũ. Æquo, deprecor pro uestra salute, nostra dicta pensate iudicio. Cuncta, an nihil, libris credenda sunt Christianis? Si nihil, nec crucis quoq;, cui detrahitis, nomen agnoscitis. Si uniuersa credenda sunt, cur, cũ in ijsdem libris Cruci resurrectio copuletur, passionem diuinã stolido laceratis eloquio, & non statim iungitis cæcorum uisum, surdorũ auditum, claudorũ gressum, leprę emundationem, seruiens ambulanti Deo suo mare, dæmonum fugas, resurrectionẽ mortuorũ, & defunctorũ ab inferis reditus? Hęc omnia scripturis diuinis, quas interpellatis, inserta sunt, & ijsdẽ uoluminibus continentur præconia maiestatis & mortis. Quamobrem odio, quo imbuti estis, abiecto, inuenietis ilico, & Deum uerũ esse Iesum, & salutis humanæ gratia fragilem assumpsisse naturã. Vestrã tamen nobis, si non pudet, narrate religionem. Sed quas error infelix poteris referre culturas de tanta rerũ fœditate, atq; uecordia? nisi forte (ut audio) fabulas asseratis deorum uestrorũ & obscœnitates, & crudelitates, & uanitates, & mortes, tegentes eas allegoricis uelaminibus; Liberum raptũ, terram Proserpinæ, semiclaudum Vulcanũ, & debilem ignẽ, Iunonẽ aerem, Apollinẽ solem, Dianam lunã, Neptunũ maria, & libidinũ principem Iouem ætherem interpretantes. Nec post hanc excusationis procacitatem deum, sed creaturas, contempto creatore, susciptis. Quod si pulchritudo uos elementorũ ad suam traxit ueneratione, modum fas erat custodire, & oportebat mirari tantũ nec colere, ne facturę ueneratio creatoris esset iniuria. Nam secundum istiusmodi, quã uos sequimini, ratio est prępostera, atq; peruersa, & architecti honor migrauit ad domum, & medici scientia ad remedia confertur, omnium quoq; artificum merita, uel laudes ad opera tranferentur. Quid ad hęc dicitis, ut agnoscamus quæ sit Crucis ridiculæ uobis ignominiosa confessio? Hac disputatione conuertentibus inter se philosophis oculos, simulq; musitantibus, subridens Antonius rursum per interpretem ait: Prædurum nanq; cuncto uidetur operi, quoties

iusto uniuersę rei tenore calcato, laboris merita factis magis q̄ factoribus adstruuntur. Elementa quidem, ut memorauí, ex ipso conspectu suam cōprobant seruitutē. Sed quoniam uos obseruatione dialectica necessaria, ut putatis, quæq̄ colligitis, hoc quoq̄ artificio etiam nos nostrā religionem cōpellitis affirmare. Respondete mihi. Cognitio Dei quemadmodum manifestius approbatur, per lectionē uerborum, an per operationē fidei? Et quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens? Illis respondentibus firmiorē sermonibus operationem esse, hanc & liquidam de Deo cognitionem; bene eos & ipse dixisse consensit, quia operationē, quæ ex fide descendit, animi generat affectus, dialecticā uero ex artificio cōponentium sumpsisse oppositionis exordia. Cum ergo, ait, operationē fidei animo sitam quis habuerit, superflua erit uerborum cōpositio, per quā conceptam sensu nostro credulitatē tentatis euellere, & tamen sæpe nostras explicare intelligentias nō ualetis. Ita solidiora sunt mentis opera, q̄ sophismatum fraudulenta conclusio. Nos Christiani mysterium uitæ nostrę non in sapientia mundi habemus repositū, sed in uirtute fidei, quæ nobis a Deo tributa per Christum est. Hanc orationis meę ueritatem, quotidie quę geruntur, ordo cōmendat; nobis imperitis, & litterarū uestrarū ignaris ad dignationem eius solum uerba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti, in uniuersum orbē quotidie propagamur; uobis uero post aduentum domini nodosę sophismatis defecerunt uersutiæ. Ecce nos simplicem Christi fidem docti idolatriam debellauimus, & per prædicationē ignominiosę crucis aurata templa ceciderunt. Vos, si potestis, ostendite qua contextione uerborū gentilitatem Christo præponere suaseritis. Per omnes iam terras Deus Dei filius Christus est agnitus, nihil eloquentia sophismatum, nihil disputatio philosophię multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus, & uniuersi dæmones, quos uos ut deos colitis, rugiunt, atq̄ ex obsessis corporibus ad primū dominicæ Crucis signum fugantur. Vbi sunt illa fabulosa oracula? ubi Ægyptiorum incantationes? quo magorū profecere carmina? Certe nunc uastata sunt omnia, cū de sua cruce mundo Christus intonuit. Nihilominus uos prætermissis debilitatorū cateruis, gloriosam Iesu mortem irridere conamini. Illud autem quale est, quod nunquā in festinatione regali concussa gentilitas, immo seculo chara, & hominum præsidijs fulta iam corruit. Nos famuli Christi, quo plus pręmimur, eo magis assurgimus & floremus. Vestra simulachra ornatis quondam septa parietibus, iam uetustate collapsa sunt, Christi uero doctrina, quæ uobis stultitia uidetur & ludus, licet tyrannica persequentium principum tentamenta pertulerit, licet uarijs sit incursata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararū fine prohibetur. Quando tot simul in se conuenere uirtutes? continentia in matrimonio, uirginitas in Ecclesia, floret martyrum pro domino suo gloriosa constantia, quorū omnium crux Christi principium est. Cū interim uos inter tantos uirtutum choros syllogismorū retia tenditis, & ueram rerum lucē tenebrosis conamini argumentationibus obuoluere. Ecce nos, ut dixit doctor noster, nō in gentili persuasione, sed in fide apertissima suademus, quæ uerborum affirmationē præuenire consueuit; Adsunt quippe patientes a dæmonibus uexati; quos cum in medium produxissēt, uerba repetiuit

tiuit dicens,Nunc uos collectionibus ueſtris,& quo¦uultis malefico carmine deos ueſtros,quos putatis,expellite; ſin autem non poteſtis,uictas ſubmittite manus,& ad Chriſti trophæa confugite,& ſtatim crucifixi credulitatem maieſtatis potentia proſequetur. Dixit;& inuocato nomine Ieſu,cum uitale ſignum in ſacro numero Trinitatis preſſiſſet in frontibus,una cũ expulſis dæmonibus uana præſentium philoſophorũ confutata ſapientia eſt.Expauerunt enim ſtupentes hominem,cui poſt tantum ingenium affluere signorum diuina largitio. At ille uniuerſa Chriſto,qui curauerat,adſcribens,uſus eſt affatu reciproco,& ait, Nolite me putare his ſanitatem dediſſe;Chriſtus per ſeruos ſuos facit iſta miracula. Credite & uos,& uidebitis quia deuota Deo fides,non eloquentię uanus tumor talia ſigna mereatur:confugite ad Crucifixi legem,noſq; eius imitamini famulos,& hoc ſcientiæ fine contenti, nulla deinceps ſecularis imprudentiæ argumenta quæratis.Hactenus Antonio dicente,miro philoſophi ſtupore perculſi,cũ honorifico ſalutatu ab eo recedentes, multum eius ſibi fatebantur profuiſſe conſpectum. Hoc in eo uiro mirabile eſt, ut hominẽ in extremo mundi limite conditum,& fauor principũ,& omnis celebraret aula regalis. Nam & Conſtantinus Auguſtus,& eius liberi Conſtans,atq; Cõſtantius,talia cognoſcentes,crebro ad eum, quaſi ad patrem,miſſis litteris obſecrabant,ut reciprocis eos ſcriptis hilararet.At ille eiuſmodi manens,qualis & antequam litterę ad eum uenirent fuerat, nec ſalutatione principum monebatur,& tanquam non acceptis litteris conuocatis monachis aiebat,Reges ſeculi ad nos miſerunt epiſtolas:quę hic Chriſtianis adhibenda miratio eſt?licet enim diuerſa ſit dignitas,attamen eadem naſcendi moriendiq; conditio eſt.Illa ſunt omni ueneratione percolenda,illa toto animi affectu retinenda ſunt, q̃ hominibus Deus legem ſcripſerit,q̃ per filium ſuũ propriꝝs Eccleſias ditauerit eloquiꝝs. Quæ monachis eſt ratio cũ epiſtolis Regum?cur accipiam litteras,quibus cõſueta neſciam reddere ſalutationis obſequia? Igitur rogatus ab uniuerſis fratribus ut Chriſtianos reges ſuis litteris refrigeraret,ne¦ſcilicet per ſilentium eius exaſperarentur,ad ſuſceptas Epiſtolas conuenientia reſcripſit. Laudauit primũ quod Chriſtum colerent,deinde ſalutaria perſuaſit,ne magnam putarent regiam poteſtatem,ne præſentis carnis imperio tumentes ſe homines eſſe neſcirent,& iudicãdos a Chriſto obliuiſcerentur. Ad poſtremũ clementiæ circa ſubiectos,& iuſtitiæ,curę quoq; inopum admonuit,atq; unum ſempiternũ eſſe regem omnium ſeculorũ Ieſum Chriſtum Epiſtolis teſtatus eſt.His Principes ſuſceptis,uehementiſſime lætabantur. Sancta quoq; apud cunctos Antoniꝝ flagrabat opinio,ita ut eius ſe filios cuperent nominari. Magna etenim cũ aduenientibus affabilitas omnium in ſe ſtudium conuerterat.

Poſtquam ergo gentiles confutati,reges admoniti, fratres ab eo ſunt conſolatione releuati,ad interiorem montem, & ad rigorem ſolitum regreſſus eſt;ibiq; ſæpe cum introeuntibus deambulans,ac reſidens ſtupebat,ſicuti in Daniele ſcriptum eſt; & interiectis horarum ſpaciꝝs, conſequentia reſpõdebat, ut intelligeretur aliqua reuelationis uidiſſe ſecreta. Nam in monte poſitus ea,quæ in Ægygto longe gerebantur,pręuidens, Epiſcopo Serapioni ibi conſtituto narrauit. Lamentabilis ſequitur uiſio, & omni lachrymarum fonte plangenda. Cum enim fratribus circa ſe ſe-

dentibus operaretur, intente fixit oculos in cœlum gemens atq; suspirans:
25 & post aliquantum spacium reuelationis inceptæ nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante Dei uultum prouolutus orauit, ut clementia sua futurum scelus auerteret. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens inuadit præsentes; obsecrant ut tantæ calamitatis exponeret uisionẽ. Singultus occupant uocẽ, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrũpitur. Vix tamen cũ uociferatione fluctuosa ait, Melius erat ò filioli, impendens piaculũ cita morte lucrari. Sic incipies, rursum lachrymis uincitur, & inter ægra suspiria tandẽ pectori cõmodãs uocem, Magnũ, inquit, quoddam, & uniuersis seculis inauditum imminet nephas, Magno fides Catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini multorum circundatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabãt. Hæc est causa gemitum meorum, quos audistis. Et facta est uox domini dicens, Abominabitur altare meũ, nec mora, uisionem sequitur effectus.

Fixis genibus ante dei uultũ prouolutus orauit.

26 Nam post annos duos sæua Arrianorum irrupit insania. Tunc ecclesiarũ fuerunt rapinæ; tunc diuinorum temeratio uasorum; tunc pollutis Ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria; tunc paganorum opificũ præsidia aduersus Christum comparata cum assumptione palmarum, quod idolatriæ apud Alexandriam insigne est, ad Ecclesiam pergere cõpellebantur Christiani, ut Arrianorum populi crederentur. Proh scelus, horret animus replicare quæ gesta sunt. Virginum, matronarũq; ereptus pudor, sanguis ouium Christi in Christi templo effusus uenerãda respersit altaria: Baptisterium pro uoluntate gentilium polutum est. Nihil defuit, uisionis ueritatem monstrauit effectus, quod calcitrancium mulorũ indisciplinatio, Arrianorum esset impietas. Sed istã tristitiam consequentis reuelationis prosperitate consolatus est, & ait, Nolite, filioli, mœrori uos penitus dare; ut enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur, & suum cito Ecclesia recuperabit ornatum, eosq;, qui in persecutionibus fidem Domini seruauerint, solito uidebitis fulgore relucentes. Reuertẽtur ad foueas suas serpentes, & religio longius propagabitur: tantum uidete ne fidei uestræ sinceritas Arriana labe sordescat. Non Apostolorum, sed dæmonum, & patris eorum diaboli ista doctrina est; ob id per insipientiam iumentorum similis pecudum, eorũ expressus est animus. Hucusq; Antonius. Sed nos minime conuenit diffidere tam grãde miraculum per hominem potuisse ostendi. Saluatoris enim promissio est ita dicẽtis, si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis huic monti transfer te, & transferetur, & nihil impossibile erit uobis. Et iterũ, Amen amen dico uobis, omne, quod petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Petite, & accipietis. Ipse enim suis discipulis, & uniuerso credentium gregi nunc subiectionem dæmoniorum, nunc uariarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat, Gratis accepistis, gratis date. Nunquid suæ uirtutis imperio curabat Antonius? nunquid suæ possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat? orationibus, non præceptis dæmones, morbiq; cesserunt, & ad Christi Dei nostri nominationem semper uniuersa perfecta sunt. Nemo sapientum sanitatum admirationem ascribat Antonio, sed domino Iesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens beneuolentiam, nunc quoq; per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat,

Est ne quid simile factũ in Germania ab hæreticis hoc infelici tempore?

& ob uitæ eius merita, cuncta Dominus largiebatur. Sæpe autem & contra uoluntatem ad exteriorem montem a fratribus perducebatur. Et cũ iudices, qui ad interius archisterium propter asperitatem itineris, & obsequentium multitudinem, & horridam solitudinem ire non poterant precario quęsierunt, ut eius fruerentur aspectibus, ut impetrare possent, quia molestissimè ferebant uexationem discursuum; ipsos catenatos, quos aut noxietas, aut uigor publicus constrinxerat, ad eum destinabant, scientes tales ab Antonio non posse contemni: quorum fletibus superatus pertrahebatur ad exteriorem montem, agnoscens laborẽ suum utilem miseris fore; suadebatq; iudicibus, qui eum inuitauerant, ut in sententia proferenda & odio, & gratiæ Dei timorem anteponerent, nec ignorare eos debere quod scriptum est, Quocunq; iudicio iudicaueritis, in eo iudicabitur de uobis: attamen inter medios sermones charæ sibi solitudinis recordabatur. Post coactam itaq; præsentiam, quam ducis preces, & quod uerius est, miserorum fletus extorserat, post salutaria monita, post reorum cõmendationem quorundã etiam absolutionem postulanti duci ut paulo largius eidem suam præsentiam indulgeret, ait, non posse se diutius ibidem morari, grato usus exẽplo, quod sicuti pisces ab aqua extracti mox in arenti terra morerentur, ita & monachos cum secularibus retardantes humanis statim resolui confabulationibus. Ob id ergo, inquit, conuenit ut pisces ad mare, ita nos ad montem festinemus, ne tardantibus nobis aliqua proposiți succedat obliuio. Pro tanta hominis sapientia dux miratus iustam de eo tulit, ueramq; sententiam dicens, Verè istum esse Dei famulum agnosco, nec in rustico homine potuisse tantam aliquando inesse sapientiam, nisi diuino amore regeretur. Præterea cum Balatius, qui sub Nestorio præfecto Alexandriæ dux Ægypti fuit, homo Arrianæ iniquitatis studiosissimus fautor, ita Christi Ecclesiam persequeretur, ut animo uesano uirgines, monachosq; nudatos uerberaret in publico, ad eum Antonius litteras misit, quarum ista sententia est, Video iram Dei uenientẽ super te: desine persequi Christianos, ne te ira occupet, quæ proximum iam tibi minatur interitum. Legit infelix epistolam, & irrisit, atq; in eam expuens proiecit in terram, portitores quoq; multis afficiens iniurijs, Antonio talia renunciari præcepit, Quoniam cura tibi tantopere monachorum est, etiam ad te mei uigoris transibit disciplina. Sed confestim minitatorem oppressit supplicium, & post quinq; dies os effrenatum ultio diuina compescuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriæ, quæ appellatur Chæreum, cum supradicto Ægypti præfecto Nestorio, uehuntur equis, quos inter omnes Balatius, cuius erant, mansuetissimos nutrierat. Cum ergo pariter solito sibimet equi alluderent, mitior, quo Nestorius uehebatur, morsu repentino Balatium decussit in terram, ac sic in eum inhians femora eius laceraũit, atq; corrosit, ut statim relatus ad ciuitatem post tertium diem moreretur, uniuersiq; agnoscerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quantocius consecutum, digno persecutoris fine completo. Cæteros ad se uenientes mira cum modestia Antonius admonebat, ut oblita seculi dignitate, remotioris uitæ beatitudinem appeterent. Si qui autem maiori potestate premebantur, nec poterant obtinere iustitiam, ita eos obnixè defendebat, ut ipse pro illis pati uideretur iniuriam. Multis utilis fuit præclari senis oratio; multi magnis di-

27

Antonius tantũ orabat, & ob uitæ eius merita, cuncta dominus largiebatur. Ergo iusti merita habẽt apud deum.

uitijs, & altiori militiæ gradu derelicto, eius adhæsere curriculis. Et ut infinita breui sermone comprehendam, bonum Ægypto medicum Christus indulserat. Quis nõ tristitiam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis non iram uertit in pace? Quis orbitatis luctum non ad eius temperauit aspectũ? Quis non mœrore paupertatis, quo premebatur abiecto, statim & diuitum despexit opulentias, & in sua lętatus est paupertate? Quis post lassitudinẽ monachus non eius inuatus est hortatu? Quis adolescentiæ ætatis accensus ardoribus, nõ ex eius admonitu pudicitiæ amator fuit? Quis uexatus a diabolo sine medela redijt? Quis inimici cogitationibus distractus, cæca tempestate sopita, sereno non regressus est animo? Sciebat enim quo quisq; laboraret incõmodo; & ex uitæ meritis discretionem spirituũ agnoscens, adhibebat morborũ, prout erant uulnera, sanitatem. Vnde effectum est, ut post eius doctrinã omnes diaboli pande

28

Antonius abstrahebat puellas desponsatas a nuptijs ad uirginitatem, Nostri autem hæretici uirgines deo dicatas a monasterijs ad nuptias reuocant.

rentur insidiæ. Multæ quoq; desponsatæ puellæ ad eius conspectũ ab ipso penè thalamo recedentes, in Ecclesiæ matris gremio cõsederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant, & uniuersarũ gentiũ uarietas bellicosissimum contra dæmones uirum conspicere gestiebant. Nullus se frustra illuc uenisse conquestus est; omnibus delectabile, atque iucundũ laboris cõmertium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum uiatici reportabat, sicut rei probauit effectus. Nam post resolutionẽ eius, quasi cõmuni uulnere orbitatis excepto, propriũ singuli parentẽ luxerũt.

Quis autem finis uitæ eius fuerit, dignũ est & me cõmemorare, & uos cum desiderio audire, quia & hoc imitabile in eo cunctis fuit. Iuxta consuetudinem ad uisendos fratres, qui in exteriori mente erant, uenit ibiq; a diuina prouidentia de sua morte condisens, ita exorsus est. Vltimam, filioli, patris audite sententiam: non enim arbitror quod in hoc seculo iterum uos uisuri simus. Cogit conditio naturæ, ut post centenarium numerum, quem annis quinq; supergredior, iam resoluar. Ita locutus audientium pectora contristauit; gemitus, lachrymæq; dicta mœrentia consecutæ sunt.

29

Prima pars ultimorũ uerborum Antonij ad monachos suos, fuit, ne cõmiscerentur hæreticis, sed ad sanctos conuerterent omnem suam æmulationem.

Amplexabantur eũ uniuersi, quasi iam de seculo recessurũ. At ille tanq; aliena deserens, ad propriam patriam profecturus, magna cũ lętitia præcipiebat, desidiã instituto non debere subrepere, sed tanq; quotidie morituros, ut ante prædixerat, a sordidis cogitationibus animã custodire, & omnem æmulationẽ ad sanctos quosq; conuertere; ad Meletianos uero schismaticosq; ne prope quidẽ accedere. Scitis enim, aiebat, eorũ antiquã peruersitatem: neq; cum Arrianis cõmunione iungamini, quia impietas eorũ iam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullũ debere Christianũ, cum seculi uiderit potestates pro Arrianorũ, & Meletianorũ pugnare nequitia, a Christi territũ discedere ueritate: mortalium illã esse defensionẽ, nec diu fallacẽ permanere posse phantasiã. Quapropter aiebat, Custodienda est pia fides in Christo, & patrũ religiosa traditio, quã ex scripturarũ lectione, & crebro meæ paruitatis didicistis admonitu.

Secunda, ut custodirent piam fidem in Christo, & patrum religiosam traditionem.

Finito sermone, fratres eum uehementissime retardabant, glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas, quas & silentio demonstrabat, præcipue tamen ob præsumptam Ægypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Ægyptijs est, nobilium & præcipue beatorum martyrum corpora linteamine quidem obuoluere, & studium funeri solitum non negare, terra uero non abscondere, sed super lectulos domi po

Et tamen hæretici nostri temporis audent dicere eam non esse seruandam, quia puræ doctrinæ & man-

sita

sita reseruare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inueteratæ consuetudinis uanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica consuetudine corrigerent, & laicos uiros, ac mulieres rigidius ipse conuenit dicens, Nec licitum hoc esse, nec Deo placitum, quippe cum patriarcharum, & prophetarum sepulchra, quæ ad nos usq; perdurant hæc facta cõuincerent. Dominici quoq; corporis exẽplum oportere intueri iubebat, quod in sepulchro positum lapide usq; ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit. Atq; his modis uitium circa defunctos Ægypti, etiam si sancta essent corpora, coarguebat dicens, Quid maius, aut sanctius corpore potest esse Dominico, quod iuxta cõsuetudinem gentium cæterarum humo conditum esse scimus? Hæc iusta persuasio multorum insitum euellit errorem, & repositis in terra cadaueribus, Domino gratias pro bono magisterio retulerunt, Metuens ergo cõsuetudinem supradictam, ne eodẽ etiam circa se laberentur errore, celeriter ualedicens monachis, qui confluxerant, ad amicuum uirtutis habitaculum repedauit. Post menses autem paucos, cum non mediocre incõmodum senilia membra turbasset, uocatis ad se duobus fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico interuallo seiunctos instituerat, quiq; etiam ei iam seni cœperant ministrare, ait, ego quidem, filioli, secundum eloquia scripturarũ. Patrum gradior uiam, iam enim Dominus me inuitat, iam cupio uidere cœlestia: sed uos, o uiscera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdatis. Hodie uos religiosum studium arripuisse arbitramini, & cœptæ uoluntatis fortitudo succresceret. Varias dæmonum nostis insidias, uidistis eorũ & impetus feroces, & uires effeminatas: Iesum suspirate, & credulitatem nominis eius uestris figite mentibus, & a certa fide uniuersi dæmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum, & incertæ conditionis uitã quotidie ancipitem pertractate, & cœleste uobis præmium sine cunctamine tribuetur. Schismaticorum quoq;, & hæreticorũ uenena uitate, meumq; circa eos odiũ sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit propter prauam eorum uoluntatem, & pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis este solliciti, ut Domini præcepta seruetis, & post mortem uestram sancti quiq;, quasi amicos & notos, in æterna uos recipiant tabernacula. Hæc cogitate, hæc sapite, hæc retexite: & si qua mei uobis cura, si qua Patris memoria est, si mihi uicarium rependatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne uano corpus honore seruetur, ne uituperati ritus a me, ut nostis, etiam circa me seruentur obsequia; huiusenim rei gratia maxime huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, uos patris operite corpusculum, & illud quoq; senis uestri custodite mandatum, ut nemo præter uestram dilectionem locum tumuli mei nouerit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tempore hoc corpusculum resurget incorruptum. Vestimentorum autem meorum sit ista diuisio; Melotem, & pallium tritum, cui superiaceo, Athanasio Episcopo date, quod mihi nouum ipse detulerat: Seraphion Episcopus aliam accipiat melotem; uos cilicinum habetote uestimentum, & ualete, uiscera mea: Antonius enim migrat, & iam non erit in præsenti seculo uobiscũ. Verba finierat; & oscu lantibus se discipulis, extendens paululum pedes mortem lætus aspexit,

data hominum, quæ Christus dãnat. Quasi dominus Iesus Christus de sanctis traditionibus loquatur, & nõ de his quæ dei mãdatis aduersantur, cuiusmodi illa erant de quibus tũc uerba faciebat, quando humanas traditiones dãnabat.

30

Antonius docuit defunctos Aegypti terra condi, etiam si sanctorũ essent corpora.

31

Cauenda communio cum hæreticis.

32

Vt sancti post mortẽ in æterna uos recipiãt tabernacula.

33

Ecce qualis Antonij uestitus.

ita ut ex hilaritate uultus eius Angelorum sanctorum, qui ad perferendã animam eius descenderant, præsentia nosceretur. Hos intuens, tanq; amicos uideret, animam exhalauit, & additus est patribus, secũdum ordinẽ scripturarum. Seruauerunt mandata discipuli, inuolutum, ut præceperat, corpus humo operientes: & nemo interim usq; ad hanc diem, præter eos, ubi sit conditum nouit. Legatarius autem Antonij benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectitur, & tanquam magna hereditate ditatus, lætanter per uestimentum recordatur imaginem sanctitatis. Hic Antonio uitæ terminus fuit, ista principia meritorũ, quæ licet parciori, ut prædixi, sermone narrauerim; tamen ex his potestatis aduertere qualiter homo Dei a pueritia ad senectam usq; peruenerit; & quod omni semper dubitatione calcata, nec languori, nec longeuæ quicquam ætati aliquando concesserit. Magis autem æqualitatem propositi tenens, nec uestimentum mutauit, nec pedes lauit, nec escam sectatus est molliorem: oculorum quoq; aciem, & numerum dentium: licet paululũ ob ætatem uiderentur attriti, necnon & pedum incessum, totius etiam corporis firmitatem, ita, & contra iura naturæ meritorum gratia custodiuit, ut lauatorum corporum, quę balneis, atq; delicijs confouentur, hilarior eius caro uideretur. Hoc etiam fratres, quod per omnes prouincias amor eius, famaq; uolauit, quem nec librorum disseminatorum otatio luculenta, nec mundanæ sapientiæ disputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congestio cõmendauit, cui omnium ore est adscribendum, nisi Christo, cuius hoc donum est? qui deuotos eius animos erga suam præuidens maiestatem, hominem alio pene orbe celatum, & inter tantas positum solitudines, Africæ, Hispaniæ, Gallię, Italię, Illyrico, ipsi etiam, quæ urbium caput est, Romæ, ut in exordio promiserat, demõstrauit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos, licet nolentes, nobilitare consueuit, ut uirtus possibiliter, nec ultra humanam esse naturam sanctorum doceatur exemplis, & ad beatę uitę imitationem ex fructu laboris optimus quisq; impellatur. Hunc itaq; fratribus librum magnopere perlegete curate, ut agnita fideli uita sublimium monachorũ, sciant quod Saluator noster Iesus Christus glorificantes se glorificat, & seruientibus sibimet non tantum regna cœlorũ, sed etiam hic in ipsis montium secretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatem, scilicet ut & ipsi fruantur laude meritorum, & cæteri eorum prouocentur exemplis. Si autem necessarius fuerit, & gentibus legite, ut uel sic agnoscant, quia Dominus noster Iesus Christus non solum est Deus Dei filius, sed etiam his, qui eum solicite colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit potestatem, ut dæmones, quos illi Deos esse arbitrantur, conculcent, atq; eijciant, deceptores scilicet hominum, & totius corruptionis artifices.

Habetur lib. 1. Historiæ Tripartitæ cap. 11.

ITEM VITA D. ANTONII, PAVLI SIMPLICIS, AMOS AEGYPTII, THEODORI, ET EVTYCHIANI

Monachorum discipulorum eius per Cassiodorum Senatore scripta.

SOzomenus. Per Nicęni tempora Concilij præcipue insignissimam Ecclesiam demonstrauerunt, & dogma dilatauerunt uitæ uirtuti-

bus,qui cõuersatione monachica illo tẽpore fruebantur. Vtilissima nanq; res ad homines uenit adeo ista philosophia, quę multarum doctrinarum & dialecticę artis studia despicit, tanquã sit minuta, & melioris operis tempus impediat, atque ad recte uiuendum nihil ostendat.

Hæc ergo Philosophia conuersatione miranda, naturali simplicique prudentia docet omnino quæ nequitiam perimant, & operentur utilia. Non enim prędicat uirtutem, sed magis exercet, nihili pendens humanam gloriam, uiriliterq; resistens passionibus animę, & neq; naturę necessitatibus se subdit, nec corporis infirmitati succumbit. Diuinæ uirtutis mentem habens, semper contemplatur omnium creatorem, & eum nocte dieq; colens, orationibus & Litanijs placat indubitanter. Animę uero puritate & bonorum actuũ conuersatione ad ministeria se diuina componens, purgationes aspersionesq; cõtemnens, solas uero pollutiones peccata putans, extrinsecus irruentes casus exuperat, & omnium absolute huiusmodi dominatur. Non per stabilitatẽ necessitatemq; uitę qualibet uoluntate mutatur: non mala patiens ulciscitur: non languore aut indigentia necessario rum cõpressa mordetur, sed potius gloriatur in talibus. Patientiam, mansuetudinẽ, mediocritatẽ, in omni uita meditatur, & quantũ naturæ humanę possibile est, Deo esse uicinũ: ueluti in transitu utens præsentibus, neq; circa possessionẽ rerum occupata constringitur, neq; ultra quã opus est in præsenti prouidere forsan urgetur. Semper autẽ simplicitatẽ & exercitium huius institutionis laudans, beatitudinẽ contemplatur æternã, & ad fęlicem terminũ omni uiuacitate festinat. Timore diuino sine intermissione suspirans, turpiloquia respuens, & nec usq; ad uocem emittere patiens, quorũ actiones suis actibus noscitur exoluere. In breui cõprehendens necessaria naturæ, & cogens corpus mediocribus indigere, castitati luxuriam subdit: iustitia punit iniustitiam, & ueritate mendacium. Disciplina rerũ omnium mensuras participatur: cũ proximis in unanimitate & cõmunione consistit: amicorũ prouida est atq; peregrinorum: quæ propria sunt, cõmunia facit egentium, & tuetur utilia singulorũ: neq; gaudentibus importuna, & tribulatis remedium consolationis apponens. Ad uerum bonum diligentiam suam semper extendens, sermonibus castis sapientibusq; consilijs, ornatu ac uano eloquio remotis, erudiens, atq; curans ueluti quibusdam medicaminibus audientes, cũ honore & reuerentia dispositiones suas celebrans, contentione, certaminibus, iraq; priuata. Nam cũ sit rationalis, omnẽ motum irrationalem fugit, generaliter passiones corporis deuincit & animæ. Huius itaq; elegantissimę philosophiæ princeps quidem fuit, sicuti quidam dicunt, Helias propheta, & Baptista Ioãnes.

Philo autem Pythagoricus suis temporibus refert undiq; egregios Hebræorum in quodam prædio circa stagnum Mariam in colle posito philosophatos, habitaculum uero eorum & cibos & conuersationẽ talem introducit, qualem & nos nunc apud Ægyptiorũ monachos esse cõspicimus. Scribit enim inchoantes eos ad philosophiam, cedere omnibus sibi cõpetentibus rebus, cunctisq; abrenunciare permixtionibus & extra muros in solitarijs agris & hortis inhabitare. Domos autẽ eis esse sacraria, quæ apud nos monasteria nuncupantur: & in eis conuersatione solitaria honesta celebrare mysteria, diligenterq; psalmis & hymnis placare diuinitatem: & ante solis occasum non gustare cibum, alios autẽ per tres

1

Monachatus res utilissima, philosophia a deo ad homines descẽdens, qui uitæ uirtutibus Christianũ dogma dilatauit, & ecclesiam dei maxime insignẽ reddidit. Hæc norent Hæretici nostri.

2

Hic uos appello quot quot religioni et mistuis monasticis bellum perpetuũ indixistis, pro maiori parte fere huius sanctæ disciplinæ desertores, et qui inter cætera iactatis, obseruationes monasticas non esse opera consiliorum, & arctissimũ genus Monachorum ponere religionis fastigium in ceremonijs exterioribus, in Iudaicis superstitionibus, in hypocrisi & falsis opinionibus. Videte quomodo omnes uestræ blasphemiæ hoc in loco detegantur & cõfundantur, cum tam sancta, tam syncera, tam demum Christiana hæc professio esse ostendatur.

3

Vides hic uoluntariã Monachorũ pauperta tẽ, cœlibatum perpetuũ, miram abstinentiam cũ ciborum delectu, secessionem & frequentes orationes, Quicquid garriant Apostatæ nostri.

dies & amplius: cæteriſq; diebus in pauimento habere cubilia, uino ſemper & ſanguinẽ habentibus abſtinere, cibum eum eſſe panis & ſalis, & hyſſopi, & potum aquæ: Mulieres eis cohabitare, ſeniores uirgines propter amorẽ philoſophię ſpontanea uoluntate nuptiis abſtinentes. Et Philo quidem hoc modo referens, uidetur aperire, quia hi qui ex Hebræis ſecundum eum Chriſtiani ſunt facti, adhuc Iudaice uiuerent, eorumq; conſtitutiones ſeruarent. Apud alios enim non inuenitur huius uitæ conuerſatio. Vnde conñcio ex illo apud Ægyptios hanc philoſophiam habuiſſe principia. Alii uero dicunt huic cauſam fuiſſe conuerſationi perſequutiones, quæ religionis cauſa per tempora prouenerunt. Et quoniam fugientes in montibus & uallibus deſertiſq; morabantur, ad modum ſe uitæ huius aſſueuerunt. Sed ſiue Ægyptii, ſiue alii quidam huic ab initio philoſophiæ præfuerunt, illud tamen apud omnes conſtat, quia ad ſummã reuerentiam atq; perfectionẽ, moribus exercitationibuſq; decentibus, hanc conuerſationem uſq; perduxit Antonius maximus monachorum, quem tunc in deſertis Ægypti morantem propter gloriam uirtutis eius, Imperator Conſtantinus amicum fecerat, literis honorabat, & ut pro quibus uellet ei reſcriberet, expetebat.

Fuit autem iſte uir Ægyptius genere, ortus inſigni uico in loco Heraclię apud Ægyptios conſtituto. Is puer relictus orphanus paternos dona uit agros cõuicaneis ſuis: aliam uero ſubſtantiam diſponens, pretium pauperibus erogauit, ſtudioſi exiſtimans phyloſophi, non ſolum ſemetipſum ſpoliare pecuniis, ſed eas diſpenſare proficue. Iunctus autem ſtudioſis ſecundum ſe uiris, uirtutes zelabatur uniuerſorum, probans bonam uitam ſuauem fieri ipſa conſuetudine, licet fuerit primo difficilis. Modos adiniciebat abſtinentię potioris, & quotidie exercitatione creſcebat. Tanq; ſemper incipiens aliquid innouabat, afflictionibus corporis puniendo libidinem, ſacrę uero ſapientiæ uoluntate paſſionibus animę repugnando. Erat enim eius eſta ſolus panis & ſal, potus aqua, prandiq; tempus ſolis occaſus. Frequenter enim duos & amplius dies ſine cibo manebat. Vigilabat (ut ita dicatur) ſemper quidem iugi nocte, & orationibus continge bat quidem diem: Si uero ſomnus incumberet, ſtando paululum dormie bat, plerunq; pauimento iacens, ſolumq; terram ſtratum refectionis habens: olei ſiquidem unctionem, lauacrorum aquæ ſimilium uſum modis omnibus euitabat, quia humectatione ſua in molliciem robur corporis immutarent. Aiunt enim neq; nudum cũ aliquando uiſum. Literas uero neq; ſciebat, neq; mirabatur, ſed potius mentem bonam tanquã antiquiorem literis, quarum tamen inuentorem iure laudabat. Fuit autem præcipue clementiſſimus, caſtus, fortis, gratus colloquẽtibus ſine ulla triſtitia. Et licet qui cum illo diſputarent, certatiue quęſtiones inferrent, tamẽ more ſolito ſapienter & diſciplinabiliter creſcentem ſedabat ſępe contentionem, & ad menſurã debitam protinus transferebat: Loquentiumq; ſibi ſtrepitum temperabat, eorumq; mores ueluti quadã regula cõponebat.

4 *Heus tu qui blateras ceremonias omnes q̃ in uictu ueſtituq; & aliis obſeruantiis Monachorũ exhibentur, uenias eſſe, res ridiculas & recentes confictas. Quid ad hæc dicis pauper homo, cũ tantus uir Antonius eas omnes apprehenderit & ad ſummã perfectionem prouexerit?*

Tantis itaq; uirtutibus diuinæ prouidentię redundans, ſe futura præſcire non æſtimabat eſſe uirtutem, & propterea nec laborandum inaniter circa talia ſuadebat, quando nec ignorantem futura pœnę ſuccumbere, nec ſcientem propterea ſanctum eſſe declarabat. Veram nanq; beatitudinem in cultura dei & legum eius obſeruatione dicebat. Si cui autẽ hæc

5 *Et tu audes dicere, ar chiſſimum genus Monachorum ponere re-*

esset cura, docebat ut purgaret animã quo posset inspicere, & futurorũ notitiam possidere, deo uidelicet prescientiam declarante. Vacare autem nec ipse patiebatur, & bene uicturum semper operari præcipiebat: ac semetipsum discutere, & secum ponere rationem eorum quæ gessit die noctuq; : siquid autem indecens ageret, conscriberet, ut de cætero parceret in delicto, semetipsum scilicet erubescens, si plurima sui delicta cõperisset: simul etiam metuens ne per cõscriptionis iudicium fieret alijs manifestus. Erat enim laboriosus, & maxime pro solatijs oppressorum. Quis etenim alter sic feruentissime fuit studiosus, quorũ gratia sæpe ueniebat ad ciuitates? Plurimi nanq; ui cõpellente cogebant eum legatione fungi apud iudices & magistratus, quorũ singuli uel uidere eum iudicabant nimis egregium, Loquentem audire, & præcipienti parere gloriosum. Qui cum talis esset, studebat tamen ignorari & latere per eremum. Si uero necessitate faciente uenisset in ciuitatem, dispositio negocio pro quo uenerat, ad desertum continuo reuertebatur. Pisces nanq; dicebat per humectam nutri ri substantiam, Monachis autem ornatũ ferre solitariam uitam. Et sicut illi terræ tactu tabescunt, sic gloria monachorum ad urbes accedendo fœdatur. Obedientem uero se gratumq; conspicientibus exhibebat. Studebatq; ut neque haberet tumentem superbamq; naturam, nec putaretur eiusmodi.

Sed hæc quidem pauca uirtutum Antonij dicere sum cõpulsus, ut tanti uiri per hæc exempla consideremus philosophiam. Plurimos autẽ atq; probatissimos habuit auditores, quorũ alij quidem in Ægypto & Lybia, alij uero in Palestina & Siria & Arabia claruerunt, & unusquisq; eorum non minus se quam doctor, apud quos est cõmoratus, exercuit, multosq; docuit, & ad similem uirtutem philosophiamq; perduxit: ita ut quorundam hic labor esset circumire per ciuitates & prouincias, uel per agros, & diligenter Antonij discipulos eorumq; requirere successores. Sed quo modo poterant inueniri facile, quibus erat studium diligentissimum sua uita latere, & non sicut plurimi nunc hominum elati per gloriam, semetipsos expompant, & cunctis insinuant?

Fuerunt itaq; probatissimi discipuli, quos percepimus Antonij, alij quidem multi, necnon & Paulus appellatione simplex. Hunc aiunt cũ rusticus esset, bona specie coniugem habuisse, & ea in ipso facinore adulterij deprehensa, tacite subrisisse, & iureiurando firmasse nunquã se cum ea esse miscendum. Tum ad adulterum: Habe inquit, eam, Et repente discessit ad eremum ad Antonium. Dicunt enim eum mansuetissimũ & patientẽ ualde fuisse. Denicq; cum iam senex esset ad uitam monachicæ perdurationis insuetus, omnibus eum Antonius experimentis exercens, in nullo inuenit inferiorem, perfectecq; eum philosophiæ esse testatus, seorsum præcepit habitare, tanquã non egentem doctore. Confirmabat autem Deus Antonij testimonium, & operibus ostendebat uirũ esse gloriosum, ipsoq; doctore superiorem, atq; ad affligendos & expellandos dæmones præparatũ. Circa hoc itaq; tempus philosophabatur & Amos Ægyptius, de quo sermo fertur, quia cogentibus parentibus duxisset uxorem, nec tamen eã fuisset expertus. In principio nanq; nuptiarum sponsam tanquã sponsus in thalamo percipiens, & solus cũ ea remanens, ait, Nuptiæ quidẽ (o mulier) nostræ usq; ad hoc celebratæ sunt tempus. Et quale bonum sit posse

ligionis fastigium in ceremonijs, in prodigioso uestitu, incerto psalmorũ numero aut labore corporali. O imprudentissimum mendacium.

6

At quidam hoc tempore peruersissime docent, malum esse uir-

ginẽ permanere, cũm deus dixerit. Non est bonum hominem esse solum, quasi id dixerit de uirginibus, & non de primo homine ex quo debebat fieri speciei prorogatio in futuras generatiões?

uirginem permanere, & sacris edocebat literis, ac seorsum solus manere tentabat. Sed quoniam de uirginitate quidem sermones uirgo laudauerat, diuidi autem ab eo graue iudicabat, in alio cubiculo dormiens, annis decem & octo cũ ea mansit, neq; tunc a monachica abstinentia se suspendens. Interea mulier uiri zelata uirtutem, æstimauit non esse iustum tantũ uirum domi cęlari propter se, sed oportere potius seorsum utrunq; philosophari, & ob hoc supplicauit uiro. At ille gratias agens deo pro huiusmodi cogitatione mulieris: Tu quidem, inquit, hanc habe domum, ego mihi aliam fabricabo. Et in meridianam partem deserti stagni Mariæ ueniens, circa locum Scyti ad montẽ qui dicitur Nitriæ, duobus & uiginti annis ibi philosophatus est, annis singulis uisitans secundo mulierẽ.

Huius itaq; sacratissimi principis horum monasteriorũ, multi fuerunt dignicq; discipuli, sicut successiones ostendunt: plurimaq; & ueneranda per eum prouenerunt, quæ præcipue apud Ægyptios monachos perfecteq; seruantur. Nam cũ maxima diligentia per successionem traditionis alterutrę curant uirtutes antiquorum memoriæ tradere monachorũ: sed a me illi memorandi sunt, qui ad nos usq; peruenerunt.

Cõtigit igitur huic uiro & Theodoro eius discipulo, euntibus aliquod transire flumen quod dicunt Lycum. Ne uero alteruter se nudum uideret, iussit Amos ut recederet Theodorus. Cumq; etiam semetipsum erubesceret nudum intueris, repente diuina uirtute translatus est ad ulteriorem ripam. Transiens uero Theodorus aquam, & uidens nec uestem eius nec pedes infusos, supplicabat seni ut ei causam rei depromeret. Cumq; ille dicere refutaret, ille uero non aliter se properaturum nisi cognosceret, promittente Theodoro nulli se eo uiuo rem fore dicturum, confessus est quod euenit.

Proximum uero miraculum huic quoq; rei contigit quod narrabo. Iniusti parentes alicuius a cane rabido percussum filium & pene moriturũ obtulerunt ei, & eiulanter deprecabantur ut curaretur. Tum ille ad eos: non eget, inquit, mea curatione, sed uos si uultis reddere bouem quem rapuistis dominis suis, ægrotus repente sanabitur, quod etiam contigit. Nã ut restitutus est bos, passio mox recessit a puero.

Quando autem Amos iste moriebatur, dicitur Antonium uidisse animam eius in cęlum ferri, diuinis potestatibus cum psalmodia præcedentibus eam: consulentibusq; eis qui circa eum erant causam huius miraculi, nõ abscondit. Sciebant enim quoniam aerem intento obtutu respiciens, cum stupore miraculi cuiuspiam respiceret uisionẽ. Cumq; uenientes postea quidam de Scyti nunciassent horam uisionis Antonij, & conuenissent cũ transitu illius uiri, beatificauerunt ambos: illum quidem, quia ad manifesta bona transisset, illum uero, quia tantam a longe meruisset cernere uisionem, Multorum enim dierum iter est locorum medio positorũ, quo degebat alteruter. Ethęc quidem ita relata sunt.

In hoc itaq; præsulatu audiui probatissime philosophatum Eutychianum, qui in Bithynia circa Olympum morabatur. Erat quippe gratia diuina repletus, ad curationes passionum & miracula rerũ & operum, ita ut ipsi Constantino propter uirtutẽ uitæ amicus esset. Illo siquidem tempore uinctus quidam Spatarius, qui in suspicionẽ uenerat quasi assumpta tyrannide, fugit, & requisitus circa Olympum cõprehensus est. Roganti

bus autem necessarijs eius Eutychianum,ut pro eo ad principem legatione fungeretur:Prius,inquit,prouidendum est ut is homo liberetur a uinculis,ne crudeliter constrictus intereat. Tunc dicitur ad uinculorũ direxisse custodes,rogans ut eum ab huiusmodi necessitate relcuarent. Qui cũ hoc facere noluissent,sponte ianuę clausę reseratæ,& uincti catenæ sunt repente disruptę. Postea uero ad principem ueniens Byzantij tunc agentem,paratissime beneficium promeruit quod poposcit. Non enim poterat Constantinus eius petitionibus denegare, cum ei summi honoris cumulum exhiberet. Hæc itaq; breuiter a nobis dicta de monachis qui tunc clare sunt philosophati,sufficiant. Cui uero de his subtilior cura fuerit,quęrens inueniet plurimorum uitas hic non esse conscriptas.

VITA ALEXANDRI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI PER CASSIODORUM Senatorem scripta.

Habetur lib. 2. historiæ Tripartitæ, cap. 3.

SOcrates. Cũ plurimi disputationis delectatione in Niceno concilio traherentur, unus quidam ex confessoribus Laicis simplicem habens sensum,Dialecticis obuiauit,dicens: Audite igitur,Christus & Apostoli non nobis artem Dialecticam tradiderunt,uanamq; uerborũ fallaciam,sed puram scientiam fide, & bonis operibus obseruandam. Hæc dicente iuuene,& animo sene,præsentes quidẽ mirati sunt,dictumq; probauerunt. Dialectici uero,satisfactione susceptа,cessarunt,rationem uidelicet simplicem ueritatis audientes.

I

Christus & Apostoli tradiderunt nobis puram scientiam fide & bonis operibus obseruandam.

At nostri hæretici dicunt modo, Fides sola & nullũ opus ad salutem requiritur. Vides manifestũ mendacium?

Sozomenus. Dicitur autem proximũ huic quiddam gestum per Alexandrum Constantinopolitanę ciuitatis Episcopum. Cum enim uenisset Imperator Cõstantinus Byzantium, adeuntes eum quidam philosophi, quęrebantur,quasi non deum coleret,ut deceret,& circa sacra nouitates exerceret,nouam in republica introducendo culturam,pręter ea,quę eius maioribus uisa sunt,& Græcorum,Romanorumq; principibus,quos habuerunt transacta secula,placuerunt:uolebantq; cum Alexandro episcopo disputare de dogmate. Ille uero huiusmodi exercitatione uerborum inexpertus erat,de uitę qualitate confidens. Fuit enim uir magnus,& cõuersatione mirandus. Cumq; certamẽ,Imperatore præcipiente,suscepisset,conuenissentq; philosophi,omnibus loqui uolentibus,ut unũ ex se, quem uellent,eligerent,postulauit sanctę memoriæ pater noster Alexander; cæteros uero,quicunq; essent,silentium tenere præcepit,& tantũmodo his,quæ ab utroq; dicerentur,intendere. Suscipiente autẽ uno eorum disputationis uniuersæ negocium , ad Philosophum sanctus Alexander. In nomine,inquit,Iesu Christi impero tibi,ne loquaris. Et una cum eius sermone opus impletum est. Repente nanq; ille homo,ut sermonem audiuit,obligato ore conticuit. Putas ne iustum fuit considerare,utrũ maius hoc miraculum uideretur,ut homo,& quidem Philosophus,sic facile officium locutionis amitteret, an certe ut lapis uiolentia uerbi manu diuideretur? quod quidam aiunt Iulianum fecisse Chaldęum. Et hæc quidem sic acta referuntur.

Ex lib. 3. eiusdẽ historiæ, cap. 10.

Sed cum post concilium Hierosolymitanũ Arius uenisset in Ægyptũ,

Alexandrina ecclesia eius euitante cõmunionem, rursus uenit ad Cõstantinopolitanam urbem, concurrentibus illic consectatoribus eius, & obedientibus Eusebio Nicomediæ episcopo, & concilium celebrari uolenti bus. Horum studium sentiens Alexander, tunc Constantinopolitanus episcopus, nisus est soluere tale conamen. Cumq; hoc nõ ualuisset imple re, aperte Arij nisibus interdixit, non licere eum ecclesiasticũ esse dicens: nec infirmandam sententiam episcoporum pene totius terrę secum conuenientium in Nicęna urbe. Eusebius autem, & qui circa eum erant, dum primo sermonibus flectere nequiuissent Alexandrum, postea cum terrore minabantur, quod nisi susciperet Arium, certa die ipse quidem deportaretur in exilium; Arius autem in cõmunionem susciperetur uniuersorum. Et post hæc ab alterutris recesserunt, illi quidem definitã diem expectantes, ut suas minas implerent: Alexander autem orabat ne ad effectum uer ba Eusebij peruenirent. Maxime autẽ ei terror ingerebatur, eo quod Imperatori iam penè persuaserant, ut faceret, quod ipsi uolebant. Ante unũ uero constituti tẽporis diem prosternens semetipsum sub altari, tota nocte iacuit pronus rogans deum, ut impediret terminũ inimicorum eius.

2 *Alexander sanctissimus Epus tota nocte pronus iacuit sub altari rogans deum ut impediret terminum inimicorum eius. Et die altera stupenda Arij mors subsequuta est.*

Socrates. Hæc igitur Alexander pronus orabat. Imperator autem de Ario experiri uolens, eum ad palatium euocauit, percunctatusq; est, an Nicęni concilij decreta seruaret. Ille uero nihil moratus, repente subscripsit, decreta fidei per subscriptionem arte callida circunueniens. Et Imperator quidem miratus, ei intulit iusiurandum. Qui etiam hoc fraudulenter egit, quodammodo iusiurandum arte deludens. Quod autem audiui de hac machinatione, scribo. Ferunt enim conscripsisse Arium hęresim suam in charta, quam sub ala ferebat: Vnde uere se iurare credidit, dicens sic se sapere, sicut scripsisset. Hoc enim ita factum audiens ego conscripsi: quod uero & iusiurandum prębuerit ex epistolis Imperatoris agnoui. Credens igitur Imperator, suscipi eum ab episcopo Constantinopolitanæ urbis Alexandro in cõmunionem pręcepit, erat enim tunc sabbatũ. Et sequenti die eos cõmunicare expectabat alterutris: sed pręsumptiones Arij iudicia Dei secuta sunt. Nã dum egressus ex Imperiali fuisset aula, obsequijs honorabatur Satellitum Eusebij, & per mediam tunc ciuitatẽ perspicuus apparebat. Cumq; uenisset iuxta locum, cui est uocabulum Constantini forum, Vbi columna Porphyretica collocata est, terror eũ subito ex quo dam conscientiæ secreto constrinxit, & cum formidine secuta est uentris effusio. Percunctatusq; an secessus esset in proximo, & agnoscens esse post Constantini forum, perrexit illuc. Quo facto, defectus eum quidam cum effusione corripuit, & unà cum stercoribus meatus quoq; prolapsus est. Tunc ergo concidit, & sanguinis multitudo cũ subtilibus intestinis subsequenter effluxit: decurrebantq; pariter cũ splene etiam interna iecoris. Et ita factum est, ut repente sequeretur & mors. Secessus uero, ubi talia gesta sunt, in Constantinopolitana urbe monstrabatur, sicuti dixi, post Constantini forum, atq; macellum in porticu constitutum. Omnes transeuntes digito notabant locum, detestabilem Arij recordantes interitũ.

3 *Vide quid sciant facere Hæretici.*

Sozomenus Post aliquod tempus quidam Fautorum Arianæ Vesaniæ diues ac potens, studium habuit eundem locum a publico comparare. Et destruens quod erat primitus, domum ibi constituit, quatenus obliuio facti procederet, & per successiones huiusmodi memoria deperiret.

riret. Fama tamen per omnem cucurrit ciuitatem, & orbi terrarum mortem Arij declarauit.

VITA EVSTATHII MAGNI ANTIOCHENÆ ECCLESIAE EPISCOPI PER CASSIODORUM Senatorem scripta.

Habetur lib. 2. historiæ Tripartitæ, cap. 5.



Heodoretus. In Niceno concilio primus inter Episcoporum chorum cum Imperatore Constantino resedit magnus Eustathius, Antiochenæ sortitus Ecclesię. Præsulatum (Nam Philogonius ad meliorem iam transierat uitam. Et hunc uenerabilem uirum, etiam nolentem, ad regimen eius ecclesiæ decreto cõmuni Pontifices ac sacerdotes, & omnis populus Christianus uenire compulerat.) Is ergo pręconiorum floribus caput principis exornauit, & studio eius, quod habebat circa sacra, benedictiones exhibuit.

Damnatis uero Eusebio Nicomedienſi & Theogonio Nicienſe Episcopis, & de ciuitatibus expulsis, Nicomedię quidem Appion episcopus ordinatus est, in Nicęa autem Chrestus. Sed rursus cõsuetas machinationes exercentes, & Imperatoris dementiam accessibilem suis fallacijs inuenientes, restituti sunt, prioremq; potentiam receperunt. Eusebius etenim (sicuti iam dixi) etiam Constantinopolitanum tenuit tyrannice pręsulatum, & potiorem percepit pręsumptionem, frequenter ad Imperatorem ueniens, & fiduciam ex crebra collocutione mercatus, contra ueritatis propugnatores ęquas contentiones instituit. Et primum quidē cupere se Hierosolymorum loca professus est, & Imperatorem, tanquã celebre illud uisurus ædificationis opus, prouida cogitatione captauit. Quapropter cũ multo honore dimissus est, Imperatore ei uehicula, & alia distribuente solatia. Profectus igitur est cum eo & Theogonius Nicęnus, particeps malignorum consiliorum eius, sicut iam diximus.

Venientes autem in Antiochiam, & amicitiarum indutí uultum, maxima ministratione potiti sunt. Veritatis enim propugnator magnus Eustathius, largam eis hospitalitatem fraternitatis exhibuit. Cumq; ad sacratissima loca peruenissent, & concordes uidissent suos, hoc est, Eusebium Cæsarienſem, Scythopolitam Patrophilum, & Aetium Lyddæ, Laodiciæ Theodotum, & alios qui lepram Arij susceperant, nunciauerunt eis quod cogitauerat, & cũ eis uenerunt in Antiochiam. Et schema quidem sub honore præmittebatur aduentus eorum, quod uero propinabatur, erat pietatis bellum.

Mulierem nanq; prostantem mercede conducentes, & linguam eius sibi impendi persuadentes, ad concilium uenerunt. Proinde alios omnes foras ire pręcipientes, miserrimam introduxere mulierem. At illa infantulum sub mamilla demonstrans, aiebat ex concubitu Eustathij illum se & concepisse, & generasse, eumq; clamabat sæpius impudentem. Is autem, qui calumnię eius tam manifestę conscius erat, iussit, ut hanc rem siqui scirent, deducerentur ad medium. Illa uero dicente, nullum habere accusationis testem, iusiurandum ei iustissimi iudices intulerunt, lege tamen aperte clamante: in duobus aut tribus testibus credi esse ueracia, quæ dicun-

1

Ecce quid sciunt facere hæretici ut catholicos uiros cõculcent, & inde ipsi tanquã rapaces lupi dei ecclesias inuadant.

tur,necnon & Apostolo præcipiente,ut nullus aduersus presbyterũ accusationem factam extra duos,aut tres testes accipiat. Sed isti sacras contemnentes leges,contra talem uirum accusationem sine testimonio receperunt. Cum ergo illa mulier iusiurandum præbuisset, adiecit affirmans, quod ille infans ex concubitu esset Eustathij. Tunc itaq; tanquã aduersus adulterum isti amatores ueritatis protulere decretũ. Alijs quippe Pontificibus (cum utiq; multi adessent,& pro apostolicis dogmatibus repugnarent,& omnimodis quæ fuerant concinnata,nescirent) aperte reclamantibus,& magnum Eustathium collaudantibus,decretumq; illorum iniquum suscipi prohibentibus.

Hoc igitur facto,uelociter huius noxæ concinnatores ad Imperatorẽ profecti sunt,eiq; persuaserunt,quod uera fuisset accusatio,& depositionis Eustathij iusta sententia; quem tanquã adulterum atq; tyrannum expelli fecerunt,exercitatorem pietatis simul & castitatis egregium. Et ille quidem per Thracias ad Illyrici deductus est ciuitatem. Isti uero primo quidem pro eo ordinauerunt Eulalium. Quo tempore pauco uiuente,Eusebium Palęstinensem illuc transferre uoluerunt; eoq; fugiente mutationem,& simul Imperatore prohibẽte, fecerunt Euphronium. Quo etiam, anno,& paucis mensibus in episcopatu defuncto,Philacito illius ecclesię tradidere pontificatum. Isti uero omnes pestem Arij habuere cęlatam. Propterea nanq; multi pie uiuentium, & sacerdotum, & reliquorum ecclesiastica relinquentes collegia, apud semetipsos conueniebant. Quos uniuersi Eustathianos appellabant, quia post egressum illius seorsum congregabantur.

Porrò mulier illa miserrima passionẽ crudelissimi languoris incurrens manifestauit insidias,& illam Tragediæ compositionem pariter enudauit,non duobus uel tribus, sed multis admodum sacerdotibus, quæ concinnata uidebantur insinuans. Ait enim pro pecunijs illam se facere præsumpsisse calumniam. Iusiurandum tamen nõ omnino fuisse falsum,quia ille infans,de quo iurauerat, filius erat cuiusdam Eustathij nomine fabri ferrarij.

Socrates. Tunc igitur in Antiochia grauis seditio in Eustathij depositione cõmota est,& postea de episcopatus electione tantus ignis accensus est,ut pene ciuitas uniuersa periclitaretur,populo in duas partes dissidente: & alijs quidem Eusebium Palęstinæ transferri contendentibus in Antiochiam,alijs autẽ studentibus ut reuerteretur Eustathius. Erat enim in utraq; parte & populus ciuitatis,& militaris manus, & tanquam aduersus hostes ita cuncti mouebantur,ut pene usque ad gladios peruenirent,nisi Deus,& timor principis cohiberet. Nam Imperator suis epistolis seditionem compescuit. Eusebius autem Palęstinæ repudiauit; quod admiratus Imperator scripsit ei propositum laudans,eumq; beatum uocans, & quod non unius ciuitatis, sed totius orbis potius digne decerneretur episcopus. Deinde autem per annos octo dicitur Antiochenę ecclesiæ uacasse sedem. Tandem uero studio inimicorum Nicęne fidei, ordinatur Euphronius.

VITA SYMEONIS ARCHIEPISCOPI SELEVCIÆ, ET CTESIPHONTIS, AC VSTAZADIS EVNVCHI,

& aliorum sanctorum martyrum sub Sapore rege Persarum passorum, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 3. Historiæ Tripartitæ, cap. 1.



Ozomenus. In tẽporibus religiosi Principis Constantini, & Indorum gens, & Iberorum Christiani dogmatis rudimenta susceperunt. Sed & Armenios tunc primum audiui Christianos effectos. Aiunt enim Tiridatem regem tunc gentis illius ex quodam mirabili signo Dei, quod circa eius domum euenerit, Christianũ fuisse factum, & omnes simul eius ditioni subiectos una præceptione iussisse, ut similiter Deo colla submitterent. Vnde & ad cæteros confines Christianum dogma transiuit, & multitudine dilatatum est. Apud Persas autem initium Christianitatis existimo celebratum, dum quidam eorum occasione cõmercij ad Ostroinos, & Armenios uenientes (ut fieri solet) sanctis illis colloquerentur uiris, & eorum uirtutes experirentur.

I

Signum profectus fidei in prouincia, est habere ecclesias, et sacerdotes pariter, cæteros q; ministros. At nostri hæretici illas demoliuntur, uel in prophanas domos uertunt, hos autẽ fugant & persequuntur. Cuius signum est hoc nisi defectus fidei?

Cumq; tempore procedente crescerent, etiam ecclesias, & sacerdotes pariter, cæteros q; ministros habere cœperunt. Hoc autem factum nõ mediocriter contristabat Magos, qui religionem Persarum, ueluti quædam sacerdotalis tribus, per successionem generis ab initio cõmissam habere noscuntur; afficiebatq; id etiam Iudæos naturaliter quodãmodo Christiani dogmatis inimicos. Quapropter accusauerunt apud Saporem tunc regem, Symeonem archiepiscopum Seleuciæ, & Ctesiphontis ciuitatum in Perside regalium, tanquã amicus esset Cæsari Romanorum, eiq; Persarũ negocia propalaret. Credens autem derogationibus his Sapores, primũ quidem tributis immensis Christianos afficiebat, eo quod plurimos eorum agnosceret, quod paupertatem magis eligerent, crudelibusq; uiris huiusmodi exactiones iniunxit, quatenus ex egestate pecuniarũ, & nimietate exactorum uim passi, propriæ religionis iura contemnerent.

Post hæc autem sacerdotes, ministros q; dei gladijs minacibus interemit, ecclesias subuertit, & uasa eorum omnia publicauit; Symeonẽ uero deduci iussit ad se, tanquam proditorem Persarum regni, a q; religionis. Magi siquidem auxiliantibus sibi Iudæis, cum festinatione sanctas ecclesias destruebant. Symeon autem cõprehensus, ferroq; uinctus, ad regem usq; deducitur. Quo uir effectus est magnus, & omni fortitudine precio-sus. Nam cũ eum torquendum Sapores iussisset introduci, neque timuit, neq; adorauit. Pro qua re uehementius efferatus rex, inquisiuit cur non adorasset? quippe quod prius facere consueuerat. Ad quẽ Symeon: Prius quidem non uinctus adducebar, ut negarem ueri dei culturam, & nihil in hoc dubitans, quæ sunt solennia regis, implebam: nunc autem phas mihi non est hoc agere. Veni nanq; pro nostro dogmate, & pietate decertaturus. Hæc dicentem præcepit rex adorare solem, & facienti plurima se daturum cũ maximo honore munera compromisit; reluctantem uero interminatus est esse moriturum, & omnium Christianorum gentem. Cumq; nec terroribus potuisset mouere Symeonem, nec mulcere promissionibus, sed fortiter permaneret, nunquamq; adoraret solem, ne proditor suæ religionis existeret, præcepit eum in uinculis retineri, credens eum posse

longo tempore inflecti.

Cumq́ duceretur ad carcerem, uidit eum Vstazades senior quidam eunuchus, nutritor Saporis, & maior regiæ domus: Et consurgens adorauit eum. Sedebat nanq́ ante ianuas regis, quem Symeon increpauit iniuriose, & cũ furore clamauit, auersatusq́ despexit. Is enim dum Christianus esset, non ante multum tempus uim passus adorauit solem. Quo facto, repente flens eunuchus cũ gemitu quidem uestem clarã, qua indutus erat, exutus est, & lugubrem accipiens amictum, ante domũ regiam sedebat flens, atq́ gemens: Heu, inquit, qualem credam esse circa me deum, quẽ ego negaui, dum pro hac causa dudum amicissimus Symeon neq́ uerbũ mihi reddiderit, & sic auersatus cum furore transiuerit?

Cumq́ hæc Sapores audisset, euocans eum, causam luctus inquisiuit, aut si qua ei circa domum ærumna contigerit. Respõdens Vstazades, ait: O rex, nihil in huius seculi domo infortuniũ passus sum. Vtinam pro his, quæ mihi nunc euenerunt, in uniuersas calamitates alias incidissem. Lugeo nanq́ cur uiuo, qui dudum mori debueram. Video Solem, quẽ tibi parere uolens, nõ uoto meq́ uoluntatis, adorau i. Quapropter pro utroq́ me mori iustissimum est, quia & proditor sum Christi, & te quoq́ decepi. Et ille quidem hæc dicens, iurauit cœli & terræ creatorem, suam ulterius non se mutare sententiam.

Sapores autem admiratus eunuchi constantiam, amplius sęuiebat aduersus Christianos, tanquã maleficũs hoc agere prævalerent. Parcens autem Seniori, nunc lenitate, nunc minis, omni uirtute eum se subuertere iudicabat. Cumq́ nil ageret, Vstazade profitente nunquam se fore sic factuum, ut præ deo creatore cunctorum, illa coleret potius, quæ a deo creata sunt: tunc ira cõmotus, iussit gladio caput eius abscindi. Cumq́ ducerentur ad necem, rogauit spiculatorem ut paululum sustineret, tanquam aliquid regi mandaturus, & uocans quendam fidelium eunuchorum, iussit ut diceret hæc Sapori: Pro fauore quem hactenus a iuuentute habui circa uestram domum (o rex) patri tuo, & tibi ministrans studio competenti, testibus non indigeo, tu nanq́ bene nosti. Pro omnibus ergo quæ aliquando uobis impendi, redde mihi cõpensationem huiuscemodi, ne quis ignorantium putet me supplicium sustinere, tanquã infidelem regni, aut male cuiuspiam uoluntatis: sed ut potius manifestum fiat, quod agitur, præco clamans denunciet uniuersis, quod Vstazades capite truncatur, nõ regis inimicus, sed Christianum se esse professus, & deum proprium apud regẽ negare contemnens. Hæc quidem eunuchus regi nunciauit.

Porro Sapores secundum petitionem Vstazadis pręconem clamare fecit. Existimabat enim alios posse a Christianitate reuocare Christianos, si mente perciperent, quod nulli parceret Christiano, qui senem nutritorem, & deuotum suę familiaritatis occideret. Vstazades autẽ studuit clamari causam suę necis, credens quod cum per errorem adorasset Solem, multos Christianorum deduxerit ad timorem: nunc autẽ cognoscentes pro religione moriturum, imitatores multos suæ uirtutis efficeret. Hoc itaq́ modo Vstazades glorioſissima morte translatus est. Symeon autẽ id cognoscens in carcere, gratificos pro eo hymnos obtulit Deo.

2 *Festiuitas resurrectionis, & Feria sexta in qua annua salutaris passionis memoria celebratur.*

Altera uero die, quæ erat sexta feria septimanę maioris, in qua ante resurrectionis festiuitatem annua salutaris passionis memoria celebratur, etiam

etiam Symeonē decreuit rex ferro perimere. Deductus enim rursus e carcere ad Palatium regis, ualde intrepide loquebatur Sapori de dogmate, & nec illum, nec Solem sustinuit adorare. Eademq; die similiter interimi iussi sunt & alij centum in carcere constituti. Nouissime uero Symeonem occidi præceptum est, ita ut mortem uideret uniuersorum. Erant etenim horum alij quidem episcopi, alij presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici. Cumq; omnes ducerentur ad mortem, aduenies summus princeps Magorum interrogabat eos, an uellent uiuere, & regis religionem colere, & Solem pariter adorare? Cumq; hanc nullus eligeret uitam, speculatores circa necem martyrum laborabant. Symeon autem assistens confortabat uniuersos, & de resurrectione, & pietate loquebatur, atq; de sacris scripturis adhibens fidem, dicebat: Vitam quidē ueram esse sic mori, mortem uero manifestam negare Deum: adijciens, quia post paululum, etiam nullo perimente, sponte mors accidat. Hic est enim omnibus natis finis ineuitabilis. Post hæc autem perpetuitas non omnibus similiter accidit, sed uelut ex quodam pondere omnem rationem reddent homines huius uitæ, & eorum quæ bene gesserunt retributionem, & pœnas malorū sine dubitatione recipient. Maius autē inter omnia bona nihil est, ac beatius, quam eligere mori pro Deo. 3 *Episcopi, presbyteri, & diuersorum ordinum clerici.*

Hęc dicente Symeone, & tanquam filios edocente, in certaminibus sacris (modo quo docebat) unusquisque exercitatus alacriter currebat ad necem. Cumq; omnes centum speculator trāsisset, nouissime uenit ad Symeonem, & Abedecallam, & Ananiam: ambo nāq; senes, cani, sub eius ecclesia constituti, cum eo fuerant cōprehensi, & erant in uinculis. Tunc itaq; Pusicius, qui super omnes artifices regis erat, ibi cōsistens, & uidens Ananiam trementem cū prępararetur ad necem, ait: Paululum (o senex) claude oculos, & securus esto, mox enim Christi uidebis aspectū. Cumq; dixisset hoc, repente comprehensus ductus ad regem, & Christianus esse manifestatur, eo quod pro dogmate fuisset locutus libera intētione martyribus. Tunc rex extraneo quodam, & crudeli modo eum mori præcepit, ita ut perforata ceruice exinde linguam eius ejicerent. Hoc itaque facto, quibusdam accusantibus etiam filiam eius, uirgo sacra tunc comprehensa perempta est.

Sequenti uero anno, die quo passionis Christi memoria celebrabatur, & expectabatur resurrectionis festiuitati, crudelissima Saporis pręceptio per omnem Persarum cucurrit terram, morte condemnans eos, qui se profiterentur esse Christianos. Quo tempore fertur ultra numerum, multitudinem Christianorum gladio cecidisse: alios nanq; per ciuitates, & uicos diligenter Magi requirentes, cęlatos inueniebant: alij uero sponte, nullo dicente, semetipsos offerebant, ne taciturnitate Christum negare uiderentur. Igitur cū omnes Christiani perimerentur, neq; ulli parceretur, etiam multi in ipsis Regalibus sunt occisi, cū quibus & Azanes eunuchus regi maxime gratus. Quod dum Sapores audisset, tristis factus, hanc generalem peremptionem remouit, & solummodo præceptores religionis iussit occidi.

Illo siquidem tempore ægritudinem incurrente regina, Symeonis episcopi soror nomine Tarbua comprehensa est cū famula sua pedissequa, quas contigit teneri per insidias Iudæorum accusantium, quasi maleficia

Reginæ feciſſent,propter Symeonis mortem. Regina uero (quũ ſoleant languentes huiuſmodi ſpebus aures accõmodare) ſuſpicata eſt uerã eſſe detractionem,& maxime a Iudæis factam: cum & ipſa ſimilia ſaperet, eoſq; ſine mendacio,& ſibi fauentes arbitraretur. Sumentes autem Magi Tharbuam,& alias mortis acerbę perculere ſupplicio. Stipitibus enim alligatas,ſerraq; findentes per medium,eas crudeli nece lacerauerunt,& quaſi expiantes reginam,per medios ſtipites tranſire fecerunt.

Ferunt autẽ iſtam Tharbuam ſpecioſam ualde fuiſſe,& a Magis quibuſdam adamatam,& latenter ad concubitum petitam,promiſſa merce de ſalutis ſuæ,& aliorum,ſi conſentiret ad uitium. Quæ nec auditum libidinis paſſa eſt ſuſtinere,ſed obiurgatorijs uerbis pro turpi petitione relatis,alacriter acceſſit ad mortem,ne proderet ſanctam uirginitatem.

Cumq; circumirent Magi,& principes eorum uniuerſam prouinciam ſecundum Saporis præcepta,ut ſacerdotes,& doctores dogmatis apprehenderent Chriſtiani, puniebant epiſcopos, & presbyteros,& maxime per regionem Adiabanorum. Hic nanq; locus eſt Perſicus,& plerunque Chriſtianorum. Hoc enim tempore & Acepſemã epiſcopum apprehenderunt,& multos clericorum eius;tenenteſq; præſulem,ſufficere ſibi crediderunt,alios nudatos ſubſtantijs dimittentes. Iacobus autem quidam presbyter Ponti ſequebatur Acepſemam,& ſupplicans Magis,identidẽ meruit irretiri. Tunc enim & ſeni alacriter ſeruiebat,& eius cladem aliquatenus leniebat,plagaſq;,ut poterat,curare non deſinebat. Poſt paululum uero pęnis crudelibus eum Magi torſerunt, cogentes ut adoraret Solem. Quo reſpuente,miſerunt eũ rurſus in uincula. Sed & multos alios presbyteros,& diaconos habebant in carcere poſt flagella. Pauco tempore prætereunte,princeps Magorum de eis conſuluit regem: acceptaq; poteſtate,ut ageret quod uellet,ſi Solem non adorarent,mandauit eis in carcere regiam uoluntatem. Quibus aperte reſpondentibus,nunquam ſe fore proditores Chriſti,nec adorare Solem,ſic ut nulli parceretur,uerberibus eos laniauit. Cum quibus Acepſemas pro confeſſione dogmatis uiriliter eſt defunctus. Quidam uero Armeniorum,quũ eſſent obſides apud Perſas,corpus eius auferentes latenter,ſepulturæ debitæ tradiderunt. Alij uero,licet non minus flagellati,præter ſpem uixerunt: & nõ mutantes uoluntatem,denuo ad uincula ſunt reducti;eum quibus erat Aithales,cuius, dum nimis tenſus cederetur,humeri ſunt diſiuncti, ita ut mortuas poſtea manus portare uideretur,alijq; eius ori cibos offerrent. Sub hoc itaq; regno teſtimonio bonæ uitæ translati ſunt presbyteri,diaconi,monachi,& ſacræ uirgines,& in alijs officijs eccleſiæ conſtituti,ac pro dogmate laborantes innumeræ multitudines.

Eodemq; tempore paſſus eſt una cum Marea Bichor epiſcopus,atq; clerici circiter ducenti & quinquaginta,qui cum eo capti a Perſis fuerant comprehenſi. Tunc etiam Mileſius nomine,martyrio coronatus eſt,qui primũ quidem militabat apud Perſas, poſtea uero relicta militia conuerſationem æmulatus eſt Apoſtolicam. Dicitur enim,quod,dum in ciuitate Perſica epiſcopus fuiſſet ordinatus,multa ſæpe ſit paſſus,& uerberatus, atq; tractus,uirili mente ſuſtinuerit. Cumq; nulli potuiſſet illic ſuadere ut Chriſtianus eſſet, grauiter, ferens maledixit ciuitati, & exinde diſceſſit. Poſt paucum uero tempus primatibus eius loci in regem peccantibus ſu-

peruenies exercitus cum trecentis elephantis ciuitatem subuertit,& uelut desolatam regionem arantes seminibus tradiderunt. Milesius autem episcopus solummodo peram circunferens,quæ sacrum codicem euangeliorum habebat,perrexit orationem facturus ad Hierosolymã,& inde in Ægyptum,ut uideret monachos ibidẽ conuersantes. Qualis igitur iste sanctus,& miraculorum fuerit operator Syri sunt testes, qui eius actus, uitamq; scripserunt. Fertur itaq; eorum,qui tunc martyrio coronati sunt sub regno Saporis,uirorum,ac mulierum fuisse milia quasi sedecim.

Theodoretus. In perfide uero fautoribus pietatis Constantinus Augustus sponte prospexit. Agnoscens enim eos ab impijs uehementer affligi, eorumq; regem erroribus sæuientem diuersa eis inferre pericula, scripsit ei per legatos,qui tunc aderant,monita pietatis, rogans ut cultores Dei apud eum digno honore potirentur. Sed melius studium pij principis per eius literas ualebit agnosci.

Sacratissimam custodiens fidem,ueritatis luce participatus sum:luminis ueritate gubernatus, sacram cognosco fidem. Denicq; per hæc (sicuti res ipsæ confirmant) uenerabilem religionem esse conspicio, & doctrinã agnitionis sanctissimi Dei omnibus offerentem,huiusmodi cultum me habere profiteor:quia huius Dei uirtutem in auxilio habens,inchoans a finibus Oceani,omnem terrarum orbem firmissima spe salutis obtinui, ita ut uniuersi, qui per tot tyrannos cladibus quotidianis fuerant subiugati, & ad obscuritatem usque perducti,resumentes cõmunium rerum uindictam,rediuiua quodammodo curatione resurgerent. Hunc deum colo, cuius signũ deo dicatus meus exercitus portat in humeris:& a quo dum iusto sermone aliquid poscitur,impetratur. Ex ipsis autem trophæis insignibus beneficia repente suscipio. Hunc itaq; deum immortali memoria me honorare profiteor,eumq; summa,puraq; mẽte super omnia esse credo. Hunc inclinatis genibus inuocabo, fugiens cunctum abominabilem sanguinem,& odores horribiles,ac fugiendos,omnemq; terrenam flammam nimis cuito. Quibus omnibus nephandus,& ineffabilis error multos gentium,ac genera uniuersa prostrauit, & inferno contradidit. Quæ enim deus omnium propter hominum prouidentiam sua clementia utilitatis causa produxit in mundum, hæc ad uniuscuiusq; desiderium trahi non patitur. Sed puram tantummodo mentem, & immaculatam animã ab hominibus exigit; uirtutis,& pietatis actus exquirit; mansuetudinis, & clementiæ delectatur operibus, mites amat, habet odio turbulentos, diligit fidem,punit perfidiam,omnemq; potentiam cum fastu despicit,superborum punit asperitatem,ad fastum eleuatos interimit,humilibus autem,ac patientibus digna retribuit. Sic itaq; etiam regnum iustum magni pendens adiutorio suę uirtutis extendit, sapientiamq; regiam pacis tranquillitate custodit. Non ergo uideor mihi errare frater mi,hunc esse confitendo deum omnium principem, atque patrem,quem multi regnantes apud nos uę sanis erroribus seducti, denegare tentarunt. Sed illos omnes finis comprehendit exitiosus,ita ut omne genus hominum post eos exurgens,clades eorum pro maledictionis exemplo præponere uideatur. Horum igitur unum esse reor Valerianum,quem uelut quædam uirga iracundię diuinæ de nostris terris expellens,uestris partibus tradidit puniendũ. Qui scilicet uerecundiæ suæ nobilissimum apud nos trophæum demon-

ſtraſſe cognoſcitur. Sed hoc quidem in bonam partem conuerſum eſt, ut in noſtro ſeculo huiuſmodi ſupplicium fieret manifeſtum. Vidi nanq; & ego illorum finem, qui nuper nephandis præceptionibus deo deuotum populum turbauerunt. Quapropter multas deo refero gratias, quoniam integra prouidentia omne genus humanum, colens legem diuinã, reddita ſibi pace decenter exultat. Vnde etiam nobis ipſis credo, quoniã optime, cauteq; uniuerſa proueniunt, quãdo per illorũ puram, probabilemq; religionem, diuinamq; concordiam, uniuerſa in ſe dignantur erigere. Igitur de tali hominum collegio, ideſt Chriſtianorũ (pro quibus omnis eſt mihi ſermo) quã me libenter credis audire, quando etiam eminentia loca Perſidos per eos amplius q; cupio decorantur? Tum ergo optime gubernaueris, ſi fueris ſicut illi, & habueris cõmune, quod illi. Sic enim habebis omnium dominum mitem, placidumq;, atq; propitium. Hos igitur quoniam tantus, ac talis exiſtis, cõmendo tibi, quoniam & pietate probaris inſignis. Hos dilige, cõpetenter, & facito clementiæ tuę participes, tibi ſimul & nobis præbiturus gratiæ immenſa iura per fidem.

Hæc igitur optimus Imperator pietate decoratus egit, curam non ſolum ſubiectorum habens, ſed etiam eorum, qui ſub alienis gubernaculis regebantur. Quapropter & ipſe diuina protectione potitus eſt, & Europam uniuerſam, atq; Africam, ſuper has etiam maximam Aſię partem tenens, ſubiectas habuit ubiq; deuotas. Sed etiam Barbarorum, alĩ quidẽ ſponte ſeruiebant, alĩ deuicti. Vbiq; triumphi uidebantur, & Victor cernebatur in omnibus Imperator.

VITA BEATI NICOLAI MYRENSIS EPISCOPI, PER LEONARDVM IVSTINIANVM SCRIPTA.

LEONARDI IVSTINIANI PATRICII VENETI IN BEATI NICOLAI MYRENSIS EPISCOPI

Vitam è Græco in Latinum tranſlatam ad Laurentium eius fratrem urbis Venetiarum Patriarcham Præfatio.

CVm ætatis noſtræ ingenia mecum conſidero, Laurenti frater, ea uidelicet, quibus uetus illud & expolitum ſcribendi genus in cultu eſt, ſoleo equidem Chriſtianã gentem (ſi dicere fas eſt) nonnihil infortunatã putare. Nam cum in illa tot præſtantiſſimi fuerint in omni primaria laude uiri, ut nulla ſit cum illis gentilitas comparanda, uix quiſquam tamen eiuſmodi ſcriptorum eſt, qui non ipſe malit gentilium, quam ſanctorum noſtrorum facta literis celebrare. Id autem cur ita fiat, non certe ſatis intelligo. Nam cum Chriſtianam fidem plane profiteamur, eoq; cenſeri nomine, & felicitati nobis imputemus & laudi, quid cauſæ dici poteſt, cur aliena malimus etiam à pueris decantata, q; noſtra haud ſatis cognita glorioſe, & utiliter illuſtrare? Nam Metellis, Catonibus, Lycurgis, Epaminundis, cæterorumq; gentilium illuſtribus factis pene referta ſunt omnia, nec noua indigent laude, in quibus exprimendis cũ græce, tum latine ſumma certauerunt ingenia. At noſtrorum niſi paucorũ admodum iacet memoria, quorũ præter nomina nihil ferme celebre eſt.

Non

Non enim Crispos, aut Xenophontas, aut ex illa cohorte quenq; uitæ, factorumq; suorum interpretem habuere. Nam ad nominis celebritatem posteritati diutissime cõmendandam, quis nesciat, non tam referre, quibus quisq; moribus, qua uirtute, quibus rebus gestis antecellat, sed multo maxime quem factorum & laudum suarum præconem sit habiturus? Vnde Lyricum illud: Vixere fortes ante Agamemnona multi; Ignotiq; longa nocte, carent quia uate sacro. Scite igitur Alexander diuinitatis cupiditate incensus, statuas suas ab alio quoquã fieri, q; a Lysippo uetuit, quia illius opera, ob incomparabilis artis præstantiam, immortalia fore putabat. Ita non tam res ipsæ scriptorem, q; scriptor illas celebres, atq; longæuas facit. Quod si Hieronymũ, aut eloquentem alterum cæteri nostri fuissent cõsecuti, legerentur illi profecto eo studio, ac uoluptate, qua Paulum eremitam, & Hilarionem, quorum uitæ splendor pari ab illo uerborum luce, & uenustate ornatus est. Nempe Paulos, & Hilariones haberemus innumeros, non eos haud æqua cum illis felicitate, aut fortuna, ut scriptorem eloquentissimum nãciscerentur, sed uoraginem nescioquẽ, aut alios indisertos e turba, quorum si fidei eloquentia par fuisset, sanctorum nostrorum præclara facinora, non modo per uulgus, uerum longe, lateq; per docta ingenia uolitarent. Et omnium uirtutum exempla peteremus ab eis, quandoquidem mille nos habemus ex nostris, quos singulis gentilibus opponamus: nec uiros modo, sed & mulierum cateruas proferamus, forti perpessas animo, quæcunq; scriptores prisci paucis in uiris tantopere laudauerunt. Adde quod externarum gentium uirtus magna quidem ex parte fucata fuit, nec tam uirtus q; simulachrũ uirtutis, & species appellanda. Nam si magnitudinem animi, si sapientiam, si continentiam, æquitatem, liberalitatem, cæteraq; reuera uirtutes quærimus, haud facile dixerim, in aliis illas, q; in sanctis nostris splendidius eluxisse. At sancti (dicet aliquis) non duxerunt exercitus, non acies instruxerunt, nõ classibus, non prælijs, non oppugnationibus denicq; urbium præfuerunt. Non est omnino id quidem, fuisse tamen concedamus, & hęc eadem fateamur præclara putari debere. Sed per Deum immortalem cui tandem usui, aut cuiusmodi hominibus ista dicuntur? Quotus enim quisq; legentium illa fuerit, qui aut classis præfectum, aut instructorem certaminũ, aut urbium oppugnatorem futurum se putet? O dementiam singularem. Ego qui nunq; uisurus exercitus sim, quibus artibus acies disponantur, multo didicerim studio; quo uero pacto superbiam conteram, iram extinguam, auaritiam, reliquasq; animi pestes prosternã, ex his scire neglexerim, qui hoc cõmune omnium bellandi genus scire percalluerunt. Quid igitur? Improbabimus ne studium eorũ, qui nostro seculo eiusmodi uigilias uigilarunt, & multorum gentilium facta scripserunt? Nõ ausim id ego quidem, neq; unus pluribus temere bellum indixerim, & his potissimum, quos mihi uel necessitudine studiorum, uel officiorũ cõmuni intercessione coniunctos puto. Cæterum pertinax affirmarim præstitisse nostrorum, q; alienas uitas conscribere: Aut si alienæ scribendæ fuerint, non debuisse nostras omitti. Nos itaq;, qui dudum aliorum institutũ secuti nonnulla gentilium facta literarũ monumentis mandauimus, nunc, te hortante, Laurenti frater, hunc quẽ laudamus, morem inibimus. Me etenim quotidie pro tua incredibili pietate admones, ut studia, cogitationesq; meas ad beatam

uitam,animiq; immortalitatem adipiscendam potissimum conferam,& post longam nauigationem aliquando de portu cogitem. Nullius autem in omni re,quæ ad bene beateq; uiuendum pertineat,maior mihi debet esse auctoritas,q̃ tua,qui præter incontaminatam uitæ integritatem ab ineuntibus annis susceptã,mihi natura frater es,cura & ætate pater,Dei miseratione Antistes. Neq; me uerbo tantum doces,sed exemplo magis, qui inter maximas episcopatus tui occupationes,& Venetorum,alienigenarumq; quotidianos accessus,sacrarum literarum studia scribens non intermittis,ne libri,quos priuatus plures ediditi,testentur te in negocio ea mentis,& cogitationum potestate carere,qua in ocio perpetuo fruebare. Tibi igitur morem gerens,magni Nicolai uitam scribere orsus sum. Neq; omnia in eum libellum congessi sed ea tantum,quæ apud Græcos idoneos,maxime apud Simeonem cognomento Methaphrastẽ,de illo scripta,& ecclesijs probata inuenimus. Nam quæ de ipso feruntur,tum uetera,tum noua miracula,neq; numero,neq; magnitudine modum habent. Hunc autem potissimum exprimendum tibi delegi,partim quia iocunda ea lectio est,& digna certe,quæ de episcopo ab episcopo accurate legatur,partim ut uiro sanctissimo de Venetis optime merito aliquam meę patrię nomine gratiam reddam. Nostros enim homines,& naũigantes in primis,tanta prosequitur pietate,tãta misericordia,ut iure post beatissimum Marcum,hunc alterum nostra ciuitas sibi patronum colat. At cum pro susceptis ab eo muneribus,alij cæreas,alij argenteas statuas ferant,ego hanc illi longe nobilissimam statuam dedicabo,quæ non modo corporis,cæterum (quod multo præstabilius est) animi & uitæ pulcherrima liniamenta immortaliter exprimat. Nec erit (ut spero) inanis hic noster labor,ceu in scribendis gentilibus quondam fuit. Nam in eũ hoc munus contulimus,qui cum inter primos gratissimus fuerit, plus potest nobis mortuus nunc e cœlo,q̃ uiuens quisq; in terris prodesse.

INCIPIT VITA SANCTISSIMI CONFESSORIS NICOLAI, COGNOMENTO MAGNI, *ac Myrensis Antistitis admirandi, Feliciter.*



Pataram rerum scriptores tradunt,urbem fuisse in terra Lycia nobilem inter primas: Eicq; si cætera defuissent ornamenta, quibus tamen plurimis affluebat, poterat sane uel hoc uno nobilitari præcipue, q̃ Magnum Nicolaum Myrarum episcopũ tulit, uirum profecto, quẽ in Republica Christiana nemo prope sanctorũ omniũ in omni uirturum laude facile anteiret. Nam Pataræ natum illum cõstat, & claro quidem genere. Mater eius fœmina fuit sanctissima, atq; grauis. Patri uero non tam uitę splendor,q̃ integritas,non tam populi q̃ Dei cultus,non tam diuitiæ q̃ elemosyna fuerunt in precio. Mundi itaq; relictis illecebris,nullum erat illis,nisi bonarum actionũ studium,atq; uoluptas. Hi tanquã lignum plantatum secus decursus aquarum in tẽpore suo speciosissimum edidere fructum, infantem uidelicet hunc, cuius cœlestis indoles futuræ uirtutis præsagium præseferret. Illum autem primum mater pariter atq; postremum tulit, Infœcunda posthac cũ charissimo coniuge

perseuerans, siue desperante natura per illos posse huic similem alterum in lucem producere, siue ut puer hic multipharíam Baptistę similis in hoc quoq; cum illo quodāmodo conueniret. Ille enim infęcundæ matris dissoluit uterum, atq; sterilitatem: Iste fœcundæ matris uterum obstruxit. Sic itaq; parentum diligentia omnis, studia, & uoluptates in hunc unum diuine ornandum, instituendumq; sunt collectæ, ut quē carnaliter genuerant, spiritualiter educandum, & omnibus sanctissimarum institutionum ornamentis excultum, admirabilem cunctis mortalibus redderent.

Infantem autem hunc quis dubitet, in ipso statim natiuitatis exordio, diuino fuisse numine afflatum, sanctificatumq;, qui non prius uiuere, q̄ Deum uenerari, nō prius comedere, q̄ ieiunare cœpit? Compertū enim habemus, illum, cum reliquos dies, nocteśq; omnes nutricis ubera sugge ret crebro, quarta tamen, sextaq; feria nisi semel duntaxat, & id uesperi quidem lac uoluisse gustare. Atque hoc semper certo, immotoq; seruauit ordine, ut nullis posset blanditijs, nullo nutricis lenocinio, nulla naturę ne cessitate a ieiunio cœpto deflecti. Quamobrē uel improbum quenq; bonarum rerum interpretem plane fateri oporteat, non fortuitu illud aut intemperie stomachi factum esse, sed quasi consulto, & Dei afflante spiritu. O miraculum singulare, & inter rara omnium seculorum spectacula per ecclesias merito decantatum, & dignum uiuendi principium, cui tam excellens uita succederet; quando quidem crescentibus annis, debebat eius quoque uirtutibus, tum natura, tum studio, & gratia patris, fieri accessio admiranda.

1 *Nicolaus infantulus quarta & sexta feria ieiunabat, semel in die lac suggens, et id quidem uesperi.*

Postea enim q̄ e pueritia excessisset, castissimos mores, & disciplinam ab optimis acceptam parentibus in melius redigens, ipse quoq; suapte natura, & ingenio non desinebat, uelut generosa quædam, & fertilis gleba, nouos quotidie honestatis, & pietatis fructus edere. Inde ætate poscente, ad capiendum animi cultum traditur studio literarū. Vbi tum ingenij magnitudine, tum uelocitate discendi, breui admodum æuo multa ingenuarum disciplinarum scientia imbutus ab omni humanæ laudis cura abhorrebat. Æqualium uero sodalitates, conuiuia, consuetudines uitabat omnino, quia in illis cerneret sicut festiuitatis multum, ita plurimum esse intemperantiæ, atq; periculi. Mulierum non modo colloquia, uerū etiam conspectum, tanquā iuuenilis animi pestilentissimam labem fugiens, totum se honestati, pudicitięq; addixit. Libidinum uero, & carnis incendia, quibus æstuare plerunq; omnes adolescentes solent, quotidiani labores, ieiunia, uigiliæ extinguebant. Talibus instructum artibus, totum sese accepimus ad Christi seruitium contulisse. Schola illi erat, ac diuersorium Dei templum, ut se dignum pararet templum, in quo Deus ipse pernox & perdius habitaret. Neq; bonarum disciplinarum studia aut legendo, aut audiendo, aut meditando intermittebat. In quibus tantum excelluit, quantum Magno futuro Antistiti opus erat. Sed quo uita recta doctrinis omnibus longe maxime prę stabilior est, eo plus in componendis formandisq; moribus nauabat operæ ac laboris, quo iuuenilis, fluctuantisq; ætatis inconstantiam senili quadam firmaret grauitate. Quē enim admodum non illud senium laudamus, in quo non emineat par senio, & annis modestia, sic etiam solemus iocunde admirari, multaq; laude dignā existimare adolescentiam, quæ plane didicerit eiusq; ætatis cōpescere mo-

2 *Libidinum & carnis incēdia, labores, ieunia & uigiliæ extinguebant.*

tus,& senectutis grauitatem,ac modestiam retinere.Est enim si iuuentus in sene turpis,ita pulcherrima quidem in adolescente senectus.

Habuit autem Nicolaus auunculum, nomine Nicolaum, a quo nunc nostrum arbitror id nominis usurpasse. Is cum nepotem animaduerteret religioni & sanctimoniæ deditum,mundo se penitus abdicasse, parentes hortatur,ut adolescentem sacerdotalibus sacris initiari permittant. Illi in sententiam uenere faciles. Cur enim gratos homines pigeat reddidisse, quod gratis acceperint,& fidelium more debitorum,æs alienum cũ ipsa etiam usura persoluere? Nam in ueteribus memorijs scriptũ inuenimus,

3

Parẽtes Nicolai multa prece & lachrymis a deo hunc filiũ impetrauerunt.

Nicolai nostri parentes aliquandiu steriles, & propemodum de sobole desperãtes multa prece & lachrymis a Deo hunc filium impetrasse;atq; illum propterea Deo,qui dederat,reddidisse libentius. Perhibent autem auunculum, sancto afflatum spiritu, de nepote uaticinantem præcinisse in illo cœlestium donorum redundantiam. Cũ enim initiaretur,ad astantes conuersus: Nouum,inquit,fratres,terris Solem oriri uideo;& humano generi grande solatium comparat:O gregem felicem,qui hunc sibi pastorem sit habiturus. Hunc enim uidebitis errantes oues ad pietatis pascua reuocantem; Hunc periclitantibus salutem,calamitosis opem,laborantibus præbere quietem. Neq; secus,atq; iste prædixit,omnia euenisse insequens sermo docebit. Nulli autem mortalium admirabile uideri debet, uel nepotis præclara facinora usqueadeo mundum illustratura, sui splendoris uatem aliquẽ habuisse, uel auunculum prophetandi spiritum meruisse,quem admirandę uitæ integritas Ecclesię iudicio inter cęli Syderа collocauit. Nam duos fuisse Nicolaos constat,auunculum illum,hunc nepotem,sanctos ambos,episcopos ambos,illustres ambos:quanquam longe illustrior quidem nepos est habitus,is,cuius nunc uitam, & facta conscribimus, cuiq; propterea Magno cognomen fuit. Igitur factus sacerdos morum & uitæ sęueritatem pariter cum dignitate augendam putauit,naturæ sapientiam imitatus,quæ arbores ipsas,quo se celsius in cœlum tollunt,eo altius demissis in terram radicibus,firmiores reddit. Sacerdotij autem quis dubitet solidissimas esse radices,integritatem uitæ,misericordiam,pietatem,continentiam,sobrietatem,reliquasq; uirtutes id genus,quibus potissimum propius ad Deum acceditur? Itaq; corpori suo bellum indicit,non quod illud necaret,aut contereret, sed quod domitũ & omni petulantia exutum redigeret in seruitutẽ. Igitur somno,& quotidiano cibo, quantum ratio permittebat, detrahit, ieiunijs , nocturnisq; uigilijs solito plus indulgens,uino parcissimo utebatur, sæpius aqua sola contentus; Veste si non sordida,ut hypocrita,& uanus ostentator,nullo tamen conspicua luxu deinceps est usus. Crebrior illi fuit ad delubra aditus. Nulla penitus,nisi sacrarum literarum lectio. In uultu,& gestu modestia maior. Sermo rarior,& grauis quidem,& qui nihil haberet inanitatis & fuci: ut his præditus ornamentis uideretur in corpore mortali immortalium uitam degere.

4

Solidissimæ sacerdotij radices,inter quas est continentia.

5

Nicolai abstinentia, ieiunia,& uigiliæ.

Vestium eius modestia & humilitas.

6

Auũculus Nicolai tẽplum nobile cõdidit, eique pari dignitate monasterium addit.

Per id autem temporis Nicolaus auunculus templum nobile,sub sacræ Syon nomine struit,eiq; pari dignitate monasterium addit. Cui cum de præficiendo gubernatore pro rei amplitudine cogitaret, uisum est id negocij nepotis curæ,sapientiæq; cõmittere, tũ ut admirabiles eius uirtutes usu,& exercitatione uegetiores redderet,tum quia nemo erat in prõptu,

qui rem illam aut sapientius, aut sanctius, aut diligentius gubernaret. Nepotem itaq; præfecit, eiq; plurimos prestantes adiungit monachos, ut uelut in re militari, & Imperatorem exercitus, & exercitum Imperator pari uirtutum cultu, & uoluntate haberet. Hoc itaq; munus ita Nicolaus administrauit, ut dignitatem monasterij gubernatoris præstantia facile superaret. In eoq; perstitit, quoad ipse uisendorum sacrorum locorum gratia in Palæstinam est profectus. Quod iter paulopost plusculis attingemus. Sed me iam uideo de narrationis semita declinasse. Prius enim q̃ de monasterio dicerem, erat de parentum interitu, & hæreditatis distributione dicendum. Quem locum nunc paucis absoluamus. Parentes eius in illius pestilentiæ uastitate, quæ Lyciam ea tempestate depopulata est, intra triduum morientes, hęredem illum testamento instituunt. Quorum mortẽ omni officio, ac pietate ita est prosecutus, ut nihil omitteret, quod ab amantissimo filio parentibus optimis præstari par sit. Hæreditatem igitur adiens, & non tam possessorem se, q̃ hęreditatis dispensatorem rectum intelligens, cœpit, non quomodo patrimonium augeret (id quod plerique omnes mortales factitant) cogitare, sed quo pacto patrimonium seminando, uberiorẽ sibi frugem in cœlo colligeret. Quid enim aliud agat uir constans, & sapiens, qui ab ineunte ætate funditus ex animo terrenas eiecerat cupiditates, nisi ut duriore iam ętate contemnat, quod teneris annis animo magno, & excelso contempserit, ne uitæ præclara exordia a succedentis ætatis actionibus dissentirent. Itaque non ad congregandas diuitias, sed ad congestas dispertiendas animum appulit, ut nil aliud patula manus, q̃ egenum & pauperem cogitaret. Cæterũ quemadmodum tellus ipsa omnium longe liberalissima, herbis, frugibus, arboribus ue sic alimenta, atq; uitæ præsidia porrigit, ut nemo quidem omnino id sentiat, ita noster hic egenorum alumnus clam quidem, & nullo sciente mortalium, misericordiam suã incredibili studio in pauperes exercebat. Cuius reliquas eleemosynas intelligemus facilius, si hoc unum è pluribus celebre illius factum subijciemus.

Fuit Pataræ uir genere nobili, qui (ut fert humanę felicitatis fragilitas) ab honoribus in contemptum, a diuitijs in egestatem deciderat. Ei erant tres filiæ, corporis formæq; uenustate, & morum elegantia longe præstantes, uirgines omnes, & quarum ætas (si patris calamitas nõ obsistat) nuptias flagitaret. Has inops pater omni rerum egestate calcatus, nõ modo uiro tradere, sed ne alere quidem quoquo pacto poterat: neque spes ulla miserum hominem solabatur, qua quotidiæ crescentis inopiæ uim perferret. Heu rem dictu fędam, heu quo mortalium mentes insuperabilis uis egestatis impellit. Tetrum, atrox, immane facinus patrem (paternæ pietatis memorem ne, an immemorem potius dixerim?) exagitat filiarum decus, ac pudicitiam deserentem, ut natis esurientibus nõ deesset. Cœpit enim de illarum uirginitate alienæ prostituenda libidini cogitare, ut turpissimo, & flagitioso quæstu uitam pereuntis familiæ tueretur. Iam uesana fames reluctantem patris animũ ægre perfregerat. Iam crudele, & humanis indignũ luminibus spectaculum parabatur. Quid enim tam ualidum est, tamq; munitum, quod necessitas non prosternat? Sed affuit de cœlo miserator dominus, qui escam daret timentibus se; qui patris in filias inuitam crudelitatem nõ pateretur; qui uirginum castissimas

lachrymas miseratus a tam fœtido flagitio liberaret. Sed quo pacto id facies dulcissime Deus, uniuersæ misericordiæ pater, & fons, aut quo ministro auxilium tuum oppressæ familiæ porriges? Angelum profecto tute tibi Nicolaum delegisti, quo nemo mortalium esset, qui tua iussa meliori aut studio, aut consilio, aut pietate perficeret. Tua igitur miseratione factum est, ut crudele consilium famulus tuus, nescio quo, nisi te uolente, sentiret, cuius animus tum rei atrocitate, tum insita pietate cõmotus, in auxilium periclitantium totus accingitur. Stimulabant misericordem animum esurientis familiæ lachrymæ. Stimulabat castarum puellarum prostituenda uirginitas. Stimulabat amantis patris misericordia, qui in pudicitiam inuitus agebat, ne in uentrẽ crudeliter agere uideretur. Sed seruus tuus, qua ratione Deus impleat præcepta non uidet. Cum enim iubeas misericordes nos esse; uetas tamen sinistram scire, quid faciat dextera nostra. Ardet animus misericordiæ faciendę studio, sed humanum sui beneficij testimonium refugit: quippe qui tibi soli, benefactorum gratissime retributor placere conetur. Tantum enim uir Dei ab omni humanæ laudis desiderio abhorrebat, ut quantum cæteri sua maleficia, tantum ipse iste beneficia sua celare studeret. His agitatus stimulis impiger animus, credo te, domine, inspirante, intẽpestæ noctis silentio e strato prosiliens, auri haud mediocre pondus sacculo belle insutum sumit, domo egreditur clanculum, miserandæ familiæ domum tacitus adit, circunspectat sagaciter omnia: animaduertit tandem, luna ipsa adiuuante, fenestram apertam paululum: Ea cubili inseruiebat, in quo infelix pater membra quieti tradiderat. Tunc Nicolaus pulcherrimam sibi a Deo oblatam occasionem ratus, auro per fenestram immisso, domum se statim proripit. Mane pater, auri comperto miraculo, stupens, cum tanti muneris datorem suspicari non posset, dæmonum eam esse, aut callidi cuiuspiam hominis fallaciam putat, adulterinoq; credit se lusum auro. Inde cum aurum digitis contrectaret, iamq; rei cognosceret ueritatem, incredibili lætitia gestiens, lachrymas ubertim effundit. Miratur rem, animo uersat omnia. Et cum humanum benefactorem coniectare non posset, in Deum hoc muneris transferens; Quid faciam nunc miser, inquit, ne tanti beneficij ingratus arguar? Certum est peccatum meum diluere, & impio me, ac nefario scelere expiare. Filiam, in cuius pudicitiam crudelissime sæuiebã, a fœdo periculo emam. Aurum uirginem redimat, quæ meo scelere auri gratia perdenda erat. Hæc itaq; secum reputans, primam ex tribus filiam honesto marito locat. Nicolaus non minus dato, q; ille accepto munere gaudens, ubi uirginem uidet a periculo liberatam; liberabo, inquit & reliquas; auriq; tantundem noctu, ut antea, per parentem fenestram immittit. Diluculo pater cum secundum aurum inuenisset, uix sui compos humi supplex sese prosternit. Tum ora pectusq; largis irrigans fletibus: Deus, inquit, misericors, esurientium liberalis alumne, fac (quæso) domine, ut sciam quo ministro tu flagitiorum meorum periculum sustulisti, ut te, domine, in illo laudem, te in illo magnificem, te in illo contempler, Domine, qui me iampridem sanguine tuo redemisti, & nunc auro pereuntem familiam redimis. Ostende mihi dispensatorem hunc tuum, & Angelum profecto in terris, cuius ope ecce secundam quoq; filiam, diabolo crudeliter maritandam, sancto connubio honestabo. Hæc cum dixisset,

non prius deſtitit, ꝙ alterum quoque generum ſibi aſſciuit, nec minore certe gaudio duplicis coniugij celebrati, ꝙ ſpe tertij quoque propediem celebrandi. Iam enim tantum ſibi de Dei miſericordia pollicetur, ut ſeſe putaret tertiæ quoq; filiæ dotem tenere manibus. Ita ab inferno ereptus homo noctes dieſq; perpetuos ereptoris ſui deſiderio æſtuabat. Statuit q; noctes inſomnes per excubias ducere, quoad, quiſnam eſſet hic exploratum haberet. Nec minus admirabilis noſter tertiam quoq; filiam nuptijs tradi cupiebat. Profunda itaque nocte ueniens tacito (ut aſſolet) pede, per eandem feneſtram tertiam introiecit dotem. Ac peruigil pater decidentis auri ſtrepitu monitus, quanta poteſt pedum uelocitate proſiliens, Nicolaum tandem fugientem aſſequitur, comprehendit, tenet, atque illius pedibus aduolutus redemptorem ſuum, adiutorem, ſaluatorem pereuntium animarum flens gaudenſq; compellat. Niſi enim miſerationes tuas, inquit, miſericors excitaſſet dominus, dudum iam perierat infelix cum tribus infelicioribus natis pater, ſed clementiſſimus Dominus per te ſaluauit nos, & a crudeli peccati caſu liberauit dominus, ſuſcitans inopem è terra, & de ſtercore erigens pauperem. Talia lachrymantem, beatoſq; oſculantem pedes, Nicolaus ægre compeſcuit, qui cum beneficium ſuum quanta potuit humilitate attenuaſſet, multis tandem adiurationibus, ut rem nulli mortalium patefaceret, fruſtra precatus eſt. Vna igitur hæc ex innumeris prope miſericordis hominis huius eleemoſynis. Quod ſi reliquas quoq; recenſere pergemus, quoties indigentibus opem tulit, quoties pauit eſurientes, quoties alieno grauatos ære leuauit, immenſi pro pemodum laboris id fuerit.

Poſtea uero quàm perfecta iam, & abſoluta uiri uirtus illum maiore Dei familiaritate dignum effecit, cœpit eum ſolitudinis cupiditas ingens; in eoque deſiderio diutius immoratus, ſtatuit tandem ab omni hominũ cœtu ſecedentem in abditam aliquam eremum ſeſe recondere, ut remotior mundo, Deo fieret propior. Eremus enim quietis atque tranquillitatis animi optima parens, & nutrix, comes uero, atque tranquillitas cogitationum, diuinæque contemplationis fructifera radix, certaque pronuba cum Deo coniugij ſpiritualis. Itaque cum ueteri uiſendæ Palæſtinę deſiderio teneretur, ubi ſaluator noſter ante Crucem inter mortales uerſatus eſt, nauim in Ægyptum redituram conſcendit, ut inde ad loca ſancta profectus, ſolitudini ſe deinde dicaret. Sed Palæſtina, & eremo intermiſſis, nauigationi ipſi paululum indulgeamus. Igitur é portu tranquillo cœlo ſoluentes recta in Ægyptum enauigant. Cum autem docti nautæ nihil aduerſi ſuſpicarentur, quos tamen diuturnus uſus futurarum tempeſtatum præſcios ſolet facere, Nicolaus illis horrendas uentorum, turbinũque procellas imminere prænunciat. Etenim uidere ſe, ait, humani generis hoſtem iratum, nauim ſtricto gladio ingreſſum, atque rudentes, omniaq; ſimul mali, & claui retinacula concidere cupientem, molientemque nauim, quaſi rapidis uorticibus circumactam in profundum cum uiris ipſis demergere. Vix ea fatus erat, cum de repente, quaſi ſigno dato, uehemẽs, atraque uis tempeſtatum exoritur; undique horrendo fragore erumpunt turbines, mare uertitur funditus, tolluntur fluctus in cœlum, trepidi nautæ ſubito metu perterriti ad genua ſe Nicolai proſternunt; orant, miſereri, periclitantibus opem ferat, Dei auxilium pro ſe imploret, quibus nul-

7 *Nicolaus peregrinationem ad ſancta loca aſſumit.*

la relíqua ſit ſpes ſalutis. Tunc uir Dei confidere illos iubet, ac breui hoc periculo liberatum iri, modo iactent ſpem ſuam in domino, qui ſaluos facit ſperantes in ſe. Poſt eum paululum oraſſet (mirabile dictu) ſedantur fluctus. Turbines in leuem auram diſſoluuntur. Lux atram caliginem diſſipat, & iam undiq; læta, tranquillaq; pereuntibus dies redit. Tum nautæ à lachrymis in gaudium uerſi, ex animo gratias cum Deo, tum admirabili famulo eius habere fatentur, duplici uiri admiratione commoti, quod & futurum prædixiſſet periculum, & præſens tam facile ſuſtuliſſet. Auxit autem illorum admirationem inſequentis quoque rei miraculum. Cõ ſcenderat nauta ſupremum antennæ cornu, ut ſolutos carbaſi funicolos religaret. Is dum incautior deſcendere pergit, & manus illum falleret, magno lapſu ſuper nauis tabulata corruit, contuſum corpus iacet exanime, & ſine dubio è uita migrarat. Tum Nicolaus miſericordia uehementer motus, defixis in cœlum luminibus, orauit intentius. Inde rediens ut primum cœpit illum lachrymans contractare, mortuus quaſi è leuiſſimo ſomno excitatus reſurgit, & corpore ut prius integro ad obeunda munera nauis redit. Poſt hæc uir Dei pandere illos uela iubet. Illi toto ſinu flantem à tergo Eorum accipiunt, nec prius illos felix deſeruit aura, quàm Alexandriam adducti ſunt. Ibi nautæ peruulgatis, quæ uiderant, miraculis, ciuitatem incredibili huius uiri uiſendi ſtudio excitant. Hic bone Deus, multa per ſeruum tuum mirabilia Ægyptijs oſtendiſti. Et erat operæpretium magnalia illa tua domine uirtutum ſingula recẽſere, niſi hoc eſſet negociũ nimis longi. Magnus etenim factus ægrotantium hominum ad eũ concurſus, magnus calamitoſorum opem petentium, magnus ab immundis ſpiritibus uexatorum, magnus mœrentium, & infectis fortunæ caſibus laborantium. Sed quis, donorum largitor Deus, quis, inquam, æger non ſanus abſceſſit? Quis mœrens non lætus? Quis arrepticius non mundatus? Sed quid hæc ad te, domine, qui feciſti cœlum & terram in intellectu? Non tuam igitur incomprehenſibilis Deus, omnipotentiam admiramur, ſed miniſtrum hunc tuam, quem ſuæ uirtutis merito uiuentem, mortuumque per omnia ſecula nouis quotidie ſignis clareſcere uoluiſti. Hũc iure miramur; hũc uniuerſus orbis immortali gloria dignum laudat, & extollit. Tua tamen hæc laus eſt domine, quia ſine te laus iſta non eſſet. Sed iam reliquum itineris abſoluamus.

8 *Ad orationem eius ſedatur atrox tẽpeſtas.*

9 *Nicolaus defixis in cœlum luminibus intentius orauit, inde qui mortuus erat reuixit.*

10 *Virtutis ſuæ merito Nicolauum uoluit deus & uiuentem et mortuum per omnia ſecula nouis ſignis clareſcere.*

Ex Aegypto itaque ſoluens, & in Palæſtinam (ut conſtituerat) uenies, aſcendit in Golgotha, ubi pro ſalute generis humani Chriſti patibulum fuit. Inde cum ad diuinæ crucis lignum uenerandum incederet, & uox illum intercepiſſet, ferunt templi fores tunc clauſas uenienti ultro cum fractis uectibus patuiſſe. Nec mirum id quidem, quippe cui cœli ipſius patebant portæ. Non enim caruit cumulata mercede iſta profectio: uberiorẽ enim ſpiritus ſancti gratiam, maioraque deinceps omnium uirtutum atque ſignorum dona perpetuo eum habuiſſe accepimus. In Palæſtina igitur, quantum par fuit, moratus, in ſolitudinem ſeſe colligere parat. Cæterum Dominus, qui ciuitatem ſupra montem poſitam abſcondi uetat, & ardentem lucernam poni ſub modio, illi per uiſum ſemel, atq; iterum imperat, ut ad oues, quas reliquerat in Syon, confeſtim redeat. Quod ubi diuinum id eſſe mandatum manifeſte deprehendit, ſeipſum abnegans colla impiger diuino iugo ſubmittit. Nauem Alexandrinam conduxit pretio, cum qua

11 *Nota contra hæreticos peregrinationes ad loca ſancta damnantes, cum Nicolaus ex ſua peregrinatione uberiorem ſpiritus ſancti gratiam, ac ſignorum dona cõſequutus ſit.*

cum qua è Palæstina in Lyciam remearet. Ast eum improbi nautæ dolo fallere agressi, suæ prope dederunt, pœnas improbitatis. Nã sumpta mercede, cum é portu soluissent, non quo pepigerant, sed Alexandriæ proras obuertunt. Iam erat in conspectu patria illorum tellus, cum repens exorta procella, clauo, antennaque confractis, ultimum illis exitium minabatur. Tunc nautæ conscij perfidiæ suæ ignosci sibi postulant, & supplices, ut deinde pro sua exoret salute, magno flagitant studio. Miram dictu rẽ. Vix illi sermonem compleuerant, cum subito uis omnis tam sæuæ tempestatis compressa resedit; & nauis, nouis surgẽtibus austris, in Lyciam pulsa applicuit. Descendens itaque Nicolaus sese ad monasterium confert. Quod auunculus eius (ut paulo ante dicebamus) sub nomine sacræ Syon, magnis ędificarat sumptibus. Eum fratres incredibili gaudio excipiunt, amplectuntur, osculantur, & quasi Angelum à Deo sibi redditum, uenerantur. Hunc sibi locum Nicolaus, quasi tranquillum aliquem portum delegerat, in quo à turbulentis mundi actionibus ad contemplandam futuræ uitę fœlicitatem conuersus, deinceps quieturum sese sperabat. Sed breuis admodum ea spes, eaque quies fuit. Non enim passus est, qui omnia sapienter gubernat Deus, ut locupletissimus iste omnium uirtutum thesaurus humi lateret defossus, ex quo erat futura secula innumeris beneficijs ditaturus. Voluit enim, ut magnum hoc lumen, quod ipse immẽsa sua accenderat prouidentia, super magnum erectumque candelabrum suis radijs uniuersum orbem per secula illustraret. Itaque dum in secretiorem aliquando locum sese orandi contemplandique gratia, uti insueuerat, recepisset, uox eum de cœlo alloquitur: Nicolae ad mundi, inquit, palæstram tibi redeundum est, si meam coronam expetis. His uerbis exterrito, cogitantique, quidnam uox ista portenderet; Iterum uox eadem acrius intonans: Nicolae, inquit, non hic est ager, in quo fructum, quem ex te flagito, proferas. Ad homines redi, ut in te nomen clarificetur meum. Tunc hac uoce Nicolaus planè sibi imperatum à Deo intelligit, ut relicto ocio, ad deferẽdum miseris mortalibus, quam possit, opem, redeat. Hic cum Deo parendum existimaret, diuque secum uersasset animo, in patriamne, ac inter notos, an alio terrarum orbe sese habitaturus reciperet, fecit tandem humanæ laudis odium, atque contemptus, ut neglecta Patara, & suis, Myras, ubi nemo quisquam illum nouerat, commigraret.

12 *Monasterium Nicolai auunculus uir sanctus magnis ædificarat sumptibus.*

Forte autem fortuna per eos dies Myrensis pontifex è uita migrarat, cuius rei gratia (quoniam ea ciuitas Lyciæ metropolis erat) prouinciales episcopi, quos suffraganeos uocant, frequentes illo conuenerant. Ibi de sufficiendo antistite actum est. Tum diuino operante spiritu, incredibilis quædam cupiditas cœpit non episcopos modo, uerum etiam uniuersum clerum, ut sanctissimum atque ornatissimum aliquem præsulem sedes illa pro sua dignitate, amplitudine, atque gloria consequeretur. Quod tametsi multi præstantes uiri nominabantur, non tamen unusquisque facile ostendebatur, in quem huius concilij suffragia consentirent. Ita cum uaria (ut in conuentibus hominum fit) studia eorum essent, uariæque sententię, placuit tandem, precibus, omnique supplicationum genere orari deũ, ut reuelaret, quisnam esset huic obeundo muneri deligendus. Magno studio diutius oratum est; nec ieiunia etiam, nec pleraque pietatis opera defuerunt. Tandem de cœlo Dominus, non tam precantium meritis, aut

13 *Magno studio diutius oratum est, nec ieiunia, nec pleraque pietatis opa deserũt.*

sedis dignitate, quam huius immensi luminis patefaciendi gratia, uoces eorum exaudiuit. Præficiendumque antistem uni ex suffraganeis episcopis uenerando senio & uita præstabili reuelauit hoc pacto. Huic enim antelucanam cum cæteris episcopis orationem facienti, apparuisse quendam ferunt habitu angustiore quam humano, eique imperasse, ut ab oratione confestim ad templi excubias se conferret, & quem primum in templum uenientem deprehendisset, illum esse, ad quem diuino consilio episcopatus, & ecclesiæ gubernacula deferantur; hominique Nicolao nomẽ esse. Hæc iste cum cæteris episcopis nunciasset, uisum est omnibus, ita fieri, quemadmodum episcopo sanctissimo reuelatum fuerat. At nequa posset humana suspitio Dei uoluntatem labefactare, omnisque tolleretur huius rei in fraudem nunciandæ occasio, decretum est, ut nemo quisquam omnino de templo ante rei finem egrederetur. Tum omnibus ad orationem conuersis, hic unus ad exequenda Dei mandata pro templi foribus excubat. Habebat suspensos omnes (ut est humanus animus solicitus futurorum.) huius tante rei, diuinique indicij expectatio. At Nicolaus media nocte ad confitendum tibi, clementissime Deus, de more surrexerat, ignarus certe uoluntatis tuæ, cui tamẽ se totum addixerat. Et cum in tuis laudibus (ut solebat) nocturna silentia absumpsisset, antequam primos radios rutilans aurora diffunderet, ortumque solis ægris mortalibus nunciaret, in templum, te inspirante, Domine, securus ire pergit. Quò cum primus omnium aduenisset, explorator iste diuinorum iudiciorum ingredienti Nicolao templi uestibulum, siste gradum, inquit, fili mi, dic quæso, quis es, quoue nomine uociteris. Tũ uas istud electionis nil tale suspicans, mansuete, uerecundæque, peccator, inquit, sum, & seruus inutilis, nomine Nicolaus. Tum ille uultus, & morum grauitatem, uerborumque modestiam conspicatus, & uiri præterea nomen sibi cœlitus designatum, nõ dubitauit hunc illum esse, quem diuina uisio futurum episcopum prædixisset. Non erat enim nescius, in quos soleat Deus respicere, in mansuetos uidelicet, & humiles corde. Itaque incredibili plenus gaudio, sicut qui inuenit spolia multa, aut in absconditum agri thesaurum incidit, sequere me, inquit, fili mi; & apprehensum dextera ad reliquos introducit episcopos. Illi audita re, nouum episcopum non humano certe, sed plane diuino suffragio declaratum, insolita quadam ueneratione excipiunt, uenerantur, Deoque laudem, & gloriam decantantes, in medium templi statuũt, non tam reluctantem, quam noui huius uelut prodigij stupore uix compotem sui. His continuo promulgatis (quid enim est ocius fama rerum præsertim admirabilium) ad tantæ rei spectaculum innumerabilis propè confluit multitudo. Tum surgens episcopus ille, qui uisum habuerat, docet, quam chari habendi sunt, quamue a populis honorandi rectores animarum, illi præsertim, a quibus iuste, sancte, humaneque gubernarentur, nihilque propemodum felicius esse illa ciuitate, cui istiusmodi antistitem habere contigisset; propterea lætari oportere Myrenensem populum, & Deo per quam maximas habere gratias, qui eum esset prælulem consecutus, a quo plane sperare liceat quicquid ab optimo, atque sanctissimo pontifice expectari par sit. Neminem enim dubitare oportere, hunc uirum esse omnium uirtutum arcam, atque thesaurum, & iocundissimum spiritus sancti diuersorium, qui non humano consilio, non episcoporum

14 *Media nocte ad orationem de more faciẽdam surrexerat Nicolaus.*

suffragijs,non cleri,aut populi electione, sed sola Dei miseratione sit pontifex declaratus. Inde omnibus,quemadmodum euenerant, accurate expositis, abire illos læto animo iubet, & gratias unumquenque Deo pro immortali,ac inæstimabili beneficio reddere; se cum cæteris episcopis ad unctionem nouicij pastoris iturum,quem spiritus sancti digitis inunctum manifeste iam perspiciant. Cum dicendi episcopus finem fecisset,uniuersus hominum cœtus in lætitiam,lachrymasque profusus discedit. Synodus frequens ad nouí præsulis unctionem conuenit. A quo magno tandē labore impetratum est,ut se pateretur inungi,tum magistratus magnitudine,tum uirium suarum,ut ipse putabat, imbecillitate deterritum: quanquam Dei hoc esse imperium multifariam planè cognouerat. Quo igitur die Myrensem thronum conscendit, secum ait: Hic dies, Nicolae, hic locus mores alios affert; iam non tibi,sed alijs est uiuendum, quando quidem alijs uiuere,hoc est profectò sibijpsi per quammaxime uiuere. Iste cū sibi uideretur cleri, populique uitia partim corrigenda, partim tollenda esse,non soli Deo, ut ante, sed hominibus quoque uitam suam palam faciendam esse putauit,ut illi exemplo sui facerēt,quod prece, aut imperio, aut ratione fortasis facere noluissent. Erāt eius pristini mores,ut iam expressimus,absolutæ uirtutis & formæ, atque accurata quadam castigatione compositi. At quoniā alia est priuati hominis ratio, alia magistratum gerentis,uitam omnem,moresque,pro magistratus dignitate,transformandos esse putauit. Igitur in omni corporis cultu maiore, quam ante,incuria,& negligentia fuit. Nihil erat in eo uenustum,nihil elegans, nihil accuratum præter mores,uiuendique disciplinam. Vestis plus solito uilis,atque neglecta,in qua nullus esset omnino nitor,aut factus,sed castigatæ potius humilitatis & modestię significatio: nec enim alio quouis pacto poterat sapientius, aut facilius sacerdotum in uestitu luxuriem ampu tare. Nam quis tam impudens fuerit,qui priuatus pretiosam, & nitidam uestem non erubescat, cum magistratum amplissimum uiderit uulgariter,& negligenter indutum? Ego præterea sic arbitror,indumentorū splēdorem hunc,& plusquam regium luxum, quo nostri antistites nunc utuntur,aut nullis ecclesiasticis, aut his solummodo magistratibus conuenire, quibus nulla excellens uirtus auctoritatem uendicet, aut uenerationem, ut quod propria luce non possunt, externo fulgore oculos uulgi perstringant. At in quo uniuersæ honestatis,ac modestiæ eluceat species, maior certe gloria est, atque hominum admiratio ex ueste uulgari. Semel edebat quotidie,& uesperi quidem, ut publicis negocijs, quæ pro magistratus amplitudine magna erant,multaq́,diem licentias cōmodaret. Nec cœna tamen publico uacabat munere,quandoquidem triclinium eius suo consilio,aut ope indigentibus patebat semper; & cœna sæpius pro negociorum opportunitate intercidebatur. Cibus erat eiusmodi, qui ad ieunitatem & abstinentiam, q̄ ad saturitatem, potius inuitaret. Carnes abineunte ætate ita dimisit,ut illas nunquam in omni reliqua uita resumpserit. Non plus uno ferculo cœnauit unquam,nisi hospitum gratia,quorum dignitas aut affluentiorem escam,aut delicatiorem expeteret. Nunquam sine sacrorum librorum lectione cœnatum est. Post epulas uero grauis aliquis sermo sanctissimo, atque doctissimo conuentu dignus inducebatur. Nam sacerdotes aliquot eruditione & uita probatos,perpetuos sibi

15 *Nota tu hæretice quæ sacras Episcoporum et sacerdotum unctiones subsannas, quomodo sanctissimus uir in Episcopum inunctus fuit, quod fieri non permisisset, si res uana foret & superstitiosa, ut tu blateras.*

16 *Vestis Nicolai in Episcopatu uilis atque neglecta.*

17 *Abstinētia eius cum ciborum delectu ac mensæ frugalitate.*

conuiuas delegit, a quibus suauiore aliquo animi cibo aleretur. A mensa in cubile semisatur sese recipiens, totus in cœlestium contemplationum campum diffundebatur, & animum diurnis, alienisq; curis distractum, nocturna meditatione collectum refouebat. Cumq; inter has delicias aliquantum noctis assumpsisset, membra tandem humi demissa, somno tantum indulgebat, quantum ad perferendum diei labores sat putabat. Inde surgens socios aduocabat, quibuscum antelucana oratione resumpta, inter psalmos & hymnos aurora expectabatur. Tum una cum sole in templum prodiens diuina exoluebat officia: A quibus ad pascendum, curandumq; gregem reliquum lucis accõmodabat. O Antistitem admirandum, & ab Ecclesia merito Magnum cognominatum, qui utranq; uitam ita complexus est, ut nunquam a diuinarum rerum contemplatione negocium, aut a negocio contemplatio læderetur.

18 *Nicolaus humi dormiebat.*

19 *Inter psalmos et hymnos aurora expectabatur.*

Vt autem suorum morbi facilius sanarentur, medicos ad eam rem prę stantes magno studio undiq; conquisiuit. Nam primum omnium id curauit, ut unaquęq; ex suis ecclesia eius generis rectorẽ haberet, a quo exemplo, atq; doctrina, atq; studio uitia populi tollerentur, praui corrigerentur mores, uirtutum atq; religionis cultus induceretur. Iis medicis utebatur, ab ijs discebat quotidie, si quid insigne in animis, corporibus ue uspiã locorum suorum esset, quod suum auxilium, aut præsentiam flagitaret. Incredibile autem est, quanto studio, & charitate opem suam quoquo modo laborantibus impartiebat. Nõ labores ulli hominem fatigabant, non sumptus deerat, quo oppressos aliqua siue corporis, siue animi mole leuaret: animo grauius laboranti medendo erat impiger iste, & longo, si oportebat, confecto itinere accurrebat. Iacebat quispiam ægroto corpore pauper, & egenus, nunquam quantum necesse fuerat rerum, & pecuniarum in hominis auxilium defuit. Non enim a Myrensibus tantum, uerum & a uicinis urbibus, haud parum argenti in eleemosynas dispertiendi quotidie ferebatur. Quod si necessitas aliqua occurisset maior, cõ ut ei posset præsenti pecunia subueniri, ab diuite aliquo misericorde, quos multos habebat in promptu, pecuniam uel mutuo, uel dono accipiebat. Nã præter necessaria corporis operimenta, & supellectilem tenui uitæ peropportuna, nihil ei reliquum erat, quod uel pignori, uel uenum posset dari. Nam etiam, quos legebat libros, mutuo petebantur. Ita semper uoluntariam paupertatem omnibus diuitijs facile antetulit. Hoc autẽ elegans in eo, atq; præcipuũ fuit, quod cum perfacilis eius ad omnes, & omnium item ad eum accessus esset, amplitudinem tamen, & dignitatem magistratus ita retinuit, ut dignus pro sua grauitate uideretur, qui non modo Lyciam, sed multas quoq; prouincias gubernaret. Habebant Myræ nobiles quasdam matronas uita, moribus, & religione præstantes, quæ se totas ad misericordiæ contulerant studia. Iis Nicolaus (quoniam sexus iste ad eiusmodi obeunda munera uidetur impigrior) quasi exploratoribus & ministris utebatur, quibus uinctis ægrotantibus egenis, indigentibus omnibus opem ferret. Nec ei deerant graues aliquot ciues, a quibus disceret, si quid in ciuitate fieret tum publice, tũ priuatim, quod sua suiq; magistratus cognoscere interesset, ut ea cogitatione posset aut nascentibus malis occurrere, aut iam natis remedium adhibere. Haud multo autem postea, cõ episcopatum iniuit, prouincialem habuit Synodum, in qua

pleraq;

pleraq; multa, tum ad Dei, templorumq; cultum, tum ad uitam, moresq; cleri, decreta præclare, & sapienter instituit, partim uetera corrigẽdo, antiquandoue, partim noua cõdendo, quibus uniuersa prouincia Lycia uteretur. Atq; quotannis prouincialia concilia, quoad uixit, Calendis Septẽbrib⁹ cõuenere, in quibus de institutis, ac disciplina cleri, deq; omni ecclesiarum statu accuratissime agebatur; nec improbis censuræ, ac pœnæ deerant, nec bonis faces, quibus ad meliorem uitam accenderentur. Initio autem magistratus sui ferunt, cum exoluendi officij, debitiq; reddendi magnitudinem formidaret, eum lachrymis, & gemitu Deum sæpius intensissimè depreeatum, ut ab se intolerabilem hanc molem tolleret. Nam cum hinc animaduerteret, de singulis sibi subiectis, qui innumerabiles prope erant, sibi reddendum esse rationem, illinc uires suas (quanq; erãt magnæ, ualidæq;) nihil pro sua humilitate existimaret, in desperationem satisfactionis adductus, animo incredibiliter angebatur, atq; sæpius ob id, cum uberes lachrymas effudisset, uocem tandem audiuit de cœlo in hæc ferè uerba: Ne timeas, Nicolae, ut à me mea negocia fideliter gerens ingratè destituaris. Hac uoce maxime recreatus, & spem suam omnem in Deum conijciens, opem sibi à Deo pollicebatur, sed ita pollicebatur, ut omnia tamen à seipso petenda putaret, quæcunq; opera & consilio præstare potuisset. Sciebat enim Deum eos non iuuare solitum, qui seipsos negligenter deseruissent. Itaq; uires suas omnes tum animi, tum corporis ad gerendum id negocij explicauit. Quas cum (ut dicebamus) imbecillas existimaret, duos sibi quasi consiliarios adiungit, Paulum uidelicet Rhodium, & Theodorũ Ascalonitam, uiros in omni Græcia celebres, & quib⁹ explorata uirtus, atq; doctrina, & diuturnus præterea rerum usus auctoritatem peperat. Horum fide, atq; consilio priuatim, publiceq; plurimum utebat, à quibus ita sciebat se diligi, ut nihil illi magis in eo cuperẽt, q; ut Deo placeret q; maxime. Ad eorum itaq; sententiam, quasi ad fidele aliquod speculum proprios ornabat mores, & ad magistratũ aptos accõmodabat. In obeundis insuper ẽpatus negocijs, siqd paulò difficilius iudicãdũ, agẽdũue accidisset, hos sibi, cõtinuo adhibebat, cũ q̃bus de re ipsa statueret.

Interea uetus humani generis hostis ira crescentis Christianæ religionis feroces animos Diocletiani, Maximianiq; solito atrocius instigat, crudelioremq;, q; antea, persecutionem parat. Veniunt itaq; ab Imperatore edicta in omnes, qui Christianam fidem profiterentur, quibus carceres, tormenta, uincula, postremo truculenta mors indicebatur. Hæc cum Myris publicè legerentur, aderant pariter Imperatorij carnifices Christianis non obtemperantibus extrema omnia minitãtes. At contra Nicolaus pastor intrepidus, acerrimusq; Christiani gregis propugnator, fidelibus omnibus clypeum sese præstat, & Christi fidem, quanto potest ardore, ubiq; intonat, liberi profecto, atq; sanctissimi pastoris officio fungens. Tum uribis præfecti ægreferentes contemni ab eo regia mãdata, illi, nisi desistat, decernunt supplicia. At Nicolaus (perq; enim erat martyrij cupidus) contemptis minis, acrior tum insurgens, tandem uinctus in longinquas custodias abducitur, in quas & Christiani multi ex uarijs ciuitatib⁹ erant coniecti. Vbi non parum æui omnibus incommodis captiuitatis affectus, tanta mentis constantia, ac firmitate fuit, ut eum inter delicias uitam degere arbitrareris. Nec exemplo modo, uerumetiam assiduis cohortationibus im

20 *Constituit decreta multa ad templorum cultum pertinentia.*

becilliores adiuuabat socios; & uelut agricola bonus teneras plantas religionis, & pietatis riuulis irrigabat, ut eorũ radices in fertili, stabiliq; solo defigeret. Robustiora uero pectora ad martyrium inflammare, ardorẽ illis, & spiritum addere, quàm speciosa esset in conspectu domini mors sanctorum eius, differere, & prædicare quotidie, nilque omittere, quò illi celso firmoq; animo breuem hanc, miseramq; uitam pro beata illa & immortali contemnerent, non cessabat.

Interea uero benignus dominus de cœlo suum populum miseratus, qui solem post tenebras, & post tempestates tranquillitatem solet seruis suis inducere, dissipare protinus, ac perdere crudelia sceptra parat, ac sui nominis inimicos de medio tollere, Diocletianos scilicet, & Maximianos, & quotquot cum eis suo populo impiè præfuerunt. Erigit autem cornu salutis plebi suæ, & cœlesti Crucis signo Constantinum Constantij, & Helenæ filium aduocat ad Romanũ Imperium. Ille non ignarus, quisnã hic esset, à quo cœlitus uocaretur, omnem spem suam in eum conijciens, Maxentio confestim exacto, dignitatem nominis Christiani in propriæ maiestatis solium exaltauit, uertitq; priorũ lætitiam Imperatorum in luctũ. Tum per orbem edicta profert, quibus iubet idola, & gentium delubra euerti, solui eos, qui pro Christi nomine uincti essent; instaurari Christiana sacra, templa refici, & pristinum ornatum resumere. His Constantini edictis ubiq; promulgatis, Christi confessores soluti, unusquisq; in patriam suam redit. Sicq; Myrensis populus pontificem suum recipiũt, martyrem profectò uoluntate, ac desiderio, atq; incruentum athletam, & bellatorem. A quo cum cœlitus collata sibi dona miris modis exercerentur, tanta creuit apud populum de illius uirtute opinio, ut iam planè miraculo omnibus esset. Hic, cum uideret dæmonum delubra quædam, nonnullasq; gentilium aras adhuc superstites, non exiguamq; impiorum, ac uarij generis hominum multitudinem ad eas confluere, atq; id mali serpere quotidie latius, incredibili ardore succensus insurgit: Et undiq; Dei uerbũ prædicans, ubi idolorum aram quãpiam cõspexisset, funditus euertebat, nulli parcens, neminem metuens, nihil nisi de Dei gloria, hominumque salute sollicitus. Sic itaq; omni dæmonum cultu eiecto, puram gregi suo trã quillitatem, & requiem comparauit.

21 *Christianus Imperator Constantinus mãdat instaurari Christianorum sacra, templa refici, & pristinũ ornatum resumere.*

Hæc cum Christi miles, immo Imperator, & dux, aduersus principes tenebrarum, non minus feliciter, q; fortiter auderet, cœpit continuo illum libido, quatenus ne ab ipso Dianæ templo abstineret; facinus siquidẽ desiderandum potius, q; sperandum. Erat enim ædes hæc admirabili pulchritudine, & magnitudine singulari, & quæ à Myrensi populo inter primaria urbis ornamenta præcipue coleretur. In hanc igitur cum robustissima iuuenum manu impetum faciens, non solo illam, ut cæteras, æquasse contentus, fundamenta quoq; radicitus euulsa diiecit, nullo prorsus ciuium obsistente. Horrenda res erat, profligatorum dæmonum audire ululatus immurmurantium, terribiliq; stridore inclamantium: Nunc se per iniuriã è sedibus proprijs eijci, atq; fugari.

Hic itaq; triũphus armis eius, & militiæ aduersus infideles finem fecit; non aũt animo, corporiq; in alienum auxilium exercendo, aut mirabilibus faciendis. Quæ qm̃ multa sunt, non omnia iccirco silẽtio patiemur obrui, & obliuione; Sed strictim paucula attingemus, si prius ostẽderimus, qua-

lem seipse præstitit in illo celebri, & omnium nobilissimo Christianorũ conuentu, qui iterũ Niceę est habitus. Constantino igit, qui primus Christianorum cultum in uniuersam suam ditionem induxit, Romanum Imperium gubernante, Iulius, qui summus tunc erat pontifex, non modo Constantinum, uerum etiam cæteros oẽs, quibus præerat Imperator, ad orthodoxæ, rectæq; fidei ritum, & disciplinam assiduè inflammabat. Et cũ Arianus error haud paruam orbis partem occupasset, pontifex tandem effecit, ut suo, Imperatorisq; iussu uniuersale Christicolarũ concilium Niceam conuocaretur; ubi dogma incorruptæ fidei Christianorũ comitiorum firmaretur auctoritate, pariterq; ut Arius, Arianæq; stultitiæ sectatores damnati è Republica Christiana abigerentur. Ei concilio affuerunt trecenti decem & octo episcopi, inter quos Nicolaus non minor doctrina, q̃ uita, neq; sermone, q̃ opere in refellendis Arianis fallacijs iudicatus est. Hæresim illam acutissima ingenia tuebantur, & uiri oĩum doctrinarũ cultu, & elegantijs expoliti, quos contra non modo disputationibus, & lingua, uerum multo maxime supplicationibus, & assiduis ad Deum precibus Nicolaus pugnabat. Ita cum illorum tandem argutias, & errores ipse cum cæteris ueritatis defensoribus dissoluisset; canonemq; ipse, & reliqui synodi patres orthodoxæ fidei præscripsissent, homousion uidelicet, hoc est consubstantialem patri, & æqualem credendum esse Christum, resarcita scissura ecclesiæ, inde discedens, ad proprium gregem regressus est: cui neq; doctrina, neq; exemplo, neq; assidua exhortatiõe defuit, quo magis omnes ad uirtutem, ad mores, ad animi cultum, ad pietatem, religionemq; perpetuò concitaret.

22 *Contra Arianos Nicolaus non modo disputationibus et lingua, sed multo maxime assiduis ad Deum precibus pugnabat.*

Accidit autem ea tempestate, ut terram Lyciã ualida uexaret fames, tantaq; Myris, alibiq; tritici egestas esset, ut iam ad interitum hominum res spectaret. Tum Nicolaus ad horrea Dei, hoc est ad orationem confugit. Per id aũt temporis mercator quidam in terra Sicilia magnam frumẽti uim in nauim intulerat, exportandi in Hispaniam, dandiq; uenum causam. Huic noctu dormienti Nicolai simulachrum sese per uisum offert: tim perat, ut Myras triticum primo statim tpe aduehat, ex eo grande pretiũ relaturus, fidemq; uerbis, tribus datis aureis, facit. Excitatus ille cum aureos propè, & cubile clausum inuenisset, admonitum se diuino numine ratus, Myras sine mora frumentum uehit, pretiumq; accipit, quod dormiẽti sibi sponderat Nicolaus. Eo pacto Myræ sæuientis iam inediæ uim repulere. Ita cum mercator rem omnem, ut sibi euenerat, cunctis palam fecisset, Myrenses suum præsulem maiori deinceps, q̃ hominem uenerari parsit, honore & laude sunt prosecuti.

23 *Ad horrea Dei, hoc est ad orationem confugit.*

Ea tempestate Constantino nunciatum est ab nonnullis rerum nouarum cupidis, seditionem haud negligendam in superiori Phrygia excitatam. Tunc Constantinus tres ad eos reprimendos motus legatos mittit; Nepotianum uidelicet, Visum, & Herpilionem. Hi celerè cum armis ad negocium sibi datum profecti, Andriaciama appulere. Id erat in terra Lycia oppidum subiectum Myrensibus. Ibi milites aliquandiu aduersa maris tempestate detenti, emendorum ciborum gratia in terram egressi, tandem (ut est eiusmodi genus hominum rapax, & alieni appetens) ad prædam incolarum sese uertunt: multa rapiunt per uim, plurima temere deuastant. Quorum improbitas cum indies augeretur, uicit tandem incolarũ

patientiam effrenata licētia militum. Igitur agrum omnem armat iniuria: seditio,& tumultus exoritur; & iam in mutuam cædem utrinq; ruebatur: cum Nicolaus(is enim rem perspiciens citate pede ad locū uenerat) adesse nunciatur. Tum oppidum omne,necnon & ipsi Imperatoris legati, ac milites(tanta erat in omni Lycia Nicolai auctoritas,atq; nomen)depositis armis,uenientem episcopum,obuiam progressi incredibili quadam ueneratione ita excipiūt,ut nullum penitus tumultus, aut iratum uestigium appareret. Nicolaus rem sedatam animaduertens benigne legatos congressus,in urbem honorificè,perhumaneq; inductos hospitatus est. Dum illi se,placatis uentis ad nauigandum expediunt, adsunt Myrēses aliquot anxij,flentesq;:hi ad sancti uiri pedes prouoluti celeritatem , & auxilium conclamant contra nequissimi hominis uim autque iniuriam . Eustachium enim præfectum urbis auro uictum , tres innocentissimos ciues capite damnasse , ciuitatem omnem in luctu esse , unam reliquam superesse in Nicolao spem,qui si affuisset,ille nunq; tam immane facinus in animū induxisset;opus esse maturato;ni cito accurrerit,de capite & fortunis insontium actum esse.Hæc illi cum flentes lamentarentur,uir Dei,diuinæq; misericordiæ imitator,rei crudelitate uehementer percitus, iter arripit, Constantiniq; legatos contra præfecti uim,si oporteat,sibi comites,& adiutores adiungit. Itaq; cum in locum,cui Leo nomen est, aduolasset, obuios quosdam rogat, siquid de tribus his damnatis ciuibus exploratum haberent.Illi reliquisse eos aiūt,in Castoris & Pollucis campo tractos,ut mactarentur.Tum Nicolaus ad locum uelox cōtendit,ut illorum præueniat necem.Iam miseros illos crudelis carnifex tyranni iussu ad portam loci p traxerat,ubi capite damnatos plecti mos erat.Quo Nicolaus incredibili ardore flagrans cum irrupisset,uidet magnam mortalium uim undique circūfusam,& tres(miserum dictu)manus post terga uinctos, & lumina linteolo uelatos,nuda colla cornificis securi præbentes. O miserum spectaculum,& indignum profecto,quod humanos oculos. suæ immanitatis testes haberet.Iam carnifex securim erexerat, & furenti similis truculētos oculos in miseras ceruices defixerat nihil aliud q̄ crudelitatem , atq; cruorem gestu,uultu,fœdaq; uoce significās.At diuinus hic noster,ut primum pia lumina nefario iniecit spectaculo,non tumultuans quidem , aut temerarius,sed grauiter admodum, & cum seueritate carnificem compellat:Quid agis sceleste?securim contine.simulq; accedens intrepidus, & fiducię plenus cum regia quadam auctoritate , securim è manibus extortā abijcit;tribus damnatis lumina, & manus reddit , bonoq; animo esse iubet.Hæc cum ita fierent,nemo tamen quisq; ausus est ex omni apparitorum turba,non modo Nicolao obsistere,sed ne in eum quidem uel attollere oculos,tanta erat moribus auctoritas,gratia,atq; maiestas , tantaq; de illius uirtute omnium mortalium existimatio. Rei præterea indignitas illis(ut arbitror)manus & linguam ademerat.Tum tres illi,sanctissimi uiri beneficio,in lucem restituti,quanta poterant uoce , cum lachrymis beneficium extollebant,simulq; uniuersus campus,in quem facti misericordiam ciuitatem prope omnem conciuerat,in eius laudes resonabat. Interhæc præfectus urbis cum aduenisset,ei Nicolaus neq; obuiam ire,neq; uenientem inspicere passus est.Tum ille,siue sceleris sui conscientia,siue pœnæ metu(si Constantinus factum rescisset) in pœnitentiam uersus episco

pum benignè cõgreditur. Ille repulsum seuera increpat uoce: Affirmat, hãc se publicam iniuriam non passurum, imploraturumq; non modo ultoris Dei, uerumetiam Constantini iustitiam in eum, qui auro corruptus magi stratum sibi traditum fœde, & crudeliter administrasset. Cumq; illi extrema minaretur supplicia, præfectus uehementius sibi timens, iam non uerbis modo, uerum & lachrymis supplex sibi ueniam postulat, omnicq; pœnitentiæ significatione Nicolaum sibi conciliare studet, in Simonidem, & Eudoxium Myrensium principes, iniuriæ culpam falso transferens. Tum incredibile est, quàm ea res charum omnibus hunc uirum reddiderit, ut in eius laudes fusa multitudine, confestim ea res tota Lycia celebraretur.

Sed iam Constantini legati, confecta re, abeundum rati, Nicolai benedictionem efflagitant, pulcherrimum, tutissimumq; itineris sui uiaticum. Ea accepta, benigne dimissi, proficiscuntur in Phrygiam, ubi cum motus illos sapienter composcuissent, Byzantium ad Imperatorem regressi, honorificè, & perhumanè excipiuntur; nouis honoribus, atque donis aucti; quippe quorum opera, atq; consilio id incendij tute, maturecq; extinctum esset. Iamq; inter primos Cõstantino chari, & cæteris omnibus illustres, & conspicui habebantur. Cæterum hanc eorum fœlicitatem non diutius pertulit laudum semper, & gloriæ hostis inuidia. Ii enim quibus erat cum tribus istis de honore contentio, Byzantij prætorem clam adeunt, conficta in illos crimina afferunt, quòd scilicet illi pecunia uicti in auctores seditionis nõ animaduertissent, seminaq; eiusce mali reliquissent, breui maius periculum paritura. Cæterum accusationem hanc per se infirmam, atque suspectam grandi pecunia prætori data communiunt. Prætor corruptus ad Constantinum omnia defert, comperta se habere horum peccata affirmans. Tum opinionem Imperatoris de legatorum fide, et integritate uicit suspicio, quæ regum animos facile occupat, ac dominatur. Prætori itaq; ab Imperatore datur potestas, Nepotianum, Vrsum, Herpilionem huius accusationis ignaros uinculis et custodita cohercendi. Tũ prętor se satis accusatoribus fecisse arbitratus, quod illos cohercuisset, pariter intelligens ficta illa cõtra insontes crimina fuisse: neq; ad quæstiones, neq; ad crimina quouis pacto discutienda accedit. Sic ergo cum aliquantulum æui effluxisset, ueriti accusatores, ne si uincti inopinato dissoluerentur, periculum patratæ fraudis in suam redundaret ceruicem, ad prætorẽ redeunt, eum percq; multo concitant studio, ut negocium rerum intermissum resumat, efficiatq; ut illi factorum suorum pœnas luant; neq; sibi, neque prætori conducere, ut illi liberati acceptam iniuriam ulciscantur. Prætor & ipse sibi, pro auro ab accusatoribus sumpto, metuens ad Imperatorem redit, uultu, gestu, oculis se malę rei nuncium uenire dissimulat. Tum ubi fandi copia data est; Legatos, ait, nondum odium suum satis expleuisse ex his, quæ contra Imperij maiestatem gessissent in Phrigia; a quibus tãtum aberat priorum flagitiorum pœnitentia, ut etiam uincti, & custoditi noua non desinant pericula moliri, quibus nisi occurratur, antequam ueniant, frustra cum uenerint occursurum. Cum itaq; suam fraudem prætor lachrymis contexisset, Imperator uera, atq; comperta sibi afferri putans, simulq; motus, tum ira ob illorum ingratitudinem, tum metu sui periculi, mortem reis in crastinum decernit. Erat custos carceris uir, tum humanitate præditus, tum ueteri consuetudine cum tribus his legatis cõiunctus,

quorum calamitatem ægre admodum,& molliter semper tulerat. Ad eũ igitur cum tristis crastinæ cædis nuncius aduenisset,exclamans,Me miserum,inquit,& hominum longè infelicissimum,quem tam funesti ludi spectatorem fortuna delegit: Quã noluissem unquã hos carceres cõspexisse; Quam præstabat in ultimis terrarum finibus nũc abesse. His uocibus custos omnem compleuerat carcerem; neq; largi fletus lamentis deerant. At tres illi,quibus uitæ, factorumq; innocentia dudum & mortis,& pœnæ metum ademerat,ad subitum nuncium consternati: quæ nos,inquiũt, aduersa fortuna in hoc miseriarum, atq; calamitatis impulit? Quæ tanta in nos falsa suspitio potuit, ut insontes sceleratorum hominum supplicio dãnaremur? Tum amicis cognatisq;,qui aderant, frustra imploratis,quã doquidem,aiunt,nihil præsidij innocentibus in terris est,Deum ipsum,et integritatis nostræ testem,& iniuriq;, atq; necis ultorem inuocamus. Inter hæc Dei miseratione effectum est, ut Nepotianus in memoriam Nicolai ueniret;iamq; uersaret animo, quo pacto ille damnatis Myrensibus succurrisset,qua ui,atq; misericordia eos ab interitu uendicasset. Hæc cum socijs in memoriam reuocasset;Et quid,inquit,spei nostræ saluti superest,nisi ut hunc ipsum innocentiæ nostræ patronum ex animo imploremus,qui pulchrè didicit insontes ab omni mortis periculo liberare? Tũ & duo reliqui ad orationem lachrymis,& mente conuersi sanctissimi uiri patrocinium inuocant. Exaudiuit autem eos dominus de excelso sancto suo, & de cœlo in terram aspexit: Audiuitq; gemitus compeditorũ mirabilis dominus in sancto suo, cuius non est passus frustra patrocinijũ implorari. Voluit enim,ut discerent reges,& omnes populi, principes,et omnes iudices terræ regum regem in cœlis esse,qui non spernat iniurias pauperum,q; soluat iniuste compeditos,& elisos erigat. Noctu enim per quietem Imperatori Nicolaus apparuit,ore profecto sicuti uenerando, ita & terribili,formidolosoq;: atq; illi imminens: surge confestim Imperator,inquit,& Nepotianum,Vrsum,& Herpilionem uinculis,et custodia solue;Falso enim, & per inuidiam accusati sunt,& iniuria abs te damnati. Id nisi feceris,intolerabile tibi bellum indico,& fœdam insuper stragem, turpissimumq; tibi,domuiq; tuæ interitum,uerus Dei præco denuncio. Tum Imperator rei nouitate perculsus, miratusq;(ut sæpe in somnis solet)cum uiri maiestatem,& uerba,tum quòd intempesta nocte in regiam, regisq; penetrassent cubile. Et quis tu es, inquit, qui hæc mihi denuncias, & minaris? At ille, Nicolaus sum,Myrarum Dei miseratione antistes; Quo dicto,ab eo euanuit. Et Alabio prętori tunc quoq; dormienti sese per uisum offert, eodem oris habitu,ijsdemq; uerbis,quibus Constantinum terruerat. Tum Constantinum somni terrore excitatum,secumq; tum minas horrendas, tum minantis speciem reputantem pauor non mediocris occupat, idq; uisum minime negligendum ducit. Eodem pauore, eademq; animi cogitatione cum teneretur prætor,ab Imperatore aduenium nunciũ,qui uisa ab eo per quietem accurate exponant. Tum prætor metu adaucto, ad Imperatorẽ confestim uenit,quæ uidisset,quæq; audisset,quantũ potest,uerissime explicat. Ita cum singula utriusq; somni conuenirent, & uelut ab eodem imperante,quasi signo dato,in utraq; cubicula irruptum esset, tãdem uisum est,reos ipsos è uinculis accersiri. Qui cum coram constitissent,rogantur, Num disciplinam magicam didicissent? Cum negarent illi, & studia eorũ

omnibus manifesta esse contenderent. Rex, num, inquit, de interpretādis, aut inducendis somnijs exploratum habetis aliquid? Cum illi negarent, Constantinus se per uim (quandoquidem uolūtariè non licet) ueritatem ab illis extorturum minatur. Illi regis iustitia implorata, neq; magicam, neque ullam somniorum disciplinam usquā attigisse affirmant: se a parentibus ab ineunte ætate ita educatos, institutosq;, ut nihil didicerint nisi Imperatorem uenerari, illum colere, illū rebus anteferre omnibus, quas mortalium animus solet concupiscere. Hoc institutum ita constanter, & perpetuo tenuisse, ut nihil nisi pro augenda Imperij maiestate dixerint, fecerint'ue; si secus compertū habuerit, nulla se prorsus misericordia dignos putet. At si nonnihil quandoq; tuendi, extollendiq; Romani Imperij causa fecerint, si uitam sæpenumero minimi pro illius dignitate æstimarunt; Si data sibi ab eo negocia, castè integreq; gesserunt, iam non præmia, quibus amplissimis eiuscemodi facinora donari solent, sed fama tantum, nomenq; ut sibi restituatur suum, supplices postulare. His uerbis cū uultus, gestus, lachrymæ oculis obortæ fidem facerent, cœpit Constantinus de illorum innocentia cogitare, & suæ pœnitere sententiæ, qppe qui Dei iustitiam formidaret, uererereturq;, ne si ipse innocentes damnaret, nocens ipse diuino iudicio damnaretur. Iam itaq; benignus illos inspicit, benignus alloquitur, ut uultus, uerbaq; pœnitentiam animi sui facilè indicarent. Tū illi paulò fidentius Constantinum intuiti, Nicolai simulachrum continuo uident assidentis Imperatori, & nutu sibi ueniam, & misericordiam pollicentis. Tum Nepotianus, & duo reliq deinceps uehementiore animi exultatione permoti, sublatis in cœlum oculis, conclamāt: Deus misericors, Deus Nicolai, qui tres innoxios olim Myris ab interitu liberasti, libera innocentes sperantes in te, ne angelus hic tuus fruſtra uideatur nostrum patrocinium suscepisse. Miratus hūc sermonem Constantinus, quid sibi hęc uerba uelint, regat, quiue hic Nicolaus sit, quosue tres ab interitu liberarit. Tum Nepotianus ordine exponit omnia, & qd ipsi Myris uidissent, & quo pacto in uinculis illius auxilium imploràssent, quem penè assidentem conspexerint. Constantinus (ut par erat) miraculo rei commotus, neque immemor domesticæ clementiæ, ac lenitatis, quam a maioribus acceptam magno ipse semper studio auxerat, utroque somnio cum istorum narratione collato, solui confestim tres uinctos iubet, & pristinæ dignitati restitui. Atq; ad illos conuersus: Abite ad eum, inquit, qui me de fortunis, & capite uestro sollicitus territat dormientem, & gratiam illi reddite, eiq; meo nomine nunciate, quid sui gratia fecerim. Hæc cum dixisset, euangelium aureis literis proferri iubet, aureumq; thuribulum gemmis et arte insigne, & duo præterea puro ex auro cādelabra, ea omnia imperat, ut Nicolao offerant, quibus inter sacrificandum utatur, suæ pietatis perpetuum monimentum. His, atque alijs admirabilibus uiri factis eousque nomen eius diffusum est, ut iam uel remotas orbis terrarum plagas attingeret, essetq; calamitosis, & periclitantibus certissima spes, atque profugium, quibus ille uocatus deesset nunquā'm. Qua uero misericordia, atque pietate nauigantes olim è faucibus mortis extraxerit, operæpretium arbitror enarrare.

Ferunt enim nautas quosdam horrenda disiectos tempestate, furentique pelago propè absortos, Nicolai, quem nunquam uiderant, auxilium

24

Habes hic aureum thuribulum gemmis & arte insigne, & duo cādelabra ex puro auro Nicolao donata ab Imperatore Cōstantino, quibus is inter sacrificādum uteretur. Ergo nō displicent hæc Deo, nec crimen aliquod incurrit Christianissimus Imperator hæc mittens sanctissimo episcopo, ut gratiūt miseri hæretici.

inuocasse. Audierant enim, quàm multos sæpe è summis periculis liberasset. Itaque iam non manibus fidere, non clauo, non uiribus ullis, aut arte nauigandi, sed toti in sanctissimi uiri inuocationem proiecti contra procellarum rabiem, hoc quasi tutissimo scuto, sese tueri, illum inuocare, illi manus tendere, illi tota mentis cogitatione inniti. Tum hic noster impiger humanarum calamitatũ adiutor, inclinante iam naui, & pelagus imbibente, oculis omnium manifestus, Ecce, inquit, adsum, quem inuocatis, opem, si sperabitis allaturus. In Deo confidite, cuius ego minister aduenio: simulq; clauo, cernentibus cunctis, arrepto, nauim erigit, gubernatq; inde mare minaciter increpans, fluctus confestim, sæuiẽtesq; procellas placat, ut nautæ dicerent: Quis est hic, quia mare, & uenti obediunt ei? Et ipse Christi promissis fidem faceret dicentis; Amẽ dico uobis, qui credit in me, signa, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Ita cũ procellarum omnis illa superbia resedisset, eisq; placidam reddidisset nauigationem, ex oculis eorum euanuit. At nautæ, ut primum illos optata tellus excepit, Myras, quæ stadia, xx, à mare aberant, recta contendunt, saluatoris sui uisendi cupiditate incensi. Vbi cum scisscitantes didicissent, beatũ hunc in templo cum reliquo clero diuina officia exoluentem, templum ipsi anxij petũt. Erat sanctissimus hic noster sacerdotum choro immixtus, nihilq; habebat insigne, quod à cæteris secerneret. In quem simulatq; nautæ oculos coniecerunt, quasi bacchantes per confertam turbam ad illum irrumpunt, prostratiq;, Hic est, inquiunt, hic est, cui uitam plane debem⁹; hic est, cuius ope ab interitu erepti sumus; hic est, qui inuocatus, ut parens misericos laborantibus præsto fuit. His uocibus cum in se circũfusos Myrenses conuertissent, rem omnem, ut ab initio gesta fuerat, edixerunt. At Nicolaus ora ingenuo quodam rubore suffusus: Date, inquit, gloriã Deo, filij, Ego peccator sum, & seruus profectò inutilis; ipse est, qui facit mirabilia magna solus. Inde illos seorsum euocatos cum placida quadam seueritate admonet, ut post acceptam corporis salutem, animi quoq; salutẽ non negligant. Habebat enim ex spiritusancto, quem in illum Deus ubertim effuderat, ut alieni cognosceret cordis arcana. Ex quo nautas istos sciebat peccatis quibusdam, & diabolo esse obnoxios. Cognoscite igitur, inquit, cognoscite filij, errata uestra, & corda, motusq; uestros in tutiorem portum traducite, Deumq; horrendũ iudicem formidate. Estis enim (ut inquit Paulus) Dei templum; qui uero Dei templum corruperit, ut corrũpat, & destruat illum dominus, æquum est. Ego (ut dicitis) uestræ corporalis salutis adiutor, spiritualis nunc periculi nuncius uenio. Et cum post hæc secretiora quædam illorum peccata proferret, eos iusta admiratione, & pœnitentia repletos dimisit. ò medicum expetendum, & omnium mortalium linguis per secula celebrandum, qui cum corpora omni periculo liberaret, animos quoq; sanctificare non neglexisset, ut totum hominem sanum redderet, eius nullam omnino partem incuratam prætermisisset. Quãobrem uerè putandum est, Deum ipsum hoc tantum terrarũ, cœlicq; ornamentum suis plasmasse digitis, & inter primas suas delicias habuisse, dedissecq; animo illi profectò cœlesti habitaculum pari omniũ elegantiarum ornatu præditum. Sic enim inter ueterũ memorias literis græcis mandatum inuenimus, beatissimum hunc cœlesti quadam oris, & uultus uenustate fuisse, moribusq; senili, ac ueneranda grauitate iocundis, &

ueluti sanctificationem quandam, & gratiam ex se spirantibus; in cuius intuitu ea esset uniuersæ honestatis species, & exemplum, ut sibi congressos aspectu solo à uitijs ad uirtutem facile reuocaret. Si quem autem nactus esset ulla animi molestia laborantem, nunc̄ non abunde consolatū, atc̄ lenitum abs se misisset. Tradunt præterea ex eius uultu uelut coruscā tia fulgura micare solita; faciemc̄ super humanum eluxisse splendorē. Sermo erat admirabili quodam lenocinio, & suauitate suffusus, grauis, modestus, & in sententiam facilè etiam reluctātes trahens. Compertum enim habemus, multos illum de ueritatis curriculo declinantes, & in hæreticā foueam delapsos ad catholicæ fidei semitam reuocasse, ut in opere, atque sermone iustè sit habitus efficax.

Hic itac̄ tantis præditus ornamentis sic inter mortales uersatus est, ut cœlo semper, & immortalitate omnium consensu dignissimus uideretur. Qui cum diutius, quasi lilium intra Myrenses hortos iocundissimè redoleuisset, et ueluti unguentum fragrans, diuinarum uirtutum odorem, atc̄ suauitatem ex se spirasset, tandem dierum sanctorum plenus in uiridem senectutem inducitur. Iamc̄ cum communi hominum lege litandum esset naturæ, in breuem, eamc̄ leuem ægritudinem incidit. Ita cum intellige ret, hinc sibi migrandum esse, beatus iste superioris Hierusalem ueteri desiderio flagrans, in hymnos, & gratiarum actiones totus diffunditur, omnic̄ lætitiæ significatione, uale dicto, in cœlum, quod sibi apertum cerne bat, euolat, longæuam illic, & sempiternam acturus uitam, angelorū splē doribus consors, diuinæc̄ pulchritudinis perpetuus contemplator. At ue nerabile corpus, singulare orbis terrarum ornamentum, episcoporū, uniuersic̄ cleri, & populi laudibus, & lachrymis decoratum humatur in tē plum, quod Myris maximum, ac pnlcherrimum ea tempestate fuit.

25 *Nicolaus ad cœlum euolat.*

26 *Corpus Nicolai uenerabile, & singulare orbis terrarum ornamentum, cunctorum laudibus & lachrymis decoratum, sepelitur in maximo & pulcherrimo Myrarū tēplo. Quod nota pro sanctorum reliquijs, pro sepulturis, & pro templorum cultu & ornatu.*

Ex purissimis autem illis, & redolentibus membris per anteacta secula in hunc usc̄ diem nectareus distillat liquor, certissima spiritualium, ac corporalium ægritudinum medicina. Eius itac̄ fama, cum ad remotissimas quoc̄ prouincias subito penetrasset, ad eius uenerabilem tumulum incredibilis continuo factus est hominum ex omni plaga concursus. Neque illis multorum licet dierum itinera uisendi, busti desiderium adimebant, ut & sacro ungerentur liquore, & tumuli ipsius complexu, & ueneratione consecrarentur.

Sed antequā finem faciamus, primum saltem eius post mortem admirandum in nautas facinus exponamus. Reliqua, quoniam propè innumerabilia sunt, & hominum linguis undique celebrata, prætermittamus. Compertum habemus quosdam amplexandi tumuli desiderio à Thanai hostio soluisse, ut Myras contenderent. Cum autem in nauim sarcinas, & uiaticum intulissent, inuidus ille dæmon, qui in eo Dianæ colebatur templo, quod pauloante dicebamus à Nicolao deiectum, huius nauigationis causa cognita, ad impediendos homines, si posset, sese dolo, & fraude exornat. Nondum enim exciderat animo ædis illius à fundamentis euersio; non uiolēta, ignominiosac̄ cum sui, tum ministrorum suorum è Myris expulsio; non cultus hominum ad se cōfluentium sibi ademptus. Hæ faces ad ultionem dæmonem inflammabant, præter insitam nocendi libidinem, & alienæ uirtutis odium immortale, quo in expulsorem suū iam toto illustrem orbe flagrabat. Igitur mulieris formam induit, uas olei

27 *Vide mirabilem Dei effectum in corpore sancti defuncti, liquorem scilicet spiritualium & corporalium ægritudinum medicinam. Vide etiam fidelium longas peregrinationes ad sancti sepulchrum, & illius ueneretionem.*

plenum humero gestantis: Et nauim conscendens, se, ait, magno teneri de
28 siderio eiusce tumuli adorandi, sed imbecillam corpore, stomachoq́, ma
Nota ueterem morẽ fuisse accendendi lãpades ante tumulos sanctorum, cõtra præsentis temporis hæreticos.
ris & nauseæ crudelitatem non posse perferre, missuram se (quando profisci non licet) oleum illud, quo tumuli lampades accendantur: rogat itaque, ut oleum ipsi suo nomine sanctissimo monumento offerant. Illi facile persuasi, quippe quibus nulla inerat suspicio fraudis, dolium accipiunt. Erat in eo prophanum nescio quid, diabolica execratum arte, & dignum profecto, quod à dæmone nocendi causa præberetur. Soluentes ergo cũ diem unum prospere sulcassent mare, cœpit insequens aurora Zephyros in proram mittere, et noctes diesq́ deinceps plurimos sic pertinaciter aduersi erant, ut nautæ tædio diuturnæ procellæ, infecto itinere, de reditu cogitarent. Iamq́ proras obuerterant, cum infatigatus hic noster omnium laborantium adiutor, lembo se redeuntibus offert. Quò uiri tenditis? inqt. Quid constitutum iter deseritis? Vestrum est, uiri, uentos in puppim conuertere, & aduersæ nauigationis tollere impedimenta: Diabolica hęc fallacia est; non enim fœmina dolium, sed infernus uobis dæmon commendauit. Liberate nauim hac peste, et uas in mare abiȳcite, eruntq́ deinceps omnia uobis secunda. Nauigantes imperantis ueneratione permoti (inerat enim homini diuina quædam maiestas) uas ipsum in pelagus repente contorquent: ex quo tetra quædam exiliens flamma fumo, & caligine, aerem totum obnubilat, intolerabiliq́ fœtore complet omnia; tantoq́ stridore uas ipsum mari excipitur, ut è damnatorũ officinis exisse nemo ambigeret. Tum Nicolaus, cum sese, quisnam esset, patefeciisset, ex oculis eo euanuit. Inde nunc constituto itineri clementes auræ defuere.

Hæc sunt, sanctissime pater, pietatis tuæ à Deo collata pmia. Hæ sunt laborum retributiones. Hæ certaminum tuorũ coronæ ad te in hoc mundo delatæ. Nam quæ apud immortales spiritus es consecutus, illa eiusmodi sunt, quæ nec ullo corporis sensu, neq́ ulla mentis cogitatione percipiãtur. Ego uero minime dubitauerim, te fortissimum martyrem, & incruentum appellare bellatorem. Siquidem non tam mors ipsa per se, et cruoris effusio, quàm moriendi pro Christi nomine ardor efficit. Nam Christiani nominis sæuos oppugnatores (quandoquidem corpore uolens non potuisti) uita, moribus, doctrina, oratione denicq́ contriuisti, pie credentibus ualidissimum auxilium præstitisti: Vltima minantes supplicia contempsisti; uincula lætus subȳsti; nihilq́ præter carnificis crudelitatem tuo defuisse martyrio intrepidus affirmarim. Sed tua uita, beatissime pater, Deus rerum sapientissimus dispensator plusq́ morte delectatus est, ut te genus humanum quam diutissime clemẽtissimo, & super omnes impigerrimo frueretur patrono in terris: Tuq́ rogatus de diabolo pro innumeris ciuibus Christianis abs te saluatis, gloriosissimè triũphares cum Christo in gloria per immortalia secula seculorum. Amen.

Sanctorum uitæ, libri primi finis.

REVERENDISSIMO DOMINO IOANNI Bernardo Episcopo Calagurítano, Aloysius Episcopus Veronensis.

PRoprium hæreticorum inter cętera hoc quoque esse D. Hieronymus in sextũ Amos caput ait, ut quasdam scripturas probẽt, quasdam reprobent, cũ nullam habeant scripturarum scientiam, nec traditiones atq; doctrinam Apostolorum. Id esse quam ueriſsimũ nostrorum quoque temporum malitia comprobat. Vt enim contra hæreticum sancti cuiuspiam scriptoris dictum pro te assumpseris, illico reclamat, hoc non est Augustini, illud non est Hieronymi, quæ tu adducis, tabulæ sunt & scioli, nam Augustinus & Hieronymus exphrasi cognoscũtur. Hoc nihil habet Ambrosiũ illud nihil cum Cypriano, & cætera huiusmodi. Adeoq; seueros agũt in Ecclesia dei censores, ut nihil prorsus afferre possis, quod non huiusmodi diuerticulis effugiant & calumniẽtur. Sed parum esset, si in sanctorum duntaxat opusculis lusissent, ad fortiora quoque impiam miserunt manum, & in dei sacrarium temerarium pedem intulerunt, audentes dicere, Iacobi Epistola non est Iacobi, Apocalypsis liber non est Ioannis Apostoli, Epistola quæ fertur ad Hebrœos, non est Apostoli Pauli, Machabæorum liber est apocryphus, secunda Petri, itemque secunda & tertia Ioannis Epistola non est ipsorum, sed aliorum quorundam, & tantum sibi in huiusmodi iudicio arrogantiæ assumpserunt, ut simplices homines eorum supercilio deterriti conquiescant, & uix mutire audeant. Quibus illud Iudæorum optime conuenire posse uidetur, O homo in qua potestate hoc facis, & quis dedit tibi hanc dñudicandi potestatem? Nunquid maior tu tota dei Ecclesia in Oecumenicis cõcilijs toties representata, quę uoluminibus his authoritatem impartiuit? Num Vicario Christi, & Petri sede tu sublimior, cui regni cœlorum claues traditæ, ut quod illa pro certo & autentico approbauerit, tu triobolaris homo infringere & infirmare audeas? Nam quis es tu, & quę domus patris tui, ut censorẽ in dei Ecclesia agere præsumas? Scis amplissime pater cur hæc dixerim? In manibus adest uitarum sanctorum liber secundus, cui beatissima Agnes per cuncta secula commendata, exordium præstat. Exiuit hic Nebulo quidam, & forte typographus imperitissimus, seu qui librorum typis edendorum inuisioni suas locauit operas, qui in principio huius historiæ præmonuit, hanc uitam non esse a D. Ambrosio cõscriptam. Et uide obsecro quam forti & insolubili utatur argumento. Ait is, In calce huius historiæ dicit scriptor eius, Hæc ego Ambrosius seruus Christi dum in uoluminibus diuinis reperissem scripta, non sum passus infructuoso silentio tegi. Vbi, inquit, bone uir inueniſti hanc uitam in diuinis uoluminibus scriptam? In Pentateucho ne, an in Iudicibus, aut alio aliquo ueteris aut noui testamenti codice, qui soli diuina uolumina nuncupatur? Profer locum, da authoritatem libri si uis ut credamus tibi. O acutum dialecticum qui

adeo ineuitabilia tela iacularis, ut opus sit ad Diodorum aut Chrysippum ualentissimos logicos pro huius argumenti hauriendi solutione accedere. Quasi hac uoce ita stricte semper utamur, ut non nisi de corpore Canonis proferri possit, & si quisquam sit liber in quo dei laudes enarrentur, ille lata nuncupatione diuinus appellari non possit. Et quasi non sit uulgari etiam sumptione detritum, ut quicquid in aliquo genere nobile & excellens reperiatur, id diuinum nuncupetur, sicut & cedros Dei, & montes Dei frequenter appellare mos est. Adeo ut & uina quoque optima, & auras suaues, & cantus dulces diuinorum nuncupatione dignari consueuerimus. Quo quidem sensu & Gregorius Nazianzenus Basilium diuinum caput, diuinumque os appellare non raro solitus est, cuius item generis plurima apud sacros auctores reperire facile datur. Qua loquendi phrasi & hoc in loco Ambrosius usus, diuina appellauit uolumina, in quibus luculentissimus de Dei laudibus, qui in sanctis suis admirabilis & glorioſus apparuit, sermo habebatur. Vbi enim tanta consurgunt Dei omnipotentis præconia, quanta in sanctissimæ huius uirgunculæ passione & martyrio? Sed libet in hunc dicere quod isdem D. Hieronymus aduersus Vigilantium dixit. Aliud a parua ætate didicisti, aliis assuetus es disciplinis. Non est eiusdem hominis aureos nummos & scripturas probare, & degustare uina, & prophetas uel apostolos intelligere, addo ego, & sanctorum patrum diserte scripta discutere. Verum ut omnino scioli istius obstrueretur os, D. Maximi Taurinensis Episcopi in honorem eiusdem sanctissimæ uirginis edictum sermonem subdidimus, eandem passionis eius seriem continentem, ut in ore duorum tam fidedignorum testium staret uerbum hoc fidele, & omni acceptione dignum. En igitur iam uocat te pater optime sanctissima Agnes uirginitatis speculum, eius triumphum deuota mente percurre, & Deum omnipotentem suppliciter exora, ut qui castissimæ uirgini in xiij. ætatis anno mortem perdere, & uitam inuenire misericorditer concessit, is idem nobis iam senio ingruente concedere dignetur, ut peccatorum sordibus calcatis, ueram uitam quæ Christus est inuenire ualeamus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus in secula seculorum.

VITA SANCTAE VIRGINIS, ET MARTYRIS Agnetis per D. Ambrosium Episcopum Mediolanensem scripta.

Est sermo xc. in ordine sermonum eius. To. iij. fol. 401.

*

SEruus Christi Ambrosius Virginibus sacris. Diem festũ sacratissimę uirginis celebremus. Hinc psalmi resonent; inde concrepent lectiones. Hinc populorũ turbę lętent̃; inde sustententur pauperes Christi. Omnes ergo gratulemur in dño: Et ad ædificationẽ uirginũ, qualiter passa sit Agnes beatissima ad memoriã reuocemus. Tertiodecimo ætatis suę anno mortem perdidit, & uitã inuenit, quia solum uitę dilexit auctorẽ. Infantia qdẽ cõputabat̃ in annis; sed erat senect⁹ mẽtis ĩmensa: corpore quidẽ iuuẽcula; sed aĩo cana; pulchra facie, sed pulchrior fide.

1 *Qui sanctorum festis detrahunt, uideant si tempore D. Ambrosij celebrabatur festum sanctæ Agnetis martyris.*

Dum à scholis reuertitur, à pręfecto urbis filio adamatur. Cuius parentes dum requisisset & inuenisset, cœpit offerre plurima, & plura promittere. Deniq; detulerat secũ preciosissima ornamenta: q̃ à beata Agne ueluti quædã stercora sunt recusata. Vnde factũ est ut iuuenis maiori perurgeret̃ amoris stimulo. Et putans eã maiora uelle accipere ornamẽta, oĩum lapidum preciosorũ secũ detulit gloriã; & per seipsum & amicos, & notos, & affines cœpit aures uirginis appellare, diuitias, domus, possessiones, familias, atque omnes mundi huius diuitias repromittere, si consensum suum eius coniugio non negaret.

Ad hæc beata Agnes tale fertur iuueni dedisse respõsum. Discede à me fomes peccati, nutrimentũ facinoris, pabulũ mortis: discede à me, quia iã ab alio amatore pręuenta sum; qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta; & annulo fidei suę subarrauit me, longe te nobilior, & genere, & dignitate. Ornauit me inextimabili dextrocherio. Dextram meã, & collũ meũ cinxit lapidibus preciosis. Tradidit auribus meis inęstimabiles margaritas; & circundedit me uernantibus, atq; corruscantibus gẽmis. Posuit signũ in facie mea, ut nullum pręter ipsum amatorẽ admittã. Induit me ciclade auro texta; & ĩmensis monilibus ornauit me. Ostendit mihi thesauros incõparabiles; quos mihi se daturũ, si ei perseuerauero, repromisit. Nõ ergo potero ad contumeliã prioris amatoris uel aspicere aliũ, & illũ derelinquere, cũ quo sum charitate deuincta. Cuius generositas celsior, possibilitas fortior, aspectus pulchrior, amor suauior, & omni gratia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus est: cuius mihi organa modulatis uocibus cantant. Iam mel, & lac ex ore eius suscepi: Iam amplexibus eius castis astricta sum: iã corpus eius corpori meo sociatũ est, & sanguis ei⁹ ornauit genas meas. Cuius mater uirgo est; cuius pater fœminã nescit. Cui angeli seruiunt: cuius pulchritudinẽ sol, & luna mirant̃: cuius odore reuiuiscunt mortui: cuius tactu fouent̃ infirmi: cuius opes nunq̃ deficiũt: cuiusq; diuitiæ non decrescunt. Ipsi soli seruo fidẽ; ipsi me tota deuotione cõmitto. Quem cũ amauero, casta sum; cũ tetigero munda sum; cũ accepero, uirgo sum. Nec deerunt post nuptias filij: ubi partus sine dolore succedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur.

Audiens hęc insanus iuuenis amore carpit̃ cœco; & inter angustias animi anhelo cruciabatur spiritu. Inter hæc lecto prosternit̃: & per alta suspiria amor medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerunt inuenta à medi-

cis; & eadē paterna uoce, quæ fuerant iā dicta a filio, ad petitionē uirginis reuoluunt. Abnegat Agnes beatissima; & se nullo pacto prioris asserit sponsi fœdera uiolare. Cūq; pater diceret in fascibus pręfecturę se agere, & idcirco nō sibi quēuis illustrissimū uirū etiam posse p̄ferri: cœpit tñ uehementissimè inquirere quis esset sponsus, de cuius se Agnes potestate iactaret. Tunc extitit quidā ex parasitis eius, qui diceret hanc Christianā esse ab īfantia, & magicis artib⁹ ita occupatā, ut dicat Xp̄m suū spōsum.

Audiēs hæc præfectus lętus efficit, & missa apparitione cū ingenti strepitu suis eā tribunalibus præcepit sisti. Et primo quidē blandis eā sermonibus secretius prouocat, deinde terroribus pulsat. Sed uirgo Christi nec blandimentis seducit, nec terrore concutit; sed eodē uultu, eodē animo p̄seuerat; & terrentē similiter, sicut blandientē animo deridebat. Videns itaque Simphronius præfectus tantā in puella constantiā, parentes eius alloquitur. Et quia erant nobiles, & uim eis inferre nō poterat, titulū eis Christianitatis opposuit. Sequente nanq; die Agnē sibi pręsentari iubet. Et iterum iterūq; repetens, replicare cœpit de iuuenis amore sermonē. Cūq; omnis sermo eius casso labore deficeret, Sisti eā iterū suis tribunalibus iussit. Cui & dixit: Superstitio Christianorū, de quorū te magicis artibus iactas, nisi a te fuerit segregata, non poteris insanias abijcere pectoris, neq; æquissimis consilijs præbere consensum. Vnde te ad uenerandā Deā Vestā properare necesse est; ut si perseuerantia uirginitatis placet, eius die, noctuq; sacrificijs reuerendis insistas.

Ad hæc beata Agnes dixit. Si filiū tuū, quāuis iniquo amore uexatū, tñ uiuentē hoīem recusaui, hominē utiq;, qui est rationis capax, qui & audire, & uidere, & palpare, & ambulare potest, & flore lucis huius cū bonis frui: Si ergo hunc causa amoris Christi nulla possum ratione respicere; qūo possum idola muta, & surda, & sine sensu, & sine anima colere, et ad iniuriā summi Dei, ceruicē meā uanis lapidib⁹ inclinare? Audiens hæc pręfectus Simphronius dixit: Cupio consultū infantię tuę; & adhuc te Deos blasphemantē idcirco differo, quia annos tuos infra sensum aspicio. Noli ergo temetipsum ita despicere, ut motus Deorū incurras. Beata Agnes dixit: Noli infantiā corporalē ita in me despicere, ut putes me te uelle habere propitiū. Fides enim non in annis, sed in sensibus inuenitur. Et Deus omnipotens mentes magis cōprobat, q̄ ætates. Deos aūt tuos, quorum motus me incurrere non uis, ipsos irasci permitte; ipsi loquantur; ipsi hoc mihi præcipiant; ipsi iubeant se coli; ipsi iubeant se adorari. Verū qm̄ ad hoc uideo te tendere, quod impetrare non poteris; quicquid tibi uidetur exerce. Simphronius præfectus dixit: Vnum tibi è duobus elige; aut cum uirginibus Deę Vestę sacrifica; aut cū meretricibus scortaberis in contubernio lupanari. Et longè erunt a te Christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt; ut hanc calamitatē intrepido animo te posse perferre confidas. Vnde, ut dixi, aut sacrifica Deę Vestę ad laudē generis tu; aut ad ignominiā natalium tuorum eris publicę abiectionis scortum.

Tunc beata Agnes cū ingenti constantia dixit: Si scires quis est Deus meus; nō ista ex ore tuo proferres. Vnde ego quia noui uirtutē dñi mei Iesu Christi, secura contēno minas tuas, credens quod neq; sacrificē idolis tuis, neq; polluar sordibus alienis; Mecū enim habeo custodem corporis mei, angelum dñi. Nam unigenitus Dei filius, quē ignoras, murus est mihi

impenetrabilis, & custos mihi est nunc̄ dormiens, & defensor mihi est nunc̄ deficiens. Dñi aūt tui, aut ærei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt ad usus hominū; aut lapidei, ex quibus sternunt plateę. Diuinitas ergo nō in lapidibus uanis habitat, sed in cœlis; non in ære, aut aliquo metallo, sed in regno superno consistit. Tu aūt, & similes tui, nisi ab istorū cultu recesseritis; simul uos pœnæ concludent. Sicut enim illi igne conflati sunt, ut funderentur; sic colentes eos perpetuo incendio conflabuntur; non ut fundantur, sed ut confundantur in æternum, & pereant.

Ad hæc insanus iudex iussit eā expoliari, & nudam ad lupanar duci sub uoce prę̄conis dicentis: Agnē sacrilegā uirginē Dñs blasphemiā inferentē, scortū lupanaribus datam. Statim aūt ut expoliata est, crine resoluto, tantam densitatē capillis eius diuina gratia concessit; ut melius uideret fimbrias eorū, q̄ uestibus tecta. Ingressa aūt turpitudinis locū, Angelum dñi ita prę̄paratū inuenit, ut circūdaret eā imenso lumine; ita ut nullus posset eā prę̄ splendore respicere. Fulgebat enim tota cellula illa, quasi radians sol in uirtute sua: Et quanto quis curiosior oculis esse uoluisset; tanto sibi uisus aciem obtundebat. Cūq; se in orationē dño prostrauisset, apparuit ante oculos eius stola candidissima: Et apprehendens eā induit se, & dixit: Gratias tibi ago, dñe Iesu Christe, qui me in numero ancillarū tuarum cōputans, uestē hanc mihi largiri p̄cepisti. Ita nanq; ad mensuram corpusculi eius aptum erat indumentum, & ita nimio candore conspicuum; ut nullus dubitaret hoc angelicis manibus præparatum.

Interea lupanar efficit locus orationis: in quo oīs qui fuisset ingressus, adoraret, & ueneraretur, dans honorem immenso lumini; mundior egrederetur foras, q̄ fuerat intus ingressus. Cumq; hęc agerentur, præfecti filius, qui auctor erat huius sceleris, uenit ad locū cum sodalibus suis iuuenculis, insultaturus puellæ; cum quibus libidinis suę se posse credebat ludibriū exercere. Et ingressos ante se furentes pueros, & turpiter sęuientes, cū omni ueneratione, & ingenti admiratione egressos cœpit impotentes arguere; atq; uanos, & molles, ac miseros iudicare. Et irridens, locum, in quo uirgo orabat, audacter ingressus est. Et uidens tm̄ lumē circa eā, non dedit honorem Deo; sed irruens in ipsum lumē, priusq; uel manu eā contingeret, cecidit in faciem suam; & prę̄focatus a diabolo expirauit. Videntes aūt socī eius q̄ moras intus faceret, putabant obscœnis eum operib⁹ occupari. Et ingressus est unus ex iuuenibus, qui ei familiarior erat; ut cōgratularetur insultationi eius; & mortuum eū inueniens, exclamauit uoce magna dicens: Pñssimi Romani succurrite. Magicis artibus ista meretrix præfecti filium interfecit.

Fit repente concursus populorum ad theatrū: & uaria furentis populi acclamatio. Alī dicebant magā; alī innocentē, alī sacrilegā conclamabant. Præfectus autem audiens filiū suum interisse, cū ingenti tumultu uenit ad theatrum. Et ingressus locum, in quo corpus filī eius iacebat exanime, cū ingenti clamore dicebat: Crudelissima omnium fœminarum, ad filium meū uoluisti apodixen tuæ artis magicæ demōstrare? Et cum talia, atq; alia huiuscemodi uerba repeteret; & causas mortis eius ab ea uehementer inquireret: ait ad eum beatissima Agnes: Ille, cuius uoluntatē uolebat perficere, ipse in eū potestatem accepit. Quare autē omnes, qui ad me ingressi sunt, sani sunt? Quia uniuersi dederunt honorem deo, qui misit

Angelũ ſuũ,& induit me hoc indumento miſericordiæ;& cuſtodiuit corpus meum;quod ab ipſis cunabulis Chriſto conſecratũ eſt, & oblatum. Videntes ergo ſplendorem angelicũ,adorabant omnes, & abſcedebant illæſi.Hic aũt impudens ſtatim ut ingreſſus eſt,ſæuire cœpit,& fremere; cumq; manũ ſuam ad me contingendum aptaret, dedit eũ Angelus Domini in reprobam,quam conſpicis,mortem.Dicit ei præfectus:In hoc apparebit, quia non magicis artibus iſta geſsiſti, ſi deprecata fueris ipſum Angelũ,ut reſtituat mihi filiũ meum ſanũ. Cui beata Agnes dixit: Licet fides ueſtra hoc impetrare non mereatur à Domino, tamen quia tempus eſt,ut uirtus Domini mei Ieſu Chriſti manifeſtetur: egredimini omnes,ut ſolitam ei orationẽ offeram. Cumq; uniuerſi fuiſſent egreſsi, proſternens ſe in faciẽ planam,rogare cœpit Dñm,ut iuuenem ſuſcitaret.Orante autẽ illa,apparuit Angelus Domini, qui eleuauit eam flentem; & confortans animũ eius iuuenem ſuſcitauit.Qui egreſſus foras,cœpit uoce publica clamare,& dicere: Vnus Deus in cœlo, & in terra,& in mari; qui eſt Deus Chriſtianorum. Nam omnia templa uana ſunt.Dñ qui coluntur,omnes uani ſunt;& penitus nec ſibi poſſunt, nec alĩs aliquod auxiliũ exhibere.

2

Vides hæretice,quod ſanctiſsima Agnes ſuis ꝓcibus obtinuit a deo iuuenis reſuſcitationem.Quid ergo garris orationes eſſe rem ſuperfluam & inutilem?

Ad hanc uocem omnes auruſpices, & temploꝝ Pontifices conturbabantur;& ſit per eos uehementior,cꝫ fuerat ſeditio populorum. Atcꝫ omnes una uoce clamabant:Tolle magam:tolle maleficã, quæ & mentes mutat,& animos alienat. Præfectus autem uidens tanta mirabilia obſtupuit.Sed ueritus proſcriptionẽ,ſi contra templorum pontifices ageret,& Agnem contra ſuam ſententiã defenſaret; uicariũ ad ſeditionẽ populi iudicem dereliquit.Ipſe autem triſtis abſceſsit, quod eam non potuit poſt reſurrectionem filĩ ſui liberare. Tunc Vicarius Aſpaſius nomine, iuſsit in conſpectu omniũ ignem copioſum accendi;& in medio eam præcepit iactari flammaꝝ.Quod cum fuiſſet impletum; ſtatim in duas partes diuiſę ſunt flammæ;& hinc, atcꝫ illinc ſeditioſos populos exurebant:ipſam aũt penitus in nullo contingebat incendiũ. Eo magis non hoc uirtutibus diuinis,ſed maleficĩs reputantes,dabant fremitus inter ſe populi,&infinitos clamores ad cœlos. Tunc beata Agnes expandens manus ſuas in medio ignis,his uerbis orationẽ fudit ad Dominũ.Omnipotens,adorande,colẽde,tremende Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,benedico te,quia per filiũ tuum unigenitum, euaſi manus hominũ impiorum; & ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſiui. Ecce & nunc rore cœleſti perfuſus per ſpiritũ ſanctum focus iuxta me moritur; flamma diuiditur; & ardor incendĩ huius ad eos,à quibus in me miniſtratur,effunditur.Benedico te,pater prædicã de,qui etiam inter flammas intrepidã me ad te peruenire permittis. Ecce iam quod credidi,uideo:quod ſperaui,iam teneo;quod concupiui,complector.Te confiteor labĩs & corde;te totis uiſceribus concupiſco.Ecce ad te uenio uiuum, & uerũ Deum: qui cum domino noſtro Ieſu Chriſto filio tuo,& cũ ſpiritu ſancto,uiuis,et regnas in cũcta ſecula ſeculoꝝ. Amẽ

Cumq; compleſſet orationem,ita omnis ignis extinctus eſt,ut nec tepor quidẽ incendĩ remaneret. Tunc Aſpaſius Vrbis Romæ uicarius,populi ſeditionẽ non ferens,in guttur eius gladiũ mergi præcepit. Atcꝫ hoc exitu,roſeo ſui ſanguinis rubore perfuſam, Chriſtus ſibi ſponſam,& martyrem conſecrauit. Parentes uero eius nullã penitus triſtitiam habentes, cũ omni gaudio abſtulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in prædiolo

ſuo,non

suo, non longe ab Vrbe, in uia quæ dicitur. Numentana. Vbi cum omnis turba Christianorꝝ concurreret, insidias à paganis perpessi sunt: & uidentes populũ infideliũ super se uenientem armatũ, omnes fugerunt. Aliquãti tamen lapidum ictibus læsi euaserunt. Emerentiana autem, quæ fuerat collactanea eius, uirgo sanctissima, licet cathecumina, constanter intrepida stabat immobilis; & his uerbis exprobrabat eos. Superflui, miseri, caduci, atq; atrocissimi, deum omnipotentem colentem occidistis; & percussione lapidũ homines innocentes iugulastis. Hæc, & his similia dũ turbis furentibus diceret; lapidata est ab eis: & orans iuxta sepulchrum Agnes beatissimæ, emisit spiritum.

Non dubium est, ꝙ in suo sanguine sit baptizata; quæ pro defensione iustitiæ dum confiteretur Dñm, mortem constanter excepit. Eadem denique hora fit terræmotus uehementissimus: & cum nimia esset cœli serenitas, tantæ corruscationes, tantaq; fulgura, & tonitrua extiterunt; ut pars maxima insani populi expiraret. Vnde factũ est, ut nullus penitus ex eo aduenientibus ad sepulchra sanctorꝝ aliquas molestias excitaret. Veniẽtes autem parentes beatæ Agnes cũ sacerdotibus nocte, abstulerunt corpus sanctæ Emerentianæ uirginis; & sepelierant illud in confinio agelli beatissimæ Virginis Agnes.

3 *Vide morem Catholicæ ecclesiæ, ut cũ sacerdotibus tumulentur Christianorum corpora.*

Igitur dum parentes beatæ Agnes assiduis pernoctationibus uigilarẽt ad tumulũ eius; uident in medio noctis silentio exercitũ Virginum, quæ omnes auro textis cicladibus indutæ, cũ ingenti lumine pręteribant. Inter quas uident beatissimam Agnen simili ueste fulgentẽ, & ad dextrã eius agnum niue candidiorem. Hæc itaq; dũ uiderent parentes eius, & qui simul erant, stuporem mentis incurrũt. Sed beata Agnes rogat sanctas Virgines parumper gradũ figere. Et stans parentibus suis dixit: Videte, ne me quasi mortuã lugeatis: sed congaudete mihi, & congratulamini, quia cũ his omnibus lucidas sedes accepi. Et illi sum iuncta in cœlis, quẽ in terris posita, tota animi intentione dilexi. Et his dictis pertransiit.

4 *Antiquitus fideles ad tumulos sanctorũ pernotationibus assiduis uigilabant. Qđ hodie noui hæretici superstitiosum esse dicunt, quasi ipsi primis patribus nostris sint sapientiores.*

Hæc uisio publicè ab omnibus, qui uiderant, quotidie uulgabatur. Vnde factũ est, ut post aliquantos annos ad Constantiã Constantini filiam hoc factũ ab his, qui uiderant, narraretur. Erat enim ipsa Constantia regina uirgo prudentissima; sed ita obsessa uulneribus, ut à capite usq; ad pedes nulla membrorꝝ pars libera remansisset. Accepto autẽ consilio spe recuperãdæ salutis, uenit ad tumulũ martyris nocte: & licet pagana, tñ credula animi intentione preces fideliter fundebat. Quod dũ faceret; repentina somni suauitate corripitur. Et uidit per uisum beatissimã Agnen talia sibi monita præferentẽ. Constanter age, Constantia; & crede Dominum Iesum Christũ filium dei esse saluatorem tuũ: per quem modo consequeris omniũ uulnerum, quæ in corpore tuo pateris, sanitatẽ. Ad hanc uocem Constantia euigilat sana; & sic sana, ut nec signum in eius membris alicuius uulneris remaneret.

5 *O hæretice, si peccauit Constantia a sancta petere auxiliũ, si idololatria fuit eã inuocare, si superstitiosa ad eius tumulum fuit peregrinatio, ut tu falso asseris, quomodo potuit deus harum impietatũ testis esse, sanando ipsam in momento? Sed ut deus uerax est, & omnia hæc quæ in honorem sanctorũ exhibẽtur, licita, honesta*

Reuersa igitur ad palatiũ sanissima, facit gaudiũ, & patri suo Augusto, & fratribus suis Imperatoribus. Coronatur ciuitas tota: Fit læticia militantibus, atq; priuatis, & uniuersis audientibus hæc. Infidelitas gentium cõfundebatur; & fides Dominica lætabatur. Interea patrẽ, & fratres Augustos rogat, ut basilica beatę Agnes construeretur; & sibi illic mausoleũ collocari præcepit. Currit hæc opinio ad oẽs; & quotquot credentes ad

ac deo pergrata exi-
stunt, ita tu & tui si
miles mendax, & o
mnium ecclesiastico-
rum rituum subuer-
sor es.

eius tumulũ aduenissent, sanabantur quacunq; fuissent infirmitate deten-
ti. Quod facere Christũ nullus dubitat usq; in hodiernũ diem. Perseuera-
uit autem Constantia Augusti filia in uirginitate: per quam multæ uirgi-
nes, & mediocres, & nobiles, & illustres, sacra uelamina susceperunt. Et
quia fides mortis damna non patitur, usq; in hodiernũ diem multæ Virgi
nes Romanæ Agnen beatissimã quasi in corpore manentem attendunt.
Et eius exẽplo agentes uiriliter, integre perseuerant, credentes sine dubio,
quod perseuerantes perpetuæ uictoriæ palmam acquirant.

6

Si sanabantur quot-
quot credẽtes ad san
ctissimæ Agnetis tu-
mulum aduenirent,
cur audent dicere no
uatores nostri pegri-
nationes ad condito-
ria sanctorum esse su
perstitiosas et inutiles?
Habetur in eius Ho
milijs de sanctis ser-
mone secundo.

Hæc ego Ambrosius seruus Christi dũ in uoluminibus diuinis inueniſ-
sem scripta, non sum passus infructuosos silentio tegi. Ad honorẽ igitur tã
tæ martyris, sicut gesta eius agnoui, conscripsi: & ad ædificationẽ uestrã,
ô Virgines Christi, textũ passionis eius credidi destinandum, obsecrans
charitatem spiritus sancti, ut labor noster in uestra imitatione fructum in
conspectu Domini ualeat inuenire. Amen.

ITEM ALIA BEATÆ AGNE-
tis uita contractior, per D. Maximum Episco-
pum Taurinensem scripta.



Vm in toto mundo uirgineus Flos Mariæ immarcesibi-
les coronas innectat, & sceptrigerã pudoris aulã imma-
culato conseruet affectu, eo usq; integritas perseuerauit
ad palmã, ut in puellis trophæũ sanctitatis arriperet, &
per uestigia matris uirginis ad cœlestem thalamũ perue
niret. Hinc est, q; annulo fidei Agnes se asserit subarratã,
& clamat se amore sponsi constrictã. O q; imitabile uirginibus, uirgo tui
amoris tradidisti exemplũ, o q; sanctum pectoribus dandum uirgineis tri
buisti responsum, contemnendo mundi diuitias, execrando mundi concu
piscentias, & solã Christi pulchritudinẽ adamando. Accedite ad puellã,
puellæ, & discite in annis infantię, quales in pectore suo circa amorẽ Chri
sti flammas accendit. Dicit se amatori suo seruare fidẽ, & eius corpus cõ-
cupiscere solũ, qui pro amore hominũ mortis non recusauit interitum. Di
scite uirgines Christi, amorẽ in puella feruentem, & oẽs mundi diuitias, ue
lut stercora recusantẽ. Ideo enim sanctorũ per literas traduntur exẽpla, ut
unusquisq; pro qualitate sexus, & pro ætate annorũ modum sui propositi
teneat, & sicut per uirginẽ uirgines, ita per coniugẽ coniuges uincere secu-
lum pro Christi amore studeant, ac repugnatione animi mundi dulcia re
cusantes, & eius non recusantes austera, ad delectationes perpetuas, et ad
gaudia æterna pertingant.

7

Virginitatis institu
tum ex sanctissima
dei genitrice proces
sit. Cur ergo tantope
re ei aduersantur hæ
retici, nisi quia car
nis libidines et impu
dicitias amant, et q̃d
ipsi habere nolunt, a
lios habẽtes odio pro
sequuntur.

8

Tu qui matrimoniũ
uirginitati compara
re audes, & uirgini
tatẽ seruare dicis im
possibile, disce miser
utrumq; falsum esse,
nam & uirginitas
coniugio est subli-

Hæc dicentes, non uituperamus coniugũ casta cõmertia, sed uirginum
perseuerantiam adornamus. Non enim uirginitas malis rebus superponẽ
da est, sed est optimis rebus præferenda. Quæ enim mundis mundior, &
sanctis est sanctior, non indiget malarũ rerũ uituperatione laudari. Sequã
tur itaq; sancta coniugia patriarcharũ coniuges in religione posita, ac di-
uinis literis informatæ, Sarã, Rebeccam, Rachelẽ, Annam, Susannam, ac
Sephorã imitentur uxores. Christi uero uirgines solam uirginem matrem
luminis subsequantur.

Huius pedissequa Agnes beatissima magnum de se pudicitiæ excitauit

exemplũ,quum uirginitatem prætulit uitæ, omnemq; a se amorem terrenum per amorem cœlestem expellens,trophæũ crucis Christi arripuit,& tam contra libidines,quã etiam contra supplicia uniuersa, fide potius armata,quã ferro,fortiter dimicauit,& uicit. Despicit denicq; blandientem, & renuit minantẽ,incendiũ intendit,et uidet. Nescit amare aliquid,quod transit,& dũ nimis uirginitatem diligit,nec ludibria, nec flãmas,nec supplicia,nec carnifices metuit;postremo nec gladiũ furentis percussoris expauit. Compellitur uirgo ornamenta suscipere corporis,sed renuit, quoniam iam susceperat mentis. Et quia non de elegantia corporis humani placere studebat,quia timebat de fœditate animæ dño displicere, dabat intus per fidẽ suæ menti candorem,pulchritudinem excolebat animæ,& quantũ sciebat,ut animam suam pulchrã faceret,tm̃ in corpore erubescebat se esse formosam,tantoq; studens displicere carnalibus in carnis aspectu,quanto instituit Christo,& eius angelis complacere.

mior, & cũ dei adiutorio potest quilibet uirginitatẽ custodire, & matrem domini subsequi præcedẽtem.

Turbatur iuuenis a puella cõtemptus, & se muneribus cõplacere posse existimans,aurũ,gemmas,congeminans uestes,prædia preciosa conuectat. Sed quia Christi charitas pecuniarũ non habet precium,uirginitas sacratissima in suo gradu usq; in sanguinis effusionem permansit, qm̃ suo illam sanguine subarrauerat Christus. Ad concupiscentẽ igitur reuertitur census, & inconcussa uirginitas Christo semel oblata perdurat. Discite uirgines Christi normã puellaris exempli, & oblata sub specie pietatis uirorum munuscula tota intentione respuite, & quasi rabidi canis morsus, omni cũ gaudio recusate. A quo non receperis, quo timeas deũ,non accipias,quo diligas mundũ. Accipe uirgo,sed quod amori æterno proficiat. Quotiẽscunq; hominem sequuta fueris,censum sic accipe, ut te sponsam Christi cognoscas. Videt ille intus in mente,quid facias, & quã expetẽter eius uirgines comiteris,attendit. Videte ergo qũo Agnes sequitur Mariã per opprobria. Nullũ potuit penitus formidare supplicĩũ, cui etiam lupanar turpitudinis,locus orationis efficitur,& ubi ei diabolus corruptionis præparauerat ignominiã, illic eam percipere fecit dñs coronam suæ uirginitatis,& palmã. hoc est in suis sedibus hostes uincere,captiuã ductam uirginẽ ad penetralia regis libidinũ,ipsum regem a uirgine, quã captiuauerat uictũ,& uictum cum uirginis triumpho exire. Nã qui tenuerat,tẽtus est,qui traxerat tractus est,qui occidere se putabat,occisus est.

Denicq; ut probemus diabolũ a uirgine ista tunc fuisse uictum, illius iuuenis factũ ad animum reuocemus, quem contra Agnetis infantiã sic armauerat inimicus, ut nudã faceret trahi per uulgus ad lupanar, sub uoce præconantis ducis populũ ad libidinem inuitantis. Hunc ergo ducẽ fuisse diaboli nemo,qui dubitet,& uicto duce populũ superatum esse omnibus notũ est;superatis autem cũ ducæ suo populis tyrannum teneri captiuum omnibus patet. Constat ergo diabolũ superatum, quotiẽs contra uirginem arma arripuit. Nã expoliata uirgo tegitur crinibus, & nudata ab hominibus malis,uestitur ab angelis bonis,& damnata in prostibulo turpitudinis,in gremio apparuit castitatis. Efficitur oratoriũ,angelorũ,locus qui perditarũ fuerat animarũ; & ubi semper naufragauerat castitas, illic est coronata uirginitas. Denicq; populos,quos præco ad libidinẽ inuitauerat,uirgo ad castitatẽ obtinuit,& quos ad eã diabolus inquinatos induxit,illa a se mundos eiecit. Omnes nanq; sigillatim ingressi, unus alte-

rius sustinebat ingressum. Quē egressum dum non crederet mundū, se exhibebat immundū. Sed ingressus ad libidinē, ad adorandum dñm meritis uirginis tenebatur, & exibat inde dei seruus, q̄ seruus diaboli intus fuerat ingressus, & tot facti sunt Christi cultores, quot diabolus uirginis se putauerat inuenisse corruptores.

Remansit igitur iuuenis, qui author huius extiterat probationis, qui se putabat defensorem uirginis superare. Hic dū splendori cœlesti non cessit dans honorem, uitam, quā habere uidebatur, amisit, & mortē, quam quærebat, inuenit. Ridentibus lachrymæ succedunt, & insultantibus finē gaudiorum imponunt. Attendit uirgo lugentē iudicem, & quem minantē ante contempserat, nūc deprecantē exaudit. Illico igitur, ut cœpit orare pro mortuo, & a mortuis excitat saluū, qui morti fuerat deputat[9]; & ad gaudium euocat, qui fuerat p̄cipitatus ad luctū. Nā qui incestus fuerat mortuus, exurgit castus; & fit prædicator castimoniæ, qui persequutor extiterat castitatis. Ad hæc sacrilegi conturbātur in templis, & Christū hæc mirabilia facientē contremiscunt. Excitant seditiones ignobilis uulgi, ut ratio, quæ suadebat fidē, seditionum clamoribus pulsa, locū in mentibus hominum inuenire nō posset. Pater uero suscitato filio tristis absceſsit, & (ut legitur) turbis furentibus uicarium dereliquit.

Virgineo itaq̄ corpori præparantur stridentes flāmæ, sed corpus, qđ incendia libidinū superauerat, refrigeriū in medijs flāmis inuenit. Et quæ ad hoc focos ingressa fuerat ut arderet, cœpit per sanctā uirginitatē algere, ut disceret uirginitas sibi flāmas & incendia penitus dominari nō posse. Nec illos periisse ęstimes, quos pro nomine Christi consumpsit incendium. Nam quū legis Heliam ignibus raptū, & tres pueros in medijs flāmis nulla ratione consumptos, aut dū Laurentiū in craticula assatū recolis, atq̄ Agnem, sicut Teclam flammarū globos euasisse cognoscis, nullā in his suspiceris uarietatē fidei tunc fuisse. Vna etenim fides sanctos dei in passione execrauit, & diuerso genere gloriarū reddidit utrosq̄ uictores. Nam qui consumptus est martyr exultat, & qui euasit uictor exultat. Et Esaias sectus martyrē se fecit, & Daniel leonū rabiem, morsusq̄ contemnens, probatissimū dei cōfessorem expressit. Quo facto utrosq̄ Christus diaboli ostendit esse uictores. Vnus enim moritur, & triumphat, alius euadit, & regnat.

9 *Vide quantopere cō mendet uirgines.*

Veni iam uirgo ad thalamū quē quæsisti, & pro amore sponsi gladiū percussoris admitte, ut sponsam te uirginitas immaculata cōprobet Christi, & martyrem confessio probata consignet. Fœlix caterua uirginū, qui bus studiū est tuæ sequi confessionis uestigia. Habebunt enim tecū coronam in cœlo, quæ tecū superauerunt inimicū in mundo. Nam sicut tibi uestigia Mariæ prosequenti participatio æternæ remunerationis apparuit, ita eis te imitantibus æterna credimus gaudia non neganda. Itaq̄ ō splendida Christo, pulchra dei filio, & omnibus angelis, & archangelis grata, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus, precibus exoramus, ut nobis ille tribuat peccatorū indulgentiam, qui tibi tuorū omnium laborum tradidit palmam, qui regnat cum patre, & spiritu sancto, quia ipsi est honor, laus, & gloria, & potestas in secula seculorum. Amen.

10 *Inuocat sanctus Episcopus beatissimam Agnen, rogat ut eius meminisse dignetur, & peccatorū indulgentiā a deo omnipotēte impetrare. Quid hic dicent hæretici?*

VITA SANCTORVM MARTYRVM CANTI, Cantiani & Cantianillæ per D. Ambrosium Mediolanensem Episcopum scripta.

Est sermo 75. in ordine sermonum eiusdē ad populum.

HOdie beatissimorū Canti, Cantiani, & Cantianillę natalis est: quā bene & iocunde tres martyres uno pene uocabulo nuncupantur. Nec mirū si similes sunt nomine, qui sunt similes passione, si una est illis apud homines appellatio, quibus apud deū est una uocatio. Vniter enim uocati sunt a dño: non interpositio tēpore aliter & aliter passi: sed omnes eodem ictu pariter martyrū pertulerunt. Quod quidem illis parentiua quadā a Christo affectione concessum est: ut congruerent meritis, qui uocabulis concordabant: & qui erant consanguinitate fratres, fierent ēt sanctitate germani, & quorum membra unius corporis substantia uegetabat, eorum animas eiusdem fidei confessio coronaret.

Refert autem de beatis supradictis historia: quod tēpore passionis cū eos persecutor inquireret: ascenso uehiculo iunctis mulabus eos secedere uoluisse: & cū non longe ab urbis mœnibus iter agerent, Vnum animal de subiunctis subito corruisse: atq; illos a persecutoribus comprehensos, tentos ad pœnā. Quod factum quam glorioſum sit, & a diuinitate dispositum, debemus aduertere. Sēper enim deus quos elegit, hos uictores subuectione sublimi in aulā regni cœlestis inducit. Nā sicut Helias curru applicito quasi ascendit ad cœlū: ita & isti uehiculo admoto ad martyrium peruenerunt: & quadriga sicut illū euexit ad requiem, ita hos portauit ad gloriam. Et quāuis illa ignea quadriga fuerit: hæc tñ inferior non habēda est: quia illa unū gestauit prophetam: hæc tres martyres sustentauit. Sed dicit aliquis: Glorioſius est gestari quadriga ignea quā terrena. Nec hoc plane defuit sanctis uiris. Nā sicut Heliam ignea quadriga portabat: ita et martyres fides ignea iā ferebat. Ferebat, inquā, illos Christus: qui lumē est, qui ignis est: de quo scriptū est: Dominus noster ignis consumens est.

Ergo cū beatos de quibus loquimur, persecutor urgeret: uehiculū conscenderunt. Qua causa? Vt fugerent? Absit. Non ut fugerent, sed ut ad martyrium citius peruenirent: non ut latitarent, sed ut Christianos se cunctis transeuntibus manifestius approbarent. Cæterū occultius inter plures in ciuitate latere potuerant: tutius per diuersa singuli fugæ præfidiū commēdare. At uero ubi quis congregatione habita, stratis uehiculis, aparatu dispoſito, per aggerem publicū egreditur: illic non fuga dicenda est, sed profectus est. Sancti enim uiri hoc facto uelut in triūphali curru positi contestabantur dicentes: Ecce persecuto: ecce proficiscimur: ecce præcedimus: quid resides? quid moraris? subsequere nostra uestigia. Nolumus. n. uideri inuiti ducti ad pœnam, qui præcedere nos profitemur ad gloriam.

VITA SANCTI HILARIONIS ABBATIS per D. Hieronymum scripta.

Habetur Tomo primo Epistolarum eiusdem Fol. 82. facie 2.

Cripturus uitam B. Hilarionis, habitatorē eius inuoco spiritum sanctum, ut qui illi uirtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonē tribuat, ut facta dictis exequentur. Eorum enim, qui fecere uirtutes (ut ait Crispus) tanta habent merita, quantū ea uerbis potuere attollere præclara ingenia. Alexander magnus Macedo, quē uel Arietē, uel pardum, uel hircum caprarū,

Daniel uocat, cum ad Achillis tumulum pueniſſet: Felicē te (ait) iuuenis, qui magno fruaris pręcone meritorū, Homerum uidelicet ſignificās. Porrò mihi tanti, ac talis uiri conuerſatio, uitaq́ dicenda eſt, ut Homerus quoque ſi adeſſet, uel inuideret materiæ, uel ſuccumberet. Quanq́ enim ſanctus Epiphanius Salaminæ Cypri Epiſcopus, qui cum Hilarione plurimum uerſatus eſt, laudem eius breui Epl'a ſcripſerit, quæ uulgo legitur; tñ aliud eſt locis cōmunibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare uirtutes. Vnde & nos fauore magis illius, q̄ iniuria cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum uoces contēnimus, qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forte detrahent & Hilarioni, illum ſolitudinis calūniati, huic obĵcientes frequentiā, ut qui ſemper latuit, nō fuiſſe, qui a multis uiſus eſt, uilis exiſtimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam phariſæi, quibus nec Ioannis eremus, ac ieiunium, nec dñi Salua. oris turbæ, cibi, potuſq́ placuere. Verum deſtinato operi imponam manum, & ſcylleos canes obturata aure tranſibo.

Hilarion ortus uico Thabatha, qui circiter quinq́ milia a Gaza urbe Palęſtinę ad Auſtrum ſitus eſt, cum haberet parentes idolis deditos, roſa, (ut dicitur) de ſpinis floruit. A quibus miſſus Alexandriam, grāmatico traditus eſt; ibiq́ quantum illa patiebatur ætas, magni ingenĵ, & morū documenta præbuit, in breui charus omnibus, & loquendi arte gnarus. Quodq́ his maius eſt oĩbus, credens in dñm Ieſum, non Circi furoribus, non arenæ ſanguine, nō theatri luxuria delectabaē; ſed tota illi uoluntas in Eccleſiæ erat congregatione. Audiens aūt tunc celebre nomen Antonĵ, quod per oēs Aegypti populos ferebaē, incenſus uiſendi eius ſtudio, perrexit ad eremum. Et ſtatim ut eum uidit, mutato priſtino habitu, duobus ferè menſibus iuxta eum māſit, contēplatus ordinē uitæ eius, morūq́ grauitatē: Quā creber in oratione; quā humilis in ſuſcipiendis fratribus, ſeuerus in corripiendis, alacer in exhortandis eſſet: & ut continentiā, cibiq́ eius aſperitatē nulla unq́ infirmitas frangeret. Porrò frequentiā eorum, q̄ ad eum ob uarias paſsiones, aut impetus dęmonum concurrebant, ultra non ferens, nec congrūū eſſe ducens pati in eremo populos ciuitatū, ſicq́ ſibi magis incipiendum eſſe, ut cœpiſſet Antonius; illū quaſi uirum fortē uictoriæ præmia accipere, ſe necdum militare cœpiſſe, reuerſus eſt cū quibuſdam monachis ad patriam. Et parentib⁹ iam defunctis, partē ſubſtātiæ fratribus, partē pauperib⁹ largitus eſt, nihil ſibi oĩno reſeruās; & timēs illud de Actibus apoſtolorū Ananiæ, & Saphiræ uel exēplum, uel ſuppli cium; maximeq́ dñi memor dicentis: Qui non renunciauerit oĩbus, quæ habet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. (Erat aūt tunc annorum quindecim) ſic nudus, & armatus in Chriſto, ſolitudinē, q̄ in ſeptimo miliario a Maioma Gazæ emporio per littus euntibus Aegyptū ad lenam flectit, ingreſſus eſt. Cumq́ eſſent cruēta latrocinĵs loca, & propinqui, amiciq́ eius imminens periculum denunciarent, contēpſit mortē, ut mortē euaderet. Mirabanē oēs animum, mirabanē ætatem, niſi q̄ flāma quædam pectoris, & ſcintillę fidei in oculis relucebant. Lenes erant genæ, delicatum corpus, & tenue, & ad oēm iniuriam impatiens, quod leui uel frigore, uel æſtu poſſet affligi.

1 *Mutato priſtino habitu. Nota quod qui monachatū aſſumebāt, nouum etiam habitum induebant, contra noſtros ſubſannatores.*

2 *Orationes, continentia & abſtinētia Antonĵ.*

3 *Vides hæretice quæ ſit Euangelica paupertas, & quomodo ſancti hanc ſcripturā intellexerint, & non peram ſicut tu.*

Igitur ſacco tm̄ membra coopertus, & pelliceū habens ependyten (id eſt ſuperindumentū) quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſa-

gumq; rusticũ, inter mare, & paludem uasta, & terribili solitudine frueba tur, quindecim tm̃ carycas post solis occasum comedens: & quia regio latrocinijs infamis erat, nunc̃q; in eodem loco mansitans. Quid faceret dia bolus? quò se uerteret? Qui gloriabat ante dicẽs: In cœlum ascendam, sup sydera cœli ponã thronum meũ, & ero similis altissimo: Cernebat se uinci a puero, & prius ab eo calcatum fuisse, q̃ per ætatem calcare potuisset. Titillabat itaq; sensus eius, & pubescenti corpori solita uoluptatũ incendia suggerebat. Cogebatur Tyrũculus Christi cogitare, quod nesciebat; & eius rei animo põpam uoluere, cuius experimenta non nouerat. Iratus itaq; sibi, & pectus pugnis uerberãs, quasi cogitationes cæde manus poss set excludere: Ego, inquit, aselle faciam, ut nõ calcitres, nec te hordeo alã, sed paleis; fame te conficiam, & siti, graui onerabo pondere. per æstus indagabo, & frigora, ut cibũ potius, q̃ lasciuiã cogites. Herbarũ ergo succo, & paucis carycis post triduum, uel quatriduum deficientem animam sustentabat, orans frequenter, & psallens, & rastro humum fodiens, ut ie iuniorum laborẽ labor operis duplicaret. Simulq; fiscellas iunco texens, æmulabatur Aegyptiorum monachorum disciplinam, & apostoli sentẽtiam dicentis: Qui autem non operatur, non manducet: sic attenuatus, & intantum exeso corpore, ut ossibus uix hæreret.

Quadam nocte cœpit infantũ audire uagitus, balatus pecorum, mugi tus boum, planctum quasi mulierũ, leonum rugitus, murmur exercitus, et rursus uariarum portenta uocũ, ut ante sonitu, q̃ aspectu territus cederet. Intellexit dæmonum ludibria; & prouolutus genibus, Christi crucem signauit in fronte. Taliq; armatus casside, & lorica fidei circũdatus, iacens fortius præliabatur, amodo uidere desiderans, quos horrebat audire, & solicitis oculis huc, illucq; circũspiciens. Cum interim ex improuiso, splẽdente luna, cernit rhedam feruentib⁹ equis super se irruere: cumq; inclamasset Iesum, ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa ois absorpta est. Tunc ille ait: Equum, & ascensorẽ proiecit in mare. Et, Hi in currib⁹, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Multæ sunt tentationes eius, & die, noctuq; uariæ dæmonum insidiæ; quas si omnes narrare uelim, modum excedam uoluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti; quoties esurienti largissimæ apparuere dapes? Interdũ orantem lupus ululans, & uulpecula ganniens transiliuit, psallentiq; gladiatorum pugna spectaculum præbuit, & unus quasi interfectus, & ante pedes eius corruens sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in terram capite, & ut natura fert hominũ, abducta ab oratiõe mens, nescio qd aliud cogitabat: insilit dorso eius festinus gladiator, & latera calcibus, ceruicẽ flagello uerberans: Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansq; desuper, cũ defecisset, an hordeum uellet accipere sciscitabatur.

Igitur a sextodecimo usq; ad uicesimum suæ ætatis annum, æstus, & pluuias breui tuguriunculo declinauit, quod iunco, & carice (id est herba agresti, & spinosa) texerat. Extructa deinceps breui cellula, quæ usq; hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedũ quinq;, hoc est statura sua humiliore, porrò longitudine paulo ampliore, q̃ eius corpusculum patiebat, ut sepulchrum potius, q̃ domum crederes, capillum semel in anno die Paschę totondit, super nudam humum, stratumq; iunceũ usq; ad mortem cubitauit; saccum, quo semel fuerat idutus, nunc̃q; lauãs,

4

Nota simplicem & agrestem Hilarionis habitum.

5

Vide mirabilem in sancto homine abstinentiam & ciborum delectum, ut carnis titillationes compesceret. Nec dicebat sicut modo quidam, nihil nocere luxuriam, genitalia corporis membra, coitum naturali lege deposcere, quoniam ob id a Deo cõdita sunt.

6

Prouolutus genibus, Christi crucem signauit in fronte.

7

Cubile Hilarionis, nuda humus. Stratum, iunci. Habitus, saccus cilicinus.

& superfluum esse dicens, mundicias in cilicio quærere. Nec mutauit alteram tunicam, nisi cũ prior penitus scissa esset. Scripturas quoq; sanctas memoriter tenens, post orationes, & psalmos, quasi Deo præsente recitabat. Et quia longum est per diuersa tempora carptim ascensum eius edicere, comprehẽdam breuiter, ante lectoris oculis uitam eius pariter exponens, & deinceps ad narrandi ordinem regrediar.

8

Tu qui ciborum delectum & abstinentiã res superstitiosas nuncupas, cibisq; asseris omnibus indesinẽter utendum, qui ad hoc facti sunt ut sumantur. Vide miser quomodo sãctissimus hic mir pessimum tuum hoc dogma totum contrarium ei faciendo quod tu dicis, prosternat & conculcet. Nõne tu magis mendax & impostor, quã Hilarion superstitiosus?

Vicesimoprimo anno usq; ad uicesimumseptimum, tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, & alijs tribus panem aridum cum sale, & aqua. Porrò a uigesimoseptimo usq; ad tricesimum herbis agrestibus, & uirgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo usque ad tricesimum quintum sex uncias hordeacei panis, & coctũ modicé holus absq; oleo in cibo habuit. Sentiens aũt caligare oculos suos, & totũ corpus impetigine, & pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem uictum adiecit oleũ, & usq; ad sexagesimum tertiũ uitæ suæ annum hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, aut cuislibet rei gustãs. Inde cum se uideret corpore defatigatum, & propinquam putaret ĩminere mortem, a sexagesimo quarto anno usq; ad octogesimum pane abstinuit incredibili feruore mentis, ut eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutẽ Dñi, quo cæteri solẽt remissius uiuere. Fiebãt aũt ei die farina, & cõminuto olere sorbitiũculæ; cibo, et potu uix qnq; uncias apprehẽdẽ tib⁹. Sicq; cõplẽs ordinẽ uitę, nũq; ante solis occasum, nec dieb⁹ festis, nec ĩ grauissima ualetudie soluit ieiuniũ. Sed iã tps ẽ, ut ad ordinẽ reuertamur.

Cum habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte uenerunt, uel existimantes habere aliquid, quod tollerent, uel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorũ impetus non pertimesceret. Itaq; inter mare, & paludem a uespere usq; ad solis ortum discurrentes, nunq; locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Porrò clara luce reperto puero, quasi per iocum: Quid, inquiunt, faceres, si latrones ad te uenirent? Quibus ille respondit: Nudus latrones non timet. Et illi: Certe, aiunt, occidi potest. Possum, inquit, possum: Et ideo latrones nõ timeo, qa mori paratus sum. Tũc admirati cõstãtiã ei⁹, & fidẽ, cõfessi sunt noctis errorẽ, cęcatosq; oculos, correctiorẽ deinceps uitã pollicẽtes.

Viginti & duos iam in solitudine habebat annos, fama tm̃ notus oib⁹, & per totas Palęstinę uulgatus urbes, cũ interim mulier quædã Eleutheropolitana cernens despectui se haberi a uiro obsterilitatem (iam enim p annos quindecim nullos coniugij fructus dederat) prima irrumpere ausa est ad beatũ Hilarionem, & nihil tale suspicanti repente genibus eius aduoluta: Ignosce, inquit, audaciæ, ignosce necessitati meæ. Quid auertis oculos? Quid rogantem fugis? Noli mulierem aspicere, sed miseram. Hic sexus genuit Saluatorem. Non habent sani opus medico, sed qui male habent. Tandem substitit, & post tm̃ tpis uisa muliere, interrogauit causam aduentus eius, ac fletum. Et postq; didicit, leuatis ad cœlum oculis, fidere iussit: euntemq; lachrymis prosecutus, exacto anno, uidit cum filio.

Hoc signorum eius principium, maius aliud signum nobilitauit. Aristę neta Helpidij, qui postea Præfectus prętorio fuit, uxor, ualde nobilis inter suos, & inter Christianos nobilior, reuertens cum marito, & tribus liberis a beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi

enim,siue ob corruptum aerem,siue(ut postea claruit) propter gloriã Hilarionis serui Dei, hemitritæo (morbo uidelicet imperfectæ febris tertianæ)pariter arrepti,oẽs a medicis desperati sunt. Iacebat ululans mater,& quasi inter tria filiorum discurrens cadauera,quem prius plangeret,nescie bat. Cognito autem q̃ esset quidam monachus in uicina solitudine, obli ta matronalis pompæ, tm̃ se matrem nouerat:uadit comitata ancillulis, & eunuchis,uixq́ a uiro persuasum est,ut asello sedens pergeret. Ad quẽ cum peruenisset:Per ego te,ait, Iesum clementissimũ Deum nostrũ obtestor,per crucẽ,& sanguinem,ut reddas mihi tres filios, & glorificetur in urbe gentiliũ nomen Dñi saluatoris, & ingrediatur seruus eius Gazã, & Marnas corruat. Renuente illo,& dicente,nunq̃ se egressurũ de cella,nec habere consuetudinẽ,ut non modo ciuitatẽ,sed ne uillulam quidem ingrederetur,prostrauit se humi crebrò clamitans:Hilarion serue Christi,redde mihi liberos meos:Quos Antonius tenuit in Ægypto, a te seruẽtur in Syria.Flebant cuncti, qui aderãt: sed et ipse negans fleuit. Quid multa?non prius mulier recessit,q̃ ille pollicitus est, se post solis occasum Gazã introiturum. Quò postq̃ uenit,singulos q̃ lectulos,& arentia membra considerans,inuocauit Iesum.Et ò mira uirtus;quasi de tribus fontibus sudor erupit;eadem hora acceperunt cibos, lugentemq́ matrẽ cognoscẽtes,& benedicentes Deũ sancti manus deosculati sunt. Quod postq̃ auditum est,& longè,late q̃ percrebuit,certatim ad eũ de Syria, & Aegypto confluebant,ita ut multi crederent in Christũ, & se monachos profiterentur. Necdũ enim tunc monasteria erant in Palæstina; nec quisq̃ monachũ ante sanctum Hilarionẽ in Syria nouerat.Ille fundator,& eruditor huius cõuersationis,& studij in hac prouincia fuit. Habebat dñs Iesus in Ægypto senem Antonium:habebat in Palæstina Hilarionem iuniorem.

9 *Et tu qui dicis antiquos monachos habuisse potestatem magnã & remigrandi quo uellent, uide quid suæ circa hoc dicat esse consuetudinis pater monachorũ in palæstina.*

Facidia uicus est Rhinocoruræ urbis Ægypti. De hoc(sunt decem iam anni)cæca mulier adducta est ad beatũ Hilarionem: oblataq́ ei a fratribus(iam enim multi cũ eo monachi erant)omnem se substantiam expendisse,ait,in medicos. Cui respondit:si quæ in medicis perdidisti, dedisses pauperibus,curasset te uerus medicus Iesus. Clamante autem illa,& misericordiam deprecante,expuit in oculos eius; statimq́ saluatoris exẽplũ uirtus eadem prosecuta est. Auriga quoq́ Gazensis in curru percussus a dæmone,totus obriguit;ita ut nec manũ agitare, nec ceruicem posset reflectere. Delatus ergo in lecto,cũ solã linguam moueret ad præces,audit, non prius posse sanari,quàm crederet in Iesum, & se sponderet arti pristinæ renunciaturum. Credidit,, spopondit, sanatus est:magisq́ de animæ, quã de corporis salute exultauit.

10 *Si Monachismus o hæretice,quem tu omnino perdere uelles,res non esset deo grata et accepta,nunquam tantus pater in Palæstina huius conuersationis et studij fundator et eruditor fuisset*

Præterea fortissimus iuuenis,nomine Marsitas,de territorio Hierosolymæ,tm̃ sibi applaudebat in uiribus, ut quindecim frumenti modios diu, longeq́ portaret: & hanc haberet palmã fortitudinis suæ,si asinos uinceret. Hic afflictus pessimo dæmone non cathenas,non cõpedes, non claustra ostiorũ integra patiebatur,multorũ nasum,& aures morsibus amputauerat;horũ pedes,illorum gulam fregerat;tantumq́ sui terrorem omnibus incusserat,ut oneratus cathenis, & funibus in diuersa nitentiũ, quasi ferocissimus taurus, ad monasteriũ pertraheretur. Quem postq̃ fratres uidere,perterriti(erat enim miræ magnitudinis)nunciauerunt Patri.Ille sicut sedebat,iussit eũ ad se pertrahi,et dimitti.Solutoq́,Inclina, ait,caput,

& ueni. Tremere ille, & ceruicē flectere, nec aspicere contra ausus; omnique ferocitate depositā, pedes cœpit sedentis lābere. Adiuratus itaq; dæmon, & tortus, qui iuuenē possederat, septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est, q̄ orionus uir primarius, & ditissimus urbis Ailæ, quæ mari rubro imminet, a legione possessus dæmonū, ad eum adductus est. Manus, ceruix, latera, pedes ferro onerati erant, furorisq; sæuitiā torui oculi minabantur. Cumq; deambularet sanctus cū fratribus, & de scripturis nescio q̄d interpretaretur, erupit ille de manibus se tenentiū, & amplexus eū post tergū in sublime leuauit. Clamor ortus ab omnibus: timebāt enim, ne confecta ieiunijs membra collideret. Et sanctus arridens: sinite, inquit; & mihi meū palæstritā (luctatorē) dimittite. Ac sic reflexa super humeros manu, caput eius tetigit, apprehensoq; crine ante pedes adduxit, stringens è regione ambas manus eius, & plantas utroq; calcans pede, si mulcq; ingeminans, torquere dæmonū turba. Cumq; ille eiularet, & reflexa ceruice, terrā uertice tangeret: Domine, inquit, Iesu, solue miserū, solue captiuum. Vt unū, ita & plures uincere tuū est. Rem loquor inauditā. Ex uno hominis ore diuersæ uoces, & quasi cōfusus populi clamor audiebatur. Curatus itaq; & hic, non post multū temporis, cum uxore, & liberis uenit ad monasteriū, plurima, quasi gratiā redditurus, dona afferens. Cui sanctus, Non legisti, inquit, quid Hiezi, quid Simon passi sint; quorū alter accepit preciū, alter obtulit; ut ille uenderet gratiā spiritus sancti, hic mercaretur? Cumq; Orionus flens diceret; Accipe, & da pauperibus; respondit, Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, & nosti pauperes. Ego, qui mea reliqui, cur aliena appetā; Multis nomen pauperū, occasio auaritiæ est: misericordia uero artē non habet. Nemo melius erogat, q̄ qui sibi nihil reseruat. Tristi autem, & in terra iacenti: Noli, inquit, contristari fili: Quod facio, pro me, & pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego ostendam Deum, & ad te legio reuertetur.

Quis uero possit silentio præterire, quod Gazanus Maiometes haud longè a monasterio eius lapides ad ædificandū de ora maris cudēs, totus paralysi dissolutus, & ab operis socijs delatus ad sanctū, statim ad opus reuersus est? Etenim littus, quod Palæstinæ, Aegyptoq; prætenditur, per naturā molle, arenis in saxa durescentibus, asperatur; paulatimq; cohærescens sibi glarea perdit tactū, cum non perdat aspectum. Sed & Italicus eiusdem oppidi municeps Christianus, aduersum Gazensem Duū uirum Marnæ idolo deditū, Circenses equos nutriebat. Hoc siquidē in Romanis urbibus iam inde seruatur a Romulo, ut propter felicē sabinarū raptū, ab ipso Conso, quasi consilioꝝ deo, quadrigæ septeno currant circūictu; & equos partis aduersæ fregisse, uictoria sit. Hic itaq; æmulo suo habente maleficū, qui dæmoniacis quibusdā imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum, uenit ad beatū Hilarionem, & non tā aduersariū lædi, q̄ se defendi obsecrauit. Ineptū uisum est uenerādo seni, in huiuscemodi nugis orationē perdere. Cūq; subrideret, & diceret: Cur enim non magis equorum preciū pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit functionē esse publicam; & hoc non tā se uelle, q̄ cogi; nec posse hominē Christianum uti magicis artibus, sed a seruo Christi potius auxiliū petere, maximè contra Gazenses aduersarios dei, & non tam sibi, q̄ ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo a fratribus, qui aderāt,

Scyphum fictilem, quo bibere consueuerat, aqua iussit impleri, eiq; tradi. Quem cũ accepisset Italicus, & stabulũ, & equos, & aurigas suos, rhedã, carcerumq; repagula aspersit. Mira uulgi expectatio: nam & aduersarius hocipsum irridens diffamauerat; & sautores Italici sibi certã uictoriã pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi aduolunt: isti prępediuntur. Sub hortũ curru rotæ feruent; illi præteruolantiũ terga uix cernunt. Clamor fit uulgi nimius, ita ut ethnici ipsũ quoq; concreparent: Marnas uictus est a Christo. Porrò furẽtes aduersariũ Hilarionẽ maleficum Christianũ ad supplicium poscere. Indubitata ergo uictoria, & illis, & multis retro Circensibus plurimis fidei occasio fuit.

Eiusdem Gazẽsis emporiũ oppido uirginẽ Dei uicinus iuuenis deperiebat. Qui cũ frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, quæ solent morturæ uirginitatis esse principia, nihil profecisset, perrexit Memphim, ut confesso uulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad uirginẽ. Igitur post annũ doctus Aesculapiũ uatibus, non remediantis animas, sed perdentis, uenit præsumptũ animo stupriũ gestiens; & subter limen domus puellæ tormenta quædã uerborum, & portentosas figuras sculptas in æris Cypriũ lamina defodit. Ilico insanire uirgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinẽ, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorẽ uerterat. Perducta ergo a parentibus ad monasteriũ, seni traditur, ululante statim, & confitente dęmonæ; Vim sustinui, inuitus abductus sum: Quã bene Memphi somniũs homines deludebam. o cruces, o tormenta, quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio, & lamina, strictus teneris; Dic, Cur ausus es ingredi puellã dei? Vt seruarem, inquit, eã uirginẽ. Tu seruares proditor castitatis? Cur non potius in eũ, qui te mittebat, es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eũ, qui habebat collegam meũ amoris dæmonem? Noluit autem sanctus, anteq; purgaret uirginem, uel adolescentem, signa iubere perquiri, ne aut solitis incãtationibus recessisse dæmon uideretur, aut ipse sermoni eius accõmodasse fidem, asserẽs fallaces esse dæmones, & ad simulãdũ esse callidos: & magis, reddita sanitate, increpuit uirginẽ, cur fecisset talia, per quę demon intrare potuisset.

Non solũ autem in Palæstina, & in uicinis urbibus Aegypti, uel Syriæ, sed etiam in longinquis prouinciis fama eius percrebuerat. Nanq; Candidatus Constantiũ Imperatoris, rutela coma; & candore corporis indicãs prouinciam (inter saxones quippe, & Alemanos gens eius, non tã lata, q; ualida, apud historicos Germania, nunc uerò Francia uocatur) antiquo, hoc est ab infantia, possessus a dæmone, qui noctibus eũ ululare, ingemiscere, fremere dentibus cõpellebat, secretò ab Imperatore euectionem petiit, causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad consulare quoq; Palæstinæ literis, cũ ingenti honore, et comitatu Gazam deductus est. Qui cũ a Decurionibus illius loci quæsiissent, ubi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenses, & putantes eũ ab Imperatore missum, ad monasterium adduxerunt, ut & honorẽ commendato exhiberent, & siquid ex præteritis iniuriis in Hilarionẽ essent offensi, nouo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, & secũ de psalmis nescio quid submurmurabat. Videnscq; tantã turbam uenientẽ substitit. Et resalutatis omni-

bus,manuq; eis benedicens,post horã cæteros abire præcepit,illum uerò cum seruis suis,& apparitoribus remanere. Ex oculis enim eius,& uultu, cur uenisset,agnouit. Statim ergo ad interrogationẽ suspensus homo,uix, terrã pedibus tangens,& immane rugiens,Syro,quo interrogatus fuerat sermone respondit. Videres de ore barbaro,& qui Francam tm̃, & Latinam linguã nouerat,Syra ad purum uerba resonare;ut nõ stridor,nõ aspiratio,non idioma aliquod Palæstini deesset eloquij. Confessus est itaq; quo in eũ intrasset ordine. Et ut interpretes eius intelligerent, qui Græcã tantum,& Latinã linguam nouerant,Græcè quoq; eũ interrogauit. Quo similiter,& in uerba eadẽ respondente, multasq; incantationum occasiones,& necessitates magicarũ artium obtendẽte: Non curo,ait,quo intraueris;sed ut exeas in nomine Dñi nostri Iesu Christi impero. Cumq; curatus esset,simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceũ abeo panẽ accepit,audiens quod qui tali cibo alerentur, aurũ pro luto ducerẽt.

Parum est de hominibus loqui:bruta quoq; animalia quotidie ad eum furentia perttrahebantur;in quibus Bactrum camelum enormis magnitudinis,qui iã multos obtriuerat,triginta, & eo amplius uiri distentum soli dissimis funibus cũ clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os,uolubilis lingua turgebat, & super omnẽ terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eũ dimitti senex. Statim uerò & qui adduxerant,& qui cũ sene erant,usq; ad unum omnes diffugere. Porrò ille solus perrexit obuiam,& sermone Syro: Non me,inquit, terres diabole tanta mole corporis;Et in uulpecula,& in camelo unus, atq; idẽ es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens,& quasi eũ deuoratura belua peruenisset,statim corruit,submissumq; caput terræ coæquauit,miran tibus cunctis,qui aderant,post tantam ferociã tantam subitò mansuetudinem. Docebat autem senex, hominũ causa diabolũ etiam iumenta corripere;& tanto eos ardere odio,ut non solum ipsos,sed & ea,quæ ipsos essent,cuperet interire. Huiusq; rei proponebat exemplũ,q; anteq; beatũ Iob tentare permitteretur,omnem substantiam eius interfecerit. Nec mouere quempiam debere,q; Domini iussione duo milia porcos a dæmonibus interfecta sunt. Siquidem eos,qui uiderant,non potuisse eos aliter credere,exisse de homine tantã dæmonum multitudinem,nisi grandis porcorum numerus,& quasi a multis actus pariter corruisset.

Tempus me deficiet,si uoluero uniuersa signa, quæ ab eo perpetrata sunt,dicere. In tantã enim a Dño fuerat eleuatus gloriam, ut beatus quoque Antonius audiens conuersationẽ eius,scriberet ei, libenterq; eius epistolas sumeret. Et si qñ de Syriæ partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quare uos tã lõge uexare uoluistis, cum habeatis ibi filiũ meũ Hilarionem? Exẽplo itaq; eius per totam Palæstinã innumerabilia monasteria esse cœperunt;& omnes ad eũ monachi certatim currere. Quod ille cernens laudabat Domini gratiã,& pro affectu animi singulos cohortabatur,dicens præterire figurã huiusmodi,& illam esse uerã uitam, quæ uitæ præsentis emeretur incõmodo. Volens autem exemplum eis dare,et humilitatis,& officij,statis diebus ante uindemiam lustrabat cellulas monachorum. Quod postq; cognitum est a fratribus, omnes ad eum cõfluebant;& comitati tali duce,circumibant monasteria, habentes uiaticum suum,quia interdum usque ad duo milia hominum congregabantur. Sed

& procedente

& procedente tempore unaquæq; uillula uicinis monachis, ad susceptionem sanctorum gaudens, cibos offerebat.

Quantum autem fuerit in eo studij, ut nullũ fratrem quamuis humilẽ, quamuis pauperem præteriret, uel illud indicio est, ꝙ uadens in desertum Cades ad unũ de discipulis suis uisendum, cum infinito agmine monachorum peruenit Elusam, eo forte die, quo anniuersaria solẽnitas omnem oppidi populum in templũ Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob Luciferũ, cuius cultui Saracenoꝝ natio dedita est. Sed & ipsum oppidũ ex magna parte semibarbarum est propter loci situm. Igitur audito quod sanctus Hilarion præteriret (multos enim Saracenoꝝ arreptos a dęmone frequenter curauerat) gregatim ei cũ uxoribus, & liberis obuiam processere, submittentes colla, & uoce Syra Barach, id est benedic, inclamãtes. Quos ille blandè, humiliterq; suscipiens, obsecrabat ut deum magis, quã lapides colerent: simulq; ubertim flebat cœlum spectans, & pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebrò esse uenturũ. Mira Domini gratia; nõ prius abire passi sunt, q̃ futuræ Ecclesiæ lineam mitteret; & sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi signo denotaretur.

Alio quoq; anno, cum exiturus esset ad uisenda monasteria, & digereret in scedula, apud quos manere, quos in transitu uisitare deberet, sciẽtes monachi quẽdam de fratribus parciorem, simulq; cupiẽtes uitio eius mederi, rogabant, ut apud eum maneret. Et ille: Quid, inquit, uultis & uobis iniuriam, & fratri uexationem facere? Quod postq̃ frater ille parcus audiuit, & annitẽtibus cunctis, uix ab inuito impetrauit, ut suum quoq; monasterium in mansionum ordinem poneret. Post diem ergo decimum uenerunt ad eum, custodibus iam in uinea, qua uenirent illi, dispositis, qui cum lapidibus, & glebarum iactu, fundæq; uertigine accedentes deterrerent. Sine esu uuę mane omnes profecti sunt, ridente sene, & dissimulante scire, quod euenerat. Porrò suscepti ab alio monacho, cui sabas uocabulum est (debemus quippe parci tacere uocabulum, largi dicere) quia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo uniuersi in uineam, ut ante horam cibi uuarũ pastu laborem uiæ subleuarent. Et sanctus, Maledictus, ait, qui prius refectionẽ corporis, q̃ animæ quæsierit. Oremus, psallamus, reddamus dño officiũ, & sic ad uineam properabitis. Completo itaq; ministerio, in sublimi stans benedixit uineę, & suas ad pascendum dimisit oues. Erant aũt, qui uescebant̃, non minus tribus milibus. Cumq; centum lagenis ęstimata fuisset integra adhuc uinea, post dies uiginti trecentas fecit. Porrò ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id quod habuerat, uersum in aconitũ sero doluit. Hoc multis fratribus senex añ futurũ p̃dixerat.

11 *Oremus, psallamũs, reddamus domino officium.*

Detestabat̃ aũt pręcipue monachos, qui infidelitate quadam in futurũ reseruarent sua, & diligentiam haberent uel sumptuũ, uel uestitus, uel alicuius earum rerum, q̃ cum seculo transeunt. Deniq; unum de fratribus in quinto ferè miliario a se manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cantum, timidumq; custodem, & pauxillum habere nummorum, ab oculis abegerat. Qui uolens sibi reconciliari senem, frequenter ueniebat ad fratres, & maxime ad Hesychium, quo ille uehementissime delectabat̃. Quadam igitur die ciceris fascẽ uirentis, sicut in herbis erat, detulit. Quẽ cum Hesychius posuisset in mensa ad uesperum, exclamauit senex, se putorem eius ferre non posse, simulq; unde esset rogauit. Respõdente autem

Hesychio, quod frater quidam primitias agelli sui fratrib⁹ detulisset: Nō sentis, inquit, putorem teterrimum, & in cicere fœtere auaritiam? Mitte bubus, mitte brutis animalibus, & uide, an comedant. Quod cū ille iuxta pręceptum in præsepe posuisset, exterriti boues, & plus solito mugiētes, ruptis uinculis in diuersa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, ut ex odore corporum, uestiumq; et earum rerum, quas quis tetigerat, sciret cui dæmoni, uel cui uitio subiaceret.

Igitur sexagesimo tertio uitæ suæ anno cernens grande monasteriū, & multitudinem fratrum secum habitantium, turbasq; eorum, qui diuersis languoribus, & immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur, flebat quotidie, & incredibili desiderio conuersationis antiquæ recordabat. Interrogatus a fratribus, quid haberet, cur se conficeret, ait: Rursum ad seculum rediī, et recepi mercedem meam in uita mea. En homines Palæstinæ, & uicinę pꝛuincię existimant me alicuius esse momenti; & ego sub pretextu monasterij ad dispensationem fratrum, uilem supellectilem habeo. Seruabat autē a fratribus, maxime ab Hesychio, qui miro amore uenerationi senis dedi tus erat. Cumq; ita uixisset lugens biennium, Aristæneta illa, cuius supra fecimus mentionē, præfecti tunc uxor, sed nihil de pręfecti ambitu habēs, uenit ad eum, uolens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens: Vellem, ait, ipse quoq; ire, si non carcere huius monasteriī clausus tenerer, & si eūdi fruct⁹ esset; biduū. n. hodie est, qđ totus mūdus tali parēte orbat⁹ ē. Credidit illa, & substitit. Et post paucos dies, uenientē nūcio, Antoniī dormitio

12

Tu qui rerum omnium benedictiones cō temnis et subsannas, uide hic panem & oleum ab Hilarione benedictum.

Mirentur aliī signa, q̄ fecit, mirenī incredibilem abstinētiā, (nē audiuit. scientiā, humilitatē: Ego nihil ita stupeo, q̄ꝑ gloriam illum, & honorem cal care potuisse. Concurrebant Episcopi, presbyteri, clericorum, & monachorum greges, matronę quoq; Christianorum, grandis tentatio, & hinc inde ex urbibus, & agris uulgus ignobile; sed & potentes uiri, & iudices, ut benedictum ab eo panem, uel oleum acciperent. At ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, intantum ut quadam die proficisci statuerit; & adducto asello (nimis quippe exesus ieiuniis uix ingredi poterat) iter arripere conareť. Quod cum pcrebuisset, & quasi uastitas, & iustitium, ideſt omnium rerum intermissionem, & quasi publicum luctum Palæstinæ indiceretur, plusq̄ decem milia hominum diuersæ ętatis, & sexus ad retinendum eū cōgregata sunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens loquebat: Fallacem dīm meum non faciam; nō possum uidere subuersas ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autem, qui aderant, intelligebant reuelatum ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri; & nihilominus custodiebant eum, ne proficisceret. Decreuit ergo, publica omnes uoce contestans, non cibi se, non potus quicquā sumere, nisi dimitteret. Et post septem dies inediæ, tandē relaxatus, ac ualedicens plurimis, cū infinito agmine prosequentium uenit Betilium: Vbi persuasis turbis ut reuerterent, elegit quadraginta monachos, qui haberent uiaticum, & possent ieiunantes ingredi, ideſt post solis occasum cibum sumere. Quinto igitur die uenit Pelusiū, uisitatisq; fratrib⁹, qui in uicina eremo erant, & in loco, qui dicit Lychnos morabanī, perrexit post triduum ad castrū Thebatum, ut uideret Dracontium Epm, & confessorem, qui ibi exulabat. Quo incredibiliter consolato tanti uiri præ

sentia; post aliud triduū multo Babylonem labore puenit, ut uideret Philonem Epm, & ipsum confessorem. Constantius enim rex Arianorū fauēs hęresi utrūq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens post triduum uenit ad oppidum Aphroditon, ubi conuento Diacono Baisane, qui locatis camelis, & dromedis, ob aquæ in eremo penuriam consueuerat euntes ad Antonium ducere, confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij, & peruigilem noctem in ipso, quo defunctus fuerat, loco a se illi debere celebrari. Tribus igit diebus p uastam, & horribilem solitudinem, tandem ad montem altissimum peruenerunt, repertis ibi duobus monachis, Isaac, & Pelusiano, quorum Isaac interpres Antonij fuerat.

Et quia se prębet occasio, & ad id loci uenimus, dignum uidet breui sermone habitaculum tanti uiri describere. Saxeus, & sublimis mons p mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit: quarum alias arenę ebibūt, aliæ ad inferiora delapsæ paulatim riuū efficiunt: super quem ex utraque ripa palmæ innumerabiles multum loco, & amœnitatis, & commodi tribuunt. Videres senem huc, atq; illuc cum discipulis beati Antonij discurrere. Hic aiebant psallere, hic orare, hic operari, hic fessus residere solitus erat. Has uites, has arbusculas ipse plantauit; illam areolam manibus suis ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. Istum sarculum ad fodiendum terram plurib⁹ annis habuit. Iacebat i stratu eius, & quasi calens adhuc cubile deosculabat. Erat autem cellula non plus mensuræ per quadrum tenens, q̄ homo dormiēs extendi poterat. Præterea in sublimi mōtis uertice, quasi per cochleā ascēdentibus arduo ualde nisu, duæ eiusdem mensuræ cellulæ uisebant; in quibus uenientium frequentiam, & discipulorum suorum contubernium fugiens, commoratus est. Verū hę in uiuo excisæ saxo, ostia tm̄ addita habebant. Postq̄ autem ad hortulum uenerant: Videtis, inquit Isaac, hoc pomarium arbusculis cōsitū, & holerib⁹ uirens? Ante hoc fermè triēnium cū onagrorum grex uastaret, unum è ductoribus eorum stare iussit, baculoq; tundens latera: Quare, inquit, comeditis, quod non seminastis? Et exinde exceptis aquis, ad quas potandas uentitabant, nunq̄ eos nec arbusculā, nec holera contigisse. Præterea rogabat senex, ut sibi locum tumuli eius oñderēt. Qui cū seorsum eū abduxissent, utrū mōstrauerint, necne, ignorat; cām occultādi, iuxta p̄ceptū Antonij, fuisse referētes, ne Pergamius, q̄ i illis locis ditissim⁹ erat, sublato ad uillā suā scti corpe, martyriū fabricaret.

Igitur reuersus ad Aphroditon, duob⁹ secum tm̄ retentis fratrib⁹, (ref. in uicina eremo moratus est, tanta abstinentia, & silentio, & tūc primū se cœpisse Christo seruire diceret. Porrò iam triennium erat, quod clausum cœlum terras illas arefecerat, ut uulgo dicerent, Antonij mortem etiā ele mēta lugere? Non latuit fama Hilarionis accolas quoq; illius loci, & certatim uirilis, ac muliebris sexus, ora luridi, & attenuati fame, pluuias a seruo Christi, id est a beati Antonij successore deprecabant. Quos ille cernēs mire doluit: Eleuatisq; in cœlum oculis, & utrasq; in sublime erigens palmas, statim impetrauit, quod rogauerat. Ecce aūt sitiēs, arenosaq; regio, postq̄ pluuijs irrigata est, tantam serpentū, & uenenatorum animalium ex improuiso ebulliuit multitudinē, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaq; oleo uniuersi agricolæ, atq; pastores, tangentes uulnera certam salutem resumebant.

13 *Vide modum orandi Hilarionis.*

14 *Et oleum benedictū.*

Videns etiam ibi se miris honoribꝰ affici, perrexit Alexãdriam, inde ad ulteriorem Oasim eremum transiturus. Et quia nunc̃ ex quo cœperat eẽ monachus, in urbibꝰ manserat, diuertit ad quosdam fratres sibi notos in Brutio haud procul ab Alexandria: qui cum miro gaudio suscepissent senem, & iam uicina nox esset, repente audiunt discipulos eius asinum sternere, illumc̃ parare proficisci. Itaq; aduoluti pedibꝰ rogabant, ne hoc faceret; & ante limen prostrati citius se mori, c̃ tanto carere hospite, testabant̃. Quibus ille respondit: Idcirco abire festino, ne uobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis, non sine causa subito ambulasse. Igitur altera die Gazenses cum lictoribꝰ profecti (nam pridie eũ uenisse cognouerant) intrãtes monasterium, cum illum minime inuenissent, inuicem loquebant̃: Nonne uera sunt, q̃ audiuimus? Magus est, & futura cognoscit. Vrbs enim Gaza, post c̃, profecto de Palęstina Hilarione, Iulianus in Imperium successerat, destructo monasterio eius, precibꝰ ad Imperatorem datis, & Hilarionis, & Hesychij mortẽ impetrauerat: amboq; ut quærerent̃, toto orbe scriptum erat. Egressus ergo de Brutio, per inuiã solitudinẽ intrauit Oasim; ibiq; anno plus minus exacto, quia illuc quoq; sua fama peruenerat, quasi iam in Oriente latere non posset, ubi multi illũ & opinione, & uultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat; ut quem terra uulgauerat, saltem maria cælarent.

Eodem fermè tempore Hadrianus discipulus eius de Palæstina superuenit, dicens, Iulianum occisum; Christianum Imperatorem regnare cœpisse, reuerti eum debere ad monasterij sui reliquias. Quod ille audiẽs detestatus est; & conducto camelo per uastam solitudinem peruenit ad maritimam urbem Libyę Paretonium: ubi Hadrianus infelix uolens Palęstinam reuerti, & pristinam sub nomine magistri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum, conuasatis quæ a fratribus ei missa detulerat, nesciente illo, profectus est. Super hoc, quia alter locus referendi non est, hoc tantum dixerim in terrorẽ eorum, qui magistros despiciunt; quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio.

Habens igitur senex Gazanũ secum, ascendit classem, quæ Siciliam nauigabat. Cumc̃ uenundato Euangelioꝝ codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulũ disponeret, in medio fermè Adriæ naucleri filius arreptus a dæmone clamare cœpit, & dicere: Hilarion serue Dei, cur nobis per te, & in pelago tutos esse non licet? Da mihi spacium, donec ad terram ueniã, ne hic eiectus præcipiter in abyssum. Cui ille: Si deus meus, ait, tibi concedit ut maneas, mane. Sin autem ille te eĵcit, quid mihi inuidiam facis, homini peccatori, atq; mendico? Hoc autẽ dicebat, ne nautæ, & negociatores, qui in naui erant, se, cũ ad terrã peruenissent, proderent. Nec multo post purgatus est puer, patre fidẽ dante, & cęteris, qui aderãt, nulli se super eius nomine locuturos. Ingressus autẽ Pachynum promontorium Siciliæ obtulit nauclero Euangeliũ pro subuectione sua, & Gazani. Qui nolens accipere, maximè cũ uideret illos, excepto illo codice, & his, quibus uestiti erant, amplius nihil habere, ad extremũ iurat se non accepturum. Sed & senex accensus fiducia pauperis conscientiæ, in eo magis lætabatur, & quod nihil haberet seculi, & ab accolis illius loci mendicus putaretur. Porrò recogitans ne negociatores de oriente uenientes se notũ facerent, ad mediterranea fugit loca, idest uicesimo a mari miliario; ibiq;

in quodam

in quodã deserto agello lignorũ quotidie fascẽ alligans, imponebat dorso discipuli. Quo in proxima uilla uenundato, & sibi alimoniã, & his, qui forte ad eos ueniebant, pauxillulum panis emebant.

Sed ueré, iuxta quod scriptũ est, non potest ciuitas latere super montẽ posita. Scutarius quidã, cum in basilica beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immundus spiritus: Ante paucos dies Siciliã ingressus est Hilarion seruus Christi, & nemo eũ nouit, & putat se esse secretum; ego uadam, & prodã illum. Statimq; cum seruulis suis ascensa in portu naue, appulsus est Pachynũ, & deducente se dæmone, ubi ante tuguriũ senis se prostrauit, illicò curatus est. Hoc initium signorũ eius in Sicilia, innumerabilẽ ad eũ deinceps ægrotantiũ, sed & religiosorũ hominum adduxit multitudinem; intantum ut de primoribus quidã tumens morbo intercutis, eodẽ die, quo ad eũ uenerat, curatus sit. Qui postea offerens ei infinita munera audiuit dictũ saluatoris ad discipulos: Gratis accepistis, gratis date.

Dum hęc ita geruntur in Sicilia, Hesychius discipulus eius toto senẽ orbe quærebat, lustrans littora, deserta penetrans, & hanc tm̃ habens fiduciam, quia ubicunq; esset, diu latere non posset. Transacto igitur iã triennio, audiuit Methonæ a quodã Iudæo uilia populis scruta uendente, prophetam Christianorũ apparuisse in Sicilia, tanta miracula, & signa faciẽtem, ut de ueteribus sanctis deputaretur. Interrogatus itaq; habitũ eius, incessum, & linguã, maximeq; ætatem; nihil dicere potuit. Ille enim, qui referebat, famã ad se uenisse tantum hominis testabatur. Ingressus igitur Adriam, prospero cursu uenit Pachynũ, & in quadam curui littoris uillula, famã senis sciscitatus, consona uoce omnium cognouit, ubi esset, quid ageret; nihil in eo ita cunctis admirantibus, q̃ quod post tanta signa, atq; miracula, ne fragmen quidem panis a quoquam in illis locis accepisset.

Et ne longũ faciam; sanctus uir Aesychius ad magistri genua prouolutus, plantasq; eius lachrymis rigans, tandẽ ab eo subleuatus post biduí, triduiq; sermonẽ audit a Gazano, non posse senẽ iã in illis habitare regionibus, sed uelle ad barbaras quasdã pergere nationes, ubi & nomẽ, & sermo suus incognitus foret. Duxit itaq; illum ad Epidaurũ Dalmatiæ oppidum, ubi paucis diebus in uicino agello mansitans, non potuit abscondi. Siquidẽ draco miræ magnitudinis, quos gentili sermone boas uocant ab eo, quod tã grandes sint, ut boues glutire soleãt, omnẽ latè uastabat prouinciam, & non solũ armenta, & pecudes, sed agricolas quoq;, & pastores tractos ad se ui spiritus absorbebat. Cui cum pyram iussisset pręparari, & oratione ad Christũ missa, euocato populo, præcepisset struẽ lignorum scandere, ignem suppositum. Tum itaq; cuncta spectante plebe, immanem bestiam concremauit. Vnde æstuans quid faceret, quò se uerteret, aliam parabat fugã, & solitarias terras mente perlustrans, mærebat, quod tacente de se lingua, miracula loquerentur.

Ea tempestate terræmotu totius orbis, qui post Iuliani mortẽ accidit, maria egressa sunt terminos suos; & quasi rursum deus diluuium minaretur, uel in antiquũ chaos redirent omnia, naues ad prærupta de latere mõtium pependerunt. Quod cum uiderent Epidauritani, frementes fluctus, & undarũ moles, et montes gurgitum littoribus inferri, uerentes quod iã euenisse cernebant, ne oppidum funditus subuerteretur, ingressi sunt ad senem, & quasi ad prælium proficiscentes, posuerunt eum in littore. Qui cũ

tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contra tenderet, incredibile dictu est, in quantã altitudinem intumescens mare ante eũ steterit, ac diu fremens, & quasi ad obicẽ indignans, paulatim in semetipsum relapsum est. Hoc Epidaurus, & omnis illa regio usq; hodie prędicat, matresq; docent liberos suos, ad memoriã in posteros transmittendam. Verè illud, qđ ad Apostolos dictum est: si crediderit is, dicetis huic monti: Transi in mare; & fiet; etiã iuxta literam impleri potest; si tñ quis habuerit Apostolorum fidem, & talem, qualẽ illis habendam Dominus imperauit. Quid. n. interest, utrũ mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obriguerint, & ante senis tantum pedes saxei ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoque percrebuerat. Quod intelligens senex in breui lembo clam nocte fugit, & inuenta post biduum oneraria naui, perrexit Cyprum. Cumq; inter Maleam & Cytherã piratæ, derelicta classe in littore, quæ non antemna, sed conto regitur, duobus haud paruis myoparonibus (myoparon genus naui gñ est ad cursum, & celeritatẽ paratum) occurrissent, & denuo hinc inde fluctus occurrerent, remiges omnes, qui in naui erant, trepidare, flere, discurrere, præparare contos, & quasi non sufficeret unus nuncius, certatim seni piratas adesse dicebant. Quos ille procul intuens subrisit. Et conuersus ad discipulos dixit: Modicæ inquit, fidei, quare trepidatis? Nunq̃d plures sunt hi, q̃ Pharaonis exercitus; tamen omnes, deo uolente, submersi sunt. Loquebatur hic, & nihilominus spumantibus rostris, hostiles turmæ imminebant, iactu tm̃ lapidis medio. Stetit ergo in prora nauis, & porrecta contra uenientes manu: Hucusq;, ait, uenisse sufficiat. ò mira rerum fides; statim resiluere nauiculæ, & impellentibus cõtra remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur piratæ, post tergum se redire nolentes, totoq; corporis nixu, ut ad nauigium peruenirent laborantes, uelocius multo, q̃ uenerant, ad littus ferebantur.

Prætermitto cætera, ne uidear in narratione signorũ uolumen extendere. Hoc solum dicã, quod prospero cursu iter Cycladas nauigans, hinc inde clamantiũ de urbibus, & uicis, & ad littora concurrentium immũdorum spirituũ uoces audiebat. Ingressus ergo Paphum urbem Cypri nobilem carminibus poetarum, quę frequenter terrę motu lapsa, nunc ruinarũ tantum uestigñs, quid olim fuerit, ostendit; in secũdo ab urbe miliario habitabat ignobilis, gaudensq; quod paucis diebus quiete uiueret. Verum non ad plenũ uiginti transiere dies, cum per illã omnem insulã quicunq; immundos habebant spiritus, clamare cœperunt uenisse Hilarionem seruum Christi, & ad eum se debere properare. Hoc Salamina, hoc Curiũ, hoc Lapetha, & urbes reliquæ conclamabant; plerisq; asserentibus, scire se quidẽ Hilarionem, & uerè illum esse famulũ dei, sed ubi esset, ignorare. Intra triginta igitur, nec multo amplius dies, ducenti fermé, tam uiri, quã mulieres, ad eum congregati sunt. Quos cũ uidisset, dolens q̃ se non paterentur quiescere, & quodãmodo in ultionem sui sæuiens, tanta eos orationum instãtia flagellauit; ut quidam statim, alĩ post biduum, triduum uel omnes uero intra unam hebdomadam curarentur.

15 *Hilarion dæmones orationum instantia flagellabat.*

Manens itaq; biennio, & semper de fuga cogitans, Hesychium ad se ueris tempore reuersurum, Palęstinam ad salutationẽ fratrum, & monasterĩ sui cineres uisendos misit. Qui cum reuertisset, cupiẽti rursum ad Ae-

gyptū nauigare,hoc est ad ea loca, quæ uocant Bucolia, eò q nullus ibi Christianorū esset,sed barbara tm,& ferox natio, suasit, ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. Quem cum diu lustrans oia reperisset,perduxit eum duodecim milibus a mari procul, inter secretos, asperosq montes,& quo uix reptando manib⁹,genubusq posset ascendi. Qui introgressus,contemplatus quidem est terribilem ualde, & remotū locum,arboribusq hincinde circūdatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas,& hortulum peramœnū,& pomaria plurima,quorum fructum nunq in cibo sumpsit, sed & antiquissimi iuxta templi ruinam,ex quo(ut ipse referebat, & eius discipuli testant) tam innumerabilium per noctes,& dies dæmonū uoces resonabant,ut exercitū crederes. Quo ille ualde delectatus,quo scilicet antoganistas (aduersarios certaminis)haberet in proximo;habitauit ibi per annos quinq;& sæpe inuisente se Hesychio,in hoc extremo iam uitæ suæ tempore refocillatus est, quod propter asperitatem,difficultatemq loci,& umbrarum(ut ferebatur uulgo)multitudinem,aut nullus,aut rarus ad se uel posset, uel auderet ascendere. Quodam autem die egressus hortulum uidit hominem toto corpore paralyticum,iacentem ante fores. Interrogauitq Hesychium quisnam esset,& quō fuisset adductus. Qui respondens ait, procuratorem se fuisse uillulæ, ad cuius confinia hortulus quoq,in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collachrymans,tendensq ad iacentem manum: Tibi, inquit,dico, In nomine dñi nostri Iesu Christi surge, & ambula. Mira uelocitas. Adhuc uerba in ore loquentis uoluebantur, & iam membra solidata ad standū hominem surrigebant. Quod postq auditum est, etiam difficultatem loci,& iter inuium plurimorum uicit necessitas; nihil æque per circuitū cunctis uillis obseruātibus,q ne quo modo elaberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor,diu eum in eodem loco manere non posse. Quod ille nō ieuitate quadam,aut puerili sensu uictus faciebat, Sed honorem fugiens, & importunitatem. Semper. n. silentium, & uitam ignobilē desiderabat.

16 *Vide hic antiquorū Monachorum simplicem habitum, & inter cætera cucullam.*

17 *Et hic habes cucullā, tunicam cilicinam et sagum rusticum.*

Quid ergo dicis cucullam nouum esse Monachorum habitum?

Igitur octogesimo ætatis suæ anno, cum absens esset Hesychius, quasi testamenti uice breuem manu propria scripsit epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens; Euāgelium scilicet, & tunicam sacceam, cucullam, & palliolum. Nam minister eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaque ad ægrotantem de Papho multi religiosi uiri; & maxime quod eum dixisse audierant,iam se ad Dominum migraturum, & de corporis uinculis liberandum; Sed & Constantia quędam sancta fœmina,cuius generū, & filiam de morte liberauerat unctione olei. Quos omnes adiurauit,ut ne puncto quidem horæ post mortem reseruaretur, sed statim eum in eodē hortulo terra operirent,sicut uestitus erat in tunica cilicina, & cuculla,& sago rustico. Iamq modicus calor tepebat in corpore,nec pręter sensum quicq uiui hominis supererat, & tñ aptis oculis loquebat: Egredere, qd times? Egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta propē annis seruisti Christo,& mortem times? In hæc uerba exhalauit spiritum. Statimq humo obrutum,ante urbi sepultum,q mortuū nunciauerunt. Quod postq Palęstinę sanctus uir audiuit Hesychius,perrexit ad Cyprum, & simulans se uelle habitare in eodem hortulo, ut diligentis custodię suspicionē accolis tolleret,cū ingenti uitæ suæ periculo post decem fere menses corpus eius furatus est. Quod Maioniam deferens,totis monachorū,& op-

18 *Cum mortuorum corpora,præsertim quando recenter obierint, fœtere soleant, unde fit ut ex sanctorum reliquijs fragrantiæ tātæ odores prodeāt, nisi ex uirtute spiritus sancti cuius templa dum uiuerent illi fuerunt, etiam adhuc mortuis assistentē?*

19 pidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, illęsa tunica, cuculla, & palliolo, & toto corpore, quasi adhuc uiueret, integro, tãtisq; fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putares.

Constantia sanctissima mulier perunigiles in sepulchro Hilarionis solita erat noctes ducere, & quasi cum præsente ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Quid dicis hæretice?

Non mihi uidẽt in calce libri tacenda Constantiæ illius sanctissimę mulieris deuotio, quæ perlato ad se nũcio, quod corpusculum Hilarionis Palęstinę esset, statim exanimata est, ueram in seruũ Dei dilectionem etiam morte comprobans. Erat enim solita perunigiles in sepulchro eius noctes ducere, & quasi cum præsente ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Cernas usq; hodie miram inter Palęstinos, & Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tũ in utrisq; locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan ga plus illum locum dilexerit.

Habetur Tomo primo Epistolarum eiusdem Folio 87.

VITA MALCHI MONACHI CAPTIVI

per D. Hieronymum presbyterum scripta.



Vi nauali prælio dimicaturi sunt, ante in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahũt, ferreas, manus, & uncos præparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente uestigio stare firmiter consuescũt, ut quod in simulachro pugnę didicerint, in uero certamine non perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut uenire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tñ uitã dñs dederit, & si uituperatores mei saltem fugientem me, & inclusum prosequi desierint) ab aduentu Saluatoris usq; ad nostram ætatem, id est, ab apostolis, usq; ad nostri temporis fecem, quo & per quos Christi ecclesia nata sit, & adulta, persequutionib⁹ creuerit; martyriis coronata sit: Et postq; ad Christianos principes uenit, potentia quidem & diuitiis maior, sed uirtutib⁹ minor facta sit. Verũ hęc alias. Nũc qđ iminet explicem⁹.

Maronia triginta ferme milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad Orientem distat uiculus. Hic post multos, uel dominos, uel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad papę Euagrii necessarii mei possessionem deuolutus est, quem idcirco nunc nominaui: ut ostẽderem, unde nossem quid scripturus sum. Erat igit illic quidam senex nomine Malchus, quem nos latine regem possumus dicere, Syrus natione & lingua, & ut reuera αὐτόχθων, Anus quoq; in eius contubernio ualde decrepita, & iam morti proxima uidebat, tam studiose ambo religiosi, & sic ecclesiæ limen terrẽtes, ut Zachariam & Helizabeth de euãgelio crederes, nisi q; Ioannes in medio nõ erat. De his cum curiose ab accolis q̃rerem, quę nam esset eorum copula: matrimonii, sanguinis, an spiritus: oẽs uoce consona, sanctos & deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adorsus sum hominem, & curiosius scisitans rerum fidem, hæc ab eo accepi.

Ego, inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus, sed solus parẽtibus fui. Qui cum me quasi stirpem generis sui, & hæredem familię ad nuptias cogerent, monachũ potius me uelle esse respondi. Quantis pater minis, quãtis mater blanditiis persequuti sint, ut pudicitiam proderem, hæc res sola iudicio est, q; & domum & parentes fugi. Et quia ad Orientem ire nõ po

teram,propter uicinã perfidem,& Romanorũ militũ cuſtodiam,ad Occidentem uerti pedes,pauxillulum neſcio quid portans uiatici,quod me ab inopia tm̃ defenſaret. Quid multa? Perueni tandem ad eremũ chalcidos, quæ inter Immam & Eſſam magis ad auſtrum ſita eſt. Ibi repertis monachis,eorum me magiſterio tradidi, manuum labore uictum quæritans, laſciuiamq; carnis refrenans ieiunijs.

Poſt multos annos,incidit mihi deſiderium,ut ad patriã pergerẽ. Et dũ adhuc uiueret mater,iã enim patrem mortuum audieram, ſolarer uiduitatem eius,et exinde uenundata poſſeſſiuncula,partẽ erogarẽ pauperibus, partem monaſterio conſtituerem, quid erubeſco confiteri infidelitatem meam? partem in ſumptuũ meorũ ſolatia reſeruarem. Clamare cœpit abbas meus,diaboli eſſe tentationẽ,& ſub honeſtæ rei occaſione,latere antiqui hoſtis inſidias. Hoc eſſe reuerti canem ad uomitum ſuũ. Sic multos monachorũ eſſe deceptos, nuſquam diabolum aperta fronte ſe prodere. Proponebat mihi exempla de ſcripturis plurima:inter quæ illud,q; initio Adam quoq; & Euã ſpe diuinitatis ſupplantauerit. Et cũ perſuadere non poſſet,prouolutus genibus obſecrabat,ne ſe deſererẽ: ne me perderẽ:nec aratrum tenens,poſt tergum reſpicerem. Væ miſero mihi uici monitorem peſsima uictoria,putans illũ non meam ſalutem,ſed ſuum ſolatium quærere. Proſequutus ergo me de monaſterio, quaſi funus efferret, & ad extremum ualedicens: Video,ait, te fili Satanæ Cauterio notatum:non quæro cauſas, excuſationes non recipio. Ouis quæ de ouilibus egreditur, lupi ſtatim morſibus patet.

De Beræa ad Eſſam pergẽtibus,uicina eſt publico itineri ſolitudo, per quã Saraceni incertis ſedibus huc atq; illuc ſemper uagantur. Quæ ſuſpitio frequentiã in illis locis uiatorũ congregat,ut imminens periculum auxilio mutuo declineẽt. Erant in comitatu meo uiri,fœminæ,ſenes, iuuenes, paruuli,numero circiter ſeptuaginta. Et ecce ſubito equorũ camelorumq; ſeſſores Iſmaelitæ irruunt,crinitis uittatisq; capitibus,ac ſeminudo corpore,pallia & latas caligas trahentes,pendebãt ex humero pharetræ,laxos arcus uibrantes,haſtilia longa portabant. Non enim ad pugnandum, ſed ad prædã uenerant. Rapimur,diſpergimur,in diuerſa trahimur. Ego interim longo poſt liminio hæreditarius poſſeſſor, & ſero mei conſilij pœnitens,cũ altera muliercula in unius heri ſeruitutẽ ſortitus uenio. Ducimur, imo portamur ſublimes in camelis,& per uaſtã eremum ſemper ruinam timentes,pendemus potius q̃ ſedemus. Carnes ſemicrudæ,cibus: & lac camelorum,potus erat. Tandẽ grandi amne tranſmiſſo, puenimus ad interiorem ſolitudinem,ubi dominã liberoſq; ex more gentis adorare iuſsi,cerui ces flectimus. Hic quaſi clauſus carcere, mutato habitu, id eſt,nudus ambulare diſco. Nã aeris quoq; intemperies, nihil aliud præter pudenda uelari patiebaẽ. Traduntur mihi paſcendę oues,& in malorũ comparatione hoc fruor ſolatio,quod dños meos,& cõſeruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere ſancti Iacob. Recordabar Moyſi, qui & ipſi in eremo quondam fuere paſtores. Veſcebar recenti caſeo,& lacte. Orabã iugiter, canebam pſalmos,quos in monaſterio didicerã. Delectabat me captiuitas mea. Agebamq; dei iudicio gratias, q̃ monachum quem in patria fueram perditurus,in eremo inueneram.

O nihil unquã tutum apud diabolum. O multiplices & ineffabiles eius

1 *Hoc facere nolunt ſubuerſores noſtri.*

2 *Vide quod etiam tẽpore Hieronymi Monachi omnia ſua dimittebant,& retinere aliquid, infidelitatis erat ſpecies.*

3 *Tu qui dicis tempore Hieronymi Monachorum inſtitutum longe diuerſum fuiſſe, & quod unuſquiſq; habebat integrã poteſtatem migrãdi ac demigrandi quo uelet. Vide quantum laboris & diligentiæ adhibuerit hic Abbas ne Malchus uel ad tẽpus diſcederet, qui etiã diceret eum Satanæ cauterio notatum, nec recipere ſe abitionis excuſationes, et ouem quæ de ouili egreditur, lupi ſtatim morſibus patere.*

4 *Orabam,canebam pſalmos quos in Monaſterio didiceram. Quæ et nunc a Monachis ſiunt.*

insidiæ. Sic quoq; latentem me inuenit inuidia. Dñs uidens gregem suum crescere, nihilq; in me deprehendens fraudulentiæ, sciebã enim Apostolũ præcepisse: Dominis sic quasi deo fideliter seruiendũ, & uolens me remunerare, quo fidum sibi magis faceret, tradidit mihi illã conseruam meam, aliqñ captiuam. Et cum ego refutarem, diceremq; me Christianũ, nec licere mihi uxorem uiuentis mariti accipere (siquidem captus nobiscũ uir eius, ab alio domino fuerat abductus), rursus ferus ille & implacabilis in furorẽ uersus, euaginato me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia tendens mulierem præoccupassem, ilico fudisset sanguinem.

Iam igitur uenerat tenebrosior solito, & mihi nimium matura nox. Diuo in spelunca semirutã, nouam coniugẽ: & pronubãte nobis mæstitia, uterq; detestamur alterũ, nec fatemur. Tunc uere sensi captiuitatem meã, prostratusq; humi, monachũ cœpi plangere, quem perdebã, dicens: Huccine miser seruatus sum? Ad hoc me mea scelera perduxerunt, ut incanescente iã capite uirgo, maritus fierem? Quid prodest parentes, patriã, rem familiarem contempsisse pro dño: si hoc facio, quod ne facerẽ, illa contẽpsi: nisi quod forte propterea hæc sustineo, quia patriã desideraui? Quid agimus anima? perimus an uincimus? Expectamus manũ domini, an prio mucrone confodimur? Verte in te gladium, tua magis mors timenda est, q̃ corporis. Habet & seruata pudicitia suũ martyrium: iaceat insepultus Christi testis in eremo, ipse mihi ero persecutor & martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoq; micantẽ gladiũ: & acumine contra me uerso: Vale, inquã, infœlix mulier: habeto me martyrem potius quam maritum.

5 *Ecce quod & tunc Monachi seruabant uirginitatem.*

Tunc illa pedibus meis prouoluta: Precor te inquit, per Iesum Christũ, & per huius horæ necessitatem adiuro, ne effundas sanguinem tuũ in crimem meũ. Vel si mori placet, in me primũ uerte mucronem: Sic nobis potius coniungamur. Etiam si uir meus ad me rediret, seruarem castitatem, quã me captiuitas docuit, uel interirem potius quã perderem. Cur moreris, ne mihi iũgaris? Ego morerer, si mihi iungi uelles. Habeto me ergo cõiugem pudicitiæ, & magis animæ copulã amato, quam corporis. Sperẽt domini maritũ, Christus nouerit fratrem. Facile suadebimus nuptias, cũ nos uiderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui, & admiratus uirtutẽ fœminæ, coniugẽ plus amaui. Nunquã tñ illius nudũ corpus intuitus sum: nũ quam eius carnẽ attigi, timens in pace perdere, quod in p̃lio seruaueram.

Transeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fugæ suspitio, interdũ & mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grãde interuallũ dum solus in eremo sedeo, & præter cœlũ terramq; nihil uideo, cœpi mecũ tacitus uoluere, & inter multa, contubernij quoq; monachorũ recordari, maximeq; uultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq;. Sicq; cogitãs, aspicio formicarũ gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora quã corpora. Aliæ herbarũ quædam semina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humũ de foueis, & aquarũ meatus aggeribus excludebant. Illæ uenturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea uerteret, illata semina præcidebant. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant. Quodq; magis mirũ est in tanto agmine, egrediens non obstabat intranti, quin potius si quã uidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrũ mihi spectaculum dies illa præ-

buit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarū ſolertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exẽplo ſuſcitantis, cœpi tædere captiuitatis, & monaſterij cellulas quærere, ac formicarū illarum ſimilitudinem deſiderare, ubi laboratur in mediū, cumq; nihil cuiuſquam ꝓpriū ſit, oīa oīa ſunt.

6 *Vide Monachorū inſtitutum uetus, nihil in priuato habere proprij.*

Regreſſo ad cubile occurrit mulier: triſtitiā animi uultu diſſimulare nō potui. Rogat cur ita exanimatus ſim. Audit cauſas: hortor ad fugam: non aſpernatur. Peto ſilentiū: fidem tribuit: & iugi ſuſurro inter ſpem & metū medij fluctuamus. Erant mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occiſis, utres facio, eorumq; carnes uiatico præparo. Et primo ueſperi, putantibus dominis nos ſecreto cubitare, inuadimus iter, utres & partes carniū portantes. Cumq; peruenißemus ad fluuiū, nam decem milib⁹ aberat, inflatis conſcenſiſq; utribus, aqs nos credimus, paulatim pedibus ſubremigantes, ut deorſum nos flumine deferente, & multo longiuſq; cō ſcenderamus, in alterā nos exponente ripam, ueſtigiū ſequentes perderēt. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex parte lapſæ, uix triduī cibum polli cebant. Bibimus uſq; ad ſatietatē, futuræ nos ſiti præparantes. Currimus, poſt tergū ſemper aſpicimus, & magis noctibus promouemus, q̄ dieb⁹: uel propter inſidias late uagantiū Sarracenoꝝ, uel ꝓp ardorē ſolis nimiū.

Paueſco miſer etiam referens: & ſi tota mente ſecurus, toto tamen corpore perhorreſco. Poſt diē uero tertiū, dubio proſpectu procul aſpicimus duos camelis inſidientes uenire concitos. Statimq; mens mali pręſaga, putare cœpit dñm meditari mortem, ſolē cernere nigreſcentē. Dumq; timemus, & ueſtigijs per arenas nos proditos intelligimus, offert ad dexterā ſpecus, longe ſub terrā penetrās. Igitur timentes uenenata animalia, nam ſolent uiperæ, reguli, & ſcorpiones, cæteraq; huiuſcemodi, feruorem ſolis declinantia, umbras petere: intrauimus quidem ſpeluncā, ſed ſtatim in ipſo introitu ſiniſtræ nos foueę credimus, nequaquā ultra progredientes, ne dū mortem fugimus, incurremus in mortem. Illudq; nobiſcū reputantes, ſi iuuat dñs miſeros, habemus ſalutē, Si deſpicit peccatores, habemus ſepulchrum. Quid putas fuiſſe nobis animi? quid terroris, cū ante ſpecum haud procul ſtarent dominus & conſeruus, & ueſtigio indice iam ad latebras peruenißent? O multo grauior expectata, q̄ illata mors. Rurſus cū timore & labore lingua balbutit, & quaſi clamante dño, mutire non audeo. Mittit ſeruum, ut nos de ſpecu trahat: ipſe camelos tenet, & euagina to gladio, noſtrum expectat aduentum.

Interea tribus ferme uel quatuor cubitis introgreſſo famulo, nobis ex occulto tergū eius uidentibus, nā oculoꝝ iſtiuſmodi natura eſt, ut poſt ſolem umbras intrantibus, cæca ſint omnia, uox per antrū ſonat: Exite furci feri exite morituri. Quid ſtatis? quid moriamini? Exite. Dominus uocat, patienter expectat. Adhuc loquebatur, & ecce per tenebras aſpicimus leænam inuaſiſſe hominē, & gutturæ ſuffocato, cruentum intro trahere. Ieſu bone, quid tūc terroris nobis, quid gaudij fuit? Spectabamus domino neſciente, hoſtem noſtrū perire. Qui cum uideret illum moras facere, ſuſpicatus eſt duos uni reſiſtere. Sed & iram differre non ualens, ſicut tenebat gladiū, ad ſpeluncam uenit, & furore rabido ſerui increpans uecordiam, prius a fera tenetur, q̄ ad noſtras latebras peruenīret. Quis hoc unquam crederet, ut ante os noſtrum, beſtia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, ſimilis ante oculos noſtros uerſabatur iteritus, niſi quod tutius

erat rabiem leonis,cꝫ iram hominis sustinere. Pauemus intrinsecus, & ne mouere quidē nos ausi, præstolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pudicitiæ tantum conscientia pro muro septi. Leęna insidias cauens,& uisam esse se sentiens,apprehēsos mordicus catulos effert,nobiscꝫ cedit hospitium,Necꝫ tamen satis creduli, statim erumpimus:sed expectātes diu: & egredi cogitantes,illius nobis figurabamus occursum.

7 *Ecce quantum præsidium conscientia pudicitiæ.*

Sublato ergo horrore,& illa transacta die egredimur ad uesperam,uidimuscꝫ camelos,quos ob nimiā uelocitatem dromedarios uocant, præteritos cibos in ore uoluere,& in aluū missos iterum retrahere. Quibus ascensi,ut noua sitarcia,id est,annona refocillati, decima tandē die ad Romana per desertū castra uenimus. Oblaticꝫ tribuno,rē ordine pandimus: indę transmissi ad Sabinum Mesopotamię ducem, camelorꝫ precium accepimus. Et quia iā abbas ille meus dormierat in domino, ad hęc delatus loca me monachis reddo,hanc trado uirginibus, diligens eam ut sororē, non tamen ei me credens ut sorori.

8 *Hieronymus hortatur Virgines ut seruent castitatem, nostri hæretici ut nubāt, iudica tu cui magis adhærendum.*

Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit. Hæc ego uobis narraui senex, & castis historiā castitatis expono. Virgines castitatē custodire exhortor. Vos narrate posteris,ut sciant inter gladios, & inter deserta & bestias, pudicitiam nunquam esse captiuam: & hominem Christo deditum posse mori,non posse superari.

VITA VRSACII VIRI SANCTI PER Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib.5. Historiæ Tripartitæ eiusdē cap.33.

THeodoritus. Tempore Constantij Imperatoris Eudoxius Germanicię ciuitatis Eps, qui moriente Leontio,Antiochiæ sedem arripuerat, cœpit sua ferocitate uineam uastare dominicam. Is egerat apud potentes palatij, ut in Nicæa Synodus altera ageret. Sed otium prȩscius Deus, cognoscens futura,ac si iam fuerint gesta, quodam terrȩmotu terribili prohibuit concilium celebrari. Plurimam nancꝫ ciuitatis partem terræmotus ille destruxit, & multos habitantium interemit. Hoc cognoscentes,qui conuenerant,ad suas reuertunt ecclesias. Arbitror enim hoc Dei sapientia factum:in illa nancꝫ ciuitate aduersus Arium a sanctis patribus apostolicę fidei doctrina prolata est. Et forte secunda congregatio potuit illic sancire contraria, ut Arianis occasio eo nomine præberet,quo magis simpliciores capere possent, tancꝫ illam ueterem synodum proferentes. Sed ecclesiarum prospector citius soluit tale cōcilium.

Sozomenus. In momento sane temporis ciuitate concussa,ne fugere quidem potuerunt,sed primo experimento periculi sunt perempti. Fertur autem antecꝫ fieret ea clades, quędam Vrsacium Exmilitem puidisse genere Persam,qui sub Licinio confessor effectus,relictaꝫ militia,in turri ciuitatis diuinam philosophiam exercebat. Cui superna uisitatio apte præcepit exire de ciuitate passura,quę paulo post fierent manifesta. Quo facto,cū uelocitate ad ecclesiā currens,nunciauit clericis,ut dño supplicarent, quo eos ab imminenti periculo liberaret. Quibus cum uideret esse ridiculum, reuersus ad turrim,pronus lachrymas cœpit effundere. Interea terræmotu superueniente plurimi perierunt,reliqui uero per agros,& montana di

sperſi sunt. Vrsacius autem in illa turri repertus est mortuus, pronus iacẽs, sicut solebat orare. Sermo tñ est, quod antecꝙ morereť, rogauerit Deũ, ut prius ipsius finiret uitam, quam cladem inspiceret ciuitatis, in qua prius Christum cognouerat, & ecclesiasticam uidebať participatus esse philosophiam. Is enim conuersatione digna etiam dæmones effugabat.

Quodam nancꝙ tempore cum quidam dæmonio uexaretur, euaginato gladio cœpit per totam discurrere ciuitatem: cũctisꝙ fugientibꝰ, occurrens ei solus, & nominans Christum, uerbo mundauit uirum, & fecit ab illo furore quiescere. Inter cuius diuersa uirtutum ornamenta, etiam hoc meminisse conueniet. Erat draco ante Nicomediam, qui transeuntes suo flatu perimebat, habebatꝙ cubile circa quandam uallem. Quo ueniens Vrsacius, orauit. Tum sponte egrediens ille serpens, ac secundo caput per cutiens, interemptus est. Quod hi mihi retulerunt, qui eundem Vrsacium uiderunt.

VITA IACOBI EPISCOPI NISIBENSIS, per Cassiodorum Senatorem scripta. Theodoritus.

Habetur lib. 5. Historiæ Tripartitæ c. 45.

c Vm sapores rex Persarum contra Romanos expeditionem mouisset, Constantius cum magno exercitu ueniens Antiochiam, fugauit hostes. Quod nõ militia Romanorum egit, sed Deus, qui colitur a Romanis. Modum autem enarrabo uictoriæ. Nisibis, quam quidam Antiochiam Mygdoniam uocant, in confinio posita est Persicarum, Romanarumꝙ terrarũ. Huius erat epͣs, atꝙ rector, & dux Iacobus apostolicæ gratiæ radijs illustratus. Cuius admirabilia, notaꝙ miracula alibi prosecutus, hic rursum enumerare superuacaneũ iudicaui. Sed unum tantũmodo eius opus, istius causa narrationis exponam.

Huius igiť ciuitatẽ Romanis subditam Persarum exercitus obsidebat. Et cum septuaginta dies iugiter obseruaret, & multas quidem cępisset ciuitates, plurimaꝙ circa hanc molimina posuisset, & uallos, atꝙ fossas ꝓ capienda urbe feciſſet, eam nequaquã ualuit obtinere. Postea uero Persæ impetum Mygdonij fluminis ciuitatem mediam diuidentis, a longe retinentes, & utrasꝙ ripas eius facientes celsiores, ut aqua in se collecta concresceret, quo ui maiori posset irruere, cum uidissent iam etiam illas, quas fecerant sublimes ripas impleri, subito auferentes quas fecerant cataractas, emiserunt impetum fluminis contra murum: qui uehementis aquæ pondus non ferens, est inclinatus, & cecidit. Quo facto ingrediens aqua cum magno impetu, etiam aliã partem muri, unde fluuius solebat exire, cũ magna ruina deposuit. Hoc sapores inspiciens, sperauit se sine pugna capere ciuitatem. Et illo quidem die quieuit, ut & fundus fluminis purgareť, & posset ambulari per fluuiũ. Altero uero die cum omni militia credens per loca ruinosa murorũ ciuitatẽ intrare, uidit murum ex utraꝙ parte fabricatũ. Ille nancꝙ sanctissimus homo, orationibꝰ milites coarmauit & alios urbis habitatores. Quo facto & murum restituit, & propugnacula fecit, quibus repelleret accedentes. Et hoc non ad murũ ueniẽs egit, sed intra templum sacratum dño supplicans adimpleuit. Porro saporem non solum muri fabrica terruit, sed etiam altera uisio perturbauit. Vidit

I *Ecce quomodo Episcopus orat intra sacratum domino templũ.*

cõtra quosdam nostri temporis hæreticos, qui nolunt Ecclesias ad orandum esse ædificatas.

enim stantem supra murũ quendã Imperiali schemate circũamictum, & tam purpura, q̃ diademate resplendere. Arbitratus aũt esse Romanorum Imperatorem, mortem minatus est eis, qui nunciauerant non illic eũ esse præsentem. Quibus affirmantib⁹ se uera dixisse, & Constantium Antiochiæ cõmorari, ex uultu, quem uidebat, agnouit eorũ uerba esse ueracia: & ait, Deum bella gerere pro Romanis. Cũq; hoc illum male haberet, infœlix sagittam emisit in aerem. Et cũ uidisset, quod in corpore eũ iaculari non potuisset, tamen a uæsaniæ suæ impetu non recesit.

Tũc igit̃ Ephrem uir mirabilis, & scriptor egregius apud Syros, sacratissimo Iacobo supplicabat, ut ueniret ad murum, & uidẽs Barbaros, maledictionis iacula cõtra eos emitteret. Flexus ergo uenerabilis homo, ascẽdit in quandam turrim: & cum milia milium uideret exercitus, aliam maledictionem eis non imprecatus est: nisi cinyphes, & culices, ut per parua animalia supernam uirtutem potuissent agnoscere. Orationẽ uero sequutæ sunt nebulæ cinyphum, & culicũ. Et elephãtorum quidem proboscidolas, cũ sint concauæ, equorum uero aliorumq; iumentorum aures simul et nares impleuerunt. At illa ferre uim paruorũ animalium non ualentes, sessores suos, ductoresq; excussos dorsis proiecerunt, & diruptas acies confuderunt exercitumq; relinquentes summo impetu fugiebant. Hoc modo misertus est Imperator paruam, clemẽtemq; correptionẽ in se cognoscẽs factam, a deo habente prouidentiam animarum ipsum pie colentium, suum inde reduxit exercitum, confusionem, non uictoriam ex illa obsidione percipiens.

Quãmũis hi duo sermones unus post alterum inueniantur inter opera beati Ambrosij, sunt tamẽ D. Maximi. Vide Gennadium de Viris illus. Ser. I.

VITA SANCTI EVSEBII VERCELLENsis Episcopi, & martyris per D. Maximum Episcopum Taurinensem scripta.

d

Epositionem sancti Eusebij hodie celebramus. Quid est depositio? Non illa utiq;, quæ sepeliendis in terra membrorũ reliquijs clericorum manib⁹ procuratur: sed illa, qua homo uinculis carnalibus absolutus, liber iturus ad cœlum terrenum corpus exponit. Ipsa planè est depositio, in quo concupiscere abijcimus, cessamus delinquere, peccare desinimus; & totũ quicquid saluti est graue, quasi abiecta sarcina oneris exponimus. Nam ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur: quia uere est summa festiuitas, mortuũ esse uitijs, soli uigere iustitiæ. Vnde & depositionis ipsa dies natalis dicit̃: q̃d delictorũ carcere liberati, libertate nascimur saluatoris.

I

Si sanctus Eps ex speciali dono sciuit se saluandum post mortẽ, nõ ergo uerum quod quidã nugãtur, xp̃ianum quemlibet id fidei certitudine scire posse, & scire debere.

Sed uideamus sanctus Eusebius cum qua gloria ad hanc diem depositionis aduenerit. Dicitur enim ante aliquantum tp̃is exitus sui manifesta reuelatione uidisse se Calendis Augusti de monte ad montem uolare; & prophetia quadã hoc interpretatus est, hac die exiturum se esse de corpore. In quo facto nescio quid primũ sit admirandũ; utrum quod meruit exitus sui finem nosse; an quod scire potuerit, quæ illũ post exitum gratia permaneret. Dicit sanctus Dauid: Notũ fac mihi, Domine, finẽ meum & numerum dierũ meorum: & reliqua. Ecce quod Propheta optauerat, martyr accepit. Noticiam, quam ille exorat, iste consequitur; nisi quod salua fide dixerim, amplius promereatur, Ille enim finem postulat nosse: iste ẽt ultra finẽ quid futurum esset agnoscit. Ille usq; ad exitum quid desit igno

rat: iste post exitū quid superſit edixit. Volare ergo se in hac die uidit martyr Eusebius, sicut scimus. Volare nō potest, nisi quod purū, leue, atq; subtile est: Cuius nec sinceritas intēperantia retardat, nec alacritas, nec uelocitas mole grauatur. Grauari autem uolatū dico, non tam mole membrorum, q̄ delictorū. Vnde puto etiā in ipsis auibus ideo uelocius columbā pene præ omnibus uolitare, quod alacritatē, & innocentiam comitetur. Denicq; sanctus Dauid cū puritate mentis uolare concupiscēret, non alterius animantis, nisi columbæ optauit alas, dicens: Quis dabit mihi pēnas, sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? Intelligebat enim quod altiora facilius penetrantur simplicitate mentis, q̄ leuitate pennarū. Volauit ergo hac die sanctus Eusebius. Festinemus iā eius innocētiam de uolatu; & puritatem eius de ipsa elatione iudicemus: Tanq̄ colūba enim in domo dei degens, assumpsit spirituales pennas, & requieuit in monte. Et licet ipse de monte ad montē uolare se dixerit, tamen in ipsa translatione maiorem requiem fuisse significo. Quid enim aliud est de mōte ad montē uolare, nisi de Saluatoris gratia ad patris gloriam properare? Ipsi enim sunt montes, sicut dicit ꝓpheta: Mons de monte sine manibus concidentium; hoc est, Filius de Patre absq; illius creationis accessu.

Ad sancti aūt martyris Eusebij laudem aliquid addere uelle, decerpere est. Tam ineffabiliū enim doctrinarum magister extitit; ut merita eius facilius operibus cognosci possint, q̄ sermonibus explicari. Tantum autem de eo conscientia retinet, quantū oratio, & narratio non prævalet. Igitur gesta illius non uerbis adornanda sunt, sed perstringenda sententijs: præsertim qui scimus eā rem comere nos non debere sermonibus, quā uidemus iā comptam esse uirtutibus: Cum dicat Apostolus: Regnum dei nō in sermone est, sed in uirtute. Ergo ad merita eius aliquid addere uelle, decerpere est: me præcipuè, qui & ignarus rerū gestarum sim, & litterarum imperitus sacrarū, & rudis sacerdotalium functionū. Potuissent autē prædicare sancti hæc prȩcessores mei, usu facilius, experimento probatius, doctrina præclarius, dūm & patrem specialiter beatū. Exuperantiū loquor, qui fuit eius minister in sacerdotio, comes in martyrio, particeps in labore. In cuius uultibus sanctū quoq; Eusebium uidere nos credimus; & quasi in quodam speculo, bonitatis illius imaginē contuemur. Facile enim cognoscimus qualis magister fuerit, cuius talē uidemus esse discipulū. Sed qm̄ confessionis illius similis hunc gloria comitatur, mauult reticere laudes paternas, ne proprias pariter iactare uideatur. Ser. 2.

Quid ergo de martyris Eusebij gloria prædicē; cuius tota plebs ista sit gloria? Et cū dicat scriptura: Gloria patris est filius sapiens; quantę huius sunt gloriæ, qui tantorū filiorum sapientia, & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per Euangeliū ipse uos genuit. Quicquid ergo in hac sancta plebe potest esse uirtutū, & gratiæ, in sancti Eusebij magisterio reperitur. Ex hoc autē quasi quodam uirtutum fonte lucidissimo riuulorū hæc puritas emanauit. Nam quia castitatis uigore pollebat, propositū uirginitatis instituit; quia abstinentiæ gloriabatur angustijs, monachorū introduxit forte seruitium: Quia blandimentis erat præditus lenitatis, cunctorum ciuium in deū prouocauit affectum: Quia pontificij administratione fulgebat, plures è discipulis sacerdotij sui elegit hæredes. Quāuis igitur nonnulli liberis suis relinquant auri, argentiq; thesauros; nemotamē sancto Euse- 2

Dum sanctus Eps in stituit uirgines, & monachos introducit, ut ilia rumpatur ad uersarijs, & Virginitas & Monachatus bona sunt, et deo placent.

bio ditiores reliquit. Siquidem omnes extiterunt aut sacerdotes, aut martyres. Nã ut cætera taceã; illud q̃ admirabile est, quod in hac sancta Ecclesia eosdem monachos instituit, quos clericos: atq; ĩsdẽ penetralibus sacerdotalia officia contineri, quibus & singularis castimonia conseruat: ut esset in ipsis uiris contemptus rerũ, & accuratio leuitarum; ut si uideris monasterĩ lectulos, instar orientalis propositi iudices; si deuotionis cleri perspexeris, angelici ordinis obseruatione gaudeas.

Illud aũt tacẽdum omnino non arbitror; quod cum Arrianor̃ detestãda perfidia totam cum uniuerso mundo Italiam perturbasset; atq; eiusdẽ pestilentiæ sacerdotes simplicitatẽ sancti Dionysĩ martyris captiuassent, ita ut subscriptionis eius uinculum retinerent; qua illum é manibus eor̃ sapientia liberauit? Sicut enim ait sanctus Paulus, Factus sum Iudæis tanquã Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem: ita Eusebius hæreticis hæreticũ se esse mentitus est, ut de hæresi filium liberaret. Dixit se enim eorum consentire perfidiæ; hoc sibi placere quod illis: sed q̃ sibi filiũ Dionysium in subscribendo præponerent, grauiter se moueri. Vos enim, inquit, qui dicitis filiũ dei Patri deo æqualem esse non posse, cur mihi filium prætulistis? Qua illi ratione permoti, statim sancti Dionysĩ chirographum deleuerunt, priorẽ locum subscribendi beato Eusebio deferentes. Quos ille increpãs, & irridens, ait: Neq; ergo me uestris sceleribus polluo, neq; filium meũ uobiscũ participare permitto. Vnde cum dicat Euangeliũ; In hac generatione prudentiores filios tenebrarum esse, quã lucis: ecce hic ipsis tenebris prudentior filius lucis inuentus est.

Tunc illi grauiter indignantes ita nequitiam suam fuisse delusam, nouis eum per Constantiũ principem passionibus uexauerunt. Nam post multas iniurias Orientis plagæ, illum in exilio relegarunt: in quo tanta passus est, ut martyrĩ inuictam gloriã reportaret. Dicitur enim inter cætera passionum genera hoc pœnale passionis supplicĩ pertulisse, ut dum interrogaretur ab Arrianis; & se eor̃ communicare perfidiæ, denegasset, scalar̃ procliui tractu supinis pedibus ad imum usq; pertraheretur. Et iterum reuocatus ad summum, interrogatus denuo, cum eadem respondisset, eadẽ pateretur: ac sic ftequentẽ interrogationem, frequenter huiusmodi supplicium fuerit subsecutum. In qua passione sancti Eusebĩ martyris licet fuerit quassatũ caput, elisum corpus, membra confracta; animus tũ fidei mansit inuictus. Nam quanto plus illũ Arriana perfidia corporaliter lacerabat, tanto magis eum catholica integritas spiritualiter refouebat. Quem quidem scalarũ ascensum, atq; descensum possumus dicere, quem Iacobus somnians prophetarit. Et sicut ille uidit etiam istas scalas ab imo ad cœlestia usq; pertingere; sic quidem per has & Eusebius ascendit ad cœlum; & Arriani ad inferos descenderunt. Vnde, fratres, sanctũ Eusebiũ Machabæorum martyrum choro annumerãdum puto: siquidem illi singulis mẽbris martyrium pertulerunt; hic autem totius corporis passione Dominũ sit confessus: Nec disparem eorum esse gratiam, quos etiam dies una in martyrio copulauit.

VITA EVSEBII, NECTARII, ET ZENONIS MARTYRVM per Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.

Habetur lib. 6. Hiſtoriæ Tripartitæ ca. 11.

Socrates. Tẽpore Iuliani Imperatoris, Euſebius, Nectarius, & Zenon fratres Chriſtiani fuerunt, contra quos odiũ exercentes populi Gazęorum, domi cœlatos, & comprehenſos, uinculisq; traditos, atq; flagellatos: poſtea conuenientes in Theatrum, aduerſus eos clamare cœperunt, quaſi eorum tẽpla deſtruxiſſent, & in iniuriam Paganorũ præterito tempore multa geſſiſſent. Cumq; ſe mutuo (ut uulgus ſolet) excitarent concurrentes ad carcerem, & educentes eos crudeliter occiderunt, nunc in terra pronos, nũc ſupinos trahentes, atq; percutientes, & uulneratos lignis, lapidibus, atq; fuſtibus. Audiui nanq; etiam muleres egreſſas, & cum radijs telarum eorũ corpora uulneraſſe: & cocos publicos, alios aquam, alios feruentes ollas fudiſſe ſuper eos, alios ſubulis eorum membra perforaſſe. Cumq; eos dila ceraſſent, capitaq; fregiſſent, ita ut cerebrum in terra iaceret, deduxerũt extra urbem, quo ſolebant mortua iumẽta proijcere: ibiq; eorum corpora concremantes, oſſa, quæ remanſerãt, inter cadauera camelorum, & aſinorum permiſcuerunt, ne poſſent facile reperiri: quod non diu latuit.

Quædam nanq; mulier Chriſtiana, non tamen de Gaza, diuino præcepto per noctem ea colligens, & in Vrnam recondens, Zenoni eorum cõſobrino ſeruanda cotradidit. Deus enim per uiſionẽ mulieri reuelauit hunc uirum: ei nanq; erat ignotus, & nuper habita pſecutione cęlabatur. Hoc ergo modo per mulierẽ reliquias eorũ accepit, & interim domi ſeruabat. Quumq; is eiuſdem eccleſiæ ſuſcepiſſet epiſcopatum, imperãte Theodoſio, fabricata Baſilica ante ciuitatem, & altari fixo oſſa martyrum collocauit iuxta confeſſorem Neſtorem. Qui dum in uita ſua cum iſtis ſuis proximis habitaret, cum martyribus compręhenſus a populo, uinculis eorũ, flagellisq; participatus eſt. Is enim cum traheretur habens pulcherrimũ corpus, ad miſerationem perſequentes adduxit. Quem extra portas ſemiuiuum, morti tamen proximum proiecerunt. Hunc colligentes quidã, ad Zenonem adduxerunt. Apud quem dum curaretur, defunctus eſt.

I

Si ſanctorum martyrum eſſent tantum oſſa emortua, et nihil diuinæ gratiæ in ſe latens (ut dicunt Hæretici) continerent, diuina uiſione nõ fuiſſent repta oſſa iſta, quo poſtea in Baſilica altari fixo conuenienter collocarẽtur.

VITA MARCI EPISCOPI ARETHVSINI per Caſsiodorum ſenatorem ſcripta.

Habetur lib. 6. Hiſtoriæ Tripartitæ ca. 12.

Socrates. Heliopolitani, & Arethuſij Syriam habitantes, ad tãtam uenere crudelitatem (ſicut illorũ temporum homines explanauerunt) ut ſacras uirgines inſolitas a populo uideri, pũblice nudatas ſtare cogerent in Theatro. Quas primo irriſerunt, poſtea totonderunt, nouiſsime per medium ſectas, porcos, ut eas deuorarent, prouocabãt. Vt ergo reor, Heliopolitas ad crudelitatem ſacrarum uirginum res illa perduxit, eo quod paterna conſuetudo, qua fornicabantur eorum uirgines, antequam nuberent, prohibita uideretur. Cõſtantinus. n. deſtructo in ea ciuitate Veneris templo, prius apud eos cõſtruxit eccleſiã, et cõſuetas fornicatiões lege ꝓhibuit exerceri.

Arethuſij uero Marcum ſuæ ciuitatis epiſcopum ſenem, uita, & conuerſatione reuerendum, mirabili morte peremerunt. Hunc enim etiam prius

habuerunt exosum,eo quod Constãtĩ temporibus, ut Paganos ad Chri
stianismum adduceret,templum illorũ ornatissimũ,preciosissimumq; de
struxisset. Cumq; Iulianus imperaret, motus in eũ est, & præcepit,ut aut
æstimationem templi redderet,aut id rursus ædificaret.Et eũ utrunq; im
possibile foret Christianis,simul & sacerdoti,primo fugit secundũ Euan
gelicam legem:postea uero cũ multi propter eum periculis,& necessitati
bus subderentur,de fuga reuersus est, & spõte semetipsum populo,ut qđ
uellent,in se exercerent,contradidit. Qui dũ laudare philosophum debuis
sent,credentes potius contemptorem,irruẽtes in eum,& per singulas pla
teas trahentes,eius capillos,& membra dilacerabant uiri, simul & fœmi
næ,ita ut tenuibus restibus eius aures abscinderent. Ac pueri apud magi
stros positi,illudebant ei,alapis cædentes,& graphĩs sine aliqua misera-
tione pungentes. Quem etiam in cuniculos deposuere fœtentes. Cumque
adhuc respiraret,eum melle,& liquamine perungentes,& in sportam im-
mittentes suspenderunt in aere. Fertur ergo tunc uespis, & apibus ipsum
contingentibus,& carne eius uescentibus dixisse Arethusĩs,quod ipse q-
dem esset excelsus,illos uero uideret in humili constitutos,sed postea etiã
ipsos fore passuros.

Theodoretus.Hoc igitur agentes,cogebant eum,ut templum reædifi-
caret,aut daret impensas. Quod dum non faceret, putãtes pauperem,uel
medietatem petebant pecuniarum; nouissime uel paucum aliquid exige
bant. Quibus ait: Nec unum obolum pro omnibus dabo. Sic igitur supe-
rati,ab eius supersedere supplicĩs.

Sozomenus. Sermo fertur,quod tunc præfectus prẽcipue Paganus fue
rit admiratus Marci Constantiam,& ad principem ueniens quæreretur,
dicens esse pudendũ, ut in uno sene tanta tormenta peragerentur: Et Chri
stianos,cum talia paterẽtur,fieri glorioſos, se uero magis esse opprobrio.
Marcus ergo tali est fine coronatus.

*Habetur lib.6.Histo
riæ Tripartitæ ca. 13.*

VITA MACEDONII THEVDOLI, ET TATIA-
ni martyrum,ac Busyris confessoris,per Cassiodo-
rum Senatorem scripta.

Ozomenus.Eodem Iuliani Imperatoris tempore,Macedo
nius quoq;,Theodulus, & Tatianus Phryges martyrĩ pi-
gnora consecuti sunt.Nam cum in Meroe ciuitate Phrygię
templum aperuisset prouinciæ iudex,& longo tempore ple
num ruderibus emundaret,ingredientes isti per noctẽ,idola
contriuerunt. Quumq; propter hoc multi cõprehensi ad supplicium du-
cerentur,illi semetipsos exhibuerunt,Quos dum iudex,quasi habita satisfa-
ctione delictorum,nollet occidere,populis clamantib?, uario tormento-
rum genere castigauit. Nouissime uero in craticula superpositos ardere
præcepit.Cumq; cremarentur:Si assis (inquiunt)carnib?, ò Amati, delecta
ris(sic enim uocabat iudex)altera latera ignibus obĩce,ne cum comedere
cœperis,carnes semicrudas iuenias. Et isti ergo fortissimo certamine de-

Aiunt autem Busyrim in Ancyra Galatię,clarissimã, fortissi (uicerũt-
mamq; habuisse confessionẽ, cũ fuisset in hęresi, q̃ uocat τῶν ἐγκρατιτῶν,
id est abstinentium. Hunc enim cũ iudex cõprehendisset, quasi paganis
insultantem,torquere uolebat in publico,iussitq;,ut appenderet in ligno.
Tunc Busyris extensis cito manibus supra caput, nudauit latera,dicens,

non opus esse ut ministri appendendo se, deponendoq; laborarent, quũ esset ipse paratus ad pœnã, quã uellent exercere, & latera sua tortoribus præpararet. Miratusq; eius promissionem iudex, rei experimento magis obstupuit. Nam cum ungulæ ferreæ uehementius latera eius exararent; quãdiu iudici placuisset, sustinuit manus extensas, & plagas cum alacrita te susceptit. Post hæc aũt reductus i uincula quiescebat. Porro paulo post morte nuntiata Iuliani, usq; ad Theodosi principatũ uixit, & in ecclesia catholica, acta pœnitentia prioris hæreseos, conuersatus est.

VITA BASILII ECCLESIAE ANCIRANAE PRESbyteri & Eupsichij Cæsariensis martyrum, per Cassiodorum Senatorem conscripta.

Habetur lib. 6. Historiæ Tripartitæ ca. 14

Ozomenus. In illo porro Iuliani tempore, ferunt uitam finisse martyrio Basilium Ecclesiæ Anciranæ presbyterum, &
ſ Eupsichiũ Cæsariensem Cappadociæ, ducta nuper uxore, cũ adhuc quasi sponsus esse uideret. Eupsichius enim perem ptus est propter fortunę templum, quod (sicuti iam dixim⁹) dirutũ fuerat, & in cõmuni Cæsarienses irã principis sunt experti, & alij quidem morte, alij fuga mulctati sunt. Basilius autem studiosus uir, circa dogma probatus, dum uixit Constantius, restitit Arianis. Et propterea Eudoxij decreto ab ordine est remotus ecclesiastico.

Cũ uero Iulianus tenuisset Imperiũ, Christianos publice cõmonebat, ut proprium dogma seruarent, nec Paganorũ superstitione macularent, honoresq; collatos a principe pro nihilo iudicarent, temporales uticq;, & perpetuæ dãnationis authores. Propterea ergo in suspitionem, & odium ueniens Paganorũ, qm̃ publice sacrificantes inspiciens stabat, & ingemiscens orabat, atq; clamabat, ne ullus Christianorum huiusmodi errore teneret obnoxius, cõprehensus, & traditus prouinciæ iudici, multaq; tormẽta fortiter sustinens, martyrio cõronatus est. Hæc colligens in unum retuli, licet diuersi anni, uel dies eorum uideantur esse martyrij.

VITA CYRILLI DIACONI, ET ÆMILIANI martyrum, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 6. Historiæ Tripartitæ ca. 15.

Heodoretus. Quæ idolorum seductionibus subditi Iuliani tpe cõmiserint, multa quidem sunt & proprijs libris egẽtia:
t sed ego ex multis pauca narrabo. In Ascalone siquidem, & Gaza, uirorum sacerdotio dignorũ, & mulierũ uirginitatis cõuersatione pollentiũ, diuidentes uteros, & hordeo cumulantes exposuerunt deuorationi porcorũ. In Sebastia uero, quæ est eiusdẽ prouinciæ ciuitas, Ioannis Baptistæ loculum aperuerunt, ignique tradiderunt ossa, ac puluerem dispersерunt.

t *Vide proprium hæreticorum, apire sepulchra sanctorum, ossa eorum igni tradere, & puluerem dispergere. Quod & in Anglia nostro tempore factum fuisse nouimus.*

Porro scelus quod in Phœnice cõmiserunt, quis poterit uel dicere sine lachrymis, uel audire? In Heliopoli enim, q̃ est circa Libanum, erat quidã diaconus nomine Cyrillus. Is imperante Constantio, succensus zelo diuino, multa idola, quæ ibi adorabant, contriuit, & igni cremauit. Cuius facti memores uiri nephandi, non solum peremerunt eũ, sed etiam secantes uentrem, ex eius iecore comederunt. Qui tamen omniũ inspectorẽ oculũ non potuerunt effugere, sed dignas dederunt sua temeritate pœnas. Qui-

cunq; enim illo scelere participati sunt, dentib⁹ oibus priuati sunt. Sed & ipse linguae pariter defluxerunt, consumptae putredine. Perdiderunt etiam uisum, & affectionibus suis uirtutem praedicauerunt omnibus pietatis.

In Emesa uero, quae est in eius confinio ciuitatis, Dionisi γυνάϊα, id est, Baccho mulebri, ecclesiam quae Deo nuper fuerat aedificata, dedicauerunt, ad derisionē simulachrū istud statuentes ἀνδρόγυνον, id est, quod uirum monstraret, ac foeminam.

In Dorostolo uero insigni Thraciae ciuitate, Æmilianus inuictissimus decertator, a capitolino uniuersae Thraciae iudice igni traditus est. Porro Marci Arethusij episcopi gesta, uel passio, Æschili, & Sophoclis magniloquentia nosci indigere, ut digne actus illius Tragoediae ordine recitent.

Habetur lib. 6. Historiae Tripartitae ca. 27

VITA ELEVSII, CYZICENI, ET TITI, BOSTRENsium Episcoporum, ac Romani militis, per Cassiodorum Senatorem scripta.

1

Videre egregium Imperatorē satis iustas causas reperisse amouendi loco sanctum Epm, nempe qd templa paganorū uastauerat, uiduarum pabula sacrarumq; uirginum monasteria constituerat, et paganis suaserat ut paternā religionem deserentes, ad xpianum dogma se conferrēt. Considerent haeretici nostri si in aliquo horum peruerso huic Apostatae simules reperiantur.

Ozomenus. Cyzicenis legatione fungentibus apud principem Iulianum de proprijs rebus, & Paganorū restitutione templorū, laudans eos pp sacrorum curā, q̄ postulauerant, uniuersa cōcessit. Eleusium aūt eius ciuitatis remouit Epm, ueluti uastatorē tēplorū; & quia uiduarū pabula, sacrarūq; uirginum monasteria constituerat, Paganisq; suaserat, ut paternā religionem relinquentes, ad Christiana dogmata se conferrent Interdixit etiam Christianis peregrinis, ne uenirent Cyzicum, credens quod religionis causa excitarent seditiones, eosq; alij eius ciuitatis Christiani fouerent. Et publici simul opifices, artificesq; monetę, qui in duas erant diuisi partes principum praecepto priorū, cū uxoribus, atq; liberis Cyzicum habitare sunt iussi. Hi enim singulis annis certā oblationē publico conferebant; alij quidem militū chlamydes, alij uero pecunias nouas.

Cum igitur modis omnibus placuisset Iuliano ritum constituere Paganorū, uim quidem inferre, atq; tormenta populis sacrificare nolentibus fatuum iudicauit. Sed hoc tantūmodo praecepit, ut p singulas ciuitates numerus eorū cōscriberet: quos tñ nequaq; aut adorare prohibuit. Sciebat enim, quia non posset ulla necessitas suspēdere, quod uoluntas spontanea suggessisset. Porro clericos, & ecclesiarū praesules, a ciuitatibus submouere festinabat, studens ut eorū absentia paulatim soluerē ecclesia; neq; sacrorum ministri, nec qui docerēt, uel qui ministerijs participarent, existerent: & per hoc longo tempore paterētur propriae religionis obliuionem.

2

Et hoc nostro tempore abunde factum nouimus a perfidis haereticis. Quod si non credis, intuere Germaniam et Angliam nobilissimas prouincias.

Bostrensibus itaq; publica uoce praecepit, ut Titum suae tunc ciuitatis epm procul expellerent. Cumq; iussisset hoc, clericisq; minaret, quasi ipsi facerent turbas in populo. Tunc Titus libellū destinauit Imperatori, contestans eum, ac dicens, quod inimica inter se esset turba Paganorū, atque Christianorum: & sua suasione Christiani magis a seditione quiescerent. Quo facto uisus est Imperator ex huiusmodi uerbis Tito inimicitias populi concitare, scribens Bostrensibus, Titum eorū accusatorē fuisse, dicēdo ipsius monitis, non sua uoluntate populum a seditione cessasse: cumq; uelut hostem, populo suadebat expellere. Nō enim quod iustum erat, aut legitimum iubebat agi, sed odio religionis, urbis quidem culpare, operibus autem mala perficere contendebat. Quapropter per ciuitates, & puincias

uincias Christiani diffugiebant.

Huius participes plurimi meorũ fuere progenitorũ. Simul & auus, qui de patre pagano natus, ipse cum tota domo, & qui erant ex genere Alaphionis, Christiani primo sunt facti in Bethelea uico Gazensiũ ualde populoso, habentique templa antiqua, ædificiaq; pulcherrima, & maxime Pãtheon in ciuitatis arce locatã eminens super omnem uicũ. Quẽ locũ arbitror ex uoce Syra, & Græca, deorũ habitaculum nominatum. Fertur aũt his omnibus fuisse Christianismi authorẽ Hilarionem monachũ. Cũ enim dæmonio uexaretur Alaphion, diu pagani, atq; Iudæi incantationibus, & lustrationibus apud eum usi, nihil illi prodesse potuerunt. Verum Hilarion solũmodo Christi nomen inuocans, dæmoniũ effugauit, eumq; in religionem Christianam repente transportauit.

Floruit itaque meus auus in expositionibus & interpretationibus scripturarum nostrarũ; qm̃ erat ingeniosus, scientiaq; fultus, ita ut nec Arithmetica artis esset expers, ac propterea Ascalonitis, & Gazensibus, & in circuitu Christianis ualde gratus, tanquã religioni necessarius, & ad soluendas dubitationes scripturæ diuinæ utilis. Primi siquidem isti in eo loco ecclesias, & monasteria construxerunt, easq; honestate, atque hospitalitate peregrinorum, & indigentium pariter ornauerunt. Ex quo genere usque ad nostram ætatem fuerunt uiri optimi, quos grandæ uos iuuenis ipse perspexi.

3 *Ecce q̃o qui a principio a gentilitate ad xp̃i fidem conuertebantur, ecclesias & monasteria ædificabant, & honestate atq; hospitalitate pegrinorum & indigẽtium ornabant. At nunc hæretici & hæc & illas destruunt et diripiunt, Cuius rei signum est hoc?*

Igitur Imperator iampridem dans operã, ut paganismum in omni sua ditione dilataret, grauiter ferebat, uidens Christianos magis approbari. Et templa quidẽ erant aperta, sacrificiaq; paganorũ per ciuitates secundum uoluntatem illius procedebant. Ipse aũt sollicitus erat, ne feruor ipsius ob Christianorum multitudinẽ frustrareť. Et maxime augebať, quod multorũ sacerdotum suorũ Christianas audiret esse uxores, & filios, atq; seruos. Considerans autẽ Christianismum ex uita bona, & conuersatione consistere, studuit ubiq; templa Paganorũ constructione, & ordine Christianæ religionis ornare, sedibus, atq; processionibus, Paganorumq; dogmatibus, atq; monitionibus. Lectores suæ superstitionis instituit, instar clericorũ, ut & horas certas, & dies orationum solenniter obseruarẽt, prę cipiens pariter habere curam utrorũ, atq; mulieres philosophari scientes, habitaculis peregrinorũ, & pauperum, aliaq; prouidentia circa egenos exhibita. Paganorũ religionem componere, & pietatis habere nomen. Si quis autem sponte uel inuite peccaret, secũdm traditionẽm Christianorũ instituit, ut post pœnitentiã, mediocrem sustineret correctionem. Præcipue uero imitatus dicitur notas literarũ episcopalium, quibus solent alteri alteri scribentes cõmendare peregrinos, & quo proficiscantur, & a quibus ueniant, modis omnibus indicare, & solatia promereri, tanquã noti, & amici sint testimonio missi signaculi. Hæc considerans dabat operã: ut Pagani Christianorũ assuescerent officijs. Sed qm̃ multis incredibile est eum studia Christianorũ sequi uoluisse, nõ aliunde q̃ ex ipsius Imperatoris seribus est probandũ. Hmõi. n. Arsacio pontifici Galatiæ scripta misit.

4 *Cõstituit Iulianus paganos horas certas habere, & dies orationum quas solenniter obseruarent sicut Clerici Christianorũ*

Paganorũ ritus nondum agitur secundum sentẽtiam nostram, propter cultores eius in negligentia positos. Nam deorũ claritas, magnitudo, atque sublimitas, omni oratione, omniq; spe maior est. Sed propitij̃ sint nostris mentibus dij̃ propter negligentiam, quam habemus; cum illorũ pro-

uidentia in paruo tempore tanta mutatio facta sit, quantã ne petere quidem quisquam ausus fuisset. Cur ergo credimus hoc posse sufficere, neq; respicimus quemadmodum superstitionẽ Christianorũ auxerit cura peregrinorum, & circa sepulturas, & mortuos multa officia, honestaq; cõuersationis studia, nõ uera, sed ficta? Quas res arbitror apud nos debere sub ueritate geri. Non itaq; satis est te talẽ esse, sed omnes absolute circa Galatiam sacerdotes: quos aut deprecare, aut ratione flecte, aut certe festinãter a sacerdotali ministerio remoue, nisi dñs cũ cõiugibus, & filijs, atq; seruis colla submiserint: non ferentes ulterius suos seruos, aut filios, hoc facere contemnentes, aut Galilæos impie contra deos agẽtes, & impietatem pietati præponentes. Deinde cũctos admone, ut sacerdos neq; ad spectacula procedat, neq; in tabernis bibat, aut cuiquam arti, operibusue turpibus, aut pudendis præsit. Qui obediunt honorent: inobedientes expelle. Xenodochia constitue per singulas ciuitates, ut nostra peregrini clementia perfruantur: non tm̃ nostri, sed etiam extranei pecunijs indigentes. Et ut habeas unde fiat, interim decreui singulis annis triginta milia modiorũ tritici per uniuersam dari Galatiam, & sexaginta milia sextariorũ uini. Horum quinta pars pauperibus templa obseruantibus debet expendi, reliqua peregrinis egentibus distribui. Turpe nanq; est, ut Iudæos quidem non abijciant, sed potius nutriant impij Galilæi & suos pariter, nec non et nostros: nostri uero nostrorũ solatio deserantur. Quapropter doce etiam collationes facere Paganos ad talia ministeria, Paganorumq; uicos offerre dñs primitias frugum, eosq; huiusmodi benefactis institue, docens eos hoc opus olim fuisse nostrorũ. Homerus enim hoc probat, introducẽs Eumæum talia faciẽtem. Nos ergo ne bona quidem nostrorũ imitamur, sed alijs permittimus negligentia non confusi, magis autem deorum reuerentiam respuentes. Si igitur hæc te facientem ego cognouero, lętitia plenus ero. Præsides prouinciarum rarius in domũ susci pe: frequenter eis scripta transmitte. Ingredientibus eis ciuitatẽ sacerdotum nullus occurrat. Cumque ad templa uenerint deorum, intra ianuas eos nemo præcedat militum forte, aut præcedentiũ Officiorũ: sed qui uoluerit, subsequatur. Cum ad ipsum limen templi peruenerit, priuatus existat. Tu enim, sicuti nostri, intus es iudex. Hoc enim etiam sacra sanctio uidetur exigere. Obedientes igit pro ueritate pij sunt: reluctantes uanæ gloriæ comprobantur. Quid enim patiatur, aut quod mereatur auxiliũ, qui matrem deorum propitiam habere noluerit? Qui ergo eam neglexerint, non solũ sine querela non erunt, sed etiam nostræ indignationis impetũ sustinebunt. Neq; enim phas est, ut illi parcatur, qui deos habuerit inimicos. Suade igit eis, ut si mea uolũt frui tuitione, omnes Matri deorum studeant offerre culturam.

5 *Christianorũ religionem auxit cura peregrinorum, & circa sepulturas & mortuos multa officia. Cur ergo hæretice postremum hoc detestaris, & dicis sacerdotum cupidorũ esse nouum inuentum?*

Hæc itaq; faciens Imperator ad abolitionem Christianorũ, persuadere hoc subditis non potuit, & aperte uim inferre erubuit. Inter hæc ut ad Paganismum milites insuescerent, studuit ad priscum schema reformare signum illud sublimius Romanorũ, quod Constantinus (sicut prædictum est) in crucis formam mutauerat. Verum in publicis imaginibus depingebat Iouem, quasi de cœlo illi coronam, & purpuram deferentem, Mercurium, & Martem in se respicientes, uelut pro testimonio sapientis, & fortis. Et hoc agebat imaginibus, ut sub occasione Imperij latenter adorarẽtur dñs: & hoc modo subditi clanculum fallerẽtur. Arbitrabatur enim, q&

si hoc uolentibus imponeret, postea quæ uellet impleret: Si uero respuentes agnosceret, uenia adempta torqueret, tanquam circa Romanorũ solennia reluctantes, & in rempublicam, atq; ipsum Imperiũ delinquentes. Pauci uero etiam pœnis subditi cognouerunt dolũ: quia sicut moris erat, adorare noluerant. Turba uero (ut fieri solet) per ignorãtiam simpliciter imagines adorabat. Quod tñ Imperatori nil profuit. Cumq; multa excogitaret, quibus Paganorũ ritus extolleret, inuenit modum, qui compluribus militibus Christianis claræ uirtutis coronã dedit. Quũ uenisset enim tempus, quo Imperalia milites solent dona accipere (hoc enim agitur plerunq; die Kalendarũ Ianuariarum, & natali principum, & urbium regiarum) exquisiuit ut eos simpliciter, & ex prisca consuetudine fallere posset, iussitq; ut unusquisq; ad manum Imperatoris accedẽtium, admonitus ab officijs, primo incensum offerret. Erat. n. ante eum positum thus, & ara, secundum antiquam Romanorum solennitatem.

Tunc quidem alij libere suam fortitudinẽ ostenderunt, & neq; incensum offerre, neq; donũ accipere ab Imperatore sustinuerunt. Alij uero occasione legis, & antiquitatis, ne mente quidem perceperunt, quod cõmisere peccatum. Alij propter lucrum capti, aut timore turbati, seu iussione repentina concussi, licet intellexerint, tñ Paganismum declinare nequiuerunt. Plurimi siquidem per ignorantiam decepti cum inter cibos (ut fieri solet) & pocula inuocarent inter se Christum, respondens quidam dixit: Quid patimini inuocantes Christũ, quem paulo ante denegastis, cum donum ab Imperatore percipientes thus in ignẽ mitteretis? Cumq; hoc milites audissent, & quod gesserant agnouissent, statim exilientes per publicum currebant, atq; impetu facto proclamabant deũ suum, & cũctis hominibus testabantur se esse Christianos, & in eo nomine permanere, atq; per ignorantiam se fecisse, & (si dici posset) solã manum Paganã esse, conscientia uero nihil simul egisse. Quumq; uenissent ad principem, proiecerunt aurum, quod acceperant, & forti uoce poscebant, ut reciperet, quod dedissent, & illos occideret. Se enim pœnitentiã agere fatebãtur, eo quod improuide eorum dextra peccasset; & studere propter Christum totum corpus pœnæ contradere.

Theodoretus. Hæc igit furorem mouerunt Imperatoris. Et primo quidem eorũ capita iussit amputari. Quumq; deducerentur ad mortẽ, sequẽte populo, miranteq; uirtutem eorũ pro pietate susceptam, uenerũt ad locum, ubi rei puniri solent. Tunc speculatorem rogauit senior omniũ, ut primo cuiusdam caput nomine Romani adhuc adolescentis abscinderet; ne dum alios respiceret, frãgeretur. Quumq; ille genua fixisset in terra, & gladium speculator euaginasset, uenit repente nuntius, clamore prohibens necem. Porro iuuenis ille ait, morte frustratus: Non fuit Romanus dignus, ut Christi martyr appellaretur. Et licet sanguinem sceleratus Imperator fundi prohibuisset, ductas inuidia, non tñ eos in ciuitatibus habitare permisit, sed ad ultima Romanorum loca in exilium misit.

Sozomenus. Postea uero præcepit, ut qui sacrificare nollent, in palatiũ non intrarent, & neque collegio, neq; foro eos, neque arbitrio, neq; ulla dignitate, nec aliqua administratione participare iussit.

Theodoretus. Cum igitur Iulianus apud Pythium Daphnæum peteret responsa de Parthici belli uictoria, & ille uicinia corporis Babylę mar

tyris accusaret, iussit eius corpus auferri. Ob quam rem cū Christiani festiuitatem deducto corpore psallentes agerent, & indignatione principis quidam Theodorus iuuenis multa passionū tormenta pertulisset, hoc q̄dem facto, fallax dæmon martyris gloriā auxit, suum uero mendaciū clarius detexit. Fulmen nanq; cœlitus missum, omne templū accendit, & ipsum Pythij Apollinis simulacrum redegit in puluerē. Erat enim ligneum, sed foris deauratū. Quod noctu Prefectus Orientis tunc nomine Iulianus Iuliani θεῖος, id est, auunculus, cognoscens, festinanter uenit Daphnen, uolens succurrere deo, qui ibi colebatur: uidensq; eū redactum in cinerem, νεωκόρους, id est, ædituos uerberib⁹ affligebat, credēs hoc ab aliquo Christiano fuisse commissum. Qui licet torquerentur, tñ mentiri noluerunt, clamantes incendiū non ex infernis, sed e supernis habuisse principium. Ad hæc etiam rustici uicinorum uenientes locorum, dixerunt se uidisse fulmē cœlitus fuisse delapsum.

6

Tu qui Ecclesias xpi destruis, & cunctis accessibile facis dei sanctuarium, qui diuinas aras polluis, qui uasorum sacrorū ornamenta diripis, ui de horribile iudiciū dei in hos duos scelestos ostēsum, & time ne similia tibi contingant.

Interea iubentur uasa ecclesiarum sacra fisci ærario deputari. Sublatisq; ianuis ecclesiæ maioris, quam Constantinus ędificauerat fit cunctis accessibile sanctuariū. Ingrediente siquidem Iuliano Præfecto Orientis ecclesiam, Fœlix præpositus regaliū thesaurorum pariter introiuit, & simul Elpidius Comes rerū priuatarum. Aiunt enim & Felicē, & Elpidium prius Christianos, tunc a pietate recessisse, impio Principi parere cupientes. Iulianus itaq; Præfectus impudenter contra sacrū altare minxit. Quem cū Euzoius prohibere tentaret, eū ille percusit in capite. Fertur autē dixisse, Christianoꝝ inuentiones cœlestium cura non uacare. Porro Fœlix uidēs uasoꝝ ornamenta, quæ Constantinus, & Constantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus, inqt, uasis Mariæ filio ministratur? Sed pro his impietatibus, uæsanisq; presumptionibus nō post multū pœnas exacti sunt. Nam repente Iulianus sæuo morbo correptus, uisceribus putrefactis, interiit. Et excrementa non per meatus egestiuos emittebat, sed scelestum os, quod blasphemijs ministrauerat, organū huius excretionis est factum. Aiunt aūt illius uxorē fide fuisse clarissimam, eamq; dixisse: Decet te, marite, laudare Saluatorem Christum; qm̄ tibi per hanc correptionē, magnitudinem propriæ uirtutis ostendit. Non enim agnoueras, contra quē pugnare uoluisti, nisi consueta longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo uerbis, & passionibus imminentibus causam languoris cognoscens, rogabat Imperatorem, ut ecclesia, quibus fuerat ablata, redderetur. Sed nec illum flexit, & ipse terminū uitæ susceptit. Porro Fœlix & ipse repente flagellū uirtute diuina susciens, sanguine toto die, simul & nocte ex ore fuso, & uenis corporis undiq; uacuatis, omnique uirtute simul expensa, & ipse celeriter est extinctus, æternæq; morti contraditus.

7

Si religiosissimus Imperator Constātinus diuersa uasorū ornamenta frequenter obtulit Ecclesijs, et in illis filio dei ministrabatur tunc temporis, cur tantopere nebulones quidam hodie in sacra uasa debachantur, et offerri deo prohibent. Nonne uides hæc omnia ex uno infidelitatis fonte procedere, sicut & scelestissimi Iuliani tempore hæc eadem pertentabantur?

VITA PVBLIÆ IOANNIS PRESBYTERI ANTIOCHENI matris, per Theodoritum Episcopum Cyrenensem scripta.

Habetur lib. 3. Historiæ eiusdem ca. 19. Et Historiæ Tripartitæ lib. 4 cap. 36.

Vblia fuit Iuliani tpib⁹ nobilissima fęmina, & celeberrima, pp egregiam uirtutē suā. Hęc modico tpe nuptiarū iugo subdita p̄clarum fructū obtulit Deo. Ioannes enim, qui diutissime princeps fuit presbyterorū Antiochiæ, ac sæpe electus præsul, perpetuus uitator dignitatis illius, de hoc admirabi-

I

li solo pullulauit. Hæc habebat secũ cætum uirginum castitatem uitę professarum, semperq; celebrabat Deũ creatorem, ac saluatorẽ. Prætereunte uero Imperatore altius carmen cõmune modulabanť, contemptui nimirum, & risui habentes furias illius. Accinebãt aũt potissimũ ea, quib⁹ simulachrorũ infirmitas incessit, cũq; Dauide insonabant: simulachra gentium argentũ, & aurũ, opera manuũ humanarũ: & narratione, quã nihil sentirent, absoluta, addebant, sic̃es ĩs fiant, q faciũt ea, & uniuersi illis freti.

Tu qui hucusque dixisti nunquam legisse uirginitatis professionem, quid dices de cætero postquam eã hoc in loco legeris?

His Iulianus cũ summo dolore auditis, imperat illis, ut se prætereunte sileant. Quæ paruipendens leges eius, maiore cũ cura choros instituit, iussitq;, ut prius, ueniente illo, canere: Exurgat Deus, & dissipenť inimici ei⁹. At Iulianus grauiter tulit, & adduci ad se imperauit magistram chori, & conspecta anu uenerabilis senectæ, neq; misericordia canorũ motus, neq; honore habito uirtuti animi ipsius, iubet unum de satellitib⁹ in utranq; ei genam alapas infligere, & manibus reddere rubentẽ. Ea uero, maximi in honoris loco posita hac contumelia, reuertiť domunculam suã, & ut ante consueuerat impetebat illũ spiritalibus carminibus, imitata autorẽ ipsorum, & doctorem, qui spiritum malum illum, qui Sauli molestus esset, represserat.

VITA SANCTORVM IVVENTINI ET MAXIMI martyrum per D. Ioan. Chrysostomum scripta.

Habetur Tomo tertio operum eiusdem Folio 614.

Heri beatus Babylas cum tribus pueris nos hic cõgregabat, hodie uero par sanctorum militũ, in acie exercitum Christi
h ostẽdit. Heri quadriga martyrũ, hodie biga se effert. Impar eorũ est ætas, sed par fides. Varia certamina, sed eadem fortitudo. Illi tpe superiores, isti recẽtiores. Et cũ tantus thesaurus sit ecclesiæ, nouas & ueteres habẽtis margaritas: sed una oium est gratia. Eorum flos neq; languescit, neque defluit tpe. Nescit uetustatis rubiginem splendoris istius natura. Temporis accessione, opes quæ ad corpora spectant, facile intereunt, uestimenta absumunť domus destruunť, et aurũ rubigine consumiť. & in summa oium sensibiliũ facultatũ natura tpe tandem aboleť, & intercidit. At non sic se res habet in spiritualib⁹ thesauris, de martyribus, inquã, qui semper in eodẽ manent uigore, semp in eodem iuuentutis flore sunt, semper suę glorię fulgorem emittũt & radios. Quod scientes non aliter priscos, aliter recẽtiores colitis sanctos, sed eadem alacritate oẽs. Non enim exploratis tps, sed exquiritis animi fortitudinẽ, fidem, zelum feruidum, & eas uirtutes quas prę se ferunt sancti ob quorum honorem hodie conuenimus. Hi enim tanto amore dei flagrabant, ut etiã extra psecutionis tps, martyrñ corona redimiti fuerint, absq; pugna triũphum retulerint, absq; prælio uictoria potiti sint, absq; theatri certamine brauiũ rapuerit. Et quõ hoc? Ego dicã: sed forte me rẽ paulo alti⁹ enarrãtẽ.

Erat rex quidem etiam nr̃o æuo oẽs qui se p̃cesserũt, impietate uincẽs, de quo & heri a me dictũ. Qui cũ uideret res nostras martyrũ morte clariores fieri, & ea causa non solum uiros, sed & teneros pueros, uirgineśq; nondum nubiles: & in summa, ex omni sexu & ætate quosdã pro religione ad mortẽ prosilire, cruciabať & dolebat. Cęterũ mouere bellum manifeste nolebat. Omnes enim, dicebat ad martyriũ, quasi ad alueariũ apes uolabunt. Hæc aũt non a semetipso habebat, sed a progenitorib⁹ suis didicerat. Etenim & illi, utpote tyranni, ecclesiã infestarũt, & populi quoq;

in nos insurrexerunt; quũ adhuc parua religionis scintilla esset: eam tñ nõ expugnarunt, neq; confregerunt, sed ipsi potius confracti sunt. Augebat quotidie scintilla hęc, ferebaturq; in sublime, & oẽm undiq; orbẽ inuadebat. Cum occiderent, adurerentur, suspenderent, pcipitarent, bestijs obijcerent fideles: carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut pratum intuebant, ad gladium sicut ad diadema & coronã currebant: oiaq; tormentorũ genera ita contemnebant, ut ea non solum generose & fortiter ferrent, sed & alacriter & uolupe. Enimuero sicut plantę rigatę magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret: & seditione agitata, incrementa maiora sumit. Neq; horti aquis irrigati ita germinant, & fęcũdi sunt, ut ecclesiæ, si martyrum irrigentur sanguine.

Hæc oia atq; plura cum rex ille sciret, meticulosior erat, quã ut manifeste cũ nostris cõfligeret. Nõ inquit, triũphos & uictorias & coronas mutuo parabimus. Sed quid facit? Vide oro malignitatem. Medicos & milites & oratores oẽs, uel a professionib⁹ suis discedere, uel fidem suã abiurare iubet. Excitauitq; in hunc modum contra nostros bellum, tela eminus mittens, ut si a fide desisterent, ridicule uincerent, utpote qui fidem opibus non preferrent, si generose perseuerarent, & uincerent, neq; sic egregia foret uictoria, neq; insignis triũphus. Nihil enim magnum, artem uel professionem pro pietate contemnere. Neq; is sæuitiæ eius finis erat. Nã ad hæc, siquis superioribus annis, cum adhuc pij reges rerum potirentur, uel altaria demolit⁹ fuisset, uel tẽpla suffodissent, uel oblationes diripuissent, uel aliud tale quiddã egisset, rapiebat ad tribunal, & occidebat, etiã ilsons, & duntaxat delatus. Fingebat quoq; & alias uarias causas, ita ut pie uiuẽtium nemo non lugeret. Agebat aũt hæc, ut obscurarẽt, cõemptaq; esset martyrij corona, & nihilominus cædes & strages fierẽt. Nihil tñ arte hac proficiebat. Nam qui ita affligebant, non ad illius calculum & malignitatem spectabant, sed ad incorruptum iudicem, a quo & cœlestem coronã accepturos sese confidebant.

Interea cum hæc ita sese haberent, & bellũ quidẽ rex parturiret aduersus nostros, cessaret aũt, ueritus ne uincerẽt: accidit ut milites quoddam conuiuium haberent, in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Cęterum, ut cõuiuiorũ mos est, cum uarij sermones hinc inde dicerent, alijq; alia tractarent, martyres nostri mala sui seculi inter se deplorabant, longe feliciora fuisse superiora asserentes, dicebantq; & inter se, & ad sodales. Quem iuuaret ultra uiuere, uel spirare, uel solem intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita uiolata, creaturarum oium dño ita contempto? Omnia nidore plena sunt & fumo, oia sacrificijs immundis referta. Proh, neq; purũ aerem spirare possumus. Dicta hæc ne perfunctorie trãseas, sed considera qñ ea locuti sunt, & quanta pietate. Nam si in militari symposio, ubi regnat ebrietas & intemperantia, ubi certat de prodigalitate, ubi agon est stuporis & insipiẽtiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erãt domi, cum soli inter se agerent? Quales erant in precib⁹ & jejunijs, qui de litiarũ tpe, tam humiliati, & tam apostolica præ se ferebãt pectora? Gaudebant alij, hi uero lugebant: impie agebant alij, hi uero zelo urebant. Sane ipsi ob fratrũ ualetudinẽ suã sanitatẽ non sentiebant. Sic dolebãt & lachrymabant in malis q̃ tunc fiebant, quasi uniuerso mundo tutores dati essent. Neq; clandestinum fuit talia eos dixisse. Nam ex sodalib⁹ & conui

uis,adulator & irrifor quidã,obſequium regi facturus, oĩa ut dicta erant, detulit.Rex accepta occaſione iam diu quæſita,cauſatus eſt ex uerbis illis affectatam tyrannidem,ut ita martyrũ corona priuaret. Et iuſsit confiſcatis facultatibus eorũ oĩbus nudos eos in carcerem conĵci.Illi aũt gaudebant & exultabant dicentes:Quid nobis diuitĳs, pretioſaq; ueſte opus? Si & induſiũ intimum,nempe caro, pp Xp̃m exuendum eſt,non oblucta bimur, ſed ſponte concedimus. Et ocius dicto ſcripti ſunt libelli indices, confiſcataq; oĩa.Porro ut hoĩes in patriã migraturi, ſubſtantiã oẽm in pecuniam cõmutatã præmittunt:ita & illis accidit. Qñ enim in cœlos tranſituri,inimicis ipſis negotium agentib⁹, & in hoc miniſtrantib⁹ opes ſuas ante ſe miſerunt.Non enim illæ tm̃ opes, quas eleemoſyne noĩe diſpendimus,tranſferunt̃ in cœlum,ſed etiam quaſcũq; nobis hoſtes fidei piorũq; perſecutores rapiunt,alibi theſauri erunt. Eſt enim hoc non minus quam illud.De hoc audi quid Paulus dicat:Et rapinam,inquit,facultatũ ueſtrarũ cũ gaudio tuliſtis,ſciẽtes uos hr̃e meliorẽ ſubſtãtiã, & manẽtẽ i cœlis.

Vt aũt ingreſsi ſunt in carcerẽ,confluxit ad eos oĩs ciuitas, tam etſi multis terrorib⁹,minis,& periculis interdictũ erat, nequis uel eos accederet, uel eis loquerẽt,uel quouis modo cõmunicaret. Atq; timor dei efficiebat, ut non curarent̃ ea principis mandata.Vnde multi ob conſuetudinẽ, quã cum martyrib⁹ habebant,facti ſunt & ipſi martyres.Multi enim contempta præſenti uita frequenter eos uiſitando,ſacras apud eos uigilias continuis pſalmis perficiebant. Erant familiaritates illę ſpiritualis eruditionis atq; conſolationis plenæ.Et clauſa quidem tunc eſt eccleſia,carcer aũt eccleſiæ factus eſt.Neq; hi ſolum qui eos uiſebant, ſedet qui intus cũ eis tenebant̃, meram ſapientiam & uirtutem a patiẽtia & fide eorũ diſcebant.

Rex,ut hæc audiuit,ualde ſtomachatus eſt, cupiens tñ eos ſupplantare, & ab alacritate ſua deſtituere;auaros quoſdam homines, & impoſtores ſubornauit,qui ſi qñ priuatũ colloquium ſeſe offerret, eos accederent: non ut a rege miſſi, ſed quaſi ſingulari cõpaſsione & proprio conſilio id agentes & adhortarent̃ ut a religione deſiſtãt,& ad impietatem tranſeãt. Dicebant enim:ſic non ſolum imminens periculum effugietis, ſed maiore dignitate honeſtati,maiorem quoq; principatũ adepturi eſtis,regis ira fœliciter placata. Nonne uidiſtis & alios ueſtri ordinis idipſum feciſſe? Quibus illi reſponderunt:Atqui nos hac potiſsimum ratione uiriliter ſtabimus,& pro illorum ruina noſmetipſos ĩ ſacrificia offeremus. Benignas & miſericors nobis dñs eſt,ſolet etiã uno accepto ſacrificio toti orbi conciliari.At ſicut olim tres pueri dixerunt:Nõ eſt in tpe hoc princeps & propheta,& dux,neq; ſacrificiũ,neq; incenſum,neq; holocauſtũ, neq; locus primitiarũ coram te,ut poſsimus inuenire miſericordiam,ſed in aĩo cõtrito,& ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur:quaſi in holocauſtis arietũ & taurorũ,& ſicut in milibus agnorũ pinguium.Ita & illi uidentes altaria ſubuerſa,clauſas eccleſias,ſacerdotes ſugatos,fideles oẽs in exiliũ actos,ſtudebant ut pro oĩbus offerrent̃ dño,relictiſq; militarib⁹ ſignis, angelicis ſeſe choris adiungerent.Quo circa & dicebant: Quid etiã ſi nunc non morimur,moriendum tñ oĩno eſt non multo poſthac. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorũ, quam pro rege tam impio. Hic etſi moriat̃ quis pro rege,nihil accipiet a rege, ſua dignũ fortitudine. Et quid poſſet defuncto præſtare,ſi uel maxime uellet? Atqui eis ſępenumero ne ſepultura quidem

1 *Si ſacras uigilias continuis pſalmis perficiebant ſancti martyres, ergo uigiliæ & pſalmodiæ res bonæ ſunt & non res inutiles, ut quidam oblaterant.*

2 *Cuiuſmodi plurima hodie proh dolor, in aliquibus Germaniæ partibus conſpiciuntur.*

contingit, & non raro a canibus deuorantur. Quod si pro rege angelorũ mortui fuerim⁹, certi sumus, nos accepturos corpus multo glorioſius, ma iori gloria conſpicui erimus, longe maiora nobis erũt labor⁊ præmia. Pro inde arripiamus arma ſpiritualia: non opus iaculis & ſagittis, ſufficit pro omnibus lingua. Sunt enim & ſanctorum ora pharetræ, equibus diaboli co capiti continui & crebri ictus inſeruntur.

Nunciata ſunt & hæc atq; ſimilia regi, qui nec ſic deſtitit, ſed illecebra rum eſcis iterũ atq; iterum illos tentauit. Ita autem mandauit, quod ſi cederent uicti, ſub omniũ oculos producerentur: ſin fortes perſeuerarent, Vti perduellionis rei educerentur & occiderent, neq; ulla Chriſtianæ profeſſionis, ob quam tenebant, mentio fieret, At qui reuelat profunda & abdita, non permiſit, ut machinationes illæ occultæ manerent, & ignotæ in

3

An perſpicis noſtrorum nouatorum inſanias circa ſepulturas proſterni, dũ hic ſanctorum martyrum reliquiæ decenter curãtur?

ſidiæ. Nã quemadmodum olim mulier. Ægyptia Ioſephũ in lecto apprehendens, licet ſperaret factum ſuũ clam fore omnibus hominibus, nõ fuit tñ occulta, uel oculo illi ſoporis neſcio, uel poſteritati. Quippe quod abſque arbitro illa Ioſepho dixit, id nunc toto ubiq; mũdo canitur. Ita & ea quæ per ſubornatos illos conſiliarios, doloſus rex agebat, ſperans occulta fore, nequaquã manſerunt occulta. Didicerunt. n. poſteri omnes, & inſidias doloſas, & triumphantiũ uictorias. Deniq; cum multo tẽpore exacto alacritatẽ eor⁊ non ſolum non frangeret multitudo dierũ, ſed potius

4

Huc huc adſint quot quot ſanctorũ aduerſarios mente capti agunt.

ſtudium & ardorem excitaret, æmulatoresq; multos faceret, iuſsit tandẽ media nocte in barathrũ eos abduci. Ducebant⁊ itaq; in denſas tenebras luminaria, & decollabant⁊. Cæterum capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quã cum adhuc uocem darent: Sicut & caput Ioannis non tm̃ tenebat, cum loqueretur, quantũ cum in diſco mutum afferretur. Habet. n. & ſanctorum ſanguis ſuam uocem, quæ non per aures auditur, ſed occidentium conſcientiam inuadit & perſtringit.

Sunt martyres Ecce muri & columnæ.

Poſt beatam aũt illam cædem, quidã etiam cũ ſalutis periculo, athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipſi uiui martyres, ut illor⁊ reliquias curarent decenter. Nã quamuis non occidebãtur, optabant tm̃ mori, potius, quam ut corpora illa relinquerent inhumata, ita ad uenationẽ eor⁊ feſtinabant. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occiſa uidere datũ fuit, quod iacentibus ſimul illis in ſepulchro, talis quædam ex eor⁊ oculis & uultu gratia reſplenduerit, qualẽ in Stephano Iudæis reſponſuro fuiſſe Lucas dicit. Neq; ullus eſt, qui non pio quodam horrore illis adſtiterit, adeo aſpectus ille afficiebat omnes. Quin & omnes clamabãt in laudem eor⁊, id quod a Dauide dictum: In uita ſua non ſunt ſeparati, & in morte non ſunt diuiſi. Pariter enim confeſsi ſunt pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abducti ſunt, pariter capite mulctati ſunt. Et unus utriuſq; corpora tumulus tenet. Et unũ quoq; tabernaculum in cœlis eos excipiet, qñ in maiorem peruenturi ſunt gloriã, nẽpe immutandi.

Eorum ſepulchra inuiſenda, tumuli adornandi, reliquiæ magna fide contingẽdæ ut inde benedictio hauriatur.

Quicquid uolunt, apud regem cœlorum imperare poſſunt.

Ad eos accedendum magna promptitudine, ut uarios theſauros inde colligamus.

Ergo.

Falſa, mendax & erronea aduerſariorum doctrina, qui ſanctos uocant emortuos, nolũt eorum ſepulchra uiſitari, tumulos adornari, reliquias uenerari, indene ali-

Illos non indignum fuerit, & columnas, & ſcopulos, & turres, & cãdelabra, & tauros ſimul appellare. Nã eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſic ut turres muniunt: & ſicut ſcopuli omnes undarũ aſſultus repulerũt, multam interim ipſi ſeruantes tranquillitatẽ, ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt: & ſicut tauri, anima promptitudine q; eadẽ, ſuaue Chriſti iugũ traxere. Idcirco ſæpe eos inuiſamus, tumulos adornemus, magna que fide reliquias eor⁊ contingamus, ut inde benedictionẽ aliquam aſſe-

quamur. Etenim sicut milites, uulnera quæ in prelijs sibi inflicta regi monstrantes, fidenter loquunt: ita & illi in manibus absecta capita gestantes, & in mediũ afferentes, quæcũq; uoluerint apud regẽ cœlorũ impetrare possunt. Proinde magna fide promptitudineq; huc ueniamus, quo et uisis sanctorum monumentis, & consideratis eorũ præmijs inde uarios thesauros undiquaq; colligamus: & per præsentẽ uitam ita iuxta uoluntatẽ dei trãseamus, ut in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorum in Christo Iesu domino nostro, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

quid benedictionis hauriri, negant eos orare pro nobis, & si orarent, non posse a deo aliquid impetrare. Demum non esse peregrinãdum ad eorum sepulchra, non esse muocandos.

Habetur Tripartitæ Histo. libr. 6. cap. 41.

VITA PRÆSIDIS BEROENSIS, NECNON IVliani Sabæ per Cassiodorum senatorem scripta.

Socrates.

Priusquam ad id, quod referre intendo, ueniam, illud quoq; quod sub Iuliano accidit, non silebo. Fuit enim signum quidem uirtutis Xpi, & indicium contra Principẽ iræ dei. Cum enim cognouisset in Cæsarea Philippi, ciuitate Phœniciæ, cq; Paneada uocabant, insigne Christi esse simulachrũ, qđ mulier illa sanguinis liberato profluuio constituerat, eo deposito, suã ibi statuam collocauit. Quæ uiolento igne de cœlo cadẽte circa eius pectus diuisa est, & caput cũ ceruice una parte deiectum, atq; in terra fixũ: reliqua uero pars hactenus superfuit, & fluminis indicium reseruauit. Statuam uero Christi tunc quidem Pagani trahentes cõfregerunt: Postea uero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, ubi hactenus reseruat. Hoc itaq; simulachrum (sicuti refert Eusebius) oium passionum, & ægritudinũ noscitur esse medicamentum. Iuxta quod quædam herba germinauit, cuius speciem nullus nostræ terræ medicus licet expertus cognouit.

Nota pro usu Statuarum et imaginum in Ecclesia, contra nouos ex ueteribus hæreticos.

Mihi sane uidet, quod adueniente deo nullum miraculũ, nullũq; beneficium debeat non credi. Nam & alia plurima miracula per ciuitates, & uicos plerunq; apud Prouinciales antiquitus tradita sunt, habentia ueritatem, quod statim monstrabo. Est itaq; ciuitas Palæstinæ, Nicopolis nomine; hanc cum adhuc uicus esset (Emaus sacer Euangeliorũ liber appellat.) Quam Romani post uastationem Hierosolymorũ, Iudaicãq; uictoriam Nicopolim ex euentu utiq; uictoriæ uocauerunt. Ante hanc urbẽ in triuio, ubi Christus cum Cleopha post resurrectionẽ noscitur ambulasse, tanq; ad alium uicum iturus, fons quidam est salutaris, in quo morbi hominum abluunt, & alia pariter animalia diuersis detenta languoribꝰ emũ dant. Quod ut ita contingat, tradit ex quodam itinere uisum esse Christũ apud fontem cum discipulis suis, & lauisse pedes, ex quo aqua facta diuersarum curatrix passionum.

Fertur etiã quod in Hermopoli Thebaidos arbor, quæ uocat Perseis, multorũ morbos abegerit, si fructus aut folium, aut pars eius corticis collo ægrotantium ligaret. De hac enim arbore ferunt; q cũ apud Ægyptũ Ioseph cum Christo, & Maria uirgine sancta fugisset Herodẽ, uenissetq; ad Hermopolim ciuitatem, mox ut ingrediebat urbẽ, non ferens hæc arbor maximum Christi salutaris aduentum, inclinata est usq; ad terrã, & eum supplíciter adorauit. Hæc ego de ista arbore a multis audiens narraui. Reor aũt hoc signum fuisse factum ciuibus diuinæ præsentiæ: aut certe quia ritu Paganorũ hæc arbor propter magnitudinẽ, atq; pulchritudinẽ

colebatur,mota est non ferens Christi diuinitatē,dæmonibus uticp cōtre miscentibus,cū uiderent rerum talium destructorem(nec non omnibus si mulachris Aegyptioꝝ secundum Esaiæ prophetiam)fugatocp dæmonio pro testimonio Christi uacuam remansisse. Igit apud Aegyptios & Palę stinos gestorum testimonia conseruantur.

Theodoritus. Igit cum Persæ mortuum cognouissent Constantiū,sumpta fiducia ue nerunt ad terminos Romanoꝝ denunciantes bellum. Ob quam rem col lecto exercitu Iulianus misit in Delphos,& Delum,atcp Dodonē,ad per cipienda responsa,an expediret ipsi bella suscipere. Tunc uniuersi Vates, & pugnandi fiduciā dabant,& uictoriam promittebant. Vnū uero respō sum pro exemplo mendacij,ac seductionis inserere non pigebit. Est enim huiusmodi: Nunc omnes aggredimus dñ, uictoriæ trophea referentes cir ca fluuiū Thiren. Horū ego dux ero belligerator Mars. Νῦν πάντες ὡρμη θημεν θεοὶ νίκης τρόπαια κομίλαδαι περὶ θηρὶ ποταμῶ. τῶν δ' ἐγὼ ἡγεμον ὅσω θουρος πολεμόκλονος ἄρης. Horum itacp carminū ridiculum eos con uenit diuulgare, qui sapientē deum Musarumcp principem Pythiū uocāt. Ego aūt mendacium seductionis eius inueniens ingemisco. Thiren nancp fluuium Tigrim uoluit appellare,qm Thiris eius nominis similis est. Is e nim fluuius ex Armeniæ redundans montibus,& per Assyriorū arua di scurrens,sinum descendit in Persicū. Per hæc ergo responsa deceptus infe lix,& uictoriā mente somniabat,& post Parthicum prælium pugnā Ga lilæis inferre parabat. Sic enim uocabat Christianonos,cōtumeliā nomi nis se eis inferre putans, cum magis debuisset eorū considerare uirtutem. Non.n. Socrates etiam si Critias fuerit appellatus,& Pythagoras Phala ris,ex mutatione nominis aliquam labē contraxerint:necp Nireus Ther sites uocatus,pulchritudinem quam habebat,amiserit. Horū nihil mente percipiens,ex hac appellatione aliquid læsionis se nobis putauit inferre. Et fallaci responso credens,interminabatur per ecclesias dęmonum se sta tuere simulachra.

Post has igitur minas,ab uno uiro in Bæroea debellatus est. Is enim no bilis erat,eiusp ciuitatis Curiæ prędebat,quē zelus Christi reddidit cla riorem. Videns nancp filium in impietatē,quæ tunc uigebat,fuisse demer sum,expulit sua domo,& coram omnibus abdicauit. Qui in uicinę ciuita tis itinere aggressus Imperatorem,suam uoluntatē,& abdicationē patris aperuit. At ille quiescere iuuenem imperauit,placandum promittens pa trem. Cumcp uenisset in Beroeam,nobiles,& honoratos conuocauit ad prandium;inter quos erat huius pater,quem cū filio in suo prādere iussit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad patrem: Non mihi uidet iu stum uim facere uoluntati ad aliud declinanti,& animū ad alia mutare, quæ non uult. Noli itacp esse filio uiolentus,sequi tua dogmata respuenti. Necp enim ego tibi uim facio,ut mea sequaris,licet cogere ualde possim. Ille causam diuinæ religionis mente percipiēs: De isto,inqt,ō Imperator, erroneo dicis,& deo exoso,& ueritati præponenti mendacium? Tum il le rursus mansuetudinis induens uultū: Cessa,inquit,detrahere. Et decli nans ab eo uultū,adolescenti dixit: Ego tui curam habebo,qm patri tuo, ut hoc faciat,suadere non possum. Hæc itacp non frustra retuli,sed uolens ostendere non solum illius admirabilis uiri fiduciam: sed quod cōtempta Iuliani a plurimis sit potestas:

In Antiochia autē uir quidam optimus pædagogus adolescentium habitabat. Eratq; illic nobilis ille Sophista Libanius, impius, expectansq; Iuliani uictoriā, habens præ oculis eius minas. Ergo interrogauit pædagogum, quasi nostram deridendo religionē: Nūc, inquit, fabri filius quid putas agit. At ille, quod paulo post contigit, repletus gratia diuina prędixit. Respondit enim: O Sophista, creator omniū, quem tu fabri filium nominasti, loculum Iuliano cōcinnat. Post paucos uero dies mors illius nūciat erronei, & in loculo positus aduectus est, minarumq; tumor euacuatus.

Eo porro tpe religiosissimus Iulianus cognomento saba, qui angelorū incorporalium uitam corporali conuersatione uidebat imitari, cuius etiā uitam conscripsimus, prolixiores offerebat deo preces, cū illius impij minas audisset. Et ea hora, qua ille percussus est, orans mortem eius iste cognouit, licet plusquā uiginti mutationes ab eo loco usq; ad illius exercitū esse uiderentur. Aiunt enim cū continue ingemisceret, & clementi domino supplicaret, subito lachrymarū eius fluuium restitisse, fuissecq; alacritate repletum, & eius uultum exhilaratū. Hanc animi perturbationem ministri respicientes, rogauerunt, ut eis causam repētini gaudij patefaceret. Tunc ille dixit: Ferus sacræ uineæ deuastator pœnas exactus est uastationis suæ, iacetq; mortuus terroribus, miniscq; frustratus. Hęc cognoscentes exultauerunt omnes, deoq; hymnos gratificos obtulerunt. Postea uero a nuntijs est compertum, eundem fuisse diem, simul & horam necis Iuliani, quam ille sacratissimus senex cognouerat, atque prædixerat.

VITA SANCTI ACHOLII EPISCOPI THESSALONICENSIS PER D. AMBROSIUM EPISCOPUM MEDIOLANENSEM SCRIPTA.

Habetur in li. 7. Epistolarum eius, Epistola. 59.

AMbrosius Anatolio, Numerio, Seuero, Philippo, Macedonio, Ammiano, Theodosio, Eutropio, Claro, Eusebio, & Timotheo dominis sacerdotibus, & omni clero plebis Thessalonicēsium dilectis salutem. Dum semp affixum tenere aio desidero uirū sanctū, atq; oēs actus eus quasi in specula positus exploro, hausi nimia indagine sollicitudinis amaritudinē nuncij celerioris, & quod adhuc mallem nescire, cognoui in cœlestibus iam requiescere uirum sanctum Acholium quem in terris requirebamus. 1

Sancti uiri post mortē recipiuntur in cœlo.

Quæritis quis hoc annunciauerit, cum uestræ sanctitatis nondum uenissent literæ? Non teneo autorem nuncij, & usu quidem uenit, ut non libenter teneamus nuncium męstitudinis, sed tū clauso mari, occupatis terrarum barbarica infestatione regionibus, cū deesset qui aduenire posset, non defuit qui nunciaret, ut mihi uideat ipse sanctus annunciasse se nobis, eo quod iam perpetuo laboris sui potiret stipendio, & solutis uinculis corporis inter angelorū ministeria Christo adhæreret, cupiens amantis sui errorem absoluere, ne illi longęuitatē uitæ huius deprecaremur, cui uitæ ęternę iam præmia deferebant. Abijt ergo, nō obijt, & emigrauit a nobis ueteranus Christi Iesu cœlo, terræq; istius solum mutans, et plaudens alis atq; remigijs spiritualibus dicit: Ecce elongaui fugiens. Cupiebat. n. apostolico spiritu iādudum terras relinquere, sed tenebat uotis uniuersorum, sicut de Apostolo legimus, quia remorari eum diutius in carne erat ecclesiæ necessarium. Viuebat enim non sibi sed oībus, & populis erat ui- 2

Si abijt Acholius, non obijt, cur hæretici sanctos uocant mortuos?

tæ æternæ minister,ut prius eius fructum etiam in alijs ꝯ in se adipiscere-
tur.Est igit iam superiorum incola,possessor ciuitatis æternæ,illius Hieru
salem q̄ in cœlo est.Videt illic urbis eius mensuram imensam, purū aurū,
3 lapidem preciosum,lumen sine sole perpetuū, & hæc oia iam dudū quidē
Animæ sanctorū ēt ante iudicij diem in cœlesti Hierusalē uident deum,quod aliqui nunc negaret. sibi cōperta,sed nunc facie ad faciem manifesta uidens dicit:Sicut audiui
mus,ita & uidemus in ciuitate dñi uirtutū,in ciuitate dei nr̄i. Ibi ergo po-
situs appellat populum dei dicens:O Israel ꝯ magna est domus dei,& ꝯ
ingens locus possessionis eius,magnus & non habens finem.

Sed quid hoc est?Dum merita uiri considero,& quasi discedentem spi
ritu sequor,& sanctorum choris deducentibus intermisceor, non merito
ullo,sed affectu pene sum oblitus mei.Ita ne ergo raptus est nobis murus
fidei,gratiæ,& sanctitatis,quem totiens ingruentibus Gotthorum cater-
uis,nequaꝯ tī potuerunt barbarica penetrare tela,expugnare multarum
gentium bellicus furor?Denicꝯ in cæteris populatores locis,illic pacē ro-
gabant,mirantibusq; quid sibi sine milite ullo obsisteret, a prudentioribꝰ
intimabat Helisæi intus imitatorem degere, ætate supparem,non imparē
spiritu,cauerent ne exemplo Syriaci agminis sibi quoꝯ cæcitas offunde-
ret. Et tī circa discipulos suos diuersa dona sunt Christi. Helisæus quidē
in Samariam captiuas acies induxit Syrorum. Sanctus aūt Acholius pre-
cibus suis fecit ut de partibus Macedoniæ uictores fugaret. Nōne & hoc
intelligimus uirtutis superioris fuisse,ut ubi miles nullus aderat,illic pelle
rent sine milite? Nonne & hoc cęcitatis est ut fugerent, quos nullus urge-
bat,sed urgebat & præliabat sanctus Acholius,non gladijs,sed orationi-
bus,non telis,sed meritis?

An incognitum nobis est dimicare sanctos etiā cū ferient? Nōne ocio-
sus erat Helisæus? Ocioſus scilicet corpore,sed uibrabat spiritu,& oratio
nibus præliabat,qñ in castris Syriæ uox equitum & uox uirtutis magnæ
audiebatur,adeo ut putarent Syri aliorum regum aduersus se uenire exer
citus, qui populo Israel adiumento forent, unde percussi magno fuge-
rūt pauore, ita ut leprosi quatuor qui mortis egressi fuerant desiderio,ca-
stra hostium deprędarentur. Nonne in Macedonia similia dominus per
4 orationes sancti Acholij fecit miracula,aut prope maiora? Nō enim inani
Si deus per orationes sanctorum facit miracula, ergo illi gratæ sunt & acceptæ. metu nec superflua suspitione,sed sæuiente lue & ardenti pestilentia per-
turbati Gotthi ac territi sunt. Denicꝯ tunc fugerunt ut euaderent, regressi
postea pacem rogarunt ut uiuerent. Vidimus itaq; in tanti uiri meritis su-
periora secula,& opera prophetarum quæ legebamus aspeximus. Quasi
Helisæus inter arma,inter acies, dum uixit uersatus est, meritis suis com-
ponens prælia.

Denicꝯ ubi securitas cohabitantibus reddita est,quod ipso fuit durius
bello,sanctum exhalauit spiritū, & quasi Helias usq; ad cœlum eleuatus
est,non curru quidem igneo,nec equis igneis, nisi forte illa non uidimus,
nec in cōmotione aeris,sed in uoluntate & placiditate dei nostri, & san-
ctorum angelorꝯ lætitia,qui ad se tantum uirum transisse gratulabantur?
Certe dubitare illa nequaquam possumus, quandoquidem reliqua con-
gruerunt.Siquidē eodem momento quo ille adhuc eleuabatur,uelut quo
dam melotidis suæ demisso amictu,sanctum Anysium discipulū suum in-
duit,& sui uestiuit insulis sacerdotij,cuius meritū & gratiam non nūc pri-
mum audio,nec in uestris epistolis didici, sed in uestris literis recognoui.

Nam

Nam quasi præscius successurũ sibi, & si promissis tegebat, tñ indicijs designabat, adiutum se eius cura, labore, officio memorãs, ut iam declarare consortem uideret, qui non quasi nouus ad summum sacerdotiũ ueniret, sed quasi uetus sacerdotij executor accederet. Cui pulchre cõuenit dictũ illud euangelicum: Euge bone serue & fidelis, quoniã super pauca fidelis fuisti, sup multa te constituã. Hæc mihi de sancto Acholio uobiscũ cõia.

Illud tñ speciale, quo deuinctus sum beatæ memorię uiro, quia tribuit mihi ut eũ non ignorarem, Nam cum eo ueniente ad Italiã ægritudine cõfectus tenerer, ut non possem occurrere, ipse ad me uenit & uisitauit. Quo studio, quo affectu ipse in me & ego in eum irruimus? Quo gemitu mala istius seculi, & ea quæ hic acciderent deplorauimus, ita ut lachrymarum profluuio uestẽ infunderemus? dum salutatione exoptatissima mutuo desiderio et expetito diu fruimur, adheremus amplexu. Itaq; quod uoti mei erat, illius beneficij fuit, quia potui illũ uidere. Nam & si maior portio & plenior cognitio sit in spiritu uidere quos diligimus, tñ etiã in figura corporis uidere desideramus. Sic aliqñ reges terræ quærebant faciem Salomonis uidere, & audire eius sapientiam.

Discessit igit a nobis, & nos in hoc reliquit salo: sed qđ illi utile, id multis ipso barbarico furore est grauius: quia illũ iste depellebat, hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repręsentat dñs, & seipsum in discipulo repræsentat. Repræsentant iudicia uestra, quibus dictũ est: Date Leui manifestos eius & ueritatẽ suam. Viro sancto dedistis manifestũ eius, utpote eius institutione fundatũ, dedistis imitatorem uiri eius qui dixit patri suo & matri suæ, non uidi te, & fratres suos non sciuit, & filios non recognouit, custodiuit uerbum dñi, & testamentum eius obseruauit. Narrabunt populi iustitiã eius. Talis uiri uita, talis hæreditas est, talis conuersatio, talis successio. Ille se monasterijs puer dedidit, et intra Achaiã angusto clausus tugurio, gratia tñ multarum terrarum peragrauit diuortia, ad summũ sacerdotiũ a Macedonicis obsecratus populis, electus a sacerdotibus, ut ubi ante fides per sacerdotẽ claudebatur, ibi postea per sacerdotem muralia fundamenta fidei confirmarenẽ. Non aliter etiam eius discipulus imitatione, qui & ipse dixit patri suo & matri suæ, non uidi te. Nõ uidit enim studio, non uidit affectu, & fratres suos non sciuit, quia deũ scire desiderauit. Et hic recognouit uerbũ dñi, & custodiuit testamẽtum eius, & imponit honorẽ in ara eius semper. Benedic dñe fidem eius, sanctitatem, seduli tatem. Benedictio tua ueniat super caput eius, et super uerticem ipsius. Sit honorificus inter fratres suos, sit in eo tauri species, ut uentilet corda inimicorum, & sanctorum mentes demulceat, & iudiciũ sacerdotum tuorum in eo sicut lilium floreat.

Ambrosius Episcopus Anysio fratri. Iam dudũ te teneo, & si nunc primum lego, meritisq; compertũ habeo, quem oculis non uideram. Doleo quidem illud accidisse, sed hoc successisse gaudeo. Quia licet supstite me non optauerim illud contingere, sperauí tñ post illius sancti uiri exitum, hoc solum posse merito succedere. Tenemus ergo te sanctæ memoriæ Acholij dudũ discipulum, nunc successorẽ hæredemq; eius, uel honoris, uel gratiæ. Magnũ meritum frater gaudeo tibi, ne uno quidẽ momẽto de successore tanti dubitatũ uiri: & magnum onus frater tanti nominis pondus subisse, tantæ libræ, tanticp examinis. Quæritur in te Acholius, & sicut

Vbi supra Epist. 60.

erat in affectu tuo, ita in officijs desideratur, illius uirtutis, illius disciplinæ effigies, illius fortitudo animi in tam senili corpore.

Vidi (fateor) uirum, nã & hoc meritis illius debeo, quod illũ uiderim. Vidi ita illũ esse in corpore, ut extra corpus putarem. Vidi imaginẽ illius q̃ se siue in corpore siue extra corpus nescius, raptũ ad paradisum uiderat. Ita.n. percurrebat omnia excursu frequenti, Constantinopolim, Achaiã, Epirum, Italiam, ut iuniores eũ non possent consequi. Cedebant fortiores corpore, quia eũ sine impedimento esse corporis nouerant, ut eo tantum pro uelamine uteretur non pro officio, certe ad seruitiũ, non ad subsidiũ. Ita.n. affecerat corpus suũ, ut i eo mũdũ crucifigeret, & mũdo semetipsũ.

Benedictus dñs, & benedicta adolescentia eius quam exegit in tabernaculis dei Iacob, positus in monasterijs, in quibus cum quæreretur a parentibus uel proximis, dicebat: Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea? Non noui patrem uel matrẽ uel fratres meos, sed eos qui audiũt uerbum dei & faciunt. Benedictus ẽt processus iuuentutis ipsius, in qua ad summũ electus est sacerdotiũ, maturo iã probatus uirtutũ stipendio: Venit enim tanq̃ Dauid ad pacẽ populi reformandã. Venit tanquam illa nauis aurũ secum intelligibile uehens, & ligna cedrina, & lapides pretiosos, ut illas columbæ pennas deargentatas, quibus medias inter sortes somno pacis & tranquillitatis sopore dormiuit. Est enim sanctor̃ etiam somnus operarius, secundum quod scriptũ est: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Et secundum quod Iacob sanctus diuina dormiens uidebat mysteria, quę uigilans non uiderat, de cœlo ad terras aerem peruiũ sanctis, respicientem dominum, & pollicentẽ terræ eius possessionẽ. Itaq̃ breui somno dormiens impetrauit, quod magno labore postea acquisiuit. Hæreditas eius est.n. somnus sanctorum, feriatus ab omnibus corporis uoluptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatẽ menti inuehens, placiditatẽ animę, tã quam soluta nexu corporis se ableuet, & Christo adhęreat. Hic est somnus uita sanctorum, quã uiuebat sanctus Acholius, cuius benedicta etiam senectus ipsa est. Vere senectus illa uenerabilis, quæ non canis, sed meritis albescit. Ea est enim reuerenda canicies, quæ est canicies animæ in canis cogitationibus & operibus effulgens. Quę est.n. uere ætas senectutis, nisi uita immaculata, quę non diebus aut mensibus, sed seculis propagat̃, cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate longæ uitas? Quo enim diuturnior, eo fortior (eo quod diutius eam uitẽ uixerit) in uirtũ pfectũ excrescit.

Huius igitur successorem te dominus non solum honore sed etiam moribus probet, & summa fundare dignetur gratia, ut ad te quoq̃ populi concurrant, de quibus dicas: Qui sunt isti qui sicut nebulæ uolant, & sicut columbæ cum pullis suis? Veniant quoq̃ sicut naues Tharsis quę accipiãt frumentum, quod Salomon uerus impartiuit, uiginti mensuras tritici. Accipiant oleum & sapientiam Salomonis, & sit pax inter te & populum, & testamentum pacis custodias.

VITA BEATI PHILOGONII, QVI EX PATRONO causarum Episcopus factus est, a D. Ioanne Chrysostomo Constantinopolitano Episcopo scripta, & quinctis diebus ante natalem domini ad populum dicta.

Habetur Tomo 3. operum eius folio. 609.

Go quidem & hodie destinaram aduersus hæreticus luctaturus uestes exuere, quodcp restabat debiti uobis persoluere: Verum beati Philogonij dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguā nostram euocauit. Et omnino parendum est. Etenim si qui patri matriue maledicit, morte morit: profecto clarum est eum qui benedixerit illis uitæ præmia recepturum: & si ijs qui iuxta naturam parētes sunt tantam debemus præstare beneuolentiam, multo magis id præstandum ijs, qui iuxta spiritum sunt parentes, potissimū uero quum iam uita defunctos nostra laudatio nihilo reddat illos glorioſiores, nos uero congregatos tum qui loquimur, tum qui audimus, reddat meliores. Nam ille quidem subuectus in cœlum haud quaqp egere potest humanis laudibus, ad fœliciorem magisqp duraturam quietem profectus. Cæterum nos qui hactenus hic uersamur, multaqp opus habemus exhortatione illius egenus encomijs, quo uidelicet ad eius imitationem excitemur. Quapropter sapiens quidā hortat, dicens: Memoria iusti cum laudib⁹. Non perinde qđ laudant q decesserunt, sed qđ ij poti⁹ q res istas egregias laudib⁹ uehunt.

1 *Dies beati Philogonij, cuius hodie memoriam celebramus.*

2 *Philogonius subuectus in cœlum.*

Quū igitur hac ex re tanta nobis utilitas proficiscī, obtēperemus neqp recusemus. Nam & ipsum tps huic narrationi congruit. Siquidem hodie beatus ille ad tranquillam oisqp turbationis expertem uitam translatus est, eoqp nauigium appulit, ubi deinceps nō poterit metuere naufragium, nec ullam animi dejectionē aut dolorē. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, quum Paulus hominibus adhuc in hac uita degentibus loquens dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate. Quod si hic, ubi morbi, ubi insectationes, ubi præmaturæ mortes, ubi calumniæ, ubi inuidiæ, ubi desperationes, ubi irg, ubi cupiditates, ubi innumerabiles insidiæ, ubi quotidianæ solicitudines, ubi perpetua sibiqp cohærētia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores adferentia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarū fluctib⁹ erexerit caput, uitamqp suam recte moderet cōposueritqp: multo magis postqp hinc demigrauerimus, facile compotes erimus eius boni, quum hæc oia sublata fuerint, aduersa ualetudo, morbi, peccādi materia, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud uerbum, & quicquid est malorum, in uitam nostram inuehens, innumeraqp gignens bella. Quamobrem maximopere gratulor huius sancti fœlicitati, quod quanctis trāslatus est, atqp hanc quæ apud nos est ciuitatem reliquit, tñ in alteram transijt ciuitatem, nempe dei, ac digressus ab hac ecclesia ad illam peruenit, q̄ est primogenitorum descriptorum in cœlis, ac relictis hisce festis, trāsijt ad celebritatem angelorū. Etenim quod & supne sit ciuitas, ecclesia ac celebritas, audi Paulum dicentem, Accessistis ad ciuitatem dei uiuentis, ad Hierosolymam cœlestem, & ad Ecclesiam descriptorum in cœlis, & ad innumerabilem angelorum frequentiam. Non solum aūt ob multitudinē uirtutū cœlestium, uerum etiam ob abundantiam bonorum, ac iuge gaudium &

lætitiam,panegyrim,hoc est,totius multitudinis cœtum appellat totã illam uitam. Nec enim alia res facere solet panegyrim, quã mercium uenalium copia,quum triticum,ordeum, & omni iuge frugum species, ouium greges,boum armenta, uestes aliaq; id genus plurima importantur, alijs quidem uendentibus,alijs uero commercantibus.

3 *Vitæ recta facta per omnes cœlos uidere licet.*

Sed quid,inquis,harum rerum est in cœlis? Horum qdem nihil,sed sunt his multo magis præclara. Non enim illic sunt triticum,ordeum,ac frugũ uariæ species,sed illic ubiq; fructus spiritus,gaudium,beneuolentia,bonitas,pax,ac mansuetudo summa exuberat copia. Non ouium greges, non boum armenta,sed spiritus iustorum perfectorum,animarum uirtutes, uitæq; recta facta per omnes cœlos uidere licet. Nõ uestes aut amictus,sed coronas quouis auro pretiosiores,tum brabia,certaminũ præmia, aliaq; innumera bona reposita ijs qui recte fecerint:adhæc ibi est multitudo cõ

4 *Si sunt præmia certa minum,ergo & merita. Bona reposita sunt in cœlo ijs qui recte fecerint, non igitur ijs qui crediderint tantum.*

gregatorum,longe tũ copiosior,tum honoratior. Neq; enim cõstat ex uiris urbanis indigenisq;, sed hic sunt angelorũ infinita milia, illic sodalitia prophetarũ, alibi martyrum chori,apostolorũ ordines, cunei iustorum, omniumq; q fortiter rem gesserunt uarij cœtus. Profecto miranda panegyris est. Iamq; id sane maius est omnibus,quod in media frequentia uersatur horum oĩum rex. Etenim ubi dixisset, ad innumerabilium angelorũ frequentiã,subiecit,& ad iudicem uniuersorũ deum. Quis unq; uidit in panegyrim prodeuntẽ regem? Hic quidem nemo uidit, illic autẽ qui adsunt perpetuo uident,quatenus illũ uidere licet,non solum præsentem, uerum etiam suæ gloriæ splendore condecorantẽ uniuersum cœtũ. Et nostræ quidem celebritates sub meridiem plerunq; soluuntur,ille uero non item. Neque enim mensium in orbẽ recursus,neq; annorum circuitus,neq; dierum numerũ expectat:sed stat perpetuo,illiusq; bona finẽ non habent,nec senescere,nec marcessere possunt,sed sunt tum senij,tũ mortis expertia. Nullus illic tumultus,quemadmodũ hic:nulla turbatio,sed ingens omniũ cũ ordine decenti compositio,haud secus atq; in cithara quapiam, modulatissimum concentũ & quauis musica suauiorem reddentiũ utriusq; creaturæ dño,dum anima illic uelut in sacris adytis,diuinisq; mysterijs, diuinorum arcanorũ celebrationem peragit. Ad hanc beatam requiem transijt beatus Philogonius.

Quænam igit oratio par sit uiri laudibus, quem deus tam fœlici sorte dignatus est? Non est ulla. Sed age dic mihi,num idcirco silebimus? Et cuius rei gratia conuenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinẽ gestorũ oratione consequi? At qui ob hoc ipsum necesse est dicere,qñquidẽ hæc est præcipua laudũ illius pars,quod factis uerba æquiparari nõ possint. Nam quorũ benefacta naturam etiam superant mortalẽ, perspicuũ est,quod horum laudes excedũt linguam humanã. Haud tñ ob id aspernabitur officiũ nostrum,quod pro uiribus præstamus,sed suũ imitabitur dñm. Siquidem & ille uiduę duos tm obolos deijcienti in gazophylatiũ, non tantũ duorum obolorũ mercedem reddidit. Quur ita tandem? Quoniam non perpendebat pecuniæ modũ,sed animi diuitias. Nam si pecuniæ modũ expendas,magna paupertas est:sin uoluntatem explices,ineffabilem uidebis excelsi animi mercedẽ,Proinde quamuis nostræ facultates exiguæ sint minimiq; pretij,attamen quę possumus offerimus. Ea licet non respondeãt magnitudini meritorũ animæ præclari iustiq; Philogonij,

tamen

tamen hoc ipsum celsitudinis illius maximũ fuerit argumentũ, quod nec pusilla repellat, sed idẽ faciat quod solent diuites. Siquidem illi quũ acceperint a tenuibus exigua, qbus non egent, sua uicissim apponunt, remunerantes eos, q quod poterãt obtulerint: Itidẽ & hic, quũ acceperit a nobis laudem uerbis peractam, qua nequaquam eget, redonabit nobis per ipsa facta benedictionem, qua semper uti possimus.

Vnde igit laudationem illius auspicabimur? An a, magistratu, quẽ spiritus illi tradidit gratia? Nam mũdani magistratus, nequaq; possunt Christianor demonstrare uirtutes, quin potius frequenter habent accusationem malitiæ. Quã ob causam? Qm & solicitudines amicorũ, & circũcurrationes, & adulationes, aliaq; permulta his fœdiora, tales magistratus solent cõciliare. Cæterũ ubi deus suo suffragio designarit aliquẽ, Illaq; manus sanctũ contigerit caput, incorruptũ suffragium, alienũ ab omni suspicione iudiciũ, indubitata fuerit delecti comprobatio, propter eius q delegit autoritatem. Porro quod elegerit illũ deus, uel ex ipsa morũ integritate perspicuũ est, quippe quẽ ex medio abreptũ foro ad thronũ hunc euexerit: adeo castam & insignẽ prius egit uitam, quũ uxorem haberet ac filiam, & in forensibus negotijs uersaret, adeò solem ipsum splẽdore uicit, ut protinus ab illo gesto, hoc magistratu dignus uideret, & a tribunali ad tribunal euectus sit. Ac tũ qdem hominibus patrocinabat aduersus homines q struebant insidias, ijs qui afficiebant iniuria, superiores reddens ijs, qui iniuriam inferebant. Hic autem adest hominibus patrocinans aduersus dæmones inuadentes.

Quantũ autem sit pietatis argumentũ, quod deus illũ tanto magistratu dignũ iudicarit, audi. Christus excitatus a morte qd dicit Petro: postq; enim illũ interrogasset, Petre amas me? Isq; respondisset: Tu domine scis q amo te. Non dixit Christus, abijce pecunias, ieiuniũ exerce, macera te laboribus, mortuos excita, dæmones abige, nihil uel horũ uel alior mirabilium rectoq; factorum in mediũ adduxit, sed omnibus illis prætermissis dicit illi, si diligis me, pasce oues meas. Hoc aũt dicebat non solum ut nobis certissime declararet quãtopere ipsum diligeret Petrus: uerũetiam ut palam faceret quantã haberet beneuolẽtiam ergo suas oues, exemplũ proposuit Petri erga ipsum amoris, tm non dicens: Qui diligit oues meas, me diligit. Vide igit quam multa propter hunc gregẽ passus sit Christus. Homo factus est, serui formã assumpsit, consputus est, alapis cæsus est, postremo ne mortẽ qdem recusauit, & quidem ignominiosissimã. Quin & ipsum sanguinem suũ effudit. Itaq; si quis uoluerit illi commendatus esse, curam habeat ouiũ illius, publicam quærat utilitatem, fratrũ suorum saluti prospiciat. Nullum enim officiũ hoc deo charius est. Et ob id alicubi dicit: Simon Simon, expetiuit te satanas ut cribraret & tanquam triticũ, sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Quod igit huius solicitudinis curæque præmiũ mihi rependis? Sed quam tandẽ poscit repensationem? Eandem curam quã nobis impendit, reposcit. Nam & tu, inqt, aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Qño ille factus est Christi imitator? Omnibus per omnia placens, non quærens suam ipsius utilitatẽ, sed multor ut salui fierent. Rursus alio loco dicit: Etenim Christus non sibiipsi placuit, sed multis. Neq; prorsus alia res est, quæ perinde declaret doceatq; qs sit fidelis & amans

5

Si Philogonius pro laude sibi impensa redonat benedictionẽ qua semper uti possimus, constat apertissimum esse mendaciũ, sanctos post mortem nihil posse, nec sciere quæ circa nos fiunt.

6

Cum legis Philogonium Epm uxorẽ habuisse & filiam, ne statim in hæreticorũ labaris errorem, omnes Epos debere esse coniugatos. Nam is Orientalis Ecclesiæ fuit Eps, cui ab uxore ante Epatum habita Nicæna Synodus non imposuit cõtinentiã. Secus autem est in ecclesia Occidentali.

7
Verorum Monachorum propositum est, modis omnibus seipsos mũdo crucifigere.

Christi,quã si fratrũ curam agat, procp illorum salute gerat solicitudinẽ. Hæc omnes audiant & monachi,qui montiũ occuparunt cacumina, qui que modis omnibus seipsos mũdo crucifixerũt,quo pro uiribus ecclesiarum præfectos adiuuent,horumcp curas leniant precibus,concordia,charitate, scientes quod in modis omnibus opitulentẽ ijs qui tot periculis obñciuntur per gratiam dei,totcp negotiorũ curas sustinent, quibuscunep possunt rationibus auxilientẽ,quanquam procul habitantes, & uictus sors ipsis perisset,& tota in scopulũ impegisset sapientia. Verum hoc esse maximum amicitiæ erga xpm argumentum, declaratur & hinc.

Videamus autem qũo munus hoc episcopi administrarit. Quin potius non est opus hic pluribus uerbis aut uoce nostra,quũ uester fauor uestrũque studium hoc ultro declaret. Quemadmodũ enim aliquis ingressus uineam,uitescp contemplatus,pampinis comantes,fructu grauidas,macerijs ac septis undicp munitas, haud quaecp desiderat orationem cuiusquã qui demonstret uinitoris industriam,& agricolæ uirtutem. Itidẽ & hic,si quis ingressus conspiciat uites spirituales, uestrumcp fructũ contemplet nil opus habuerit ut ex cuiusquam oratione discat qualis sit uester prepositus. Sicut & Paulus scribit alicubi: Epistola mea uos estis,quæ inscripta est,& legitẽ. Fluuius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix. Dicendũ igitur erat & tempus & initium qñ uineam hanc suscepit. Necp enim hoc minimũ habebit momenti ad absoluendam Encomñ partem,sed omnino satisfuerit ad declarandam hominis uirtutem. Res tum erat multæ difficultatis,quũ nuper esset sedata persequutio, manentibus etiamnũ grauissimæ tempestatis illius reliquijs,quumcp negotia plurimã desiderarent correctionẽ. His insuper illud adiungendũ erat, quod quemadmodum dicebam, hæreticorũ factio sub illo nata, negotium exhibuit illius sapientia cuncta prospiciente.

8
Festũ natiuitatis domini maxime uenerandum & adorandum, ac omnium festorum metropolis.

Verum ad aliam necessariam materiam nobis festinat oratio,eocp cõmuni patri,beaticp Philogonñ sectatori hęc dicenda relinquentes, ut qui melius nobis teneat quicquid est antiquatum, ad aliam concionandi rationem transeamus. Appetit enim festum oĩum festorum maxime uenerãdum,adorandumque: quod si quis appellet oĩum festorum metropolim, haud quacp aberret. Quod aũt hoc est? Christi iuxta carnẽ natiuitas. Ab hoc enim illustratio dei,festum uidelicet Epiphaniorum,ac sacrũ Pascha, Ascensio,& Pentecoste,originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus,nequacp baptizatus esset,nam id festum Theophaniorũ. Nequacp fuisset crucifixus, Nam hoc festũ Paschę. Nequacp misisset spiritum sanctum,quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc ceu fonte quopiam, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis hęc festa. Verum non ob hoc tm par est hunc diem cæteris anteponi, sed etiam ob id,quod id quod in hoc natum est, cæteris omnibus est uenerabilius. Nam quod Christus homo factus mortuus est, quũ nullum omnino peccatum perpetrasset,qd huic amplius poterat adiungi miraculo? Sed mortale corpus assumpsit. Erat quidem & hoc admirandum. Cæterum quod Deus quum esset,uoluerit homo fieri, tãtumcp sese demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium maxime reuerendum, stuporisqp plenum. Quod quidem & Paulus admirãs dicebat, sine cõtrouersia magnum pietatis mysterium. Quod magnum?

9
Vide hic per ordinem festa celeberrima Christianorum.
Epiphania
Pascha
Ascensio Domini
Pentecostes.
Quæ dicit esse festa audientibus nota.

10
Tu qui dicis dies æquales esse,et aliũ alio nõ esse celebriorẽ, nõ uides qd̃ diẽ Nata

Deus declaratus in carne. Ac rursum alibi: Non enim angelos apprehendit Deus, semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari. Propter hoc potissimũ amplector diligoq; diem hunc, & amorem eius in medium propono, ut uos huius amatorij pharmaci participes reddam. Eoq; rogo uos omnes obsecroq;, ut summo studio summaq; cũ alacritate uelitis adesse, sed prius suam quisque domum repurget, ut uideamus dominum nostrum in cunis iacentem ac fascijs inuolutum, horrendum ac stupendum spectaculum.

Quid enim excusabimus, aut quam ueniam obtinebimus, si quũ ipse nostra causa descenderit e cœlis, nos ad illum uel ex ædibus ingrauemur: quũ alienigenæ barbariq; ex Perside accurrant ut illum uideãt in præsepi iacentem, tu uero ne breue quidem spatium emetiri sustines, ut hoc fœlici spectaculo perfruaris? Nam si cum fide accesserimus, procul dubio uidebimus illum in præsepi iacentem. Siquidem hæc mẽsa uicem explet præsepis. Nam & hic ponitur corpus dominicum: non quidem fascijs inuolutũ sicuti tunc, sed undiquaq; spiritu sancto conuestitum. Qui mysterijs initiati sunt, intelligunt quæ dicunt̃. Ac Magi quidem nihil aliud quam adorarunt, tibi uero si cum pura accesseris conscientia, permittemus ut sumas, & sumpto domum abeas. Accede igitur tu quoque munera offerens, non qualia deferebant illi, sed multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiam ac uirtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modestiam, et cor submissum cum eleemosyna. Quod si hisce cum muneribꝰ accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacræ mensæ. Nam hæc ideo nunc loquor, quod sciam certo futurum, quod in illa die complures accedant, irruantq; ad uictimam hanc spiritualem. Id igitur ne faciamus ad detrimentũ & condemnationẽ aĩę nr̃ę, sed ad salutẽ: iam nũc obtestor obsecroq;, ut oĩbꝰ modis repurgatis aĩs ur̃is, ita demũ adeatis mysteria.

Neq; mihi quisquã dixerit, uereor, habeo conscientiam pecccatis oppletam, sarcinam circũfero grauissimam. Sufficit enim horũ quinq; dierũ tp̃s, si sobrius fueris, si attentus, si uigilaueris, multitudinem peccatoꝝ reddes contractiorem. Nec illud perpende quod breue tp̃s est, sed illud considera quod benignus est dñs. Qñquidem & Niniuitæ tridui spatio tantam iram dei a se depulerunt, nec obstitit illis tp̃is angustia, sed animi prõptitudo amplectens dñi benignitatem, totũ peragere ualuit. Et meretrix illa breui tp̃is momento, quũ ad Christum accessisset, oĩa probra diluit. Quin & calumniantibꝰ Iudæis, quod illam admisisset, tantamq; præbuisset fiduciam, Christus illis quidem silentium imposuit, hanc uero malis omnibus liberatã, cõprobatoq; illius studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Qm̃ feruenti animo, & flagranti corde, ardẽtiq; accessit fide, sanctosq; illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibꝰ lachrymarum ex oculis emissis, unguento profuso. Etenim per quę deceperat homines, per eadem parauit remedia pœnitentiæ; per quæ auocarat oculos intemperantium, per hæc emisit lachrymas, per capillos arte compositos multos illexerat ad pctm̃, per eosdem pedes abstersit Iesu. Vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus prouocasti Deum, per has rursum facito propitium: Prouocasti illũ pecuniarũ rapina, per easdem illũ reconcilia, quũq; & rapta restitueris illis quos iniu-

lis domini Chrysostomus cæteris diebus anteponit, eo quia qđ in eo natum est, cæteris omnibus est uenerabilius?

11

Potissimum amplector diligoq; diẽ hũc, & amorem eius in medium propono.

12

Nota pro ueritate corporis domini in sacramẽto Eucharistiæ, cõtra hæreticos negantes.

13

O impie hæretice qui dicis errorem magnũ eẽ eorum, qui ad Eucharistiæ sacramentũ accedunt huic innixi fiduciæ quod sint confessi, quod non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quod p̃miserint orationes suas. Omnesque huiusmodi iudicium sibi manducare & bibere. Sed eos tantum digne sumere, qui credunt & confidunt se gratiã ibi consecuturos. Hancq; solã fidẽ facere nos puros et dignos. Vide uide miser quomodo sanctissimus doctissimusque hic pater, omnia hæc tua mendacia unico suo flatu eijciat et expellat, & uolentẽ digne sumere corpus Christi, ad puritatẽ conscientiæ & uirtutum omnium comple

mentum hortetur, alias ne accedat obtestatur. Quod si fecerit, eum in detrimentum & condemnationem animæ suæ communicaturum.

ria affeceras, & alia insup addideris, dicito iuxta Zacchæū: Reddo si qd rapui, quadruplum. Prouocasti linguæ maledicentia, multis contumelia affectis, uicissim lingua placato, puras emittens preces, benedicēs maledicentib⁹, laudans uituperantes, gratias agens iniuriam inferentib⁹. Hęc nō egent multis diebus anni suæ, sed solo animi proposito unico die perficiū tur. Discede a malo uirtutem amplectere, desiste a prauitate. Pollicetor te posthac ista nō cōmissurum, & istud sufficient ad excusationem.

14 Nota quod eos quos hæretici dignos censent, Chrysosto. e dire cto indignos iudicat.

Ego testificor ac fideiubeo fore, ut si nostrū quisq; qui peccatis obnoxij sumus, recedēs a pristinis malis, ex aio uereq; promittat Deo se postea nunq; ad illa rediturū, nihil aliud deus requirat ad satisfactionē ulteriorē. Benignus enim est, & quēadmodum parturiens cupit eniti fœtum, ita & ille cupit effundere suam misericordiā. Sed obstant peccata nostra. Dirua mus igitur maceriem, atq; ex hoc iam tpe festum auspicemur, hosce dies quinq; negotijs omnibus ualere iussis. Valeat forū, ualeat curia, facessant mundanæ curę cum pactis & contractib⁹: animam meam seruare cupio. Quid lucrifecerit homo, si totū mundū lucrifaciens, aię suæ iacturam faciat? Egressi sunt a Perside Magi, egredere tu e temporarijs negotijs, ad Iesum proficiscere, nō est longū interuallū si uelimus. Non enim necesse est trajicere mare, neq; montium superare cacumina, sed domi sedens, si pietatem exhibeas, multamq; cordis cōpunctionē, potes illū uidere, potes totam diruere maceriem, totum submouere obstaculū, abbreuiare uiæ longitudinē. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & nō deus procul. Et dominus prope est omnibus inuocantib⁹ ipsum in ueritate.

15 Meretrix quæ ad pedes domini accessit, non fidem tantummodo ardentē secum attulit, sed cum ea plurima satisfactionis opera, charitatemque eximiam.

Nunc autem multi Christianorum in tantam uecordiam, tantumque uenere contemptum, ut cū innumeris scateant malis, nullam tamen uitæ suæ curam habeant: sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam hanc accedant, haud intelligentes quod cōmunionis tempus non est festum, neq; celebritas, sed conscientia pura, uitaque a peccatis repurgata. Quēadmodum enim qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: Sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eū ne in festis quidem accedere tutū est. Neq; enim semel in anno accedere, liberat nos a peccatis, si indigne accesserimus, quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod cum semel tm̄ accedamus, ne tum quidem pure accedimus. Quapropter adhortor uos oēs ne negligenter, ueluti festo die cogente ad diuina mysteria accedatis, sed si qū parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis ante diebus repurgetis uosipsos per pœnitentiam, precationem & eleemosynam. Deniq; per hoc ut uacetis spiritualibus, nec denuo conuertamini canis in morem ad proprium uomitum.

16 O qui dicis satisfactionem nullā requiri pro peccatis, & opera nostra ad dei misericordiam obtinendā nō ualere, xp̄m satisfeciſſe p nobis abunde, atq; ob id satisfactiones nostras inanes & superfluas esse. Quam mendax esse conuinceris ex hoc loco, cum deus ipse maxime gratas habeat nostrorum operum satisfactiones, et per ipsas ppitius reddatur. Resipisce miser homo. An de industria adhuc oculos opis, ut in tenebris degas, neque sursum aspicias ut illumineris?

An non enim absurdum tantam habere curam rerum corporalium, ut appetente festo multis ante diebus uestem, e, scrinijs depromptam diligēter appares, emas calceamenta, mensa largior splendidiorq; pareā, denique uariam undiquaq; rerū copiā excogites, omnibusq; modis temetipsum ornes, nitidumq; reddas: aię uero neglectæ, sordentis, squallidæ, fame cōtabescentis nullū habere respectum, quum sola maneat impura: ac corp⁹ quidem nitidum huc adducere, animam uero nudam incultamq;? Atqui corpus quidem uidet conseruus, neq; quicquā est detrimēti, qūocunque fuerit habitum: illam autem uidet dñs, qui grauissime punit negligentiā. An nescitis quod hæc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodum,

17 Quod dicit hic Chrysosto, deum post pmis

fontes aquæ uim exundant:ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur acceſſeris ſtipulam adferens,non ligna,non fœnum,ne augeas incendium,exuratq; animam ad cõmunionẽ accedentẽ:ſed accede ferens lapides pretioſos,aurũ,argentũ,quo puriorẽ reddas materiam,multoq; cum lucro diſcedas. Si quid mali eſt, abigas ab aio. Habet quis inimicũ, grauiter læſus,ſoluat ſimultatẽ,coerceat animũ exardeſcentẽ,intumeſcentemq;,nequis ſit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es p cõmunionem:quum autem rex ingreditur animam, oportet magnam eẽ tranquillitatem, multũq; ſilentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter læſus es,nec potes iram remittere. Quid igit? An igitur te ip ſum magis etiam & grauius lædes? Neq; enim tantis malis te afficiet inimicus,quæcunque fecerit,quibus teipſum afficis, ſi non illi reconcilieris, ſed dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi num tu ideo Deum afficies contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui moleſtiam attulit,non tam eſt illum ulciſci, quam Deum afficere contumelia legis huius autorem, præcipientis ut inimicis reconciliemur priuſquã accedamus ad altare. Proinde ne reſpicias ad conſeruum, neque ad magnitudinem iniuriarum,quas intulit ille,ſed ad Deum, illiuſque timore in animum demiſſo, illud expende, quod quo maiorem uim admoueris animo tuo,poſt innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo qui moleſtiam intulit,tanto maius præmium feres a Deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodum hic Deum excipis multo cum honore, ſic & ipſe te illic multa cum gloria excipiet,reddetq; tibi mille culpam iſtius obedientiæ mercedem:quam nobis omnibus aſſequi contingat, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

ſionem abſtinentiæ a peccatis ulteriorem ſatisfactionem nõ requiſiturum, ne ſibi ipſi ſit contrarius, intellige quando nulla ſatisfaciendi adeſt opportunitas. Exempli gratia,cum fur non habet unde reſtituat quod ſurripuerit,aut mors repẽtina ingruerit ut ita latrone in Cruce. Alias ſatisfactio ſemp eſt neceſſaria, ut pauloãte uidiſti. Vel intellige de remiſſiõe quo ad cul pã, ad quã impetidens non requirit ulteriorem ſatisfactionem, non autem quo ad pœnam. Vel de tali promiſsione abſtinen.a peccatis loquitur, quæ coniuncta

eſt cum ardenti charitate peccatorum multitudinẽ operiente ut in Magdalena.

18 *Et hic habes quæ ſit digna præparatio ad ſumendum corpus Chriſti,contra hæreticos noſtros.*

Qui nullius peccati ſibi conſcius eſt, Doctor ſanctus dicit eum eſſe dignum qui ſingulis diebus accedat. At pſeudo noſtri apoſtoli dicunt hunc eſſe indignum. Vide cui potius ſit credendum.

19 *Ecce hæretice quæ ſit digna præparatio ad corpus Chriſti, pœnitentia, Orationes, & eleemoſynæ, & non tantum nuda tua illa fides.*

20 *Merito hæc menſa plena eſt igne ſpirituali non ſolum quia gratiam ſpirituſſancti digne accedentibus elargitur, ſed maxime quia deum noſtrum præſentem habet quid ignis conſumens eſt.*

21 *Quomodo accedere deheas ad menſam dominici corporis, & uide ſi non penitus cum hæreticis pugnãtia doceat.*

22 *Regem excepturus es per communionem, ergo uerum Chriſti corpus & non ſignum.*

23 *Hic deum excipis, igitur uerum Chriſti corpus. Habes præmium & mercedem redditur a deo pro bene geſtis.*

VITA MACARII, ISIDORI, ALIIQVE MACARIÑ, Heraclidis aliorumq; beati Antoñ diſcipulorum, ac Moyſi eremitæ ordinati in Epiſcopum, necnon Didymi Alexandrini per Ruffinum presbyterum Aquileienſem ſcripta.

Habetur li. 11. Hiſtoriæ Eccleſi. cap. 11.

OStIouinianum Valentinianus imperiũ ſuſcepit, qui pro fide noſtra a Iuliano militia fuerat expulſus. Sed cõpleuit in
p illo dominus quod promiſit,plus etiã quã centupla in præſenti ſeculo reſtituens ei. Nam quia militiã pro Chriſto reliquerat,recepit imperiũ. Is in conſortium regni aſſumpſit fra

trem Valentem,& ſibi quidem occiduas partes delegit,illi autē Orientales reliquit:Sed Valens fauēdo hæreticis, abīt in uiam patrū ſuorū. Nam & epiſcopos egit in exiliū, & p̄sbyteros,ac diaconos,& monachos(Tatiano Alexandriæ præſidente)uſq; ad tormenta deduxit,& ignibus tradidit. Multaq; nephanda & crudelia in eccleſiam dei molitus eſt: ſed hæc omnia poſt Athanaſij obitū. Nam illo ſuperſtite, uelut diuina quadā uirtute prohibitus, cum dabaccharetur in cæteros, in illum nihil auſus eſt triſte committere.

Igitur ea tempeſtate cū quadrageſimo & ſexto anno ſacerdotij ſui Athanaſius,poſt multos agones multasq; patientiæ coronas quieuiſſet in pace, ſciſcitatus de ſucceſſore, Petrū tribulationū ſuarum participem & ſocium delegit. Sed Lucius Arianæ partis ep̄s,continuo tanquam ad ouē aduolat lupus. Et Petrus quidem nauē protinus conſcendens,ad Vrbem Romam profugit, Lucius uero tāquam materia ſibi crudelitatis oblata, ſæuior erga cæteros efficiebat. Et ita ibat in ſanguinē,ut ne ſpeciem qdem aliquam religionis ſeruare uideret. Cuius primo ingreſſu tanta & tam turpia in uirgines & continentes eccleſiæ geſta ſunt,quæ nec in perſecutionibus gentiliū memorantur. Inde poſt fugas ciuiū & exilia, poſt cædes & tormenta,flammasq; qbus innumeros confecerat,ad monaſteria furoris ſui arma conuertit. Vaſtat eremū,& bella quieſcentibus indicit. Tria milia ſimul(aut eo amplius)uiros,per totā eremum ſecreta & ſolitaria habitatione diſperſos,oppugnare pariter aggredit. Mittit armatam equitum ac peditum manum, Tribunos, Præpoſitos & bellorū duces, tanquam aduerſum Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum ueniſſent,nouā belli ſpeciem uident, hoſtes ſuos gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, niſi: Amice ad quid ueniſti?

Per idem tp̄s patres monachorum uitæ & antiquitatis merito, Macarius,& Iſidorus,aliusq; Macarius,atq; Heraclides,& Pambus, Antonij diſcipuli per Ægyptū,& maxime in Nitriæ deſerti partibus habebantur uiri,qui conſortiū uitæ & actuum,non cum cæteris mortalibus,ſed cū ſupernis angelis habere credebant. Quæ præſens uidi loquor,& eor̄ geſta refero,quorū in paſſionibus ſocius eſſe promerui. Hi ducebant exercitū domini,non mortalibus telis,ſed fide religionis armatū,exercitū morientem uincentem,et qui ſanguinis ſui profuſione uictor Chriſtum ſequeretur ad cœlū. Quiq; dum in tabernaculis poſiti, & orantes expectarent interfectores ſuos,delatus eſt ad eos homo olim membris omnibus,& præcipue pedibus,aridus. Sed cū ab eis in nomine domini oleo fuiſſet punctus, ſtatim confirmatæ ſunt plantę eius. Et dicentibus eis,in nomine Ieſu Chriſti,quem Lucius perſequit,ſurge,et ſta in pedibus tuis,& redi in domum tuam: & continuo exurgens & exiliens, benedicebat deum, oſtendens quia uere erat in eis deus.

Ante aliquantulū uero temporis cæcus quidam rogabat deduci ſe ad cellulam Macarij,quæ erat in deſerto, itinere triū dierum. Quo poſteaq; cæcus multo ductantium labore puenit, Macariū non reperit domi. Contriſtatus ualde,nullatenus mitigare mœſticiā poterat,ſanitatis ſolatio carens. Tum uero feruore fidei concaleſcens: Deprecor,inquit ad eos q̄ deduxerant,applicate me ad illam partem parietis, ubi cubare ſenior ſolet. Et cū fuiſſet admotus,parum luti aridi unde paries oblitus uidebat, aſſu-

mens,palmæ ſuæ ſuperpoſuit.Rogat etiam ut aquam de puteo,ex quo bi bere ſolebat,haurirent.Qua reſóluens glebulã,eodemq; luto oculos ſuos ſuperungens,& lauans de aqua quæ hauſta fuerat, repẽte recepit uiſum, ita ut nullo indigens adminiculo rediret ad ſua. Sed ne ſecundũ leproſos illos ageret, quos a ſe curatos in Euangeliis ingratos dominus notat, cũ omni domo ſua regreſſus,& deo grãs referens,rẽ ut geſta fuerat idicauit.

Idem ipſe Macarius leenæ ſpeluncam habuit cellulæ ſuę uicinã. Et quadam die catulos ſuos cæcos ad eũ belua producit,& ante pedes eius ponit. At ille cum intellexiſſet pro cæcitate catulorũ beſtiam ſupplicare, rogauit dñm,ut eis redderet uiſum. Quo recepto matrem ſequentes redeũt ad ſpeluncam.Et paulo poſt ipſa cũ catulis ſuis regrediens, pelles ouium lanatas plurimas,uelut munus pro ſuſcepta gratia ad ſenem defert, morſu oris enectas,ante fores eius depoſitis abſcedit. Verum ſi ſingulorũ mirabilium geſta proſequi uelimus,excludimur a propoſita breuitate,maxime cũ narrationem proprij operis mereantur.

Sed in his omnibus Lucius non erubuit,nec aliquid reuerentiæ uirtutũ mirabilibus detulit:quinimo iubet patres ipſos ablatos a grege ſuo,imo clam raptos,in inſulam quandã Ægypti paludiũ deportari, in qua compererat neminẽ prorſus eſſe Chriſtianũ,quo per hoc uel abſq; ſolatijs,uel abſq; conſuetis actibus uiuerẽt. Senes igitur cũ duobus ſolis pediſſequis noctu ad inſulã deducunt, in qua erat templũ quoddã ſumma ueneratione a loci in colis obſeruatũ.Cumq; primũ nauicula ſenũ orã ſoli illius contigiſſet,ecce ſubito ſacerdotis templi illius uirgo filia correpta ſpiritu,cũ ingenti uociferatione & clamoribꝰ uſq; ad cœlũ datis,agi per medios populos cœpit,& crebros ducẽs rotatus, ſtridens huc atq; illuc rabida ora uibrare.Cumq; ad ſpectaculũ tam ingentis monſtri, maxime quod eſſet ſacerdotis filia(qui in honore præcipuo apud illos erat) populi conueniſſent,per auras eã raptã ſequentes,perueniũt uſq; ad nauiculã ſenũ.Ibi uero proiecta eorũ pedibus & proſtrata,clamare cœpit:Quid ueniſtis huc, ò,ſerui dei ſummi,antiqs nos & ueternoſis euoluere domicilijs; In hoc loco depulſi undiq; latebamus:qũo uos nequaquã latere potuimus? Cedimus antiqs ſedibus:populos ueſtros terrasq; recipite. Cũ hęc diceret,in crepitus ab eis erroris ſpiritus, effugat. Et puella ſana una cũ parentibus ſuis iacebat ad pedes noſtri temporis apoſtolorũ. Qui talibus exordijs prædicantes eis fidẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti,in tantã conuerſionem repente eos perduxerũt,ut ſtatim manibus ſuis antiquiſsimũ templũ,et in ſumma ueneratione habitũ,deſtruerent,& eccleſiam confeſtim ædificarent. Nec ad deliberandũ ſpacio temporis eguerunt,quibus fidẽ rerũ fecerant, non uerba,ſed uirtus. Sed hoc cũ fuiſſet Alexandriæ nunciatũ, ueritus Lucius,ne forte etiam ſuorũ in eũ odia iuſta conſurgerent,qui aperte iã bellũ non hominibus,ſed deo indiceret,occulte eos reuocari,& in eremum remitti iubet. Dum hæc in Ægypto geruntur, ne alijs quidem locis perſecutionis flamma ceſſabat.

Edeſſa nanq; Meſopotamiæ urbs fideliũ populorũ eſt, Thomæ Apoſtoli reliquijs decorata. Vbi cũ per ſe imperator populos uidiſſet eccleſijs eiectos in cãpo habere conuenticulũ,tanta dicit iracũdia accenſus, ut præfectũ ſuum pugno percuteret, cur non fuiſſent inde quoq;(ſicut iuſſerat)deturbati. At ille licet eſſet Paganus, & iniurijs ab imperatore affe-

I

Thomæ Apoſtoli reliquijs decorata. Sunt itaque Vrbium ornamenta,ſanctorum reliquiæ.Quid dicis hæretice?

ctus,tñ consideratione humanitatis altera die ad uastandũ populũ processurus,facit hoc ipsum ciuibus per occulta indicia clarescere, quo scilicet cauere sibi possent,ne inuenirent in loco. Mane processurus,terrorem solito maiorẽ per officium mouet, agitq; omnia quo quã minimi,uel si fieri posset, nulli periclitarent. Videt tamen frequentiorem solito populum tendere ad locum, currere præcipites & festinare, tanquam uererentur, ne quid deessent ad mortem.

Interea uidet quandã mulierculam ita festinã & properam domo sua prorumpere,ut nec clauderet ostiũ,nec operire se,ut mulierũ habitum decet,diligentius potuisset,infantẽ quoq; paruulũ secum trahentem,cursuq; rapido,irrupto etiã officiũ agmine, festinantẽ. Tum ille ultra non ferens: Apprehendite,inquit,mulierẽ, & huc deducite. Cumq; fuisset adducta: Quo,inquit,mulier infœlix properas tam festina? Ad campũ,ait,quo catholicorũ populus conuenit. Et non,inqt,audisti, quia Præfectus illuc pergit,ut omnes interficiat quos inuenerit? Audiui, inquit, & ideo festino ut ibi inueniar. Et quo,inquit,paruulũ istũ trahis? Vt & ipse,ait,martyrium consequi mereat. Quæ cũ audisset uir moderatissimus,redire officiũ, & cõuerti uehiculũ ad palatiũ iubet. Et ingressus ait,Imperator, subire mortem si iubeas paratus sum. Opus uero quod præcipis,implere nõ possum. Cumq; edocuisset cũcta de muliere,represit imperatoris insaniam.

Per idẽ tempus ecclesia uelut persecutionis igne conflante, purior auri metallo refulgebat. Non enim in uerbis uniuscuiusq; fides,sed in exiliis et carceribꝰ probabat: quia non honori erat catholicũ esse, sed pœnæ: præcipue apud Alexandriã, ubi ne sepeliendis quidẽ corporibus mortuorũ libera facultas fidelibꝰ erat. Quæ dũ Lucius omni arrogantia & sæuitia gereret, Mauuia Sarracenorũ gentis regina, uehemẽti bello Palæstini & Arabici limitis oppidu atq; urbes quatere, uicinasq; simul uastare prouincias cœpit. Cumq; frequentibus bellis Romanũ attriuisset exercitũ,et plurimis perẽptis,reliquos uertisset in fugã,orata pacẽ,non alr se amplexurã promittit,nisi Moyses quidã nomine,monachus,genti suæ ordinaret eps.

Qui in eremo partibꝰ suis propinqua uitã solitariam ducens,meritis & uirtutibus ac signis q̃ faciebat Deus p illũ, magnifice innotuerat. Petitio eius principi indicata Romano, sine ulla dilatione iubet impleri a ducibꝰ nris,qui ibi infeliciter pugnauerãt. Captus Moyses ad sacerdotiũ suscipiẽdum Alexandriam ex more deducit. Adest Lucius,cui ordinandi ferebat officiũ. Quo uiso,Moyses pſentibus ducibus qui perurgebant, & populis,ait: Ego quidẽ me non esse dignũ tanto sacerdotio iudico: Verũtamen si aliqua in me,licet indigno,diuina dispensatio putat explenda, Deũ nostrum cœli ac terræ dñm testor,qd Lucius sanctorũ sanguine pollutas et cruentas super me nõ inq̃et manus. Cũq; Lucius tam graui nota inustũ se uideret in oculis plurimorũ: Quare,inquit, ò Moyses tam facile condẽnas eũ,cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicauit, audi fidem meam,& tibi ipse magis quã alis crede. Tunc ille: Desine, inquit,ò Luci dolosis tuis me quoq; imaginibꝰ adgredi. Bene mihi nota est fides tua,quã protestant serui Dei per metalla damnati,epi in exiliũ trusi, presbyteri,diaconi extra Christiani nois habitacula relegati, bestiis alij, alij etiam ignibꝰ traditi. Nunquid potest uerior esse fides q̃ auribus capit,quã quæ oculis peruidet? Apud me certũ est,quod qui Christo recte credunt,

ista non faciunt. Et ita maiore dedecore deformatus (qm̃ perurgebat necessitas reipublicæ consulendi) cōpulsus est adquiescere, ut ab ep̃is quos in exilium truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto, & gentis ferocissimæ pacem tenuit, & fidei catholicæ custodiuit intemerata consortia.

Verum cum apud Alexādriam populos & urbē nebulosi doctoris terra perfidiæ caligo suffunderet, uelut lampadē quandam diuina luce fulgētem Didymū dn̄s accendit. De cuius uita atq; institutis (qm̃ ad ecclesiæ gloriam dei munere concessus creditur) licet in transcursu, necessario tn̄ cōmemoranda nobis pauca uidenť. Is nanq; in parua ætate, cū adhuc ēt prima literarū ignoraret elementa, luminibus orbatus, maiore desiderio scientiæ ueri luminis inflāmatur: nec desperationē cupita adipiscendi passus est, cū audisset scriptū in euangelio: Quod apud homines impossibile est, possibile est apud Deum. Hac igiť diuina pollicitatione confisus indesinēter dn̄m deprecabať, non ut oculorū carnalium uisum, sed ut illuminationem cordis acciperet. Miscebat tn̄ precibus studia ac laborē, & iuges cōtinuatasq; uigilias, non ad legendū, sed ad audiendū adhibebat, ut quod alī̃s uisus, hoc illi conferret auditus. Cum uero post lucubrationis laborē somnus (ut fieri solet) legentibus adueniisset, Didymus silentiū illud nō ad quietē uel otiū datum ducens, tanq; mundū animal ruminans cibū quem cœperat, ex integro reuocabat, & ea q̄ dudum percurrentibus alī̃s ex librorū lectione cognouerat, memoria & animo retexebat, ut non tā audisse q̄ lecta fuerant, q; descripsisse ea mentis suæ paginis uidereť. Ita in breui deo docente, in tantā diuinarū humanarūq; rerum eruditionem ac scientiam uenit, ut scholæ ecclesiasticæ doctor existeret, Athanasio ep̃o, cæteris q; sapientibus in ecclesia uiris Dei admodū probatus: sed & in cæteris, siue Dialecticæ, siue Geometriæ, Astronomiæ quoq; uel Arithmeticæ disciplinis ita esset paratus, ut nullus unq; philosophorū aliqua ex eis artib⁹ proponēs, obtinere eū uel cōcludere quiuerit, sed statim ut responsiones ei⁹ acciperet, magistrū eū etiā illius de qua ꝓposuisset, crederet disciplinę.

Huius aliquanti dicta uel cōmuniter disputata, uel proponentibus responsa adhibitis notarī̃s descripsere: quæ etiam nunc in magna admiratione habenť. Nos aūt qui & uiuæ uocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, & ea quæ a nonnullis dicente eo descripta legimus, longe maiorem gratiā, & diuinū nescio quid, ac supra humanam uocē sonans, in illis magis sermonibus qui de ore ipsius proferebanť, agnouimus. Hūc etiam beatus Antonius, cū fidei Athanasij̃ testimonium laturus aduersum Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, magnificis cōsolatus est uerbis: Nihil te, inquit, offendat ò Didyme, quod carnalibus oculis uideris orbatus. Desunt enim tibi oculi illi, quos mures, & muscæ, & lacertæ habent. Sed lætare quia habes oculos quos angeli habent, e quibus De⁹ uidetur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur.

Florebat igitur Aegyptus ea tempestate, non solū eruditis in Christiana philosophia uiris, uerūetiam his qui per uastam eremū cōmanentes, signa & prodigia apostolica, simplicitate uitæ, & cordis synceritate faciebant. Ex quibus interim quos ipsi uidimus, & quorū benedici manib⁹ meruimus, hi sunt, Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pambus in cellulis, Moyses & Beniamin in Nitria, Scyrion & Helias & Paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Pœmen & Io-

seph in Pispiri, qui appellabat mons Antonij. Sed & alios quã plures huiusmodi uiros in Aegypti partibus habitare, fideli comperimus auditu, ut uere cõpleret apostoli dictũ: Quia ubi abundauit pctũ, superabundauit et gratia. Habuit aũt per idẽ tps etiam Mesopotamia uiros nobiles, ijsdẽ studijs pollentes. Quorum aliquantos ipsi per nos apud Edessam & in Carrarum partibus uidimus, plures autem auditione didicimus.

2

Pulcherrimus locus Sycophantas nostri tẽporis conuincit, qui diuinorum librorum intelligentiã ex ppria temeritate & ꝑsumptione hauriunt, non aũt ex maiorum scriptis & autoritate, qui intelligẽdi regulã ex Apostolica successione susceperunt, quemadmodum Clemens Lib. 10. Recog. & Epistola. 5. elegãter docet.

Sed neutra harũ infœcũdior Cappodocia fuit, imo aliquid lætius Gregorium nobis cũ Basilio germinauit. Tulit igit & ipsa multorũ sanctorũ segetem satis lætam, produxit copiosam piorum uineam, oliuarũ quoq; dñi germinauit nouellam. Sed isti præcipue uelut duo filij pinguedinis assistẽtes dextera leuaq; cãdelabro, istar duorũ cœli luminariũ refulgebãt.

Vnde dignum puto de his pauca supra repetere. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digressi ad profitẽdã Rhetoricam rogabant. Quod opus magnifice quidẽ implebat Basilius, Gregorius uero magnificentius contẽnebat. Quicq; cũ se totum dei seruitio mancipasset, tm de collegæ amore ꝑsumpsit, ut sedentẽ Basiliũ de doctoris cathedra deponeret, ac secũ ad monasteriũ manu iniecta perduceret, ibiq; per annos (ut aiunt) tredecim, omnibus Græcorũ secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ uoluminib⁹ operam dabant, earũq; intelligentiã, non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & autoritate sequebant: quos & ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat. Quorum præcipue in prophetas cõmentarios discutientes, thesauros sapientiæ & scientiæ reconditos in uasis fictilibus perquirebant.

VITA D. ATHANASII ALEXANDRINÆ VRBIS Episcopi per D. Gregorium Nazianzenum scripta.

Est oratio. 18. numero in ordine orationum eiusdem.

1

Et nostri hæretici uolũt quod sint mortui, unde & uocant sanctos mortuos, et emortuos homines, imo ꝑ excellentiam, emortuos. O insaniam.

a Thanasium laudans uirtutẽ ipsam laudabo. Hunc enim solũ nominare, uirtutem ipsam est laudare, qm oẽm uirtutẽ in se cõprehendens habebat, seu, ut rectius dicam habet. Deo enim uiuunt oẽs, qui secundũ Deum uiuũt, etiam si hinc sint digressi: quẽadmodum & Abraham, & Isaac, & Iacob audit, Deus ille Deus, tanq; non Deus mortuorũ sit, sed uiuentiũ. Virtutẽ uero laudans Deũ ipsum laudabo, a quo hominibus peruenit uirtus, ut ad ipsum ꝓp cognationẽ splẽdoris deducamur, seu potius reducamur. Cum enim plura existant, ac maxima, q̃ non facile recẽseri possunt, qualia sint, & q̃ magna, quæ ex Deo habemus, & habebimus, maximũ est & clemẽtissimum, quod ad ipsum iclinamur, & domestici eius sumus. Quod enim sol est sensibus, hoc intelligentibus est Deus. Hic enim mundũ illuminat uisibilẽ; ille uerò inuisibilem. Et hic quidẽ uisum corporalẽ illustrat; ille uero naturas intellectuales splendidas reddit. Et quemadmodũ hic uidentibus, & uisibilibus, his qdem ut uideant, illis aũt ut uideantur, uim subministrat, ipseq; inter uisibilia est pulcherrimus; ita & Deus intelligentibus, & intellectis, his qdem intelligere, illis uerò ut intelligant suppedtat, ac ipse inter intelligibilia est altissimus; in quo omne desiderium consistit, & super quẽ minime fertur. Nil enim sublimius quid habet omnino desiderũ, neq; mens sapientissima, & indagatrix seu curiosissima. Hoc enim ex appetitiuis est nouissimũ, & nondũ in lucem editis totius contemplationis

requies. Cuicunq; igit̃ contingit, ut per rationem, & contemplationẽ, materiam, & carnale hoc, siue nubẽ id, seu uelamen uocare oportet, segregare, ac deo coniungi, & purissimũ lumen assequi ualeat, quantũ naturæ humane possibile est, beatus ille tã ob ascensionem, quæ hic est, q̃ diuinitatem, ad quam aspiramus. Et quã sapientię studiũ tribuit rectum, & super materialem dualitatẽ per unitatem, quę in trinitate cognoscitur ascensio. Quicunq; igit̃ per copulationẽ deterior est effectus, ac adeo luto immersus, ut nequaq̃ ad ueritatis radios aspicere ualeat, nec super inferna attolli, cũ sit ex supernis creatus, & ad superna uocatus, miser ille mihi ob cęcitatem existit, etiam si pręsentibus bonis abundet, & tanto plus, quanto magis deluditur á copia, ac aliud quid bonũ prę existẽte bono esse credit, malę opinionis fructũ decerpens malum, siue in caligine damnanda, siue in igne uidendo, quem sicut lucem non cognouit.

Et hæc paucis sint philosophata, tam præsentibus, q̃ antiquis. Pauci. n. qui dei sunt, etsi oẽs illius sint creaturæ, legislatoribus, ducibus, sacerdotibus, prophetis, euangelistis, apostolis, pastoribus, & doctoribus, supplemento spiritali, ac congregationi omni. Inter omnes aũt huic, quem nunc laudandũ suscepimus. Quosnam aũt dico? Enoch illum, Noe, Abraham, Isaac, duodecim patriarchas, Samuel, Dauid, Solomonẽ quodamtenus, Heliam, Helisęũ, eos qui ante captiuitatem, necnon qui postea fuere, prophetas. Pręterea & nouissima illa ordine, prima aũt ueritate, q̃ circa Christi fuere incarnationem, uel assumptionẽ, ante lumen lucernã, ante uerbũ uocem, ante mediatorem mediantẽ. mediatorem, inquã, Testamenti noui, & antiqui. Ioannẽ præcipue, discipulos Christi, eos, qui post Christũ populum uel purgarunt, aut per signa sunt cogniti, seu per uerbũ manifestati, siue per sanguinem redditi perfecti Cũ his Athanasio est certamen, & ab aliquibus parũper superatur, nonnullos etiam superat; si hoc nõ nimis dictum est audacter: et hos quidem uerbis, alios uero operibus, quorundam mansuetudinẽ, alioꝝ uero Zelum, nonnulloꝝ pericula. Et horũ quidem plura, alioꝝ uero omnia est imitatus; ac aliud qd pulchritudinis ab alio sumpsit; non secus ac ij̃, qui formas cũ excellentia depingũt; & in solam animã suam deduxit, ac unam uirtutis speciem ex omnibus diligenter collegit. Eos enim qui sermonibus præstabant, operibus; qui uero operibus excellebant, sermonibus uicit. Aut si uultis: sermone eos, qui sermone erant celebres; operibus aũt eos, qui operibus fulgebãt, superauit. Eos uero, qui in utrisq; his mediocriter se habebant, in altero supergrediebat̃. Illos autẽ qui in utroq; summi erant, ambobus pręcurrebat. Proinde etsi magnũ uirtutis exemplũ hoc fuerit anticipantibus, nihilominus ad laudẽ nostri ꝑtinet boni, quod ij̃s ẽt, qui post ipsum fuere, reliquerit exemplum.

Cæterum omnia illius recensere facta, & admirari, longius fortassis foret, q̃ pręsens sermonis fert series. Ac potius ad historiam pertineret, q̃ ad laudẽ. Inter uota tñ mea est, ut illa aliquãdo describere, ac posteris uel instructionis, uel delectationis gratia tradere possim, quemadmodum & ille diuini Antonij̃ uitã conscripsit, uitæ monasticę legislationem narrationis structura contentam. Proinde pauca illius ex multis recensebimus, & quæ nobis memoria, tanq̃ notiora suppeditabit, quo desiderio uestro satisfaciamus, & festiuitati debitũ suum persoluamus; plurima uero tanq̃ penes scientes obmittemus. Sanè haud quaq̃ sanctum, aut tutum foret,

impiorꝝ uitas memoria honorare,eos uero,q̃ pietate excelluerũt, silẽtio p̃terire;idq̃ in ciuitate, quã uix multa ẽt uirtutis exẽpla saluare possent,q̃ in diuinis non secus ac in equorũ cursibus,& theatro,ludere consueuit.

Athanasius igit̃ statim in moribus diuinis,ac disciplinis est nutritus,parumq̃ circularibus operã dedit artibus,ne illarum penitus ignarus esset, seu nescire,quas contemnendas esse censeret. Haudquaq̃ enim sustinebat,ut animę generosum,& magnificũ uanis exerceret studijs, ne idem ei, quod inexpertis accideret athletis,qui cũ aerem sæpius uerberant, q̃ corpora,a certamine excidunt.In testamento uero toto tã nouo,q̃ ueteri,tantum se exercebat, quantũ nec alius in uno.Ditatus est igit̃ contemplatione,ditatusq̃ uitæ splendore,ita ut mirabiliter utraq̃ connecteret, ac aurea inde fieret cathena,multis haudquaq̃ nexibilis. In uita enim contemplationem pro duce habuit; in cõtemplationẽ autem uitæ sigillo est usus. Initium enim sapientiæ timor Dñi, tanq̃ uinculum quoddam primũ; & sapientia timorẽ supergrediens,ac in dilectionẽ ascendens, quæ inde nos dei amicos,& pro seruis filios facit.Ita igitur educatus,et eruditus; quem admodum & nunc oporteret illos,qui populo sunt præfuturi,& qui magnum Christi corpus tractare debent; secundũ magnum itaq̃ dei consilium,& prouidentiã, quæ a longè magnarũ rerum subministrat occasiones,magno huic gradui addicit̃, fitq̃ unus ex appropinquãtibus deo,appropinquanti,ac statione sacra, necnon ordine dignus censetur. Cumq̃ per oẽm graduũ transiret seriem,ut quæ interim acciderunt abscindã,populi illi concredita est præsidentia.Hoc est dicere orbis uniuersi præfectura. Nec referre possum utrũ uirtutis præmiũ,aut Ecclesię fontem,ac uitã, sacerdotiũ acceperit.Oportebat enim cum illa ueritatis deficeret siti, ut Ismahelis olim instar potu reficeretur, aut tanq̃ Helias ex torrente exsiccato terræ refrigeraretur humiditate, & parumper adhuc spirans reuiuificaretur,ac semen relinqueret Israel,ne fieremus sicut Sodomo, & euenirent nobis talia,qualia Gomorrę,quarũ prauitas est diuulgata,sed longe magis perditio illarũ,utpote igne,& sulphure submersarũ. Quapropter erectum est nobis cornu salutis,cum iam iaceremus, necnon lapis angularis excitatus est in tẽpore, qui nos tã sibi,q̃ nobis ipsis colligaret. siue ignis paruam,& malã expurgans materiam,seu uentilabrũ rusticanũ, quod discernit quid sit ex dogmatis graue,uel leue,uel gladius malitiæ radices exscindens.Repperitq̃ uerbũ auxiliatorem suũ,ac spiritus deprehendit,qui pro eo spiraret. Ita igit̃ & propter hæc suffragio populi uniuersi non per cædes,seu tyrannicè,sed spiritaliter,& apostolicè ad Marci eleuatur thronum,non minus pietatis,q̃ præsidentię successor. Hæc enim multipharia ab eo, illa uero confestim post illũ inuenitur, quę & propriè relinquenda est successio.Hoc enim concordiæ,& throni est eiusdẽ,illud autem opinionis contrariæ,& throni diuersi.Et hæc quidẽ nomen, illa uero ueritatem habet successionis;non enim cogens, sed coactus est successor. Nec qui transgredit̃,sed legitime proponitur.Neq̃ qui contraria sentit, sed q̃ eiusdem fidei,existit.Nisi quis ita successorem dicere uelit, sicut ægritudinem sanitati,& lumini tenebras, & ttanquillitati tempestatem, & defectum mentis intellectui.

Postq̃ autem ita prę fectus esset,ita quoq̃ disposuit principatũ; non enim thronũ pariter accepit, quemadmodũ ñ, qui tyrannidem quandam,

aut

aut hæreditatem præter opinionē sortiuntur, ac propter satietatē uiolenter egit. Hæc enim degenerantiū, & adulterinorū sunt sacerdotum, & qui professione sunt indigni, qui nihil ad sacerdotiū afferunt, neq; boni conse quendi gratia laborarunt. Nihilominus tñ & discipulos se, & doctores pietatis esse ostentant, & priusq; purgentur, purgant. Heri sacrilegi, hodie sacerdotes: heri sacrorū expertes, hodie in sacris duces: ueteres in malitia, at tenues in pietate. Quod qdem opus est charitatis humanę, & nequaq; spiritus. Qui cū omnia per uiolentiam sunt scrutati, tandem pietati etiam uim inferunt. Quorū mores haudquaq; gradum indicant, sed gradus mo res, cum multū ordo immutet. Qui pluribus pro peccatis proprijs, q; Po puli indigent sacrificijs. Et omnino in uno ex duobus delinquunt, aut qa cū uenia indigeant immoderate ueniam tribuant, tanq; malitia non sit re scindenda, sed docenda: aut principatus asperitate propria abscondant crimina; quorū neutrum ille fecit: sed operibus erat sublimis, prudentia ue ro humilis, uirtute quidem immutabilis, congressu uero admodū facilis, mansuetus, ira uacuus, compassibilis, sermone suauis, moribus uero suauior etiam, forma angelicus, magis tñ angelicus mente, increpando tranquillus, laudando doctus, ita ut neutrū ex bonis ijs immodestia lederetur, sed ut increpationē faceret paternam, laudem uero principalem; nec tenerum fractū, neq; rigidum austerū, sed hoc quidem mansuetudinē, illud autem sapientiam, ambo autē philosophiā. Sanè mihimū sermonis propter morum indigebat probitatem. ij enim ad institutionem erant sufficiētes: minimum quoq; uirga propter sermonē, minus etiam incisione propter uirgam mediocriter uerberantem.

Sed cur uobis hominē depingo, quem Paulus depingere præoccupauit? Et hoc in ijs, quibus Pontificem magnū cœlos ascēdentem decantat. Hucusq; enim mihi sermo erūpere audet, qm̄ Xps esse nouerat, qui secun dum Christū uiuerent. Illud aūt in ijs, quæ ad Timotheū scribens edocet, sermone effingens eū, qui Episcopæ sit præponendus. Si enim legem, tanquā regulam, ei, qui in his laudandus est, adhibere uolueris, manifeste iustitiam cognosces. Adeste igit̄, ac mecū circa sermonē laboranti panegy rim celebrate, ac multa obmittere uolenti, aliter tñ ab alio detēto, nequaq; tñ id quod superat inuenienti, quēadmodum in corpore undiq; æquali, & pulchro. Quodcunq; enim mihi in mētē incidit, semp uidet pulchri?, sibiq; uendicat sermonē. Quapropter adestote ac mihi, ut bona illius enumerē, opem ferte, quicunq; illorū laudatores estis, ac testes, certamenq; inter uos certetis pulchrū, tam uiri, q; mulieres, adolescentes, & uirgines, senes cū iunioribus, sacerdotes cū populo, solitarij, & promiscui, qui simplicitatē amplexi estis, & uirtutē, q contēplatione excellitis, & opatione.

Et hic quidem laudet ieiunia, & orationes, tanq; in hoie corpore carente, & experti materiæ. Ille aūt in uigilijs, & psalmodijs resonantiā, & assiduitatē minime superabilem, alius subsidium indigentiū; alius contra eminentiam deiectionē, aut circa humilitatē demissionē. Vos uirgines pronubum; q̄ sub iugo estis moderatorē solitarij pennis præditū; promiscui legislatorē; simplices ductorem; contemplatores Theologū; delicati refrenatorē; ærumnosi consolatorē; senectus baculum; iuuentus institutionem; paupertas largitorē; abundantia dispensatorē. Videnē & mihi uiduæ præfectū talem laudare debere: necnon orphani patrē; ac inopes pauperū cu-

2

Cum Athanasius tā tus uir ieiunat, orat, uigilat, psalmos canit, ostendit hæc nō esse res inanes, superstitiosas, & recenter inuentas, ut latrant hæretici.

ratorẽ;hoſpiteſq; hoſpitalem;& fratres ſratrũ amatorẽ;infirmi medicum;immo ſi uis ægritudinẽ,& medicamentũ. Sani ſanitatis cuſtodem;oẽs uerò eũ,qui factus eſt oĩbus oĩa,quo lucrarẽt oẽs,aut quãplurimos. Hæc igitur quẽadmodum dicebam alĩ admirẽt,& collaudent, quibus uel minima illius admirari uacat. Cũ aũt parua dico,illũ ſibimetipſi cõparans dico,ac geſta eius cũ geſtis ipſius confero. Siqdẽ nequaq; pro dignitate gloria dignũ glorificabitis,etiam ſi ſplendidiſſime id feceritis,pp gloriã,quẽadmodum audiuimus ſuperabũdantẽ. Qm̃ uel parua illius,alĩs ad nominis ſufficiunt claritatẽ,nobis aũt(haud enim tolerabile eſt, ut obmiſſo ſermone ſeruiamus minoribꝰ) ad id,quod præcipuum illius erat eſt conuertendum. Dei autem opus, de quo & ſermo, ut aliquid magnificentia, & anima illius dignum proferamus.

Erat tps cũ noſtra florerent,ac bene ſe haberent, qñ ſuperuacuũ illud, & garrulum, necnon Theologiæ cõmentũ, nequaq; introitũ in diuinum habebat ouile,ſed idẽ erat,quod calculis ludere,uiſum celeritate tranſpoſitionis fallentibꝰ,aut corã ſpectatoribꝰ omnipharĩs, & effœminatis deſaltare concentibus. De Deo aũt quid dicere, uel audire curioſum, ſermonis uerò ſincerũ,& generoſum pietas cenſebat. Poſtq; uero Sexti, & Pyrones,ac linguæ oppoſita,tanq; morbꝰ quidam uehemẽs, & mores mali in eccleſiam irruperunt,& nugæ eruditio eſſe uidebant, & ut Actorum liber de Athenienſibꝰ,inquit,nullæ rei aliæ uacamus, q; dicere quid,uel audire nouũ. O quis Hieremias noſtrã deploraret confuſionẽ,& excæcationem, qui ſolus calamitates ritè lugere ſciebat. Arius rabiẽ hanc inchoauit noſe inſanus,qui & ob linguæ intemperantiam pœnas morte in locis dedit impuris. Voti,non ægritudinis opus factus,Iudæ ob ſimilem uerbi ꝓditionẽ ſuſtinens crepationem. Alĩ aũt morbũ ſuſcipientes, artem ſtruxere impietatis,ñ nempe,qui ingenito diuinitatẽ adſcribũt; cum interim non ſolum genitum,ſed & procedentem a Deitate exterminent,nominis tantũmodo participatione trinitatẽ honorantes,aut hoc minus ſeruantes.

3 *Vide quam bene deſcribat originem etiã noſtrarum hæreſum, nempe malos mores, nugas, & cupiditatẽ noua dicendi uel audiendi.*

Verum non ita beatus ille,cũ homo eſſet Dei, & tuba ingens eccleſiæ. Sed ſciebat quod tria contrahere in numerum unum impietatis eſſet, & innouationis Sabellĩ,qui primus diuinitatis excogitauit contractionem. Tria uero diuidere naturis,inciſionẽ præternaturalem eſſe diuinitatis. Vni cum igiẽ recte cuſtodiebat,diuinitati enim: & tria pie docebat,proprietati enim:neq; unico confundebat,neq; tribus contrahebat, ſed in terminis manebat pietatis,quo inclinationẽ in aliam partem, & contrarietatẽ effugeret immoderatam. Ac ideo primũ in ſynodo illa Niçena, & prudentiũ numero,quos ſpiritus ſanctus in unum collegit, quantũ in ipſo erat ęgritudinem ſedauit,nondum inter eꝑos ordinatus, primus tñ ex conuenientibus ordinandus. Nihilominus tñ uirtute clarus erat,& excellebat. Deinde cum malum iam maligni turbine inualeſceret, & plurima occuparet: hinc enim mihi dramata exordium ſumunt,quibus paulominus plena eſt terra,plenum & mare:plurimũ circa ipſum bellum erat, tanq; generoſum ſermonis præfectũ. Siquidem potiſsimũ in reſiſtendo uerſabatur pugna, aliudq; aliunde affluebat moleſtũ. Impietas enim in malorum inuentione quam ingenioſa exiſtit,& admodum audax conatu. Quo pacto enim hominibus parcerent? qui nec deitati parcunt.

Cæterum congreſſus unus difficillimus fuit, affero enim aliquid & ip-

se ad drama istud. Sed charum me solum inhibet patriæ, non quæ progenuit, sed quã malitia elegit. Hæc enim sacra est, & omnibus ob pietatẽ cognita. At illi indigni sunt ecclesia, q̃ eos generauit; audietis aũt & in uinea spinas pullulare. Sed & Iudas ex discipulis unus, proditor erat. Sunt igit̃ qui illi, qui nomine meo appellat̃ causam dimittunt, qui ob doctrinæ amorem Alexandriæ tum degebat, ibiq; oẽm assecutus fuerat dexteritatẽ, pariter inter filios honestissimus, & unus existens, cui ab Athanasio concrederent̃ maxima Rebellationẽ aũt, ut aiunt, moliebat̃ patri, & præsidenti, eratq; drama aliorum, & manus Absalon sicut ferebat̃ cũ ipsis. Proinde si quis ex nobis de manu nouit, propter quã sanctus mẽdacio fuit infamatus, & mortuo uiuente, & exilio iniusto, scit quæ dico. Sed & uolens illius obliuiscor. Ita. n. habeo in dubijs, ut ad humanitatẽ inclinari censeã oportere, & crimina potius dissimulare, ẽq; condemnare. Malus enim cito contemnit bonum; at bonus haud facilè malũ. Quod enim ad malitiam paratum non est, neq; ad suspicionem procliue existit.

Cæterum hæc iam non sunt uerba, sed opera: neq; suspicio incompertа, sed fides prædicata. Monstrũ Cappadocense ex ultimis diebus excitatum, genis malignũ, malignus mente, nec penitus liberum, sed permixtũ, quemadmodũ multos esse scimus Primo igit̃ mensæ alienæ seruus, & placentis uendibilis, peritus omnia uentris gratia & facere, et dicere: demum rebus se applicuit publicis, mirumq; in modũ fidem est consecutus, ita ut carnes suillæ, quibus milites sustentant̃, illi concrederentur: inde fidem fregit, ac uentri seruiuit. Cumq; solũ corpus residuũ ei maneret, audẽdum sibi esse censuit, aliamq; ex alia permutans regionẽ, & ciuitatem, quemadmodũ solent fugitiui, demũ communis Ecclesiæ malo, tanq; plaga quędã Ægyptiaca, Alexandriã peruenit. Ibi ab oberrando cõstitit, ac malitiam inchoauit. Et erat inter reliqua nullius precij dignus, non sermonibus præditus liberalibus, non conuersatione urbanus, non forma reuerenti cõspicuus, sed solũ fictione inani personatus. Prauitate uero, & rerũ confusione omniũ ualidissimus. Nostis enim, & referre scitis omnes, quæ contra sanctũ innouauit. Sæpius. n. iusti in manus tradunt̃ impioꝝ, non ut ab illis puniantur, sed ut isti glorificent̃. Et mali quidẽ in morte indecenti, sicut scriptũ est: nihilominus pij in tempore deridentur præsenti, donec dei occultatur bonitas, necnon collectiones magnæ, quæ utriq; postea sunt repositæ, cũ & sermo, & opera, & cogitationes iusta dei expendentur statera, cum surrexerit ad iudicandũ terram, uoluntatẽ coniungens, & opera, denudauerit q́ penes ipsum signanda, & saluanda. Hęc tibi persuadeat Iob & patiens, & loquens, qui homo erat uerax, irreprehẽsibilis, iustus, pius, & reliquis, quæ de ipso referunt̃, præditus uirtutibus. Tot aũt ab tentatore percellitur aduersitatibus, ac ita crebris, & abundantibus, ut licet multi multoties, omni æuo aduersitatibus fuerint conflictati, quidã etiam iustè afflicti, nullus tñ fuerit, qui illius supergressus sit calamitates. Non solum enim substantiæ, possessionũ, bonorũ, ac numerosorum filiorum, nec non ijs, quæ cunctis hominibus sunt charissima, amissione ita plectitur, ut nec deplorationi propter malorũ crebritatẽ relinqueretur locus; sed ẽt plaga nouissima in corpore ipso immedicabiliter percutit̃, & ineffabiliter. Accessit calamitati huic consolatio uxoris peruersa, quę ultra corpus animam etiã affligere nitebatur. Habebat aũt & amicos præcipuos, con-

solatores malorum,ut ipse inquit,& nequaq̃ medicamentorrum adminis stratores.Qui quidē afflictiones cernebant,sed illarum mysterium ignorabant.Nequaq̃ enim plagam uirtutis experientiā, sed malitiæ exactionem esse censebant:nec solū censebāt,sed nec illi grauiter exprobrare erubescebant;cū oportuisset,si etiā ob malitiam perpessus fuisset, ut uerborum consolatione dolorē sedassent.Et tales quidē Iob fuere res primæ,q̄bus est conflictatus.Virtutis enim certamē erat, & inuidiæ, huius quidē ut bonum,quod illi resistebat,superaret,illius aūt ut omnia ferens immobilis permaneret.Et huius quidem ut prosperaret malitiā eius,qui exercebatur,per punitionē rectē agentiū:illius autem ut conseruaret bonos, etiā si maioribus adhuc calamitatibus essent oppressi. Quid autem ille,qui respondit per turbinē, & nubem?qui tardus est ad puniendū, & uelox ad subueniendū, qui sortem iustorum haud penitus uirgæ dimittit peccatorum,ne iusti discant malitiā.Terminat certamen, pugilemq̄ uictorē claro pronunciat præconio,ac plagæ detegit secretum.Censesne me,inquit, aliud tibi respondisse,q̄ ut demonstreris iustus? Hoc uulnerum remediū, talis certaminis corona,ipsa tolerantiæ est retributio.Nā reliqua forsitan parua sunt,tametsi quibusdam uideantur magna, & paruorum gratia dispensata,etiam si in duplo plus accipit,q̄ ei fuerat ablatum.

4 *Vide quantopere laudet Aegypti monasteria, & illius monachos. Quod si non omnes hoc tempore tales inueniri certum est, num ob id totus Monachorum ordo pdendus, ut nequiter docent Nouatores nostri? Tolle bone uir abusum,& remaneat rectus rei usus, & non propter abusum uelis carere etiā recto rei usu. Vide Basilium in Regus. fus.disput.Interro.55*

Non igitur & hic quoq̄ mirum,si Georgius plus haberet Athanasio, sed longè mirabilius,si iustus non tentaretur tentationibus.Neq̄ hoc mirum ualde,sed si flāmæ pluribus essent cōtentæ.Sic ille è pedibus est sublatus,exiliumq̄ pulcherrimè digessit. Sacris enim, & diuinis per Aegyptum monasteriis seipsum offerēs, illis tradidit hominibus,qui se a mūdo separarunt,& solitudinem amantes deo uiuunt,magis q̄ cuncta alia,quę circumuertuntur corporibus. Quidā enim penitus solitariam,& incōmixtam agunt uitam,solū cum semetipsis,& deo loquentes, & unum hunc decorē scientes,quod in eremo esse cognoscuntur.Alij aūt dilectionis legem cōione amāt,solitarij pariter,& mixti,aliis quidem hominibus mortui,necnon negocijs,quæ in medio uersantur,rotant,ac rotātur,nosq̄ labilibus ludunt mutationibus,inuicem se decorantes,ac uirtutem assidua additione augentes.Cū iis magnus ille est conuersatus, tanq̄ omniū aliorum mediator esset,& conciliator,eum imitatus, qui sanguine suo distantia redegit ad pacem:sicq̄ uitam solitariam cū communicatiua conciliauit ostendens,quod & sacerdotium philosophia existit,philosophiaq̄ sacrorum indiget disciplina:ita enim utraq̄ coaptauit, & in unum reduxit, tam actionem quietā,q̄ quietem negocioſam, ut persuaderet uitam monasticam morū potius constantia,q̄ corporis insigniri secessione.Quemadmodum & Dauid magnus negocioſissimus erat,ille idemq̄ perq̄ solitudinarius.Si saltem illud,solitarius sum ego,donec pertransiuero, magnum est,& ad sermonis demostrationē fide dignū. Ac ideo ij, qui inter alios uirtute præualent,illius sententia plus separantur, q̄ quantum alios uincunt. Et cum pauca ad sacerdotij afferunt perfectionem, pro iis plura ad philosophiæ utilitatem recipiunt.Proinde lex illis erat, quicquid illi uidebatur,& rursus quicquid non uidebatur,antiquabatur.Et Mosis tabulæ illis erant dogmata eius,ueneratioq̄ maior, q̄ sanctis debeē ab hominibus.Quin etiā cum quidam aduenissent, qui sanctum tanq̄ feram indagabant,nec inuenire poterant,licet undiq̄ illū quæsiuissent, nullius precij

dignos

dignos censuere missos, sed collum ad enses protendebãt, tanq̃ pro Christo periclitarent: ac pro illo extrema quæq̃ pati maximam philosophiæ partẽ esse censebant, multumq̃ longis ieiunijs, ac humi dormitationibus, necnon reliquis afflictionibus, quibus illi semper oblectãtur, diuiniorem, & sublimiorem arbitrabantur.

5 *Tũ qui subsannas lõga ieiunia, humi dormitationes, necnõ reliquas corporis afflictiones, nota quod huiusmodi res erant antiquissimorum Monachorũ oblectationes?*

Ille igit in his erat, & Salomonis dictum illud sapiens laudabat, omni rei suum esse tps. Ac ideo parumper se occultabat, donec belli tempus ef fugeret, ac pax se cum ipso ostenderet regrediẽte, quod & paulo post accidit. At Georgius, licet ingens solitudo impediret, per Aegyptum discurrebat, at Syriam impietatis spoliabat potentia, necnõ ortum quantũ potèrat scrutabatur, semper quod morbidum erat secum sumens, & leuioribus, aut timidioribus adhærens. Siquidẽ Imperatoriæ conciliatus est simplicitati; ita enim leuitatẽ uoco, uenerans pietatem. Etenim si uerũ dicere oportet, Zelum iam habebat, sed non secundũ cognitionẽ. Emercabatur autem præfectos, qui magis aurũ q̃ Christũ amabant: abundabat enim, cum ea, quę pauperib9 debebant, male expenderet: & ex illis potissimũ effœminatores, ac inter uiros uirilitate carentes, & generis dubij, impietate tñ manifestos. Quibus cum ea, quæ ad mulieres pertinent, sint concredita, nescio quo pacto Romanorũ Reges, quæ uirorum sunt illis committunt. His igitur maligni seruus uires acquisiuit, zizaniarum seminator, antichristi præcursor. Etenim eloquentia eius, qui tũ inter episcopos primarius erat, tanq̃ lingua est usus, si alicui eloquentem uocare lubet, eum, qui non tã impietatis est doctor, q̃ inimicus, & contentiosus. Nam nomẽ lubens suppresserim. Ipse aũt manus loco multitudini erat, ueritatẽq; inuertebat auro, qđ per pietatẽ collectũ, mali impietatis faciũt instrumẽtum.

Vt igit potentia illa penitus adimpleret, primo quidẽ in sanctę, & egregiæ uirginis Theclæ Seleucia, postea etiã in urbe hac magna, synodus est congregata. Vnde effectũ est, ut cũ urbes illæ hucusq̃ inter pulcherrimas fuissent cognitæ, hanc ob causam inter ignominiosissimas habeant. Siue turris confusionis, q̃ pulchra linguas diuisit, quẽadmodũ & oportebat, nã mali gratia erat cõcordia: siue Caiphę confessus, in quo dãmnatus est Christus; siue aliud quid tale conuentus ille est appellandus, qui oĩa euertit, & confudit. Nam piũ dogma, & antiquũ, ac trinitatis patrociniũ dissoluit, iaciendo uallum, & machinationibus concutiendo consubstantialẽ. Impietati aũt fores reserauit, per scriptorũ mediũ, sub prætextu quidẽ uenerationis scripturæ, & usu nominũ electorũ, uerè aũt Arianismũ introducens sine scriptis. Nam simile illud secundum scripturas, simpliciorib9 illecebræ erant, impietatis contegentes hamum, aut imago ad oẽs respiciens præsentes, non secus ac Cothurnus ille pedibus congruens ambobus, siue uniuscuiusq̃ auræ uentilabrũ. Potestatẽ capiens a prauitate nup scripta, & contra ueritatẽ machinatione. Sapientes enim facti sunt ad malefaciendum, & bonũ facere ignorauerunt. Hinc subdola hæreticorũ dãnatio, quos sermone quidẽ declarabant, quo conatus eorum ueri simillis esse uideretur: opere uero ad ulteriora perducebant, impietatẽ nequaq̃ moderate, sed syngrapham incessanter criminantes. Hinc iudices sacrorum prophani, & mixtura noua, facies publica, & mystica problemata, necnon iniqua uitæ scrutatio, ac sycophantæ mercede conducti, iudiciaq̃ ob uerba etiã prolata. Vnde quidã iniustè a thronis sunt extrusi, alij uero eo-

loco introducti,& impietatis chirographa, tanq; aliud quid necessarium exacta,ac atramentū in promptu, & sycophantes iuxta. Talia plurimi è nobis alias etiam inuicti pertulere,nō quod intellectu caderent,sed scriptis seducerentur,& malis per utraq; in unum peruenirent,fumiq;,si non ignis participes fierent.

Ob quæ sæpius sum collachrymatus,cū confusionē cernerē,tum uigentē,& recti uerbi persecutionē a uerbi præsidibus nunc exurgentē. Præsenti enim tpe pastores facti sunt insipientes, secundū quod scriptum est:Et pastores multi deuastarunt uineam meam: confuderunt partē desiderabilē; Ecclesiam Dei dico,multo sudore,& labore tam ante,q; post Xp̄m congregatam,sed & magnis Dei pro nobis pasionib⁹ ipsis roboratā: exceptis admodū paucis,qui pp paruitatē fuere despecti, uel p uirtutē resistere ausi:quos oportebat ut pro semine,et radice relinquerentur Israel,quo iterum refloresceret,& spiritus uiuificarē affluentia. Oēs se tempori adaptarunt tm̄ inter se contendentes,ut quidā antea, quidam uero postea parerent,& ut nonnulli propugnatores, ac præsides fierent impietatis, alīq; autē in secundo constituerent ordine,uel timore perculsi,aut proprīq; commodi gratia seruientes,seu adulatione inescati,siue ignorantia decepti,qđ erat modestissimū, si saltē hoc ad excusationē satis est illis, quib⁹ populi concredita est cura. Quēadmodū enim leonum, & animalium reliquorū motus non sunt idē,neq; uirorum,& mulierū,seniorū & iuniorū; sed non parum inter genera interest,ac ætates, ita euenit & inter subditos, & imperantes. Fortasis enim popularibus,qui talib⁹ obnoxīj sunt pasionib⁹ ignoscimus,illis enim sæpius saluti est quod sint inexperti. Doctori autē, qui aliorū ignorantias emendat,qūo hoc concedemus:si saltē non est falso noīe præditus. Qūo enim non absurdum est,Romanorum legē nemini ignotam esse debere,etiamsi admodum rusticanus sit, & imperitus, Nec legem subuenire ijs qui per ignorantiam delinquunt, salutis aūt ductoribus salutis ignota esse principia, etiamsi cōtingat in alijs eos simpliciores esse,& intellectu non adeo profundo? Sed esto,detur uenia ijs,qui p ignorantiam sequuntur;quid dices de alijs,qui industriam sibi uendicant? ob quas,inquam,causas præstantiores accusant, & pietatis scenam & plurimū ludunt,tanq; apparuerit quid, quod sit reprehendendum, & exorbitant. Quin & scripturam audio dicentem,semel commotum esse cœlum, & terrā,tanq; passi sint hoc & antea:q ut arbitror, ita insignes rerū ostendit innouationes,& nouissimum terræmotum,si Paulo credimus dicenti, nil aliud fore,quā secūdam Christi præsentiam, & uniuersi huius transmutationem,& transpositionem in immobile, & tranquillum. At temporis præsentis motum hunc nullo priorum arbitror esse minorem,per quē quidem a nobis mouetur quantum est philosophicum', & Deo acceptū, & priusq; tempus sit eorum,qui in cœlestibus agunt. Qui cum in reliquis sint pacifici,ac modesti,hoc nequaq; æquè ferent,ut deus propter quietē prodatur,sed & hic admodū bellicosi sunt,et inexpugnabiles. Talis enim est zeli feruor,ac citius minus decenter contra mouerent,q; id, quod decens est,destituerent. Sed & populi pars non minima una abrumpitur,alitum instar,sturnatim se aggregans, ac ne nunc quidem desinit assistere.

Et hæc sunt,quæ Athanasius egit,quandiu Ecclesiam,tanq; columna, sustentauit,& quæ posteaq; improborum calumnijs cessit. Quemadmo-

dum enim ñ, qui præsidium aliquod forte capere intendunt, cum cernunt id aditu, & captu difficile esse, ad artem se conuertunt. Et quid inde? Pecuniis, aut dolo præfectũ subtrahunt præsidñ, ac ita iã præsidiũ sine ullo occupant labore. Aut si mauis: Quemadmodũ ñ, qui Sampsoni insidiabant, comam prius, in qua habebat fortitudinẽ, detendebant, inde iudicẽ manibus capiebant, postea illi, quantũ uolebant, illudebãt, priusq; uiri fortitudo resistere posset: ita & contra nos alienigenæ potentiam nostram é pedibus sustulerunt, ac gloriam Ecclesiæ abraserunt, & sic demum in impietatis & rebus, & doctrinis delitiosẽ egerunt.

Interea deo inuisi pastoris fautor, & protector, uitam cũ morte mutauit, malum caput Regno non malo imponens, quod & inutile, ut ferũt, in nouissima spiritus exhalatione cognouit. Nã unusquisq; aptus rerum suarum iudex existit, propter iudiciũ, quod illic est. Tria igitur mala, & quæ regno eius indigna essent sibi accidisse dixit, & generi cædẽ, & apostatæ liberationẽ, & fidei innouationem; ac cũ uoce hac discesset. Rursus igitur ueritatis sermo potestatẽ accepit, ac qui ui oppressi fuerant, loquendi libertatem receperunt, cũ zelus acueret iram. Quod quidẽ Alexãdrino accidit populo, admodũ contra uiolentos concitato. Nam cũ nequaquã uiri tolerare possent immodestiã, noua morte, improbitatem, nouaq; iniuria mortẽ infamarunt. Scitis camelũ illum, & nouum onus, sublimitatemque nouã, ac circuitũ primum, &, ut arbitror, solũ: quæ cuncta præsentibus quoq; uiolatoribus minantur. Postq; autem iniustitię tempestas uiolenta, pietatis interfector, maligni præcursor, tales pœnas dedit, quas nec ego laudare possum: si quidẽ non quæ illum pati, sed quę nos facere decuisset considerare oportet: dedit tamen.

Cum ira populi uniuersi, ac impetus in illũ grassaretur, regressus est athleta ex peregrinatione pulchra. Ita enim fugã illius propter trinitatem, & cum trinitate uoco. Adeò autẽ beniuole exceptus est ab urbanis, & quasi ab Ægypto uniuersa, ut undiq; & ad omnem concurreretur locũ altiorẽ, quo nonnulli Athanasij uoce solũ, alij autem forma satiarentur. Quidam autem, quemadmodũ & de Apostolis audimus, ut umbra solũ, et noua corporis sanctificarentur forma: ita ut licet multis multoties a multis omni iã tempore facti sint honores, & occursus, non tm principibus publice, & sacerdotibus, sed & priuatis illustrioribus, nulli tamen humaniores recensi possint, & splendidiores. Nisi quis Athanasium ipsum cũ his uelit cõparare, & honorem, qui ei in priori exhibitus est ingressu, cũ ad eosdem, & ex eadem regressus esset fuga. Sed & talis de honore illo dicit sermo. Referatur enim, etiam si uideatur superuacuus, tanquã condimentum sermonis, & flos redolens. Quidã præfectus post illum ingressus est introitum; noster hic erat Cappadox, & ex potissimis. Philagriũ illum sat scio nostis, & amorẽ, quo illũ homines prosequuntur, plusq; ullũ alium, honoremq; iuxta amorem, ut paucis uerbis illum plane cognitũ reddam. Cui & gubernatio, & legatio ciuitatis Imperatoris suffragio iterũ delata fuerat. Ex huius igit comitibus quidam, cui populi multitudo infinita apparebat, & quam tanq; pelagi uastitatẽ nec oculis comprehendere poterat; ad quendã familiarem, & amicũ suum dixit, quemadmodũ in talibus euenire solet: Dic mihi optime, num prius tantam populi uideris multitudinem, & tam alacriter ad unius honorẽ effusam? Cumq; iuuenis negaret,

adderetq; ſibi uideri nec Conſtantium ipſum talem conſecutũ eſſe, tanq̃ mentione regis magnitudinẽ honoris oſtendere uellet: Blande ille, & ſua uiter ridens, inquit; Quid hoc tanq̃ magnum, & mirandũ dicis? Vix, ut arbitror, Athanaſius magnus ita introduci poſſet: ſed & ad ſermonis cõfirmationem iuramentũ quoddam ſolitum addidit. Id autem ſermo eius uolebat, quod & uobis conſtare arbitror, ut is, quem nunc laudamus, regi etiam ipſi anteferretur. Tanta apud omnes uiri erat ueneratio, tantuſque ſtupor introitus memorandi. Per genera enim, & ætates, necnon artificia homines diuiſi erant. Solet enim ſe ciuitas illa potiſsimũ ita inſtruere, cũ alicui honorem exhibet publicũ. Verùm quo pacto ſpectaculum illud ingens ſermone explicare potero? Fluuius erat unus, quẽ poeta quiſpiam auro fluẽtem, ſeu ſpiciferũ nominare poſſet, per diurnum ſpaciũ, ac plus etiam a ciuitate, uice uerſa per terram lambens.

Permittite ut me pauliſper narratione oblectẽ; illic enim uerſor, nec facile a feſtiuitate illa ſermonem abducere queo. Athanaſium uero pullus geſtabat; & ne me ſocordiæ arguatis, tanquã pullus ferè ille Ieſum meũ. Siue populus fuerit gentilis, quẽ benefactis aſcendit, ignorantiæ uinculis ſolutum: ſiue aliud quid ſermo oſtendere uelit: ramiq; ipſum ſuſcipiebant, ac ueſtis floridæ, & uariæ ſubſtratio, quæ ſub, & ſuper illum expandebat, cum ſolum ignominia afficereẽ ſublime, & quod ſimile non haberet, imago, inq̃, & ipſa aduentus Chriſti, ac præclamantes, & præſultantes. Nec ſolum puerorũ turba collaudabat, ſed oĩs lingua cõcordans, & diſcordãs inter ſe uincere contendebat: ut interim dicere obmittam populi uniuerſi plauſum, ac effuſionẽ unguentorum, necnon peruigilium, & totam ciuitatem luminibus reſplendentem, publicaq;, ac conuiuia priuata, & cuncta alia, quibus ciuitates lætitiam oſtendere conſueuerunt; quæ tum abundãter, & præter mediocritatem in gratiam eius ſunt impenſa, ac ita, & cũ panegyri tali, admirandus ille ciuitatem ſuam recepit.

Viuebat igitur, quẽadmodum populi decet præfectos, docebat aũt nõ ut uiuebat, nec decertabat, quẽadmodum docebat. Ac ideo minus q̃ ĩ, qui ob ſermonẽ aliquem decertabant, periclitabatur. Cum uero decertabat, plus honorabatur. Sed nunquid illũ ingreſſus quicq̃ poſt ingreſſum pudefecit? Nequaq̃: ſed omnia inter ſe ita habebant, quẽadmodũ in lyra una, & harmonia eadẽ, uita, ſermo, certamina, pericula, quæ in regreſsione, & quæ poſt regreſsionẽ pertulit. Poſtq̃ enim eccleſiam adeptus eſt, nequaq̃ ei accidit, quẽadmodũ ĩs, qui ob iram ſunt excæcati: illi enim in quod incidunt, illud primũ urgent, & plectunt, etiam ſi aliqualiter uenia dignum exiſtat, cum ſuperet ira. Sed præcipua tempus illud ad bonę famę exiſtimationem ſibi deſeruire cenſebat. Qm̃ id, quod male patitur, ſemp eſt modeſtius; quod uero retribuendi poteſtatem habet, incontinentius. Nam adeo manſuete, & mite res illorum, qui ipſum offenderant, tractabat, ut nec illiſipſis ſi hoc dicere eſt poſsibile, uiri reditus eſſet iniucũdus. Purgauit enim templum Dei a cauponantibus Deũ, et uendentibus Chriſtum, ut in hoc imitaretur Chriſtum, præterq̃ quod non placuit flagellũ, ſed ſermonis perſuaſione id perfecit. Quod uero diſsidebat tam inter ſe, q̃ cũ ſemetipſo conciliauit, nullo indigens adiutore. Diſſoluit aũt ĩs, q̃ iniuria affecti erant, Tyrannides, nullum diſcrimen faciẽs inter eos, qui partis ſuæ fuerãt, uel contrariæ. Suſcitauitq̃ uerbũ, quod ceciderat. Rurſuſq̃

Trinitas

Trinitas audax facta est loquendo, constituta super candelabrū, ac splē-
dido unius deitatis lumine in animabus coruscauit omnium. Et rursus or
bi leges tulit, ad secq; oēm cōuertit cogitationē, hos quidē iuberis, illos ue
ro uocans. Sed & quosdam, qui non uocati accedebant, sapiēter instruēs.
Omnibus aūt legem unam proposuit, uelle. Illud enim solū ad manuduc-
tionem melioris sufficit. Et ut summatim dicam, duorū lapidum naturas
imitabatur laudabilium. Factus enim est percutientib⁹ adamas, dissiden-
tibus uero magnes, qui ui naturæ ineffabili attrahit ferrum, & quod fir-
missimum est inter materias edomat.

Verum hæc inuidia nequaquā permittere debebat, nec cernere, ut Ec-
clesia rursus ad eandē glorią, eandēq; resurgeret sanitatem, ac cito quod
distabat, quēadmodū in corpore cicatricē duceret; & ideo suscitauit illi
regem, qui a seipso deficeret, & sibīpsi improbitate par esset, solo tpe de-
stitutum. Qui primus ex Christianis regibus contra Christū insaniuit, ac
Basiliscum impietatis, quem occulte in seipso parturiebat, abunde pepe-
rit, postquā tempus adeptus est, ac Cæsar designatus: Malus cōtra illum,
qui ei regnum crediderat, factus, Peior uero contra Deum, qui eum salua-
uerat. Persecutionem enim excogitauit inhumanissimā ultra oēs, q̄ unquā
fuerant. Siquidem tyrannidi admiscuit persuasionem: patientib⁹ enim in-
uidit, & honori, qui debeē decertantibus, ac dubiū reddidit certamen uiri
le, sermonum uersutias, & nexus ad mores transferens. Seu, ut uerius dicā
tur, a moribus illis operam impendens, dum spiritum malignū, qui in eo
habitabat, artis imitatur uarietate. Ille igitur rem paruam esse censebat,
uniuersum Christianorū euertere genus: magnam aūt ut Athanasiū supe-
raret, necnon uim, quā is habebat in sermonib⁹. Neminem enim uidebat
machinationibus contra nos suis, plusquā uirū illū, obuiare, et resistere; cū
assidue Christianorū exinanitio, prudentia illius, gentili suppleretē additio
ne. Quod quidē admodū mirabile erat. Hæc cū grauis ille cerneret uete-
rator, & persecutor, non ultra in fictione perstitit, necnon illiberalitate so
phistica; sed improbitatē detexit, ac uirum palam è ciuitate in exilium pe
pulit. Cum enim generosus ille in tribus uicisset certaminib⁹, oportebat,
ut nouissimū quoq;, & liberationē assequeretur. Verum parum in medio
fuit; Cum iustitia execrandū illum Persis, ut ibi iudicareē, tradidit: quæ &
regem contentiosum remisit, mortuumq; illinc sine misericordia reduxit.
Et ut ego a quodam audiui, neq; sepulchro conditum, sed a terra propter
ipsum commota absorptum, & concrematum. Præludium, & arbitror,
supplicij, quod illic est.

Surrexit aūt rex alius, nequaq; facie impudens, quēadmodum prædi-
ctus, nec qui Israel malis premeret operibus, & præceptis; sed ualde pius,
& mansuetus, qui ut optimum sibi regni iaceret fundamentum, & a lau-
dabili legislatione, unde oportet, inciperet, episcopos ab exilio reuoca-
uit, necnō alios oēs, & ante omnes eum, qui uirtute superabat oēs, & qui
manifestè pro pietate decertauerat. Sed & fidei nostræ ueritatem perqui
siuit, a multis distractā, & confusam, ac in multas opiniones diuisam, quo
orbis uniuersus, si possibile esset, in concordiam redigereē, ac in unū spiri-
tus ueniret cooperatione. Sin minus, ut ipse saltem optimū sequereē, & illi
robur conferret, rususq; ab illa reciperet, admodū sublimiter, & magnifi-
ce de maximis cogitās. Vnde præcipue uiri patuit puritas, & fidei in Chri

ſtum firmitudo. Cum enim ex omnibus alijs, qui ſicut & nos uerbū in tri plicitatem diſtribuunt, multi ſunt, qui circa filium ægrotant, plures uero circa ſpiritum ſanctū; pauci aūt, qui circa utraq; hęc recte ſentiāt: primꝰ, & ſolus, aut admodū cū paucis, pro ueritate audaciam induit, adeo manifeſte, & palam, ut trium unam deitatē, & eſſentiam in ſcriptis confiteret. Et qui prius multo patrum numero gratificatus fuerat de filio, id poſtea ipſe inſpiratus de ſpiritu fecit ſancto: donumq; regium, ac rege prędtitit dignum, pietatē nēpe ſcriptū, contra innouationē non ſcriptā: quo rex cum rege, ac ſermo cum ſermone, necnon litera decertaret cum litera.

Hanc confeſsionē uidentur mihi uenerari tam ꝫ, qui uerſus occaſum, q̄ qui uerſus ortum degunt. Et hi quidem pietatem ad intellectum uſq; deducunt, ſiquid ipſis dicentibus eſt credendū. Vltra autem nō producunt, tanq̄ fœtum mortuum, qui in matris occūbit utero. Illi autem parumper ſuccendunt, tanq̄ ſcintillā, ac ſi expurgant tempus, aut ex orthodoxis ſeuentiores, cuius partis ego ſum. Non enim plus audeo gloriari, cū haud amplius meā diſpenſem timiditatem, quemadmodū intellectū marcidiorum. Satis enim diſpenſabimus, ſi nequaq̄ alienum aſſumamus, & quod noſtrum eſt corrumpamus. Quod quidem malorum eſt diſpenſatorum: ſed ut uſuram in lucem deducam, & cū omni nutriam ſtudio, ac omnium exponam oculis ſemper perfectam.

Proinde ex operibus eius minus hoc admiratione dignū exiſtit. Qui.n. opere pro ueritate periclitatur, quid mirū ſi literis illā quoq; confitetur? Hoc uero ex uiri geſtis præcipue admirari cogor, ac damnū eſſet, ſi taceretur, propter tps, in quo admodum multæ pullulāt diſſenſiones; ac ideo id prædictis addidero. Siquidē actio illa ꝫs, etiam qui nunc uiuunt, inſtructio erit, ſi reſpexerimus illac. Quemadmodū enim cum aqua quędā inter ciditur, non ſolū tm̄, quantum manus reliquit, hauriens, ſed & quantum manu continetur per digitos effluit: ita & in rebus noſtris non ſolū quantum impium eſt diſcinditur, ſed & id, quod magis piū exiſtit, dilaceratur, non tm̄ in rebus paruis, & neglectu dignis, id enim minus graue eſſet, ſed iā circa ea uerba, quæ in ſententiā ferūt eandem. Cū enim una eſſentia, & tres ſubſtantiæ pie a nobis dicanť, illud enim diuinitatis naturā oſtendit; hoc autē proprietates trium, quæ etiā apud Italos pariter agnoſcuntur, licet ob linguæ penes eos anguſtiā, & nominum inopiam, ſubſtantiam nequaq̄ diuidere poſsint ab eſſentia, ac ideo perſonas introducūt, ne tres eſſentias ſuſcipiant. Quid fit? ualde ridendū quidpiam, uel potius miſerandum, ob ſoni in loquendo anguſtiā, fidei ſubeſſe uiſa eſt differentia. Hinc poſtea ſabelliſmus tribus excogitatus eſt perſonis, & Arianiſmus ſubſtātijs tribus, contentionis figmenta. Poſtea quid? Cum ſemper paruum aliquid, quod oſtendat adjciatur, idq; cōtentio triſte reddit, periculū immi net, ne una cum ſyllabis abſcindantur etiam termini.

Hæc igitur beatus ille uidens, & audiēs, ac tanq̄ uere homo dei, & magnus animarū diſpenſator, abſurdam illā, & adeo irrationalem uerbi inciſionem, nequaq̄ negligi oportere cenſens, hoc a ſeipſo remediū attulit morbo. Et qūo hoc facit? Vtranq; aduocat partem admodū manſuete, et humaniter, mentemq; dictorū diligēter eſt ſcrutatus. Poſtq̄ uero una ſententire repperit, & in nullo circa ſermonē differre, nomina cōceſsit, rebus pacificauit. Hoc longis laboribus, et ſermonib. quos omnes iam literis cele

brant,conducibilius existit, quibus & contentionis quid adnectitur, & propter hoc forsitan circa sermonē quid innouatur. Hoc multis uigilibus,et in terra dormitationibus est honorabilius,quorū lucrū ad recte acta usq; procedit. Hoc autem decantatis exilibus, & fugis uiri dignum existit; pro quibus enim illa pati elegit, ibus etiā post passionem operam impēdit,qđ & in alibus faciens peregit. Illos enim laudabat,hos uero mediocriter percutiebat. Et horū quidem segnitiem suscitabat, aliorū autē feruorem cohibebat: & his ne aberrarent prouidebat, alios autem aberrantes emendare studebat,moribus simplex,multiscius gubernatione, sapiens sermone,sapientior intellectu,humilis humiliorib⁹,excelsior sublimioribus,amicabilis,hospitalis,supplex,mala arcens omnia unus uere, quæ gentilium filij diuersa Deis suis celebrando attribuunt. Addo & iugale, ac uirgineū, necnon pacificum,conciliatiuū q̄; & p̄missiuū eorū,qui hinc festināt,& q̄ mihi nomenclatura,aut uiri suppeditat uirtus,ubiq; corradere uolenti.

Cum igitur ita docens,& edoctus uiueret,ut uita eius, & mores definitio essent Episcopæ,dogmata uero rectę opinionis norma, qualē pietatis retulit mercedem? Nam nec illud præterire decet. In senectute bona uitā finiuit,additusq; est patribus suis patriarchis, & prophetis,necnō apostolis,& martyribus, qui pro ueritate decertarunt. Et ut breuiter epitaphiū quoq; adijciam,egressionis honorem maiori honorate sumptu,quam ingressionis. Siquidem multas mouens lachrymas, maiorem, q̄; quæ cerni possit circa eum gloriam omnium infundam mentibus.

6

Credimus Gregoriū non putasse hic blasphemare, aut iniuriā facere domino nostro Iesu xp̄o inuocando Athanasium in auxilium, ut nugantur hæretici, imo honorē ipsi dei filio ampliorem exhibere,qui tā tum gratiæ præstitit Athanasio, ut hæc facere posit, ad quæ inuocatur.

Cæterum ò amicum,& sacrum caput,quod & sermonis,& silentij mē suram,inter reliqua tua bona,excellenter honorasti, hic nobis sermonem siste. Qui si ueritate fuit minor,non tñ uiribus meis inferior. Tu aūt è supnis propitius nos respice, & populum hunc sanctum dirige Trinitatis sanctæ adoratorem,quæ in patre,& filio,& sancto uenerat spiritu,contēplationeq; comprehenditur. Et nos in pace quidē foue, & compasce: in certa mine aūt dirige,& suscipe,& cū teipso statue; & ibs, qui tales sunt, ut tu, etiam si magna sit petitio,in ipso Christo dño nro: cui ois gloria,honor, potentia in secula, Amen.

ITEM ALIAS VITA D. ATHANASII EPISCOPI Alexandrini a diuersis autoribus magis per extensum conscripta.

Ex libr. 10. Historiæ Eccle. Russini presbyteri Aquileien. ca. 14

Gitur apud Alexandriam,defuncto Alexandro, Athanasi⁹ susceperat sedem. Quod uero esset uir acris ingenij, & in ecclesiasticis negocijs apprime uigilans,satis iam tunc hęreticis innotuerat, cum ad concilium Nicænū cū epo suo Alexandro uenerat,cuius suggestionib⁹ hæreticorū doli ac falla

i

cię uigilanter detegebant. Statim ergo ut eum epm factum cognouerāt, rati id quod res indicabat, sua negocia per illius solicitudinem non facile processura,omnibus modis quærere aduersus eum machinas deceptionū parabant. Verum non mihi absq; ordine uidetur,pauca de huius uiri origine supra repetere,& cuius a puero institutionis fuerit,ab his qui cum ipso uitam duxerant accepimus memorare.

7

Diem Petri martyris Alexander Eps ageret. Vide quo ēt tum natales dies sanctorū Martyrū celebrabantur.

Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diē Alexander eps agebat,cum post expleta solemnia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari uicino, uidet eminus puerorū supra orā ma

ris ludum, imitatiũ, ut fieri solet, eꝑm, atq; ea quæ in eccleſijs geri mos eſt. Sed cum intentius diutine pueros inſpectaret, uidet ab his geri quędã etiã ſecretiora & myſtica. Perturbatus ilico uocari ad ſe clericos iubet, atque eis cꝑ eminus ipſe uideret oſtendit, Tum abire eos, & comprehẽſos ad ſe perducere omnes pueros imperat. Cumq; adeſſent, quis eis ludus, & qd egiſſent, uel qũo, percunctatur. Illi, ut talis habet ætas, pauidi, negare primo, deinde rem geſtam per ordinẽ pandunt, & baptizatos a ſe eſſe quoſdam cathecumenos confitentẽ per Athanaſiũ, qui ludi illius puerulis eꝑs fuerat ſimulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, qdue reſponderint ſimul & ab eo qui interrogauerat, ubi uidet ſecundũ religionis noſtræ uitum cuncta conſtare, conlocutus cũ conſilio clericorum, ſtatuiſſe traditur, illis, quibus integris interrogationibus & reſponſionibus aqua fuerat infuſa, iterari baptiſmũ non debere, ſed adimpleri ea quæ a ſacerdotibus mos eſt. Athanaſium uero atq; eos quos ludus ille uel presbyteros habere uiſus fuerat, uel miniſtros, conuocatis parentibus, ſub dei obteſtatione tradit eccleſiæ ſuæ nutriendos. Paruo autẽ tempore, cum a notario integre, & a Grãmatico ſufficienter Athanaſius fuiſſet inſtructus, continuo tanq; fidele domini commendatũ; a parentibus reſtituitur ſacerdoti, ac uelut Samuel quidam in templo dñi nutritur, & ab eo pgente ad patres in ſenectute bona, ad portandum poſt ſe ephod ſacerdotale diligitur. Sed huius tãi in eccleſia profidei integritate agones fuerunt, ut etiã de hoc uideatur dictũ eſſe illud qd̃ ſcriptum eſt: Ego enim oſtendam ei, quanta eũ pati oporteat pro nomine meo. In huius etenim perſecutiones uniuerſus cõiuratus orbis, & commoti ſunt principes terrę: gentes, regna, exercitus coierant aduerſus eũ. Ille autem diuinũ illud conſeruabat eloquium, dicens: Si conſiſtãt aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi inſurgat in me prælium, in hoc ego ſperabo. Verum qm̃ tanta ac talia eius geſta ſunt, ut magnitudo quidẽ rerũ nihil me præterire patiat: multitudo uero geſtorum quamplurima cogat omittere, incertus ęſtuat animus, dum deliberare non ualet quid teneat qd omittat. Et ideo pauca nos quæ ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius fama narrabit, ſine dubio minora uero nunciatura. Nam nihil quod addere poſsit inueniet.

8 *Facit contra Anabaptiſtas, qui rite baptizatos, perperã rebaptizant.*

9 *Dum iubet adimpleri a ſacerdotibus quæ mos eſt in baptiſmo, intelligit de ceremonijs quæ ex conſuetudine uniuerſalis Eccleſiæ adhibentur, quas moderni hæretici abominantur, dicẽtes eas a mille annis citra inuentas, quod falſum eſſe ex hoc loco conſtat.*

Igitur Alexandro mirabili ſene, qui Arij proſtrauerat blaſphemias defuncto, poſt menſes quinq; Nicæni concilij, Alexandrinorũ Eccleſiæ ſuſcepit Athanaſius præſulatũ. Arij uero fautores uerentes ne forte adeundi regis copia quandoq; fieret Athanaſio, & per eũ de ueritate fidei quã peruertebant, ſecundũ ſcripturas edoceretur, omnimodis inſimulare eum apud principẽ, & uelut omniũ ſcelerũ ac flagitiorum adgrediuntur exponere, uſquequo humani corporis brachiũ loculo delatũ, Imperatori oſtendunt, quod ab Athanaſio exciſum magicæ artis gratia de Arſenij cuiuſdam corpore confirmabant. Sed & alia quamplurima criminoſa ſimul & flagitioſa componunt.

Quibus ex cauſis Imperator iubet conuocato concilio Athanaſium condemnari. Idq; apud Tyrum (miſſo e latere ſuo uno ex comitibus, adnitente quoq; Archelao tunc comite Orientis, nec non & eo qui Phœnicen prouinciam gubernabat) cõgregari iubet. Eo deducitur Athanaſius, loculus cũ humano brachio circunfertur, inuidia & horror non ſolũ reli-

gioſas, ſed & uiles animas peruadit.

Hic Arſenius cuius brachiũ dicebatur excíſum, lector aliquando Athanaſij fuerat, & ob culpã correptionẽ ueritus, frequentiæ ſe ſe ſubtraxerat. Cuius latebras opportunas ſibi ad huiuſcemodi commentũ flagitioſi homines rati, initio compoſiti criminis occultatũ eum apud quendam, quẽ fidiſſimum ſceleribus ſuis crediderant, retinebant. Peruenit tñ ad hunc in latebris poſitũ, quid ſuo nomine criminis intentaretur Athanaſio. Et ſiue eũ ipſa humanitatis contẽplatio, ſiue diuina perpulit prouidentia, clã per noctis ſilentia euadens clauſtris, enauigauit Tyrum. Et pridie quã cauſæ dicendæ adeſſet ultimus dies, Athanaſio ſe ſe Arſenius obtulit, utcꝫ ſe rerum geſtarũ ſeries haberet, edocuit. Ille domi eſſe hominem, nec innoteſcere cuiquã de eius prẽſentia iubet. Interea Conciliũ cogitur, in quod alii quanti concinnatę calumniæ conſcíj, oẽs pœnę infenſo animo aduerſum Athanaſium præiudicatocꝫ conueniunt. Peridem tꝑs Paphautius confeſſor aderat Athanaſij innocentiæ conſcius. Is cũ uidiſſet Maximũ Hieroſolymorum epm, qui una ſecum efoſſo oculo & poplite ſucciſo, confeſſor extiterat, uerũ pro nimia ſimplicitate nihil de ſacerdotum ſcelere ſuſpicãtem, conſediſſe cũ cæteris quos factionis macula ſociauerat, mediũ conſeſſum adire nõ ueritus: Te inquit, Maxime, cũ quo mihi unũ atcꝫ idem confeſſionis inſigne eſt, cum quo mihi pariter mortale lumẽ effoſſum, clariorem diuini luminis conciliauit aſpectũ: te, inquam, non patiar ſedere in concilio malignantiũ, & cum iniqua gerentibus introire, iniectaꝫ manu eleuans eum de medio eorum, ac de ſingulis inſtruens, perpetua dehinc Athanaſio communione ſociauit.

10 *Lector ordo Eccleſiaſticus.*

Sed interim cauſa dicitur. Prima introducit cauſa mulieris cuiuſdã, quę ſe diceret aliqñ hoſpitio Athanaſiũ ſuſcepiſſe, & ab eo noctu nihil ſuſpicantem, uim corruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hæc iubet Athanaſius, ingredit cum Timotheo presbytero ſuo, eumcꝫ monet, ut poſtcꝫ mulier dicendi finẽ feciſſet, ſe tacente ad ea quę dixerat, reſponderet. Cũque mulier ea quæ edocta fuerat, peroraſſet, Timotheus conuerſus ad eã: Vere, ingt, mulier ego manſi apud te aliqñ, aut uim tibi ut aſſeris feci? Tũc illa (ut mulierũ ſe talium procacitas habet) obiurgans Timotheũ: Tu tu, inquit, mihi uim feciſti, tu in illo loco commaculaſti caſtitatẽ meã. Simul & conuerſa ad iudices, obteſtari fidẽ dei cœpit, uerſa ſe dicere. Tum omnes ridiculoſus pudor habere cœpit, quod tam facile docente eo, factio compoſiti criminis patuiſſet. Nec tamen permiſsi ſunt iudices habere de muliere quæſtionem, unde hæc uel per quos, aut quomodo fuiſſet aptata calumnia, quoniam iudicandi libertas penes accuſatores erat:

Hinc tranſitur ad aliud crimen. Profertur facinus ſeculis inauditũ. Hoc eſt, inquiunt, ubi nemo poſsit uerborum præſtigijs decipi, res oculis agitur, uerbis ceſſantibus: brachium hoc te, aiũt, Athanaſij accuſat excíſum. Hæc eſt Arſenij dextera, quam tu quomodo, uel ad quos uſus excideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, ueſtrum Arſenium nouerat, ut hanc ipſius dexteram cognoſcatis? Exurrexerunt aliquanti, qui ſe dicerent optime ſciſſe Arſenium, in quibus nonnulli erant abſcꝫ conſcientia factionis. Orat dehinc a iudicibus Athanaſius, ut hoſtem ſuum quẽ in negotium deposceret iubeãt introduci. Cumcꝫ introductus eſſet Arſenius, eleuato eius uultu, Athanaſius cõcilio & iudicibus ait: Hic eſt Arſenius. Et alleuãs eius

nihilominus dexteram: Hęc eſt inquit, ēt dextera eius, hæc eſt & ſiniſtra. Hæc aūt, quā iſti offerunt, manus unde ſit, uos requirite. Tunc uellut nox quædā & tenebræ accuſatorū oculis infuſæ, quid agerent, quo ſe uerterēt neſciebant. Ipſum etenim eſſe Arſeniū, teſtes q̄ pauloante ſcire ſe dixerant, confirmabant. Verū, qa non iudicandi, ſed opprimendi hoīs cauſa conciliū gerebatur, fragor oīum repente attollitur magū eſſe Athanaſiū, & decipere intuentiū oculos conclamatur, nec debere ullo modo ultra talē hominem uiuere: factoq̄ impetu, ſuis eū diſcerpere manibus parant: Sed Archelaus, qui cū cæteris ex præcepto Imperatoris concilio prę̄ſidebat, ereptum eū de diſcerpentiū manibus, p̄ occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua ſolum poſſet) ſalutē monuit cōmendare. Cōcilium tñ rurſum conueniēs, tanquā ſi nihil omnino deprehenſum fuiſſet, ut cōfeſſum de intentatis criminibus Athanaſium condēnat. Et geſta in hunc modū ficta per orbem terræ mittentes, ad ſceleris ſui conſenſum Imperatore cogente cæteros epiſcopos pertulerunt.

Sciens igit̄ Athanaſius, non ſibi fore tutum contra tot accuſatores agere, iudicibus ēt inimicis, ſynodū relinquens uenire feſtinauit ad Impatorē.

Ex lib. 3. Hiſto. Tripartitæ Caſſiodori ſenatoris cap. 5.

Theodoretus. Igitur Athanaſius ad principē ueniens, omnem præſumptionem contra ſe factā eōrum edocuit. At ille apud Mareoten conuenientes, quoſdā concordantiū ipſis ſacerdotum miſerunt ad principē, id-eſt Theogoniū Nicænū, atq̄ Theodotum Perinthium, & Marin Chalcedonenſem, Narciſſum Cilicem, & ſimilies horū, mendacia texentes, & quædā commenta fingentes, & nudas admodū calūnias quaſi ueras accuſationes ſibimet componentes. Quo facto uenerūt ad Æliam ciuitatē. Præceperat enim Imperator, ut omne conciliū a Tyro ueniret ad Æliā, Necnon & alios undiq̄ congregari præceperat, ut templa ædificata dedicarentur. Miſit itaq̄ pariter deuotos Iudicū pietate ac fide clariſsimos, omnia largiſsime expendi præcipiens, non ſolū pontificibus ac ſacerdotibus, ſed ēt egentibus uniuerſis qui undiq̄ concurrebant. Porro fuerat exornatū etiam ſacrum altare pallīs regalibus atque uaſis, auro & lapidibus precioſis decoratum.

11

Nota dedicationē Ecclesiarum ædificatarum. Nā nunc hæretici noſtri hoc deridēt.

12

Vide contra præſentis temporis nouatores, ornatum amplū altaris, pallia regalia, necnon uaſa auro & lapidibus precioſis decorata, ad diuinū cultum appoſita.

Sozomenus. Imperator interea Ariū de exilio reuocauit, iuſsitq̄ ut qđ de deo crederet, ſcriptura currente proferret. Tunc ille nouitatem nominum quā prius adinuenerat declinans, aliā explanationem contexuit, ſimplicibus uerbis eā & diuina lectione confirmans, iuſiurandū quoq̄ præbuit ita ſe credere, & hæc etiā mente ſapere, nihilq̄ aliter intelligere.

Athanaſius aut̄ fugiens de Tyro, Conſtantinopolim uenit, & quę paſſus eſſet adito Imperatore narrauit: petens ut quæ in Tyro fuerant geſta, examinarentur ſub eius quoq̄ præſentia. Porro Conſtantinus Imperator rationabilē eius petitionē iudicans, hæc ſcripſit eīs q̄ in Tyro cōuenerāt.

Socrates. Igitur Imperator miſſa ſacra conciliū euocauit, ut in ſui præſentia Athanaſiū examinaret cauſam, cuius uerba ſunt hæc.

Victor Conſtantinus pius epiſcopis in Tyriorum urbe collectis.

Ego quidē ignoro quæ ueſtro concilio turbulenter atq̄ cū tempeſtate decreta ſint. Apparet.n. qđ quadā tumultuoſa indiſciplinatiōe ueritas ſit oppreſſa, uobis uidelicet nō conſiderantibus q̄ deo placent, p̄ iurgia quæ contra proximos ueſtros habetis: & uota ueſtra ineuincibilia eſſe cō tenditis. Sed erit opus diuinæ prouidentiæ, ut & hæc contentio aperte de

prehensa possit euacuari, atq; nobis palã fieri, siquid illic conuenientes siue qualibet gratia, aut inimicitiarũ causa gessistis. Quapropter cũ omni festinatione uos oẽs ad meã reuerentiã uolo concurrere, ut gestorũ apud uos integritatẽ per uos ipsos possitis ostendere. Verũ qua gratia hæc scripserim uobis, uosq; ad me literis euocauerim, ꝑ ea quæ sequuntur agnoscetis. Pergenti iã mihi ad cognominis nostri fæliciſsimæ patriæ ciuitatẽ cũ essem consensurũ equum, repente Athanasius episcopus in media platea cũ quibusdam sacerdotibus quos circa se habebat, sic inopinate nos adĩt, ut nobis daretur subito cuiusdã causa formidinis testis enim mihi inspector oĩum deus est, qm̃ nec cognoscere eum qs esset prima fronte præualui, nisi quidã nostrorũ, & quis esset, & quam pertulisset iniuriam tunc narrasset. Et ego quidẽ neq; confabulatus cum eo sum illo tꝑe, nec aliqua locutione participatus. Cumq; ille se audiri deposceret, ego uero refutarẽ, & pene repelli eũ præciperem, cũ maiori fiducia nihil aliud a nobis quam uestrũ postulauit aduentũ, ut uobis præsentibus quę passus est necessario posset suis gemitibus explanare. Vnde qa mihi rationabile uidetur & tẽporibus opportunum, scribi uobis libentius hæc præcepi, ut oẽs quicunq; apud Tyrum conciliũ celebrastis, indesinenter ad expeditũ nostræ mansuetudinis concurrere festinetis, ipsis operibus ostensuri puritatẽ & rectitudinẽ uestri iudicĩ corã me uidelicet, quẽ dei ministrũ propriũ neq; uos abnegabitis. Igitur ubiq; pacificatur Dei nomen & integre benedicitur ꝑ meã in deo culturã, ẽt apud ipsos Barbaros qui ueritatẽ hactenus ignorabant. Certũ nanq; est, quod qui ueritatẽ ignorat, neq; deũ scire potest. Veruntamen sicut prædictũ est, ẽt Barbari per me fidelẽ ministrũ recognouerunt, & deũ metuere didicerunt, quẽ utiq; protectorẽ meũ ubiq; ac prouisorẽ ipsis operibus est ostensum. Vnde præcipue ẽt deũ sciunt. Et illi quidem propter nostrũ timorẽ reuerentur Deũ. Vos autem qui sancta mysteria eius clementiæ proferre uidemini, non dicã custodire, uos inquam, nihil agitis nisi quæ ad contentionẽ noscuntur & odia pertinere, & (ut absolute dicã) quæ ad humani generis tendere uidentur interitum. Sed festinate, sicut dixi, ad nos uenire cõtinuo, scientes quod omni uirtute conabor, ut quæ in lege Dei sunt ea pcipue sine aliqua titubatione seruentur. Quibus utiq; neq; uituperatio, neq; mala superstitio poterit implicari, dispersis utiq;, ac palã cõtritis, & penitus exterminatis sacratissimæ legis inimicis, q sub schemate sancti nominis, blasphemias uarias ac diuersas inĩciũt

Hæ siquidẽ literæ ad æstuationẽ perduxerunt eos qui fuerant in synodo congregati, qm̃ plures quidẽ ad proprias redierant ciuitates. Qui uero circa Eusebiũ, & Theogoniũ & Marin, Patrophilũ & Vrsatiũ, & ualentem erant, ad Constantinopolitanã uenientes urbem, nequaquã de calice fracto, aut altari subuerso, aut Arsenio perẽpto, quod in synodo concinauerant quæstionẽ fieri permiserunt, sed aliã inuenere detractionẽ, suggerentes Imperatori, quod Athanasius interminaretur non se missurum ab Alexãdreia frumenta solenniter ad Constantinopolitanã urbem, & hæc audisse dicebant Athanasio dicẽte ad Amãtiũ, Anubionem, Arbathionẽ, & Petrũ episcopos. Multum itaq; derogatio prævalet, qñ derogator creditur fidedignus. Hac subreptione ad furorẽ perductus Imperator, Athanasium relegauit in exiliũ, & habitare eũ præcepit in Gallijs. Aiunt enim quidã hoc Imperatorem propterea fecisse, ut unirentur eccleſiæ, qm̃ Atha

nasius communicare Arianis euitabat. Et ille quidem degebat in Tribe-
ris Galliarum.

Theodoretus. Sed nemo miretur si tantus uir deceptus deliquit, sacer
dotibus falsa loquentibus, cū diuinus quoq; Dauid propheta, nō a Pon-
tifice, sed a seruo siba contra Miphiboset mendacia properēte deceptus
sit. Qui cum tres habuisset filios, eos Cæsares nuncupauit, & singulos eo
rum per decennarios annos imperij sui principes esse constituit. Ideſt, pri
mum quidē filium sui nominis Constantinū Hesperiarum partiū in De-
cēnali suo fecit habere principatum: secundū uero, aui nomine nuncupa
tum Constantiū in uicennalibus suis Cæsarē in Oriente constituit: mino-
rem uero Constantē in suis Tricēnalibus ordinauit. Anno uero post hæc
transacto, ingressus quadragesimū quintū ætatis annum, ægritudine ca-
ptus, ex urbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est.
Qui cū Nicomediæ degeret languore grauatus diem ultimū obijt, cum
prius Athanasium magnū reuerti præcepisset in Alexandriam. licet Euse
bius præsens esset, & interetur contraria suadere.

Ex eiusdem triparti tæ Historiæ li. 4. ca. 1

Sozomenus. Igitur sub imperio Constantini per ecclesias talia acci-
derunt. Quo moriente, rursus ad quęstionē uenit dogma Niceni concilij. Nā
licet uiuente Constantino nō id omnes susciperent, tñ aperte renuere nō
audebant. Quo moriente, plurimi ab eo se indubitanter abstinuere conci
lio. Erant isti qui etiā primitus uidebant esse suspecti: pręcipue uero Arij
sectatores Eusebius & Theogonius, cuius dogma se firmare credebant, si
reuerti Athanasium prohiberent, & consectatori suo Aegyptiacæ diece
seos iura contraderent. Et illi quidē hæc agebant, ministrāte ipsis presby
tero, per quē Constantini temporibus Arius fuerat reuocatus. Erat enim
is presbyter Constanti quoq; gratus, eo quod paternū ei seruauerat te-
stamentum, ita ut usq; ad principē palatijq; potentes haberet accessum.
Eusebius autē in aula imperiali uidebatur ita perspicuus, ut suos consecta
tores faceret angustos ac proceres. Quamobrē de dogmate rursus priua-
tim & publice disputationes crebro proferebantur, & simul iniurię inimi
citiæ, & plurima quæ ex talibus solent sæpius euenire.

Interea ab occidentali parte Athanasius in Alexandriam est reuersus,
quem ēt Constantinus uiuens redire maluerat: Fertur autem quod ēt te-
stamento uoluerit hoc conscribere sed qm̄ ita defunctus est eius maior fi
lius Constantinus Hesperiarū partium princeps, hoc egit literasq; huiusmo-
di ad populum destinauit Alexandrinum.

Constantinus Cæsar populo ecclesiæ Catholicæ Alexandrię constitu
to. Neq; uestram sacratissimā mētem arbitror ignorare, propterea Atha-
nasium adorandæ legis prædicatorem ad tps in Gallias fuisse missum,
qm̄ ferocitas crudelium inimicorū eius in exitium sacri eius capitis immi-
nebat: ne forsan per malignorū caliditatem aliquid incongruū sustineret.
Vt ergo hoc euitaret, ab imminentibus sibi necessitatibus est ablatus. Et
ita me præcipiente habitare iussus est, ut in ea ciuitate in qua degebat, bo
na ei necessaria non deessent. Talis enim est eius uenerabilis uirtus, diui-
nis freta solatijs, ut etiā molestias asperioris fortunæ contemnat. Quapro-
pter licet ad charissimā reuerentiam uestram dñs noster beatæ memorię
Constantinus Pius, meus pater, eundem Epm in suū locum restituere pro
posuisset, tamen qm̄ humana sorte præuentus, antequam hæc compleret

uota

uota requieuit, consequens arbitratus sum uoluntatem diuinæ memoriæ Imperatoris implere. Qui dũ ad uos remeauerit, qualem a me ueneratio nem habuerit, agnoscetis. Non enim mirabile si quid in eo gessimus qđ laudet. Meã nanq; aĩam imago desiderij uestri, & schema tãti uiri ad hoc mouit & inuitauit. Diuina prouidẽtia uos custodiat fratres dilectissimi.

His literis fretus Athanasius, Alexandriã uenit, libenterq; eum plebs Alexandrina suscepit. Ariani uero coniuratione facta aduersus eũ frequẽtes seditiones subinde suscitabãt, per quas occasio præbebatur Eusebio, ut derogaret ei apud Imperatorẽ, quod non decernente communi concilio episcoporũ, autoritate sua arripuisset ecclesiam. Tãtisq; his derogationibus actum est, ut indignante Imperatore de Alexandrina urbe proijceretur. Eodẽ tempore Eusebio moriente ep̃o Cæsareę Palestinę cognomẽto Pamphili, Agapius discipulus eius suscepit episcopatũ, qui & alios plurimos ædidit libros, & de uita doctoris sui multa conscripsit.

Sozomenus. Non multo post tempore & Constantinus Imperator, Constantini maioris filius, dũ nititur inuadere partes iunioris fratris Cõstantis, circa Aquileiam congressione facta perimit̃, consulatu Acindyni, & Prodi. Quamobrem Romani Imperij principatus Occidentalium quidem partium, peruenit ad Constantem, Oriẽtalis autem ad Constantiũ.

Theodoretus. Igitur tẽpore quo Constantinus ad perenne trãsiuit imperium, testamento filijs temporale distribuens regnum (nullus enim eorum erat præsens) presbytero a sorore propria ipsi commendato suũ credidit testamentũ, præcipiens id Constantio dari, qui inter alios uidebatur esse uicinior, & prius uenire posse credebat̃. Hinc iste Constantio factus notus, tradito testamento, accepit ad eũ ingrediendi fiduciam. Qui uidẽs facilem Constantij uoluntatẽ, & uelut calamum uentis accidentibus agitari, præsumpsit contra euangelica dogmata bellũ assumere & aduersus ecclesias asperrime erigere tempestatem. Dicebat enim esse culpabiles, q Consubstantialitatis uocẽ, quę scripta non inueniret̃, in fidei doctrina posuissent, quod inter sacerdotes et eos discordiam generaret. Hinc ergo Athanasium & eius sectatores accusans, insidias instruebat. Huius cooperatores erant Eusebius, & Theogonius, & Theodorus Perinthius, qui eloquentior uidebatur, & scripsit explanationes Euangeliorum quem plurimi Heracleioten uocant. Isti nanq; sępius uelut propinqui Imperatori, reuersionem Athanasij multorũ causam asserebant esse malorum, & non solum Aegyptũ, sed etiam Palęstinã & Phenicen, uicinasq; gentes eius gratia dicebant esse turbatas: Proinde huiusmodi uerbis leuissimam obsidentes Imperatoris intentionem, suaserunt ut Athanasiũ ab ecclesia rursus expelleret. Qui agnosens eorum Consilium, ad partes Hesperias abijt.

13 *Hoc est ualidissimũ hæreticorum argumentum, non inueniri in sacris scripturis, ideo non credendum nec tenendum. Ne mireris ergo si et hoc tempore nouatores nostri hoc utantur tã quam telo ineuitabili, quo tamen nil infirmius. Vide Hiero. aduersus luciferianos. To. 2. fol. 47. lite. H.*

Post paululũ uero temporis Imperator Constantinopolim ueniens, indignatur ob ordinationẽ factam Arianorum Ep̃orum autem constituto concilio, Paulũ quidem remoueri fecit: Eusebiũ uero ex Nicomedia trãsferens Constantinopolim, ep̃m esse decreuit. Quo facto Antiochiam profectus est Imperator. Eusebius itaq; nullo modo cessare patiebatur, sed omnia commouebat, donec suũ propositum duceret ad effectũ. Egit ergo ut in Antiochia Syrię synodus fieret sub occasione quidem dedicationis ecclesię, quam pater Augustorum fabricari cœperat & post eius obitum Constantius decimo anno eã a tempore fundationis expleuerat, in

14 *Ecce rursus Ecclesiæ dedicatio.*

ueritate autem ad subuersionem atq; destructionem Nicæni concilij. Ad quam synodū conuenerunt ex ciuitatibus diuersis episcopi nonaginta. Maximus tñ Hierosolymitanus Macarij successor non affuit, cogitans quod ipsi posset subripi, & in damnationē subscriberet Athanasij. Sed neque Iulius interfuit maximæ Romæ præsul, neq; in locū suum aliquem destinauit, cum uticq; regula ecclesiastica iubeat, non oportere præter sentiam Romani Pontificis cōcilia celebrari. Fit ergo synodus in Antiochia sub præsentia Constantij Principis, Consulatu Marcelli & Probini. Erat autem quintus annus mortis Constantini patris Augustorū Præsidebatque tunc ecclesiæ Antiochenę Flacillus successor Euphronij. Fautores igitur Eusebij operæpretium iudicātes Athanasio derogare, primū quidem calumniati sunt quasi præter regulā egisset quā tunc ipsi decreuerant, qm̄ non ex sentētia communis concilij episcoporum receperat sacerdotium, sed sibimet arrogando in Ecclesiam fuisset ingressus. Deinde qm̄ eius aduentu turba generata, plurimi seditione sint mortui: & quia aliq ab Athanasio cęsi, iudicibus dicerentur esse contraditi. Hac derogatione tunc habita constituerunt episcopum in Alexandria, primo quidē Eusebiū cognomento Emisenum. Quo ordinato, & in Alexandriam ire metuente, Gregorium fecerunt epm̄. His ita gestis transformauerunt fidē, nihil quidem culpātes Nicęni concilij, sed principiū p̄bentes ut frequentibus concilijs alia subinde mutantes & recitantes efficerent, ut definitio fidei paulatim in Arianam uæsaniam relaberetur.

15 *Vide hic Romani Pōtificis priuilegium, et quod Regu. Ecclesiastica iubet, non oportere præter eius sententiam Concilia celebrari.*

16 *Quæ definita fuerāt in Concilio Nicæno, frequētibus Cōcilijs mutantes, effecerunt ut definitio fidei in Arianam uæsaniā relaberetur.*

Interea Gregorium deducebat in Alexādriam Syrianus magister militiæ, & cū eo armati milites, numero quinq; milia, quib⁹ etiam aderant Arij sectatores illic habitantes. Sed qūo Athanasius ecclesia pulsus, ne caperet effugerit, arbitror esse dicendū. Erat enim uespera, & populus in uigilijs obseruans, sperabaturq; futura collectio. Inter hæc uenit magister militū, & circa ecclesiā per cohortes suos milites ordinauit. Athanasius aūt uidens quæ fierent, cogitauit ne propter se ulla læsio pōpulo proueniret. Et præcipiens diacono ut compleret orationē, rursus psalmū fecit imponi. Cumq; consonantia psalmodiæ celebraret, per unam ianuam ecclesiæ egrediebant oēs. Quo facto, milites quidem sine commotione steterunt. Athanasius autem inter medios psallentium illæsus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus est. Porro Gregorius Alexandrinę tūc præsedit ecclesiæ. Alexandrinoram uero plebs non ferens quod erat gestum, ecclesiam quæ Dionysij nuncupatur, incendit.

17 *Cum psalmodiæ cōsonantia celebraretur.*

Ariani præterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanq; odiosum, & quia propter eum factum fuisset incēdium, necnon & quia minus ipsorum foueret errorem, euocauerunt Georgium Cappadocē, hominē Arianæ uæsaniæ. Theodoretus. Quomodo aūt & ille cum exercitu uenerit, & iste diffugerit, ipse qui passus, & mirabiliter liberatus est, melius enarrabit: nam in Apologia suæ fugæ sic ait. Verūtamen exquirant modū etiam discessionis, & cognoscant a suis. Erat enim Ariani cum militib⁹ cō currentes, ut eos accenderent & ignorantibus nos ostenderent: & licet si ne ulla compassione sint uel audientes, tñ confusi quiescant. Erat itaque iam nox, & aliqui populorum ad uigilias uenerāt, expectabaq futura die collectio. Dux aūt repente astitit cum militibus plusquā quinquies millibus habentibus scilicet arma, & gladios enudatos, arcus sagittas, & ue-

Ex Histo. Tripartitæ lib. 5. cap. 1.

18 *Vide uigilias festorū tempore illo custodiri a Christianis.*

ctes: & ecclesiam quidē ipse circūdedit, statuens milites sibimet cohæren tes, ut nullus posset egredientiū ab ecclesia eorū manus euadere. Ego ue ro irrationabile iudicans in tanta confusione populum relinquere, & nō magis ante illos pericula sustinere: residens in sede præcepi, ut diaconus psalmum legeret, populi responderent: Qm̄ in seculum misericordia eius: & sic oēs in domos suas abirent. Sed duce postea ingrediente, & militib⁹ sacratium circundantibus, ut nos capere possent, clerici quidem qui sunt inuenti simul & populi clamabant, poscētes ut & nos discederemus una cum populo. Ego uero magis e diuerso dicebam, non nos discedere nisi omnes singillatim prius exirent. Surgens itaq;, oratione facta, sic præcepi uniuersos abscedere: melius esse dicens, me periculo subiacere, quam quē quam eorū excipere læsionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis subsequentibus, quidam monachi, qui ibi nobiscum fuerant, & aliqui clericorū ascendentes traxerūt nos, & ita, testis est ipsa ueritas, militib⁹ alijs sacrariū circundantibus, alijs per ecclesiam discurrentibus, per mediū eorum, dño iter dante atq; custodiente, pericula cuncta transiuimus Deum magnifice glorificantes: qm̄ neque populum neci tradidimus, sed etiā ut saluaretur actum est, & manus quærentium nos effugere præualuimus.

Socrates. Quæ etiam Georgius eodem tempore in Alexandria gesserit ipsius Athanasij, qui hęc passus est, uoce narremus. In libro enim, quem de fuga sua scripsit, hæc ait: Igitur in Alexandria surrexerūt denuo nos q̄rentes occidere. Et facta sunt nouissima peiora priorib⁹. Repente nanque milites circundantes ecclesiam, pro orationibus prælia celebrabant. Ingrediente nanq; quadragesima Georgius ex Cappadocia ex eis missus, auxit mala, quæ illorum calliditate didicerant. Post septimanam itaque Paschæ, uirgines mittebanē in carcerem: Episcopi uincti a militibus ducebantur: orphanorum, & uiduarum domus diripiebantur, et inuasiones in domibus agebantur, & noctu Christiani deponebantur. Obsignabantur domus, & fratres clericorum pro fratribus pericula sustinebant. Hæc quidem pessima, sed grauiora postea sunt præsumpta. Septimana enim, quæ fuit post sanctam Pentecosten, populus ieiunans est egressus ad cæmiterium orationis causa, eo quod oēs communionem Georgij declinarent. Sed hoc cognoscens ille nequissimus, ipse cōcitauit Sebastianum ducem Manichæum, qui cum multitudine militum arma, gladios euaginatos, arcus sagittasq; ferentium facto impetu in ipso die dominico super populū irruit, & paucos orantes inueniens (quum iam plurimi discessissent) talia gessit, qualia ab eis decebat impleri. Incendio nanq; facto statuens uirgines secus ignē, cogebat eas, ut se profiterentur Arianas. Cumq; eas cerneret esse uictrices, & de igne nullo modo cogitare, sic earum uultus lacerauit, ut uix agnosci post tempora potuerint. Tenens autem & quadraginta uiros, tormento nouiore discerpsit. Sectis nanq; de palma uirgis, & habentibus suos aculeos, eorū dorsa ita uerberibus lacerauit, ut quidam eorum sæpius a medicis incisi sint propter spinas, quæ eorum dorsis inhærebant: alij uero dum non ferrent tormēta, mortui sint. Eos aūt q uiuere potuerunt, & quandam uirginē in exiliū deportauit in maximam Oeasim. Corpora uero mortuorū primo quidem reddi non passus est, sed cęlauit, insepulta relinquens ea, ut quasi tanta crudelitas latere uideret. Hoc autē aiunt, qui mentis errore desipiunt. Nam cum parentes mortuorū gaude-

19 *Septimana Paschæ.*

20 *Sancta pentecoste.*

21 *Nota ieiunium in Septimana post pentecosten, de quo habes per D. Leonem Papā sermo. 2. de Pentecoste, esse ex Apostolica traditione.*

rent quidē propter confessionem, flerent autem ꝑp corpora defunctorū, maiora eorū impietatis indicia ꝓsonabant. Post hęc aūt ex Ægypto, atq; Libyis in exilium deportauerunt eꝑos Ammoniū Muiū, Gaiū, Philonē, Hermem, Plenium, Pſenosirim, Nilāmonē, Agathonē, Anagamphū, Amonium, Marcū, Dracontiū, Adelphiū, Athenodorū, & presbyteros, Hieracē, & Dioscorū, & sic eos acerbissime per itinera pepulerunt, ut quidā eorum in ipsis itineribus, alij uero ꝑ exilia morerentur. Occiderunt aūt eꝑos plusquā triginta, habentes studium secundum Achab, ut si possent ampu tarent penitus ueritatem.

2 *Vides quāta solicitudo adhiberetur pro humandis corporibus defunctorum a fidelibus populis? Et cur aliqui hæretici nostro tempore tātopere negligunt mortuorum sepulturas?*

Theodoretus. Super hæc igitur Athanasius etiam consolatorios libros uirginibus illis scripsit, quæ crudelissimas pertulerūt passiones, dicens inter hæc: Propterea nemo uestrum sit tristis, licet & sepulturam nobis denegent impij, & prohibeant uos efferri. Nam usq; ad hoc nequitia peruenit Arianorū, ut & portas clauderent, & circa sepulturarū loca ueluti dęmones residerent, nequis sepeliretur fideliū dilectorū. Hæc ergo & his similia Georgius in Alexandria faciebat. Sanctus aūt Athanasius nullū locum munitum cautele suæ putabat: cū utiq; aut uiuū eum deduci, aut mortuum decollari, & caput eius Imperator sibi iussisset afferri. Pro quare prę mium maximum compromisit huiusmodi aliquid nuntianti.

Igitur Athanasius relinquens Alexandriam Romam profectus est. Cō tigit aūt eodem tempore etiam Paulum Constantinopolitanū pontificē illuc una concurrere, & Marcellū Ancirę, Ascepāq; Gazę. Qui dū Arianis esset aduersus, calumniam passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazęorū ecclesia Quintiano committitur. Lucianus autē Hadrianopolites eꝑs ob aliam accusationē ecclesia sua priuatus, degebat in urbe Romæ. Cognoscēs ergo Romanus eꝑs crimina singulorū, & oēs Nicæno concilio concordare comperiens, eos in communionē suscepit, tanq; oīum curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulisq; reddidit suas ecclesias, & Oriētalibus scripsit eꝑis, culpans quod nō recte tractassent uiros inculpabiles, de suis ecclesijs eos expellētes, & qđ constitutiones Nicæni concilij minime obseruarent. Quorum paucos ad certam diē sibimet adesse pręcepit, ut corā eis ostenderent iustum se super illis protulisse decretū. Et deinceps nō se passurū interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. Et ille quidē hæc scripsit. Athanasius aūt & Paulus epistolas Iulij Orientalibus episcopis miserunt, & singuli eorum suas sedes adepti sunt.

23 *Romanus Eꝑs tanquam omnium curā gerens pp sedis propriæ dignitatem, singulis his Eꝑis uiris sanctis suas reddidit ecclesias, & reprehēsorias literas super eorūm iniusta deiectione Orientalibus scripsit episcopis. Ex quo habes Romanæ ecclesiæ primatum super omnes alias ecclesias.*

Verū Pontifices Orientis grauiter hoc ferentes, & in Antiochia congregati Iulio rescripserunt epistolā, ornato quidē stilo compositā, ironia uero maxime plenā, & non sine interminationis qualitate confectam. Fatebātur enim circa omnes Romanorū ecclesiā esse munificam, ueluti q̄ apostolicam haberet curam, & antiquitus mater pietatis existeret, licet ab Oriēte ad eā prædicatores dogmatis aduenissent. Se uero non propterea secūdo loco habendos existimabant, eo quod non magnitudine aut multitudine abundarent ecclesiarum, cū uitę qualitate non cederent: crimenq; Iulio imponebant, eo quod Athanasii sectatoribus communicasse uideret, & tanq; ipsorū concilio contumelias irrogasset, eorūq; sententiā destruxisset: & ueluti iniustū eius factū, ecclesiasticisq; sanctionibus disonans arguebant. His ita conscriptis addiderunt, quod si susciperet Iulius damnationem

tionem ab ipſis factam,& ordinatos epiſcopos i damnatorũ locũ firmaret,pacẽ cũ eo & communionẽ haberẽt. Si uero placitis ipſorũ reſiſteret, contraria celebrarent:quippe cũ Orientales Epiſcopi non reſtitiſſent, cũ Nouatus a Romana pelleretur eccleſia. De his aũt q̃ præter cõmune placitũ de concilio Nicæno geſſerant,nihil ei reſcribere maluerunt.

Hæc itaq; Orientales epi Iulio Romano Pontifici reſcripſerunt. Cum uero Athanaſius Alexãdriam fuiſſet ingreſſus, compreſsio populi partis Georgĩ, q illic fuerat ordinatus epiſcopus,uehemẽs facta ẽ. Et ex hoc dicebant turbas & neces hoium proueniſſe,& huiuſmodi crimina in Athanaſium uelut authorẽ ſceleris referebant:cũ hæc in certaminibus frequenter eueniant. Ob quã cauſam Sabinus Macedoniæ Pręſul hæreſeos Athanaſium frequenter accuſat. Qui ſi cogitaret quanta mala contra Athanaſium & Homouſianos Ariani geſſerint, aut quanta concilia propter eum celebrata ſint, aut quanta contra omnes eccleſias Macedonius hæreſiarches geſſerit,erubeſcens forte tacuiſſet.

Interea contra Athanaſium alia machinatio concinnata eſt. Eccleſiæ nanq; Alexandrinorum,Auguſtorum pater erogando pauperibus frumẽta donauerat:quæ dixerunt Athanaſium uendere, & ſuis utilitatibus aplicare. Quod Imperator credens,eum iuſſit occidi. Hoc ſentiens Athanaſius, latenter aufugit.

Ex Hiſtoriæ Eccleſi. lib.10.cap.18.

Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanaſius,nec ull⁹ ei tutus ad latendum ſupererat locus. Tribuni,præpoſiti,Comites,exercitus quoq; ad inueſtigandum eum mouentur edictis imperialibus. Præmia delatoribus proponunt,ſiquis uiuum maxime,ſi id minus,caput certe Athanaſĩ detuliſſet. Ita totis regni uiribus fruſtra aduerſum eũ,cui Deus aderat certabatur. Interea ſex continuis annis ita latuiſſe fertur in lacu ciſternæ non habentis aquã,ut ſolẽ nunq; uideret. Sed cũ per ancillam, quæ ſola conſcia dominorum officijs qui ei latebras præbuerant uidebaṫ,indicatus fuiſſet, tanq; dei ſpiritu admonitus, ipſa nocte qua ad eũ comprehendendum cũ indicibus ueniebatur, poſt annos ſex migrauit ad alium locũ. Ita illi qui uenerãt fruſtrati,dñiſq; i fugã uerſis de ancilla ut falſa idice pœnas ſumũt.

Verum ne graues alicui latebræ ſuæ fierent,& occaſio calumniæ innocentibus quæreret,nihil ſibi ultra iam tutũ in Conſtantĩ regno pręſumẽs, ad Cõſtantis partes profugus abſceſſit. A quo ſatis honorifice religioſeq; ſuſceptus eſt. Quicq; cauſa eius quam fama compererat diligentis cognita,ſcribit ad fratrem, pro certo ſe comperiſſe quod ſacerdos dei ſummi Athanaſius,iniuſte fugas & exilia pateretur. Hunc itaque recte faceret,ſi abſq; ulla moleſtia loco ſuo reſtitueret:ſi id nollet,curæ ſibi futurum,ut id adimpleret,regni eius intima penetrans,& pœnas digniſsimas de autoribus ſceleris ſumens. Quibus ſcriptis perterritus Conſtantius(quod poſſe facere ea quæ immitabatur, conſcius erat fratrẽ) ſimulata benignitate ultro uenire ad ſe Athanaſium iubet,& leui increpatione perſtrictũ, ad eccleſiam ſuam permittit ſecurũ ire. Admonitus tamẽ Imperator ab impĩs conſiliarijs: Non eſt(inquit,magnũ Athanaſĩ, quod epiſcopi poſcunt de te,ut unã ex multis quæ ſunt apud Alexandriam eccleſijs, concedas populis eorum qui tibi communicare nolunt. Tum ille,deo ſibi ſuggerente, paratũ in tempore conſilium reperit:Et quid eſt(inquit,Imperator,quod poſcenti tibi liceat denegari,qui poteſtatem omnium habes iubendi? Sed

unum est quod oro,ut meā quoq; petitiunculam libenter admittas. Cum que se omnia quæ uellet) quamuis essent difficilia promitteret præstaturum,si hoc unum cederet libens,ait Athanasius:hoc est quod rogo,ut ga etiam hic(nam apud Antiochiā res agebatur) sunt nostri populi qui istis communicare nolunt,unam eis tenere concedas ecclesiam. Æquissimum sibi uideri,& ualde præstandū, lætus spopondit Imperator. Sed cū rem detulisset ad eos quorū consiliis utebatur,neq; ibi se uelle accipere ecclesiam,neq; hic dare respondent, quia plus sibi singuli quiq; quam absentibus consulebant. Ita Imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad suscipiēdam suam ecclesiam iubet. Operæprecium autē uidetur ipsius Constantij literas quas pro eius reditu scripsit,his gestis inserere.

Ex Historiæ Tripartitæ lib. 4. cap. 16.

Socrates. Constantius uictor Augustus Athanasio episcopo. Plurimū te circumferri & fluctuare ferocibus maris undis, nostræ mansuetudinis clementia non permisit. Patria quippe terra nudatū & priuatum propriis rebus,errantemq; per loca inuia bestiarum,indefecta nostra pietas nō despexit. Igitur diu distuli scribere uoluntatis meæ propositū, sperans spontē te ad nos forte uenturū,& laborum satisfactionem a nobis exigere. Veruntamen qm̄ forte timor impediuit uoluntatis tuæ propositum, literas largitate plenissimas ad tuam beatitudinem destinauimus, ut sine metu nostris aspectibus uelociter tuam præsentiam præbere festines, ut desiderio tuo potius experiaris nostram clementiā propriis restitutus. Hac etenim causa & dūm meum fratremq; Constantem uictorem augustū pro te rogaui,ut tibi potestatem ad nos tribuat ueniendi, ut ambobus nobis annuentibus,restitutus in patriam,habeas maximū gratię nostrę pignus.

Alia epistola eiusdē pro eadem re. Constantinus uictor augustus Athanasio episcopo.

Licet prioribus literis significauerimus ut sine sollicitudine ad nostrū debeas uenire Comitatum, eo quod maxime uelimus te ad propria destinare,tū & nunc has literas ad tuam misimus sanctitatem,per quas inuitamus,ut sine aliqua diffidentia uel metu ascendens, publicis uehiculis ad nos uenire festines,ut quæ desideras possis adipisci.

Tertia Constantij epistola pro eodem. Cōstantinus uictor Augustus Athanasio episcopo.

Dum in Edessa degeremus, præsentibus presbyteris ad nostrū debuisses festinare comitatū,ut uidens nostros aspectus, repēte properares ad Alexandriam. Sed qm̄ plurimum præterijt temporis ex quo suscipiens a nobis literas non occurristi,propterea etiam nunc cōmonere te festinauimus,ut uel nunc tuam præsentiam nobis uelociter præsentare cōtendas, & ita possis patriæ tuæ restitui,tuaq; securus oratione frui. Ad plenā uero cognitionem Achitū diaconū destinauimus, a quo possis cognoscere etiam nostri animi uoluntatem,& quod ea quæ optas impetrare possis.

Has epistolas ab Aquileia suscipiens Athanasius(illic enim relicta sardica agebat)Mox recurrit Romam, & ostendens literas episcopo Iulio, in maximo gaudio ecclesiam fecit esse Romanam. Putabatur enim etiā Orientis Imperator ipsorū fidei consentire,eo quod ad se Athanasium fiducialiter euocaret. Iulius autem Alexandriam clericis atque plebi hæc de Athanasio scripta misit.

Iulius archiepiscopus presbyteris & Diaconis,& plebi, habitantibus

Alexandriam, dilectissimis fratribus in dño salutem. Congaudeo uobis & ego dilectissimi fratres, quod fructum uestræ fidei ante oculos iam uidetis. Hoc etenim uere gestum, quilibet inspiciet in fratre & coepiscopo nostro Athanasio, quem propter puritatem uitæ suæ, & uestras orationes restituit uobis deus. Ex hoc itaque creditur, puras & charitate plenas orationes uestras ascendisse semper ad deum. Memores enim estis promissionum cœlestium atq; dilectionis quam ex doctrina prædicti fratris mei Athanasij didicistis & integrum cognouistis secũdum insitam uobis fidem, quam percepistis: qm̃ non usq; ad finem a uobis posit abduci, cuius orationes in sanctissimis animabus uestris tanq; præsentes semper habuistis. Ergo non plurimis mihi uerbis opus est uobis scribere. Quæcũq; enim uobis a me potuerint dici, hæc iam fides uestra p̃cessit, & diuina gratia cõmunis orationis nostræ uota compleuit. Congaudeo siquidem uobis: iterũ enim dico cõgaudeo: qm̃ inexpugnatas animas in fide seruastis. Sed etiam ipsi fratri meo Athanasio non minus cõgaudeo: quia licet multam sit passus tristitiã: nec unam tñ horã uestri desiderij & charitatis oblitus est. Nam licet corpore ad tps a uobis sit abstractus, spiritu tñ uobiscũ semper degere uidebat. Et ego quidẽ charissimi fratres oẽm tentationem contra eum surgentẽ, reos sine gloria non fuisse. Nam & uestra & eius fides cognita est uniuersis & cõprobata. Si enim non tanta & talia accidissent, quis crederet, quia aut uos tale iudicium, tantamq; charitatẽ circa talem exhibuissetis ep̃m, aut ille potuisset tantis uirtutibus circundari, per quas spe cœlesti fraudatus non est? Promeruit igitur quolibet modo & nunc & in futuro etiam, confessionis gloriosum martyrium. Frequenter enim terra mariq; plurimum æstuans, omnem prauitatem Arianę conculcauit hæreseos, & crebro per inuidiam usq; ad periculũ impulsus contẽpsit mortem, munitus omnipotente Deo & dño Iesu Christo Saluatore nostro, sperans & inimicitias declinare, & consolationi uestræ restitui, deferens uobis maiora trophęa ex fortissima conscientia, pro quibus & usque ad terminos terræ totius apparuit gloriosus. Fiduciam itaq; habens sui propositi, cœlestisq; doctrinæ, clarificatus est immortali iudicio, & ad uos reuertitur. Diligendus igit apud uos clarior nunc est quam tunc, quãdo profectus a uobis est. Nam si materias pretiosas, ideſt aurũ, & argentum, purgando ignis probat: quid dignũ dici poterit de tali tantoq; uiro, qui cũ tantas tribulationes & pericula deuicerit redditur nunc uobis immaculatus: non a nobis solummodo, sed comprobatus ab omni cõcilio? Suscipite igitur nunc fratres charissimi cũ omni diuina gratia pastorẽ uestrum ac præsulem tanquam uere ἀποστολικόν, cum his qui tantorũ laborum eius participes sunt effecti, & gaudete fruentes orationibus, qui pastorem uestrũ, ut ita dicam, esuritis atq; sitistis, qñ etiam ipsi uestram sanitatem salutaribus scripturis cibastis atq; potastis. Nam cũ degeret inter peregrinos, uos ei consolatio fuistis, & in persecutione atq; periculis refouistis cum fidelissimis uestris animabus & mentibus. Ego siquidem iam exulto considerans & ratione drospiciens, & in eius reuersione uniuscuiusque uestrũ gaudium & plebis uotiuas occursiones & concurrentiũ gloriosam festiuitatẽ, & qualis ille uobis erit dies, & quantus, remeante scilicet fratre meo, & quiescentibus priscis malis quorundam machinatione sartis: nec nõ pretiosa ac uotiua reuersione cunctos in quadam plenissimi

gaudñ lætícia copulante. Huiuſmodi uero gaudiũ uſq; ad nos magnitudi ne ſua pertingit: quibus diuinitas hoc etiam conſtat eſſe cõceſſum, ut & nos debeamus in laudem tanti uiri conſurgere. Sed melius eſt ut Epiſtolã oratione claudamus. Deus omnipotens, & huius unigenitus filius dñs & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, hoc gaudium uobis præbeat in æternum, dignũ tribuens præmium admirabili ueſtræ fidei, quam circa põtificem ueſtrum glorioſo teſtimonio demonſtraſtis: ut & uos & qui uobiſcum ſunt, & hic in futuro meliora poſsideatis: quæ oculus non uidit, nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, per quem & cũ quo omnipotenti deo gloria in ſecula ſeculorum amen. Valere uos opto chariſsimi fratres.

Igitur Athanaſñ ſententiam de concedenda Antiochiæ eccleſia inutilẽ ſibi cognoſcentes Ariani, hoc quidem differendum eſſe dixerunt, & agendum quod placeret Imperatori, quia Imperator Paulo, & Athanaſio, & Marcello, & Aſclepæ Gazæ & Lucio Adrianopoleos, ſecundũ ea, quæ in concilio Sardiceno placuerant, proprias reſtituerat ſedes. Vnde principalia ſacra per ſingulas ciuitates ad eorum mittebant eccleſias, quibus iubebatur ut eos repente ſuſciperent. Igitur in Ancira expulſo Baſilio, & p eo introducto Marcello, non fortuita turba prouenit, quæ derogationem contraria ſapientibus irrogauit, Aſclepam uero continuo Gazęi ſuſceperunt in Conſtantinopolitana ciuitate Macedonius ad modicũ tempus Paulo ſucceſſit, apud ſemetipſum in eccleſia remota collectiones agens. Pro Athanaſio tñ ſolo Imperator Eepiſcopis & clericis, atq; plebi ſcripſit, ut eum libenter ſuſciperent. Inſuper etiam quę contra eum in iudicijs facta fuerant, alijs literis aboleri iuſſit. Quæ uero de utraq; re ſcripta ſunt, hæc eſſe noſcuntur.

Epiſtola Conſtantñ, per quam omnia contra Athanaſium habita ſunt caſſa. Victor Cõſtantius maximus, Pius, epiſcopis & presbyteris catholicæ eccleſiæ ſalutem. Reuerendiſsimus eps Athanaſius non eſt dei gratia derelictus: nam licet breui tẽpore humana fuerit probatione ſummiſſus, tamen debitũ prouidentiæ uniuerſa proſpicientis noſcit ſuſcepiſſe decretum, recipiens uoluntate dei noſtroq; iudicio patriã ſuam pariter et eccleſiam, cuius diuino nutu præſul extabat. Huic enim conſequenter oportebat noſtram adeſſe manſuetudinẽ, ut omnia aduerſus eũ, & eius communicatores definita, omniſq; ſuſpitio & illuſio contra eum geſta, deinceps ſit inanis & uacua & reuelatio quam dudũ clerici eius habuerunt competenter firma permaneat. Sed ẽt hoc eius gratiæ adñciendũ eſſe cenſuimus, ut omnes ordines ſacri cognoſcant, conceſſum omnibus ipſi coniunctis, ut ſine timore ſint, ſiue epiſcopi ſiue ſint cleri: ſufficit enim unicuiq; circa eũ rectę uoluntatis unio. Quicunq; enim meliori iudicio atq; parte conſtituti, huius eligunt communionẽ, hos omnes præcipimus ad inſtar præcedentis prouidentiæ ẽt nunc uoluntate dei, noſtrę gratiæ largitatẽ adipiſci.

Epiſtola Conſtantñ ad Alexandrinos, ut reciperent Athanaſium. Victor Conſtantius maximus pius, populo Alexandrino eccleſiæ catholicæ ſalutem. In omnibus perhibentes noſtræ ęquitatis intentionem, ſcientesq; qm̃ diu prouidentia ueſtri contemplatoris eſtis alienati, ideſt, Pontificis Athanaſñ, qui propter inſertã rectitudinem ſuorumq; morum prudentiã cunctis innotuit, eũ denuo ad uos deſtinare cenſuimus. Hunc itaq;

conſuete

consuete & competenter suscipientes, & apud clementē deum adiutorē orationum habentes, uobis congruam simul & nobis placitā concordiā atq; pacem secundū ecclesiæ sanctionem ubiq; probatæ, sufficienter festinate seruare. Non enim rationabile est aliquā discordiam inter uos agitari, aut tumultū, nostrorum temporū disciplinæ contrariū: & hoc quidē abesse a uobis omnino uolumus. Orationibus aūt sufficienter, eo scilicet præsule & adiutore apud deū uos instare solenniter admonemus, ut tali proposito ad omniū uota proueniente, etiam Gentiles idolorū errori hactenus seruientes, ad cognitionem sacræ religionis sub alacritate festinēt. O charissimi nobis Alexandrini, rursus igit̄ admonemus ut in his quæ dicta sunt persistatis, & omnes ep̄m decreto superno nostraque sententia destinatū libenter & pie suscipiatis: & toto animo totaq; uoluntate amplectendū existimetis. Hoc enim & uos decet, & nostrę mansuetudini no scitur conuenire. Vt autem omnis turbæ seditionis occasio perimat̄, iudicibus apud uos habitis literis nostris præcipimus, ut omnes quos seditiosos agnouerint, legitimæ uindictæ subiiciant. Vtraq; igitur perspicientes, & nostram cū deo sententiam, & rationem professionis uestræ, necnon & supplicū contra seditiosos indictum, competenter & cōgrue sacræ religionis iura seruate. Prædictumq; Deo amabilem uirū omni reuerentia et honore colite: & orationes una cū eo pro uobis ipsis, & nostrę uitæ fauore omnium saluatori deo lætantes offerte.

Epistola Constantī pro Athanasio ut aboleretur quicquid pro Athanasio gestū est. Eadem uero forma præsidibus Augustæ, Nicęæ, Thebaidis, & Libyę scriptū est. Quicquid pridem ad læsionem & iniuriā Athanasio episcopo communicantiū reperitur actum, hoc nunc aboleri præcipimus. Nam & ministeriū, quo priuati fuerāt eius clerici, eosdē rursus uolumus obtinere. Hanc itaq; præceptionem nostram seruari censemus, ut Athanasio Episcopo suę ecclesię restituto communicatores eius habeant ministerium, quod semper habuerunt, quod etiam reliqui clerici habere noscuntur, & ipsi gaudio potiantur.

Tantis & talibus epistolis munitus sanctissimus Athanasius, per Syriam aggressus uenit in Palęstinam, apprehendensq; Hierosolymā, & Epi scopo Maximo significans gesta Sardicensi concilī, & quod Constātius Imperator illorū decreto iudicioq; consensisset, Præparauit ut episcoporum in illis regionibus habitantiū synodus ageretur. Maximus aūt in nullo segnis de Syria atq; Palęstina uniuersos euocauit episcopos. Facto concilio restituit & ipse beato Athanasio communionē & dignitatem. Scripsit ēt ipsa synodus Alexandrinis omnibus in Ægypto & Libyis episcopis, clericis, atq; plebi, ea quæ de Athanasio gesta atq; decreta sunt. Ob quam rem ualde Maximo detraxerunt Athanasī derogatores episcopi quod primitus deponens eū rursus ex pœnitentia tanquam nihil fuisset actum, sententiā pro Athanasio protulerit, quæ communionem ei dignitatemq; præberet. hęc cognoscentes Vrsatius & ualens, qui circa Arianum dogma studiū primitus ardens habuerant, declinantes a priori uoluntate Romā profecti sunt, libellumq; pœnitentię Iulio offerentes episcopo, & in Consubstantialitatis consensere sermone, & literas Athanasio miserunt, secq; ei deinceps communicare professi sunt. Sic itaq; tunc Vrsatius & ualēs gestis athanasī supati cōuersi sunt. athanasi9 ergo p Peluſiū pergebat

Alexandriam. Transiens autē per ciuitates, edocebat ut arianos uniuersi declinarent, & consubstantialitatis dogma amplecterentur in quibusdā ecclesijs & ordinationes fecit. Et hoc fuit initium alterius querelæ aduersus eum: quia in aliorum ecclesijs ordinare præsumpsisset. Hæc itaque de athanasio prouenerunt.

Interea Respublica fortuitis casibus urgebatur. Vnde quæ sunt summaria non est incongruū breuiter explanare, Igitur quod ędificatore Constantinopolitanæ Ciuitatis moriente tres eius filij imperiū susceperint, in prę cedentibus est narratū. Sciendum autem quod cū istis imperauit consobrinus eorū nomine Dalmatius uocabulū patris habens qui dū aliquantis per imperasset, a militibus interemptus est, non iubente Cōstantio ut occideretur, nec tū prohibente. Cū uero Constantinus iunior fratris partes inuaderet, & ipse a militibus congressione facta peremptus est. Hoc aūt iam sæpe dictum est. Post mortem uero Constantini iunioris Persicū contra Romanos motū est bellum, in quo Constantius proficere nō ualebat: nam cū nocte prelium circa fines Romanorū atq; Persarum fuisset gestum: Validiores tunc Persę ad breue tempus inuenti sunt. Quo tempore neque Christiani sub quiete degebant sed per athanasium de consubstantialis uerbo circa ecclesios erat pugna.

Sozomenus. Denicq; apud Antiochiam non concordabant in professione sua clerus & populus, sed per choros, ut est cōsuetudo, ad hymnos dicendos Deo in fine psalmorum mōstrabant propriam uoluntatē. Et hi quidem patri & filio, uelut æqui honoris gloriam dicebant: hi uero patri in filio, per interpositionem præpositionis, filium secundum esse monstrātes. His ita gestis, hærens quid ageret Leontius, qui illo tempore exhæresi aduersa sedem Antiochiæ gubernabat, cū prohibere non auderet eos, q secundum traditionem Nicæni concilij psallerent Deo, quia metuebat ne seditio nasceretur in populo, hoc dixisse fertur, tangens caput suū iam canum: Hæc, inquit, niue soluta, lutum cogetur immensum. Per hoc ostendens, quod ipso defuncto seditionem populo generaret illa discordia, quę in hymnis fiebat, non patientibus successoribus suis cum populi uarietate sentire. Athanasius igitur ueniens ad Ægyptum, explicauit synodales Epistolas Iulij Romani Pontificis. Insuper & synodalem Maximi Hierosolymitani quæ talia continere dignoscuntur.

Sancta synodus Hierosolymis congregata p Ægyptum, Lybiam & Alexandriam constitutis presbyteris, diaconis & plebi, fratribus deside ratissimis in dño salutem. Cunctorum Deo digne gratias agere non uale mus fratres charissimi: in quibus enim miracula semper egit, etiam modo cum ecclesia uestra fecit, pastorem uestrum & dñm consacerdotemq; nostrum Athanasium uobis sua pietate restituens. Quis enim aliquando speraūit oculis carnalibus intueri, quem nunc & nos & uos inspicitis, respicientes quē uidere desideratis? sed uere orationes uestrę a Deo omnium sunt auditæ, qui curam habet ecclesiæ suæ, & uestras lachrymas atq; gemitus semper inspexit, quapropter uestras audiuit preces. Eratis enim sicut oues abiectæ & fatigatæ, non habentes uticq; pastorem. Propterea uisitauit uos cœlitus pastor uerus, & de proprijs ouibus curam gerens, restituit uobis quē noscimini concupisse. Ecce enim & nos omnia pro ecclesiastica pace facientes, uestræq; dilectioni conspirantes in eius ample-

xu præcessimus & communicantes ei per eum uos alloquimur, scriptaq; præsentia destinamus. Itaque secundum gratifica uota uestra, scitote nos quoq; cum eo uinculo charitatis obstrictos. Debetis ergo etiam pro pietate deo amabilium nostrorum Imperatorum incessanter orare: qm̃ & ip si cognoscẽtes uestrum desiderium uobis restituere destinarunt. Omni ergo honore tensis manibus suscipientes illum gratificas orationes offerte Deo, qui uobis talia condonauit. Festinate autem semper in Deo gaudere & glorificare dñm, per quem & cum quo patri gloria in secula seculorum, amen. Veniens igitur Athanasius in Ægyptum, quos quidem agnouit Arij sectatores, deposuit. Quibus a se depositis, ecclesias eorũ præcepit fidem tenere Niceni concilij, eamq; summo studio custodiri.

Sic itaq; se rebus habentibus Magnentius tyrannus circa partes emersit Hesperias. Qui Constantem Imperatorem occidentalium partium facto dolo circa Gallias interemit. Quo gesto intestinum inflammatũ est bellum: Magnentius etenim tyrannus totam tenebat Italiam, Aphricãq; & Libyam, simul & Gallias. In Illyrico uero & in Sirmio aliud rursus a militibus excitatũ est bellum per tyrannum nomine Britannionem. Sed etiam Romam tumultus non fortuitus detinebat, Fratruelis nanq; Constantini Nepotianus nomine, imperium assumpserat gladiatorum uirtute suffultus, & Nepotianum quidem Magnentij milites deposuerunt, Magnentius autem procedens uniuersas partes uastabat Hesperiæ. Horum igitur omnium malorum immẽsa confluctio breui tempore generata est. Quarto enim anno post Sardicense concilium, hæc acta noscuntur, consulatu Sergij & Nigriani. His itaq; nuntijs apparebat, quod ad Constantiũ solum Imperij iura peruenissent: quo prouectu, contra tyrannos semetipsum (ut poterat) præparabat.

Aduersarij uero Athanasij, Opportunum se tẽpus inuenisse iudicantes, rursus aduersus eum calumnias instruebant. Tunc Imperatori Cõstantio suggesserunt, quod omnem Ægyptum subuertisset & Libyam. Inuidiam uero maxime auxit eius, quod ordinationes in parœcijs fecisset alienis. Athanasius interea cum uenisset Alexandriam, synodum Ægyptiorum cõgregauit eporum. Qui consona decreuerunt Sardiceno concilio, atq; Hierosolymis celebrato. Constantius igitur Imperator, pridem & ipse Arianorum secta præoccupatus, omnia quæ paulo ante ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primum quidem ecclesiæ Constantinopolitanæ pontificẽ Paulum deportari iussit in exilium: quem deducentes in Cucusum Armeniæ, suffocarunt. Marcello autẽ denuo proiecto, ecclesiam Ancyranam Basilius rursus inuasit, Lucius autẽ Adrinopoleos ferro uinctus, in carcere moritur. Tantumq; ualuerunt quæ de Athanasio dicebantur, ut in immensum furorem cadens Imperator, eum ubicunq; reperiret, iubere tur occidi: cum quo Theodulum & Olympium præsules ecclesiarũ Thracensium. Igitur Athanasium uoluntas Imperatoris non latuit, sed præsentiens fuga dilapsus est, & minas principis declinauit. Cuius fugam dilatauerunt Ariani, præcipue Narcissus Neromadis episcopus, Georgius laodiciq;, & Leontius tunc Antiochenę præsul ecclesiæ. Is enim cũ presbyter esset, dignitate priuatus est: quia cũ muliere Eustolia nomine, degens, & turpem suspitionem cælare uolens, genitalia sibimet noscitur abscidisse: & deinceps quidẽ fiducialiter cũ muliere uiuebat. Postea uero studio Im

peratoris Constantij in Antiochena Ecclesia ordinatur eps post Stepha
Ex historiæ Tripartitæ lib.5.cap.14. num, qui primitus successerat Placito. Hæc igit de his dicta sufficiant.

Et inimici quidē fidei, putantes se tēpus inuenisse cōtra defensores eius, ualde apud Principem laborabant, ut de ecclesijs pellerētur omnes q ab eis uidebantur esse depositi tanq alterius fidei, uel quia uiuo Constante, Imperatori Constantio restitissent, ita ut fuisset pene ad bella peruentū. Præcipue tamē Athanasium accusabant, ob nimiam inuidiam, neq Constante uiuo, & Constantio eum se diligere profitente, ab eius molestia recedebant: Sed Antiochię congregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theogonius Nicænus, Pathrophylus Scythopoleos, Minophantus Ephesius, & alij circiter triginta, scripserunt oēs uniuersis episcopis, quod contra factiones ecclesiasticas Alexandriam redijsset, nec in concilio sine culpa fuisset inuentus: & iubebant ut neq cōmunicarent ei, neq scripta mitterent, sed Georgio qui ab eis fuerat ordinatus. Verum Athanasio nullus hinc sermo fuit.

Igitur deuicto Magnentio, quum solus Constantius Romanorum tenuisset Imperium, omni studio laborabat, ut Occidentales episcopi consentirent eis, qui consubstantialem esse patri filiū denegabant. Et hoc faciebat, nolens à primordio aperte uim facere, sed eis callide suadere, ut decreto contra Athanasiū ab Orientalibus episcopis habito cōsentirent. Sperabat enim quod si cōmuni decreto damnaretur Athanasius, facilius suam uoluntatem in religione impleret. Tunc igitur in Italiam conuenerunt episcopi Orientaliū non multi, quoniam plurimos eorū aut senectus aut itineris longitudo prohibuit. Occidentaliū uero ultra trecētos, ut pręcepto principis conciliū Mediolani celebraretur: ubi conuenientes orientales, ante omnia contra Athanasium decretū fieri cōmune poscebant, ut hoc facta penitus ei aditus Alexandrię clauderetur. Quod cum sensissent Paulinus Gallicanæ τριβέρεως, Dionysius Albæ metropolis Italorū, & Eusebius Vercellensis, episcopi, quod ad destructionem fidei Orientales contra Athanasium agere molirentur, surgentes magna uoce clamabant, dolum & circunuentionem per ea quæ gerebantur, Christianitatis dogmatibus irrogari. Non enim ueras cōtra Athanasiū culpas esse dicebant, cum ad retractationē fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tunc soluitur Episcoporum.

Theodoretus. Depositō deinde Athanasio, aliam hæretici fidei exponere sunt nisi doctrinam. Sed neutrum horū perduci potuit ad effectum, cū præsente principe clamaretur, quod iniuste ageretur & impie, quo facto & ipsi ecclesijs sunt expulsi, & in ultimis terræ finibus habitare iussi. Quod rursus mirabilibis Athanasius hoc modo in illa apologia describit. Quis tantum poterit memorare, quantum illi gesserunt.

Tunc enim ecclesijs pacē habentibus, & populis per Collectas orantibus, Pontifex quidē Romæ Liberius, & Paulinus Galliarum Metropolitanus episcopus, & Dionysius Italus, Lucifer Metropolitanus insularum Sardiniæ, & Eusebius ex Italia, omnes episcopi boni & prædatores ueritatis, abripiuntur & traduntur exilio, nullam habentes culpā, nisi quod in Arianam noluerint cōsentire Væsaniam, neq in calumnijs subscripserint nostris. De maximo autem & optimo sene, & uero confessore Osio, etiā loqui superfluum. Omnibus enim notū est, quod etiam hunc in

exiliũ deportari fecerunt. Non enim ignobilis, sed omnibus nosci tur esse notissimus. Cui nanque non præfuit synodo, aut rectè loquens non satisfecit uniuersis? Quæ ecclesia huius patrocinij memoriam nõ habet? Quis aliquando dolens cum ueniret ad eum, non discessit sanus? Quis indigens quum petisset, non meruit quod popposcit? Et tamen etiam contra hunc talia præsumpserunt, quod impia eorum molimina cognoscens, noluerit propria subscriptione firmare.

Socrates. Igitur Imperator illos quidem mittit in exiliũ. Generale uero conciliũ fieri cogitabat, ut omnes Orientales episcopos uenientes ad Occidentem, si posset, cõcordes efficeret. Quod cum propter itineris spacia difficile uideretur, duplicẽ tractauit synodũ celebrari, ut in Arimino quidem Itali qui tunc aderant, conuenirent: Orientales autem in Nicomedia Bythiniæ ciuitate. Hoc ergo Imperatore tractante, effectus non euenit ut uoluit, neutrum enim conciliũ sibimet concordauit, sed utrunq; diuisum est. Nam neque in Arimino conuenientes inter se cõsonare potuerunt, & Orientales in Seleucia Isauriæ congregati, aliud schisma sunt passi, quod suo loco narrabitur.

Theodoretus. Dialogus inter Liberiũ & Constantiũ habitus, & quomodo Liberius in exiliũ fuerit missus. Ego quidem Liberij per omnia celeberrimi habitũ pro ueritate dialogũ cũ Constantio uolo referre, quandoquidem a fidelibus illius temporis est conscriptus. Is enim post Iulium Siluestri successorem, Romanam gubernauit ecclesiam. Constantius Imperator dixit: Nos & eo quod Christianus sis, & episcopus nostræ ciuitatis, dignũ hoc iudicauimus, ut euocantes te, moneremus ut cõmunionẽ scelestissimi Athanasij, & ineffabili superbia detenti, abnegare non differas. Hoc enim terrarũ orbis bene fieri cõprobauit, & synodali sententia alienũ ecclesiastica cõmunione, decreuit Liberius episcopus dixit: O Imperator, Iudicia ecclesiastica decet cum maxima proferri iustitia. Quapropter si uidetur pietati tuæ, disceptationem iube constitui: & si apparuerit Athanasius condemnatione dignus, tunc secundum ecclesiasticæ consequentiæ formam proferatur in eum digna sententia. Non enim possibile est condemnare uirũ, de quo nihil examinatũ est. Constantius Imperator dixit, uniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille (sicut ab initio) tempus eludit. Liberius episcopus dixit: Quicunq; subscripserunt, nõ ipsi uiderunt quæ gesta sunt, sed propter gloriam & timorem, & ne a te contumelias paterentur, acquieuerunt. Imperator dixit: Quid est gloria & timor & contumelia? Liberius dixit: Quicunq; gloriam dei non diligunt, tua magis dona præponunt. Quem ergo isti non uiderunt, non examinantes adiudicauerunt, quod est à Christianitate alienum. Imperator dixit: In facie utique condẽnatus est in concilio Tyri, & in concilio pariter decreuerunt contra eum omnes totius orbis episcopi. Liberius dixit: Nunc in præsentia sua homo ille adiudicatus est. Quicunque enim tunc conuenientes condemnauerunt eum, discedente Athanasio à iudicio sententiam protulerunt. Eusebius Eunuchus dixit: In Nicæno cõcilio alienus à catholica fide probatus est. Liberius dixit: Quinque soli iudicauerũt ex his qui cum eo nauigio uenerunt in Mareoten, quos miserunt ad accusationem eius, ut contra eum gesta conficerent. Horũ itaque qui destinati sunt, duo sunt mortui, Theogonius, & Theodorus, reliqui uero tres uiuũt, hoc est,

24

Notent hi qui Liberium Romanum Pontificem asserere audent nota Arianæ perfidiæ fuisse iniustũ, quod mendacium est apertissimum. Quid enim eo Constantius & fidelius mueniri potuit? Lege obsecro hunc Dialogum, & pariter exitũ huius sanctissimi uiri.

Maris, Valens, & Vrsatius. Ab his qui missi sunt Sardicam, propter hanc causam synodus celebrata est, qui in synodo libellos obtulerunt, ueniam postulantes, quoniam in Mareote per calumniam ex una parte contra Athanasiũ gesta confecerint, libellos eorũ nunc præ manibus habemus. Cui horũ nos credere & cõmunicare conuenit Imperator: his qui primitus damnauerunt, & ueniam postea popoſcerunt, an eis qui adhuc hæc accusare contendunt? Epictetus episcopus dixit, O Imperator, non fidei causa neq; iudiciorũ ecclesiasticorum sermonem facit, sed ut apud Senatores in Romana constitutos urbe glorietur quasi superauerit principem. Imperator ad Liberiũ dixit. Quota pars es totius orbis? quoniam tu solus hominem uindicas nephandissimũ, & orbis terrarũ pacem ecclesiæq; dissoluis. Liberius dixit non eo quod ego sum solus, fidei causa minuitur. Nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistentes præcepto regis. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosor feciſti? Liberius dixit: Non. Sed ita irrationabiliter adiudicatus est homo, qui non est examinatus. Sed & ego peto primitus generalẽ proferri subscriptionem confirmantem fidẽ in Nicæa prolatam, ut ita reuocatis ab exilio fratribus nostris, & in loca propria restitutis, si hi qui nũc turbas pariunt ecclesijs, uisi fuerint Apostolicæ fidei consentire, tunc apud Alexandriã conuenientes omnes, ubi & accusatus & accusatores sunt & defensor eorum, examinata causa possimus proferre sentẽtiam. Epictetus episcopus dixit: Sed cursus publicus non sufficit subuectui episcoporũ. Liberius dixit: Ecclesiasticæ causę publico cursu non egent. Ecclesiæ nanque sufficiunt usq; ad mare perducere suos episcopos. Imperator dixit: Quæ dudum suscepe runt formam, solui non possunt. Plurimorũ nanq; episcoporum debet ua lere sententia. Tu solus es qui amicitias illius scelerati defendis. Liberius dixit: Imperator nunquam audiuimus absente accusato iudicem eius scele ra proferentem, nisi quia propria uidentur hæc odia. Imperator dixit: Om nibus quidem nocuit in cõmuni, nulli tamen ita sicuti mihi. Cui cum non sufficeret interitus fratris mei maioris, ne beatæ quidẽ memoriæ Constan tem cessauit in mei inimicitias frequentes impellere, nisi nos maiori man suetudine detenti, impellentis momenta temperassemus. Nulla itaq; mihi uictoria est, neq; contra Magnentiũ uel syluanum, nisi illum scelestum ab ecclesiasticis rebus expulero. Liberius dixit: Noli per episcopos tuas uin dicare inimicitias. Manus enim ecclesiasticorum ad sanctificandum uaca re debent. Quapropter si tibi uidetur, iube uocari ad loca propria sacer dotes, & si concordes apparuerint ei quem nos in præsenti defendimus, secundũ fidem orthodoxam in Nicæna synodo constitutam, tunc conue nientes prouidebunt pro mundi pace, ut homo qui non peccauit, non re probetur iniuste. Imperator dixit: Vnum est quod queritur, uolo enim te amplectentem ecclesiasticam cõmunionem Romam denuo destinare, & propterea concorda paci, & subscribens Romam reuertere. Liberius di xit: Romę iam fratribus uale dixi. Maiores enim sunt ecclesiasticę sanctio nes, quam Romanæ habitatio ciuitatis. Imperator dixit: Ergo trium die rum spatium ad deliberationẽ habes, an uelis subscribens Romam reuer tere, aut cogitare in quem uelis deportari locũ. Liberius dixit: Spatium trium dierum rationem nequaquam mutare potest. Quapropter quo uo les mitte me. Imperator autem post duos dies examinato Liberio, & ne-

quaquam a suo proposito reuocato, iussit eũ in Bercœam Thraciæ in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expensas quingentos solidos destinauit. Tunc Liberius deferenti dixit: Vade, da eos Imperatori: opus enim habet suis militibus erogare. Similiter & Augusta totidem ei misit. Liberius dixit: Redde hæc Imperatori: opus enim habet his ad expensas militum suorũ. Si autem Imperator his non habet opus, det eos Auxentio & Epicteto. Illi enim his opus habẽt. Cumq; ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos. Cui Liberius ait: Totius orbis ecclesias desolasti, & tanquam damnato mihi hæc affers? Vade prius disce esse Christianus. His ita gestis, post tres dies nihil accipiens missus in exilium est.

Veritatis itaq; propugnator & uictor in Thraciam (sicuti iussum fuerat) usq; peruenit. Duobusq; transactis annis Cõstantius Romam uenit. Procerũ uero senatorumq; coniuges rogabant uiros suos, ut Constantio supplicarẽt, ut pastorem gregibus restitueret. Aiebant enim, quod nisi flecterent animum principis, eos ipsæ relinquerent, & ad pastorem illũ maximum properarẽt. At illi dixerunt: Nos furorem principis formidamus, nec forte aliquam ueniam promeremur. Sed uobis (inquiunt) magis rogantibus forsitan parcet, & alterũ e duobus fiet, aut preces suscipiet, aut si flecti nequiuerit, sine aliqua iniuria uos dimittet. Hoc consiliũ mulieres illæ laudibus maximis efferendæ percipientes, cũ ornatu solito adierunt Imperatorem, ut ex ueste sublimi insignes eas & nobiles arbitratus, reuerentiam ipsis exhiberet & parceret. Adeuntes, uero principem tali uoce clamabant: Miserere tantæ ciuitatis pastoris prouidentiam non habentis, quæ luporũ patet insidijs. At ille respondit non egere pastore alio ciuitatem. Esse nanq; Pontificem, qui eorum curam haberet. Post magnum nanq; Liberium quidam diaconorũ eius Felix nomine fuerat ordinatus. Is expositam in Nicæa fidem inconcusse struauit, sed corruptoribus eius sine discretione cõmunicabat. Nullus tamen Romæ habitantiũ in basilicam ingressus est, cũ ille intus astaret. Hoc aũt etiam matronæ illæ Imperatori dixerunt. Qua gratia flexus, præcepit illũ inter omnes egregiũ reuocari, & utrunq; ecclesiam gubernare cõmuniter: His ergo literis in Circensi spectaculo relectis, populus clamabat iustam principis esse sententiam: sicut enim dupliciter coloribus diuisi sunt spectatores, sic oportere alterũ his, alterum alijs præsidere. Cum ergo primitus principis literis sic fauissent, postea cõmoti cõmuni uoce clamauerũt: Vnus Deus, unus Christus, unus episcopus. Ipsas enim uoces & ego iustum ponere iudicaui. Post has uero Christo amabilis populi pias, & iustitia exornatas uoces, sanctissimus quidem Liberius est reuersus. Felix autem recedens habitauit in alia ciuitate.

Theodoretus. Interea sentiẽs Athanasius sibi insidias parari, nequaquã ad Imperatorem uenire præsumpsit: neq; hoc utile iudicauit, sed electos ex Ægypto quinque episcopos, inter quos Serapionem Thmiuensem uirum præcipua uita sanctum, & ad loquendũ ualde copiosum, mittit ad principem tunc in Occidente degentem (cum quibus etiam tres presbyteros) per quos sibi placaret Imperatorem, ut pro derogationibus satisfacerent inimicorũ, aliasq; facerent, quæ ei uel ecclesijs expedirent. Quibus nauigantibus, paulo post literæ uenerunt Imperatoris euocantes eum.

Ob quam rem & Athanasius & populus est turbatus, cum neq; hæretico Imperatori obedire consultũ esset, neq; reluctari periculo uacaret. Veruntamen ire distulit, & literarũ baiulus sine effectu reuersus est. Superueniente autem æstate ueniens alius ab Imperatore nuntius cum próuinciæ iudicibus, cogebant eum) cleroq; nimis erat infestus. Porro populũ para tum uidens ad bellum, etiam ille reuersus est. Non multo post tẽpore congregantur ex Ægypto & Libia Legiones. Et cum nuntiatum fuisset cẽlari Athanasium in ecclesia quæ uocatur Theonæ, assumens milites dux eorum, & Hilarium ab Imperatore denuo destinatum, inopinato fractis ianuis in ecclesiam introiuit, & ubiq; requirens Athanasium non inuenit. Fertur enim, quod sæpius diuino nuntio pericula multa effugerit, sicut et deo prouidente hoc discrimen euasit.

Sozomenus. Ex his & huiusmodi factis, ei a deo prænuntiatis, a paganis & hæreticis appellabatur Magus. Sermo nanq; fertur, quod aliqñ eo procedente per ciuitatem contigerit auolantẽ corniculã clamitare, Quo facto astans multitudo Paganorũ, uelut Mago derogantes, petebant ut eis aperiret quid cornicula illa significaret. Ille uero fertur silentio dixisse subridens: Cras latina lingua dies uentura significatur. Hoc ergo clamãs, tristem uobis crastinũ significat diem per Imperatoris Romani iussionẽ. Et ita contigit, ut Athanasij sermo licet derisus fuerit, uenerit ad effectũ. Altera nanq; die principis literæ uenerunt ad iudices iubentes ut pagani sua ingredi non permitterent templa, neq; solennes superstitiones festiuitatesq; celebrarent. Tũc ergo festiuitas eorum uenerabilis generaliſque destructa est. Socrates. Cum igitur frequenter (sicuti dictũ est) Athanasius pericula declinasset, clerus & populus ei fauens tenebat ecclesias, donec Præfectus (ut dictum est) Ægypti, & dux militũ eñciẽtibus eos & sustinentibus, Georgio eas contraderent. Qui non multo post uenit, & ecclesias suo iure possedit. Qui dũ prẽter schema & mores sacerdotij uiolentus existeret, & maxime circa Athanasij laudatores, quibus utiq; uincula & plagas uiris & fœminis uelut Tyrãnus inferebat, accensus populus pœnæ peremerat eũ, nisi uix ereptus fugisset ad principem. Quo facto rursus sequaces Athanasij ecclesias multo tempore tenuerunt. Quas iterum ueniẽs dux Ægypti, Georgij noscitur tradidisse fautoribus. Post hęc autem Exceptore principis ueniente, multi Alexandrinorũ supplicio traditi sunt. Post quem ẽt ipse Georgius terribilior superuenit, & priori tempore magis exosus, tanquam qui mouerit principem ad multorũ necem. Cui utiq; derogabant Ægyptij monachi, quorũ gloriam multitudo uniuersa sequebatur, & uera eorum testimonia iudicabant: quia in summæ philosophiæ uirtute degebant.

Sozomenus. Interea dum adhuc Athanasius cælaretur, Georgius Alexandriæ crudeliter Paganos afficiebat, & aduersantes ipsi Christianos: utroſq; enim cogebat ad ipsius uenire sententiã, & respuentes afficiebat. Erat enim apud sapientes Exosus quasi despiciens eos, & iudicibus imperans. Apud populũ uero quasi tyrannus & ultra potentes elatus: præcipue tñ paganos opprimebat, quos sacrificare et paternas festiuitates agere prohibebat. Tunc enim milites & Ægypti ducem, armatos in ciuitatem introduxit, imagines & ornamẽta templorũ abstulit: quod ei postea causam necis adduxit. Cyrillo uero deposito occupauit Hierosolymorũ

ecclesiam

ecclesiam Heremius,& post illũ Heraclius, post quem Hilarius. Hos.n. tunc illã ecclesiam gubernasse percepimus usq; ad Imperium Theodosij principis,qũ rursus Cyrillus ad proprium reuersus est episcopatum.

Hæc igitur apud Orientales agebant ecclesias. Interea Iulianus Cęsar bello deuincens Barbaros apud Rhenũ fluuiũ residẽtes,alios quidẽ peremit,alios cœpit:claraq; uictoria decoratus, cum mediocritate uitæ atq; mansuetudine militibus gratus esset ab eis appellatur augustus. Hoc facto,nihil de Constantio cogitans,Iudices ab illo factos honoribus mulcebat:& ad illius inuidiã literas proferebat, quibus ostenderet eum propter bellũ contra Magnentium gestũ in Italiam Barbaros induxisse. Repente uero religione mutata,cum prius Christianus esse putaretur, semetipsum Pontificem nominauit: & ueniens ad templa Paganorũ,sacrificabat,subiectisq; talia colere suadebat. Cumq; Constantius propter bellũ Persicum apud Antiochiam moraretur,sperans ille quod sine bello posset Illyricum occupare,ad eos agebat iter,dicens se uelle Constantio satisfacere,tanquã non sponte sed uoluntate militũ insulas imperij suscepisset. Fertur itaq; cum ad hos terminos accessisset, uindemia iam collecta,circa occasum Pleiadũ uuas denuo fuisse prolatas. Insuper ẽt imbre ex aere descendente,in eius ueste simul & cęterorũ guttas singulas crucis formas se signacula. Hoc facto uidebaẽ & ipsi & alijs, quod botris extra tempus illatis bonũ rei panderetur indicium: imber aũt cadens uestem supra quã ceciderat,roboraret. Alij uero dicebant uuarũ signum, quod præter tempus sit, significare perditionem Imperatoris instar huiusmodi botrorum, & parui temporis fore eius imperium. Porro de cruce dicebant prænunciare hoc signum,quod sit cœleste dogma Christianorum, & oporteat signari cunctos crucis indicio. Vnde cognoscitur quod diuersius interpretati quam dixerat Imperator,ueritate fraudati non sunt: Vtrũq;.n. opportune dictum,sequens tempus ostendit. Cum audiret itaq; Constãtius contra se uenire Iulianum,instructione belli Parthici omissa,Constantinopolim ueniebat.

Socrates. Et apud Mopsucrenem inter Cilicas atq; Cappadocas,nimia cogitatione,apoplexiæ passione defunctus est, Consulatu Tauri & Florentij, tertio die Nouembris mensis, anno uitæ suæ quadragesimo & quinto: ex quibus tredecim cum patre regnauit,uigintiquinq; post illum.

Sozomenus. Quo defuncto, Iulianus quidem iam Thracias obtinebat. Et nõ post multũ Constantinopolim ueniẽs, appellatus est Imptor. Initio itaq; parcens Christianis,clementior uisus est, sciens priores persecutores nihil profeciisse ad augmentũ Paganismi, quod puniissent Christianos: qui magis hinc creuerint, & facti sint glorioſi pro uero dogmate morientes. Inuidens igitur illorum gloriæ,a tormentis abstinuit,iudicans esse necessarium ut sermone potius & admonitione Paganismum colendum populo suaderet, credens etiam hinc se monstrare clementẽ. Fertur enim,quum Constantinopoli apud fortunam sacrificaret uerbis, accessisse ad eum Mares episcopus Chalcedonis, & publice impium & ἄθεον, ideſt sine Deo,apostatamq; uocitasse: illũ uero solam ei improperasse cæcitatem: erat enim senex, & propter imbecillitatem oculorũ manu alteri agebatur. Super hæc uolens etiam lacerare Deum,consuete dixit: Neque Galilæus Deus tuus curare te potest. Respõdens uero Mares dixit, Ego,

Ex Histo. Tripartitæ lib. 6. cap. 5

inquit, Deo meo pro cęcitate gratias ago: quia hoc ideo factum est, ne te uideam pietatem nudatum. Imperator autem nihil respondens abscessit. Sic enim putabat potius roborari Paganismum, si se patientem ac mitem Christiano populo demonstrasset.

Hæc itaq; faciens, eos qui fuerant a Constantio fugati propter religionem, reuocauit, & cõfiscatis patrimonia sua restituit, præcipiens populo ut nullum lęderent Christianum, neq; nolentẽ sacrificare compellerẽt: spõte uero accedẽtes ad aras, prius expiari apud dæmones, purgariq; solitis eorum sacrificijs præparabat. Clericis aũt omnia priuilegia, honores, consuetudinesq; subtraxit, & leges positas pro eis soluit, ipsosq; curiæ tradidit, simul & a uirginibus & uiduis quæ pro penuria inter clericos alebantur, iussit exigi ea quæ pridem a publico accepisse uidebantur. Constantinus nãq; Imperator disponẽs res ecclesiarum unicuiq; ciuitati prospexit, ut clerus sufficientia emolumenta perciperet, & hoc lege firmauit, quod hactenus mortuo Iuliano seruatur. Hanc exactiorẽ aiunt ualde fuisse crudelẽ. Auferebat enim subinde pecunias, & ornamẽta sacra: templaq; sub Constantino & Cõstantio fundata destruebantur: datæ ad ędificia pecuniæ rursus exigebantur. Hac occasione sacerdotes, & clerici & populus Christianus crudeliter uexabantur.

25 *Quod & faciunt hæretici nostri tẽporis, ut se Iuliano apostatæ conforment.*

26 *Et hoc eiusdem farinæ est cum superiori.*

Socrates. Per idem tps in Alexandrinorũ maxima ciuitate contigit ex huiusmodi causa seditio. Erat locus quidam in ciuitate antiquis temporibus desolatus atq; neglectus, multaq; sorde completus: hic Pagani olim deo Mithræ sacrificantes homines immolabant: quem locũ Constãtius quasi uacantem ecclesiæ Alexandrinæ concesserat. Hic Georgius uolens oratoriũ extruere, locum repurgari faciebat. Quod dum fieret inuentum est illic adytũ in multa profunditate constructum, in quo Paganorũ mysteria celebrabantur. Erant enim ibi caluariæ hominũ plurimæ, maiorum pariter & infantiũ qui perhibebantur illic extincti, ut ex eorũ uisceribus artes magicas exercerent. Hæc igitur Christiani reperiẽtes in adyto Mithræ, studuerunt ad irrisionem Paganorũ uniuersis hęc facinora referare, diuulgabantq; capita hominũ quæ compererant. Hæc Alexandriæ Pagani uidentes, & opprobriũ non ferentes, ira succẽsi sunt, & omne quod ad pręsens inuenerunt arma iudicãtes impetu contra Christianos facto, multos interemerunt, alios gladijs, alios fustibus aut lapidibus, alios funibus strangulantes, quosdam ẽt crucifigentes ad sacræ crucis iniuriã plurimos diuersis uulneribus affligentes. Et ita factũ est, ut neq; proximis parceretur, sed philosophus philosophũ percusit, & frater fratrẽ, parentes filios: & inuicem in mutua nece grassati sunt. Quamobrem Christiani eundẽ locum purgare quieuerunt.

Interea cũ Iudices denuntiassent mortuum fuisse Constantiũ, & imperare Iulianũ, seditionem fecit in Alexandria populus Paganorũ & impetu facto contra Georgiũ, uinculis eum alligauerunt. Quem paulo post uenientes ad carcerẽ peremerunt eiusq; cadauer imponentes camelo, a mane usq; ad uesperam per totam traduxerunt ciuitatẽ, & circa ferum diei concremauerunt. Multi ferunt Arianorũ q̃ a fautoribus Athanasij id factum sit: sed ego reor indubitanter hoc fecisse gentiles, cũ utiq; & querelas haberent aduersus eũ propter idola & templorũ iniurias, prohibitionemq; solẽnitatum. Quod etiam Iulianus sic se habuisse testat̃ per literas

ad Alexandrinos missas, in qbus culpat eos, pœnamqꝫ relaxat, quasi propter reuerentiam serapis, quem ciuitatis conseruatorem dicit, & Alexandri conditoris eius, necnon Iuliani auunculi sui qui in Paganismo strenuus fuit, & Christianos supra modum oderat.

Igitur Athanasium de fuga remeantem, Alexandrinorũ populus libenter excepit. Expulseruntqꝫ ecclesiꝫs Arianos, & Athanasio sceptra uenerabilia tradiderunt. Verũ Ariani in domibus ignobilibus se colligentes, loco Georgij luciũ habuerunt. Ea siquidem tempestate lucifer Caralensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Imperatoris iussione ab exilio reuocãtur. Vtriqꝫ enim ultra Thebaidos terminos ab exilio remeantes tractabant, quemadmodũ corruptam ecclesiæ regulam repararent. Placuit igit ut lucifer quidem ad Antiochiam Syriæ perueniret, Eusebius Alexandriã, ut una cũ Athanasio facto concilio ecclesiæ dogmata roborarent. Lucifer tñ misit in locum suũ diaconum, per quem professus est ratum se habiturum quod esset concilio ordinante constitutũ. Ipse autem ueniens Antiochiam, fluctuantẽ inuenit ecclesiam: erat enim inter se turba diuisa, & non tm hæresis Ariana, quæ erat sub Euzoio, diuidebat ecclesiam: sed ẽt Melitij sequaces studiũ habentes circa suum prẽsulem a suis consortibus recesserunt. Tũc ergo Lucifer ordinans ei Paulinũ epm, rursum abscessit. Eusebius autem ueniens Alexandriam, cũ Athanasio conciliũ celebrauit.

Sozomenus. Interea plurimi episcopi in Alexandria congregati cum Athanasio & Eusebio Nicæni concilij decreta roborauerunt: & consubstantialem patri ac filio spiritũ sanctum sunt professi, Trinitatemqꝫ nominauerunt. Et qm de substantia & subsistentia quẽstio turbabat ecclesias, sapienter decretũ est ut his nominibus contra Sabellianos solos utamur, ne uocabulorum inopia idem putetur esse substantia quod subsistentia.

Verum Athanasius librũ de satisfactione fugæ olim a se conscriptum tunc eis præsentibus legit: cuius partes utiles, & quæ prosint hic intexẽs, totum librum multorũ uersuum quærere & legere studiosos admoneo, Ait enim: Ecce huiusmodi sunt præsumptiones impiorũ hæc agentes, nec erubescentes. In quibus primũ contra nos mala sunt machinati, hactenus accusant quod manus eorũ paratas ad necem declinare potuerimus, & amarissime potius ingemiscunt, quod nos penitus extinguere nequiuerũt & improperant timoris causam, ignorantes quod dum hoc submurmurant, in semetipsos magis retorquẽt culpam. Nam si fugere malũ est, persequi multo deterius. Hic quidem ne moriat absconditur: hic autem persequitur, ut occidat. Et ut fugiatur quidem, scriptũ est: qui aũt quærit occidere, prẽuaricatur legem, & magis ipse fugiendi prẽbet occasionem. Si ergo fugã improperant persequentes, pudeat eos potius sui ipsorũ. Quiescant insidiari, & quiescunt continuo fugientes. Sed a malitia non desinũt sua, & comprehendere omni uirtute festinant, sciẽtes quia fuga persequutionem patientiũ indicium est maximũ persequentium. Nullus enim mitem atqꝫ clementem fugit aliqñ, sed magis ferocem simul & callidũ. Omnis enim qui gemebat & uexabat a Saul, fugiebat & ueniebat ad Dauid. Sed isti propterea eos qui absconsi sunt, interimere studeant, ne ipsorũ malitiam uideantur arguere. Qui etiam in hac parte cæcantur. Nã quanto fuga manifestior est, tanto amplius eorum insidiꝫs neces exiliaqꝫ commissa omnibus sunt aperta. Nam siue perimant, mors contra eos semper

exclamat: siue rursus exilia minentᵉ, undiquaq; ipsi contra se mali memoriam destinare noscunt. Et si quidem sanam haberent mentē, uiderent semetipsos in his esse constrictos, seq; in cōsiliis suis offendere. Sed qm̄ mētem amiserunt, propterea persequutione decipiuntᵉ: & quærentes occidere suam non contemplantᵉ impietatem. Nam si derogant eis qui fugiunt quærentes occidere quid faciant cū uident Iacob fugientē Esau fratrem suum, & Moſen in Madian deſcendiſſe propter Pharaonis timorē? Quo ſatisfacient fugienti Dauid Saul, qui in domū miſit, ut interimeret eū, dū abſconſus eſſet in ſpelunca, & mutaſſet uultū ſuum donec declinaret ab Abimelech? ob quam cauſam inimicorū euaſit inſidias. Quid dicant iſti, qui omnia proferunt temere, uidentes maximū Heliam in oratione quidē mortuū ſuſcitaſſe, tū abſconſum propter Achab, & fugiſſe ꝓpter inſidias Hiezabel? Tunc ēt quæſiti filij prophetarū cælati ſunt latentes in ſpeluncis apud Abdiam. Sed ſi hæc tanquā uetera non legerunt, ſaltem memoriam habeant euangeliorū. Nam & diſcipuli propter metū Iudæorum receſſerunt, cęlantes ſemetipſos: & Paulus in Damaſco a principe gētis quę ſitus, de muro in ſporta demiſſus eſt, & manus quærentis effugit. Hæc igitur de ſanctis uiris ſcriptura dicente, quā putas excuſationem ſuæ petulantiæ poterunt inuenire? Siue ergo timorem improperent, cōtra ſemetipſos tanquam uæſani loquunt: ſiue contra uoluntatē Dei hoc dicant fieri, ſcripturarum diuinarū uidentur penitus expertes. Nā in lege præceptū fuit, ut deputarentur etiam ciuitates ad fugam, ut hi qui quęrebantᵉ ad mortē, quoquo modo liberari poſſent. In nouiſsimo uero tpe ſeculorū ueniēs ipſum, quod Moſi loquutū eſt patris uerbū, rurſus hoc dedit mandatum, dicens: Cū perſecuti uos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Et poſt pauca dicit: Cum ergo uideritis abominationē deſolationis, quę dicta eſt per Danielem prophetam ſtantē in loco ſancto, qui legit intelligat: tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montana: qui in tecto eſt non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: qui in agro, non reuertat tollere ueſtes ſuas. Hæc. n. ſcientes ſancti, hmōi habuerunt conuerſationis modū. Quæ enim tūc prę cepit dñs, hæc etiam ante incarnatā ſui præſentiam in ſanctis loquutus eſt. Et hic eſt hominū terminus ad perfectionem ducens, ut quod deus iubet hoc faciant. Propterea & ipſum uerbū propter nos humanatū, cum quęreretur (ſicut nos ipſi) abſcondi dignatū eſt: & iterū cum perſequutionem patereᵗ, fugit, & inſidias declinauit. Decebat enim eū ſicuti famē & ſitim, ita ēt hoc pati, & hoc oſtendere ſeipſum humanatū. Ab initio ſiquidem mox ut homo factus eſt, cū eſſet paruulus ipſe per Angelū mādauit Ioſeph: Surgens ſume puerū & matrem eius, & fuge in Ægyptū. Futurū eſt enim, ut Herodes quærat animā pueri. Mortuo quoq; Herode uideᵗ propter Archelaū filium eius in Nazareth fugiſſe: & qm̄ iam etiam deū ſeipſum oſtendebat, & manū aridam reſtituerat ſanam, Phariſæi quidē egredientes conciliū fecerunt aduerſus eū ut cum occiderent: Ieſus autem ſciens diſceſsit. Nam & qm̄ Lazarū ſuſcitauit a mortuis: Ab illo (inquit, die cogitauerunt ut occiderent eū. Ieſus ergo iam non palā ambulabat inter Iudæos) ſed abȳt inde in regionē iuxta deſertū. Deinde ſaluatore dicēte: Antequam Abraham fieret, ego ſum, Iudæi quidē tulerunt lapides, ut mitterent ſuper eū. Ieſus autem abſconſus eſt & exȳt de templo. Et tranſiens per mediū illorum ibat, et ita diſceſsit. Putas hæc uidētes, magis aūt

audientes,

audientes,cū non uideant,quō secundum quod scriptum est,non debeāt igne cōburi: qm̄ contraria his quæ dñs facit & docet, cogitant & loquuntur; Nam qñ Ioannes martyriū sustinuit, eiusq; corpus sepeliere discipuli audiens Iesus discessit inde in nauem ad deserti locum seorsum.

Dominus itaq; hæc faciens,ita docebat. Sed utinā isti uel sic erubescerent,& usq; ad homines suā petulantiā declararent, & non magis ac magis insanientes uiderentur ēt ipsum arguere Saluatorem, contra eū utiq; blasphemias meditantes. Sed neq; uæsanorū quisquam eos poterit sustinere,cū arguantur ne Euangelia quidem ipsa nosce. Est enim occasio nostræ discessionis & fugæ rationabilis atq; uera quam in saluatore quidē Euangelistę positam memorarunt. Nos aūt etiam in sanctis uiris oportet talia cogitare. Nā ea quæ de saluatore humano modo cōscripta sunt,eadem communiter humano generi deputanē. Quæ nostra sunt ille susceperit, & passione nr̄as infirmitates ostendit. Quod Ioānes ita cōscripsit: Quęrebant ergo eū tenere,& nullus misit in eū manus, qa nondū uenerat hora eius. Nā anteq; hæc ueniret,dicebat ipse matri: Nondū uenit hora mea. Et eis, qui fratres eius appellabantur ait: Meū tempus nōdum uenit. Rursus autē tēpore passionis discipulis dicebat: Dormite iam & requiescite, Ecce enim appropinquabit hora,& filius hominis tradet in manus peccatorum. Sed neq; anteq; ueniret tps,teneri se passus est, neq; cum uenisset tēpus,absconsus est,sed etiam semetipsum tradidit aduersarijs. Sic & beati martyres in persequutionibus tēporalibus custodiebant semetipsos, & dum quærerentur,per latibula fugiebant: cum uero inuenirentur, martyrio se subdebant. Hæc de Athanasio retulisse sufficiat.

Sed Iulianus postq; ad Orientē Persas bello pulsaturus aduenit, & publica (quā prius occultauerat) erga idolorum cultum fieri cœpit insania, callidior cæteris persequutor,non ui neq; tormentis, sed pręmijs, honoribus,blanditijs,persuasionibus,maiorem pene populi partē, quam si atrociter pulsasset, elisit, studia autorum Gentilium Christianos adire prohibens,ludos literarum illis solis qui deos deasq; uenerarenē, patere decernit. Militiæ cingulum non dari,nisi immolantibus iubet. Procurationē prouinciarum iurisq; dicendi Christianis statuit non debere committi, utpote quibus etiam lex propria gladio uti uetuisset. Et proficiebat quotidie in huiuscemodi legibus exquirendis, quibus & si quid uersutum uel callidum,tamen quod minus uideretur crudele,decerneret. *Ex libr. 10. Eccle. historiæ cap. 32.*

Sed non erga Athanasium fictæ philosophiæ tenere imaginem potuit. Etenim cum uelut tetri serpentes de cauernis terrę ebulliētes,ad eum processissent magorum,philosophorum,Aruspicum, augurumq; manus prophana,omnes pariter allegant nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium,uelut omnium horum obstaculum,sustulisset.

Iterum mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur Ecclesia. Cumq; eū męsti & flētes populi circūstarent, prophetico apud eos usus sermone perhibet: Nolite(inquit) ō filij conturbari, quia nubecula est, & cito pertransit. Cumq; discessisset, & uaui per Nilum fluuium iter ageret, comes qui ad hoc ipsum missus fuerat, cognito eius itinere, instāter eum insequi cępit. Et cum forte applicuisset Athanasij nauicula ad quēdam locum,comperit a prætereuntibus post tergum esse percussorē suum, & iā iamq; nisi prospiceret imminere. Conterriti omnes qui simul aderant so-

cij, eremum suadebant ad fugæ præsidium petendam. Tum ille: Nolite, inquit, o filioli deterreri, eamus magis in occursum percussori nostro, ut sciat quia longe maior est qui nos defendit, quã qui persequitur. Et conuersa nauicula, iter agere obuiam ei qui se insectabatur, adgressus est. Ille qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi uenire quẽ quæreret, tanquã prætereuntes aliquos interrogari iubet, ubi audissent esse Athanasium. Cumq; respondissent uidisse se eum non longe euntẽ, tota celeritate pertransiens, properat in uanum, festinans capere, quẽ ante oculos positũ uidere non potuit. Ille uero dei uirtute monitus, Alexandriam redit, ibique tuto latebras usquequo persecutio cessaret exegit.

27

Omnis ecclesia lõgo agmine aream sancti martyris Babylæ magna exultatione trahens summis clamoribus psallebat. Quid dicis hæretice contra sanctorum reliquias, psalmodiã, & ecclesiæ concentum?

Dedit & aliud Iulianus uecordiæ suæ ac leuitatis indicium. Nam cum Daphnis in suburbano Antiochiæ iuxta fontem Castaliũ litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat, responsa susciperet, causasq; silentij percontareẽ a sacerdotibus dæmonis, aiunt, Babylę martyris sepulchrũ ppe adsistere, & ideo responsa non reddi. Tum ille uenire Galilæus (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre sepulchrũ martyris iubet. Igitur ecclesia uniuersa conueniens, matres & uiri, uirgines iuuenesq; immensa exultatione succincti, trahebant longo agmine arcam martyris, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicẽtes: Confundantẽ oẽs qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulachris suis. Hæc in auribus prophani principis per sex milia passuum tanta exultatione psallebat omnis ecclesia, ut cœlũ clamoribus resultaret. Vnde & ille in tantam iracundiæ rabiẽ deductus est, ut altera die comprehẽdi Christianos passim & trudi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici.

Quod Salustius Præfectus eius non probans, licet esset gentilis, tñ iussus exequitur, & apprehensum unum quẽdam adolescentẽ qui primus occurrit, Theodorum nomine, a prima luce usq; ad horam decimam tanta crudelitate & tantis mutatis carnificibus torsit, ut nulla ætas simile factũ meminerit. Cum tñ ille in eculeo sublimis, & hinc inde lateribus instante tortore, nihil aliud faceret, nisi quod uultu securo & læto psalmũ, quẽpridie omnis ecclesia cecinerat, iteraret. Cumq; se omni expensa crudelitate Salustius nihil egisse perspiceret, recepto in carcerem iuuene, abijsse fertur ad Imperatorẽ, & quid egerit nunciasse, ac monuisse ne tale aliquid tentare uellet de cætero, alioquin & illis gloriã, & sibi ignominiam quæreret. Tunc Theodorũ ipsi nos postmodũ apud Antiochiam uidimus. Et cum requireremus ab eo si sensum doloris habuisset ex integro, dicebat se quidem dolores parũ sensisse, adstitisse aũt quendam iuuenem, qui sudanti sibi, linteo candidissimo & sudores abstergeret, & aquam frigidã frequenter infunderet, & ita se esse delectatũ, Vt tunc mœstior factus sit, quando deponi de eculo iussus est. Comminatus igitur Imperatores post uictoriam Persicam melius se Christianos debellaturum, profectus quidẽ est, sed nullus redit. Ibi nãq; incertũ a suis, an ab hostibus confossus, post annum & octo menses præsumpti Augustalis imperij, finẽ uitę fecit.

28

Psalmum quem pridem omnis ecclesia cecinerat iterabat. Ecce cantum ecclesiasticum tpe Athanasij

Ex lib. 6. historiæ Tripartitæ cap. 47.

Socrates, Calistus autẽ qui inter familiares Imperatoris tũc militabat, & Heroico uersu eius conscripsit historiam, ait eum a dæmone uulneratũ, fuisse defunctum. Iulianus ergo quarto Consulatu suo quẽ ædiderat cum Salustio, sexto die Iunij mensis, in Persica regione defunctus est, anno tertio imperij sui, septimo uero ex quo Cæsar a Constantio fuerat ordinatus,

uitæ anno trigesimo primo. Post cuius mortē eius Magiæ compertæ sunt. Carrę nāq; ciuitas est, hactenus impietatis eius reliquias habēs. Per hanc iter agēs, qm̄ p Edessam propter pię religionis cultum transire noluerat, in tēplum quod a Paganis colitur, est igressus, ubi cum quędam cum suis cōsortib⁹ sacrilegia celebrasset, ianuas & claustra disposuit, & quosdam ibi milites obseruare pręcepit, ut intra hoc nullus accederet donec ipse rediret. Cumq; mortuus fuisset, & impio pium succedisset imperium, ingredientes in tēplum inuenerunt mira principis simulacra, eiusq; sapientiam & famosissimam pietatē. Viderunt enim mulierem a capillis appēsam, extensas habentē manus, cuius uterū apparuerat, ut Persarū uictoriam in iecore eius inspiceret. Hoc ergo scelus in Carris inuentū est. Verum in Antiochia plurimas arcas in Palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse reptas, & innumera in puteis demersa corpora mortuorū. In qua urbe cū ei⁹ nuntiatus fuisset interitus, publicam cuncti habuere festiuitatē, & non solum in Ecclesiis & sepulturis martyrum saltabant, sed etiam in theatris Crucis uictoriam prędicabant, illius Magię insultātes. Ego aūt etiam clamorē fauoris eorum hic ponere necessariū iudicaui, ut etiam apud posteros hęc memoria reseruetur. Communiter enim clamabant oēs: Maxime fatue, ubi sunt tua uaticinia? Vicit Deus, & Christus eius.

Ex lib. 7. Histo. Tripartitæ cap. 1.

Milites igitur in maxima sollicitudine conueniētes, omissa omni dilatione, altero die Iouiniano insulas Imperatoris imponunt. Erat enim uir fortis & nobilis, & illo tēpore χιλίαρχος, id est, Millenarius, quo Iulianus electionē militibus lege proposuit, ut aut sacrificarēt, aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit amittere, quam Imperatoris pręceptis impijs obedire. Hūc ergo tunc Iulianus pp belli necessitatē inter uiros militares habebat. Qui cum uiolēter a militib⁹ ad imperiū traheretur, clamabat, dicēs, non se uelle Paganis hominibus imperare, cum ipse Christianus existeret. Cumq; uox hominum communiter proclamasset, dicentiū, se quoque Christianos, susceperit imperium.

Theodoretus. Iouinianus ergo Imperator, mox ut imperū sui terras ingressus est, primum scripsit legē, ut epi de exilio redirent, & ecclesias eis reddēdas esse professus est, qui expositam in Nicęa fidē inuiolabiliter seruassent. Scripsit etiam Athanasio qui pręcipuus erat horum dogmatum propugnator, petēs ut ei rescriberet p̄fectam diuinorum dogmatū disciplinam. Qui eloquentiores epos conregans rescripsit, rogans ut fidē Nicęę expositam custodiret, tanquam apostolicis dogmatibus congruentē. Cuius epistolę uerba sunt hęc.

Pijssimo atq; clementissimo uictori Augusto Iouiniano Athanasius, et reliqui epi, conueniētes ex persona omnium episcoporum Ægyptiorum, Thebaidos, & Libyę Decet Deo amabilē principē discēdi habere uolutatem, desideriumq; cœlestiū. Sic enim uere & cor habes in manu Dei, et imperiū cum pace multis annorū curriculis gubernabis. Volēte igit a nobis tua discere pietate catholicæ ecclesiæ fidē grās ob hoc dño referētes, curauimus ut prolatā ab omnibus patribus in Nicęa tuę pietati insinuare mus fidem Hanc enim repudiantes quidam, nobis quidē frequenter insidiati sunt, eo quod Arianæ non consentiremus insaniæ. Autores uero facti sunt hæresis & schismatum uniuersalis ecclesiæ. Vera ergo & pia in dominū nostrum Iesum Christū fides, est omnibus manifesta, & ex diui

nis literis agnita atque lecta. In hac enim etiam sancti martyrio consummati sunt,& requiescentes in domino nunc consistunt. Manserat itaque semper fides illæsa, nisi calliditas quorundam hæreticorum eam uiolare præsumeret. Arius enim quidam,eiusq; sectatores erumpere,& impietatem aduersus eam introducere tentauerunt,dicentes, ex non extantibus: & creaturam,atq; facturam,conuertibilemq; esse filiũ Dei. Plurimosq; per talia seduxerunt,ita ut etiam qui aliquid esse uidebantur,blasphemia huiusmodi traherentur. Verũ sancti patres nostri olim conuenientes(sicuti prædiximus)in Nicæno concilio, Arianam quidem sectam anathematizauerunt, catholicæ uero ecclesiæ fidem (scriptura teste) professi sunt. Eaq; prædicatione hæresis extincta est, quæ ubique uidebatur accensa. Hæc itaq; fides per omnes ecclesias legebatur & prędicabatur. Sed quoniam Arianam hæresim quidam renouare uolentes, ipsam fidem a patribus in Nicæa prolatam anathematizare præsumpserunt: aliqui uero fingunt se eam profiteri,sed ipsam ueritatem negare noscuntur, aliter interp̃tantes Consubstãtialitatẽ, & sancto spiritui blasphemantes, cum dicũt eum creaturam esse,atq; facturam per filiũ celebratam:necessario considerantes læsionem ex huiusmodi causa contra populum generatam,offerre tuæ pietati confessionem concilij Nicæni curauimus, ut pia religio tua cognoscat, cũ quanta scrupulositate conscripta sit, & quantũ errent qui extra eam uolunt aliquid edocere. Cognosce Deo amabilis Imperator, quoniam hæc quidem prędicatur à seculo,& hanc professi sunt patres in Nicæa conuenientes. In hac quoque fide concordant omnes ecclesiæ in Hispania,& Britannia,necnon in Gallijs,Italijs, & in Dalmatijs constitutæ,in Cappadocia,Mysia,& Macedonia,& uniuersa simul Hellade,sed etiam in uniuersa Africa,Sardinia,Cypro,Creta,Pamphylia, Lycia,Isauria,& in omni Ægypto & Lybia, Ponto & Cappadocia partibusq; uicinis,& Orientales ecclesiæ pręter paucos Arij sectatores. Omniũ nanq; prædictorũ sententiam experimẽto cognouimus,literas habemus, eosq; nouimus Deo amabilis Imperator,quia cũ pauci quidam huic fidei contradicant,præiudicium facere non poterunt in toto orbe terrarũ. Multo enim tempore ab hæresi Ariana pulsati, nunc etiam pietati contentione maxima contradicunt. Vt uero hæc pietas tua cognoscat, licet sciat, tamen studuimus fidem Nicæno concilio professam ab episcopis trecentis decem & octo, subiungere. Est autem hæc Nicæni concilij fides.

29

Nota ex hoc pulcherrimo loco prudens lector,eam fidẽ tenendã quæ a seculo prædicatur, & quam patres sancti præcedentes professi sunt omnesque in toto mundo constitutæ seruant ecclesiæ,& non eam quæ a lutheri sectatoribus in Germania tenetur. Nam pauci quidã ueræ fidei contradicentes,præiudicium facere non possunt in toto orbe terrarum.

Credimus in unũ Deum patrem omnipotentem. Et in unũ dominum nostrum Iesum Christum filium Dei,natum ex patre unigenitum: hoc est de substantia patris,Deum de Deo,lumen de lumine,Deum uerũ de Deo uero:natum,non factũ, consubstantialẽ patri, per quem omnia facta sunt, q̃ in cœlo & q̃ in terra. Qui pp̃ nos homes & pp̃ nostrã salutẽ descẽdit,incarnatus,humanatus,passus est,& die tertia resurrexit. Ascendit in cœlos, uẽturus iudicare uiuos & mortuos Et in spiritũ sanctũ. Eos aũt q̃ dñt,erat,q̃ũ non erat: & antecq̃ nasceretur non erat: & quia ex nõ extantib⁹ factus est, aut ex altera substãtia uel subsistentia dicẽtes esse,aut creatũ, aut cõuertibilem, aut mutabilem filiũ Dei, hos anathematizat sancta catholica & apostolica ecclesia. In hac fide Deo amabilis Imperator nos cõsistere necessarium est,tanquã sacra & Apostolica; nullaq; mouere eam seductione uerborũ atq; contentione: quod ab initio Ariani fecerunt,ex non extantibus

tantibus filium dicentes. Et, quia erat, quando non erat, & creatus & factus & conuertibilis est. Propterea (sicuti prædiximus) & Nicæna synodus hæresim anathematizauit huiusmodi, fidem uero professa est ueritatis. Non enim simpliciter similem dixerunt filiũ patri, ne simpliciter similis deo deus uerus esse crederetur, sed etiam cõsubstantialem scripserunt, quod proprium est geniti uericq; filij, ex uero & naturale patre nascentis. Sed neque spiritum sanctum alienauerũt a patre & filio, sed potius glorificauerunt eum cum patre & filio in una sanctæ trinitatis fide: eo quod una sit in sancta Trinitate diuinitas.

Has literas Imperator legens, confirmauit quã habuerat de sacris scientiam & affectũ: aliamq; conscripsit legem, ut frumentorum consuetudo redderetur ecclesijs, quam Maximus distribuerat Constantinus, & dari prohibuerat Iulianus. Et quoniam propter illius impietatem orta fames, non sinebat totam tunc summam quam Constantinus constituerat, erogari, tertiam partem Iouinianus ad præsens impẽdi promisit, ita ut cessante fame, frumenta integra præberentur.

Sozomenus. Igitur Imperator tunc etiã secundo nomine Præfecturam gubernanti Prætorianam legem dedit, ut capitali sententia plecterentur, qui uel sacram uirginẽ nuptiali thoro uiolare auderet, uel impudico aspectu aspiceret, ne dicã abripere forte tentaret. Quam legem ideo posuit, eo quod Iuliani tpibus quidam hmõi uirgines uxores ducere ausi fuerant.

Inter hæc Athanasius Alexãdrinæ sedis episcopus cum paucis suorum cõmunicato consilio necessariũ iudicauit, ut Christianum uideret Imperatorem. Veniensq; Antiochiam, Principem de quibus oportebat, edocuit. Quidam aiunt, quod eum ipse magis euocauerit Imperator, ut quæ necessaria pro religione & recta fide uiderentur, exponeret: disponensq;, ut decebat, causas ecclesiæ de reditu cogitabat. Verum Euzoius Arianæ sectæ Antiochenę ciuitatis episcopus, studebat ut probatianus quidã eunuchus, in Alexandrina urbe ordinaretur episcopus. Cumq; hoc ageretur, Lucius Alexandrinus a Georgio præsbyter ordinatus, adñt Imperatorem, & maledicens Athanasio, quasi tẽporibus episcopatus illius fuisset accusatus, & plurima exilia sub præcedentibus sustinuisset Imperatoribus, essetq; circa sacra per eum causa discordię, supplicabat ut alius in Alexandrina ciuitate ordinaretur episcopus. Verum Imperator sciens, quantæ Athanasio inimicorũ insidiæ factę fuissent, detractiones huiusmodi nõ respexit, sed Lucium quidam cũ multa interminatione tacere iussit, Probatianum uero eiusq; sequaces eunuchus, autores huiusmodi scelerũ atq; turbarum castigandos esse præcepit. Porro Athanasium amicum sibi maximum factum destinauit in Ægyptum, ut sicut ei uideretur causas ecclesiarum populosq; disponeret. Fertur enim, quod eum pro maxima uirtute conuersationis sapientiæq; laudauerit. Aiunt quidem antequam sub Constantio Imperatore Ariani tenerent ecclesias, somnium uidisse Antonium monachum quasi burdones altare sacrũ calcibus euertisse nt, experrectumq; dixisse: Ab adulteris & permixtis hominibus ecclesiam calcari. Quæ non fuisse mendacia posterior monstrauit euentus.

Socrates. Tunc igitur Imperator impetum retinens hæreticorũ discessit ab Antiochia, & uenit ad Tarsum Ciliciæ, ibiq; corpus Iuliani sepeliuit. Et cũ cuncta solẽnia funeri eius exhibuisset, cos. est designatus. Cumq;

30 O hæretice ubi lates nunc, qui sacras uirgines nuptiali thoro uiolare audes? Considera quale crimen sit hoc, & quod impij Iuliani tempore dũtaxat præsumptũ. Quod seuerissima lege capitali pœna plectendum esse Christianissimus sanxit Imperator.

31 Vide solennes exequias tunc etiã fuis-

se in usu. Ergo falsum a cupiditate sacerdotū recēter fuisse inuentas.

Constantinopolim festinaret, uenit ad prædium nomine, Dadastana inter Galatiam & Bithymiam, ubi philosophus Themistius cum alijs senatoribus occurrens, Consularem recitauit orationem. Feliciter tunc agi poterant res Romanæ publicæ, & simul ecclesiasticæ sub principe benigno dispositæ, nisi repentina mors talē uirū ab hominibus abstulisset. In prædicto nanque prædio hyemis tēpore in phraxis languore constrictus est mortuus. Cōsulatu suo & Varroniani filij, septimodecimo die Februarij mensis, qui regnauit mensibus septem, uixit annis trigintatribus.

Soxomenus. Cumq; in Niceā Bithynię uenisset exercitus, Valentianū ordinauit Imperatorem, uirum optimū & apice principali dignissimum.

Socrates. Valētinianus igitur ordinatur uicesimo quinto die eiusdē Februarij mensis, Pannonius genere, de Cibala ciuitate: cui tunc erat militū cura cōmissa: qm̄ probatissime militarē nouerat disciplinam. Fuit etiam uir magnanimus, & semper præsenti fortuna melior apparebat.

Theodoretus. Is enim non modo fortitudine, sed etiam prudentia, temperantia atq; iustitia & corporis magnitudine præfulgebat. Adeo enim fuit regalis pariter & urbanus, ut cū exercitus tentasset ei aliū sociare cōsortem, ille responderit, quod cantatur ab omnibus. Vestrum (inquit) fuit ō milites Imperatore non existente mihi dare regimen Imperij. Verū ubi hoc ego suscepi, meum iam & nō uestrum est de rebus cogitare cōmunibus. Cuius uerba admirati milites, eius secuti sunt uoluntatem. At ille fratrem de Pannonia uocans, quod non debuit, socium fecit Imperij.

Socrates. Post triginta dies auspicij sui.

Theodoretus. Cui Asiæ sceptra contradens pariter & Ægipti, Europam sibi distribuit. Et ueniens ad Hesperiam, omnem illico docuit æquitatem, à prædicationibus pietatis incipiens.

Tempore autem quo ualens susceptt Imperium, Apostolicis dogmatibus ornabatur. Cū uero Gothi transissent Histrum, & Thraciam peragrarent, collecta militia pugnare cogitabat contra eos. Cui placuit ut nō nudus sacra gratia pugnaret, sed sancti baptismatis munitus armis: & hoc quidē bene placuit, & ualde sapienter, Quod uero postea gesit magnam animi mollitiem, & proditionem significat ueritatis. Ea nanq; infelix passus est, quæ progenitor Adā. Coniugis enim est seductas alloquio, & mulibribus uerbis illaqueatus. Illa nanque primitus Arianæ fallaciæ captionibus irretita, etiam istum secum corruere in blasphemiæ foueam persuasit, cuius seditionis autor fuit Eudoxius. Is enim adhuc Constantinopolitanæ gubernacula tenebat eclesiæ, non regens, sed suam potius mergens Nauem. Tunc ergo in baptismatis tempore, iureiurando miserrimum obligauit, & ut in impietate dogmatis permaneret, & undiq; cōtraria sapiētes expelleret. Sic itaq; ille doctrinā apostolicam derelinquēs, contrarias partes sumpsit, & paulo post quæ iurauerat adimpleuit.

32

Nota uocabulū Missæ etiam tunc tēporis fuisse in usu, nec esse uerbū a nostis sacerdotibus recēter inuētum, ut somniant hæretici.

Circa hæc itaq; tēpora Eunomius ab Eudoxio separatus, seorsum agebat missas, propterea quod cum sæpe rogasset ut susciperetur præceptor ipsius Aētius, Eudoxius nō exaudisset. Hoc aūt non ideo refutauit, quod sectam declinaret Aētij, cū eam scilicet prædicaret: sed quoniam omnes unanimes illius, eum sectæ alterius fatebantur. Ista ergo causa fuit, ut ab Eudoxio separaretur Eunomius. Hęc igitur Constantinopoli gerebantur. Deinde Alexandrię præceptū præfectorum, studio Eudoxij destinatum,

conturbauit ecclesiam. Verũ Athanasius irrationabilem furorem populi metuens, atq; timens ne malorum faciendorum ipse causa esse uideretur, quatuor mensibus seipsum in sepulchro patris abscondit Cumq; propter eius absentiam seditionem desiderio ipsius populus excitasset, cognoscẽs Impetator propter hoc Alexandriam esse turbatam, literis indicauit ut Athanasius licite teneret ecclesias. Et hæc fuit causa ut usq; ad Athanasij̃ mortem Alexandrina non turbaretur ecclesia. Quod uero post eius mortem rursus Ariani eas ecclesias inuaserint, paulo post narrabo.

Socrates. Sciendum uero quod cum uiueret Athanasius Alexandrinus episcopus, diuina quidem prouidentia Alexandriam uel Ægyptum. Valens Imperator distulit commouere, audiens Athanasium à cuncta diligi plebe, & metuẽs ne forte seditione facta republica uexaretur. Verũ Athanasius Consulatu Gratiani secundo, & probi post crebra pro ecclesiæ statu certamina hac priuatus est uita, quum quadraginta & sex annis per multa pericula sedem rexisset episcopalem.

Theodoretus. Cum igitur in Alexandria uictor Athanasius post multa certamina innumerasq; coronas, uitæ finem suscepisset, & ad laborum suorũ præmia demigrasset, suscepit Petrus uir optimus Præsulatũ, quem dudum ille beatus elegerat, cunctis consentientibus, & sacerdotibus, & nobilibus, cunctaq; plebe, & fauore suo propriam ostendentibus uoluntatem. Is enim Athanasij̃ sudorum particeps fuit, & cum esset in ciuitate, & cũ diuersa latibula peragraret, multifariaq; pericula cum eo sustinuit. Quapropter cuncti sacerdotum concurrentes, dignum hęredem Petrum Athanasij̃ clamauerunt. Cumq; eum in pontificali sede constituissent, repente Iudex prouinciæ, Paganorum populum congregans, & pariter Iudæorum, ecclesiæ septa circundedit, Petrum exire præcipiens, nolẽtemq; interminatus est abstrahere. Faciebat hoc Imperatori placere uolens, cũ ei contraria sapientes calamitati submitteret. Quod autem uerum est, impietatis ira completur: idolis potius placere nitebatur, & tempestatem ecclesiæ claram putabat esse festiuitatem. Petrus itaque uir admirandus, insperatum respiciens bellum, latenter egressus est, & conscendens nauem, profectus est Romam.

VITA LETOII MELITINENSIS, AMPHILOCHIJ̃ LYCAONIENSIS, & Flauiani Antiocheni, Episcoporum, per Cassiodorum senatorem scripta.

Habetur libro. 7. Historiæ Tripartitæ cap. 11.

Theodoretus. Inclytus Imperator Valentinianus Apostolicis dogmatibus cũ omni cura uacabat. Ea tempestate Messalianorum, quos εὐχήτας id est, orantes appellant, hæresis est exorta. Vocantur aũt & alia appellatione ἐνθουσιασταὶ, id est, sacrificatores. Hi enim cuiusdam dæmonis operationẽ expectant, & hanc sancti spiritus præsentiã arbitrãtur. Qui uero integro huius rei languore participãtur, auersanẽ operationem manuũ uelut malam, somnoq; semetipsos tradunt, & somniorum phantasias, Prophetias appellant. Huius hæreseos fuerunt principes, Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, Hermas, & Symeones, & alij̃, qui ab ecclesiastica quidem nequaquam communione recesserunt, dicentes diuinũ cibum nihil nec pro

desse nec lædere, de quo dñs dixit Christus: Qui comedit carnẽ meam, & bibit sanguinem meũ, uiuit in æternum. Cumq; uoluerint cęlare hunc languorem, ẽt conuicti impudenter negant, & alios hęc sapientes, quęq; sibi animo retinent, prorsus abdicant.

Letoius itaq; Præsul Melitinensis ecclesiæ, diuino zelo decenter ornatus, uidens eo quod hic languor multa monasteria, magis autem latronũ (ut ita dixerim) speluncas inuaderet, eas incẽdit, & lupos ab ouibus segregauit. Similiter etiam Amphilochius famigeratus ille Lycaonensis Antistes, dum hæc pestis illic crescret, eam ualde repressit, & oues, quæ tali contagione uexabantur, eripuit.

Porro Flauianus ubiq; laudabilis Præsul Antiochenus, audiens hos in Edessa degere, & uenenũ proprium urbibus uicinis aspergere, turbã monachorum deduxit Antiochiã, & negantes eam pestem, hoc modo redarguit: accusatores quidem dixit calumniosos esse, testes uero mendaces.

Adelphiũ autem ualde senem cum mansuetudine uocãs, & iuxta se sedere præcipiens, ait: Nos, o senex, qui iam magnã partẽ uitæ transiuimus, humanam qdem didicimus diligenter naturã, & aduersariorũ dæmoniorum machinamenta cognouimus, ipso experimẽto gratiæ ministrationes edocti sumus, isti uero cũ sint iuuenes, nihil horum perfectius cognoscentes, spiritalia audire uerba non ferunt. Quapropter dicito mihi, qũo credi tis spiritũ contrarium recedere, & gratiã sancti spiritus aduenire? His uerbis senex ille delinitus, omne uenenum, quod cęlabat, euomuit, atq; dixit: Nullã quidem utilitatem ex sancto baptismate baptizatis accedere, sed solã studiosam orationem inhabitantem dæmonẽ effugare dicebat. Insuper unumquemq; nascentiũ a progenitore suo, sicuti naturam, sic etiã dæmonum trahere famulatũ. Et his expulsis per illam orationẽ studiosam sanctum spiritũ aduenire, & sensibiliter, ac uisibiliter suam designare præsentiam, atq; corpus passionibus motus cuiuslibet eripere, & animam a mala uoluntate penitus liberare, ita ut nequaquã deinceps egeat, neq; ieiunio macerante corpus, neq; doctrina refrenante, & progredi ordinate edocente. Non solũ aũt qui hoc impetrauerit, corporis, inqt, exultationibus liberat, sed aperte ẽt futura præuidet, & sanctã trinitatẽ oculis cernit.

Hunc itaq; Flauianus fœtidissimum fodiens fontẽ, & eius pocula cunctis examinanda producens, infœlicissimo ait seni: Vetustissime malorum dierũ, increpauit te os tuũ & non ego: labia enim tua testantur aduersum te. Quumq; hic languor cunctis innotuisset de syria quidã expulsi, & ad Pamphiliam sunt progressi, eamq; huiusmodi peste repleuerunt.

Ex lib. 9. Historiæ eiusdem cap. 25.

Reuertente autem Theodosio ab Hesperijs partibus uenit ad eũ Amphilochius uir admirandus (Cuius sæpe meminimus) supplicans, ut Arianorum concilia de singulis ciuitatibus prohiberet. Verũ Imperator crudelem iudicans esse petitionem, contempsit eũ. Porro sapiẽtissimus Amphilochius eo quidem tpe tacuit, sed causæ remedium memorabile parauit. Post aliquot nanq; dies ingressus Palatiũ, uidensq; filium Arcadiũ iam Imperatorem adstare patri, Theodosium solenniter salutauit, filiũ uero, non ei exhibita salutatione, deseruit. Verum Imperator credens oblitum Amphilochiũ, inuitauit ut eum oscularetur. At ille: sufficit, inquit, ei proprius honor. Tunc Imperator contristatus, suam iniuriã, filio factã contumeliam iudicauit. Porro sapientissimus Amphilochius consiliũ sęq; inten-

tionis aperuit,& cū clamore dixit: Vides Imperator quemadmodū filio tuo contumeliam non pateris irrogari? crede ergo ēt omniū deum sic abominari eos,qui ipsius unigenitū filium blasphemare contendunt, & uelut ingratos circa saluatorem & benefactorem habere semper odio. Hoc intelligens Imperator,& gesta simul dictaq; miratus,legem statim protulit,ut hęreticorum concilia prohiberentur.

PROLOGVS SEVERI SVLPITII IN VITAM sancti Martini, Episcopi Turonen.

Pericq; mortalium studio, & gloriæ secularí inaniter dediti, exinde perēnem(ut putabant) memoriam nois sui quæsiuerūt,si uitas clarorū uirorū stilo illustrassent. Quæ res utique non perēnem quidē,sed aliquantulum tñ conceptæ spei fructum afferebat;quia & sui memoriam(licet in cassum) propagabāt;& propositis magnorū uirorū exēplis,nō parua ęmulatio legēti bus excitabatur. Sed tñ nihil ad beatā illam,ęternamq; uitā hæc eorū cura ptinuit. Quid enim aut ipsis occasura cū seculo scriptorū suorū gloria ,profuit? aut quid posteritas emolumēti tulit legēdo Hectorem pugnantē, aut Socratē philosophantē? cum eos non solum imitari stultitia sit, sed non acerrime etiam impugnare dementia. Quippe qui humanam uitam prędentibus tñ actibus æstimātes,spes suas fabulis,animas sepulchris dederint. Siquidē ad solam hominū memoriā se perpetuandos crediderūt:cū hominis officium sit,perēnem potius uitā,q; perēnem memoriam quęrere, non scribendo,aut pugnando,uel philosophando,sed pie,sancte,religioseq; uiuēdo. Qui quidē error humanus literis traditus intantum cōualuit,ut multos tñ æmulos,uel inanis philosophiæ, uel stultę illius uirtutis inuenerit. Vnde facturus mihi operępretium uideor,si uitam sanctissimi uiri exēplo alīs mox futuram perscripsero. Quo uticq; ad ueram sapientiam, & cœlestem militiam,diuinamq; uirtutem legētes incitabūtur. In quo ita nostri quoq; rationē commodi ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriam,sed ęternum a Deo præmium expectemus. Quia etsi ipsi non ita uiximus,ut exēplo alīs esse possimus; dedimus tñ operam ne is lateret, qui esset imitādus. Igitur sancti Martini uitam scribere exordiar,q; uel ante episcopatum,uel i episcopatu gesserit,quāuis nequaq; ad oīa illius potuerim peruenire;adeo ea,i quib⁹ ipse tm̄ sibi cōscius fuit nesciunt: qa laudem ab hominib⁹ nō quęrēs(quātum in ipso fuit)oēs uirtutes suas latere uoluisset: quāq; etiam exīs, q̄ comperta nobis erant, plura omisimus,qa sufficere credidimus,si tm̄ excellētiora notarentur. Simul & legentib⁹ consulēdum fuit,nequod his pareret copia congesta fastidiū. Obsecro aūt eos,qui lecturi sunt, ut fidē dictis adhibeant;neq; me quicq; nisi compertū, & probatū scripsisse arbitrētur. Alioqui tacere,q; falsa dicere maluissem.

VITA SANCTI MARTINI

Igitur Martinus Sabbariæ Pānoniorū oppido oriūdus fuit, sed intra Italiam Ticini alitus est, parentib⁹ secūdum seculi dignitatē nō infimis,gentilibus tñ. Pater ei⁹ miles primum, post tribunus militū fuit. Ipse armatā militiam in adolescentia secut⁹,inter scalares alas sub rege Cōstantio, deinde sub Iuliano Cæsare militauit;non tñ sponte,quia a primis ferè annis diuinam

potiꝰ ſeruitutẽ ſacra illuſtris pueri ſpirauit infantia. Nam cũ eſſet annorũ decem, inuitis parẽtibꝰ ad eccleſiam confugit, ſecꝫ cathecumenũ fieri poſtulauit. Mox mirũ in modũ totꝰ in Dei opere cõuerſus, cũ eſſet annorum duodecim, eremũ concupiuit; feciſſetꝫ uotis ſatis, ſi ætatis ifirmitas non obſtitiſſet. Animo tñ aut circa monaſteria, aut circa eccleſias ſemper intẽtus meditabatur in ętate puerili, quod poſtea deuotus impleuit. Sed cum edictũ eſſet a regibꝰ, ut ueteranorũ filij ad militiam ſcriberẽt (prodẽte patre, qui felicibꝰ eius actibus inuidebat) cũ eſſet annorũ quindecim, raptus, & cathenatꝰ ſacramẽtis militaribꝰ eſt implicatus, uno tm̃ ſeruo comite cõtentus, cui tũ uerſa uice dñs ſeruiebat, adeo ut plerũꝫ ei & calciamẽta ip ſe detraheret, & ipſe detergeret, cibũ una caperẽt, hic ſępius miniſtraret. Triẽnium fere ante baptiſma in armis fuit, integer tñ ab his uitijs, quibus illud hominũ genus implicari ſolet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira charitas, patientia uero, atꝫ humilitas ultra humanũ modũ. Nam frugalitatẽ in eo laudare nõ eſt nec eſſe, qua ita uſus eſt, ut iã illo tẽpore non miles, ſed monachus putaretur. Quibus rebus ita ſibi oẽs commilitones ſuos deuinxerat, ut eũ miro uenerarentur affectu. Necdũ tñ regeneratus in Chriſto, agebat quendam bonis operibus baptiſmatis candidatum: aſsiſtere ſcilicet laborantibus, opem ferre miſeris, egentes alere, nudos ueſtire, nihil ſibi ex militię ſtipendijs, prẽter quotidianũ uictũ, reſeruare: Iam tũ Euangelij non ſurdus auditor, de craſtino non cogitabat.

Quodam itaꝫ tempore, cũ iam nihil prætər arma, & ſimplicẽ militiæ ueſtẽ haberet, media hyeme, quæ ſolito aſperior inhorruerat (adeo ut pleroſcꝫ uis algoris extingueret) obuiũ habuit in porta Ambianenſium ciuitatis pauperem nudũ. Qui cum prætereuntes, ut ſui miſererenẽ, oraret, omneſcꝫ miſerũ prætərirent, intellexit uir Deo plenus ſibi illũ, alijs miſericordiam non præſtantibus, reſeruari. Quid tñ ageret? Nihil prætər chlamidẽ, qua indutus erat, habebat. Iam. n. reliqua in opus ſimile conſumpſerat. Arrepto itaꝫ ferro, quo erat accinctus, mediã diuidit, partemꝫ eius pauperi tribuit, reliqua rurſus induit. Interea de circunſtantibus ridere nõ nulli, quia deformis eſſet, & trũcatus habitu uidereẽ: multi tñ quibus erat mens ſanior, altius gemere, qui ſimile nihil feciſſent, cũ utiꝫ plus habentes, ueſtire pauperẽ ſine ſua nuditate potuiſſent. Nocte igit in ſecuta, cũ ſe ſopori dediſſet, uidit Chriſtũ chlamydis ſuæ, qua pauperem texerat, parte ueſtitũ. Intueri diligentiſsime dñm, ueſtemꝫ, quã dederat, iubeẽ agno ſcere. Mox ad Angelorũ circunſtantium multitudinem audiuit Ieſum clara uoce dicentẽ: Martinus adhuc cathecumenus hac me ueſte contexit. Vere memor dñs dictorum ſuorũ, qui ante prædixerat: Quandiu feciſtis hęc uni ex minimis iſtis, mihi feciſtis: ſe in paupere profeſſus eſt fuiſſe ueſtitũ. Et ad confirmandũ tam boni operis teſtimoniũ, in eodem ſe habitu, quẽ pauper: acceperat, eſt dignatus oſtendere. Quo uiſo uir beatiſsimus non in gloriã eſt eleuatus humanam; ſed bonitatẽ dei in ſuo opere cognoſcens, cũ eſſet annorum duodeuiginti, ad baptiſmũ cõuolauit. Nec tñ ſtatim militiæ renunciauit, tribuni ſui precibus euictus, cui contuberniũ familiare præſtabat. Etenim tranſacto tribunatus ſui tempore, renũciaturum ſe ſeculo pollicebatur. Qua Martinus expectatione ſuſpenſus, per biennĩ fere, poſteaꝫ eſt baptiſmũ conſecutus, ſolo ſcilicet nomine militauit.

Interea irruentibus intra Gallias barbaris, Iulianus Cæſar coacto in u-

num exercitu apud Vagionũ ciuitatem donatiuum cœpit erogare militibus. Et (ut est consuetudinis) singuli citabant̃, donec ad Martinũ uentũ est. Tum uero opportunũ tempus existimans, quo peteret remissionem (neq; enim integrũ sibi fore arbitrabatur, si donatiuũ non militaturus acciperet) hactenus, inquit ad Cæsarẽ, militaui tibi; nunc patere ut militem Deo: donatiuũ tuum pugnaturus accipiat alter, Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet. Tum uero aduersus hanc uocẽ Tyrãnus infremuit, dicens eũ metu pugnæ, quę postera die erat futura, non religionis gratia detrectare militiam. At Martinus intrepidus, immo illato sibi terrore cõstãtior: Si hoc, inqt, ignauię ascribit̃, nõ fidei, crastina die ante aciẽ inermis astabo, & in noĩe dñi Iesu, signo crucis, nõ clipeo protectus, aut galea, hostiũ cuneos penetrabo securus. Retrudi ergo in custodiã iubet̃ facturus fidẽ dictis, ut inermis barbaris obĩceret̃. Postera die hostes legatos đ pace miserũt, sua omnia, seq; dedẽtes. Vnde qs dubitet hãc uere beati uiri fuisse uictoriã; cui præstitũ sit, ne inermis ad pręliũ mitteret̃? Et quãuis pius dñs seruare militẽ suũ inter hostiũ gladios, & tela potuisset; tñ ne uel aliorum morte sancti uiolaretur obtutus, exemit pugnę necessitatem. Neq; enim aliam pro milite suo Xp̃s debuit præstare uictoriam, quam ut subactis sine sanguine hostib⁹, nemo moreret̃. Exinde relicta militia, sanctũ Hilariũ Pictauę ep̃m ciuitatis, cuius tũc in Dei reb⁹ spectata, & cognita fides habebat̃, expetiuit, & aliquãdiu apud eũ cõmoratus est. Tentauit aũt idem Hilarius, imposito diaconatus officio, sibi cũ arctius implicare, & ministerio uincire diuino. Sed cũ sæpissime restitisset, ĩdignũ se esse uociferãs, intellexit uir Dei altioris ingenĩ hoc eum modo posse constringi, si id ei officĩ imponeret, in quo quidam locus iniuriæ uideret̃. Itaq; exorcistã eũ esse præcepit. Quam ille ordinationẽ ne despexisse tanq̃ humiliorẽ uideretur, nõ repudiauit. Nec multo post admonitus ꝑ soporem, ut patriam, parentesq;, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine uisitaret, ex uoluntate sancti Hilarĩ profectus est, multisq; ab eo obstrictus precibus, & lachrymis, ut rediret. Mœstus (ut fertur) peregrinationẽ illã aggressus est, cõtestat⁹ frẽs multa se aduersa passurũ; qđ postea ꝓbauit euẽtus.

I *Ordinem Exorcistæ Martinus suscepit.*

Ac primum inter alpes deuia secut⁹, incidit ĩ latrones. Cũq; unus securim eleuatam in caput ei⁹ liberasset, ictum feriẽtis dexterę sustinuit alter. Vinctis tñ post tergum manibus, uni seruandus, & custodiẽdus traditur. Qui cum eum ad remotiora duxisset, percũctari ab eo cœpit, quisnam esset. Respondit Christianũ se esse. Quærebat etiam ab eo, an timeret. Tũc uero cõstantissime profitebat̃, nunq̃ se tam fuisse securũ; quia sciret misericordiam dñi maxime in tentationibus affuturam: se magis illi dolere, q Christi misericordia (utpote latrocinia exercẽs) esset indignus. Ingressusq; Euangelicam disputationem, uerbum Dei latroni prædicabat. Quid longius morer? Latro credidit, prosecutusq; Martinũ uiæ reddidit, orans ut pro se dñm precaretur. Idemq; postea religiosam ducere uitam uisus est, adeo ut hæc, quæ supra retulimus, ab eo audita dicant̃. Igitur Martin⁹ inde progressus, cũ Mediolanũ præterisset, diabolus in itinere, humana specie assumpta, se ei obuiam tulit, quo tenderet requirens. Cumq; id a Martino responsi accepisset, se quo dñs uocaret; ait ad eum: Quocũq; ieris, uel quæcũq; tentaueris, diabolus tibi aduersabit̃. Tũc ei prophetica uoce respondit: Dñs mihi adiutor est; non timebo quid faciat mihi homo. statim

quę è conſpectu eius inimicus euanuit. Itaq; ut animo, ac mẽte conceperat, matrem gentilitatis abſoluit errore, patre in malis perſeuerãte: plures tñ ſuo ſaluauit exemplo.

Deinde cum hęreſis Ariana per totum orbẽ, & maxime intra Illyricũ pullulaſſet, cum aduerſus perfidiam ſacerdotũ ſolus penè acerrime repugnaret, multiſq; ſupplicijs eſſet affectus (nam & publice uirgis cęſus eſt) & ad extremum de ciuitate exire compulſus, Italiam repetijt. Cum intra Gallias quoq; diſceſſu ſancti Hilarij, quẽ ad exilium hæreticorum uis coegerat, turbatam Eccleſiam comperiſſet, Mediolani ſibi monaſteriũ ſtatuit. Ibi quoq; eum Auxentius auctor, & princeps Arianorũ grauiſsime inſectatus eſt; multiſq; affectũ iniurijs de ciuitate exturbauit. Cedendũ ita que tempori arbitratus, ad inſulam Gallinariam nomine ſeceſsit, comite quodam presbytero magnarũ uirtutum uiro. Hic aliquãdiu radicibus uixit herbarum. Quo tẽpore elleborum uenenatũ (ut fertur) grauem in cibum ſumpſit. Sed cum uim ueneni in ſe craſſantis uicina iam morte ſenſiſſet, imminens periculum oratione repulit; ſtatimq; omnis dolor fugatus eſt. Nec multo poſt cum ſancto Hilario comperiſſet regis pœnitentia poteſtatem indultã fuiſſe redeundi, Romæ ei tentauit occurrere. Profectuq; eſt ad urbẽ cũ autem iam Hilarius prętericſſet, Ita cum eſt ueſtigijs proſecutus, ut ad eũ pertingeret. Cumq; ab eo gratiſsime eſſet ſuſceptus, haud longe ſibi ab oppido monaſteriũ collocauit. Quo tempore quidam ei ſe cathecumenus iunxit, cupiẽs uiri ſanctiſsimi inſtitui diſciplinis. Paucis q̃p pe interpoſitis diebus langore correptus, ui febriũ laborabat. At tũ Martinus forte diſceſſerat; & cũ poſt triduum defuiſſet, regreſſus exanime corpus inuenit. Ita ſubita mors fuerat; ut abſq; baptiſmate humanis reb⁹ excederet. Corpus in medio poſitũ triſti mœrentiũ fratrum frequentabatur officio; cũ Martinus flens, & eiulans accurrit. Tum uero tota ſpiritũ ſanctum mente concipiens, egredi cellulã, in qua corpus iacebat, cęteros iubet; ac foribus obſeratis ſuper exanimata defuncti fratris mẽbra proſternitur. Et cũ aliquandiu orationi incubuiſſet, ſenſiſſetq; per ſpiritũ Domini adeſſe uirtutẽ, erectus paululũ, & in defuncti ora defixus, orationis ſuę, ac miſericordiæ Dñi intrepidus expectabat aduentũ. Vixq; duarum fere horarũ ſpacium interceſſerat; uidit defunctũ paulatim membris omnib⁹ commoueri, & laxatis in uſum uidendi palpitare luminibus. Tum uero magna ad Dñm uoce conuerſus gratias agens cellulã clamore compleuerat. Quo audito qui pro foribus aſtiterant, ſtatim irruunt. Mirũ ſpectaculum; quod uidebant uiuere, quem mortuũ reliquiſſent. Ita redditus uitæ ſtatim baptiſma cõſecutus, plures poſtea uixit annos. Primusq; apud nos Martini uirtutũ uel materia, uel teſtimonium fuit. Idem tñ referre erat ſolitus, ſe corpore exutũ ad tribunal iudicis ductum, deputatumq; obſcuris locis & uulgaribus turbis triſtẽ excepiſſe ſententiã. Tunc per duos Angelos iudici fuiſſe ſuggeſtũ: hunc eſſe, pro quo Martinus oraret. Ita per eoſ dẽ Angelos ſe iuſſũ reduci: & Martino redditũ, uitęq; priſtinę reſtitutũ.

2' *Radicibus herbarũ aliquãdiu Martinus uixit. Vide ergo eius abſtinentiam, & ciborum delectum.*

Ab hoc primo tempore beati uiri nomen enituit; ut qui ſanctus iam ab hominibus habebatur, potens etiam, & uere apoſtolicus haberetur. Nec multo poſt dũ agrum Lupicini cuiuſdam honorati ſecundũ ſeculum uiri prætereret, clamore, & luctu turbæ plangentis excipit. Ad quam cũ ſolicitus aſtitiſſet, & quis eſſet hic fletus inquireret, indicat, unũ e familia ſeruu-

lum

lum laqueo sibi uitã extorsisse. Quo cognito cellulam, in qua corpus iacebat, ingredit; excluſisq; omnibus turbis ſuperſtratus corpori aliquantiſper orauit. Mox uiuiſcente uultu in ardeſcẽtibus oculis in ora illius defunctus erigit, lentoq; conamine eniſus aſſurgere, apprehenſa beati uiri dextra in pedes conſtitit, atq; ita cum eo uſque ad ueſtibulum domus turba omni inſpectante proceſsit.

Sub idem fere tps ad Epiſcopatum Turonicę petebatur Eccleſiæ. Sed cũ erui a monaſterio ſuo non facile poſſet, Ruricius q̃dam unus è ciuibus uxoris langore ſimulato, ad genua illius ꝓuolutus, ut egrederet, obtinuit. Ita diſpoſitis iam in itinere ciuiũ turbis, ſub quadã cuſtodia ad ciuitatem uſq; deducitur. Mirũ in modũ incredibilis multitudo non ſolũ ex illo oppido, ſed etiã ex uicinis urbibus ad ſuffragia ferenda cõuenerant. Vna omnium uoluntas, eadẽ uota, eademq; ſententia: Martinũ epiſcopatu eſſe digniſsimũ; felicem fore tali eccleſiam ſacerdote. Pauci tñ & nõnulli ex Epiſcopis, qui ad conſtituendũ antiſtitẽ fuerant euocati, impie repugnabãt, dicentes ſcilicet contemptibilẽ eſſe perſonã, indignũ eſſe Epatu hominẽ uultu deſpicabilẽ, ueſte ſordidũ, crine deformem. Ita a populo ſniæ ſanioris hæc illorũ irriſa demẽtia eſt, q illuſtrem uirũ, dũ uituperare cupiũt, prędicabant. Nec uero his aliud facere licuit, q̃ quod populus Domino uolente cogebat. Inter Epiſcopos tñ, qui adfuerant, p̃cipue Defenſor quidã nomine dicitur reſtitiſſe. Vnde animaduerſum eſt, grauiter illum lectione prophetica tũc notatũ. Nam cum fortuitu lector, cui legẽdi eo die officiũ erat, intercluſus a populo defuiſſet, turbatis miniſtris, dum expectat, qui non aderat, unus è circũſtantibus, ſumpto pſalterio, quẽ primum uerſum inuenit, arripuit. Pſalmus aũt hic erat: Ex ore infantium, & lactentiũ perfeciſti laudem pp inimicos tuos, ut deſtruas inimicum, & defenſorẽ. Quo lecto, clamor populi tollitur, pars aduerſa confundit: Atq; ita habitũ eſt diuino nutu pſalmũ hunc lectũ fuiſſe; ut teſtimonium operis ſui defenſor audiret, quia ex ore infantiũ, atq; lactentiũ in Martino Domini laude pfecta, & oſtenſus pariter, & deſtructus eſt inimicus.

Iam uero ſumpto epiſcopatu, qualem ſe, quantũq; prẽſtiterit, nõ eſt noſtræ facultatis euoluere. Idem enim conſtantiſsime perſeuerabat, qui prius fuerat. Eadem i corde eius humilitas; eadẽ in ueſtitu eius uilitas erat. Atq; ita plenus authoritatis, & gratię implebat epi dignitatem: ut non tñ propoſitum monachi, uirtutẽq; deſereret. Aliquãdiu ergo adhęrenti ad eccleſiam cellula uſus eſt. Deinde cũ inquietudinẽ ſe frequentantium ferre nõ poſſet, duobus ferè extra ciuitatẽ milibus monaſteriũ ſibi ſtatuit. Qui locus tam ſecret9, et remotus erat, ut eremi ſolitudinem non deſideraret. Ex uno enim latere præciſa montis excelſi rupe ambiebat, reliquam planitiẽ Liger fluui9 reducto paululum ſinu clauſerat. Vna tm̃, eademq; arcta admodum uia adiri poterat. Ipſe ex lignis contextã cellulam habebat; Multiq; ex fratribus in eũdem modum. Pleriq; ſaxo ſuperiecti montis cauato receptacula ſibi fecerant. Diſcipuli uero octoginta erant, qui ad exemplum beati Magiſtri inſtituebant. Nemo ibi quicq; propriũ habebat; oĩa in medium cõferebant. Non emere, aut uẽdere (ut pleriſq; monachis moris eſt) cuiq; licebat. Ars ibi exceptis ſcriptorib9 nulla habebat; cui tñ operi minor ætas deputabat. Maiores orationi uacabant. Ratus cuiq; extra cellulã ſuam egreſſus, niſi cũ ad locum orationis cõueniebant. Cibũ una

2 *Veſtitus Martini nilitas.*

3 *Hic adeſſe nellẽ quot quot Monachiſmo æternum bellum gere re propoſuerunt, inter alia dicentes, præſentem Monachiſmũ nouitium eſſe, non a pri*

mæuis obſeruatum. Nonne hic habes paupertatem uoluntariã in monachis Martini, uitam in communi, ceſſationem a contra Ethnicis, orationis inſtãtiam, loci firmitatẽ, cibi & potus abſtinentiam, habitus aſperitatem? Quæ omnia apud ueros Religioſos etiam hodie in uſu habentur. Vide ergo quam falſum ſit Monachiſmum noſtrum nouitium eſſe.

omnes poſt horã ieiunũ accipiebant. Vinũ nemo nouerat, niſi quẽ infirmitas coegiſſet. Plericq; camelorũ ſetis ueſtiebantur: mollior ibi habitus pro crimine, erat. Quod eo magis ſit mirũ neceſſe eſt, quod multi inter eos nobiles habebantur, qui longe aliter educati ad hanc ſe humilitatẽ, & patientiam coegerant. Pluresq; ex his poſtea eos uidimus. Quæ enim eſſet ciuitas, aut eccleſia, quæ non ſibi de Martini monaſterio cuperet ſacerdotẽ?

Sed ut reliquas uirtutes eius, quas in epiſcopatu egit, aggrediar; erat haud longe ab oppido proximus monaſterio locus, quẽ falſa hominũ opinio, uelut conſepultis ibi martyribus conſecrauerat. Nam & altare ibi a ſuperioribus epiſcopis conſtitutũ habebatur. Sed Martinus non temere adhibens incertis fidẽ, ab his, qui maiores natu erant, presbyteris, uel clericis flagitabat nomen ſibi martyris, & tempora paſsionis oſtendi: grandi ſe ſcrupulo permoueri, q; nihil certi conſtans ſibi maiorũ memoria tradidiſſet. Cum aliquandiu ergo a loco illo ſe abſtinuiſſet, nec derogans religioni, quia incertus erat; nec auctoritatẽ ſuam uulgo accommodans, ne ſuperſtitio conualeſceret, quodã die, paucis ſecum adhibitis fratribus ad locũ pergit: Deinde ſuper ſepulchrũ ipſum aſtans orauit ad dñm, ut quis eſſet, uel cuius meriti ſepultus oſtenderet. Tum conuerſus ad læuam, uidet prope aſsiſtere umbrã ſordidam, & trucẽ. Imperat nomen, meritumq; ut loqueretur. Nomen edicit, de crimine confiteꝫ, latronem ſe fuiſſe obſcelera percuſſum, uulgi errore celebratũ, ſibi nihil cũ martyribus eſſe cõmune, cum illos gloria, ſe pœna retineret. Mira res: uocẽ loquentis, q; aderant audiebant, perſonam tñ non uidebant. Tum Martinus, qd uidiſſet, expoſuit: Iuſsitq; ex eo loco altare, quod ibi fuerat ſubmoueri, atq; ita populũ ſuperſtitionis illius abſoluit errore.

Accidit autem in ſequenti tempore, dũ iter ageret, ut gentilis cuiuſdam corpus, quod ad ſepulchrũ cũ ſuperſtitioſo funere deferebatur, obuiũ haberet. Conſpicatusq; eminus uenientem turbam, quidnã id eſſet ignarus, paululũ ſtetit. Nam cũ fere quingentorũ paſſuum interuallũ eſſet, ut difficile fuerit dignoſcere, quid uideret. Tamen quia ruſticã manũ cerneret, & agente uento linteamina corpori ſuperiecta uolitarent, profanos ſacrificiorum ritus agi credidit; quia eſſet hæc Gallorũ ruſticis cõſuetudo, ſimulachra dæmonũ candido tecta uelamine miſera per agros ſuos circũferre dementia. Eleuato ergo in aduerſum ſigno crucis, imperat turbæ non moueri loco, onusq; deponere. Hic uero mirũ in modum uideres miſeros primum uelut ſaxa riguiſſe; deinde cũ primo mouere ſe ſummo conamine niterentur, ultra accedere non ualentes, ridiculã in uertiginem rotabantur, donec uicti corporis onus deponunt attoniti; & ſemet inuicẽ aſpectãtes, quidnam ſibi accidiſſet taciti cogitabant. Sed cum beatus uir comperiſſet exequiarum illam eſſe frequentiam, non ſacrorum, eleuata rurſum manu, dat eis abeundi, & tollendi corporis poteſtatem. Ita eos & cum uoluit, ſtare compulit; & cum libuit, abire permiſit.

Item dũ in uico quodam templũ antiquiſsimũ diruiſſet et arborẽ pinũ, quæ fano erat proxima, eſſet aggreſſus excidere; tum uero Antiſtes loci illius, cęteraq; gentilitũ turba cœpit obſiſtere. Et cum ĩdem illi, dũ templũ euertiꝫ, imperante dño, acquieuiſſent, ſuccidi arborem non patiebanꝫ. Ille quidem eos ſedule commonere, nihil eſſe religionis in ſtipite, dñm poti?, cui ſeruiret ipſe, ſequerenꝫ, arborem illam excidi oportere, quia eſſet dæ-

moni dedicata. Tum unus exillis, qui erat audacior cæteris: Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quē dicis te colere, fiduciam, nos metipsi succidimus hanc arborem: Tu ruentem excipe; & si tecum est tuus, ut dicis, Dñs, euades. Tum ille intrepide confisus in dño facturū se polliceē. Hic uero ad istiusmodi conditionem omnis illa gentilium turba consentit facilēcq; arboris suæ habere iacturam, si inimicū sacrorū suorum, casu illius obruissent. Itaque cū unam in partem pinꝰ illa esset accliuis (ut non esset dubiū, quam in partem succisa corrueret) eo loco uinctus statuit pro arbitrio rusticorū, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinū cū ingenti gaudio, lętitiaq; cœperūt. Aderat eminus turba mirantiū. Iamque paulatim nutare pinus cœpit, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo iam propiore conterriti, spem omnem, fidemq; perdiderant, solam Martini mortem expectātes. At ille confisus in dño intrepidus operiens, cū iam fragorem sui pinꝰ concidens edidisset, iam cadenti, & super se ruenti, eleuata protinus obuiam manu, salutis signū opposuit. Tum uero turbinis modo retro actam puta res: diuersam in partē ruit: adeo ut rusticos, qui in tuto loco steterant, penè prostrauerit. Tum uero in cœlū clamore sublato, gētiles stupere miraculo; monachi flere præ gaudio. Christi nomen in commune ab omnibus prædicari: satisq; constitit eo die salutem illi ueniisse regioni. Nā nemo fere ex immani illa multitudine gentiliū fuit, q non impositione manus desiderata dūm Iesum Christū, relicto impietatis errore, crediderit. Et uere ante Martinū pauci admodum, immo penè nulli in ꝟs regionibus Christi nomen receperant. Quod adeo uirtutibus illius, exemploq; conualuit, ut iam ibi nullus locus sit, q non aut Eccleſ̄s frequentissimus aut monaster̄s sit repletus. Nā ubi fana destruxerat, statim ibi aut Ecclesias, aut monasteria construebat. Nec minorem sub idem fere tempus eodē in opere uirtutē edidit. Nam cū in uico quodam fano antiquissimo, & celeberrimo ignem iniecisset, in proximam imo adhęrentem domum, agente uento flammarū globi ferebantur. Quod ubi Martinus aduertit, rapido cursu tectum domus scandit, obuiam se aduenientibus flammis inferens. Tū uero mirum in modū cerneres contra uim uenti ignem retorqueri; ut cōpugnantium inter se elementorum quidam conflictus uideret. Ita uirtute Martini ibi tm̄ ignis est operatus, ubi iussus est. In uico autem, cui leprosum nomen est, cū idem templum opulentissimū superstitione religionis uoluisset euertere, restitit ei multitudo gentiliū, adeo ut non absq; iniuria sit repulsus. Itaq; secesit ad proxima loca. Ibiq; per triduū cilicio tectus, & cinere, ieiunans semper, atq; orans precabatur dñm, ut quia templū illud euertere humana manu non potuisset, uirtus illud diuina dirueret. Tū subito ei duo Angeli hastati, atq; scutati instar militiæ cœlestis se obtulerunt, dicentes missos se a dño, ut rusticam multitudinē fugarent, pręsidiūque Martino ferrent, ne quis, dum templū dirueret, obsisteret. Rediret ergo, & opus cœptū deuotus impleret. Ita regressus ad uicū, spectantibus gentiliū turbis, & quiescentibus, dū profanam ædem usq; ad fundamēta dirueret, aras omnes, atq; simulachra redegit in puluerē. Quo uiso rustici cū se intelligerent diuino nutu obstupefactos, atq; perterritos, ne episcopo repugnarent, omnes fere in Iesum dūm crediderunt, clamantes palā, & confitentes, Deum Martini esse colendum, idola negligenda, quæ sibi

4

Vides hæretice quod primum Christianæ fidei in populo indicium est, Ecclesiarū & Monasteriorum constructio. Et tu ea destruis.

5

Tectus cilicio & cinere Martinus, ieiunās & orās per triduum precabatur dominē.

adesse non possent. Quid etiam in pago Eduorũ gestum sit referã. Vbi dum templũ itidem euerteret, furens gentiliũ rusticorum in eũ irruit multitudo. Cumq; unus audacior cæteris stricto cum gladio peteret, reiecto pallio nudam ceruicẽ percussuro præbuit. Nec cunctatus ferire gentilis; sed cũ dexteram altius extulisset, resupinus ruit; cõsternatusq; diuino metu ueniam precabat. Nec dissimile huic fuit illud: Cum eũ idola destruentẽ cultro quidã ferire uoluisset, in ipso ictu ferrũ ei de manibus excussum non comparuit. Plerunq; autẽ contradicentibus sibi rusticis, ne eorũ fana destrueret, ita prædicatione sancta gentiliũ animos mitigabat, ut luce eis ueritatis ostensa, ipsi sua templa subuerterent. Curationũ uero tam potẽs in eo gratia erat, ut nullus fere ad eũ ægrotus accesserit, q non cõtinuo receperit sanitatem; quod uel ex consequenti liquebit exemplo.

Treueris puella quædam dira paralysis ægritudine tenebat, ita ut iam per multũ tempus nullo ad humanos usus corporis officio fungereť, omni ex parte prẽmortua uix tenui spiritu palpitabat. Tristes ad solam funeris expectationẽ assistebant propinqui; cũ subito nunciat ad Ciuitatem illam uenisse Martinũ. Quod ubi puellæ pater cõperit, cucurrit exanimis pro filia rogaturus. Et forte Martinus iam Ecclesiam fuerat ingressus. Ibi inspectante populo, multisq; alijs episcopis prẽsentibus, eiulans senex genua eius amplectit, dicens: Filia mea moritur misero genere languoris, & quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu uiuit iam carne prẽmortua. Rogo ut eã adeas, atq; benedicas: Confido enim quod per te reddenda sit sanitati. Qua ille uoce confusus obstupuit, & refugit dicens hoc suæ nõ esse uirtutis; senem errare iudicio, non esse se dignũ, per quem Deus signum uirtutis ostenderet. Perstare cœpit uehementius flens pater, & orare, ut exanimem uisitaret: postremo circunstantibus episcopis ire cõpulsus, descendit ad demũ puellæ. Erat autem ingens turba præforibus expectãs, quidnam Dei seruus esset facturus. Ac primũ (quæ erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma) solo prostratus orauit. Inde ægram intuens, dari sibi oleũ postulat. Quod cũ benedixisset, in os puellæ uim sancti liquoris infudit, statimq; uox reddita est. Tum paulatim singula cõtactu eius cœperũt mẽbra uiuiscere, donec firmatis gressibus populo teste surrexit.

6

Si olei benedictio res esset superstitiosa o hæretice, ut impie iactas, quo omnipotens deus qui summa ueritas est, rei supstitioæ atteſtaretur tanũ, pstãdo miraculũ?

Eodem tempore Tetradij cuiusdam Pronconsularis uiri seruus dæmonio correptus dolendo exitu cruciabat. Rogatus ergo Martinus, ut ei manũ imponeret, deduci eum ad se iubet. Sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella, in qua erat, potuit; ita in aduenientes rabidis dentib9 sæuiebat. Tum Tetradius ad genua beati uiri aduoluit, orans ut ad domũ, in qua dæmoniac9 habebat, ipse descẽderet. Tum uero Martinus negat, se profani, & gentilis hominis domũ adire posse. Nam Tetradi9 eo tempore adhuc gentilitatis errore implicitus tenebat. Spondet ergo se, si de puero dæmon fuisset eiectus, Christianũ fore. Ita Martinus imposita manu puero, immũdum ab eo spiritum eiecit. Quo uiso, Tetradius dñm nostrũ Iesum Xpm credidit. statimq; cathecumen9 fact9: nec multo post baptizatus est; semperq; Martinũ salutis suę auctorem miro coluit affectu.

Per idem tẽpus in eodem oppido ingressus patris familias cuiusdam domũ, in limine ipso restitit, dicens, horribile in atrio domus dæmoniũ se uidere. Cui cũ, ut discederet, imperaret, quẽdam patris familias, q in interiore parte ædiũ morabatur, arripuit; sęuire dentibus miser cœpit, & obuios

quoscũmq;

quoscumq; laniare. Cõmota domus, familia turbata, populus in fugã uer sus, Martinus se furenti obiicit; ac primũ stare ei imperat. Sed cũ dentib⁹ fremeret, hiantiq; ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intu lit. Si habes, inqt, aliquid potestatis: hos deuora. Tum uero ac si candens ferrũ faucib⁹ accepisset, longe reductis dentibus, digitis beati uiri uitabat attingere. Et cũ fugere de obsesso corpore pœnis, & cruciatib⁹ cogeretur, nec tñ exire ei per os liceret, fœda relinquens uestigia, fluxu uentris egres sus est. Interea cũ de metu, atq; impetu barbarorũ subito ciuitatem fama turbasset, dęmoniacũ ad se exhiberi iubet. Imperat an uerus esset hic nũ cius fateret. Tum confessus est sexdecim dęmones fuisse, q rumorẽ hũc p populum dissem inassent, ut hoc saltẽ metu ex illo Martin⁹ oppido fuga ret: barbaros nihil minus, q̃ irruptionẽ cogitare. Ita cũ hæc immũdus spí ritus media in ecclesia fateret, metu, & turbatione p̃senti ciuitas liberata ẽ.

Apud Parrhysios uero dum portam ciuitatis illi⁹, magnis secum turbis euntib⁹, introiret, leprosum miserabili facie, horrentib⁹ cũctis, osculat⁹ est, atq; benedixit, statimq; omni malo emũdatus postero die ad ecclesiam ueniens nitenti cute, gratias pro sanitate, quam receperat, agebat. Sed nec hoc prętereũdum est, quod fimbriæ uestimentis ei⁹ cilicioq; detractę, cre bras sup infirmantib⁹ ęgre uirtutes. Nam cũ aut digitis illigatæ, aut collo inditæ sunt, persępe ab ęgrotantib⁹ morbos effugauerũt. Arbori⁹ aũt uir prefectorius sancti admodum, & fidelis ingenij, cum filia eius grauissimis quartanę febrib⁹ urereť, epistolam Martini, q̃ casu ad eũ delata fuerat, pe ctori puellę in ipso accessu ardoris inseruit; statimque fugata febris est. Quę res apud Arborium tantũ ualuit, ut statim puellam Deo uoueret, & perpetuę uirginitati dicaret. Profectusque ad Martinũ, puellam ei p̃sens ob uirtutũ eius testimoniũ, q̃ per absentem licet curata esset, obtulit. Ne que ab alio eam, q̃ a Martino, habitu uirginitatis impositio, passus est cõ secrari. Paulinus uero uir magni postmodum futurus exempli, cũ oculum grauiter dolere cœpisset, & iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset, oculũ ei Martin⁹ penniculo contigit, pristinamque ei sanitatem, sublato omni dolore, restituit. Ipse aũt cũ casu quodam esset de cœnacu lo deuolutus, & per confragosos scalæ gradus decidens multis uulnerib⁹ esset affectus, cũ exanimis iaceret in cellula, & immodicis doloribus cru ciaretur, nocte ei Angelus uisus est eluere uulnera, & salubri unguento cõ tusi corporis membra contingere. Atq; ita postero die restitutus est sani tati, ut nihil unq; pertulisse incõmodi putareť. Sed quia longũ est ire per singula sufficiant hæc, uel pauca de plurimis. Satisq; sit nos & in excellẽ tibus non subtrahere ueritatem; & in multis uitare fastidium.

Atq; ut minora tantis inferam, quamuis (ut est nostrorũ ætas tempo rum, quibus iam deprauata omnia, atq; corrupta sunt) pene præcipuũ sit adulationi regiæ sacerdotalẽ non cessisse constantiam. Cũ ad Imperato rem Maximũ ferocis ingenij uirum, & bellorũ ciuilium uictoria elatũ, plu res ex diuersis partibus episcopi conuenissent, & fœda circa Principẽ om nium adulatio notareť, secq; degeneri inconstantia regiæ clientelæ sacerdo talis dignitas subdidisset; in solo Martino apostolica auctoritas perma nebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandũ regi fuit, imperauit potius, q̃ rogauit. Et a conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens, se mensæ eius participẽ esse nõ posse, qui duos Imperatores, unũ regno, alterũ uita

7

Vilitas uestimenti Martini.

8

O sapientes doctores qui dicitis non inue nire uos uirginitatẽ aut cœlibatum, sed rem tpalem deo deuo tam, ac nouere conti nentiam carnis p̃sum ptuosum esse & illi citum, nec deo place re. Videte si tempore Martini qui fuit an no domini. 384. siebãt uirginitatis uota, quæ sanctissimus uir nequaquam emitti sineret, si non essent licita & obseruatio ne possibilia, ac deo uehementer placere nosset.

9

Quæ uirginitatẽ uo uerant, speciali habi tu impositio deo conse crabantur. Quod sit etiam nostro tpe, ne & hoc nouitiũ quid esse dicas.

expulisset. Postremo cũ Maximus se non sponte sumpsisse imperium affirmaret, sed impositam sibi a militibus diuino nutu necessitatẽ regni armis defendisse; & non alienã ab eo dei uoluntatem uideri, penes quem tam incredibili euentu uictoria fuisset, nullumq; ex aduersarijs, nisi in acie, occubuisse, tandem uictus uel ratione, uel precibus, ad conuiuiũ uenit, mirum in modũ gaudente rege, quod id impetrasset. Conuiuæ autẽ aderant, ueluti ad diem festũ euocati, summi, atq; illustres uiri; Prefectus, idemq; Cõsul Euodius (quo nihil unq; iustius fuit) Comites duo summa potestate prediti, frater regis, & patruus, medius inter hos Martini presbyter accubuerat; ipse autem sellula iuxta regẽ posita consederat. Ad mediũ fere cõuiuium (ut moris est) paterã regi minister obtulit: Ille sancto admodũ episcopo dari potius iubet, expectans, atq; ambiens, ut ab illius dextera populum sumeret. Sed Martinus ubi ebibit, paterã presbytero suo tradidit, nullũ scilicet existimans digniorẽ, qui post se prior biberet: nec integrũ sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos, q̃ a rege erãt proximi, presbytero prætulisset. Quod factũ Imperator, omnesq;, qui tunc aderant, ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret. Celeberrimũq; per totũ palatium fuit fecisse Martinũ in Regis prandio, quod in infirmorum iudicũ conuiuijs Episcoporũ nemo fecisset. Eidemq; Maximo longe ante prædixit futurũ, ut si ad Italiam pergeret, quò ire cupiebat, bellũ Valentiniano Imperatori inferens, sciret se primo q̃dem impetu futurũ esse uictorem, sed paruo post tempore esse periturũ. Quod quidem ita uidimus. Nam primo aduentu eius Valẽtinianus in fugam uersus est. Deinde post annũ fere resumptis uiribus, captũ intra Aquileiæ muros Maximũ interfecit.

10 *Sancti uiri, & dei spiritu pleni, nullam dignitatem sacerdotio prætulerunt. At modo nostri hæretici, Reges ac principes, Magistratus ẽt quosque seculares præponunt sacerdotibus et Episcopis, & in eos potestatem in omnibus habere uolunt.*

Constat aũt etiam Angelos ab eo plerunq; uisos; ita ut conserto inuicem apud eũ sermone loquerentur. Diabolũ uero ita conspicabilẽ, & subiectum oculis habebat, ut siue se in propria substantia contineret, siue in diuersas figuras specialesq; nequitias trãstulisset, qualibet ab eo sub imagine uideretur. Quod cũ diabolus sciret se effugere non posse, conuicijs eum frequenter urgebat, q̃a fallere non posset insidijs. Quodam tempore cornu bouis cruentũ in manu tenens, cũ ingẽti fremitu cellulam eius irrupit, cruentamq; ostentans dexterã, & admisso recenti scelere congaudens: Vbi est, inqt, Martine, uirtus tua? Vnũ de tuis modo interfeci. Tũc ille cõuocatis fratribus refert, quid diabolus indicasset. Solicitos esse præcepit per cellulas singulorũ, quisnam hoc casu fuisset affectus. Neminẽ quidem deesse de monachis, sed unũ rusticum mercede conductum, ut uehiculo ligna deferret, isse ad syluam nunciant. Iubet igit̃ aliquos ire ei obuiã. Ita haud longe a monasterio iã penè exanimis inuenit̃. Extremũ tñ spiritũ trahens indicat fratribus casum mortis, et uulneris: Iunctis scilicet bobus, dũ dissoluta arctius lora cõstringit, bouẽ sibi excusso capite inter inguina cornua iniecisse. Nec multo post uitam finiuit. Videris quo iuditio dñi diabolo data fuerit hæc potestas. Verũ in Martino illud mirabile erat, qd̃ non solũ hoc, quod supra retulim⁹, sed multa istiusmodi, si quoties accidissent, longe ante p̃uidebat, & sibi nunciata fratribus indicabat. Frequenter aũt diabolus, dum mille nocendi artibus sanctũ uirũ conaretur illudere, uisibilem se ei formis diuersissimis ingerebat. Nam interdũ in Iouis personam, plerunq; Mercurij, persæpe ẽt Veneris, ac Mineruæ transfiguratũ se uultibus offerebat. Aduersus quem semp̃ interritus, signo se crucis, & ora

tionis auxilio protegebat. Audiebant plerunq; conuicia, quibus illū dæmonum turba proteruis uocibus increpabat. Sed omnia falsa, & uana cognoscens, non mouebat obiectis. Testabantur etiam aliqui ex fratribus audisse se dæmonem proteruis Martinū uocibus increpantem: Cur intra monasteriū aliquos ex fratribus, qui olim baptismū diuersis erroribꝰ perdidissent, conuersos postea recepisset, exponentem crimina singulorum: Martinū diabolo repugnantē respondisse constanter: Antiqua debita melioris uitæ conuersione purgari, & per misericordiam dñi absoluendos esse peccatis, q peccare desinerent; Contra dicente diabolo: Non pertinere ad ueniā criminosos, & semel lapsis nullam a dño præstari posse clementiam. Tunc in hāc uocem ferē exclamasse Martinus: si tu ipse o miserabilis ab hominū infestatione desisteres, & te factorū tuorum uel hoc tēpore (cum dies iudicij in proximo est) pœniteret, ego tibi uere, confisus in domino, Christi misericordiā pollicerer. ò q̄ sancta de Dñi pietate præsumptio; in qua & si auctoritatem præstare non potuit, ostendit affectum.

Et quia de Diabolo, eiusq; artibus sermo exortus est, non ab re uidet, licet extrinsecus, referre, qd gestū est. Quia & q̄dā in eo Martini uirtutū portio est; & res digna miraculo recte memoriæ mandabit in exemplū caueudi, siqd deinceps uspiā tale contigerit. Clarus q̄dā noīe adolescens nobilissimus, mox p̄sbyter, nūc fœlici beatus excessu, cū relictis oībus se ad Martinū cōtulisset, breui tpe ad summū fidei, uirtutūq; omniū culmē eniuit. Itaq; cū haud lōge sibi ab Epi monasterio tabernaculū constituisset, multiq; frēs cōmorarent apud eum iuuenis q̄dam ad eū Anatolius nomine sub professione monachi oēm humilitatem, atq; innocentiam mentitꝰ accessit, habitauitq; aliquandiu in commune cum cęteris. Dein procedēte tempore angelus apud se log solere dicebat. Cui cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam plerosq; ad credendum coarctabat. Postremo couisq; processit, ut inter se ac Deum angelos discurrere prędicaret. Iamq; se unū ex prophetis haberi uolebat. Clarus tñ nequaq; ad credendū cogi poterat. Ille aūt ei iram dñi, & prędentes plagas, cur sancto non crederet comminatus, Postremo in hanc uocem fertur erupisse. Ecce hac nocte uestem mihi candidam dñs de cœlo dabit, qua indutus in medio uestrū diuersabor, idq; uobis signū erit me in Dei esse uirtute, quod Dei uestē donatus sim. Tum uero grandis omnium ad hanc professionem expectatio fuit. Itaq; ad mediam ferè noctem, fremitu insultantiū commoueri omne monasteriū loco uisum est. Cellulam aūt, qua idem adolescēs continebatur, crebris cerneres micare luminibꝰ, fremitusq; in ea discurrentium, et murmur quoddam multarū uocū audiebat. Deinde facto silentio egressus unū de fratribꝰ Sabatium noīe ad se uocat, tunicamq; ei, qua erat indutus, ostendit. Obstupefactus ille conuocat cęteros: ipse etiam clarus accurrit adhibitoq; lumine, uestem oēs diligenter inspiciūt. Erat aūt summa molitie, candore eximio, micanti purpura: nec tñ cuiꝰ esset generis, aut uel leris poterat agnosci. Curiosius tñ oculis, aut digitis attrectata nō aliud, q̄ uestis uidebat. Interea clarus fratres admonet orationi insistere, ut manifestius eis dñs quidnam esset ostenderet. Itaq; reliquum noctis hymnis psalmisq; consumitur. At ubi illuxit dies, apprehēsum dextera trahere ad Martinum uolebant, bene conscij illudi illum diaboli arte non posse. Tūc uero reniti, ac reclamare miser cœpit, interdictumq; sibi esse dicebat, ne se

II

Reliquū noctis hymnis psalmisque consumitur.

Martino ostenderet. Cumq; inuitum eum ire compellerent, inter trahentium manus uestis euanuit. Vnde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse uirtutem, ut fantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda dissimulare diutius aut tegere non posset? Animaduersum est tñ eodē fere tempore fuisse in Hispanijs iuuenem, qui cū sibi multis signis auctoritatem parauisset, eousq; elatus est, ut se Heliam profiteret. Quod cū plericq; temere credidissent, addidit, ut se Christum esse diceret. In quo etiā adeo illusit, ut eū quidam eps, Ruffus nomine, ut deum adoraret. Propter quod eum postea ab episcopatu deiectum uidimus. Plericq; etiam nobis fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quendam extitisse, q se Ioannē esse iactitaret. Ex quo conijcere possum⁹, istiusmodi pseudoprophetis existentib⁹, antichristi aduentū iminere; q iā in istis mysteriū iniqtatis opat.

Non prętereundum autem uidetur, quanta Martinum sub eisdem diebus diabolus arte tentauerit. Quodam enim die præmissa prece & circūiectus ipse luce purpurea, quo facili⁹ claritate assumpti fulgoris illuderet, ueste etiam regia indutus, diademate ex gemmis, auroq; redimitus, calceis auro illitis, sereno ore, læta facie, ut nihil minus quam diabolus putaretur, oranti in cellula astitit. Cumq; Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu, multumq; silentiū ambo tenuerunt. Tum prior diabolus: Agnosce, inquit, Martine, quem cernis, Christus ego sum: descensurus ad terras, prius me tibi manifestare uolui. Ad hæc cū Martinus taceret, neq; quicquam responsi referret; iterare ausus est diabolus professionis audaciam: Martine, quid dubitas credere cum uideas? Christus ego sum. Tum ille, reuelante sibi spiritu, ut intelligeret diabolū esse, non dominū; Nō se, inquit, dominus Iesus purpuratū, & diademate renitentem uenturum esse prædixit. Ego Christū, nisi in eo habitu, formaq;, qua passus est, nisi Crucis stygmata proferentem, uenisse non credam. Ad hanc ille uocē statim, ut fumus euanuit. Cellulā quoq; tanto fœtore compleuit, ut indubia indicia relinqueret, diabolum se fuisse. Hoc ita gestū, ut supra retuli, ex ipsius Martini ore cognoui; nequis forte existimet fabulosum. Nam cū olim, audita eius fide, uita, arq; uirtutibus, desiderio illius æstuaremus, gratā nobis ad eū uidēdum peregrinationem suscepimus, simul quia iam ardebat animus illius scribere uitā partim ab ipso inquantū ille interrogari potuit, scisciatati sumus, partim ab his, qui interfuerant, uel sciebant, cognouimus. Quo quidem tempore credi non potest, qua me humilitate, qua benignitate susceperit, congratulatus plurimū, & gauisus in domino, q; tanti esset habitus a nobis, quem peregrinatione suscepta expetissemus. Miserū me pene non audeo confiteri, cū me sancto conuiuio suo dignatus est adhibere. Aquā manibus nostris ipse obtulit, ad uesperū autem ipse nobis pedes abluit. Nec reniti, aut contra ire constantia fuit, ita illius auctoritate oppressus sum; ut nephas putarem, si non acquieuissem. Sermo autem illius non alius apud nos fuit, q; mūdi huius illecebras, & seculi onera relinquēda, ut dñm Iesum liberi, expeditiq; sequeremur. Prętantissimumq; nobis prętentium temporū illustris uiri Paulini, cuius supra mentionē fecimus, exemplum ingerebat, qui summis opibus abiectis, Christū secutus, solus penè his temporibus euangelica præcepta complesset. Illum nobis sequēdum, illū clamabat imitandum, beatumq; esse præsens seculum tantæ fidei, uirtutis q; documento; cū secundū sententiam dñi diues, & possidens

multa,uendendo omnia & dando pauperibus,quod erat facto impossibile,possibile fecisset exemplo. Iam uero in uerbis, & cõfabulatione eius quanta grauitas,quanta dignitas erat? cp alacer,cp efficax,cp in absoluendis scripturarum quæstionibus promptus, & facilis? Et quia multos ad hanc partem incredulos scio,quippe quos uiderim,me ipso etiam referente,non credere:Iesum testor,spemcp communem, me ex nullius unquam ore tantũ scientiæ,tantũ ingenij,tam boni, & tam puri sermonis audisse. Quancp in Martini uirtutibus, quantula est ista laudatio? nisi quod mirũ est homini illiterato nehanc quidem gratiam defuisse?

Sed iam finem liber postulat:sermo claudendus est; non quod omnia, quæ de Martino fuerant dicenda,defecerint, sed quia nos ut inertes poetæ,extremo in opere negligẽtes,uicti materiæ mole succumbimus. Nam etsi facta illius explicari uerbis utcuncp potuerũt;interiorem uitam illius, quotidianam conuersationem, & animũ cœlo semper intentũ, nulla unquam(uere profiteor)nulla explicabit oratio:Illam scilicet perseuerantiã, & temperamentũ in abstinentia,& ieiunijs,potentiam in uigilijs,& orationibus,noctescp ab eo perinde ac dies actas, nullumcp uacuum ab ope re Dei tempus,quo uel otio indulserit,uel negocio,sed ne cibo aut somno quidem,nisi quatenus naturæ cogebat necessitas. Vere fatebor,nõ si ipse (ut aiunt)ab inferis Homerus emergeret, posset exponere; adeo Martini omnia maiora sunt,cp ut uerbis cõcipi queant. Nulla uncp hora,momentumque præterijt, quin aut orationi incumberet, aut insisteret lectioni. Quancp etiam inter legendũ,aut si quid aliud forte agebat,nuncp animũ ab oratione laxabat. Nimirũ ut fabris ferrarijs moris est,qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem suam feriunt; ita Martinus etiam,dum aliud agere uideretur,semper orabat. O uere beatus, in quo dolus non fuit neminem iudicans, neminem damnans, nulli malum pro malo reddens. Tantam quippe aduersum omnes iniurias patientiam assumpserat,ut cũ esset summus sacerdos,impune etiam ab infimis clericis læderetur:nec propter id eos aut loco unquam amouerit aut à sua, quantum in ipso fuit,charitate repulerit. Nemo uncp illum uidit iratum, nemo mærentem,nemo ridentem:unus,idemcp semper cœlestem quodam modo lætitiam uultu præferens,extra naturam hominis uidebatur. Nunquã in illius ore,nisi Christus,nuncp in illius corde nisi pietas,nisi pax,nisi misericordia inerat. Pleruncp etiam pro eorum, qui obtrectatores illius uidebantur, solebat flere peccatis,qui remotũ, & quietum uenenatis linguis, & uipereo ore carpebant. Et uere nonnullos experti sumus inuidos uirtutis,uitæcp eius,qui in illo oderant,quod in se non uidebant, & quod imitari non ualebant. Atcp(o nephas dolendum,& ingemiscendum)non alij fuere insectatores eius(licet pauci admodum)non alij tamen, cp episcopi ferebantur. Nec uero quencp nominare necesse est;licet nosmetipsos plericp circunlatrent. Sufficit,ut siquis ex his hæc legerit,& agnouerit,erubescat. Nam si irascitur,de se ipso dictum fatebitur,cum fortasse nos de alijs senserimus. Non refugimus autem,ut si qui eiusmodi sunt,nos quocp cum tali uiro oderint. Illud facile confido, omnibus sanctis opusculum istud gratum fore. De cætero,si quis hæc infideliter legerit,ipse peccabit. Ego mihi conscius sum,me rerũ fide,& amore Christi impulsum,ut scriberem, manifesta exposuisse,& uera dixisse. Paratumcp,ut spero,habebit à Deo

12 *Abstinentia, ieiunia uigiliæ & orationes Martini.*

præmium,non quicunque legerit,sed quicunque crediderit.

Ex Dialogo.2. Sulpitij,Gallo, Sulpitio,et Postumiano interlocutoribus.

Gallus. Quo primum tempore,relictis scolis,beato me uiro iunxi,pau cos post dies euntem ad ecclesiam sequebamur. Interim ei seminudus hy bernis mensibus pauper occurrit, orans sibi uestimentum dari. Tunc ille accersito archidiacono,iussit algentem sine dilatione uestiri. Deinde secre tarium ingressus,cum solus, ut erat illi consuetudo , resideret (hanc enim sibi etiam in ecclesia solitudinem,permissa a clericis libertate,præstabat) cum quidã in alio secretario presbyteri residerent , uel salutationibus ua cantes,uel audiendis negocijs occupati; Martinum uero usq; in eam ho ram,qua solennia populo agi consuetudo deposceret,sua solitudo cohibe bat, illud non præteribo,quod in secretario sedens nunc̃q; cathedra usus est . Nam in ecclesia nemo unquam illũ sedere conspexit, sicut quendam nuper(testor Deum)non sine meo pudore uidi,sublimi solio , & quasi re gio tribunali,celsa sede residentem. Sedebat autem Martinus in sellula ru stica na,ut sunt istæ in usibus seruulorum,quas nos rustici Galli tripedias, uos scholastici,aut certe tu , qui de Græcia uenis , Tripodas nuncupatis. Ergo hoc secretum beati uiri pauper ille captans,cũ ei archidiaconus da re tunicam distulisset,irrupit , dissimulatũ se a clerico querẽs ac algere de plorans. Nec mora sanctus,paupere non uidente,intra amphibalum sibi tunicam latenter educit,pauperemq; contectũ discedere iubet. Dein pau lo post archidiaconus ingressus admonet, pro consuetudine expectare in ecclesia populum , illum ad agenda Missarum solẽnia debere procedere.

12

Nota uocabulum Missæ.

Cui ille respondens ait: Pauperem prius (de se autem dicebat) oportere uestiri;se ad ecclesiam non posse procedere,nisi uestem pauper acciperet. Diaconus uero nihil intelligens, quia extrinsecus indutũ amphibalo , ue ste nudum interius non uidebat, postremo pauperem non cõparere cau satur. Mihi,inquit,uestis,quæ parata est,deferatur;pauper non deerit ue stiendus. Arctatus demũ clericus, & necessitate compulsus , iamq; felle cõmotus,è proximis tabernis nigerrimam uestem breuem , atq; hispidã quinque cõparatam argenteis rapit,atq; ante Martini pedes iratus expo nit. En,inquit,uestem , sed pauper hic non est. Ille nihil motus iubet eum paulum stare pro foribus , secretũ utiq; procurans , dum sibi uestem nu dus imponeret;totis uiribus elaborans,ut posset occultũ esse, quod fece rat. Sed quando in sanctis uiris latent ista quærentibus ? Velint , nolint,

13

Oblaturus sacrificiũ deo Martinus procedit. Vide ergo Missam uocari sacrificiũ.

cuncta produntur. Cũ hac igitur oblaturus sacrificium Deo uestę procedit. Quo quidem die(mira dicturus sum)cũ iam altarium, sicut est solẽne benediceret,globum ignis de capite illius uidimus emicare,ita ut in sublime contendens longius collũ,crinemq; flamma produceret. Hoc licet ce leberrimo factũ die in magna populi multitudine uiderimus,tamen una tantũ de uirginibus , & unus de presbyteris , tres tantũ uidere de mona chis. Cæteri cur,non uiderint, non potest nostri esse iudicij.

Per idem ferè tempus cũ Euantius auunculus meus , uir licet seculi negotijs occupatus,tamen admodum Christianus, grauissima ægritudine, extremo mortis periculo cœpisset urgeri,Martinum euocauit. Nec cunctatus ille properauit. Prius tamen q; medium uię spacium uir beatus euo lueret,uirtutem aduenientis sensit ægrotus, recepta continuo sanitate,ue nientibus nobis obuiam ipse processit. Altera die redire cupientem ma gna prece detinuit. Cum interim unũ è familia puerum lętali ictu serpens

perculit. Quem iam exanimen ui ueneni ipse Euantius suis humeris illatum ante pedes sancti uiri, nihil illi impossibile confisus, exposuit. Iamq; se malũ serpentis per omnia membra ita diffuderat, ut cerneres omnibus uenis inflatam cutem, & utris instar tensa uitalia. Manu Martinus porrecta uniuersa pueri membra pertractans, digitum prope ipsum uulnusculum, quo bestia uirus infuderat, fixit. Tum uero (mira dicturus sum) uidimus uenenum ex omni parte reuocatum ad Martini digitum cucurrisse. Deinde per illud ulceris foramen exiguũ ita uirus stipasse cũ sanguine, ut solet ex uberibus caprarũ, aut ouium pastorũ manu pressis longa linea copiosi lactis effluere. Puer surrexit incolumis. Nos obstupefacti tantæ rei miraculo id, quod ipsa cogebat ueritas, fatebamur, non esse sub cœlo, qui Martinum posset imitari.

Consequenti itidem tempore, iter cũ eodem, dum dioceses uisitat, agebamus. Nobis nescio qua necessitate remorantibus, aliquantulũ ille processerat. Interim per agerem publicũ plena militantibus uiris fiscalis rheda ueniebat. Sed ubi Martinũ in ueste hispida, nigro, & pendulo palliolo circũtectum contigua de latere iumenta uiderunt, paululũ in partem alteram panefacta cesserunt. Deinde funibus implicatis protensos illos, quibus (ut sæpe uidistis) misera illa animalia conglobantur, ordines miscuerunt. Dumq; ægrè expediuntur, moram fecere properantibus. Qua permoti iniuria militantes, præcipitatis in terram saltibus, se dederunt; deinde Martinũ flagris, ac fustibus urgere cœperunt, Cũ quidem ille mutus, & incredibili patientia præbens terga cædẽtibus, maiorem insaniam infelicibus cõmoueret magis ex hoc furentes, q; ille quasi non sentiens uerbera illata contemneret. Nos ilico consecuti fœde cruentũ, atq; uniuersa corporis parte laniatum, cũ exanimis in terram procubuisset, inuenimus; statimq; eum asello suo imposuimus, ac locũ cœdis illius execrantes raptim abire properauimus. Interea illi regressi ad rhedam suam furore satiato, agi, quo ire cœperant, iumenta præcipiunt, quæ cũ omnia sola fixa, ac si ænea riguissent, tollentibus altius uocem magistris, flagris hinc, atq; inde resonantibus, nihil penitus mouebantur. Consurgunt deinde omnes pariter in uerbera: consumit Gallicas mularũ pœna mastigias: tota rapitur sylua de proximo: trabibus iumenta tonduntur; Sed nihil penitus sæuæ manus agebant; uno, eodemq; loco stabant fixa simulachra: quid agerent infelices homines nesciebant. Nec iam ultra dissimulare poterant, quin quamlibet brutis pectoribus agnoscerent diuino numine se teneri. Tandem ergo in sese reuersi cœperunt quærere, quis ille esset, quem in eodem loco paululũ ante cœcidissent. Cũ percunctantes cognoscũt exuiantibus, Martinũ a se tam crudeliter uerberatũ. Tum uero apparere omnibus causa manifesta; nec ignorare iam poterant, quin ob illius uiri iniuriã tenerentur. Igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur, conscq; audacis facti, ac merito pudore confusi, flentes, & puluere, quo se ipsi fœdauerant, capita atq; ora conspersi, ante Martini se genua prouoluũt, ueniam præcantes, & ut eos abire sineret postulantes; satis se uel sola conscientia dedisse pœnarum, satisq; intellexisse, quod eosdem ipsos uiuos absorbere terra potuisset, uel ipsi potius, amissis sensibus in immobilem saxorũ naturam rigescere debuissent, sicut affixa locis, quibus steterant, iumenta uidissent: orare se, atq; obsecrare, ut indulgeret sceleri ueniam & copiam

præstaret abeundi. Senserat etiam, priusq; accurrerent, uir beatus illos teneri; nobisq; id ante iam dixerat. Veniam tamen clementer indulsit, eosdemq; abire permisit, animalibus restitutis. Illud autem animaduerti sæpe, sulpiti, Martinū tibi dicere solitū, nequaq; sibi in episcopatu eam uirtutū gratiam suppetisse, quam prius se habuisse meminisset. Quod si uerū est, immo quia uerū est, conijcere possumus, quanta fuerint illa, quæ monachus operatus est, & quæ, teste nullo, solus exercuit, cū tanta illum in episcopatu signa fecisse sub oculis omnium uiderimus. Multa quidem illius prius gesta innotuere mundo, neq; potuere cęlari. Sed innumerabilia esse dicuntur, quę, dum iactantiam uitat, occultauit, neq; in hominū notitiam passus est peruenire: quippe qui humanam substantiā supergressus, uirtutis suæ conscientia mundi gloriam calcans, cœlo teste ferueretur. Quod uerū esse uel ex his, quæ comperta nobis sunt, nec latere potuerunt, possumus estimare. Siquidem ante episcopatū duos mortuos uitæ restituerit, quod liber tuus plenius est locutus: in episcopatu uero (quod prætermisisse te miror) unū tantūmodo suscitarit. Cuius rei ego testis sum, si tamen nihil de minus idoneo teste dubitatis. Idipsum autem uobis qualiter sit gestum explicabo.

Fuerat causa nescio quæ qua Carnotum oppidum petebamus. Interea dum uicum quendam habitantiū multitudine frequentissimū, præteriremus, obuia nobis immanis turba processit, quæ erat tota gentilū, nam nemo in illo uico nouerat Christū. Verū ad famam tanti uiri, campos omnes latè patentes confluentiū multitudo contexerat. Intellexit hic Martinus operandū, & annunciante sibi spiritu totus infremuit. Nec mortale sonans, uerbum Dei gentibus prædicabat, sæpius ingemiscens, cur tanta dominū saluatorem turba nesciret. Interea sicut nos incredibilis circundederat multitudo, mulier quædam, cuius filius pauloante defecerat, corpus exanime beato uiro protensis manibus cœpit offerre, dicens: scimus quia amicus Dei es, restitue mihi filium meum, quia unicus mihi est. Iunxit se cætera multitudo, & matris precibus acclamabat. Tum Martinus uidens pro expectantium salute (ut postea nobis ipse dicebat) consequi se

14

posse uirtutē, defuncti corpus propriis manibus accepit. Et cū expectantibus cunctis, genua flexisset, ubi consummata oratione surrexit, uiuum paruulum matri restituit. Tum uero multitudo omnis, in cœlū clamore sublato, Christū dūm fateri, postremo cuncti cateruatim ad genua beati uiri ruere cœperunt, fideliter postulantes, ut eos faceret Christianos. Nec cunctatus, in medio, ut erat, campo cunctos imposita uniuersis manu, cathecumenos fecit, cū quidem ad nos conuersus diceret, non irrationabili ter in campo cathecumenos fieri, ubi solent martyres consecrari. Vicisti (inquit Postumianus Galle) uicisti; non uticq; me, qui Martini sum potius assertor, & qui hæc omnia de illo uiro & sciui semper, & credidi sed eremitas omnes, anachoritasq; uicisti. Nemo enim illorū, sicut Martinus hic uester, immo noster, mortuis imperauit. Meritoq; hūc iste sulpitius Apostolis comparat, & prophetis, quem per omnia illis esse consimilem fidei uirtus, ac uirtutū opera testantur. Sed perge quæso, quanq; nihil magnificentius audire possimus: perge tamen, Galle, quod etiam nunc de Martino supereſt sermonis euoluere. Nam etiam minima illius, & quotidiana animus festinat agnoscere, quia minima illius aliorū maximis maiora es-

Orauit Martinus flexis genibus, & mortuus suscitatus est.

se nulli dubiũ est. Ita faciam, Gallus inquit. Verũ id, quod dicturus sum, ipse non uidi. Prius enim gesta res est, cꝫ me illi uiro iungerem. Sed factũ celebre est fideliũ fratrũ, qui interfuerant, sermone uulgatum.

Eodem ferè tempore, cum primũ episcopus datus est, fuit ei necessitas adire comitatũ. Valentinianus tum maior rerũ potiebatur. Is cũ Martinũ ea petere cognouisset, quæ præstare nolebat, iussit eum Palatij foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem, atcꝫ superbũ uxor accesserat Ariana, quæ totũ illum, à sancto uiro, ne ei debitam reuerẽtiam præstaret, auerterat. Itacꝫ Martinus ubi semel, atcꝫ iterũ superbum principem frustra adire tentauit, recurrit ad nota præsidia; cilicio obuoluitur, cinere cõspergitur, cibo, potucꝫ abstinet, orationẽ noctibus, diebus cꝫ perpetuat. Septimo uero die assistit ei Angelus, iubetcꝫ eum ad Palatiũ ire securum, regias fores, quantumlibet clausas, sponte reserandas, Imperatoris superbum spiritũ molliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatiũ petit. Patent limina, nullus obsistit, postremo necꝫ ad Regem, nemine prohibente, peruenit. Qui cũ uenientem eminus uideret, infrendens cur fuisset admissus, nequacꝫ assurgere est dignatus astanti; donec regiam sellã ignis operiret, ipsumcꝫ Regem ea corporis parte qua sedebat, afflaret incendiũ. Ita solio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multũcꝫ complexus, quem spernere ante decreuerat, uirtutem sensisse diuinã emendatior fatebatur. Nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, cꝫ rogaretur. Colloquio illũ, atcꝫ conuiuio frequenter asciuit, postremo abeunti multa munera obtulit; quæ uir beatus, ut semper paupertatis custos, cũcta reiecit. Et quia palatiũ semel ingressi sumus, licet diuersis in palatio tẽporibus gesta conctam, nequacꝫ enim prætermittendũ uidetur circa Martini admirationẽ reginæ fidelis exemplũ. Maximus Imperator Rempublicã gubernabat, uir omni uitæ merito prędicandus, si ei uel diadema non legitime, tumultuante milite, impositũ repudiare, uel armis ciuilibus abstinere licuisset. Sed magnũ Imperium nec sine periculo renuí, nec sine armis potuit obtineri. Hic Martinũ sæpius euocatũ, receptumcꝫ intra palatiũ uenerabiliter honorabat. Totus illi cũ eo sermo de præsentibus, de futuris, de fideliũ gloria, de æternitate sanctorum; cum interim diebus, ac noctibus de ore Martini regina pendebat, euangelico illo non inferior exẽplo, pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla unꝫ fœmina contigisset, istius assiduitatem, immo potius seruitutem non poterat euadere. Non illa opes regni, non Imperij dignitatem, nõ diadema, non purpuram cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo strata non poterat. Postremo à uiro suo posci t, dein Martinũ utercꝫ compellũt, ut ei, remotis omnibus ministris, præberet sola conuiuium. Nec potuit uir beatus obstinatius reluctari. Componitur castis reginæ manibus apparatus, sellulam ipsa consternit, mensam admouet, aquam manibus subministrat, cibũ, quem ipsa coxerat, apponit. Ipsa illo sedente eminus, secundũ famulantium disciplinam, solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrantis modestiam, & humilitatem exhibens seruientis. Miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. Finita cænula fragmenta panis assumpti, micasꝫ collegit, satis fideliter illas reliquias Imperialibus epulis anteponens. Beata mulier tanto pietatis affectu, illi merito cõparanda, quæ uenit à finibus terræ audire sapien-

15

Nota Martini præsidia, cilicium, cinis, abstimentia, oratio, uigiliæ.

tiam Salomonis; siquidem simplicem sequamur historiam: Sed si fides reginarū est cōferenda (quod mihi liceat separata mysterij maiestate dixisse) illa expetiuit audire sapientiam; ista non tantum audisse contenta, sed & meruit seruire sapienti.

Ad hæc Posthumianus: Iamdudū, inquit, Galle, audiens te loquentem, uehementer admiror Reginæ fidē. Sed ubi illud est, q̄ nulla unq̄ fœmina ferebatur proprius astitisse Martino? Ecce ista non solū astitit, sed etiam ministrauit: & uereor ne se isto aliquantulū tueantur exemplo, qui libenter fœminis inseruntur. Tum Gallus: Quid tu, inquit, non uides, quod solent docere grammatici locū, tempus, personam? Propone enim tibi ante oculos captum in Palatio Imperatoris precibus ambiri, reginæ fide cogi, temporis necessitate cōstringi, ut clausos carcere liberaret, exilijs datos restitueret, bona adempta redimeret. Hæc quanti putas constare debuisse Episcopo, ut pro his omnibus non aliquantulū de rigore propositi relaxaret? Veruntamen q̄ occasione huius exēpli male usuros esse aliquos arbitraris; illi uero felices erūt, si a disciplina istius uiri non recedant. Videāt enim quia Martino semel tm̄ in uita iam septuagenario non uidua libera, non uirgo lasciuiēs, sed sub uiro uiuens, ipso uiro pariter supplicante, regina seruiuit, & ministrauit edenti, non cūepulante discubuit. Nec ausa est participare conuiuiū, sed deferebat obsequiū. Disce igit disciplinam. Seruiat tibi matrona non imperet, & ministret non recumbat. Sicut Martha illa ministrauit dño, nec tamen est ascita conuiuio: imo prælata ministranti, quæ uerbū potius audiebat. Sed in Martino ista Regina utrunq̄ cōplet; & ministrauit ut Martha, & audiuit ut Maria. Quod si q̄s hoc uti uoluerit exemplo, per omnia teneat exemplū. Talis causa sit, talisq̄ persona, tale obsequiū, tale conuiuiū & in omni uita semel tm̄. Præclare, inq̄t. Postumianus, nostros istos, ut Martini non egrediant exemplū, tua constringit oratio. Sed profiteor tibi, q̄ hæc surdis auribus audiant. Nam si Martini sequeremur uias, nunq̄ causas de osculo diceremus, & uniuersis sequæ opinionis opprobrijs careremus. Verū, sicut tu soles dicere, cū edacitatis argueris, Galli sumus: ita nos in hac parte nunq̄ uel Martini exemplo, uel tuis disputationibus corrigendi, fatemur Theuthones sum⁹. Veruntamen hæc nobis iamdudū agentibus, q̄d tu tam obstinate, sulpici, taces? Ego, inq̄t, non solūmodo taceo, sed olim de istis tacere disposui. Nā q̄a quandam uiduam, uagā, nitidulā, sumptuosam obiurgauerim lasciuius uictitantem; itidemq̄ uirginē adolescenti cuidam mihi caro indecentius adhærentem (cū quidem ipsam frequenter audissem alios ēt, q̄a talia agerent, increpantem) tanta mihi omniū fœminarū, cunctorumq̄ monachorum odia concitaui, ut aduersum me utræq̄ legiones iurata bella susceperint. Vnde quæso taceatis; ne etiam hoc, quod uos loqmini, ad meam referatur inuidiam. Tota uobis istorū mentio relinquatur: ad Martinum potius reuertamur. Tu, Galle, ut aggressus es, cœptū opus explica.

16

Notent quæ hic dicuntur, hæreticorum nostrorū sacerdotes, qui tantopere amant colloquia, congressus & conuictus fœminarum.

Tum ille iam q̄dem uobis, inq̄t, tanta narraui, ut satisfacere studijs uestris meus sermo debuerit. Sed quia uoluntati uestræ non obsecūdare mihi non licet, quantū adhuc diei supereſt, loquar. Nam certe dū stramen illud, quod in lectos nostros parat aspicio, subuenit in memoriā etiā de stramine, in quo Martinus iacuerat, factam esse uirtutem. Res ita gesta est. Claudiomagus uicus est in confinio Biturigū, atq̄ Turonorum. Ecclesia

ibi est celebris religione sanctorũ, nec minus glorioſa ſacrarum uirginum multitudine. Præteriens ergo Martinus in ſecretario eccleſiæ habuit mansionẽ. Poſt diſceſſum illius cũctæ in ſecretariũ illud uirgines irruerunt. Ad lambunt ſingula loca, ubi aut ſederat uir beat⁹, aut ſteterat: ſtramentũ ẽt in quo quieuerat, partiunt. Vna earũ poſt dies paucos partem ſtraminis, quã ſibi pro benedictione collegerat, Emergumeno, quẽ ſpiritus erroris agitabat, de ceruice ſuſpendit. Nec mora, dicto citius eiecto dęmone per ſona purgata eſt. Peridem fere tp̃s Martino a Treueris reuertẽti fit obuiã uacca, quã dæmon agitabat: quæ relicto grege ſuo in homines ferebatur, & iam multos noxie petulans confoderat. Verũ ubi nobis cœpit eſſe contigua ĩ, qui eam eminus ſequebant, prædicere magna uoce cœperunt, ut caueremus. Sed poſtq̃ ad nos toruis furibũda luminibus propius acceſſit, Martin⁹ eleuata obuiam manu pecudẽ conſiſtere iubet. Quæ mox ad uerbũ illius ſtare cœpit immobilis, cũ interea uidet Martinus dæmonem dorſo illius ſuperſedentem. Quẽ increpans, deſcende, ingt, funeſte de pecude, & innoxiũ animal agitare deſiſte. Paruit nequã ſpiritus, & receſsit. Nec defuit ſenſus in buccula, quin ſe intelligeret liberatã. Ante pedes ſancti uiri recepta qete proſternit. Dein iubente Martino, gregem ſuũ petiit, ſeq̃ agmini cæterarũ oue placidior immiſcuit. Hoc illo fuit in tempore, quo inter medias poſitus flammas non ſenſit incendiũ. Quod mihi nõ arbitror eſſe referendũ; quia hoc pleni⁹ iſte ſulpitius, licet in libro ſuo prætetitũ, in epiſtola tñ poſtea, quam ad Euſebiũ tum presbyterũ, modo epiſcopũ, fecit, expoſuit. Quam tu, Poſtumiane, (ut credo) legiſti: aut ſi incognita tibi eſt, cũ libuerit, in prõptu ex illo armario habes. Nos ab illo omiſſa referimus. Quodam aũt tempore cũ dioceſes circuiret, uenantiũ agmen incurrim⁹. Canes leporẽ ſequebant. Iamq̃ multo ſpacio uicta beſtiola, cũ undiq̃ campis late patentib⁹ nullũ eſſet effugiũ, mortem imminentem iam iamq̃ capienda crebris flexib⁹ differebat. Cuius periculũ uir beatus pia mente miſerat⁹ imperat canib⁹, ut deſiſterent ſeq̃, & ſinerent abire fugientem. Qui continuo ad primũ eius ſermonis imperiũ conſtiterunt. Crederes uinctos, imo potius affixos, in ſuis hærere ueſtigĩs. Ita lepuſculus, perſecutoribus alligatis, incolumis euaſit.

Operæpreciũ autem eſt etiam familiaria illius uerba ſpiritali ſale condita memorare. Ouem recens tunſam forte conſpexerat: Euangelicũ, inquit, mandatũ iſta compleuit; Duas habuit tunicas, unam earũ largita eſt non habenti. Ita ergo & uos facere debetis. Item cũ ſubulcũ algentem, ac penẽ nudũ in pellicea ueſte uidiſſet: En, ingt, Adam eiectus de paradiſo in ueſte pellicea ſues paſcit: ſed nos, illo uetere depoſito, nouũ Adam potius induam⁹. Boues ex parte prata depauerant; porci ẽt nonnulla ſuffoderant; pars cætera, q̃ manebat illæſa, diuerſis floribus quaſi picta uernabat: ſpeciem, ingt, gerit pars illa coniugĩ, quæ pecore depaſta, etſi nõ penitus gratiam amiſit herbarũ, nullam tñ florũ retinet dignitatem. Illa uero, quam porci, pecora immũda, foderũt, fornicationis imaginem fœdam prætendit. Cæterũ illa portio, quæ nullam ſenſit iniuriam, gloriam uirginitatis oſtendit. Herbis fœcũda luxuriat, fœni in ea fructus exuberant, & ultra oẽm ſpeciem diſtincta florib⁹, quaſi gemmis micantib⁹ ornata radiat: Beata ſpecies, & deo digna. Nihil enim uirginitati eſt comparandũ. Ita & illi, q̃ coniugia fornicationi comparant, uehementer errant. Et illi, qui

17 *Sunt ne noſtro tempore qui cõiugia uir*

ginitati æquãda existimant? Sunt profecto. Hos ergo tu sicut Martinus, miseros peni tus et stultos dicito

18

Fornicatio deputatur ad pœnã, nisi satisfactiõe purgetur. Ecce satisfactionis opera pro peccatis. Nã quo modo alias posset satisfactione purgari?

19

Nota Monache qui es ex hæreticorum officina, & mulierum conuictus nõ potes ad duci ut deseras, etiã sub nefandi matrimonij prætextu.

coniugia uirginitati æquanda existimant, miseri penitus, & stulti sunt. Verum hæc a sapientibus tenenda distinctio est, ut coniugiũ pertineat ad ueniam, uirginitas spectet ad gloriam, fornicatio deputet ad pœnam, nisi satisfactione purget. Miles quidam cingulũ in Ecclesia, monachũ professus, abiecerat; cellulam sibi eminus in remoto, quasi eremita uicturus, erexerat. Interea astutus inimic⁹ uarijs cogitationib⁹ brutũ pectus agitabat, ut coniugem, quam Martin⁹ in monasterio puellarũ esse p̃ceperat, uolũtate mutata, secũ potius uellet habitare. Adijt ergo Martinũ fortis eremita, qd haberet animi confiteꝛ. Ille uero uehementer cœpit abnuere, fœminam uiro rursus iam monacho, non marito, incongrua ratione miscere. Postremo cũ miles instaret affirmans, nihil hoc proposito esse nocitum, se solo coniugis uti uelle solatio: porrò ne rursum se in sua reuoluerẽt non esse metuendũ; se esse militem Christi, illã quoq; in eadem eiusdẽ militiæ sacramenta iurasse: patereꝛ Episcopus sanctus eos sexũ suũ fidei merito nescientes pariter militare. Tum Martinus (uerba uobis ipsa dicturus sum) Dic mihi, inqt, si unq̃ in bello fuisti, si in acie constitisti? At ille respõdens: Frequenter, inqt, in acie steti, & bello frequenter interfui. Ad hæc Martinus: Dic mihi ergo; nunqd in illa acie, q̃ armata in præliũ parabat, aut iam aduersus hostilem exercitũ collocato comin⁹ pede districto ense pugnabat, ullam fœminam stare, aut pugnare uidisti? Tum demũ miles confusus erubuit, gratias agens errori suo se non fuisse permissum, nec aspera increpatione uerborũ, sed uera, & rationabili secundũ personã militis comparatione correctũ. Martinus autem conuersus ad nos, sicut eũ frequens fratrũ turba uallauerat, Mulier, inquit, uirorũ castra non adeat; acies militũ separata consistat: procul fœmina in suo degens tabernaculo sit remota; contemptibilẽ enim reddit exercitũ, si uiroꝝ cohortib⁹ turba fœmina misceaꝛ. Miles in acie, miles pugnet in cãpo; mulier se intra murorũ munimẽta contineat. Habet & illa gloriã suã, si pudicitiã, uiro absente, seruauerit. Cui⁹ hæc prima uirtus, & cõsummata uictoria est, nõ uideri.

Illud uero, sulpici, meminisse te credo, quo affectu nobis, cum & tu corã adesses, illam uirginẽ prædicaret, quæ ita se penitus ab omniũ uirorum oculis remouisset, ut ne ipsum quidẽ ad se Martinũ, cũ eam ille officij causa uisitare uellet, admiserit. Nã cũ prope agellulũ illius præteriret, in quo se iam ante cõplures annos pudica cohibebat, audita fide illius, atq; uirtute diuertit, ut tã illustris meriti puellã religioso officio episcopus honoraret. Nos consequentes gauisurã illã uirginem putabamus, si quidẽ hoc in testimonium uirtutis suæ esse habituram, ad quã tanti nominis sacerdos, depositio propositi rigore uenisset. Verũ illa fortissimi uincula propositi, ne Martini quidẽ contemplatione laxauit. Ita uir beatus, accepta per aliã fœminam excusatione laudabili, ab illius foribus, quæ se uidendam, salutandamq; non dederat, lętus abscesit. ò uirginẽ gloriosam, quę ne à Martino quidẽ passa est se uideri. O Martinũ beatum, qui illã repulsam non ad contumeliam suam duxit, sed magnificãs illius cũ exultatione uirtutẽ, inusitatũ in his dũtaxat regionibus gaudebat exemplũ. Ergo cum haud longe ab illa uillula nos manere nox imminens coegisset, ex enium beato uiro eadẽ illa uirgo transmisit: Fecitq; Martinus, quod ante non fecerat. Nullius enim, ille unq̃ xeniũ, nullius munus accepit. Nihil ex his, quæ uirgo uenerabilis miserat, refutauit, dicẽs, benedictionẽ illius à sacerdote mi-

nime

nime reſpuendã, quæ eſſet multis ſacerdotibus præferenda. Audiant, quæſo, uirgines hoc exemplũ; ut fores ſuas, ſi eas mali obſidere uoluerint, etiã bonis claudant; & ne ad ſe improbis ſit liber acceſſus, non uereantur excludere etiã ſacerdotes. Totus hoc mũdus exaudiat: Videri ſe à Martino uirgo paſſa non eſt. Non utiq; illa quemcunq; repulit ſacerdotem, ſed in ei⁹ uiri conſpectũ puella non uenit, quẽ uidere ſalus uidentiũ fuit. Quis autem hoc alius, pręter Martinũ, ſacerdos nõ ad ſuam iniuriam retuliſſet, quos aduerſus ſanctam uirginem motus, quantaſq; iras mente concepiſſet, hęreticam iudicaret & anatematizandam eſſe decreuiſſet; cẽ uero illi beatę animę illas uirgines prætuliſſet, quę crebris occurſib⁹ ubiq; ſe prębent obuias ſacerdotib⁹, quæ conuiuia ſumptuoſa diſponunt, quę una pariter accumbũt? Sed quo me ducit oratio? Paululum iſte liberior ſermo reprimend⁹ eſt, ne in aliquorũ forſitan ĩcurrat offenſam. Etenim infidelib⁹ obiurgationis uerba non proderũt, fidelib⁹ aũt ſatisfaciet exemplũ. Verũ ego ita uirtutem hui⁹ uirginis prædicabo, ut tñ nihil illis, q̃ ad Martinũ uidendũ ex longinquis regionib⁹ fæpe uenerũt, arbitrer derogandũ. Si q̃dem hoc beatũ uirũ frequenter affectu etiam angeli frequentant.

Cæterũ id, quod dicturus ſum, Poſtumiane, hoc te (ſulpitius me aũt intuebaꝫ) teſte perhibeo. Quodã die ego, & iſte ſulpici⁹ pro foris illi⁹ excubantes iam p̃ aliquot horas cũ ſilentio ſedebam⁹ ingenti horrore, & tremore, ac ſi ante angeli tabernaculũ mandatas excubias ducerem⁹: Cum q̃dem clauſo cellulæ ſuæ hoſtio nos ibi eſſe neſciret. Interim colloquentiũ murmur audiuim⁹, et mox horrore quodã circũfundimur; ac obſtupẽtes nec ignorare potuim⁹ neſcio q̃d fuiſſe diuinũ. Poſt duas fere horas ad nos Martin⁹ egrediꝫ: ac tum eũ iſte ſulpicius (ſicut apud eũ nemo familiari⁹ loquebaꝫ) cœpit orare, ut pie quęrẽtib⁹ indicaret, q̃d illud diuini fuiſſet horror s, quod ſatebamur nos ambo ſenſiſſe, uel cũ q̃b⁹ fuiſſet in cellula colloquutus; tenuem enim nos licet, & uix intellectum, ſermocinantiũ ſonũ p̃ foris audiſſe. Tum ille diu multũq; cũctatus (ſed nihil erat, quod ei ſulpitius non extorqueret inuito: Incredibiliora forte dictur⁹ ſum, ſed Chriſto teſte non mentior; niſi quiſpiam eſt tam ſacrilegus, ut Martinũ putet fuiſſe mentitũ) dicam, ſiquit, uobis, ſed uos nulli, quęſo, dicatis: Agnes, Tecla, & Maria mecũ fuerũt. Referebat aũt nobis uultũ, atq; habitũ ſingularũ. Nec uero illo tantum die, ſed frequenter ſe ab eis confeſſus eſt uiſitari. Petrum etiam, & Paulũ apoſtolos uideri a ſe ſæpius non negauit.

20

Et noſtri hæretici appellare audent ſanctos emortuos.

Iam uero dæmones, prout ad eũ quiſq; ueniſſet, ſuis nominib⁹ increpabat: Mercuriũ maxime patiebaꝫ infeſtũ. Iouem brutũ, atq; hebetem eſſe dicebat. Hæc pleriſq; etiam in eodem monaſterio cõſtitutis incredibilia uidebaꝫ, ne dum ego confidam oẽs, qui hęc audient, credituros. Nam niſi inextimabilem uitam, atq; uirtutem Martinus egiſſet, nequaq; apud nos tanta gloria prędit⁹ haberet. Quanq; minime mirũ, ſi in operib⁹ Martini infirmitas humana dubitauerit, cũ multos quoq; hodie uideam⁹ nec Euãgelĩs quidem credidiſſe. A Martino aũt ſæpe angelos uiſos familiariter et ſenſimus, & experti ſumus. Rem minimam dicturus ſum, ſed tñ dicam. Apud Nemauſum Epiſcoporũ ſynodus habebaꝫ: ad quam quidem ire noluerat, ſed quid geſtũ eſſet, ſcire cupiebat. Caſu cũ eo iſte ſulpicius nauigabat; ſed procul ut ſemp a cęteris in remota nauis parte reſidebat. Ibi ei angelũs, quid geſtũ eſſet in ſynodo, nunciauit. Nos poſtea tempus habiti

concilĩ solicite requirentes, satis compertum habuimus ipso die fuisse cõuentũ, & ea ibi ab episcopis fuisse decreta, q̃ Martino angel⁹ nũciauerat.

Hęc cum maxime Gallus, necdum explicitis q̃ statuerat referre, loque reť, puer familiaris ingressus est nuncians, refrigeriũ presbyterũ stare pro foribꝰ. Dubitare cœpimus utrũ Gallum adhuc melius esset audire, an exoptatissimo nobis uiro, qui officĩ causa ad nos ueniebat, occurrere. Tum Gallus: Etiamsi non ob aduentũ sanctissimi sacerdotis reliquenda nobis hęc esset oratio, nox ipsa cogebat hucusq; protractũ finire sermonẽ. Verũ qa de Martini uirtutibꝰ nequaq; explicari uniuersa potuerũt, hæc uos hodie audisse sufficiat; cras reliqua dicemꝰ. Ita pariter, accepta hac Galli responsione, surreximus.

Ex Dialogo 3. eiusdem, eisdem interlocutoribus.

Gallus. Conueniſtis ad me audiendum, & sancti, & diserti; sed religiosas potius, q̃ doctas aures ut arbitror attulistis: audituri me fide testis, nõ oratoris copia locuturũ. Quę aũt hesterno die dicta sunt, non reuoluam. Illa qui non audierũt, ex scriptis recognoscẽt. Noua Postumianus expectat, nũciaturus orienti, ne se in comparatione Martini præferat occidẽti.

Ac primum gestit animus, quod refrigerius in aurẽ suggerit, explicare. Res ista in Carnotena gesta est ciuitate. Pater filiam duodennem ab utero mutam puellam Martino cœpit offerre, poscens ut linguam ligatam meritis suis sanctus absolueret. Ille cedens episcopis, qui tum forte latus illius ambiebant, Valentiniano, atq; Victricio imparẽ se esse tantæ molí, sed illis quasi sanctioribꝰ nihil impossibile, fatebať. At illi pias preces una cum patre supplici uoce iungentes, orare Martinũ, ut sperata præstaret. Nec cũctatus ultra (utrunq; præclarũ, & ostendendo humilitatẽ, nec differendo pietatem) iubet circũstantis populi multitudinẽ submoueri. Episcopis tm̃, & puellæ patre assistentibꝰ, in orationem suo illo more ꝓsternitur. Dein pauxillũ olei cũ exorcismi præfatione benedicit; atq; ita in os puellæ sanctificatũ liquorem, cũ & linguam illius digitis teneret, infudit. Nec fefellit sanctũ uirtutis euentus. Patris nomen interrogat, mox illa respõdet. Proclamat pater cũ gaudio, pariter & lachrymis, Martini genua complexus: & hanc primam se filiæ audisse uocem, cũctis stupentibus, fatebatur. Ac ne cuiq; id forte incredibile uideať, perhibeat uobis præsens Enagrius testimoniũ ueritatis. Nam res ipso præsente tum gesta est.

21

Tu qui dicis benedictiones creaturarum superstitiosas esse, uide contra tuum dogma uirum sanctũ benedictione exorcizati olei mutitatem a puella expulisse.

Parũ illud est, quod nuper, Arpagio presbytero referente, cognoui; sed non prætermittendũ uideť. Auitiani comitis uxorẽ misisse Martino oleũ, quod ad diuersas morborũ causas (sicut est consuetudo) benediceret: ampullam uitreã istiusmodi fuisse, ut rotunda in uentrem cresceret ore ꝓducto, sed oris extantis concauũ & non repletũ; quia id moris sit uascula cõplere, ut pars umbonibꝰ obstruendis libera relinquať. Testabatur presbyter uidisse se oleũ sub Martini benedictione creuisse, quoad exũdante copia superne diffluueret; eandemq;, dum ad matremfamilias uasculũ referretur, seruasse uirtutẽ. Nam inter manus pueri portantis ita semper exundasse oleũ, ut omne illius uestimentũ copia superfusi liquoris operiret; matronam ita usq; ad summũ labrum plenũ uasculum recepisse, ut presbyter hodie quoq; fateatur obdendi pessuli, quo claudi diligentius seruanda consueuerunt, in uitro illo spacium non fuisse.

22

Et hoc ad superiorem votulam pertinet.

Mirũ & illud, quod huic (me autem intuebať) memini contigisse. Vas uitreũ cum oleo, quod Martinꝰ benedixerat, in fenestra paululũ editiore

depoſuit. Puer familiaris incautior linteũ ſuperpoſitũ, ampullam ibi eſſe ignarus, attraxit: uas ſuper conſtratũ marmore pauimentũ decidit. Cunctis metu exterritis, ne benedictio deperiſſet, ampulla perinde incolumis eſt reperta, ac ſi ſuper plumas molliſsimas decidiſſet. Quęres non potius ad caſum, cꝫ ad Martini eſt referenda uirtutẽ; cuiꝰ bñdictio pire nõ potuit

23 Item & hoc.

Quid illud, quod factũ a quodam, cuius nomen, qa præſens eſt, & pro di ſe uetuit, ſupprimẽ? Cui quidem tempori hic etiam ſaturninꝰ interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat: In nomine, inqt, Martini iubeo te obmuteſcere. Cani hæſit latratꝰ in gutture. Lingua ut abſciſſam putares, obmutuit. Ita parum eſt ipſum Martinũ feciſſe uirtutes, credite mihi, qa etiam alĩ in nomine eius multa fecerunt.

Auitiani quondã comitis noueratis barbaram nimis, & ultra omnes cruentam feritatẽ. Hic rabido ſpiritu ingreſſus Turonũ ciuitatem, ſequentibus eũ miſerabili facie ordinibꝰ cathenatis, diuerſa perdendis parari iubet genera pœnarũ, diſponens poſtero die, attonita ciuitate, ad opus tam triſte procedere. Quod ubi Martino compertum eſt, ſolus pauloante me diam noctẽ ad prætoriũ beſtiæ illius tendit. Sed cũ profundæ noctis ſilentio qeſcentibus cũctis, nulli foribꝰ obſeratis pateret ingreſſus, ante limina cruenta ꝓſternit. Interea Anitianus graui ſomno ſepultus, Angelo irruẽte pcellit: ſeruus, inqt, dei ad tua limina iacet, & tu qeſcis; Qua ille uoce perceptа, lecto ſuo turbatꝰ excutit: conuocatiſcꝫ ſeruis trepidꝰ exclamat, Martinũ eſſe pro foribꝰ: Irent ꝓtinus, clauſtra reſeruarẽt, ne Dei ſeruus pateret iniuriam. Sed illi (ut eſt omnium natura ſeruorũ) uix prima limina egreſſi, irridentes dñm ſuũ, q ſomno fuiſſet illuſus, negant quẽcꝫ eſſe pro foribꝰ, ex ſuomet ingẽnio coniectantes neminem nocte poſſe uigilare, nedum illi crederent in illo noctis horrore iacere ad aliena limina ſacerdotem. Idcꝫ Auitiano facile perſuaſum; rurſum ſoluit in ſoporem. Sed mox ui maiore concuſſus exclamat Martinum ſtare pro foribꝰ; ſibi ideo nullam quietem animi, corporiſq; permitti. Tardantibꝰ ſeruis ipſe ad limina exteriora ꝓgredit. Ibi Martinũ, ut ſenſerat, deprẽhendit. Perculſus miſer tantæ maniſeſtatione uirtutis: Quid, inquit, hoc dñe mihi feciſti? Nihil te loqui neceſſe eſt: Scio quid deſideres; uideo qd requiras, diſcede quantocius, ne me ob iniuriam tui cœleſtis ira conſumat: ſatis ſoluerim hucuſcꝫ pœnarum; crede quia non leuiter apud me actũ eſt, ut ipſe procedentẽ. Poſt diſceſſum aũt ſancti aduocat officiales ſuos: Iubet oẽs cuſtodias relaxari; & mox ipſe ꝓficiſcit. Ita fugato Auitiano, lętata eſt ciuitas & liberata. Hæc cum multis Auitiano referente comperta ſunt: tum nuper Refrigerius presbyter, quẽ coram uidetis, ab Agarido fideli uiro ex tribunis ſub inuocatione diuinæ maieſtatis audiuit, q ſibi hoc ab ipſo Auitiano relatum eſſe iurabant.

Cęterum nolo miremini me hodie facere, quod heſterno nõ feci, ut ad ſingulas quaſcꝫ uirtutes nomina teſtiũ, perſonaſcꝫ ſubnectam. Ad quas ſi quis fuerit incredulus, qa adhuc in corpore ſunt, recurrat. Exigit id infidelitas plurimorũ, qui in aliquibꝰ, quæ heſterno memorata ſunt, enutare dicunt. Accipiant ergo teſtes adhuc incolumes, atcꝫ uiuentes; quibꝰ, qa de fide nra dubitant, magis credant. Sed ſi adeo infideles ſunt, profiteor, qa nec illis ſunt credituri. Miror aũt quencꝫ, q uel tenuem ſenſum religionis habeat, tm̃ piaculi uelle cõmittere, ut putet quencꝫ de Martino poſſe mẽtiri. Faceſſat a quocꝫ, qui ſub Deo uiuit, iſta ſuſpicatio. Nec enim Martinꝰ

hoc indiget, ut mendacijs asserat. Sed tñ totius sermonis fidem apud te, xp̄e, deponim⁹, nos nec alia dixisse, nec alia dicturos, q̄ q̄ aut ipsi uidim⁹, aut q̄ manifestis auctorib⁹, uel plerũq; ipso referẽte, cognouim⁹. Cæterũ, etsi dialogi speciem, quo ad leuãdũ fastidiũ lectio uariaret, assumpsimus, nos pie præstruere profitemur historiæ ueritatẽ. Hæc me extrinsecus inserere nonnullorũ incredulitas non sine meo dolore compulerit: sed redeat ad nostrum sermo consensum. In quo cum me tam studiose audiri uideã, fatebor necesse est, Aprum fecisse constanter, qui repulit infideles, eos tm̄ iudicans audire debere, qui crederent. Efferor siquidem (credite) spiritu, & præ dolore totus insanio, non credunt Martini uirtutib⁹ Christiani, quas dæmones fatebantur.

Monasterium beati uiri duob⁹ a ciuitate erat milibus disperatũ. Sed si quotiens uenturus ad ecclesiam pedem extra suę cellulæ limen extulerat, uideres per totam ecclesiam energumenos rugientes, & quasi aduenięte iudice agmina damnanda trepidare; ut aduentũ ep̄i clericis, q uenturũ eẽ nescirent, dęmoniorũ gemitus indicaret. Vidi quẽdam, appropinquante Martino, in aerę raptum manibus extensis in sublime suspẽdi, ut nequaq̄ solum pedibus attingeret. Si qñ aũt exorcizandorum dæmonũ Martin⁹ operam recepisset, neminem manib⁹ attrectabat, neminem sermonib⁹ increpabat, sicut plerũq; per clericos rotatur turba uerborum; sed admotis energumenis, cęteros iubebat abscedere, ac foribus obseratis, in medio ecclesiæ, cilicio circuntectus, cinere respersus, solo stratus orabat. Tu uero cerneres miseros diuersos exitu perurgeri; hos sublatis in sublime pedib⁹ quasi de nube pendere, nec tñ uestes defluere super faciem, ne faceret uerecundiam nudata pars corporũ. At in parte alia uideres sine interrogatione uexatos, & sua crimina confitentes. Nomina ẽt nullo interrogante prodebant. Iste se Iouem iste Mercuriũ fatebat. Postremo cũctos diaboli ministros cũ ipso cerneres auctore cruciari, ut iam illud in Martino fateamur impletũ quod scriptum est, qm̄ sancti de Angelis iudicabunt.

24 *Martinus in medio ecclesiæ foribus obseratis, cilicio circuntectus, cinere respsus, & solo stratus orans expellebat dæmões.*

Pagum quendam in senonũ uico annis singulis grando uastabat. Cõpulsi extremis malis incolæ a Martino auxiliũ poposcerunt, missa per Auspicium pręfectoriũ uirum satis fida legatione; cuius agros specialiter grauior, q̄ cæterorum assueuerat procella populari. Sed facta ibi oratione, Martinus ita uniuersam penitus liberauit ab ingruenti peste regionem, ut per uiginti annos, qbus postea mansit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertulerit. Quod ne fortuitũ esse, & non potius Martino præstitũ putaretur, eo anno, quo ille defunctus est, rursus incubuit rediuiua tempestas. Adeo sensit & mundus uiri fidelis excessum, ut cuius uita iure gaudebat, eiusdem morte lugeret. Cæterũ si ad hæc probanda, quæ diximus, testes etiam infirmior auditor exegerit, non unũ ego hominẽ, sed milia multa producam, & totã in testimoniũ uirtutis experte senonum aduocabo regionem. Et tamẽ tu, Refrigeri presbyter, credo meministi, nuper nobis super hoc cũ Romulo Auspicij illius filio honorato, & religioso uiro fuisse sermonem, qui hæc nobis tanq̄ in comperta referebat, & cũ futuris prouentibus per assidua damna trepidaret, ut ipse uidisti, magno secum mœrore lugebat, Martinum non in hæc tempora reseruatum.

Sed ut ad Auitianũ recurram, qui cũ in omnibus locis, cunctisq; in urbibus ederet crudelitatis suæ infanda monumenta, Turonis tantũ innocens erat;

censerat; & illa bestia, quæ humano sanguine, & infeliciũ mortibus alebatur, mitem se atq; tranquillũ beato uiro pręsente præstabat: Memini quodam die ad eum uenisse Martinũ, qui ubi secretariũ eius ingressus est, uidit post tergũ ipsius dæmonem miræ magnitudinis assidentem. Quem cũ eminus (ut uerbo, quia ita necesse est, parũ latino loquamur) exufflasset, Auitianus se exufflari existimans: Quid me, inquit, sancte sic aspicis? Tum Martinus: Non te, inquit, sed eum, qui ceruici tuæ teter incubuit. Ita recessit diabolus, & reliquit familiare subselliũ. Satisq; constat ab illo die Auitianũ mitiorem fuisse; seu quod intellexerit egisse & semper assidentis sibi diaboli uoluntatẽ; seu quod immundus spiritus ab illius consessu per Martinũ fugatus, priuatus est potestate crassandi, cũ erubesceret minister auctorem, nec ministrũ auctor urgeret.

In uico autem Ambatiensi, ideſt castello ueteri, quod nunc frequens habitatur à fratribus, idolũ noueratis grandi opere constructũ. Politissimis saxis moles turrita surrexerat, quæ in collectæ summitatis thronum sublimen procedẽs superstitionem loci operis dignitate seruabat. Huius destructionem Marcello ibidem consistenti presbytero uir beatus sæpe mandauerat. Post aliquantulũ temporis regressus increpat presbyterũ, cur adhuc idoli structũ consisteret. Ille causatus uix militari manu, & ni publicæ multitudinis tantam molem posse subuerti, ne dum id facile putaret per imbecillos clericos, aut infirmos monachos quiuisse curari. Tũ Martinus recurrens ad nota præsidia noctem totam in oratione peruigilat. Mane orta tempestas ædem idoli usq; ad fundamentũ prouoluit. Verum hæc Marcello teste dicta sunt.

25 *Totam noctẽ in oratione peruigilat.*

Aliam eius non dissimilem in simili opere uirtutem, Refrigerio astipulante, perhibeo. Columnam immensæ molis, cui idolũ superstabat, parabat euertere: sed nulla erat facultas, quã id daretur effectui. Tum ad orationem suo more conuertitur. Visum cunctis est parilem quodãmodo columnam ruere de cœlo, quæ impacta idolo totam illam inexpugnabilem molem soluit in puluerem. Parũ scilicet, si inuisibiliter cœli uirtutibus uteretur, nisi ipsæ uirtutes uisibiliter seruire Martino humanis etiam oculis cernerentur. Idem autem Refrigerius mihi testis est: mulierem profluuio sanguinis laborantẽ, cũ Martini uestem exemplo mulieris illius euangelicæ contigisset, sub momento temporis fuisse sanatam. Serpens flumen secabat, & ripæ, in qua constiteramus, annatabat: In nomine, inquit, domini iubeo te redire. Mox se mala bestia ad uerbũ sancti retorsit; & in ulteriorem ripam, nobis inspectantibus, transmeauit. Quod cum omnes non sine miraculo cerneremus, altius ingemiscens ait: serpentes me audiunt, & homines non audiunt.

Piscem paschæ diebus edere consuetus, paulo ante horam refectionis interrogat, an haberetur in promptu. Tum Cato diaconus, ad quem monasterij administratio pertinebat, doctus ipse piscari, negat per totũ diem sibi ullam cessisse capturam; sed neq; alios piscatores, qui uendere solebant, quicq; agere quiuisse: Vade, inquit, mitte linum tuum: captura proueniet. Contiguũ flumini (ut sulpicius iste descripsit) habebamus habitaculũ. Processimus cuncti utpote feriatis diebus uidere piscantem, omniũ cordibus intentis non incassum futura tentamina, quibus piscis Martino auctore Martini usibus quæreretur. Ad primũ iactum in rete permodi-

26 *Paschæ feriati dies.*

co immanem Isocem diaconus extraxit & ad monasteriũ lætus accurẽs: Nimirũ ut dixit poeta nescio quis (utimur enim uersu scholastico fabulantes) Captiuumq; suem mirantibus intulit Argis. Vere iste Christi discipulus gestarũ a saluatore uirtutũ, quas in exemplũ sanctis suis edidit, æmulator Christũ in se monstrabat operantem; qui sanctũ suum usquequaq; glorificans diuersarũ munera gratiarum in unũ hominen conferebat. Testatur Arborius ex præfecto, uidisse se Martini manũ sacrificium offerentis uestitam quodammodo nobilissimis gẽmis, luce micare purpurea, & ad motũ dexteræ collisarũ inter se fragorem audisse gemmarũ.

27
Martini manũs sacrificiũ offerentis. Ecce & hic Missam dici sacrificium.

Veniam ad illud, quod propter temporũ notam semper occultauit; sed nos celare non potuit. In quo illud est miraculi, quod facie ad faciẽ cũ eo Angelus est collocutus. Maximus Imperator alias sane bonus, deprauatus consilijs sacerdotũ, post Priscillianĩ necem Ithacium episcopũ Priscilliani accusatorem, cæterosq; illius socios, quos nominare non est necesse, ui regia tuebatur, ne quis ei crimini daret opera illius cuiuscunquemodi hominem fuisse damnatũ. Interea Martinus multis, grauibusq; laborantium causis ad comitatũ ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treuiros episcopi tenebantur, qui quotidie cõmunicantes Ithacio cõmunem sibi causam fecerant. His ubi nunciatum est inopinantibus adesse Martinũ, totis animis labefactanti musitare, & trepidare cœperunt. Etiampridem Imperator ex eorũ sententia decreuerat tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, depræhensis uitam & bona adimerent. Nec dubiũ erat, quin sanctorũ etiam maximam turbam tempestas illa depopulatura esset paruo discrimine inter hominum genera. Etenim tum solis oculis iudicabatur, cũ quis pallore potius, aut ueste, cẽ fide hæreticus æstimaretur. Hæc nequaquã placitura Martino episcopi sentiebant; sed male conscijs illa uel molestissima erat cura, ne se ab eorũ communione aduenies abstineret, non defuturis qui tanti uiri constantiam præmissa auctoritate sequerẽtur. Ineunt cum Imperatore consiliũ, ut missis obuiam magistri officialibus, urbem illam propius uetaretur accedere, nisi se cũ pace episcoporũ ibi consistentiũ affore fateretur. Quos ille callide est frustratus. Profitetur se cũ pace Christi esse uenturũ. Postremo ingressus nocturno tempore adĩt ecclesiam tantũ orationis gratia. Postero die palatiũ petit. Præter multas, quas enumerare longũ est, has principales petitiones habebat, pro Narsete comite, et Leucadio præside, qui ambo Gratiani, partium fuerant pertinacioribus studijs, quæ non est huius temporis explicare, iram Imperatoris emeriti: illa præcipua cura, nec tribuni cũ iure gladiorum ad Hispanias mitterentur, Pia enim erat sollicitudo Martino, ut non solũ Christianos, qui sub illa erant occasione uexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret. Verũ primo die, atq; altero suspendit hominem callidus Imperator; siue ut rei pondus imponeret, siue quia nimis sibi implacabilis erat; seu quia (ut plerisq; tum arbitrabantur) auaritia repugnabat, siquidem in bona eorũ inhiauerat. Fertur enim uir ille multis, bonisq; actibus præditus, aduersus auaritiam parũ consuluisse: nisi ob regni necessitatem, quippe qui exhausto a superioribus principibus Reipublicæ ærario, pene semper in expeditione atq; procinctu bellorum ciuiliũ constitutus facile excusabitur pro quibuslibet occasionibus subsidia Imperio parauisse.

Interea episcopi ad quorũ cõmunionem Martinus nõ ibat, trepidi ad regem cucurrunt, prædamnatos se conquerentes, actũ esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solos palam lata sententia condemnauerat, Martini armaret auctoritas: non oportuisse hominem recipi mœnibus; illũ iam non defensorem hæreticorũ, sed uindicem: nil actũ morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius ultionem. Postremo prostrati cũ fletu, & lamentatione potestatem regiam implorant, ut utatur aduersus unũ hominem ui sua. Nec multũ aberat, quin cogeret Imperator Martinũ cum hæreticorũ sorte misceri. Sed ille licet episcopi nimio fauore esset obnoxius, non erat nescius Martinũ fide, sanctitate, ac uirtute cunctis præstare mortalibus. Alia longe uia sanctũ uincere parat; ac primum secreto accersitũ blande appellat, hęreticos iure damnatos more iudiciorum publicorũ, potius q̃ insectationibus sacerdotũ; non esse causam, qua Ithacĩ, cæterorumq̃ partis eius cõmunionem putaret esse damnandam: Theognistũ odio potius q̃ causa fecisse dissidiũ, eundemq̃ tamen solũ esse, qui se a cõmunione interim separaret a reliquis; nihil nouatum, quin etiam ante paucos dies habita synodus Ithaciũ pronũciauerat culpa nõ teneri. Quibus cũ Martinus parum moueretur, rex ira accẽditur, ac se de conspectu eius abripit: & mox percussores ĩs, pro quibus Martinus rogauerat, dirigũtur. Quod ubi Martino compertũ iam noctis tempore est, palatiũ irrupit, spondet, si parceretur, se cõmunicaturũ, dummodo & tribuni iam in excidiũ ecclesiarũ ad Hispanias missi retraherentur. Nec mora intercessit, Maximus indulget omnia. Postero die Felicis episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane uiri, & plane digni, qui meliore tẽpore sacerdos fieret. Huius diei cõmunionem Martinus iniuit, satius æstimans ad horam cedere, q̃ his non consulere, quorũ ceruicibus gladius imminebat. Veruntamen summa ui episcopis nitentibus, ut cõmunionem illam subscriptione firmaret, extorqueri nõ potuit. Postero die se inde pripiẽs, cũ reuertens in uia mœstus ingemiscceret, se uel ad horã noxię cõmunioni fuisse permixtũ, haud longe a uico, cui nomen est Andethanna, quæ uastas solitudines syluarũ secreta patiuntur, progressis paululũ comitibus, ille subsedit, causam doloris, & facti, accusante, ac defendente inuicẽ cogitatione, peruoluens. Astitit ei repente Angelus: Merito, inquit, Martine cõpungeris, sed aliter exire nequisti; repara uirtutem, resume constantiam, ne iam non periculũ gloriæ, sed salutis incurras. Itaq; ab illo tẽpore satis cauit cũ illa Ithacianæ partis cõmunione miscerí. Cæterũ cum quosdam ex energumenis tardius q̃ solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cũ lachrymis fatebatur, se propter cõmunionis illius malũ, cui se ipse uel puncto temporis necessitate, non spiritu miscuisset, detrimentũ sentire uirtutis. Sexdecim postea uixit annos: nullã synodũ adĩt, ab omnibus episcoporũ conuẽtibus se remouit. Sed plane, ut experti sumus, imminutam ad tempus gratiam multiplici mercede reparauit.

28 *Communione hæreticorum uel ad modicum, Martinus diuinam in se gratiam ad tempus imminutam cognouit.*

Vidi postea ad fores monasterĩ ipsius adductum Energumenum, & priusq̃ limen attingeret fuisse curatũ. Testantem quẽdam nuper audiui, cũ in Tirrheno mari cursu illo, quo Romam tenditur, nauigaret, subito turbinibus exortis extremũ uitæ omnibus fuisse discrimen. In quo cũ quidam Ægyptius negociator, nec dum Christianus magna uoce clamauerit: Deus Martini eripe nos mox tempestatem fuisse sedatam, secq̃ opta-

tum cursum cū summa placidi æquoris quiete tenuisse.

Lycontius ex uicarius uir fidelis, cū familiam illius lues extrema uexaret, & inauditæ calamitatis exēplo per totam domū corpora ægra procumberent, Martini per literas implorauit auxiliū. Quo tēpore uir beatus rem esse promisit difficilem impetrari; nam spiritu sentiebat domū illam diuino numine uerberari: tamen nō prius destitit, septem totos dies, totidemq; noctes orando, & ieiunando continuans, q̄ id, quod exorandum receperat, impetraret. Mox ad eum Lycontius diuina expertus beneficia peruolauit, nuncians, simul, & agens gratias, domū suam omni periculo liberatam. Centū etiam argenti libras obtulit, quas uir beatus nec respuit, nec accepit, sed prius q̄ pondus illud monasterij limen attingeret, redimendis id captiuis continuo deputauit. Et cū ei suggereretur a fratribus, ut aliquid ex eo in sumptus monasterij reseruaret; omnibus in augusto esse uictū, multis deesse uestitū: Nos, inquit, ecclesia & pascat, & uestiat, dummodo nihil nostris usibus quæsisse uideamur.

29 *Vide sancti uiri assiduitatem in orando, & ieiunando, & tamē quidam peruersi nostro tempore utrunque derident.*

Succurrunt hoc loco uiri illius magna miracula, quæ facilius admirari possum q̄ referre. Agnoscitis profecto quod dico: multa sunt illius, quæ non queant explicari; ueluti istud est, quod nescio an ita ut gestū est, a nobis possit exponi. Quidam e fratribus (nomen non ignoratis, sed cælanda persona est, ne sancto uiro uerecundiam fecerimus) quidam ergo, cum ad fornaculam illius carbonū copiam reperisset, & admota sibi sellula diuaricatis pedibus super ignē illum nudato inguine resideret, cōtinuo Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam, magna uoce clamans: Quis (inquit) nudato inguine nostrū incestat habitaculū? Hoc ubi ille frater audiuit, & ex conscientia quod increpabatur agnouit, continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem suū non sine Martini uirtute confessus.

Quodam itidem die dum in area, quæ parua admodū tabernaculum illius ambiebat, in illo suo, quod nostis, omnes, sedili ligneo resedisset, uidit duos dæmones in excelsa illa, quę monasterio supereminet, rupe consistere; inde alacres, ac lætos uocem istiusmodi adhortationis emittere. Eia te Brici: Eia te Brici: Credo cernebant miserū eminus propinquantē, conscį quātā illi rabiem spiritus suscitassent. Nec mora Bricius furibūd? irrupit; ibi plenus insania euomuit in Martinū mille conuitia. Obiurgatus enim pridie ab eo fuerat, cur qui nihil unq̄ ante clericatum, quippe in monasterio ab ipso Martino nutritus habuisset, equos aleret, mancipia compararet. Nam illo tempore arguebatur a multis quod non solū pueros, sed etiam puellas scitis uultibus coemisset. Quibus rebus infelicissimus insano felle cōmotus, & ut credo, præcipue dæmonū illorum agitatus instinctu, Martinum ita aggressus est, ut uix manibus temperaret; cū quidem sanctus uultu placido, mente tranquilla, infelicis amentiam permitia uerba cohiberet. Sed ita in eo nequam spiritus redundabat, ut ne sua quidem illi, quamuis uana admodū, mens subesset: tremētibus labijs in certoq; uultu decolor præ furore rotabat uerba peccati, se asserens sanctiorem; quippe quia a primis annis in monasterio inter sacras ecclesiæ disciplinas, ipso Martino educante creuisset: Martinū uero, et a principio, quod ipse diffiteri non posset, militiæ artibus sorduisse, & nūc per inanes superstitiones, & phantasmatica uisionum ridicula prorsus inter deliramēta senuisse. Hæc cū multa, atq; alia etiā, quæ reticere melius est, acerbiora uo-

ra uomuisset, egressus tandem furore satiato, quasi qui se penitus uindicasset, rapidus ea parte, qua uenerat, recurrebat; Cū interea (credo per Martini orationes) fugatis ab illius corde dæmonibus, reductus in penitentiā mox reuertitur, atq; ad Martini se genua prosternit; ueniam poscens fatetur errorem, nec sine dæmone se fuisse tandem sanior confitetur. Non erat apud Martinū labor iste difficilis, ut ignosceret supplicanti. Tum et ipsi, & nobis omnibus sanctus exposuit, qualiter illum uidisset a dæmonibus agitari; se conuicijs non moueri, quę magis illi, a quo essent effusa, nocuissent. Exinde cū idem Bricius multis apud eum, magnisq; criminibus persæpe premeretur, cogi uon potuit, ut eum a presbyterio submoueret, ne suam persequi uideretur iniuriam: illud sæpe cōmemorans: si Christus Iudam passus est, cur ego non patiar Bricium?

Ad hæc Postumianus: Audiat, inquit, istud exēplū noster iste de proximo, qui cū sit sapiens memor præsentiū, immemor futurorū, si fuerit leuites offensus insanit, in sua se nō habens potestate; sæuit in clericos, crassatur in laicos, totumq; terrarū orbem in suam cōmouet ultionē. In qua per triennīū iugiter dimicatione consistens, nec tēpore, nec ratione sedatur. Dolenda hominis, & miseranda cōditio, etiam si hac sola insanabilis mali peste premeretur. Verū ista ei patientię, & tranquillitatis exempla referre sæpius, Galle, debueras, ut nesciret irasci, & sciret ignoscere: Qui si istum ipsum breuiter incertū sermonem meū in se prolatū forte cognouerit, sciat non magis ore inimici, q̄ amici animo me locutū. Quia si fieri posset, optarem ut Martino potius episcopo, q̄ Phalari tyranno similis diceretur. Sed istum, cuius cōmemoratio parū suauis est, transeamus: & ad Martinum nostrum, Galle, redeamus.

Tum ego, cū iam adesse uesperum occiduo sole sentirem, dies, inquam, abiit, Postumiane: surgendū est; simul tam studiosis auditoribus cæna debetur. De Martino autem expectare non debes, ut ulla sit meta referendi: latius ille diffunditur, q̄ ut ullo ualeat sermone concludi.

DE TRANSITV SANCTI MARTINI.

Sulpicius. Martinus igitur obitū suum longe ante præsciuit, dixitq; fratribus, dissolutionē sui corporis imminere. Interea causa extitit, qua Condatensem dioceſim uisitaret. Nā clericis inter se ecclesiæ illius discordantibus, pacem cupiens reformare, licet finem dierū suorum non ignoraret, proficiſci tamen ob istiusmodi causam non recusauit, bonam hanc uirtutum suarū consumationem existimans, si pacē ecclesiæ redditam reliquisset. Ita profectus cū suo illo ut semper frequentissimo discipulorū sanctissimoq; comitatu, mergos in flumine conspicatur piscīū prædam sequi, & rapacem ingluiem assiduis urgere captiuis, Forma, inquit, hæc dæmonū est: Insidiantur incautis, capiunt nescientes, captos deuorant, exaturariq; non queunt deuoratis. Imperat deinde potenti uirtute uerborū, ut eum, cui inuatabant, gurgitem relinquentes, aridas peterent, desertasq; regiones; eo nimirū circa aues illas usus Imperio, quo dæmones fugare consueuerat. Ita grege facto, omnes in unū illæ uolucres congregatæ, relicto flumine, montes, syluasq; petierunt, non sine admiratione multorū, qui tantam in Martino uirtutem uiderunt, ut etiam auibus imperaret.

Aliquandiu ergo in uico illo uel in ecclesia, ad quam iuerat, commoratus, pace inter clericos restituta, cū iam regredi ad monasteriū cogitaret,

uiribus corporis cœpit repente destitui. Conuocatisq; discipulis iudicat se iam resolui. Tum uero mœror, & luctus omniũ, uox una plangentiũ: Cur nos, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis? Inuadẽt enim gregem tuũ lupi rapaces; Et quis eos a morsibus, percusso pastore, prohibebit? Scimus quidem desiderare te Christũ, sed salua tibi sunt tua præmia, nec dilata minuentur; nostri potius miserere, quos deseris. Tum ille motus his fletibus, ut totus semper in domino misericordiæ uisceribus affluebat, lachrymasse perhibetur. Conuersusq; ad dominũ hac tantũ flentibus uoce respondit: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; Fiat uoluntas tua. Nimirũ inter spem, amoremq; positus dubitauit pene quid mallet, quia nec hos deserere, nec a Christo uolebat diutius separari. Nihil tamen in uoto suo ponens, aut uoluntati relinquens, totũ se domini arbitrio, protestaticq; cõmittens. Nonne tibi his paucissimis uerbis dicere uideretur: Grauis quidẽ est, domine, corporeæ pugna militiæ, & iam satis est quod huc usq; certaui? Sed si adhuc in eodem labore pro castris tuorũ stare me præcipis, non recuso nec fatiscentẽ causabor ætatẽ. Munia tua deuotus implebo, sub signis tuis quoad ipse iusseris, militabo. Et quamuis optata sit senio fessio post laborem, est tamen animus uictor annorũ, & cedere nescius senectuti. At si iam parcis ætati, bonum mihi est, domine, uoluntas tua. Hos uero, quibus timeo, ipse custodias. O uirũ ineffabilẽ, nec labore uictũ, nec morte uincendũ, qui in nullã se partẽ pronior inclinauerit, nec mori timuit, nec uiuere recusauit.

30 *Etiam tempore mortis Martinus per noctem erat in orationibus, et uigilijs, incinereq; & cilicio recubans.*

Itaq; cũ iam per aliquot dies ui febrium teneretur, non tamen a Dei opere cessabat: pernox in orationibus, & uigilijs fatiscentes artus spiritui seruire cogebat, nobili illo strata suo in cinere & cilicio recubans. Et cũ a discipulis rogaretur, ut saltem uilia sibi sineret stramenta supponi: Non decet, inquit, filij, Christianũ nisi in cinere mori. Ego si aliud nobis exemplũ relinquo, ipse peccaui. Oculis ac manibus in cœlũ semper intentus, inuictum ab oratione spiritũ non relaxabat. Et cũ a presbyteris, qui tunc ad eum confluxerant, rogaretur, ut corpusculũ lateris mutatione releuaret: sinite, inquit, sinite me fratres, cœlum potius respicere q̃ terrã: & suo iam itinere iturus ad dominũ spiritus dirigatur. Hæc locutus diabolum uidit prope assistere. Quid hic, inquit, astas, cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies: Abrahę me sinus recipiet. Cum hac ergo uoce fatigatum diuinis

31 *In corpore Martini mortui, glorificati hominis gloria uisa est. Quod nota tu hæretice qui sanctorũ reliquijs adeo infensus es.*

operibus spiritum cœlo reddidit. Testaticq; nobis sunt, qui affuerunt, iam exanima corpore glorificati hominis gloriam se uidisse. Vultus luce clarior retinebat, cũ membra cætera ne tenuis quidẽ macula fuscaret. In alijs etiam, & in illo tantũ artubus non pudendis septennis quodãmodo pueri gratia uidebatur. Quis istum uncq; cilicio tectũ, quis cineribus crederet inuolutũ? Ita uitro purior, lacte candidior, iam in quadam futuræ resurrectionis gloria, & natura demutatæ carnis ostensus est.

32 *Funus solenne D. Martini.*

Iam uero in obsequiũ funeris credi non potest, quanta hoium multitudo cõuenerit, Tota obuiã corpori ciuitas ruit. Cuncti ex agris, atq; uicis; multiq; ex uicinis etiã urbibus affluerunt. O quantus luctus oium: quanta præcipue mœrentiũ lamenta monachorũ, qui eo die fere ad duo milia cõuenisse dicuntur. Specialis Martini gloria; eius exemplo in domini seruitute stirps tanta fructificauerat. Agebat nimirũ ante se pastor extinctus greges suos, sanctæ illi? multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, & aut

emeritos ſenes,aut iuratos Chriſti in ſacramenta tyrones. Tum uirginũ chorus fletu abſtinens præ pudore, cum lætandũ illi potius eſſe ſentiret, quẽ iã ſuo dñs gremio confoueret, q̃ ſancto diſſimulabat gaudio, quod dolebat? Siquidẽ fides flere prohiberet,gemitũ extorqueret affectus. Etenim tã erat ſancta de illius gloria exultatio, q̃ pia de morte cõfuſio. Ignoſce flentibus,gratulare gaudentibus; quia & piũ eſt gaudere Martino,& piũ eſt flere Martinum, dũ unuſquiſq; & ſibi præſtat ut doleat, & illi debet ut gaudeat. Hęc igitur beati uiri corpus uſq; ad locũ ſepulchri hymnis canora cœleſti turba proſequitur. Cõparetur,ſi placet,ſecularis illa pompa non dicã funeris,ſed triũphi. Quid ſimile Martini exequijs conferetur? Ducant illi præ curribus ſuis uinctos poſt terga captiuos: Martini corpꝰ hi,qui mundũ ducatu illius uicerant, proſequuntur. Illos confuſis plauſibus populorũ honoret inſania: Martino diuinis plauditur pſalmis: Martinus hymnis cœleſtibus honoraẽ. Illi poſt triũphos ſuos in tartara ſæua traduntur: Martinus Abrahæ ſinu lætus excipitur: Martinus hic pauper, & modicus cœlum diues ingreditur.

Cum hymnis canora turba proſequitur corpus Martini uſq; ad locum ſepulchri. Hoc modo ſepeliuntur Chriſtiani.

Arcadio igitur,& Honorio imperantibꝰ,ſanctus Martinus Turonorũ epꝰ plenus uirtutibꝰ,& ſanctitate,prębens infirmis multa beneficia octogeſimo primo ętatis ſuę anno,epatus aũt uigeſimo ſexto,apud Cõdatenſem dioceſis ſuæ uicũ excedens a ſeculo feliciter migrauit ad Xpm. Tranſijt aũt media nocte,q̃ dominica habebaẽ, Attico, Cęſareoq; conſulibꝰ. Multi enim in eius tranſitu pſallentiũ uoces audierũt in cœlo: quod in libro uirtutũ eius primo plenius expoſuimꝰ. Nam cum primũ ſanctus Dei apud Condatẽſem,ut diximus,uicũ ægrotare cœpiſſet, Pictaui populi ad eius tranſitum,ſicut & Turonici conuenerũt. Quo migrante, grandis altercatio inter utrunq; populum ſurrexit. Dicebant enim Pictaui: Noſter eſt monachus,nobis Abbas extitit; nos requirimus cõmendatũ: ſufficiat uobis,q; dum eſſet in mũdo,uſi fuiſtis eius colloquio, participaſtis conuiuio,firmati fuiſtis benedictionibꝰ,inſuper & uirtutibꝰ iucũdati. Sufficiant uobis iſta oĩa:nobis liceat auferre uel cadauer exanime. Ad hęc Turonici reſpondebãt:ſi uirtutes nobis factas ſufficere dicitis, ſcitote quia uobiſcũ poſitus amplius eſt, q̃ hic operatꝰ. Nam ut prętermittamus plurima,nobis ſuſcitauit duos mortuos,unũ nobis. Et ut ipſe ſæpe dicebat: Maior ei uirtus ante epiſcopatũ fuit, q̃ poſt epiſcopatũ. Ergo neceſſe eſt,ut quod nobis cum nõ impleuit uiuus,expleat uel defunctus. Vobis eſt enim ablatus,nobis a Deo donatus. Verũ ſi mos antiquitus inſtitutus ſeruaẽ,in urbe,qua ordinatus eſt,habebit deo iubente ſepulchrũ. Certe ſi eũ pro monaſterij priuilegio cupitis uendicare, ſcitote quia primũ ei monaſteriũ cũ Mediolanenſibꝰ fuit. His ergo litigantibꝰ,ſole ruente dies claudiẽ, corpꝰ q̃ in medio poſitũ ab utroq; ppłoꝰ cuſtodiẽ, futurũ ut mane facto a Pictauis per uiolentiam auferẽ. Sed Deus omnipotens noluit urbem Turonicam proprio fruſtrari patrono. Denicq; nocte media oẽs Pictaui a ſomno fallacię comprimunẽ,nec ullus ſuperfuit, q ex tãta multitudine uigilaret. Igiẽ ubi Turonici eos obdormiſſe conſpiciũt, appręhenſam ſanctiſſimi corporis glebam alij per feneſtram eijciũt,alij a foris ſuſcipiũt. Poſitãq; in naui,cũ omni populo per Viennam fluuiũ deſcendũt. Ingreſsiq; Ligeris alueũ ad urbem Turonicam cũ magnis laudibꝰ pſallentium dirigũt iter. De quorum uocibꝰ Pictaui expergefacti nihil de theſauro, quẽ cuſtodie

bant, habentes, cum magna confusione ad propria sunt reuersi. Et cives Turonici tripudiãtes cũ sãctissimi uiri corpe ad urbẽ Turoni. sũt regressi.

Beatus aũt seuerinus Colonien sis ciuitatis eps, uir honestæ uitę, & per cuncta laudabilis, cũ die dominico loca sancta ex consuetudine post matutinos cũ suis clericis circuiret hora, illa qua uir beatꝰ obꝫt, audiuit chorum canentiũ in sublimi. Vocatoq; Archidiacono interrogat, si aures eiꝰ percuterent uoces, quas ille attentius audiret. Respondit nequaq;. Tunc ille diligentius, inqt, ausculta. Archidiaconus aũt cœpit sursum collũ extendere, aures erigere, & super summos articulos baculo sustentante stare. Sed credo eũ non fuisse æqualis meriti, a quo hæc non merebant audiri. Tunc prostrati terræ ipse pariter, & beatꝰ eps deprecabantur, dñm ut hoc ei diuina pietas audire permitteret. Erectis aũt, rursum interrogat senex: Quid audis? Qui ait: Voces psallentiũ tanq; in cœlo audio; sed quid sit, prorsus ignoro. Cui ille: Ego tib qd sit narrabo: Dñs meus Martinus Eps migrauit ex hoc mundo; & uunc Angeli canendo eũ deferunt in excelsum. Et ut parumper mora esset, ut hæc audirent, diabolus eũ cum iniquis suis Angelis retinere tentauit; nihilq; in eodem suũ reperiens, confusus abscessit: Quid ergo de nobis peccatoribꝰ erit, si tm̃ sacerdotem uoluit pars iniqua nocere? Hæc sacerdote loquente notat tempus Archidiaconus Turonũ misit uelociter, qui hoc diligenter inquireret. Qui ueniens eo die & hora manifestissime cognouit transisse beatũ uirum, quo sanctus Seuerinus audiuit psallentiũ chorũ. Sed & si ad seueri recurramus historiam, ipsa hora eũ sibi scripsit cum libro uitæ suæ fuisse reuelatum.

Eo tempore beatꝰ Ambrosius, cuius hodie flores eloquũ per totam ecclesiam redolent, Mediolanensi ciuitati præerat episcopus: cui celebranti festa dominicæ diei ista erat consuetudo, ut ueniens lector cũ libro non antea legere præsumeret, q̃ nutu sanctus præcepisset. Factũ est autem ut illa die dominica prophetica lectione iam lecta, ante altare stãte, q lectionem beati Pauli proferret, beatissimꝰ Antistes Ambrosius super altare obdormiret. Quod uidentes multi, cũ nullus eum excitare præsumeret, transactis fere duarũ aut trium horarũ spacijs, excitauerunt eũ dicentes: Iã hora prętetiꝫt; iubeat dñs Episcopus lectori lectionem legere: expectat enim populus ualde iam lassus. Respondens aũt beatus Ambrosius: Nolite, inquit, turbari; multũ mihi ualet sic obdormisse, qa miraculum magnũ dñs mihi ostendere dignatus est. Nam noueritis fratrem meũ Martinũ sacerdotem de corpore egressum fuisse; me aũt eius funeri obsequiũ prębuisse. Peractoq; ex more seruitio, capitellam tm̃, uobis excitantibus, non expleui. Tunc illi stupefacti pariter, & admirantes diem & tps notant. Qui sollicite requirentes ipsam diem, tempusq; reperiunt, quo beatus confessor dixerat se eius obsequijs deseruisse.

34 *Si D. Ambrosius in spiritu interfuit exequijs sancti Martini, & illas per miraculũ celebrauit, qũo audent quidam dicere hæc uana esse, superstitiosa & a clericorum cupiditate inuẽtat? An uanis rebus & superstitiosis & propter lucrum duntaxat inuentis, deus testimoniũ perhibet?*

O beatũ uirum, in cuiꝰ transitu sanctorũ canit numerus, Angelorũ exultat chorus, omniumq; cœlestiũ uirtutum occurrit exercitus: diabolus prę sumptione confundit; ecclesia uirtute roborat; sacerdotes reuelatione glorificantur. Quem Michael assumpsit cũ Angelis, Maria susćepit cum uirginum choris, paradisus retinet lætũ cum sanctis. Sed qd nos in laudem eius tentamus, quod nõ sufficimus adimplere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab eius ore nunq; recessit. Nam nos utinam uel simplicem possimus historiam explorare. Igitur si quis requirat, cur post transitũ Gratia

35 *Anima Martini in paradiso.*

ni epiſcopi unus tm̃, ideſt Lidorius uſq; ad ſanctũ Martinum fuiſſet; noue rit q; obſiſtẽtibus paganis diu ciuitas Turonica ſine benedictione ſacerdotali fuit. Nam Chriſtiani, q eo tempore uidebañ, occulte per latebras diuinum officiũ celebrabañ. Nam ſi qui a paganis reperti fuiſſent Chriſtiani, aut afficiebañ uerberibus, aut gladio truncabantur. A paſsione ergo domini uſque ad tranſitum ſancti Martini anni quadringenti duodecim computantur.

ITEM ALIA SANCTI MARTINI VITA per Diuum Bernardum Abbatem ſcripta.

Eſt ſermo habitus in die feſtiuitatis eius.

Vto ſermonem a nobis expetit tam ueſter iſte conuentus, q̃; aduentus horũ honorabilium perſonarũ, quas de lõginquo
p gratulamur adeſſe. Sane audirem eos ipſe libentius: ſed qm̃ eligunt, immo & exigunt magis ut lo quar, mihi, ſi non licet audire eos, eis neceſſe eſt obaudire. Equidem uiuus eſt nobis ſermo tam multa mãſuetudo eorũ, qua uidelicet meritis ſanctiores, dignitate ſuperiores, ſapientia locupletiores, non modo ad uiſitandos, ſed etiam ad audiendos nos dignati ſunt declinare; efficax eruditio, & omni digna acceptione doctrina. Siquidẽ non uerbo, & lingua, ſed opere, & ueritate nos admonent, imitatores ſuos eſſe, ſicut ipſi ſunt Chriſti, & diſcere qđ ab ipſo utiq; didicerũt, mites eſſe, & humiles corde. Sic Maria Elizabeth petiẽt, coniugatam uirgo; ancillam domina, præcurſoris matrem iudicis mater, Dei genitrix ſeruuli genitricem. Sic poſtmodũ Ieſus etiam ipſe Ioannem adĩt, & adĩt baptizandus, utpote quẽ decebat implere omnem iuſtitiam. Vos quoq; reuerendi patres deteriorẽ nobis non facitis partẽ ueſtram. Ad audiendũ quippe etiam, q̃; ad loquendũ uelociores, et inter ipſos, queſtro magis eguerant documento. Nam nos qdem, quia omnem non poſſum⁹ implere iuſtitiam, uel nonnullam uobis exhibere curamus iuſtũ eſſe non ignorantes, inferiorem ſuperiorib⁹ obedire. Sed unde loquemur; Qui de terra eſt, de terra loquit̃, ait uox illa clamantis. De terra ergo loquamur, qa de terra ſubſiſtimus, & in terra.

Opportunè igit̃ iam Martinus ad mediũ ueniat, ut de medio fiat occaſio peccatorũ. Hodie enim ille per omnia ſimilis nobis plane, & ſenſibilis, & paſsibilis, ſed & longe poſt illa patriarchaliũ, et propheticarũ temporа uiſionũ; & homo purus, nihil de natura diuinitatis habens, credens aũt in eũ, quem non uidit, plenus fructu obedientiæ', & uirtutũ locuples, ſolũ deſeruit, polum ſubĩt, terræ commendans, quod habebat è terra, ſpiritũ dirigens ad patrem ſpirituũ, cui fideliter in adoptionis ſpiritu deſeruiuit. Non fuit cœleſte corpus, ſed nec ſpiritus qdem cœleſtis, rationale animal etiam & mortale, terrigena, filius hominis. In terra natus eſt, in terra educatus, in terra exercitat⁹, & probatus, in terra etiã conſummatus. Nec uero patriarcha erat, aut unus ex prophetis. De qbus ſanè in Euangelio ueritas ait: Quia lex, & prophetæ uſq; ad Ioannẽ. Multo magis non erat ipſe Chriſtus: ſed erat tñ Chriſtus in ipſo, haud aliter utiq;, q̃; per fidem.

Enimuero iuxta hũc modũ etiam modo prope eſt uerbũ in corde tuo, & in ore tuo, tm̃ ſi recto quæſieris corde. Nempe Apoſtolo interpretante, Verbũ fidei iſtudeſt, de quo Moyſes ait. Vnde & alibi idem Apoſtolus, Ieſus Chriſtus, ingt, heri, & hodie, & in ęternum. Heſternũ quidem ab ini

tio seculi usq; ad dominicam ascensionem: hodiernũ uero diem exinde usque ad seculi consummationem: porrò æternũ intellige post communem omniũ resurrectionem. Nulli horũ deest Christus, nulli deest Iesus, nulli deest unctio, nulli salus Patriarchis, & prophetis in uisione exhibitus est, Apostolis in humanitate, Martino in fide, Angelis iam in specie. Quam sanè speciem & electis omnibus ostensurũ sese promiserat, non quidẽ hodie, sed in æternum. Denicq; iam transierat heri, iam illud nostrũ illuxerat hodiernum; cũ Apostoli loquerentur: Et si cognouimus Christũ secundũ carnem, sed iam non nouimus. Videt tamen etiam in hoc mane de carnibus agni nonnihil esse seruatũ, sed quod residuũ est, utiq; iam datur igni, quod uidelicet usq; hodie eadem caro nobis, sed spiritualiter utiq;, nõ carnaliter exhibeatur. Necq; enim est quod causemur nostro huic negatam tempore, siue eam, quę ad patres ueteris testamenti factam apparitionẽ, siue eam, q̃ apostolis exhibita est præsentiam carnis eius. Siquidem fidei considerantib⁹ neutram deesse liquebit. Adest enim nobis etiam nũc carnis ipsius uera substantia: haud dubiũ sanè quia in sacramento, assunt reuelationes, sed in spiritu, & uirtute, ut tempori gratiæ, quod nunc est, nihil in ulla gratia deesse probet. Denicq; nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, q̃ præparauit Deus diligentib⁹ se, nobis tñ reuelauit per spiritum suũ. Nec mireris q⁹ carnales eis manifestationes exhibuit, qui carnalem eius præstolabant aduentum. Nobis enim tanto efficacior gratia, & reuelatio dignior necessaria est, quanto nimirum excellentiora constat esse, quæ expectamus.

36

Vera substantia carnis saluatoris nostri adest nobis in sacramento. Quod nota cõtra hæreticos nostri ipis illud negantes.

Itaq;, ut supra diximus, Martinus iste Christus non fuit, sed tñ Christũ habuit, non qũo angeli in præsentia maiestatis, non quomodo Apostoli in uisione humanitatis, nõ qũo olim locutus est in uisione sanctis suis; sed quomodo eũ etiam nunc habet Ecclesia in fide, & sacramentis. Non erat ille lux, sed lucerna planè ardens, & lucens. De Ioanne dictum est: sed si illum protulero puto dicetis; Maximus hominũ est; plusq; propheta est; et Angelus est Dei Patris, sicut ipse testat: Ecce mitto Angelũ meum &c. Et Martinus lucerna erat ardens, et lucens. eũ saltem non pigeat imitari. Sed imitari in eo, quod est imitabile, non aũt quod mirabile exhibetur.

Ad mensam diuitis sedes hodie: diligenter considera, quæ tibi apponũtur. Discerne inter cibos, & uasa ciborũ. Illos enim iuberis tollere, sed nõ illa. Diues est iste Martin⁹, diues in meritis, diues in miraculis, diues in uirtutibus, diues in signis. Diligenter ergo considera quæ apponunt tibi: quę nam uidelicet ad admirationẽ: quæ uerò ad imitationem. Aut certe qa sequitur in scriptura illa; qm̃ talia oportet te præparare, diligenter considera quid apponit, & in quo. Suscitauit Martin⁹ tres mortuos, quantos nimirum saluatorem legerat suscitasse. Reddidit uisum cœcis, surdis auditũ, mutis loquelam, claudis gressum, aridis sospitatem. Euasit diuina uirtute pericula, ꝓprij corporis obice flammas repulit, immanem sacrilegæ machinæ molem colũna parili cœlo descendente ꝓstrauit, leprosum mundauit osculo, curauit oleo paralyticũ, dæmones uicit, angelos uidit, futura præuidit. Verũ hæc quidem, cæteraq; eiusmodi altissima, quæ fecit magnalia, quidni mirifica q̃dam uasa dixerim diuitis huius, auro grauia, gemmis micantia, paritercq; materia, & opere preciosa? Noli in his saporẽ quę rere, sed mirare splendorem. Luceat in hmõi lucerna nostra, ut in lumine

eius uideamus lumen, quod quidem purũ, prout in se est, necdũ præuales intueri. Non enim est iste lux, sed ut testimoniũ phibeat de lumine, & appareat tibi interim gloriosus Deus in sancto suo, dũ nõ potes ad gloriam eius, sicut est in seipso. Cęterũ ne putaueris ornatas quidem Martini lampades, sed uacuas inueniri, non est fatua uirgo, habet in uasis oleũ, habet uinum in phialis, habet intra paropsides istas ciborũ copiam, delitias utiq; spiritales, ut non modo uideant, & mirentur, sed edant pauperes, & saturentur: atq; in illis quidem Dñm laudent, porrò in his uiuãt corda eorũ. Alioquin qũo mortui laudabunt te dñe? Vt ergo sit iocunda, decoraq; laudatio, in admiratione etiã uiuant ex imitatione; & ut auidius sumãt delitias, ipsas quoq; diuitias curiosius contemplentur. Sic nimirũ inter splendorem, & feruorem lucernæ huius uicarijs quibusdã affectib⁹ discurrendũ, ut nobis alter ex altero cõmẽdet, & ex mutua collatiõe utercq; cõplacitior fiat.

Siquidem humilis fuit, & spiritu pauper iste Martin⁹, sicut euidentissime ꝓbat effectus ipse diuinæ gratiæ, quam profecto tam multã nisi multum humili non dedisset. Vt tamen pauca uirtutũ eius inditia promã, pauperem illũ spiritu beat⁹ nouit Hilarius, cũ imponere ei diaconatus officiũ tentans, nec prævalens, ꝙ indignũ sese uociferaretur, exorcistam eũ esse præcepit: in quo qdem locus iniuriæ uideretur, sciens nimirum ꝙ humilio rem ordinationem minime repudiaret. Pauper fuit, ueste sordibus, crine incultus, facie despicabilis. Quæ quidem licet in electione eius a quibusdã maliuolis obiecta fuissent, & in ipso tamen episcopatu, sicut scriptũ est, penitus non mutauit. Denicq; quia uere pauper fuit spiritu, Martinus pauper, & modicus meruit nominari. 37 *Exorcistæ gradus, humilis est ordinatio.*

Audi uero mansuetudinem eius suo illo sulpitio sic scribente: Tantã ad uersus omnes iniurias patientiam assumpserat, ut cũ esset sum⁹ sacerdos, impunè etiam ab infimis clericis lædereť, nec ꝓpter id eos aut loco unq; amouerit, aut a sua, quantũ in ipso fuit, charitate repulerit. Quod quidem in Brictio manifeste probatũ omnes uos arbitror meminisse. Eũ nempe ex omnib⁹ sibi successorem elegit, & de tanta post futura aduersitate prę monuit. Postremo in fide, & lenitate ipsius sanctũ fecit illum; ad cuius os aures suæ fuerant, cũ responderet homini, qui de eo sciscitabať, si illum delirũ quæris, prospice emin⁹. Ecce cœlũ solito sicut amens respicit. Crebro siquidem homo dei, utpote terram despiciens cœlũ suspiciebat. Nempe sciebat ad hoc sese, ut supra meminimus, rectam in corpore accepisse staturam: sciebat ille sese thesaurũ suum, sciebat illic sedere in patris dextera Christum suũ; sciebat nunq; sese, donec illuc pueniret, quod desiderabat assecuturũ. Vnde & hoc ipm quod delirus uocabatur ĩ terra, merito non attendit, cui⁹ nimirũ conuersatio esset in cœlis, cui⁹ oculi in capite suo. Sanè illuc ẽt lachrymę eius a maxilla ascẽdere consueuerant, quib⁹ sic abũdabat, ut soleret pro illo rę quoq;, qui obtrectatores sui uidebanť, stere pctis.

Sanè quantum iustitiam esurierit, tum in cæteris eius actibus, tum specialiter in idololatriæ persecutione probatum est, in templorum destructione, instatuarum deiectione, in succisione lucorum. Vbi se quoq; aliqũ non est ueritus dare discrimini, ut occasio tanti criminis de medio tollere tur. Nam misericordem eum in paupere se expertũ saluator ipse apud angelos gloriabať, datam sibi medietatem uestis ostentans. Vtinam nobis etiam miseris apud summum iudicem, in cuius admirabile tabernaculum 38 *Vides hæretice quod sancti in cœlo pro no-*

bis orant, & quod orantes magis nũc ex audiuntur a deo, quã dum erant in carne

introiuit, misericordiam illam exhibere dignetur, qua & illos olim morti destinatos, & tormentis uarijs deputatos eripuit, pro quib⁹ ante terreni iudicis ianuam nocte media scribitur iacuisse. Quomodo enim nõ audiet eum nunc, qui tunc quoq; fecit audiri?

Porrò mundiciam cordis eius illud uel maxime indicat, quod non est confusus inimico loquens in porta; nihil in me funeste reperies, Abrahæ me sinus recipit. Nam in opere pacificorum feliciter planè consummans labores suos, licet dierum suorum finem non ignoraret; clericos tũ adijt dissidentes; inter quos reformata pace, in pace ipse quieuit.

Cæterum persecutiones, quas sustinuit pp iustitiam longum est numerare; quomodo apud Iulianum Augustum in ciuitate Vuangionum intrepidus, immo & illato terrore, constantior custodiæ mancipatus est, ut inermis postero die barbaris opponeret; quomodo circa alpes subsecuri, quam in uerticem eius latro uibrabat, securissim⁹ fuit; quomodo illũ Mediolani Auxentius Arrianus grauiter insectatus, multisq; appetitum iniurijs tandem de ciuitate exturbauit; quomodo & alibi pri⁹ aduersus sacerdotum perfidias acerrime pugnans supplicijs fuit affectus, publicè uirgis cæsus, inde quoq; exire compulsus est; quõ item in cuiusdam fani euersione cum gentilis eum stricto gladio peteret, nudam ceruicem præbuit percussuro, donec ille extollens adictum dexteram cecidit resupinus; quomodo alter eum cultro ferire uoluit, sed ferrum de manib⁹ eius elapsum repente disparuit. Pro quibus omnibus dubium non est multipliciter coronari eum; qui qdem et si non semel effectu consummatæ passionis, sed toties martyr fuit affectu deuotissimę uoluntatis. Comedite iam amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Sic enim uiuit, et in talib⁹ uita spiritus uestri. Nisi forte beatos prædicat sermo diuinus, qui mortuos suscitant, cæcos illuminant, morbidos sanant, leprosos mundant, paralyticos curant, dæmonib⁹ imperant, futura p̃nuntiant, miraculis coruscant, & non magis pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes, & sitientes iustitiam, misericordes, mũdicordes, pacificos, persecutionem propter iustitiam sustinentes.

Ignoscite mihi fratres; exemplum obedientiæ paulominus præteriui: quod qdem uel solum iuxta propositum ordinem in Martino quoq; nobis conuenit exhiberi. Sanè moram facimus: sed ut arbitror, bonũ est nos hic esse. Tardius enim hodie uenimus ad Martinum. Dñe, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: Fiat uoluntas tua. O uerè sanctissimam animam, ò inæstimabilem charitatem, ò obedientiã singularem. Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem seruasti. De reliquo superest tibi corona iustitiæ, quam reddet tibi Dñs hodie iudex. Et adhuc dicis, non recuso laborem; Fiat uoluntas tua. Obtulisti plane Isaac unicũ illum, quem diligis; quod in te est, iugulasti, immolasti singulare gaudium tuũ pia deuotione, paratus redire iterum in pericula, innouare certamina, denuo subire laborẽ, sustinere tribulationem, prolongare tentationem, deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu desiderata societate spirituũ beatorũ, atq; in huius mortalitatis ærumnas ab ipso introitu gloriæ reuocari, postremo, quod maximũ est, a Christo tuo peregrinari diutius, si modo ipse uoluisset. Nec sanè dubium, quin ampliorem gratiam mereat, qui paratum se exhibet, etiam ante mandatum, quam q obedire satagit post mandatum.

Magna

Magna quidem obedientia uestra Angeli sancti, sed qđ dicere audeã pace uestra, nescio an inueniat in uobis quisquam paratus in tale aliqñ ministeriũ mitti; in quo necesse habeat nõ uidere faciẽ patris. Magnũ est Petre, quod Dñm secuturus omnia reliquisti: sed audiui te in monte dicentẽ, ubi transfiguratus est coram uobis: Domine, bonũ est nos hic esse; faciamus hic tria tabernacula: Non est hoc; si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Paratũ cor tuũ Martine, paratum cor tuũ, siue manere in corpore, siue dissolui, & esse cũ Christo. Et magna quidem in horrenda morte securitas, magna in uisione Christi desideranda, & tam feruenter, ac singulariter desideranda perfectio reperit: sed id quidem longe amplius per omnem modũ, q̃ qui mori non metuis, immo q̃ tantó desiderio præsentiam domini concupiscis, uiuere quoq; non renuis, & expectatione molestissima fatigari. In quo ei alio non obedire potuerat, q̃ in hoc tanto articulo tam deuote clamabat; Fiat uoluntas tua?

Hæc ergo pars nostra sit fratres in conuiuio hodierno: Hãc nobis obedientiam in mensa pauperimi iam diuitis huius appositam diligenter consideremus, scientes qm̃ ipsa est, quæ a nobis exigitur, ipsa, quam oportet nos p̃parare; ut singuli quiq; dicamus: Quia paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Nec modo semel, aut in parte: sed paratum cor meũ Deus, paratum cor meũ, paratum ad utrunq;, & in nullo tuam præscribens dispositionem. Forte hoc cupio, & specialiter, & uehementer; sed ne quidem illud recuso, sicut fuerit uoluntas in cœlo, sic fiat. Desidero requiem, sed non recuso laborem: Fiat uoluntas tua.

VITA SATYRI FRATRIS D. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI PER EUNDEM CONSCRIPTA,

Est oratio funebris in morte ipsius. Quæ habetur Tomo 3. operum eiusdem fol. 16.

Eduximus fratres dilectissimi hostiam meam, hostiam incõtaminatam, hostiam Deo placentem, dñm & fratrem meũ
d Satyrum. Memineram quippe eum esse mortalem, nec fefellit opinio, sed superabũdauit gratia. Itaq; nihil habeo qđ quęrar: sed habeo in quo Deo gratias agam: qa semp optaui, ut si q̃ perturbationes uel Ecclesiam uel me manerent, in me potius ac meam reciderent domum. Deo igit gratias, qa in hoc oĩum metu, cũ omnia motib⁹ sint suspecta barbaricis, communem mœrorem priuato dolore transegi, et in me conuersum est quicquid timebam⁹ oẽs. Atq; utinam hic consumatum sit, ut dolor meus publici doloris redemptio sit. Nihil qdem habui, fratres charissimi, in rebus humanis tanto fratre preciosius, nihil amabilius, nihil charius. Sed præstant priuatis publica, Ipsius quoq; si quis sentẽtiam scisciteret, mallet occidi pro alĩs, q̃ sibi uiuere. Propterea enim pro omnib⁹ secundum carnem Christus est mortuus, ut non nobis solis uiuere disceremus. Accedit illud q̃ ingratus diuinitati esse nõ possum. Lætandum est enim magis, q̃ talem fratrem habuerim, q̃ dolendũ quod fratrem amiserim. Illud enim munus, hoc debitum est. Itaq; perfunctus sum, quãdiu licuit, commisso mihi fœnore: qui deposuit pignus, recepit. Nihil interest utrũ abiures depositum, an doleas restitutum. In utroq; enim fidei ambiguũ, uitæ periculum est. An si pecuniam neges, culpa est: Si hostiam neges, impietas non est; cũ pecunię fœnerator illudi possit; na-

turę auctor, & necessitudinis creditor fraudari non queat? Itaq; quanto uberior fœnoris summa, tãto gratior usura sortis. Vnde ingrati de fratris morte esse non possumus, qa quod naturæ communis fuit reddidit, quod gratiæ singularis est, meruit. Quis enim communem conditionẽ recuset? Quis doleat propriũ sibi pignus ereptũ, cum ad solatium nostri filiũ suũ unicũ pro nobis pater tradiderit ad mortem? Quis exceptũ se putet esse debere a conditione moriendi, qui non sit exceptus a conditione nascendi? Magnũ pietatis mysterium, ut mors corporis nec in Christo esset excepta. Aclicet naturæ dominus, carnis tamen, quã susceperat, legem non recusaret. Et mihi necesse est mori: illi, necesse non fuit. An qui de seruo dicit, si eũ uolo sic manere donec uenio, quid ad te? non potuit ipse sic manere si uellet? Sed perpetuitate uitæ huius sibi preciũ, mihi sacrificium perdi disset. Quid igit maius est solatiũ nostri, q̃ quod scdm carnem & Christus est mortuus? Aut cur ego uehementius fleam fratrem, cũ sciam illam mori non potuisse pietatẽ? Cur solus prę cæteris fleam, quẽ fletis omnes? Priuatũ dolorẽ communi dolore digessi: præsertim cũ meæ lachrymæ nihil prosint: uestræ aũt lachrymæ fidem astruant; consolationem afferant. Fletis diuites, & flendo probatis nihil opitulari repositas diuitias ad salutem: cũ pecuniæ precio mors differri non queat; & pari usu diuitem, inopemq; dies supremus eripiat. Fletis senes, q̃ in hoc liberorũ sortem pauetis. Et ideo qa uitam corporis ꝓducere non potestis, instituite liberos nõ ad usum corporis, sed ad uirtutis officium. Fletis & iuuenes, q̃ naturæ finis non sit maturitas senectutis. Fleuerũt & pauperes; & quod multo est preciosius, multoq; uberius, lachrymis suis eius delicta lauerunt. Illæ sunt lachrymæ redemptrices; illi gemitus qui dolorem mortis abscondunt: Ille dolor, qui perpetuæ ubertate lætitiæ, ueteris sensum doloris obducat. Itaq; licet priuatum funus, tamen fletus est publicus: Et ideo non potest fletus esse diuturnus, qui uniuersorũ est affectibus consecratus. Nam qd te mi frater amantissime, fleam, q mihi sic ereptus es, ut esses somniũ? Nõ enim perdidi usum tui, sed commutaui. Ante corpore inseparabilis, nũc in diuiduus affectu. Manes enim mecũ, ac semper manebis. Et quidem cũ uiueres nobiscũ, nunquam te patria eripuit mihi, nec ipse mihi unquã patriam prætulisti; & nunc alterã præstitisti. Cœpi enim hic iam non esse peregrinus; ubi melior mei portio est. Nunq; enim totus in me fui, sed in altero nostri pars maior amborũ: uterq; aũt eramus in Christo, in quo & sũma uniuersitatis & portio singulorũ est. Hic mihi tumulus genitali solo gratior, in quo non naturæ, sed gratiæ meæ fructus est. In isto corpore. n. quod nunc exanimatũ iacet, præstantior uitæ meæ functio: quia in hoc quoq;, quod gero, corpore, uberior tui portio. Atq; utinam ut memoriæ, ut gratiæ, ita etiam uitæ tuæ hoc quicquid est, quod spiramus, spirare possemus, dimidiumq; meorũ decideret temporũ, quod ad tuorum proficeret usum. Par enim erat, ut quibus indiuisum semper fuit patrimoniũ facultatum, non esset uitæ diuisum tempus. Vel certe qui indistincta semp habuimus uiuendi consortia, non haberemus distincta moriendi. Nunc uerò, Frater, quò progrediar, quoue conuertar? Bos bouem requirit, seq; nõ totũ putat, & frequenti mugitu piũ testatur affectum, si forte defecerit cũ quo ducere collo aratra consueuit: ego te frater non requirã? Aut possum unquam obliuisci tui, cũ quo uitę huius semper aratra sustinui? Labore. n.

I

Satyri delicta lachrymis suis pauperes lauerunt. Ergo opera nostra prosunt animabus defunctorum.

inferior fui,sed amore coniunctior,non tam mea uirtute habilis,q̃ tua patientia tolerabilis, qui pio semper sollicitus affectu, latus meũ tuo latere sepiebas,charitate ut frater,cura ut pater,sollicitudine ut senior, reuerentia ut iunior. Ita in unius necessitudinis gradu, compluriũ mihi necessitudinum officia impendebas; ut in te non unũ, sed plures amissos requirã: in quo uno ignorata adulatio est expressa pietas. Neq;.n habebas quod simulatione adderes,qui totũ pietate comprehenderas,ut nec incrementa reciperes,nec uicem expectares.

Sed quò immemor officij,memor gratiæ imodico dolore progredior? Reuocat Apostolus,& tanq̃ frenos mœroris inducit dicens, sicut nuper audistis: Nolumus uos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes sitis,sicut & cæteri,qui spem non habent. Date ueniam, fratres charissimi: Neq; enim oẽs possumus dicere: Imitatores mei estote,sicut & ego Christi. Sed ad imitandum,si auctorem quæritis, habetis quem positis imitari. Non omnes ad docendum idonei: utinam omnes ad discendũ habiles. Non grauem lachrymis contraximus culpam. Non omnis infidelitatis, aut infirmitatis est fletus. Alius est naturæ dolor, alia est tristicia diffidentiæ: & plurimũ refert desiderare, quod habueris, et lugere quod amiseris. Non solus dolor lachrymas habet, habet & lætitia lachrymas suas. Et pietas fletũ excitat,& oratio stratum rigat,& precatio iuxta propheticũ dictum,lectulum lauat. Fecerunt & fletũ magnum sui cũ patriarchę sepelirentur. Lachrymæ ergo pietatis indices,non illices sunt doloris. Lachrymatus sum ergo,fateor, etiam ego: sed lachrymatus est & Dñs. Ille alienum,ego fratrẽ. Ille in uno lachrymatus est omnes: ego in omnib⁹ lachrymabor te frater. Ille nostro,non suo lachrymatus est affectu. Neq; enim diuinitas lachrymas habet: sed lachrymat⁹ eo,quo crucifix⁹ est,quo mortuus,quo sepultus est. Lachrymatus est eo,de quo hodie nobis insinuauit propheta dicens; Mater Sion dicet homo,& homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Eo lachrymatus est,quo matrẽ Sion dixit,genitus in Iudæa,susceptus ex uirgine. Matrem aũt scdm diuinitatem habere non potuit,qui auctor est matris. Ille factus est nõ diuina generatione, sed humana: qa homo factus est,Deus nat⁹ est. Sicut & alibi habes,Puer natus est nobis,filius datus est nobis. In puero enim nomen ętatis, in filio plenitudo diuinitatis est,factus ex matre,natus ex patre: idem tamen & natus & datus; non diuersum,sed unũ putes. Vnus enim Dei filius & natus ex patre,& ortus ex uirgine distanti ordine, sed in unũ cõcurrente nomine,sicut & præsens lectio docet,qa & homo factus est ĩ ea,& ipse fundauit eã altissimus; homo utiq; corpore,altissim⁹ potestate. Etsi Deus & homo diuersitate naturæ,idem tamen,non alter in utroq;. Aliud ergo speciale naturæ suæ,aliud cõe nobiscũ,sed in utroq; unus,& in utroq; perfectus. Non igit̃ mirandũ est,quia & Dñm eum,& Christũ fecit Deus. Fecit ergo Iesum eũ utiq; qui ex corpore nomen accepit. Fecit eũ,de quo ẽt patriarcha scribit Dauid: Quia mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea. Quasi homo ergo factus dissimilis,utiq; non diuinitate,sed corpore: nec discretus a patre,sed exceptus in munere, manens in cõsortio potestatis,segregatus in mysterio passionis.

Plura loci huius tractatus exposcit, quibus possimus ostendere auctoritatem Patris, proprietatem filij,trinitatis totius unitatẽ; sed consolandi

hodie,non tractandi partes recepi;quanꝯ abducere a mœrore animũ intentione tractandi consolationis usus sit. Sed temperandus mihi mœror, ꝯ alienandus affectus est,ut mulceant magis desideria ꝯ sopiantur. Non libet enim abire a fratre longius, & occupatione subduci,cũ uelut commutandi eius gratia hic sermo susceptus sit, ut diutius sensu ꝓsequar proficiscentem,& quem oculis teneo,mente complectar.In illo enim totam oculorũ aciem figere libet:cũ illo totis animorũ officijs immorari; illũ toto blanditiarum ambire obsequio;dum stupet animus, nec amissum credo,quem adhuc cerno præsentem,nec mortuũ puto, cuius adhuc officia non requiro: qbus ego uitæ meæ usum,& spirandi omne mun⁹ addixerã. Quid enim referam tantæ gratiæ,tanto labori? Ego te frater,hæredẽ fecerã;Tu me hæredem reliquisti.Ego te superstitem optabã;Tu me superstitem dimisisti.Ego pro munerib⁹ tuis,ut compensarem beneficia,uota referebam:nunc & uota perdidi,sed tñ tua beneficia nõ amisi. Quid agam mei successor hæredis? Quid agam meæ uitę superstes? Quid agam exors huius,quod cupio,luminis? Quas grates,quæ munera referã tibi? Nihil a me,prẽter lachrymas,habes. Aut fortasse securus meriti tui, quas solas superstites habeo,lachrymas non requires. Nam etiã cũ adhuc uiueres flere prohibebas:mœrorem ꝯ magis nostrũ,ꝯ tuam mortem, tibi esse testabaris dolori.Prohibent ulterius ꝓdire lachrymæ, fletusꝯ reuocant.Prohibet etiam tui gratia;ne dũ nostra deflemus,de tuis meritis desperare uideamur. Aut certe ut nobis ẽt mœroris istius minuas acerbitatẽ. Non habeo quod timeã,q timebam tibi: Non habeo quod mihi iam mundus eripiat. Etsi sancta superst soror Marcellina,integritate uenerabilis,æqualis moribus,non impar officijs;tibi tamen ambo plus timebamus, in te uitæ huius iucunditatem repositam putabamus. Propter te uiuere delectabat;ꝓp te nõ pigebat mori.Te.n.ambo supstitẽ ꝓcabamur; tibi nos supuiuere nõ iuuabat. Qñ nõ cohorruit aius,cũ metus hmõi titillaret? Quo cõsternata mẽs erat ęgritudinis tuæ nũcio? Vę miseræ opiniõi,putabam⁹ reddituũ,quẽ uidem⁹ dilatũ. Tuis.n.uotis apud sctm martyrẽ Laurẽtiũ ipetratum esse nũc cognoscimus cõmeatũ;atꝯ utinã nõ solũ commeatũ, sed ẽt prolixũ uitę tps rogasses.Potuisti annos plurimos impetrare uiuendi, qui potuisti commeatum impetrare ueniendi.

2 *Apud sanctũ martyrem Laurentium uotis suis satyrus impetrauit commeatum eundi.*

Et qdem tibi omnipotens ęterne Deus gratias ago, ꝙ uel hęc nobis suprema solatia non negasti,ꝙ amantissimi fratris ex siculis, Africanisue regionibus exoptatũ nobis reditũ contulisti.Ita enim maturè,postꝯ uenit, ereptus est,quasi ꝓp hoc solum uidereẽ esse dilatus, ut ad fratres rediret. Habeo planè pignus meũ, quod nulla mihi peregrinatio iam possit auellere.Habeo quas complectar reliquias.Habeo tumulum, quem corpore tegam.Habeo sepulchrũ,super quod iaceã: & cõmendabiliorem Deo futurum esse me credam,ꝙ supra sancti corporis ossa requiescã. Vtinam sic potuissem aduersus mortẽ quoꝯ tuã meũ corpus obijcere. Si gladijs petitus esset,me pro te potius suffigendũ dedissem. Si exeũtẽ potuissem reuocare animã,meam potius obtulissem. Nihil mihi profuit ultimos hausisse anhelitus:nihil flatus meos inspirasse morienti.Putabam enim ꝙ aut tuã mortem ipse susciperem,aut meã uitam in te ipse transfunderem. O infelicia illa,sed tñ dulcia suprema oscul orum pignora. O amplexus miseri, iter quos exanimum corpus obriguit,halitus supremus euanuit. Stringebam quidem

3 *Dicit se requieturũ supra sancti corporis ossa. Sũt igitur iustorum sanctæ reliquiæ, & non cineres emortui,ut latrãt hæretici*

qdem brachia, sed iam perdideram, quē tenebā: & extremum spiritū ore religebā, ut consortium mortis hauirem. Sed nescio qūo uitalis ille mihi halitus factus est, & maiorem gratiam in ipsa morte redolebat. Atq; utinam si tuam nequiui meo spiritu uitam producere, uel ultimi anhelitus tui uigor transfundi potuisset in meā mentem; & illā tui animi puritatē, atq; innocentiā noster spirasset affectus. Hanc mihi hæreditatem, frater charissime, reliquisses, quæ non lachrymabili dolore percuteret aspectum, sed memorabili gratia commendaret hæredem.

Quia igit nūc agā, cū oēs uitæ istius suauitates, cūcta solatia, cūcta denicq; ornamenta amiserim? Tu enim mihi unus eras domi solatio, foris decori. Tu (inq;) in consilijs arbiter, curæ particeps, deprecator solicitudinis, depulsor mœroris: Tu meorū assertor actuū, cogitationūq; defensor; tu postremo unus, in quo domestica solicitudo resideret, publica cura regesceret. Testor sanctam animam tuam, me in publicis ecclesiæ id sæpe ueritum esse, ne displicerem tibi. Denique ubi redisti, obiurgasti moram: ita domi, forisque eruditor quidam, & arbiter sacerdotis, ut domestica cogitare non sineres, publica curare censeres. Vt uereor, ne uidear arroganter dicere. Hæc enim laudis tuæ portio est, quia sine offensione ulla & gubernasti fratris domū, & cōmendasti sacerdotiū. Sentio equidem q repetendis officijs tuis, recēsendisq; uirtutibus, afficiatur animus, sed tamen in ipsa mei affectione requiesco: Atq; hæ mihi recordationes etsi dolorem renouant, tamen uoluptatem afferunt. An ego possum aut non cogitare de te, aut unq; sine lachrymis cogitare? Et potero unq;, aut tanti non meminisse fratris, aut sine lachrymabili quadam meminisse gratia? Quid enim mihi unquam iucundū, quod non esset ex te profectum? Quid (inquā) mihi sine te, aut tibi unquā sine me uoluptati fuit? Quis non usus nobis, & prope uisus ipse, somnusq; cōmunis? Quæ discreta unq; uoluntas; quod non cōmune uestigium ferè ut cū gradum tollerem, uel tu meum, uel ego tuū corpus uideremur attollere? Quòd si quando sine altero prodeundū fuit, intectum latus putares, affectū uultum cerneres, mœstum animū iudicares; non assueta gratia, non uigor solitus præmitebat; suspecta omnibus solitudo metū alicuius ægritudinis afferebat. Ita nouū uidebatur omnibus nos diuidi. Ego certe fraternæ absentiæ impatiens, uel non immemor, quasi præsentem, reflexa sæpius ceruice, quærebam, & coram alloqui, atq; aspicere uidebar mihi. Sed tanq; suspensum collo iugum, ubi speratis excideram, trahere me putabam: difficilis progredi, uerecundus uideri, & redire deproperans, q sine te procedere non liberet. At uerò ubi ambobus prodeundū fuit, non plura in itinere uestigia, q; uerba, nec incessus, q; sermo crebrior, nec ambulandi cura, sed colloquendi gratia. Vterq; enim nostrū ex alterius ore pendebat, non intento aspectu legere iter, sed mutuò sollicitos excipere sermones, haurire oculorū gratiam, spirare fraternæ imaginis uoluptatem. Quas uirtutes tuas tacitus mecum ipse mirabar. Quàm plaudebam mihi, quòd tali me dominus fratre donauerat, tam pudico, tam efficaci, tam innocenti, tam simplici; ut cum tuam innocentiam cogitarem, efficaciam desperarem, cū efficaciam cernerem, innocentiam non putarē; sed utrunq; mira quadā uirtute iunge bas. Denicq; ea, quæ ambo requiueramus concludere, solus implesti. Plaudebat sibi, ut audio, Prosper, q sacerdotij mei occasione redditurū se quæ

abstulerat non putabat; sed uehementiorem tuã unius efficaciam expertus est, ꝙ duorũ. Itaq; soluit omnia, nec moderationi ingratus tuæ, nec alludens pudori, sed & modestiæ gratus, nec insolens efficatiæ. Sed cui, frater, illa quæsisti? Nos enim idem uolebamus laborũ tuorum esse prẽmiũ, quod documentũ erat. Peregisti omnia, & ubi perfunctus omnibus reuertisti, tu solus nobis, qui omnibus es præferendus, eriperis, quasi ideo mortem distuleris, ut consumares pietatis officiũ, palmam efficatiæ reportares. Quàm nec ipsi, frater charissime, seculi huius delectabant honores, ꝙ nos a nobis inuicẽ diuidebant: quos ideo adepti sumus, non quia fuit eorum expetenda perceptio, sed ne uilis dissimulatio uideretur. Aut fortasse ideo sunt tributi, ut quia immaturo tui obitu nostræ futurus erat uoluptatis occasus, sine nobis iam uiuere disceremus: Equidem præsagæ mentis agnosco formidinem, dum repeto sæpe, quæ scripserim. Reuocabam te, frater, ne ipse Africam peteres, ac potius aliquem destinares: timebam te cõmittere uitæ. Sed & peregrinationem explicuisti, & rem ordinasti, & ueteri, & sentinoso (ut audio) nauigio iterũ te fluctibus credidisti. Nanque dum celeritatem aucuparis, cautelã prætermisisti, auidus nostræ gratiæ, dissimulans periculi tui. O fallax lætitia, o incerta humanarũ rerum curricula. Ex Africa red ditũ, ex mari restitutũ, & naufragio seruatũ, putabamus iam nobis non posse eripi: Sed grauiora naufragia in terris positi sustinemus. Nam quem non potuerunt naufragia ad mortem deducere, strenuis natatibus euitata, eius mors cœpit nobis esse naufragio. Quid enim supereſt supereſt suauitatis, quibus tam prædulce decus, tam charũ in his mundi tenebris lumen extinctũ est; in quo non nostræ solũ familiæ, sed totius patriæ decus occidit?

Habeo sanè uobis, frater dilectissimi, plebs sancta, maximam gratiam, ꝙ non aliũ dolorem meum ꝙ uestrũ putatis, ꝙ uobis accidisse hanc nostri creditis solitudinem, ꝙ fletũ totius ciuitatis, ætatum omnium, ordinũ omnium, uota noua quadam pietate desertis. Nõ enim misericordiæ priuatæ dolor, sed quoddã publicæ officiũ, & munus est grẽ. Aut si qua uos mei tangit misericordia, ꝙ talẽ fratrem amiserim, habeo fructũ uberem, habeo uestri pignus affectus. Mallem fratrem uiuere: sed tamen publicũ officiũ in secundis rebus iucundius est, in aduersis gratius. Nec; uero mihi mediocre meritum tanti uidetur officij. Neque enim ociose uel in actibus Apostolorũ Thabitam mortuam flentes uidue describuntur: uel in Euangelio mota lachrymis uiduæ prosequens turba funus adolescentis inducitur, cui resurrectio debebatur; illam tamen Thabitam uiduæ, hunc tota ciuitas fleuit. Non ego dubiũ est uestris lachrymis Apostolorũ patrocinium cõparari, non (inquam) dubiũ est Christũ misericordia motũ, cum uos flentes uideret, et si nunc non tetigit loculũ, suscepit tamen cõmendatum spiritũ: Et si non appellauit corporis uoce defunctũ, diuinæ tamen potestatis auctoritate a cruciatibus mortis, & nequitiæ spiritalis incursionibus eius animam liberauit. Et si non rescedit in loculo, qui erat mortuus, tamen requieuit in Christo. Et si non locutus est nobis, tamẽ ea, quę supra nos sunt, cernit; & quæ potiora sunt nobis, iam se uidere lætatur. Per ea enim quæ in Euangelio legimus, quæ futura sunt intelligimus: & præsentiũ species futurorum est. Non opus fuit ei resurrectio temporalis, cui æterna debetur. Quid enim in hanc miseram, & ærumnosam rediderer

labem, atq; in hanc flebilem uitam rediret, quē raptū magis esse ex tam imminentibus malis, urgentibusq; periculis gaudere debemus? Nam si pacato seculo, belliscq; cessantibus raptū Enoch nemo defluit, sed magis propheta laudauit; sicut de illo scriptura dixit: Raptus est, nec malicia mutaret cor eius: quanto magis nūc iure dicendū est, cùm ad seculi lubri cum uitæ accedat ambiguū? Raptus est ne manus incideret barbarorū. Raptus est ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorū funera, ciuium mortes; ne postremo sanctarū uirginum, atq; uiduarū, quod omni morte acerbius est, colluuionem uideret. Ego enim te, frater, tum uitæ tuę flore, tum mortis cōmoditate beatū arbitror. Nō enim nobis ereptus es, sed periculis; non uitam amisisti, sed ingruentiū acerbitatū formidine caruisti. Nam qui eras sanctæ mētis misericordia in tuos, si nunc urgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres, quantū ingemisceres, quàm doleres in alpiū uallo summam nostræ salutis consistere, lignorumq; concedibus construi murum pudoris. Qua afflictione mœreres, in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro, atq; crudeli, qui nec pudicitiæ parceret, nec saluti? Quonam (inquam) hæc modo ferres, quæ nos perpeti, & fortasse, quod grauius est, spectare cogemur: rapi uirgines; & auulsos a complexu parentū paruos liberos supra tela iactari; incestari sacrata Deo corpora, & senilem uiduæ maturioris uterū, in usus desuetos onerū redire, nō pignorū? Quonam (inquam) modo ista tolerares, qui etiam ultimo spiritu, tui iam fortassis oblitus, & adhuc nostri non immemor, de cauenda incursione barbarorū nos sæpius admonebas, cōmemorans non frustra te dixisse fugiendū; fortasse ideo q; nos destitui tua morte cernebas: quod non infirmitate animi, sed pietate faciebas; Etsi infirmus pro nobis, tamen firmus tibi. Qui cū a uiro nobili reuocareris Symmacho tuo parēte, q; ardere bello Italia diceretur; q; in periculū tenderes; q; in hostem incurreres; respondisti hanc ipsam tibi causam esse ueniendi, ne nostro deesses periculo, ut consortē te fraterni discriminis exhiberes. Felix igitur tam opportuno obitu, quia nō es in hunc seruatus dolorem. Certe felicior, cū sancta soror, quæ tuo solatio destituta, de suo pudore sollicita, duobus nuper beata germanis: nunc ex duobus fratribus ærumnosa, neq; alterū sequi potest, neq; alterū derelinquere: cui tumulus hospitiū tuus, & corporis tui sepulchrum est domus. Atq; utinam uel hoc tuū diuersorium cibus in fletibus, potus in lachrymis. Cibū etenim dedisti nobis panem lachrymarū, & potum dedisti nobis in lachrymis in mensuram, aut fortasse ultra mensuram. Nam quid de me loquor, cui neq; mori licet, ne sororē relinquam, neq; uiuere libet, ne a te reuellar? Quid enim mihi sine te potest esse iucundum, in quo omnis semper fuit nostra iucunditas? Aut quid diutius in hac uita degerere iuuat, atq; in terris morari, in quibus tandiu iucūde uixim9, quādiu simul uixim9? Et si eēt qđ hic delectare nos posset, sine te delectare nō posset. Et si qñ uoluissem9 impense uitā ꝓducere, iā tamen sine te esse nolemus. Nec intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tanto uitæ comite, tanto laborū meorum, officiorumq; consorte? Cuius ego casum, quo esset tolerabilior, nec præmeditari potui, ita pauebat animus de illo tale aliquid cogitare, non quo conditionem ignorarem: sed quidam uotorum usus sensum cōmunis fragilitatis obduxerat, ut de illo, nisi secunda omnia cogitare nescirem.

Denicꝫ proxime cum graui quodam, atcꝫ utinam supremo, urgerer occasu, hoc solũ dolebam cꝫ non ipse assideres lectulo, ac uotiuum mihi cũ sancta sorore partitus officium, morientis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaueram? Quid rependo? Quæ uota deficiunt? Quæ ministeria succedunt? Aliud præparabam: aliud exhibere cõpellor, non iam ipse ministerium funeris, sed minister. O dura oculorũ lumina, quæ potuistis fratrem uidere morientem. O immites, & asperæ manus, quæ clausistis oculos, in quibus plus uidebam. O durior ceruix, quæ tam lugubre onus, cõsolabili licet obsequio, gestare potuisti. Hæc tu, frater, mihi iustius exhiberes. Hæc ego a te expectabam. Hæc ego officia desiderabam. Nunc uero ipse meæ uitæ superstes, quod sine te solatiũ capiam, qui solus mœrentem solari solebas, excitare lætitiam, mœstitiam propulsare? Qualem te nunc ego, frater, aspicio, iam nulla mihi uerba referentẽ, iam nulla offerentem oscula? Quanquam ita mutuus semper utricꝫ nostrum insederit amor, ut interiore potius foueretur affectu, cꝫ forensi blanditia diuulgaretur. Necꝫ enim aliorũ quærebamus testimoniũ, qui tantam nostri gratiã tenebamus. Ita uirilis se utricꝫ nostrũ germanitatis sucus infuderat, ut nõ blanditijs probare amorem, sed conscientia teste pietatis interno amore contenti, sucũ blandiciarũ non requirere uideremur; quos & ipsa in amorem mutuũ imago formaret. Nescio qua enim expressione mentis, qua corporis similitudine alter in altero uidebamur. Quis te aspexit, qui non me usum putaret? Quotiens aliquos salutaui, qui quoniam te prius consalutauerant, se a me iam dicerent salutatos? Quãti tibi dixerunt aliquid, qui se mihi dixisse memorarent? Quæ mihi hinc gaudia: quanta frequenter oborta lętitia, cꝫ eos errare in nobis cernerem? Quam gratus error, cꝫ iucunda prolapsio, cꝫ religiosa fallacia, cꝫ suauis calumnia. Necꝫ enim de tuis erat aliquid, aut factis, aut sermonibus, quod timerem, qui mihi tua lætabar ascribi. Tamen si uehemẽtius contenderent, cꝫ se mihi aliquid intimasse memorarent, respondebam ridens & gaudens, Videte ne fratri dixeritis. Nam cũ omnia nobis essent nostra cõmunia, indiuiduus spiritus, indiuiduus affectus: solũ tamen cõmune non erat secretum amicorũ; non quo conferendi periculũ uereremur, sed tenendi seruaremus fidem. Sane si consilio pendenda res esset, erat semper cõmune consiliũ, non semper cõmune secretũ. Nam etiã amici ita alteri nostrũ dicerent, ut dicta sua ad alterutrũ peruenirent: tamen scio plerunꝫ complacitũ ita fidem secreti esse seruatam, ut nec fratri cõmitteretur. Erat enim fidele iudiciũ, & extraneo non esse proditũ, quod nõ esset cũ fratre collatũ. His igitur tantis, ac talibus bonis in excessum quendam, fateor, mentis elatus: superstitem me timere desiderarem, cꝫ illum uita crederem digniorem. Et ideo excepi plagam, quam ferre non possum. Tolerabiliora enim tanti doloris præmeditata, cꝫ inexplorata uulnera.

Quis iam mœstum solabitur? Quis afflictũ leuabit? Cũ quo participabo curas? Quis me ab istius mundi uindicabit usu? Tu enim auctor negociorũ, censor seruulorum, arbiter fratrũ; non litis, sed pietatis arbiter. Nã si quando aliquid cũ sancta sorore mihi conferendũ fuit, utra melior uideretur sententia, te iudicem sumebamus: qui nullius lædere os, atcꝫ utricꝫ satisfacere gestiens, & amandi affectũ tenebas, & censendi modũ, ut & utruncꝫ gratũ dimitteres, & utriuscꝫ tibi gratiam uendicares. Aut si ipse

aliquid

aliquid disceptandū deferres: cp̄ grata contentio tua: cp̄ sine felle ipsa indignatio: cp̄ seruulis ipsis coërcitio non amara: cū te fratribus magis deferre, cp̄ ex affectu diceres uindicare. Nobis enim professio repressit studia coërcēdi. Immo tu frater, ab omni nos abducebas coërcitiōis affectu, uindicare pollicens, & lenire desiderans. Nō mediocris igitur prudentiæ testimoniū, quæ ita a sapientibus definitur: Bonorū primū esse Deū scire, & uerū illud, atq; diuinū pia mente uenerari: illā amabilem, & concupiscendam æternæ pulchritudinē ueritatis, tota mentis charitate diligere. Secūdū autem in proximos a diuino illo fonte atq; cœlesti, naturę deriuare pietatem: Quod etiā mūdi sapiētes nr̄is hausere de legibus. Neq;.n. deriuare ista in hoīum disciplinas, nisi de cœlesti illo diuinæ legis fonte potuissent.

Quid igitur obseruantiā eius erga Dei cultū prædicem, qui priusq; perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutus: cum ea, qua ueheretur, nauis scopuloso illisa uado, & urgentibus hinc, atq; inde fluctibus solueretur, non mortē metuens, sed ne uacuus mysteriū exiret è uita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinū illud fidelium sacramentū poposcit; non ut curiosos oculos insereret arcanis, sed ut fidei suæ cōsequeretur auxiliū? Etenim ligari fecit in orario, & orariū inuoluit in collo, atq; ita se deiecit in mare, non requirens de nauis compage resolutam tabulā, cui supernatans iuuaretur, qm̄ fidei solius arma quæsierat. Itaq; his se tectum, atq; munitū satis credens, alia auxilia non desiderauit. ¶ Simul fortitudinem eius spectare licet, q̄ fatiscente remigio non quasi naufragus tabulam sumpserit, sed quasi fortis ex seipso adminiculū suæ uirtutis assumpserit. Nec deseruit spes, nec fefellit opinio. Deniq; primus seruatus ex undis, & in portū terrenæ stationis euectus, præsulē suū, cui se crediderat, recognouit: statimq; ubi ēt cæteros seruulos suos, uel ipse liberauit, uel liberatos comperit, negligens facultatū, nec amissa desiderans, Dei ecclesiam requisiuit, ut ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret, pronuncians nullū referendæ gratiæ maius esse officiū. Quod si homini non referre, simile homicidio indicatū est: quantū crimen est nō referre Deo? Est ergo prudentis agnoscere seipsum, & quemadmodū a sapientib⁹ definitum est, secundū naturā uiuere. Quid enim est tā secundū naturā, quā referre auctori gratiā? Aspice cœlū hoc, nonne auctori refert gratiam, cū uidetur? Cœli enim enarrant gloriā Dei, & opera manuū eius annunciat firmamentū. Mare ipsum cū sedatū, atq; tranquillū est, diuinæ serenitatis testatur indiciū: cum mouetur, indignatio superna terrori est. Nonne omnes Dei gratiā iure miramur; cū aduertimus cp̄ insensibilis natura quadā sensibili ratione suos fluctus coerceat, & fines suos unda cognoscat? Nā de terris qd loquar, quæ diuino obedientes præcepto, omnibus spōte animantibus pabulū subministrant; atq; id quod acceperint agri, uelut crescentibus usuris, multiplicatū, cumulatumq; restituunt? Ergo ille, qui natura duce diuini rationē operis igneo mentis uigore perceperat, sciuit primo omniū seruatori suo gratiā esse referendā. Sed quia referre poterat, habere poterat. Est.n. huiuscemodi gratiæ uis, ut & cū refertur, habeatur; & habendo referat. Referebat igit̄ gratiā, deferebat fidē. Nam qui tm̄ mysteriū cœlestis inuoluti in orario præsidiū fuisset expertus; quantū arbitrabatur si ore sumeret, & toto pectoris hauriret arcano? Quia maius putabat fusum in uiscera, quod tm̄ sibi tectū orario profuisset? Sed non ita auidus

4 *Diuinum fideliū sacramentum sanctissimā intelligit Eucharistiam, qua in orario ligata, tutus se Satyrus deiecit in mare.*

5 *Et hic cœleste mysterium sacratissimā eucharistiam appellat,*

quibus uerbis minime uteretur, nisi in ea uerum xpi corpus esset.

fuit, ut esset incautus. Scimus. n. plerosq; auiditate studij ptermittere cautionem. Aduocauit ad se Episcopū, nec ullam uerā putauit, nisi ueræ fidei gratiā: Percontatusq; ex eo est, utrū nam cū Episcopis catholicis, hoc est cū Romana Ecclesia conueniret. Et forte & ad id locorū in schismate regionis illius Ecclesia erat. Lucifer. n. se a nostra tunc tēporis cōione diuiserat: & quanq; prouide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, non putauit tū fidē esse in schismate. Nam etsi fidē erga Deū tenerent, tamen erga dei Ecclesiam non tenerent; cuius patiebant uelut quosdā artus diuidi, & membra lacerari. Etenim cū propter Ecclesiam Christus passus sit; & Christi corpus Ecclesia sit, non uidet ab his exhiberi Christo fides, a q bus euacuatur eius passio, corpusq; distrahit. Itaq; quāuis gratiæ fœnus teneret, & metueret tanti nominis debitor nauigare: tñ eo trāsire maluit, ubi tuto posset exoluere. Iudicabat. n. diuinæ solutionē gratiæ in affectu ac fide esse: quā quidē statim ubi primū copia liberior Ecclesiæ fuit, imple re non distulit. Dei gratiā & accepit desideratā, & seruauit acceptā. Nihil igitur ea prudentia sapientius, quæ diuina, & humana secernit. Nā qd spectatam in stipendijs forensibus eius facundiā loquar, quæ incredibili admiratione in adiutorio emicuit? Sed malo illa laudare, q perceptis mysterijs Dei duxit humanis esse potiora. Fortitudinē quoq; eius si quis plenius expectare uolet, consideret quoties post naufragiū inuicto quodam contempto uitæ huius maria transfretauerit, diffusasq; regiones obeundo peragrarit. Postremo q hoc ipso tēpore periculū non refugerit, sed ad periculū uenerit, patiens iniuriæ, negligens frigoris, atq; utinā sollicit9 cautionis: sed hoc ipso beatus, quod dū licuit uigore uti corporis, inoffenso ad exequenda quæ uellet functus iuuentutis officio, uitā uixit; debilitatē ignorauit. Qua uerò persecutione simplicitatē eius edisserā? Ea est enim quædam morum temperantia, mentisq; sobrietas.

6

Vide hic Romanæ Ecclesiæ priuilegium super omnes Ecclesias. Cur enim pquisiuit Satyrus num Episcopus ille cum Episcopis catholicis conueniret, hoc est, cum Romana ecclesia, nisi propterea quia qui conuenit cum matre & capite, conuenit cum filijs & membris reliquis?

7

Notēt hæretici, quod & si fidem in deum rectam tentant, si tamen in eius Ecclesiā non teneant, nequaquā pro fidelibus habeantur.

Date, quæso, ueniā; & permittite dolori meo, ut de eo mihi paulo uberius liceat loq, cū quo iā non conceditur colloq. Certe & uobis proficit, ut aduertatis nō fragilitate quadā uos hoc officiū, sed iudicio detulisse; nec misericordia mortis impulsos, sed uirtutū honorificētia prouocatos. Anima enim benedicta oīs simplex. Tantæ aūt simplicitatis erat, ut conuersus in puerū, simplicitatē illius ætatis innoxiæ, perfectæ uirtutis effigie, & quodā innocentiū morū speculo reluceret. Intrauit igit in regnū cœlorū; qm credidit Dei uerbo: Qm sicut puer artē repulit adulandi: Iniuriæ dolorē clementer absorbuit, quā clementius uindicauit: Querelæ, q dolo prōptior; satisfactioni facilis; difficilis ambitioni; sanctus pudori: ut frequēter in eo superfluā magis uerecundiā prædicares, q necessariā quæreres. Sed nunq superflua fundamenta uirtutis. Pudor enim non reuocat, sed commendat officiū. Itaq; uelut quadā uirginali uerecundia suffusus ora cū uultu affectū proderet: si forte aliquam subito ueniens offendisset parentem, uelut depressus & quasi demersus in terram; licet in ipso nequaq; dissimilis cœtu uirorū; ratus attollere os, eleuare oculos, referre sermonē: quod pudico quodam mentis pudore faciebat; cū quo castimonia quoq; corporis cōgruebat. Etenim intemerata sacri baptismatis dona seruauit, mūdo corpore, purior corde, non minus adulterini sermonis opprobriū, q corporis phorrescens; non minorem ratus pudicitiæ reuerentiā deferendā integritate uerborū, q corporis castitate. Denicq intantū castimoniā dile

xit,ut nec uxorẽ expeteret; licet in eo non solum castitatis appetentia fuerit,sed etiam pietatis gratia. Miro aũt modo & coniugium dissimulabat, & iactantiam declinabat:tantaq; erat dissimulatio,ut nobis quoq; urgẽtibus differre magis cõsortiũ,q; refugere uideret. Hoc unum itaq; fuit, qđ nec fratrib⁹ crederet,nõ aliqua cũctatiõis hęsitãtia,sed uirtutis uerecũdia.

Quis igit̃ non miret uirũ inter fratres duos,alteram uirginẽ,alterũ sacerdotẽ,ætate medium,magnanimitate non imparem,ita inter duo maxima munera p̃stitisse,ut alterius minoris castitatẽ, alterius sanctitatẽ referret, non professionis uinculo,sed uirtutis officio? Ergo si libido, atq; iracũdia reliquoꝝ uitiorũ educatrices sunt,iure castitatem,atq; clementiam dixerim quasdam uirtutum parentes: Quanq; pietas quoq; ut omnium principatus bonorũ,ita etiã seminariũ uirtutũ est cæterarũ. Nam de parsimonia quid loquar,& quadam habendi castitate? Is enim non quærit aliena qui sua seruat;nec inflatur in modico,qui contentus est proprio. Nihil ergo aliud nisi propriũ recuperare uoluit,magis ne fraudaret̃,q; ut ditaret̃. Nam eos,qui aliena quærunt,rectè accipitres pecunię nominabat. Quod si radix malorꝝ oium auaritia est,utiq; uitia exuit, qui pecuniam non requirit. Nõ unq; accuratioribꝰ epulis,aut congestis ferculis delectatus est, nisi cũ amicos ad epulas rogaret;quantũ naturæ satis esset, non quantũ uoluptati superesset requirens. Et certe erat non pauper opibꝰ, sed tñ pauper spiritu;qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorꝝ. De istius beatitudine nequaq; utique dubitare debemus; q nec ut opulens exultauit i diuitijs; nec, ut pauper, exiguum,quod habuit,iudicauit.

Superest ut ad conclusionem cardinalium uirtutum, etiam iustitiæ partes in eo debeamus aduertere. Nam etsi cognatæ sint inter se,concretęq; uirtutes;tñ singularum quædam forma expressior desideraꝝ, maximeq; iustitiæ. Ea enim sibi parcior foris tota est: & quicquid habet, quadã inclementia sui,dũ rapitur amore cõi,transfundit in proximos. Sed huius multiplex species. Alia erga ꝓpinquos,alia erga uniuersos,alia erga Dei cultum,uel adiumentũ inopũ. Itaq; qualis in uniuersos fuerit, prouincialium, qbus præfuit,studia docent; qui parentẽ magis fuisse propriũ,q; iudicem loquebantur,gratũ piæ necessitudinis arbitrũ, constantẽ æqui iuris disceptatorem. Inter fratres aũt qualis fuerit, licet omne hominũ genus beniuolentia complecteretur,indiuisum patrimoniũ docet,nec distributa aut delibata,sed reseruata hæreditas. Etenim pietatẽ sibi causam esse negauit testandi. Nã hoc quoq; ultimo sermone signauit;cũ quos dilexerat commendaret:sibi nec uxoris arbitriũ fuisse ducendæ, ne a fratribus diuellere tur;nec testamenti faciendi uoluntatẽ, ne nostrũ in aliquo arbitriũ læderetur. Deniq; & oratus,& obsecratus a nobis,nihil tñ condendũ putauit, non oblitus pauperũ,sed tm̃ obsecrans esse tribuendũ,quantum nobis iustum uideret̃. Quo uno satis & diuini timoris expressit indiciũ, & humanæ edidit religionis exemplũ. Nam quod pauperibus contulit, Deo detulit. Qm̃ qui largitur pauperi, fœneratur deo: & postulando quod iustum est,non exiguũ,sed totum reliquit. Hæc enim est summa iustitię, uendere quæ habeas,& conferre pauperibus. Qui. n. dispersit,dedit paupibus:iustitia eius manet in æternũ. Ergo dispensatores nos, non hæredes reliqt. Nam hæreditas successori quæriꝝ, dispensatio pauperibus obligaꝝ. Vnde non immeritò quantus fuerit, hodie quoq; per uocẽ lectoris paruuli spi-

rituſſanctus expreſsit:Innocens manibus,& mundo corde,qui non accepit in uanũ animam ſuam,nec fecit proximo ſuo dolũ.Hæc eſt generatio requirentiũ Deum. Hic ergo & in montem dñi aſcendit:& in tabernaculo habitabit Dei;quia ingreſſus ſine macula operatus eſt iuſticiã, locutus eſt ueritatẽ,non decepit proximũ;nec pecuniam operatus eſt ſuã, qui ſemper uoluit recuperare hæreditariam. Agnoſco oraculũ:quod enim nulla ordinauit diſpoſitio,ſpiritus reuelauit.

Quid uero illud recenſeã, quod ſupra ipſam iuſticiam pietate progreſſus,cũ quædam incubatori communiũ fructum mei contemplatione muneris putaſſet eſſe tribuenda,largitatis me iactabat auctorẽ;portionis ſuę lucrum ad cõe conſortiũ conferebat.Hæc, & alia,quæ mihi tũc erant uoluptati maximæ,nunc recordatione doloris exaſperaui. Manent tamen, eruntq; ſemper:nec tanq; umbra præterierunt,neq; uirtutis gratia cũ corpore occidit;nec idẽ naturæ,meritorũq; finis:licet ipſius naturæ uſus non in æternũ occidat,ſed temporali quadã uocatione requieſcat.Talibus igitur perfunctũ uirtutibus, ereptũ periculis, deſiderio magis q; amiſsione flebo.Suadet.n.ipſa opportunitas mortis, ut proſequendũ magis gra q; dolendũ putemus. Scriptũ eſt enim in cõi dolore propriũ uacare debere. Neq;.n.prophetico ſermone uni illi mulieri,quæ figuraẽ,ſed ſingulis dicitur,cũ Eccleſiæ dictũ uidetur. Dicitẽ ergo & ad me.Et dicit ſcriptura cœleſtis;Hoccine doces;ſic inſtituis Dei plebẽ? An neſcis quia exemplũ tuum periculũ cæterorũ eſt?Niſi forte exauditũ nõ eſſe te quereris.Primũ iſtud arrogantis eſt impudentiæ;mereri ſolũ uelle, quod multis et ſanctis negatum noueris;cũ ſcias quia non eſt perſonarũ acceptor deus.Nam & miſericors deus:tũ ſi ſemper exaudiret omnes,non iam ex uoluntate libera, ſed ex quadã uelut neceſsitate facere uideretẽ. Deinde cũ omnes rogent,ſi exaudiret omnes,nemo ergo moreretẽ.Pro quantis quotidie rogas? Numquid conſtitutio dei contẽplatione ſoluenda eſt tui? Cur ergo nõ impetratũ aliquando doles,q; non ſemper impetrabile eſſe cognoſcis?Stulta, inquit,ſuper omnes mulieres,nonne uides luctũ noſtrũ, & quæ nobis contigerunt?Qm̃ Sion mater noſtra omniũ in triſticia contriſtaẽ,& humilitate humiliata eſt.Lugete ualidiſsime & nunc, qm̃ omnes lugemus;& triſtes eſtote, qm̃ omnes contriſtati ſumus. Tu enim contriſtaris in fratrẽ. Interroga terrã,& dicet tibi,qm̃ hæc eſt,quæ debebat lugere tantorũ ſuperſtes germinũ:Et ex ipſa,inquit,initio omnes nati; & alĳ uenient, & ecce pene omnes in pditionẽ ambulant; & in exterminiũ ſit multitudo eorum.Et qs ergo debet lugere magis, niſi quæ tam magnã multitudinem perdidit,q; tu,qui pro uno doles? Abſorbuit igitẽ noſtrũ dolorem cõis dolor,& acerbitatem proprĳ mœroris excludit. Non enim dolere debem9 eos quos cernimus liberatos.Neq; enim ocioſe tã ſanctas hoc tempore animas corporeis uinculis reminiſcimur abſolutas. Namq; uelut diuino iudicio tã graues uiduas ita uno tpe defunctas uidemus; ut pfectionis quidam uideaẽ exceſſus,non mortis occaſus;ne ueterana emeritis ſtipendĳs pudicitia dubiũ diu ſeruati pudoris incideret.Quos gemit9 mihi,quos dolores tã acerba excitat recordatio? Et ſi mœroribus non uacabant, tñ in ipſo dolore priuato, in ipſo tantor̃ amiſſo flore meritorũ cõis quædã naturæ me conditio ſolabaẽ;defixusq; in uno dolor, acerbitatem publici funeris domeſticæ ſpecie pietatis obduxerat.

Repete ergo sacra scriptura solatia tua. Iuuat enim tuis pręceptis, tuis sententijs imorari. Quia facilius est cœlū & terrā præterire, q̄ de lege unū apicē cadere. Sed iam audiamus quæ scripta sunt: Nunc, inqt, retine apud temetipsum dolorem tuū, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus. Si. n. iustificaueris terminū dei, & filiū tuū recipies in tpe, & in mulieribus col laudaberis. Si hoc ad mulierem, quanto magis ad sacerdotem? Si de filio; non uticq̄ absurdū etiā de fratrū amissione talia memorari: quanq̄ si mihi fuisset filius, nunquā eū amplius dilexissem. Nam sicut in obitu liberorū effusi labores, suscepti frustra dolores mœrorē uidēt augere; ita etiam in fratribus consuetudinis usus, atq̄ collegij, acerbitatē doloris accendunt. Sed ecce dicentē scripturam audio, Noli facere hunc sermonem, sed consenti psuaderi. Qui enim fles casus Sion: & Consolare propter dolorē Hierusalem. Vides enim quia sancta nostra contaminata sunt; & nomen, qđ nominatum est super nos, penè pphanatum est; & iuuenes nostri contumeliam passi sunt; & sacerdotes nr̄i succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitate fuerūt; & mulieres nostrę contaminatę sunt; & uirgines nostræ uim passę sunt; & iusti nr̄i rapti sunt, & paruuli nostri pditi sunt; & iuuenes nostri seruierunt; & fortes nostri inualidi facti sunt. Et quod omnium maius, signaculū Sion: Q̄m resignata est de gloria sua nunc, & tradita est in manibus eorū, qui nos oderunt. Tu ergo excute multā tuam tristiciā, & depone abs te multitudinem dolorū, ut tibi repropitiet̄ fortis, et requiē faciat tibi altissimus requietione dolorum.

Cessabūt igit̄ lachrymæ. Parendū est enim remedijs salutaribus, qa debet aliqd inter fidos & perfidos itereſſe. Fleant ergo, q spem resurrectionis habere non possunt; quā non sententia Dei erípit, sed fidei inclementia. Interſit inter Christi seruulos, idolorūq̄ cultores; ut illi fleāt suos, quos in pętuum existimant interisse. Illi nullas habeant lachrymarū ferias, nullā tristitiæ requiem consequant̄, q nullam putant requiem mortuorum. Nobis uerò, qbus mors non naturæ, sed uitæ istius finis est, q̄m in melius ipsa natura reparat̄, fletus oēs casus mortis abstergat. Certe si illi sibi aliqua solatia repperierunt, q finem sensus, defectūq̄ naturæ mortē arbitrati sunt: quanto magis nos, qbus meliora post mortē præmia bonorū factorū conscientia pollicet̄? Habent gentiles solatia sua, qa requiem malorū omniū mortem existimant. Et ut uitæ fructu carent; ita etiā caruisse se putant omni sensu & dolore pœnarū, quas in hac uita graues, & assiduas sustinem9. Nos uero ut erectiores præmio, ita etiam patientiores solatio esse debemus. Non enim amitti, sed præmitti uidēt; quos non absumptura mors, sed ętternitas receptura est.

Cessabunt ergo lachrymæ, aut si cessare non poterunt, in communibus lamentis flebo te, frater; & sub dolore publico domesticos gemitus tegā. Nam cessare non poterunt, cum ad omnem sonum nominis tui lachrymę surrepant, uel cum usus ipse recordationem excitat, uel cū affectus imaginem representat, uel cū recordatio dolorē renouat. Q̄ enim dees, q tantis officijs repręsentaris? Ades, inquam, & semp ostenderis; & toto te animo ac mente complector, aspicio, alloquor, osculor, comprehēdo, uel in ipsa quiete nocturna, uel in luce clara; cum reuisere, & solari dignaris męrentem. Denicq̄ ipsæ iam noctes, q̄ quasi molestiores uiuente te uidebant, q̄ mutui conspectus copiam denegarent; ipse iā somnus colloquiorū no-

ſtrorꝝ dudū iterruptor inamabilis,dulcis eē iā cœpit, qa te mihi reddidit.

Non igit miſeri,ſed beati quorꝝ nec p̄ſentia deficit, nec cura minuit, & augeť gr̄a. Etenim ſomni ſimilis imago mortis. Quod ſi in quiete nocturna uinculis adhuc corporeis inhærentes, & quaſi inter carceraria religatę clauſtra membrorꝝ,poſſunt tñ animæ altiora,& diſcreta p̄ſpicere; quanto magis ſpectant hæc,cum iam puro, æthereoq; ſenſu nulla corporeę labis impedimenta patiunť? Meritoq; mihi conquerenti, urgentecq; iam in occaſum die,non reuiſeres quieſcentem;totus omni tpe indiuiduus affuiſti,ita ut illo p̄fuſus ſopore membrorꝝ,cum ego uigilarem tibi, tu uiueres, mihi dicerem: Quid eſt mors frater? Nam certe nullis a me ſeparare momentis.Ita enim ubiq; p̄ſto eras,ut quam in iſtius uitę uſu habere copiam nequibamus,nunc nobis ſemp & ubiq; p̄ſto ſit. Nam tunc utiq; oīa p̄ſto eſſe non poterant:nec enim complexiones nr̄æ,conſpectuſq;, & oſculorꝝ corporaliū ſuauitates locis omnibus, & omnibus temporibus ſuppetebant. Animorꝝ imagines ſemp nobiſcum erant,etiam qñ nō eramus una: quę ne nunc quidem occiderunt,aſsidueq; aduolant,quo maiore deſiderio,eo maiore copia. Teneo igit te,frater;nec mihi te aut mors, aut tp̄s auellet.Ipſæ dulces lachrymæ ſunt;ipſi fletus iucūdi, qbus reſtinguit ardor animi,et quaſi relaxatus euaporat affectus. Neq; enim ſine te eē poſſum, aut tui non meminiſſe unq;;aut meminiſſe unq;,& meminiſſe ſine lachrymis.O amari dies, q interruptā copulam proditis. O flebiles noctes,q tā bonum conſortem quietis,& indiuiduum mihi comitem p̄didiſtis. Quas ederetis cruces,niſi ſe offunderet imago p̄ſentis;niſi uiſiones animi repræſentarent,quem ſpecies corporis denegaret? Iamiam frater animo meo chariſsime,quanq; imaturo deceſſeris obitu, beatus tñ q iſta non ſuſtines, nec amiſſum fratrem mœrere compelleris,quē abſentem diu ferre nō poteras,ſed recurſu celeri reuiſebas.Quod ſi tūc ſolitudinis meę tędia repellere,mœſtitiam fraternę mentis ableuare,pperabas:quanto nunc crebri? afflictum animum debes reuiſere,& ex te conceptū, per te lenire mœrorem?At mihi tñ dat aliquas officñ uſus inducias;& obſequñ ſacerdotalis intentio abducit animum.

De ſancta uerō ſorore quid fiet?Quę licet diuino metu pietatem temperet,rurſus tñ ipſum pietatis dolorē ſtudio religionis accēdit. Strata humi,& totū gremio ſui complexa tumulū,laborioſo feſſa inceſſu,triſtis affectu,dies noctesq; mœrorē integrat. Nam licet fletū plerunq; ſermone ſuſpendat,in oratione renouat. Et quāuis ſcripturarū memoria cōſolationes ſerentibus p̄currat;flendi tamen deſideriū precandi aſsiduitate compenſat,lachrymarꝝ ubertatem tunc præcipue,qñ nemo interrūpere poſſit,inſtaurans. Ita quod miſereariſ habes:quod reprehendas non habes.Flere enim in oīone uirtutis eſt. Et quanq; iſtud familiare uirginibus, qbus mollior ſexus,tenerior affectus contuitu communis fragilitatis; in lachrymas etiam ſine domeſtici ſenſu doloris exuberat:tñ cū maior cauſa mœrendi eſt,finis mœroris excludit. Deeſt igit conſolandi uia, quia ſuppetit excuſandi gr̄a. Neq; enim poſsis prohibere quod doceas,p̄ſertim cū religionis aſtruat lachrymas,non doloris; & cōmunis ſerie deplorationis in metu pudoris obtexat. Conſolare ergo, qui potes adire animum, penetrare mentē. Cernat te eſſe p̄ſentem: ſentiat non eſſe defunctū, ut cuius ſecura de merito,eius functa ſolatio,diſcat pro eo nō grauiter dolere, qui ſe ad-

monuerit non dolendum.

Sed quid ego demoror, frater; quid expectem ut nostra tecũ cõmoriatur, & quasi consepeliat oratio? Licet ipsa species, & exanimis corporis forma soleat: oculosq; manens grã, & permanens figura demulceat. Nihil inquã, moror: Procedamus ad tumulũ. Sed Prius ultimũ coram populo uale dico, pacem prædico, osculũ soluo. Præcede ad illã communẽ omnibus, & debitã, sed iam mihi prę cæteris desiderabilẽ domũ. Para hospiti consortiũ. Et quemadmodũ hic omnia nobis fuere cõia, ita illic quoq; ius diuiduũ nesciamus. Ne, quæso, cupientem tui diu deseras: pperantem expecta, festinantem adiuua; & si diutius morari tibi uidebor, accersi. Neque enim unquam plixius abfuimus a nobis: tu tñ solebas reuisere. Nũc qm̃ tu redire iam non potes; nos ad te ibimus. Æquũ est ut officium repẽdamus, subeamus uicem. Nunc̃q; nobis fuit uitæ conditio discretior. Semper aut sanitas, aut ægritudo cõmunis, ut cũ alter ægresceret, alter incurreret; cũ alter reualesceret, uterq; consurgeret. Quo ius nostrũ amisimus? Et nunc consortiũ ægritudinis fuit; quo mortis consortiũ non fuit? Tibi nunc omnipotens Deus innoxiã commendo animã: Tibi hostiã meam offero. Cape ppitius, & serenus fraternũ munus, sacrificium sacerdotis. Hæc mei iam liba præmitto. In hoc ad te pignore uenio; non pecuniæ, sed uitæ pignore; ne me diutius residere facias tanti fœnoris debitorem. Non mediocris est fraterni amoris usura, nec uilis naturæ sors, quam cumulauit incrementum uirtutis. Possum ferre, si cito cogar exoluere.

VITA EVSEBII SAMOSATENI, ET BARSÆ Ediſſeni Epiſcoporum, per Caſsiodorum Senatorem ſcripta.

Habetur li. 7. Hiſtoriæ Tripartite ca. 16.

Heodoretus. Eusebius Samosatenus Episcopus sub Valente Imperatore in Thraciam in exiliũ deportatus, Apostolicis laborib⁹ desudabat. Is enim multas ecclesias desolatas pastoribus esse conspiciens, habitu militari sumpto, τίαρα caput operiẽs, Syriam peragrabat, & Phœnicen, pariter & Palæstinã, ꝑsbyteros ordinans, atq; diaconos, aliaq; ecclesiæ pagebat officia. Sicubi aũt inueniret sibi cõcordes eꝑos, eos Pręsules idigentibus cõstituebat eccleſ̃s. Quantã uero fortitudinẽ, sapientiãq; monstrarit, Imperialem suscipiens iussionẽ, qua eum ꝑcipiebat in Thracĩs habitare, necessariũ arbitror nescientes cognoscere. Venerat.n. baiulus huius ꝑceptionis circa uesperã, quem Eusebius silentiũ habere, & aduentum suum cælare iussit, dicens: Si cognouerit hoc turba sacri zeli amore inflãmata, te quidem interimet: ego aũt pro tua morte apud Deum pœnas cogar exoluere. Quum hæc dixisset uespertino consueto ministerio celebrato, circa ipsa somni primordia uni famulor̃ secretũ pãdens, solus egressus est senex: sequebaꝫ famulus, puluillum tantũmodo, & codicẽ gerens. Cumq; uenisset ad Euphratis fluminis ripam, iuxta ipsos muros ciuitatis expositam, ascendit in nauẽ, ut Zeugma nauigaret, iussitq; nautis, ut remigarent. Et facto die, ille quidem puenit ad Zeugmatis locũ: Samosateni uero gemitibus, & lamentatione repleti sunt. Nam cũ ille seruus eius proximis, quæ iussa fuerant, indicasset, & qui cum eo proficiscerent, & quos codices detulisset, ingemiscebant uniuersi, pastore uidelicet priuati. Fluuiusq; nauigã-

tibus,atq; sequentib⁹ est impletus. Cumq; uenissent, & desideratū pastorem cernerent,amplius eiulabant:ac suspirantes,fundentesq; lachrymarū fontes,eum retinere nitebant,ne in lupos oues eius inciderent. Quem cū flectere non ualuissent,audierunt,eo legente,Apostolicam legem, q̄ apte iubet nos principib⁹,et potestatib⁹ esse subiectos. Quo facto, alij quidem ei obtulerunt aurū,alij argentū,alij uestes, alij famulos, tanq; ad peregrinam,& exteram properanti terram. At ille pauca quædam a ualde uotis accipiens,doctrinisq; cūctos,& orationibus armans, & pro Apostolicis dogmatibus pugnare p̄cipiens, ad Histrum profectus est. Illi uero ad urbem propriā remeantes,& mutuo se exhortantes,luporū circūspiciebant prudenter insidias. Nunc uero narrandus est horū fidei calor, & puritas. Puto enim me delinquere, nisi p̄ hanc relationem illi semp̄ memorabiles habeant. Quum ergo Arianorū participes egregio pastore priuassent gregem,aliumq; pro eo Eunomium noīe fecissent ep̄m, nullus illic habitātium,non pauper,non diues,non famulus, non opifex,non agricola, non hortulanus,non uir,non mulier,non iuuenis,non senex, ad ecclesiasticum accessit consuete collegium. Solus itaq; degebat ep̄s, tum nullo eum neque uidente,neq; penitus appellante,licet feratur cum multa eum uixisse mansuetudine:cuius rei hoc probat iudicium. Cum enim uoluisset lauare, & eius famuli balnei ianuas obseransent, uolentesq; ingredi prohiberent, ipse populum ante ianuas uidens,eas aperire p̄cepit,& libenter secum omnes lauacro participari. Hoc idem etiam in balnei solio fecit. Nam quū lauanti sibi quosdam uideret astare,iussit ut cū ipso communiter aqua calida fruerent,qui tacentes astabant. At ille honoris causa hoc fieri putās, uelociter ascendens egressus est. Illi uero nequissimæ hæreseos immunditia,etiam aquā iudicantes esse pollutam, eā repente cuniculorū egestionibus tradiderunt,& aliud fecerunt solium temperari. Quod ille congnoscens,relicta ciuitate discessit,inimicam habitare ciuitatem,& horrorem habentē aduersum se communē, arbitratus esse stultum.

Quo de Samosata abeunte,Lucium pro eo aperte lupū, & ouibus inimicum constituerunt. Sed oues licet desolatæ pastore, tñ quæ sunt pastoris operabantur. Permanserunt enim doctrinā apostolicam inuiolabiliter obseruantes. Quō enim etiam Lucium oēs habuerint odio,alijs narrationibus explanabo. Adolescentes in platea sphæram alter alteri porrigētes,lusu delectabant. Isto aūt transeunte,contigit ut sphæra cadens, p̄ sinū eius transiret pedes: tum pueri uehementer eiulauerunt, arbitrati sphæram pollutione repletam. At ille hoc intelligens, p̄cepit cuidam sequentium,ut expectaret,& quod gereret,cognosceret. Pueri uero accedentes ignem,& sphæram iaculantes per mediam flammam, hoc modo eam arbitrati sunt expiatam. Et hoc quidem esse noui iuuenile,& consuetudinis antique reliquias. Veruntamen indiciū est,quo possit ostendi quale odiū circa Arianam uæsaniam ciuitas habuerit uniuersa.

At Lucius mansuetudine non est imitatus Eunomium,sed multos quidem sacerdotū fecit per iudices in exiliū deportari,eos p̄cipue,qui uiriliter pro sacris dogmatibus dimicabāt,usq; ad nouissimos Romani fines Imperij,Euolciū diaconij ministerio functū in eremum Oasim,Antiochū uero Eusebij maximi generatione decoratū (erat enim cōsobrinus eius) & multis uirtutibus coruscantem, necnon sacerdotij dignitate fulgentē,

in

in Armenię terminos mitti suasit, cuius opera pro diuinis dogmatibus celebrata quis explanare sufficiat?

Quum itaq; uir sanctus Eusebius post multa certamina, innumerasq; uictorias etiam coronã martyrij suscepisset, conuenit solenni modo ꝓuinciæ synodus, pariter & Iouianus Pergenę tũc ciuitatis episcopus, qui pauco tempore Arianoꝝ fuerat communione maculatus. Quumq; uniuersi Antiochũ elegissent, auunculo ꝓprio successorem, & ad sacrũ ꝑduxissent altare, & genua ad ordinationem inclinare compellerent, conuersus, & uidens Iouianũ suo capiti dexteram imponentẽ, manũ eius repulit, dicens, non esse ferendã dexteram, quæ aliqñ sacramenta blasphemijs celebrata suscepisset. Sed hæc quidẽ non post multũ temporis euenerunt. Tunc.n. in interiorem est (ut dixi) ductus Armeniam. Qua tempestate uir sanctus Eusebius morabat̃ apud Histrũ, Celtis Thraciam deuastantibus, & obsidentibus ciuitates, sicut eius scripta commemorant.

Barsen quoq;, cuius etiamnum maxima gloria est, non solũ in Edessa, quã regebat, uicinisq; prouincijs, sed etiam in Phænicę, & Ægypto, necnon Thebaide, quas gentes cũ maximo uirtutis suæ splendore transierat, primũ quidem Valens insulam Aradon habitare p̃cepit. Cumq; cognouisset innumeros ad eũ concurrere populos (quia cũ plenus esset gratia, uerbo ægritudines effugabat) in Oxyrynchum Ægypti urbem eũ in exilium destinauit. Cumq; etiam illic eius gloria omnes accederet, in quoddam castrũ extremũ Barbaris uicinũ, cui nomen est Pheno, senex dignus cœlesti urbe deductus est. Aiunt quidã in Arado hactenus eius extare lectum, eximia celebritate dignum: multi enim ægrotantium, cũ in illo collocantur, salutem fide percipiunt.

1 *Lectus sancti sanat ægrotantes, quãtomagis eius reliquiæ quæ lectum tetigerunt sanarent?*

VITA OCTOGINTA LEGATORVM ORthodoxorum, a Valente Imperatore occisorum, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 7. Historiæ Tripartitæ ca. 19.

Socrates. Imperator Valens festinans Antiochiam, de Constantinopoli digressus, uenit in Nicomediã, & illic huiusmodi de causa moratus est. Eudoxius enim Arianæ religionis mox post egressum Imperatoris defunctus est, cõsulatu Valentiniani, & Valentis tertio, cũ undecim annis sedem Constantinopolitanæ tenuisset ecclesiæ. Quamobrem Ariani in locũ eius ordinauerunt Demophilũ. Verum prędicatores consubstantialitatis oportunum iudicantes inuenisse se tempus, Euagriũ quendam suę fidei constituerunt episcopũ. Quem ordinarat Eustachius pridem Antiochenus episcopus, qui prius quidem a Iouiniano fuerat de exilio reuocatus: tunc autem aderat in urbe Constantinopoli latenter degens, ut consubstantialitatis prędicatores sua pręsentia roboraret. Hoc facto, ex alio rursus initio persecutionem Ariani mouebant. Hęc gesta cũ peruenissent ad principẽ, metuens ne seditione ciuitas turbaret̃, militarem manum a Nicomedia Constantinopolim destinauit, pręcipiens ut teneret̃ & ordinator, et ordinat⁹, & alius alio mitteret̃ in exilium. Eustathius igit̃ in Bisam Thraciæ ciuitatem mittit̃, Euagrius in locum alium destinatur.

His ita gestis Ariani amplius efferati, uexabant uehementer orthodo-

xos,cædentes,contumelijs affligentes carceribus recludentes,pecunijsq; sæpe spoliantes,& omnia contra eos facientes non ferendis modis. Quæ cũ illi ferre non possent,ut deprecarentur principem ueniebãt, si quo modo mererentur uiolentias euitare.Sed hoc cogitantes, ualde frustrati sunt, ab iniusto se arbitrati iustitiam promereri. Cumq; uiri electi ex ecclesiastico collegio octoginta numero,quibus præerant Vrbasus,Theodorus,& Menedemus,in Nicomediã peruenissent, preces obtulerunt Imperatori,uiolentiam proclamantes,& ea,quæ uidebantur esse perpessi.

Indignatus igit Imperator,ad præsens cælauit iram,latenter aũt Modesto Præfecto præcepit,ut eos comprehensos occideret.Modus aũt mortis erat quodãmodo peregrinus:quapropter memoriæ contraditus. Metuens enim Præfectus ne seditio nasceret in populo, si eos palam perimeret,simulauit se eos uiros in exiliũ destinare. Illis aũt simpliciter acquiescẽtibus,iussit eos Præfectus mitti in nauem,uelut in exiliũ deuehendos,præcipiens nautis, ut cũ ad mare medium peruenissent, eos dimergerent,& hoc modo morerentur.Quo facto,perductis in mediũ sinum, qui uocat Astacenus,quod iusserat præfectus Impatoris,impletũ est,& in alia sequẽti nauicula nautæ transeuntes concremauerunt nauem. Contigit aũt uentum subsolanũ ualde flare,& ita nauis uelociter est accensa. Cuius reliquæ peruenerunt ad locũ qui Acidiza nuncupat,ubi ad plenum cum uiris religiosis absumptæ sunt. Quod tamen aiunt non sine ultione transisse. Fames nanque repente secuta est circa Phrygias gentes, ita ut necessitatem haberent habitatores patriam relinquere, & ad Constantinopolim, diuersasq; prouincias properare.

Habetur in libro 7. Historiæ Tripartitæ cap.32.

VITA MVLIERIS ORTHODOXÆ, QVÆ AD Martyrium cum filio accurrebat, necnon Eulogij,& Protogenis confessorũ Dei,per Casiodorũ senatorem scripta.

Ocratres. Dicendum quoq; est,quod in Edessa Mesopotamiæ sub Valente Imperatore gestũ esse dinoscitur. In hac urbe est Thomæ Apostoli basilica, clara ualde, pariter & ornata. In qua propter loci reuerentiã Collectæ sæpius celebrantur. Quã uolens Imperator inspicere,& cognoscens sibi omnes exosos ibidem conuenire, fertur manu percussisse Præfectum, quod inde orthodoxos non expulisset uniuersos. Cumq; præfectus iniuriam passus, inuitus indignationi principis ministrare contenderet (non enim uolebat tot hominibus cædem inferre)latenter mandauit,ut nullus in illa Basilica remaneret. Sed nemo respexit neq; consiliũ,neq; terrorem eius. Omnes enim altero die ad locum orationis pariter confluxerunt. Cumq; Præfectus cũ multa militũ manu ad basilicam festinaret,ut Imperatoris perficeret iussionem, quædam muliercula in paupertate degens, suum filium manu trahens,cursuq; ad illam basilicam properans, Præfecti interrupit officium.

1 *Basilica Thomæ Apostoli clara ualde & ornata.*

2 *Ecce quomodo ecclesia est locus orationis, quod negat quidam ex nostris hæreticis.*

Indignatus uero Præfectus, mulierẽ sibi iussit adduci, dixitq; ad eam: O infelix mulier,quo sic indecenter curris? At illa: Quo & alij,inquit,ire festinant.Tunc ille.Non audisti, q Præfectus illic occisurus est uniuersos, quoscunq; repererit? Et mulier: Audiui,inquit,ideoq; festino, ut illic in-

uenîat inter eos. Et quo hunc paruulũ trahis infantem? Tum mulier ait: Vt & iste martyriũ suscipere mereatur. Hæc cũ audisset uir ille, considerauit concurrentiũ animum, & mox recurrens ad principẽ, suggessit ei, q̃ essent omnes mortem pro sua fide suscipere parati, irrationabile dicens, breui tẽpore tantã multitudinẽ occidere. Quo dicto, ab ira auocauit Imperatorem. Hoc ergo modo Edessení furorẽ Imperatoris effugiunt.

Theodoretus. Et hæc quidem cũ Præfectus Imperatori dixisset, populum quidem, quod expectabat, non pertulit experiri. Verũ duces eorum, id est, presbyteros, atq̃ diaconos interrogari pręceptũ est, ut unũ è duobus eligerent, aut cõmunicare lupo, aut urbe pelli, & in quasdã extremas partes destinari. Cumq̃ congregasset uniuersos, mitibus utebatur uerbis, persuadere nitens, ut leges sequerentur Imperatoris, indicium uæsanię dicens esse, quod tanto Imperatori pauci homines repugnarẽt. Cumq̃ cuncti tacerent, ad horũ ducem Eulogium, uirum ualde laudandũ, Præfectus ait: Cur non respondes his, quæ dicuntur a nobis? At ille: Non, inquit, oportet nihil interrogatũ respondere. Tunc præfectus: Multa itaq̃ uerba locutus sum, monens uos, quæ satis expediunt. Porro Eulogius uniuersis hæc dicta fuisse respondit, & incongruum esse, ut solus alios contẽnens responderet. Si uero me solũ, inquit, interrogas, meam declarabo sententiam. Præfectus ait: Cõmunica posidenti regnũ. At ille pacifice, & ualde benigne ait: Et mihi regni quoq̃, sacerdotijq̃ consortiũ est. Tunc Præfectus irrisionem sentiens sæuiebat, & iniurijs contra senem usus, etiã hæc adiecit. Non hoc locutus sum fulminande, sed quibus cõmunicat Imperator, cõmunicare uos monui. Cumq̃ dixisset senex pastorẽ se habere, & illius nutibus obedire, octoginta eodem tẽpore cõpræhendens destinauit in Thraciam: qui cũ ducerentur, plurimo pariter apparatu fruebãtur. Ciuitates enim occurrebant, & uici, uictores athletas honorantes. Sed hostes armauit inuidia, ut Imperatori dicerent, plurimorũ honorem uiris illis decretam exilij contumeliã afferre. Hęc cognoscens Imperator, iussit ut bini & bini separarentur, & alios quidem in Thracias, alios in extremam Arabiã, alios uero in Thebaidos disperſit urbes. Aiunt enim, quod etiam fratres, quos natura iunxit, crudelissimus corpore separarit. Porro Eulogiũ Pręsulem illorũ, & Protogenem, qui post eum fuit, in Antinoum usq̃ transmisit. Quorũ uirtutem non patior obliuioni contradere. Quum enim concordem uiderent ciuitatis episcopũ, ecclesiasticoq̃ collegio qui cõmunicarent, uiderent paucos esse, ad ecclesias concurrebant. De qua re consulentes cognouerunt habitatores ciuitatis esse Paganos, unde dolentes de eorũ incredulitate lamentati sunt: non tamen esse diulugendũ arbitrati sunt, sed omni uirtute de medicina curauerunt.

Sacratissimus igitur Eulogius in habitaculo suo consistens, toto die, totaq̃ nocte omniũ deprecabatur Deum. Protogenes aũt ualde dignissimus, Eunomij literis eruditus, ad scribendũ uelociter prõptus, inueniens opportunũ locum, eumq̃ sibi segregans ad docendũ, adolescentiũ magister effectus est, quos & scribere uelociter edocebat, & diuina erudiebat eloquia. Dictabat eis Dauidicas melodias: & apostolicæ doctrinæ congruas lectiones meditari præcipiebat. Cumq̃ unus adolescentiũ incidisset in morbũ, uenit ad domũ eius, & tenens ægroti dexterã, morbũ orationibus effugauit. Hoc cognoscentes aliorũ parentes infantium, deduxe

3 *Eulogius morbos orationibus effugabat.*

runt eum ad domos suas, & ægrotis auxiliari precabantur. At ille non ante se dixit Deum, ut expellerētur morbi, rogaturū, nisi prius ægroti sacri baptismatis munere potirentur: quod illi cū gaudio impleuerunt. Cogebat enim eos salutis desideriū, & simul animę, corporisq; sanitate fruebantur. Si quando uero alicui suasisset, ut sacram gratiā mereretur accipere, ducebat eum ad Eulogium, & cōcutiens ianuam, rogabat, ut aperiret, ac signū dominicum ei, qui fuerat renatus, imponeret. Cumq; ille difficilius aperiret, ne intercideret orationē, dicebat potius esse necessariā salutem errantiū. Mirabantur igitur uniuersi uidentes Protogenem talia facere, qui licet tot hominibus lumen diuinæ cognitionis impartiret, tamen Eulogio primatū per omnia reseruaret, ut eos quos lucrabatur, illi magis offerret. Vnde conȝciebant multo magis uirtutē illius eminere. Quum igitur fluctuatio quieuisset, tranquillitate facta, remeare iussos deduxerunt omnes, ingemiscētes, & lachrymantes, maxime uero præsul ecclesiæ eorum, primatus affectu. Cumq; ad propria remeassent, sanctus quidē Eulogius Barsæ maximo ad uitam felicissimam transeunte, eius susceptt regimē ecclesiæ. Porro mirabilis Protogenes colere iussus est urbē Carrensiū desolatā, & spinis gentiliū plenā, quę utiq; pluribus laboribus indigebat.

Habentur libro 8. Historiæ Tripartitæ cap. 38.

VITA, ET AGONES MACARII, ALTERIVSQVE Macarȝ, Isidorȝ, & cæterorum monachorum, nec non Episcoporum, præsbyterorum, & Diaconorum sanctarumq; Virginum, sub Lucio Alexandrino Episcopo intruso tolerati, per Cassiodorū Senatorem scripti.

THheodoretus. Post recessum Petri Alexandrini Episcopi, qui legitime Athanasio successerat, trāsactis diebus paucis, Euzoius ab Antiochia uenit cum Lucio, & ecclesias ei contradidit: cuius etiam impietatem Samosata noscitur experta. Paulus autem doctrinis primū Athanasiȝ satiatus, deinde fastidiens cibū sibi offerri contrariū, ab ecclesiasticis collegȝs se subtraxit. Porro Lucius armigeris utens cultoribus idolorum, alios uerberauit, alios suspendebat, alios cogebat effugere, aliorū uero instar Barbarorum uastabat domos. Sed hæc melius uir mirabilis Petrus in sua narrabit epistola. Ego tamen unum e sceleribus Lucȝ prius referens, epistolam Petri ponam.

Viri quidam in Ægypto conuersationem imitantes angelorū, & ciuitatis euitantes turbas, uitā agere in eremo potius elegerunt, arenosamq; terrā, & sterilem frugiferam reddiderunt, fructū uidelicet Deo suauissimum uirtutis eorū, & optimū referentem. Cuius uitæ multi quidē uidentur esse authores. Sed a puero illic creuit Antonius ille celeberrimus, monachis uirtutem luctaminis spiritualis ostendens.

Huius ergo loci tunc incolas sequaces Antonȝ, infelix Lucius expulit, eorumq; sanctissimos Præsules, Macariū uenerabilē, aliumq; Macarium, Isidorū, & cæteros speluncis suis eȝciens, in quandam insulam, quæ ab impiȝs inhabitabatur hominibus, destinauit: quippe quæ nunquā magistrū susceperat pietatis. Cumq; nauis ad littus insulæ peruenisset, dæmon, qui ab illis honorabatur, relinquens idolū, ubi dudum habitare cō-

sueuerat,

fueuerat,filiam fui sacerdotis inuasit,& Bacchantem illuc usq; perduxit, ubi nauis aduenerat monachorũ. Tunc dæmon utens lingua puellæ clamabat,sicut in Philippis per Pythonissam. Audiebantq; cuncti uiri,simul & mulieres,dęmone proclamante: O potentiã uestram,o ministri Christi:undiq; a uobis expellimur, a ciuitatibus,atq; uicis, a montibus,simul atq; collibus,ab eremo,quæ priuata probatur hominibus. Sperabamus in hac insula cõmorantes, a uestris iaculis liberari, qua spe noscimur esse frustati. Huc uos persecutores miserunt, non ut uos uexarent, sed ut nos per uos expellerẽt. Ecce recedimus ab hac insula:uirtutis enim uestræ radijs iaculamur. Hæc dicentes & his similia, puellamq; in terrã prosternentes,ipsi quoq; omnino disparuerunt. Tunc ille sacratissimus chorus oratione facta suscitauit puellam,& suo patri sanã,ualentemq; restituit. Verum illi,qui miraculũ conspexerant,ad sanctorũ prouoluti pedes, salutis uiaticũ se percipere supplicabant. Et templũ quidẽ dæmonũ destruxerũt: doctrinæ uero radijs illuminati,sacri baptismatis gratia sunt potiti.

1 *Oratione facta sacratissimus Monachorũ chorus suscitauit puellam.*

His in urbe nuntiatis, omnes populi congregati, Lucio detrahebant, dicentes iram sibi imminere diuinitus, nisi sanctorũ reuerteretur chorus. Sicitaq; metuens tumultum Lucius ciuitatis, sacratissimos uiros ad suas speluncas redire præcepit. Et hæc quidẽ sunt digna,quæ abominationem illius impietatis aperiant. Veruntamen temeritatis eius scelera literæ Petri illius admirabilis edocebunt. Quarũ ego prolixitatem fugiens,quę in medio posita sunt,ponere non omittam.

Prouinciæ,inquit,iudex Palladius,cũ esset religione Paganus,& idola semper adoraret,contra Christũ sæpius pugnare conabatur,& colligens prædictũ populum,impetũ fecit aduersus ecclesiam,perinde ac si Barbaros subdere niteretur. Tuncitaq; multa crudelia gesta sunt,quæ solũ dictare uolẽs,ipsa rei memoria dolore maximo sum cõmotus,& fluxũ protuli lachrymarũ, diuq; hoc potueram pati, nisi diuina ratione animũ releuassem. In ecclesia enim,quæ Theone uocatur, ingressa multitudo pro uerbis honorabilibus idolorũ fauoribus exultabant. Pro sacrarũ lectione scripturarũ turpes manuum plausus agebantur. Infracteq; cũ turpitudine uoces contra Christi uirgines contumelias dicunt, quas lingua hominum proferre non patitur. Audiens enim unusquisq; sapientium talia, claudebat aures:& magis optabat esse surdus,ne huiusmodi uerba audire cogeretur. Sed utinã uerbis peccando quieuissent, & non actu uerborum turpitudinem superarẽt. Tolerabilis nanq; detractio est huiosmodi, apud quos Christi sapientiæ, & doctrinę cultus inhabitat. Hi siquidẽ iræ uasa ad perditionem facta, subsannantes, & horribilem sonũ de naribus emittentes,& ut ita dicam, fœtorem ueluti de quodã cuniculo pfundentes,uestes sanctarũ Christi uirginũ dirumpebant, quarum continentia formam sanctorũ imitabat angelorum. Et sicut habet natura,nudas per totam circunferentes urbem,sicuti uolebant, eis cũ turpitudine illudebant. Si quis aũt eos tunc compatiendo phibuisset,uulneribus maceratus agebatur. Vę illis cladibus. Multę siquidẽ uiolentia corporis sustinuere corruptionem:plurimę uirginũ uectibus in capitę cęsę,sine uoce manserũt:quarum etiam funera solenni sepulturæ tradi phibita sunt. Multa denicq; corpora hactenus a parentibus ingemiscẽtibus ingsita reperiri non possunt.

2 *Continentia uirginũ sanctorum Angelorũ formam imitabatur. Ergo possibile illis erat o hæretice,uirginitatẽ suã custodire?*

3 *Corpora sanctarũ uirginũ solenni sepulturæ tradi phibita sũt.*

Sed cur parua de magnis loquor? Cur in istis moror, & non potius ad

necessaria iam recurro: in quibus bene noui, quod mirabitur quilibet nobiscum obstupescens patientiam domini, eò quod non repente uniuersa concluserit. Quę enim nunquam facta sunt, neq; per scripturas patrũ nostrorum diebus audita, hæc super ipsum altare impiũ cõmittebant. Velut enim in scena turpi consisterent, puerũ quendam naturam masculi denegantem, & utentem ueste fœminea inunctis oculis, & uultu serico colore de picto, & ut apud prophetã scriptũ est, idolũ fœminei schematis super ipsum altare, ubi aduentũ sancti spiritus inuocamus, circuitus, huc, & illuc agere, & manibus saltationem celebrare fecerũt, ridentes, nephandasq; mittentes uoces. Qui rursus hoc paruum iudicantes, & præterita decora, quam turpia magis existimãtes, quendam ex suis turpitudine notissimũ, ueste, genitalibusq; nudatũ in sede ponentes ecclesiæ concionatorem turpem contra Christũ impudenter eleuauerunt. Pro sacris enim uerbis, ille scelera ptoferebat, pro honestis laudabat luxuriã, pro pietate impietatẽ, pro continentia fornicationem & adulterium, masculorũ concubitũ, furtum, cibos, potum, uitæ huic utilia proclamabat.

4 *Vide quomodo perfidi isti sacrũ Altare et ecclesiã pphanabant,*

His ita gestis, & me ab ecclesia recedente: quippe quum illic stare non possem, ubi militũ inuasiones, ubi populus pro seditione redeptus largitate pecuniarũ, & gentilium multitudo magnis promissionibus aderat noster quidem successor missus est, episcopatũ uelut mundanam cõparans dignitatẽ quidam Lucius lupi nequitiam & actus habere festinans, non orthodoxorã episcoporũ concilio, non decreto ueracium clericorũ, non petitione populorũ electus, sicuti concionantur ecclesiasticæ sanctiones.

5 *Ecce quales episcopi hæreticorum.*

Non quisq; episcoporum, nõ presbyterorũ, non diaconorum, non populi multitudo, non præcedebant eum monachi hymnos decantantes scripturarum, sed Euzoius erat cũ eo pridem quidẽ damnatus cũ Ario in sancto Nicæno, maximoq; concilio: nunc autem per patrocinia Antiochensium uastator ecclesiæ, & comes largitionũ, ac militũ, Dux in omni impietate notissimus, nomine Magnus, qui Iuliani tẽporibus Berytiorũ incendens ecclesiam, beatæ memoriæ Iouiniani tẽporibus ex propriis facultatibus eam reparare coactus est, ita ut pene caput tunc amitteret, nisi multorum labore imperialem clementiã meruisset. Considerare quidẽ hæc uestrum zelum, & ad uindictam excitari deposco, quanta, & qualia sint cõmissa contra Dei ecclesiam, cũ talis aduersum nos fuerit Tyrannus excitatus. Is.n. Lucius, qui per uestram religionẽ, & oẽs orthodoxos episcopos frequenter abdicatus est pro rationabilibus causis, nunc adstitit ciuitati: & non solũ sicut blasphemus, & insipiens, dicit in psalmis: nõ est Deus uerus Christus, sed etiam in opportunitatibus est corruptus, atq; corrupit, gaudens in blasphemijs contra eos, qui saluatorẽ colere cõprobantur. Quum enim Paganorum sensibus situicinus, recentem præsumit erroneus colere Deum. Nam alij coram eo laudes huiusmodi proclamabant: Bene uenisti episcope, qui filiũ non difendis. Alij dicebant: Te Serapis amat, & huc introduxit: simulacrũ utiq; Paganorum nominantes.

6 *Monachi non præcedebant episcopũ hymnos decantantes scripturarum.*

Inter hęc eodem momento prædictus Magnus impietatis eius socius indiuisus, armiger amarissimus, & minister crudelitatis eius, collecta multitudine populorũ, presbyteros atq; diaconos decem & nouem numero comprehendens, quorũ quisdam octogesimũ transcenderant annũ, tanquam captos in quodam scelere, & Romanorum inimicos, legibus co-

artabat, nescíens uirtutem Christianorũ legis, & apostolorum fidem per patres traditam nobis; hæc etiam clementissimũ principem Valentẽ grata habere pronuntians: Flectimini, inquit, miserrimi, & Arianorum concordate dogmatibus. Flectimini, ignoscet enim uobis diuinitas, licet ueræ religioni cultum exhibeatis, uon sponte, sed uiolenter hoc facientes. Necessitati nanque satisfactio adest: Spontaneam uero uoluntatem accusatio digna subsequitur. Quapropter huiusmodi rationes præ oculis habentes, prompte sequimini, & dogmati Ariano subscribite, quod nunc prædicat Lucius: bene scientes, quod si obedíatis, pecunias, quæstus, honores ab Imperatore percipietis. Resistentes uero carceres supplicia, tormenta, flagella, uincula sustinebitis: Pecũnijs simul, possessionibusq; priuati, & postea pulsi, loca crudelia inhabitare damnabímini. Sic iste fortissimus seductor minas seductioni contemperans, inuitabat, atque cogebat ut omnes a pia sententia deuiarent. 7 *Nescíens Apostolorũ fidem per patres nobis traditam.*

At illi nihil amarius existimãtes, cũ pietatis proditionem, huiusmodi re spõderũt uerbis, uirtute, fortiq; sensu seductionẽ, minasq; subdẽtes: Quiesce, iam quiesce his nos terrere sermonib⁹, æsca uerba uana proferre. Nos neq; nouum, neq; recentẽ colimus Deum. Et licet inaniter furías, teq; cõcutias, sicut uehemens uentus, in dogmatib⁹ pietatis ad mortẽ usque constímus: non impotentem, non insipientẽ, non sine ueritate aliqñ fatentes Deum: non aliqñ quidem existentẽ, sicut impietas Arij tẽporalem prædicat filium. Si enim creatura secundum eius uoluntatem Filius non existens cum patre, etiã Pater aliqñ non fuit, quippe filio non extante secundũ eos aliqñ. Si uero semp est pater, existente uidelicet ex eo uero Filio, & nõ secundum generationis fluxũ (deus enim impassibilis est) quo non est insipiens, atq; uæsanus, qui hoc de filio profitet, dicens: Erat quãdo non erat, per quem omnia ut sint, per gratiã constituta sunt? Nostri siquidẽ patres (a quibus isti cadentes, iuste sine patre sunt facti) in Nicæam uenientes, & anathematizantes Arij sectã, cuius nunc iste iuuenis patronus existit, non alterius substantię, quod tu fateri nos cogis, ex natura Patris esse dixerũt, sed ex eius essentia: Quod bene & cum pia mente intelligentes, ex plurima sacrorum uerborum collectione consubstantialem esse professi sunt.

Talia aũt, & his similia dicentes, per multos dies coercuit, putãs a pia eos sententia posse mutari. Qui magis uelut in stadio fortiores effecti, terroremq; conculcantes, & seipsos patrũ rationibus coarmantes, ualidiorem habuerunt de pietate sensum, uirtutis exercitiũ sua pericula iudicantes. Sic igit illis decertantibus, & spectaculũ factis, sicut beatus scribit Apostolus, angelis & hominibus, uniuersa ciuitas cõcurrebat, athletas cõtemplatura Christi, sua constantia uerbera Iudicis, & flagella superãtes, triumphumq; pie contra Arianos per patientiam possidentes, quos ille utiq; credebat se uincere, & illorũ impietati contradere. Cum ergo defecisset eos tormentis afficere, cunctis flentibus, atq; lugentibus, rursus collecta incomposita multitudine, ad iudiciũ eos, imo magis ad damnationem circa portam fecit adduci. Et cũ illic consuete contra eos clamores emitterent a Paganis, atq; Iudæis, & illi nollent Arianorũ impietatib⁹ cõsentire, sententiam protulit, uniuersis ante tribunal eius ingemiscentibus, ut ab Alexandria sublati in Heliopolim Phœniciæ ducerent: cuius habitatores ne nomen quidẽ Christi erudire sustinent, sunt nanq; Pagani. Quo

facto,iubens eos nauem conscendere,ipse stabat in portu, nudũ gladium uibrans, & hoc modo illos terreri putans, qui bis acuto gladio hostiles dęmones crebrius uulnerauerant. Sic ergo dimisit eos absq; sumptibus, & absq; aliquo solatio, nauigare præcipiens mari spumante, & (ut ita dicam) nolente per susceptiõnem uirorũ iniquę iussioni communicare. Ingemuit enim ciuitas uniuersa, & hactenus lamentatur: & alĩ quidẽ suis manibus pectora percutiebant, alĩ uero manus, & oculos tendebant ad cœlum, uiolentiã protestantes, & ueluti dicentes: Audi cœlũ, & auribus percipe terra, qm̃ iniusta sunt, quæ gerunt. Cunctaq; simul gemitu cõplebantur, & ueluti cantus quidã erat in ciuitate luctificus, currebatq; fluuius lachrymarũ. Cum igit̃ Iudex ille præcepisset ut uela nauis tollerent̃, tunc gemitus ingens uniuersorum uirginum & mulierum, seniorum, & iuuenum permixtus lachrymis est emissus.

Quum illi ergo Heliopolim nauigarent, ubi diabolica superstitio celebratur, oẽs in media ciuitate communiter & singuli ingemiscẽtes, atq; lugentes agebant̃. Quibus tamen nec apte licebat flere iussione urbis Præfecti Palladĩ: erat enim & ipse Paganus. Multi denicq; flentiũ arrepti, & in carcerẽ ducti, deinde castigati, lacerati, uerberati, nouissime in metalla sunt traditi: uiri uticq; ecclesiæ, & propter diuinũ zelum ualde pugnantes. Erant enim plurimi eorũ monachi, eremũ incolentes, numero uigintitres: cũ quibus paulopost Diaconus a dilectissimo fratre nostro Damaso, Romanæ ciuitatis episcopo deferens nobis consolatorias communicationis epistolas, manibus post tergũ uinctis, publice ab ipsis speculatoribus ducebatur: ueluti aliquis reus insignis, & homicidarũ uerberibus coæquandus, lapidibusq;, simul & plumbo eius ceruicibus laceratis, ad mare ductus est: & sicut illi sine sumptibus, sine ullo solatio in metallicũ deportatus exiliũ. Cumq; Iudex ille multos quoq; infantiũ cruciasset, quidã eorũ

8

Neque fratrum exequiis solennibus sunt potiti. Erant itaque etiam tum solennes exequiæ. Non ergo cupidorum sacerdotũ recens iuuentum, ut dicunt Nebulones nostri.

morientes, neq; parentũ, neque fratrũ exequijs solennibus sunt potiti. O multã inhumanitatem iudicantis, magis uero condẽnantis. Qui enim propter pietatẽ decertarunt, homicidis cõparari potuerunt, quoꝝ utiq; corpora insepulta relicta sunt: pie laborãtes escis bestiarũ, uolatiliumq; proiecti sunt. Quicq; patrib⁹ necatoꝝ naturalium conscientia compati uoluerunt, ueluti iniqui capite secti sunt. Quæ lex Romanoꝝ, quæ Barbarorũ sententia, quoslibet patribus condolentes punit? quando quispiã ueterũ huiusmodi gesit iniquitatẽ? Iusit itaq; Pharao, ut masculi interficerentur Hebræoꝝ, sed inuidia, & timor tunc protulit hoc p̃ceptum. Quanto tm̃ illa, quæ tunc gesta sunt, humaniora modernis existunt; quanto desiderabiliora ad discretionẽ iniquitatis huius? Et licet malitia nequaq; seperentur alterutris, sunt tm̃ incredibilia quæ dicuntur, inhumana, crudelia, sæua, barbara, amara, sine misericordia, in qbus exultabant Ariani, choros agẽtes, quũ uniuersa ciuitas ingemisceret. Non fuit enim domus, in qua non esset mortuus, sicut in Exodo scribitur.

Et quũ hæc ita sint gesta (non enim quieuerunt iniqtatis authores, sed ad peiora profecti) usq; ad episcopos prouinciaꝝ uenena propria dispersa sunt, habentes iniquitatis suæ solatiũ, Comitem largitionũ, quem prædiximus, Magnũ. Alios etenim episcoporũ Curiæ tradiderũt, alios diuersis machinationibus affecerunt, uolentes uniuersos impietatibus obligarĩ, & sc̃m patrem ipsorũ diabolum quærentes, quem sua rabie deuorarent.

rent. Super hęc aũt undecim Ægyptiorũ epiſcopos, uiros pene ab infantia uſq; ad ſenectutem eremũ incolentes, uerboq; ſuperantes, & actu libidinem, piamq; fidem ſine confuſione p̃dicantes, & dogma pietatis edocentes, multasq; uictorias de dæmonibus exercentes, & Arianã ſectam ſapientiſsima ratione denotantes, in exiliũ miſerunt in ciuitatem Iudęorũ, nomine Diocæſaream. Et uelut infernus crudeliſsimus nunc̃q; morte ſatiati fratrũ, ſuæ ſæuitiæ memoriã relinquere uoluerunt. Nuper enim eccleſiæ catholicæ clericos, degentes in Antiochia cũ fidelibus monachis, uolẽteſque eorũ ſcelera denotare, aures imperatorias inflammantes in Neocæſaream Ponti mittendos eſſe ſubornarunt. Qui, puto, propter inclementiã locorũ, etiam uita priuati ſunt. Tales itaq; tempus illud tragædias exercuit, ſilentio quidem, & obliuione dignas, ſed literis memorandas, ad obiurgationem eorũ, qui contra unigenitũ linguas ſuas exacuerunt. Hi nanque rabie coarmati blaſphemię, non ſolũ dominum omniũ iaculari nituntur, ſed etiam contra eius famulos bellum ſine ullo fœdere ſuſceperunt.

VITA APHRAATIS, IVLIANI ET ALIORVM Monachorum per Caſsiodorum Senatorem ſcripta.

Habetur lib. 8. Hiſtoriæ Tripartitæ ca. 4.

Heodoretus. In his qui Valẽtis tẽpore pro pietate egregie laborabant, fuit etiã Aphraates monachus. Is ouium ſalutẽ ſuæ quieti præponẽs, & ſpeluncam deſerens propriam, paſtorales ſudores aggreſſus eſt. Quãtas uero uirtutis diuitias congregarit, nunc referre ſuperfluum eſt. Vnum tantũmodo eius debet dici, quod huic hiſtoriæ ualde congruit.

Boreæ parte fluuius currit Oruntes circa palatium: a meridie uero eſt maxima porticus, undiq; turres excelſas habẽs. Inter palatiũ uero & flumen platea eſt, quæ egredientes ex urbe mittit ad ſuburbanos agros. Per hanc plateã cum tranſiſſet Aphraates, ad hoſtilia certamina properabat, ut ſacris ouibus curam neceſſariam exhiberet. Hunc de palatio reſpiciẽs Imperator, uiliſsimo pallio uidit indutũ, & in longæua ſenecta celeriter p̃perantẽ. Quumq; dixiſſet quidã iſtũ eſſe Aphraatẽ, a quo ciuitas uniuerſa penderet, dicit ei Imperator: Dic mihi quo uadis? At ille ſapienter reſpõdit & congrue: Pro tuo, inquit, oraturus imperio. Tunc Imperator: Oportebat te domi, inquit, orare ſecundũ monachicum morẽ. At ille ſanctiſsimus: Optime, inquit, dicis: Si ſic quoq; p̃mitteres, hoc me facere oportebat. Et hoc hactenus egi, quandiu Chriſti oues pace priſtina fruebantur. Quia uero tumultu maximo cõmouentur, & periculi onus impendet, ne captiuæ teneant̃, neceſſe eſt quouis diſcurrere, eaſq; a neceſsitate ſaluare. Sed dic mihi, ſereniſsime Imperator: Si puella eſſem in cubiculo reſidens, & lanæ uacans, uiderem q; paternam domũ ignibus cõcremari, quid me facere deceret? ſedere intus, & ardentẽ contẽnere domũ, an certe diſcurrere ubi aquã ferrẽ, & flãmas extinguerẽ? credo te dicere hoc potius fuiſſe faciendũ: id enim puellæ ſapientis eſt opus. Hoc ergo nunc agit̃ Imperator. Te nanq; in paternã domũ noſtrã mittente flãmas diſcurrimus, ut eas uelociter extinguamus. Hæc illo dicẽte interminatus eſt quidẽ, ſed tacuit Imperator. Vnus uero cubiculari? Imperatoris aſpere reſpõdens uiro ſanctiſsimo, huiuſmodi cladẽ noſcitur pertuliſſe. Is enim habebat balnei cu-

ram: quo post hæc uerba descēdens, ut Imperatori pararet ingressum, & mente pculsus in aquam feruentē descēdit, ibiq; defunctus est. Sedebat Imperator expectans, ut eo renunciante lauaret: eoq; tardante, misit alios uiros, quur moraretur. At illi ingressi uiderunt eū in solio feruēte defunctū, atq; solutū. Quod cum nuntiatum fuisset Imperatori, cognouerunt uirtutē orationis Aphraatæ, non tñ ab impijs dogmatibus recessisse, sed secundum Pharaonem induratum est cor eorum.

Hac tempestate Iulianus ille famigeratus solitudine relicta uenit Antiochiam. Nam cum hæretici soliti facile sarcire mendacia: hunc uirū suæ dicerēt esse prauitatis, miserunt ad eum lumen ueritatis Flauianus atque Diodorus, pariter & Aphraates Acaciū uirtute florentē, q postea Berœę fuit epūs, rogantes ut multis hominum milibus subueniret, & aduersarioꝝ fallaciam redargueret, ueritatisq; dogmata confirmaret. Is ergo uir sanctissimus, & ueniendo, & reuertendo, & in ipsa maxima ciuitate, quanta miracula fecerit, in historia deo amabili a nobis conscripta retulimus. Quod uero totius populus ciuitatis ad collegia nostra conuenerit, nullū seculum dubitare confido. Res enim inopinabiles ad se probanē uniuersos attrahere. Sed quod maxima miracula ille uir operatus sit, etiā ueritatis hostes nequeunt denegare. Hoc enim in Alexandria temporibus Constantiñ fecit magnus Antonius. Deserens enim solitudinem, totas circumibat urbes, satisfaciens uniuersis, quod Athanasius doctrinę Apostolicæ prędicator extaret, & hostes essent ueritatis participes Arñ. Sic igit sciebant illi sacratissimi uiri, quid tempori unicuiq; congrueret, & qñ opus esset frui quiete, quando necessarium solitudini præponere ciuitates.

1 *Ex hoc loco habes qđ antiqui Monachi non uagabantur huc & illuc ut uolunt somniatores nostri, sed in eremo & cellis suis manebant inclusi. Quod si quandoque ad oppida & ciuitates ueniebant, illud erat ut sanctorū animas cōfortarent, qui pro Christiana fide tuenda decertabant.*

Fuit porro illo tēpore in Cyrestensiū eremo famigeratus ille Æcepsemas in cella reclusus, & sexaginta annis neq; uisus, neq; loquutus. Zeugmatius quoq; ille admirabilis, qui licet oculoꝝ acie priuaret, omnia tamen circumibat, confortans oues, lupisq; resistens. Propter quā causam monachicam eius cellulā concremauerunt: sed Traianus magister militū fidelissimus aliam ei extruxit, multoq; eum fouit auxilio. Hoc quoq; tempore fuit Ephrem in Edessa, in Alexandria uero Didymus. Et Ephrem Syra usus lingua. Spiritalis gratię radios emittebat. Qui licet nesciret doctrinam Grecam, multos Græcoꝝ eruditosq; redarguit, & totius hæreticæ prauitatis infirmitatem nudauit. Et qm̄ tunc Harmonius Bardisanę quędam cantica cōponens, & impietatem melodicę suauitati permiscens, illiciebat audientes, & ad perniciem uenabatur: iste sumēs inde harmoniā, pietatem cantilenæ permiscuit, & audientibus suaue admodum & utile medicamen apposuit: quę cantica triumphatorum Martyrū festos dies etiamnum efficiunt clariores.

2 *Festi dies sanctorum Martyrū triumphantibus Canticis efficiuntur clariores.*

VITA CÆSARII FRATRIS D. GREGORII Nazianzenñ Cōstātinopolitani epi per eundē conscripta.

Est oratio septima in operum eius uolumine. Fol. 43.

A Rbitramini fortasis, patres, amici, ac fratres, tam re, q̄ nomine suauissimi, alacriter me orandi munus hoc suscepisse, quo ob fratrem defunctū lachrymas uobis excutiam, ac luctū ciem, seu ut sermones prolixos & ornatos, quibus multi oblectantur, extēdam, quo ex uobis quidam, tanq̄ colla-

chrymantes & condolentes præparemini,ut ob meam calamitatẽ,domesticam etiã,si saltẽ alicui talis quædã accidit,deploretis, & in animi afflictionibus,proprij doloris experientiã sumatis? Alij autẽ ut auditũ cibent, & afficiãtur uoluptate. Necesse.n.putant,ut calamitas hęc ostẽdat,qualiter tandem se habeant nostra,qm̃ in alijs tam materia, q̃ sermonis copia,satis simus abũdantes,prius etiã q̃ ad uerã, & altissimã suspiciamus rationẽ,ac omnia accepta feramus Deo, a quo sunt oĩa,Deumq; præ cunctis accipiam⁹. Cęterũ nil tale nos perpulit,nec ita de nobis suspicari debetis,si saltẽ quid dextri de nobis suspicari uelitis. Non.n.defunctũ plus deplorabimus q̃ fuerit decorũ,cũ nec in alijs talia probare soleamus:nec etiã ultra modũ laudabimus,tametsi mihi sermo præ ceteris donũ sit charissimũ ac peculiare, si saltẽ quid prudenti charũ esse debet,& præsertim fama, quæ meos sermones diligere consueuit,& nõ solum donũ,uerũ & debitum omniũ debitorũ iustissimũ: Sed solum legem in talibus obseruari consuetam,aliqualiter delibabimus,ita ut & lachrymas profundamus, obiter tamen admiremur. Siquidem hoc nequaquam a philosophia nostra alienũ existit,etenim memor esto, inquit, iustorũ cum laude, & pro mortuo effunde lachrymas, ac tanquam aduersa patiaris,luctũ instaura. Id enim pariter nos & ab indolentia separat,& ab immodestia. Deinde humanam ostendemus imbecillitatẽ, & de animi dignitate faciemus uerba. Demũ debitam mœrentibus adhibebimus consolationẽ, doloremq; a carne ac a temporalibus ad spiritualia,& æniterna transferemus.

Cæsario itaq; parentes fuere(ut inde incipiam unde est conuenientissimum) quos omnes cognoscitis,& quorũ uirtutes uidistis, & audiuistis, æmulamini, admiramini, & ignorantibus enarratis,si saltem aliqui sunt homines,ex quibus alius aliam quandam accipit partem,quoniã impossibile est ut unus & idem omnia sortiatur, nec illud linguæ unius opus existit,etiam si quis admodũ laboris,& honoris sit amator. Proinde multa illis ac magna ad laudis superfuere gloriã, & ne superuacua enumerare uidear,dum admiror domestica,unũ uel omnium maximũ,& præcunctis alijs fuit dignũ,pietas nempe, de castris illis loquor, & canis, & qui non minus propter uirtutem pariter erant uenerandi,q̃ propter senectutem. Quorũ corpora ob temporis laborabant diuturnitatẽ, animæ uero Deo adolescebant. Pater ex oleastro insertus fuit in oleam,& ita de qualitate illius cõmunicauit,ut ipse alios quoq; insereret,quo crederent Deo, & curam gererent animarũ. Sublimis inter populũ hunc, sublimiter purificatus. Aaron quispiam secundus,aut Moses,dignus factus qui Deo appropinquaret,& diuinã uocem alijs suppediraret, stans a longe,mansuetus,ira uacuus,specie tranquillus,spiritu feruidus,corporis effigie conspicuus,longe uero occultis uirtutibus opulentior. Verùm quid nobis designare necesse est eum,quẽ prius cognoscitis? nam si longe etiam sermonẽ extenderimus,nequaquã tamen tantũ dicere,quantũ ille dignus est poterimus,& quantũ unusquisq; nouit, & sermonẽ exigit, ac ideo melius est suspitioni cedere,q̃ a sermone,miraculi magnitudinẽ abscindere. Mater autem ab antiquo, & a maioribus Deo erat dedicata, & in sortẽ uocata necessariã,nec sibi soli,sed eis etiam,quos genuit,pietatẽ asciuit,cũ ex primitijs sanctis sancta quoq; esset massa. Adeo autem sortẽ suam auxit, & abundantẽ reddidit,ut iam a quibusdã (dicam equidẽ, licet sermo sit au-

dax)nec mariti sui perfectio,alterius q̃ huius opus fuisse crederetur,& di ceretur.Et o miraculũ,certamen pietatis,maiorẽ & perfectiorẽ conferre pietatem uideretur.Sane filios amabant ambo, sed longe plus amabant Christũ,seu potius Christi magis amatores erant,q̃ filiorũ.Vnica autem eis natorũ erat fruitio,ut illi a Christo cognoscerentur,& ab eo nominarẽtur,unicusq́ fortunatę sobolis terminus, uirtus & ædificatio in melius. Misericordes erant, & cõpassionis affectu insignes. Nam multa tineis, furibus,& huius mundi surripuerunt dominatori, quæ ex fragili hospitio in firmũ transtulerunt habitaculũ,ita ut natis maximã colligerent hæredi tatem,splendorẽ nempe seculi futuri,prius etiã q̃ ad maturã peruenirent senectutẽ.Virtute & ætate pares,& diebus pleni,tam permanentibus,q̃ iam elapsis. Tantũ autem utriq́ partes primas in terra non habuerunt, quantũ inter se prohibuerunt,ne de primo honore contenderent. Totius igitur felicitatis mensurã impleuerunt,præter nouissimã hanc,quẽadmodum quidã arbitrantur, siue illam probationẽ nominare oportet, siue dispensationem.Cæterũ adeo secure è uita migrare,& ad supernã transferri habitationẽ,nil aliud iuxta meam est opinionẽ,q̃ præmissio quædã filĩ,qui ob ætatem plusq̃ alĩ periculo obnoxius erat. Et hæc breuiter attigi,non q̃ illos laudare uoluerim,cũ non ignorem, uix aliquẽ digne hoc facere posse, etiã si sermonem totũ in solo laudis huius argumento absumere uoluerit, sed ut ostenderẽ Cæsario uirtutem a parentibus fuisse inna tam.Proinde nolite mirari,aut minus fidem adhibere,cũ ex talibus ortus fuerit parentibus,si tanta se laude exhibuit dignũ, sed potius mirandum esset, si ipse ad alios respiceret, ac interim domestica, & peculiaria negligeret exempla.

Et prima quidẽ fuere talia, qualia esse conuenit eorũ,qui ex stirpe clara sunt prognati, & quos præ cæteris bene uiuere decet. Cæterũ media sciens prætereo,ueluti pulchritudinẽ,magnitudinem, & erga omnes uiri gratiã,mores præterea cõpositos, nil concinnitate sua a uocũ harmonia distantes:quoniã nequaq̃ ad nos ptinet, ut talia admiremur,etiamsi alĩs minime parua uideantur, ac ideo ad reliqua sermone transeo, necnon ad ea,quæ nec a uolente facile obmitti poterũt. Parentes igitur cũ illum sub talibus educassent moribus, egregieq́ erudĩssent, & reliquis deinde disciplinis satis exercuissent, multos ille tam celeritate, q̃ naturæ felicitate exuperauit. Verũ ne propter rerum harũ memoriam lachrymas effundere cogar, & me animi passio præter pollicitationẽ minus philosophum esse redarguat,sciens hæc prætereo.

Sane postq̃ peregrinandi tempus aduenisse uisum est, primũ tum inter nos diuisi sumus, & ego in Palæstina, ob rhetoricæ permansi amorẽ: nam ea tum tẽporis egregijs florebat præceptoribus. At ille Alexandriã perrexit,quæ tunc quemadmodũ & nunc uniuersæ doctrinæ officina esse uidebatur,& erat.Verũ quodnam primũ & maximũ ex illius recensem bonis?quidue obmittã?ne sermonem re defraudẽ maxima. Quisnam illo præceptoribus fuit fidelior?Quis sodalibus plus dilectus?Quis magis improborũ fugit amicitiã,& consuetudinẽ? Quis plus cũ optimis conuersatus est hominibus?necnon alĩs, qui ex patria eius erant clarissimi,& notissimi,sciens q̃ consortio non parũ,uel ad uirtutem, uel ad improbitatẽ occasionem præbere solent. Ob quæ,quis est magis a principibus,q̃ ille,

honoratus? Quis etiam a Ciuitate uniuersa? tametsi propter magnitudinem eius omnia fere abscondi soleant. Quis modestia fuit notior? aut prudentia clarior? Quodnã disciplinę genus nõ est scrutatus? seu potius quod nam, non solũ sicut alter? cum quo unquam cohabitauit, quem non paulatim meliorẽ reddiderit? non tm̃ æquales suos, & ętatis eiusdem, sed & seniores, & qui iam diu in disciplinis uersati fuerãt. Omnia enim tanc̃ unũ exercebat, & pro omnibus unumquodc̃. Nã argutos natura, laboris superabat assiduitate, & exercitatione prę stantes, mentis acumine, seu potius celeres celeritate, & studio uincebat studiosos. Eos uero, qui ambobus his prę stabant, ambobus etiam supergrediebatur.

Sanè ex Geometria & Astronomia, necnõ alĩs disciplinis periculosis, id solũ elegit, quod utile erat, nempe ut ex harmonia pulchra, & ordine cœlesti laudaret creatorem. Quicquid uero exillis nociuũ esse uidebatur, ab illo declinabat. Haud.n. astrorũ motui, siue præsentia, siue futura ascribebat, eorũ instar, qui creaturam conseruã suam, super creatorem statuunt. Ac ipse omnia quemadmodũ & decebat, attribuebat Deo, ac præcipue cursum illũ cœlestẽ. Sanè quis adeo imperitus, & contentiosus esse potuisset, ut illi in numerorũ computatione, & admiranda medicina, quãtum de naturalib9, & complexionibus, necnon ægritudinũ philosophaẽ principĩs, ita ut radices extirpet, & repullulationẽ detruncet, secũdas partes tribueret, & non potius optaret, ut ipse confestim post eius enumerationem, dignitatẽ ferret secundã? Et hæc non sunt uerba, quæ testimonio carent, sed & ortus & occasus, & quocunc̃ ille postea deuenit, statuę in signes illius existunt doctrinæ. Post c̃ autem cunctã uirtutẽ & mathesim, tanquam magnũ onus, & omnifarias merces, in unicam suam congregasset animã, omnia ad suam misit ciuitatẽ, quo & alĩs pulchram doctrinæ suę collationẽ impertiret. Verũ enimuero res interea accidit miranda, quã nec reticere queo: illius enim recordatio præ cunctis alĩs potissimum me oblectat, quin & breuiter recensita, uobis quoc̃ iucunda erit.

Cum a matre discederemus, uoto illa materno, & quod filialis amoris index esset, optauit, ut quemadmodũ nos ambos emitteret, ita ẽt nos pariter reuersos uideret. Siquidem coniugales apparebamus, & si non alĩs, maternæ tm̃ orationi, & uisioni, digne inter nos colligati uidebamur, licet nunc male ab inuidia simus disiuncti. Deo igit̃ sic disponente, qui preces exaudit iustas, & benignũ parentum amorem erga filios honorat, nullo intercedente consilio, nullac̃ conuentione, ambo eodẽ tempore, hic quidem ab Alexandria, & per mare, at ego a Græcia itinere terrestri, in eandem reuersi sumus ciuitatem. Cæterũ non multũ interceserit temporis, cũ Cæsarius tm̃ gloriæ in Byzantio (quæ nunc ciuitas in Europa præcesserit uniuersa) est consecutus, ut & publicis honoraret̃ officĩs, nuptias c̃ sortiretur splendidissimas, demumc̃ in senatũ legeret̃. Quin etiam cũ ciuitas illa primaria, communi decreto legationẽ ad Imperatorem magnũ mittere uellet, legationemc̃ illã primario, ac eloquenti aliquo uiro ornare decreuisset, quo uere primatus curã gereret, & rationem dignitatis nominis sui habere uideret̃, hũc elegit præ omnibus. Sed & hoc electionis eius addictum fuit narrationibus, ut illa digne ornaret̃ a Cæsario, incola, & medico. Licet ea inter reliqua sua ornamenta multis & magnis abundaret uiris, qui tam in philosophia, c̃ alĩs excellerent disciplinis. Cæterũ de his sa

tis. Proinde licet alijs casus ille, fortuito & sine causa accidisse uideri possit, quemadmodū & multa alia in rebus humanis casu euenire solēt, pijs tamen hominibus plane perspectū erat, accidens illud, nil aliud, q̄ piorū parentum opus esse, qui filios è mari & terra in unā orationis collegerant implectionem. Nos igit̄ nec illud ex Cæsarij rebus præterire uoluimus, licet alijs fortasis parua & relatu indigna uideri possit, mihi uero & tunc, & nunc maxima est uisa, forsitan quia amor fraternus plus ad laudem est procliuus. Quin nec unq̄ illā inter p̄cipua ponere desinam, quotiescunq̄ de rebus eius gestis uerba sum facturus. Ciuitas igit̄ illum in eo, quemad modū dixi, habebat honore, nec eū quicquid accideret dimittere uelle asserebat. Verū ego, qui in omnibus Cæsario magnus erā, & honorabilis, prualui, & ut parentibus explerem desideriū, ac Patriæ redderē debitū, meoq̄ satisfacerē desiderio, uiæ illū sodalem, & cōmercatorē assumpsi. Sanè non solū a ciuitatibus, & populis honore est affectus, prouentusq̄ uarij, una cū honoribus multiplicibus undiq̄ ad illū partim affluebant, partim quoq̄ sperabant, sed & a rege ipso, & iussionibus imperialibus, quę ab illo ueniebant, est honoratus. Tum temporis ego Philosophari deliberaui, & me uitæ adaptare supernæ, quo omnē gloriam humanā, tanq̄ grauem dominam, & ægritudinē abijcerem molestā, seu potius desideriū hoc antiquū erat, tametsi uita fuerit posterior. At ille primitias eruditionis patrię suæ dedicare uoluit, quo ob laborē admiratione dignus haberetur. Quin ēt gloriæ desiderio, necnon ut urbi p̄esse posset, quemadmodum mihi uidet̄, regibus se addixit, nequaq̄ rem mihi faciens gratā, aut scd'm meam agens sententiam. Siquidē manifestè coram uobis fateor, lō ge melius esse, & eccellentius, ut quis deo adhęreat, q̄ ut apud terrenos reges uel primas partes ferat. Quāuis nec istud reprehensione dignū censeri debeat. Etenim quanto res maior est, uerę incūbere philosophię, tanto etiam difficilior existit, & nequaq̄ multoꝝ hominum, immo nec aliorum, q̄ quia diuina uocati sunt prouidentia, quæ ad illā prędestinatis, probe manū p̄hibere solet. Quin nec res est parua, si quis uel secundariā eligit uitā, sicq̄ ꝓbitatis fit cōpos, ac maiorē rationē habet Dei, & salutis proprię, q̄ splēdoris inferni. Quod quidem nec Cæsariū ignorasse scimus.

In primo igit̄ medicoꝝ statuitur ordine, non tamen ut multo degrauaretur labore, sed solū ut eruditionem suam, seu potius breuē quendam doctrinę prologū ostēderet. Hinc confestim amicis annumeratus est regijs, ac magnos adeptus est honores. Artis uero beneficiū sine ullo precio potentioribus est impertitus. Videbat enim quod nihil homines adeo euheret, q̄ uirtus, & uirorū optimorum cognitio. Hinc euenit, ut licet ordinis esset secundi, multū tamen in illo excelleret gloria. Sanè ob modestiā singularem, omnibus erat charus, ac ideo p̄cipua illi concredebantur, adeo ut nec Hippocratis indigeret adiuratione, nec Cratetis simplicitas cū simplicitate illius conferri posset, cunctis aūt plus q̄ secundum dignitatem eius uenerabilis erat. Semperq́ rebus dignior censebat̄ p̄sentib⁹, ac maiori iam spei destinabat̄, non solū ab ijs, qui in aula pollebant, sed ēt a regibus ipsis. Et quod maximū erat, nequaq̄ inter gloriā & delitias, animi eius corrumpebat̄ generositas, sed cū rebus multis, ac magnis abundaret, una sola dignitas illi erat p̄cipua, nempe ut Christianus esset, & uocaretur. Cuius rei cōparatione, cuncta reliqua illi ludus & nugæ esse iudi

cabantur. Alia enim alijs, non secus ac in scæna ludibria arbitrabat celerrime augeri, & dissolui, ac citius & facilius corrumpi, q̃ durare, quemadmodũ facile ex uarijs mutationibus uitæ, necnon è sorte sursum & deorsum rotante, cernere licet. Solũ autem propriũ bonum, ac firmiter permanens, pietatem esse cẽsebat. Taliter itaq; Cæsarius philosophabat, tamet si ageret in aula, talibusq; uiuebat cogitationibus, quibus etiã discessit, soli deo cognitus, q̃ maioris esset pietatis, q̃ ipse palã præseferret, cui & hominem exhibebat occultũ. Proinde ut cuncta alia obmittã, ueluti gubernationem eorũ, qui propter genus infortunate agebant, superbiæ despectionem, erga amicos honoris æqualitatẽ, coram principibus loquendi libertatem, pro ueritate certamina & sermones, quos multos contra multos habuit multoties, non rationabiliter solũ, sed & admodũ pie & serui de, unum eius notissimum prę cunctis recensere pergam.

Insurrexit contra nos Imperator sceleſtissimus, q̃ primũ contra semetipsum, pp̃ impietatem erga Xp̃m insaniuit, iamq; oĩbus alijs intolerabilis erat: non q̃ in ppetrandis sceleribus, reliquis Xp̃i impugnatoribus animi magnitudine par esset, sed quia persecutionem sub mansuetudinis occultabat figmentis, ac secundum tortuosum illũ anguẽ, cuius & animã habebat, cũctis machinationibus, homines miseras in suũ trahebat barathrũ. Primus itaq; eius fuit dolus, & molimen primũ, ne ob fidei certamina honorẽ assequeremur. Siquidẽ ea generosus ille Christianis inuidebat, quo tã quã Christiani pateremur, uerũ tanq̃ malefici plecti uideremur. Secũdo uero aliud rei nomen imponere decreuit, q̃ ut tyrannice fieret, tanq̃ turpitudo maior esset q̃ periculũ, quo hoies sponte ad impietatẽ accederẽt: ac ideo quibusdã pecunijs psuasit, alijs uero dignitatibus, nonnullis aũt p̃missionibus, aliquos uero omnifarijs puenit honorib⁹, quos tñ nequaq̃ regie, sed admodũ seruiliter in oĩum oculis exoluit. Omnes aũt uerborũ p̃stigijs, ac suũpsius decepit exẽplo. Igit & Cæsariũ quoq; multis tentare cœpit dolis. Proh dementiam, ac stultitiam, q̃ eũ, q̃ Cæsarius, ac me⁹ frater esset, talibusq; prognatus parentib⁹, cõpilare speraret. Cæterũ ut parumper sermoni imorer, & oblecter narratione, tanq̃ ñ, qui miraculo adsunt: periclitabat generosus ille, Xp̃i munitus signaculo, magnũq; illius p̃tendebat uerbũ. Quin nec illius terrebat aspectu, neq; ob adulationẽ abñciebat prudentiã: sed ad certamen paratus erat, ut sermone, & opere contra illũ contẽderet, qui ualidus erat ambobus. Stadiũ igit tale erat, & pietatis athleta tantus. Agonothetes, hinc quidẽ Xp̃s, qui athletã suis armabat passionibus: inde aũt potens & callidus tyrannus, qui illũ sermonũ familiaritate seducere, & potestatis magnitudine terrere conabat. Spectatores aũt utrinq; erant, & ñ q̃ iam a pietate defecerũt, & illi qui adhuc in illa perseuerabant. Hi considerabant quorsum res esset euasura, & quisnã ex his duobus uictor esset p̃mansurus, plus certamen æstimantes, q̃ circa quos esset theatrũ. Cæterũ nolite timere, ne forsitan Cæsarius q̃d prõptitudine sua indignũ patiat, sed cõfidite, cũ Xp̃o enim remanet uictoria, qui & mundũ superauit. Quæ igit tum ab utroq; dicta & proposita fuere, nunc quoq; referre pergerẽ: nã cuncta, ut intelligatis, honore digna censeo, q̃m rationes quasdam habẽt acerrimas, & nequaq̃ eloquentia carẽt, mihiq; non insuauiter memoriã refricant: uerum penitus a tpe, & sermone sunt aliena. Post q̃ uero Cæsari⁹ oẽs sermonis nexus, q̃bus illi utunt dissol

uisset,uniuersamq; experientiã,tam occultã,q; manifestã,non secus ac ludum quendã in nihilũ redegisset,magna uoce protestatus est, se Christianũ esse,ac mansurũ semp. Verũ nec sic quoq; Imperator illũ ablegauit:ingenti enim amore flagrabat,ut eruditionis Cæsareæ compos fieri, & illa ornari posset. Vnde & uulgare istud in oium protulit auditu, ò parẽtes felices,ò filios infelices. Postq; & nos dignos duxit, ut sua honoraret ignominia,quor doctrinã & pietatẽ iampridẽ nouerat Athenis. Ad secundã igit aggressionẽ est reseruatus,nam tum iustitia diuina rectè illum contra Persas armabat:ideoq; beatus ille exul ad nos est regressus, sine sanguine uictor,& magis ignominia,q; splendore clarior.Hãc ego uictoriam longè maiorẽ & honorabiliorẽ,q; magnã Iuliani potentiã, ac splẽdidam purpurã,necnon preciosum illius diadema cẽseo. Hacq; narratione plus efferor, q; si uniuersum ei regnũ tradidisset. Ille igit malis cesit tẽporibus, & hoc secundum legis nr̃æ iussionẽ: Cum enim tps instat, ut pp ueritatẽ periculũ subeat,& pietas nequaq; pp timiditatẽ ꝓdat,iubet illa,ne pericula,quantum licet prouocent,siue animæ nostræ requirant, siue ab imminentibus cauere oporteat discriminibus.

Cæterum postq; caligo est dissoluta,& exterminium rectè dñudicatũ, ac uibrans romphea impiũ illum transfixit,resq; Christianorũ ad meliorẽ statum sunt perductæ,quid dicere refert, cũ qua gloria, & honore,aut qualib9 testimonijs,et quantis, ac tanq; magis gratiã tribuẽs,q; accipiẽs, rursus a regibus sit susceptus? Siquidẽ primũ honorẽ secũdus excepit. Verũ reges tps dissoluit,Cæsarĩ aũt gloria semp durat,necnõ honor illi a regibus habitus,qui inter se contendebant,cuinam Cæsarius magis domesticus esse deberet,ac nihilominus amicus ille uocabat,& notus.Hæc Cæsario pietate pro pietate sunt retributa. Audiant iuuenes,& uiri,ac pp uirtutẽ eandẽ,ad eundẽ festinent splẽdorẽ (siquidẽ bonorũ laborũ glorioſus quoq; est fructus)quibus talia pp studiũ, felicitatis pars etiam esse cẽset. Verũ quale & illud inter eius fuit miracula? Magnũ tam paternæ,q; propriæ pietatis habẽs indiciũ. Agebat in Bithynia, ubi non minimũ a rege sibi demãdatũ administrabat officiũ,siquidẽ quæstoris fungebat officio. Hinc enim Rex illi ad principatũ maiorem struebat uiam. Cũ uero eo tẽpore terræmotus maximus,ac omniũ, quos fando audiuimus grauissim9, Niceam conquassasset,ac fere omnes obruisset,ciuitatis q; pulchritudinẽ penitus obscurasset,solus ipse ex illustribus,aut ualde pauci, a piculo est exemptus. Sub qua calamitate salutẽ abscondit incredibilem, ac parua signa præ se tulit periculi,ita tamen,ut timorem, maioris salutis pædagogũ acciperet,totusq; supernæ fieret partis, militiam transmutans ex periculis,ac rependens sibĩpsi Regia. Hęc secũ uoluebat,ac diligenter sibĩpsi inculcabat,quemadmodũ etiam ad me scripsit, suadens ut tempus sumerẽ admonitorem,quod quidem nec aliud faciens,intermittam:interim tamẽ animi eius nobilitati inuidere cogor,quod ita manibus uolueretur,ac anima illius adeo philosophica,reb9 attereret publicis,& solis instar obscuris tegeret nubibus.Cęterũ a terræmotu illo est saluatus,ab infirmitate autem minime:nam homo erat, & hoc quidem propriũ ipsius existebat,illud uero alĩs etiam cõmune. Hoc pietatis,istud naturę. Ac ita consolatio calamitatem prẽoccupauit,instruens nos,quod morte concussi admiranda,uenturi seculi gloriabimur salute.

Et nunc

Et nunc uenerandus nobis Cęsarius salutem est adeptus, ciuis honorã-
dus, mortuus laudandus, hymnis post hymnos pręmissus ad martyrum
gradus, cũ pompa elatus, sacris parentũ manibus honoratus, cum mater
luminaris prælatione, calamitati pietatẽ opponeret, ꝭs uero ꝙ lachrymis
uincebant, philosophia, cum psalmodię sedarent luctũ, & anima nouiter
recreata, quam spiritus per aquã transformauerat, dignũ fructificaret ho
norem. Et hęc tibi, ὁ Cęsari, a me fit parentatio, hę quoq; sermonũ meo-
rum primitię, quas tu celari sępius incusasti, uerũ in te ipso primum exer-
ceri debebant. Hic tibi a me fit ornatus, omni ornatu, quemadmodũ cer
te noui, tibi charior. Plusq; serum stamina tenuia, & mollia, quibus nec cũ
superstes esses, multorũ instar gaudebas, sola uirtute decoratus. Plusq; li
ni textura subtilis, plusq; unguentorũ effusio precioſorũ, quę & antea mu
liebribus linquebas delitꝭs, & quorũ odorẽ uel unicus dissoluit dies. Plus
quoq; q̃ aliud quid paruũ, & paruis honorandũ, quæ hodie cuncta ama
rus hic abscondit lapis, una cũ corpore tuo per pulchro. Proinde referanẽ
mihi certamina græca ac fabulæ, qbus infelices honoranẽ ephebi, parua
præmia, paruis ꝓponentes certaminibus, ac cuncta quibus per homines
& primitias, aut coronas, necnon flores nuper decerptos, abeuntes expiã
tur mortales, legi magis paternæ, & irrationabilitatis affectui seruientes,
q̃ rationi. Donum aũt meum sermo est, qui forsitan futuro quoq; excipie
tur tempore. Nam semper durat, nec quenq̃ penitus abire sinit, etiã si ex
hoc discedat seculo: semper honorandũ, auditui & animabus cõmendat,
ac manifestius q̃ tabulæ, desideranti imaginẽ repræsentat. Et sic se nostra
habent. Quod si parua, & minus digna existunt, scimus tñ deo acceptũ
esse, quicquid fit pro uiribus. Et hęc quidẽ præstitimus, alia autem præsta
bimus, ac singulis annis nos ꝙ superstites sumus, honores hos instaurabi-
mus, ac defunctoꝝ renouabimus memoriam. At tu nobis diuinũ et sacrũ
caput, in cœlum ascendisti, ac in sinu Abrahæ (si saltẽ aliqui tales sunt) re-
quiescis, angelorumq; inspicis choros, necnon beatoꝝ hominum gloriã,
& splendorem, seu potius una choros ducis, & collętaris, omnia quę hic
sunt ab alto despiciens, & dignitates fluxas, & honores falsos, necnon er
rorem, qui fit per sensus, ac uitæ huius circumrotationem, confusionemq;
ac ignorantiã, non secus ac in prælio nocturno, magno afsistens regi, & il-
lius lumine repletus: cuius paruũ defluxum in hoc percipimus seculo, qua
le uel in speculis imaginari possemus, aut ænigmatibus: post hæc autẽ fon-
te boni ipsius perfruemur, pura mente, puram ueritatem intuentes: merce
demq; hanc laboris hic propter bonũ exhausti, inueniemus, ut perfectius
bono perfruamur perfecto, & illud contemplemur, quod qdem sacrę no
strę finis est disciplinæ, tam animæ, q̃ libri Theologici uaticinantis.

Proinde quid adhuc reliquũ est? Nempe ut medelã, qualis per sermo-
nes fit, dolentibus afferamus. Et uere quidem magnũ est remediũ, quod a
condolentibus procedit, pręcipue ab ꝭs, qui eisdem animi passionibus de
tinentur: hi enim ad consolandũ afflictos, uehementiores existũt. Ad hos
igitur potissimũ noster dirigit sermo, & profecto illoꝝ gratia pudore suf
funderer, si non, quemadmodũ in alꝭs bonis cunctis, tolerantiæ etiam pri
mas partes ferrent, & tanto plus, quãto magis filiorũ amatores existũt:
qm̃ & prę omnibus philosophi sunt, & philochristi, ac ideo plus transitũ
ex hoc seculo meditantur, ac eos qui ex ipsis nati sunt edocent: seu potius

1

Vides hic Cæsarium mortuum cũ hymnis & pompa elatum.

2

O hæretice qui anniuersaria mortuorum nouitia inuenta esse asseris cupidorum sacerdotum, uide si ẽt antiquorum patrum tempore erãt in usu.

3

Cæsarius in cœlum ascendit, & magno afsistit regi illius lumine repletus.

4

Mercedem hanc laboris propter bonũ hic exhausti inueniemus, diuinam fruitionem in cœlo. Quod nota pro merito sanctorum cõtra hæreticos.

totam uitam ita instituunt, ut illā nil aliud, q̄ solutionis meditationem ar bitrentur. Quod si calamitas rationem adhuc obscurat, & ueluti ingruēs oculoꝝ lippitudo, nequaq̄ decēs cernere sinit, agite uos seniores, cōsolationē suscipite iunioris, ac parētes filij, & q potius a talib⁹ admoneri debe ret, qui multos admonuerunt, & longo tempore experientiam collegerunt. Cæterum mirari nolite, si iunior ego, seniores monere audeam, nam & hoc uestri est beneficij, si canicie etiā accuratius p̄spicere possum. Quā to adhuc senes uenerandi, ac Deo appropinquātes, tpe uiuemus? quanto malis hic expositi erimus? neq̄ n. uniuersa uita humana longa existit, si di uinæ naturæ imperfecta hæc fuerit cōparata, nō quod uiuendi reliquū, & solutio, ut diximus, humanę respirationis, tēporalis ēt uitæ sint nouissima. Quanto nos tēpore Cæsarius præuenit? Quandiu illū adhuc deplorabimus digressum? Nonne & nos ad eandē festinamus mansionē? Nōne cō festim sub eodē condemur lapide? Nonne tantū in paucis his lucrabimur diebus, quantū plus mali uel uidemus, uel patimur, aut fortasis ēt perpetramus? Tributū cōmune, & inconcussum, naturæ legi exoluere oportet, & hos quidē abire, alios aūt p̄uenire, ac quosdā lugere, alios uerò deplorari, & ab alijs accipere, quod impēdimus alijs, nēpe fructū lachrymarū. Talis uita nostra est, ò fratres, & maximè eorū, q tēporaliter uiuunt. Talis hic est ludus super terrā, ut qui non sunt gignantur, & qui geniti sunt discedant. Somniū sumus nequaq̄ stabile; phasma quoddā incomprehensibile; uolatus auis præteruolantis; nauis in mari, uestigio carens, cinis, uapor, ros matutinus, flos cū tēpore uirens, & cū tempore marcescens. Dies hois sicut fœnum, & ipse tanq̄ flos agri efflorescit. Rectè diuinus Dauid de nostra philosophatus est imbecillitate. Et in illis rursus uerbis, Paucitatem dierū meorum annūcia mihi, & palmarū mensura humanos disterminat dies. Quid aūt dices ad Hieremiam? qui dolens matri quoq̄ generationē improperat, & hoc ob calamitates alienas. Omnia uidi, Ecclesiastes inquit, oīa humana scrutatus sum ratione, diuitias, delitias, potētiam, gloriam, instabilem illam sapientiam, quæ plus fugit, q̄ retinet. Rursus delitias, rursus sapientiam, postea hæc eadem sæpe repetit, uoluptates uentris, delitiarū hortos, multitudinē seruorū, multitudinem possessionū, poculi ministros ac ministras, cantatores & cantatrices, arma, satellites, gētes subactas, tributa imposita, supercilium regiū, ac oīa alia, siue ad uitā necessaria, siue superflua, quib⁹ cūctos ante se reges superauit; Et quid de his dicit? oīa uanitas uanitatū, & afflictio spiritus, siue motus quidam animæ irrationalis, & distractio hois, ex ueteri forsitan casu damnati. Cæterum finis sermonis, totum enim audi, Deum, inquit, time, ibi totus stabilitur defectus, & solum hoc tibi ex præsenti uita lucrum accedit, ut per turbas uisibiliū, & fluctuantiū harū rerū, ad stabilia perducaris, & imobilia.

Neigit Cæsariū deploremus, cū sciamus a qualibus ille malis sit solutus, sed potius nosmetipsos, q̄ tot calamitatibus sumus relicti. Et quid nam thesaurizauerimus? Si minus legitime Deo adhæreamus, ac currentia transcurrentes, nequaq̄ ad uitam festinemus supernam, terramq̄ linquamus, cū adhuc in terra agamus, & spiritum, qui nos ad alta euehit, minus rite sequamur. Hæc quidē pusillanimibus peracerba, at ijs qui animo sunt uirili, admodum facilia existunt. Quin & ita consideremus, Non dominatur Cæsarius, uerum nec aliorū subiacet dominio. Non timet a qui-

buſdam, atqui nec moleſtũ feret dñm, ſæpiſsime dominari indignũ. Non congregat diuitias, at non obnoxius eſt inuidiæ, nec animã affligit, dũ male colligit, ſemp tm addere quærens, quantum prius poſsidet. Talis enim diteſcendi eſt ægritudo, ut terminũ incrementi nullum uideat, ſed ſemper potũ ſitiat, etiam cũ bibit pharmacum. Rationes Cęſarius nullas amplis asſignat, ſed rationes ipſum admiranẽ. Non amplius in doctrina Hippocratis, ac Galeni philoſophatur, ac nec in illorum contradictoriꝫs, ſed nec morbis infeſtaẽ, uerũ non ex alienis calamitatibus dolores fructificat propriꝫs. Non uerſatur in Euclidis, Ptolemæi, & Hieronis demonſtrationibus, uerũ non indignatur imperitis, cũ producant etiã maiora. Nõ doctrina Platonis, aut Ariſtotelis, ſiue Pyrronis ingeniũ exornat, nõ Anaxagorę, uel Cleanthis, ſeu Epicuri, aut neſcio quorũ aliorũ ex ſtoa ueneranda, & Academia. Cęterum nequaq̃ curat, quõ illorũ perſuaſiones ſoluat. Et qd opus eſt recẽſere alia? Cũ prędicta oĩbus ſint uenerãda, & percq̃ accepta. Nõ uxorẽ duxit, aut liberos ꝓcreauit, at illos nõ deplorat, nec ab illis deploraẽ, necq̃ alĩꝫ relinquit, aut relinquiẽ calamitatis monimentũ. Non aſſequiẽ hęreditate pecunias, at ipſe hęreditas erit illarũ rerũ, q̃ ſibi utiliſsimæ exiſtent, & quas ipſe elegit, quo diues hinc emigraret, ac oĩa ſecũ ferret.

Cęterũ ò gloria ingens, ò Conſolatio noua, ò magnanimitas abundãs, auditum eſt præconiũ, omni auditione dignum, matris q̃ calamitas propter pulchrã & ſanctam releuaẽ promiſsionem: illa enim cunctas Cæſarũ diuitias, filio ſe donũ ob parentalia dare promiſit, ita ut nihil ex hæreditate illius expectare uellet. Nondũ hæc ad conſolationem ſufficiunt? At maius adhibebo remediũ. Sapientium credo ſermonibus, q̃ omnis bona ac Deo accepta anima, poſtq̃ a corporis exoluitur uinculis, & hinc diſcedit, q̃ primum ad intellectũ & contemplationẽ boni, quod ipſam manet, peruenit, tanq̃ a tenebris purgata, aut luſtrata, uel neſcio quo dicere debeã, gaudio quodã admirando lætaẽ & exultat, ac hilaritate perfuſa ad ſuum accedit dñm: tanquam a carcere quodam graui, uita nempe hac effugerit, ac a uinculis liberata ſit moleſtiſsimis, a quibus mentis cohercebanẽ pennæ, quæ iam imaginatione ſua felicitatẽ ſibi reſeruatam fructificabat; paulò uero poſt & cognatam recipiet carnẽ, cũ qua illic conphiloſophabatur, a terra ei & credita, per modũ quem ille nouit, qui hæc colligauit, & diſſoluit deus. Hęc caro una quoq̃ hæreditario iure gloriã, quæ ibi eſt fortieẽ: & quemadmodũ malorũ propter cognationem naturæ particeps fuit, ita & iucundoꝝ quoq̃ particeps erit, ac tota ab illa abſumeẽ, & cum illa unũ fiet, & ſpiritus, & mens, & deus, quod & a uita mortali, & fluxa deſideraẽ. Audi igitur qualia diuinus Ezechiel de compoſitione carnis, et neruorũ philoſophaẽ, & quæ poſt illũ Paulus diuinus de habitaculo terreſtri, & domo non manufacta. Ex qbus quidem illud diſſoluẽ, hæc aũt in cœlo repoſita permanebit. Quin etiã egreſsionem a corpore, ingreſsionem ad Dñm eſſe ait, obiterq̃ uitã hanc tanq̃ pegrinationem deplorat, ac propter hoc deſiderat, & feſtinat ut diſſoluaẽ. Cur igitur ſpe eſſem puſillanimis? Cur temporalibus ſubiacerem? Archangeli uocẽ expecto, tubã nouiſsimã, cœli transformationem, terrę immutationẽ, elementorũ libertatem, totius mundi innouationẽ: Tum Cæſariũ ipſum uidebo, non amplius peregrinantẽ, non amplius efferendũ, non amplius deflendũ, nõ amplius commiſerandũ, ſplendidũ, glorioſum, ſublimẽ: qualis & mihi ſæpius

5

Sentẽtia Gregorij et ſapientum de ſtatu ſanctarum & deo acceptarum animarum poſt mortem, contra nonnullos hæreticos quæ quidem certa eſſe debet & indubitata in eccleſia catholica, poſtquam in Cõcilio Florentino eſt deſinita.

per somniū es uisus, frater charissime, & charissimorū optime, aut si hoc non uultis, formam repræsentans, siue etiam ueritatis.

Nūc autem obmisso luctu, ad meipsum respicere incipio, ne quid luctu dignū, clanculum in me circumferam, ac ideo memetipsum considerabo. Filij hominū, ad uos enim iam sermo dirigit, quandiu graui eritis corde, ac ueloces cogitationibus? Vt quid diligitis uanitatē, & quæritis mendacium? Qui magnū quid uitā præsentem, & paucos hos dies aliquot esse censetis, & a separatione hac placida & suaui, tanq; a re aliqua graui & terribili abhorretis. Nunq; nosipsos cognoscere incipiemus? Nunquā ne umbratilia abijciemus? Nunq; ad intellectum aspiciemus? Nonne si alicuius rei gratia dolere oportet, contrarijs potius est tristandū? incolatu nēpe prolungato, secūm Dauid diuinū, qui talia habitacula tenebrarum, nec non locū afflictionis, & limū abyssi, ac umbram mortis appellat. Qm̄ sepulchris immoramur, quæ nobiscū circumferimus. Qm̄ tanquam homines morimur, peccati morte, cū facti simus diuini. Hoc timore ego timeo; hoc ego die & noctu mecū reuoluo. Nec me respirare sinit gloria uentura, ac iudicium: ex quibus illā desidero, donec dicere ualeo, Defecit in salutare tuū anima mea: Hoc uero horreo, ac uehemēter effugere cupio. Illud autem nequaq; timeo, ne mihi corpus hoc destruatur, ac corruptū omnino pereat, sed potius ne glorioſum Dei figmentū intereat. Siquidem glorioſum est, ubi fuerit emendatū: quemadmodū ignominioſum, cum peccat. In quo ratio, lex, spes, eadē ignominia, qua irrationabilia sunt cōdemnata, & nihil plus q; post separationē. Quemadmodū recte conuenit malis, & qui igne illo digni existunt. Vtinā mihi concedatur, ut membra mea supra terrā mortificem. Vtinā omnia in spiritus expendam cōmoda: per angustamq; ac paucis per uiā gradiar semitam, & nequaq; latam & diffusam: quandoquidē quæ dehinc sequent, splendida sunt, & ingētia, ac spe maiora q; ut digne explicari possint. Quid est, homo, q; memor es eius? Quod hoc nouū de me mysteriū? paruus sum, & magnus; humilis, et sublimis; mortalis, & immortalis; terrestris, et cœlestis; illa cū mūdo inferno, hæc autem cum Deo excelso: illa cū carne, hæc cum spiritu: cum Christo me sepeliri, cum Christo resurgere oportet. Christi cohæredem, ac filium Dei fieri, Deumq; ipsum uidere.

Verū quo nos procedens sermo produxit? Parum deest quin me animi passioni gratiam debere fatear, qm̄ talia sum philosophatus, ac ideo resurrectionis futuræ plus sum amator effectus. Hoc magnū nobis uult mysteriū, pp hoc Deus homo, & pauper factus est, ut restitueret mihi carnē, & saluaret imaginem, reformaret q; hoiem: quo oēs unum fieremus in Xp̄o, qui oia factus est in nobis oibus perfecte, quēadmodum & ipse est perfectus: ut nō amplius uir, & mulier existamus, non barbarus, scytha, seruus, liber, quantū ad carnis pertinet signa, sed solum in nobis ipsis diuinū gestemus characterē, a quo & in quem sumus facti: tm̄ ab ipso formati, & signati, ut ab eo solo cognoscamur: quod & fiet, quēadmodū speramus, secundum magnam Dei, magna tribuentis clemētiam: q magna dare solet, cū parua ab ipso petunt, nunc & in tp̄s futurū ijs, qui rite eum diligunt, q omnia sustinent, omnia tolerant pp dilectionem, & spem, quam in illo repositam habēt, qui in oibus gratias agunt, a dextris & sinistris, in secūdis & aduersis. Qñquidem ratio, sæpius hæc arma salutis esse nouit. Illi animas nostras

mas nostras addicamus, necnon eorum qui ante nos sunt dissoluti, tanq; qui in uia iam fuere paratiori. Et sic quidem sermonē sistemus, uobis uero lachrymas. Ad uestrumq; iam festinabimus sepulchrū, quod a uobis Cæsarius donum habet, triste, & solum, quod parentibus, ac senectuti in tpe suo fuerat præparatum, filij uero iuuentuti, & illi qui non indecenter nostra dispensauit, præter conueniens donatum.

Verum ō Domine omnium, & factor, qui longe ab hac distas factura. O hominum tuorū Deus, & Pater, & Gubernator. O uitæ & mortis Domine. O animarum nostrarum custos & benefactor. O qui facis omnia, & artifici præparas ratione secūdum tps, et quēadmodum tu nosti, iuxta sapientiæ tuæ profunditatem, & dispensationē. Nunc quidē Cæsariū suscipe, peregrinationis nostræ primitias, siue nouissimū primū, tuis concedimus rationibus, quibus omnia feruntur. Suscipe & nos postea in tempore opportuno, ac in carne nostra, quādiu id nobis conducit, guberna: suscipeq; per tuum timorem paratos, & nequaq; territos, nec in die nouissima deficientes, uicq; inde distractos (quæ passio animarū mundi, & carnis amatricum propria existit) sed prompte nos ad uitam, q̄ illic est, longæuam, & beatam excipe, in Christo domino nostro, Cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

VITA GORGONIÆ SORORIS D. GREGORII Nazianzeni Constantinopolitani epi per ipsum cōscripta.

Est oratio nona in operum eius uolumine.

CVm sororem laudo, admiror domestica; quæ non ideo falsa sunt, qa domestica, sed uera, ac ideo laude digna. Vera aūt, quoniam non solū iusta, sed & manifeste cognita. Proinde haud quaquā ad gratiā nostra declinabit oratio, etiā si cuperemus, sed in medio sermonis, & ueritatis statuetur auditor, tanq; dispensator quispiam prudens. Quin nec præterq; decorū est illam laudabo; quod uero decorū est iustus etiam exigit: ac ideo nequaq; tali timeo timore, ne ueritatē transcendam, sed penitus contrariū, ne aliquid de ueritate obmittā, ac multa, quæ digna sunt, prēteream, gloriamq; laudis diminuam; quandoquidē difficile est, & rem, & sermonē, recte sororis adoptare uirtutibus. Nil igitur alienū laudabo, quod non sit etiam iustum; sed interim nec domesticū, & quod honore dignū est afficietur ignominia: ne lucrū sit quod est alienū; illud uero in damnū cedat proprium: Vterq; enim sermo iustū excedit modum, & cū aliena laudantur, & domestica obticentur. Veritate igitur tanq; canone utemur, ac termino, ad illamq; solam respiciemus; ita ut nil aliud consideremus, quemadmodū multi facere solēt, & præcipue abiecti. Solū igitur ea laudabimus, & ea tacebimus, quæ laude, uel silentio digna erunt.

Sane præ omnibus rebus est absurdissimū, & propinqui laude priuentur debita: Cōuicijs uero illos dilacerare, uel accusare, aut in alio quopiā, siue paruo, seu magno afficere iniuria, impijssimū esse censeamus, immo omnium deterrimū, iuxta adagium usitatū. Sed nec eos sermone, qui præcipue bonis debetur priuare decet, quoniam cū illo memorię cōmendantur perpetuæ. Deinde iustū quid nos agere putamus, ne maiorē rationem habere uideamur malorū, qui id & gratia exigunt, q̄ modestorū, quibus

officiũ illud dignitatis cõpetit causa. Sane externos laudare, nequaq̃ prohibet, quod ignoti existant, aut testes desint, tametsi hoc iustius esset: natos uero cõmendare, amicitia prohibet, & odiũ quod regnat in multis. Proinde hoc laudis genus potissimũ debetur ijs, qui hinc migrarunt, & quibus nulla amplius gratificandi est cura, quicq̃ tam laudatores, quam uituperatores cũ alijs reliquere cunctis. Sane postq̃ abunde de his uerba fecimus, ostendimusq́ nobis ipsis sermonẽ hunc potissimum cõpetere, agite nunc ad laudes ipsas, omni sermonis elegantia, & affectione neglecta deueniamus: quoniã nec fucata erat, quam laudandã suscepimus. Hęc enim pulchritudo eius erat, ut ornatu careret. Attamen debitã pietatem tanq̃ æs alienũ, & perq̃ necessariũ exoluemus, simulq́ plurimos ad imitandũ uirtutes eius instituemus: quandoquidẽ huic uni rei, in omni sermone, & opere studemus; ut eos, qui fidei nostræ sunt cõmissi, instruamus.

Proinde alius defunctæ laudet Patriam, & genus, leges uenerans eorũ, qui mortuos laudare cõsueuerunt; quandoquidẽ nequaq̃ multis, aut pulchris indigebit uerbis, qui hanc rebus exornare uelit externis, ueluti a forma pulchra, & ueneranda, gẽmis, & auro, necnon artificioso manuũ decore, quæ iuxta posita deformitatẽ etiam redarguũt; At pulchritudo etiã si rebus haud ornata fuerit pulchris, nequaq̃ tamen diminuitur. Ego aũt tantisper hac utar formula, dum cõmunium recordabor parentũ: si quidẽ haud quaq̃ pium esset, tantorũ parentum, & doctorũ obmittere decus. Deinde breuiter ad illam sermonẽ conuertam; nec eos defraudabo, qui illius tenentur desiderio. Quis igitur ignorat, nouum Abraham nostrũ, nec non & Sarram? Gregoriũ dico, & huius coniugem Nonnã. Decet enim, ne & nomina quoq̃ tanq̃ uirtutis monimenta obmittamus, illũ fide iustificatũ, hanc uero fidei cohabitatricem. Patrẽ multarũ gentiũ, idq̃ præter spem; hanc autẽ spiritaliter parturientem. Illũ seruitutem paternorũ fugientem Deorũ, necnõ filiã, & matrẽ liberorũ, qui e domo sua, ac cognatione propter terrã promissionis est egressus: Hanc uero peregrinationis causam, quæ ei uni accepta est ferenda, quo aliquid auderet etiam super Sarram. Illũ recte habitantem, hanc aũt prompte cohabitantẽ. Illum domino addictũ, at hanc uirum suũ dominum appellantẽ, & censentẽ, partimq̃ propterea iustificatam. Quorũ erat promissio, & quorũ (quantum in ipsis) Isaac erat, & quorũ erat domũ, cuius erat pastor ille bonus, optabilis, & dux itineris, necnon figura recte pascentis. Cuius erat rite fugere idola, dehinc etiã fugare dæmones; illius aũt, haud unq̃ cũ alijs cõmunicare ijs quæ sunt ex idolis. Sed & eodẽ fruebatur honore, eadẽ sentiebat, ac una cũ illo anima erat, non minus in ijs, quæ ad res spectabant diuinas, q̃ cognationẽ carnis. Ætas par erat, ac canicies æqualis, necnon & prudentia & splendor, in hisq̃ certamen mutuum, quo longe reliquis præstabant. Carne quidem parũ occupati, spiritui uero etiã ante copulationẽ dediti. Quorũ haud erat mundus, & quorũ erat mundus, hic quidẽ despectus, ille uero prælatus. Quorũ erat negligere diuitias, & quorũ erat pulchris ditescere operibus. Hæ. n. quæ hic sunt despiciebantur; istæ uero, quę illic existunt, desiderabantur. Quibus uitæ huius reliquũ breue erat, præterq̃ quod relinquebatur pietati; uita uero, pro qua antea laborauerant, longe felicior censebatur. Cæterũ unum adhuc sermonibus de ipsis adijciam, qui recte ac iuste amborũ conueniunt stipiti: si quidẽ hic uirorũ, at il-

la mulierũ erat decus, & non solũ decus, sed & uirtutis exẽplum.

Ex talibus orta erat Gorgonia soror, tam uita, q̃ probitate excellens. Hinc illi pietatis erant semina, ab illis innatũ erat, ut recte uiueret, & spe meliore pieq̃ deceret. Præclara hæc quidẽ sunt, & quæ haud facile multis; qui ob generis nobilitatẽ superbiunt, sunt concessa. Proinde si altius de his philosophari oportet: Gorgoniæ patria superna erat Hierusalẽ, ciuitas nequaq̃ uisibilis, sed mente tantum perceptibilis, in qua uersamur, & ad quam tendimus; cuius ciuis Christus etiã existit, conciuesq̃ sunt panegyres, necnon Ecclesia primogenitorũ, quorum nomina in cœlis sunt descripta, & qui circa magnũ ciuium moderatorẽ festiuitatem celebrant contemplatione gloriæ ipsius, choreasq̃ ducunt indesinentes. Nobilitas autem uera imaginis est conseruatio, & ad exẽplar configuratio, quam operatur uerbũ, & uirtus, necnon desideriũ purũ semper, & magis legitimos supernorũ mystas secundũ Deum formans, ac cognoscere faciens, unde, & quinã existamus, curq̃ simus creati. Ita enim ego de his sentio, ac ideo animã illius, radq̃ solaribus nobiliorẽ esse scio, & uoco, longe meliori, q̃ plures alq̃, nobilitatis & ignobilitatis regula ac libra utens; & haud sanguine, sed modo quodã hæc designo. Neq; enim laude, seu uituperio dignos, secundũ cõgregationem cõmunem, sed speciẽ uniuscuiusq; iudicio. In speciebus autẽ sermo de uirtutibus sororis uersatur. Vnusquisq; igitur sermoni auxilietur, & opem ferat; quando quidẽ nequaq̃ possibile est uni cuncta cõprehendere, etiam si admodũ auditu, & intellectu excellat.

Gorgonia igitur tantũ castitate præstabat, tantumq̃ sui tẽporis fœminas exuperabat omnes, ne dicam antiquas illas, & de quibus plurimus est sermo; ut cũ in hæc duo uniuersa diuisa sit uita, in nuptias dico, & uirginitatem, sitq̃ hæc sublimior, ac diuinior, laborioſior autẽ, & lubricior; illæ uero humiliores, & securiores, utriusq̃ tamen declinaret absurditatẽ, ac ex ambabus unũ, quod pulcherrimũ esset, eligeret, & in unũ copularet, huius quidẽ sublimitatem, illarũ autem securitatẽ: fieretq̃ casta citra ostentationẽ, cũ nuptijs uirginitatis bonũ admisceret; & ostẽderet quod neutrum horũ, uel Deo penitus, uel mundo coniungit, rursusq̃ dissoluit: ita ut hæ propter naturã propriam penitus sint fugiẽdæ, illa autem nimiũ laudanda. Verũ mens est quæ nuptijs, & uirginitati recte dominatur, & tanq̃ materiã rationi opifici hæc adaptat, & ad uirtutẽ operatur. Carni enim cõglutinari, nequaq̃ separat a spiritu; neq; si qua caput habet uirũ, ideo caput primum ignorat: sed parumper mundo ministrat, & naturæ, quantũ lex exigit carnis, seu illi potius, qui carni legẽ hanc tulit, Deo. Hoc autem pulcherrimũ fuit, & uenerandissimũ, q̃ maritũ ita sibi consiliauit, ut illum non dominũ imperiosum, sed conseruũ haberet bonum: nec illũ solũ, sed & corporis fructũ, filios dico, & filiorũ filios fructum fecit spiritus; ita ut genus totũ, & domum totam, pro una anima sanctificaret, & conciliaret Deo; necnon nuptias laudabiles, propter summã in nuptijs tranquillitatẽ, & pulchram inde fructificationẽ. Siquidem quandiu uixit, totius boni se suis exhibuit exemplũ: postq̃ autem uocata fuit, uoluntatem suam domui post se reliquit, admonitionem tacitam.

Sane diuinus Salomon in paræmijs, ubi sapientiã docet, laudat mulierem, quæ domi curã gerit, & maritũ amat; ac illi, quæ extra domũ oberrat, incontinentiaq̃, & ignominia animas uenatur honorandas, sub spe-

1

Vbi sunt qui nũptias uirginitati præferũt, aut saltẽ coæquant? Vide hic omnino cõtrariũ p Theologum singularẽ diffiniri.

cie, & nomine meretricis, eam opponit, quæ intus honeste delitescit, ac in rebus muliebribus uiriliter se gerit, semperq; ad fusum manus habet, ac uiro uestem concinnat duplicē, ac cibaria in tempore emit opportuno, rectēq; pascit domesticos, una cū alijs, quæ ille fœminam prudentē, & operosam decere ait. Verū si ego ob talia sororem laudarē, ab umbra laudarē statuam, aut ab unguibus leonē, obmissis maioribus, ac perfectioribus. Sane quænam spectatu dignior erat? aut quænam minus apparebat? Siquidem a uirorū aspectu plane inuisibilē se custodiebat. Quænam magis mensurā inter seueritatem, & hilaritatē retinere sciebat? ita ut nec seueritas uideretur inhumāna, nec hilaritas immodesta; sed hæc prudens, illa uero humana, terminusq; esset decoris, ut humanitas uinceret inurbanitatem. Audite, mulieres, quæ ualde, ac prompte uos ostentare, ac pudoris tegmen ignominia afficere soletis. Quænam sic oculos refrenauit? Quænam ita risum continuit? Magnum enim quid esse uidebatur, si illa uel parumper fuisset cōmota. Quænam magis auditui fores occlusit? Quænam illū diuinis sermonibus magis aperuit? Quænam magis linguæ mentem posuit custodem? & iustificationes diuinas cū illa laudauit? Quænam ordinē labijs plus decorauit? Addo & illud. Vultis ne aliquid de illius audire pulchritudine? Nam licet precij nullius esse uideatur ijs, quæ uere moribus sunt castæ, magnū tamen quid uideri fecerunt illæ, quę ualde ornatui, & pulchritudini student, & neq; sermone eorū purgantur, qui meliora docent. Non aurū illam ornabat, arte ad pulchritudinis nondū elaboratum; non capilli flaui, interlucentes, & concinnati; nō coma retorta, & supposititia, quæ uenerandū caput fraude sua ignominia afficeret; non uestis fluidæ, & lucidæ uarietas; non gēmarū splēdores, & gratiæ, quę aërem propinquū colore inficiunt, & relucent aspectu; nō ars pictorū, ac fucus, pulchritudoq; uilis, quam infernus facil artifex, qui Dei figmentū fraudulentis abscondit coloribus, & honoris gratiā dedecorat, diuinamq; formam, meretricū idolum auidis exponit oculis, quo pulchritudo uelamine obfuscetur, idq; imaginē suffuretur naturalē, Deo, ac seculo conseruandam futuro. Cæterū multos, immo omnes, externus mulierū oblectat ornatus, cū nullus precijosior existat, q; mores illorū honesti, et splendor internus. Vnicus igitur rubor sorori peculiaris erat pudoris, candor unicus continentiæ: Picturas uero, & superpicturas, ac tabulas uiuentes, necnon pulchritudinem fluxam, illis relinquebat, quæ theatra frequentabant, & quæ in triuijs agebant, quibusq; uerecundia, ac uerecundari ignominia uidetur. Et hæc ita se habebant.

Cæterū prudentiā illius, & pietatē, nullus sermo digne explicare posset. Siquidem multa maiorū suorum, tam secundū carnem, q; spiritū reperiebat exempla, ad quos solū respicipbat, ac nequaq; illis uirtute erat inferior, tametsi in hoc uno, & admodū prompte uinceretur, q; ab ijs bonū defluere sciret, eosq; domestici splendoris radices esse & gaudebat, & fatebatur. Porro quid intellectu eius acutius erat? quem non solū ij, qui ex illius genere essent. nec illi, qui eiusdem essent populi, & caulæ unius, sed omnes, qui in circuitu habitabāt, cōmune symbolū esse sciebāt, legemq; indissolubilem documenta illius, & admonitiones. Quid aūt sermonibus illius sanctius; quidue silentio prudentius? Verū quia silentij mentionē feci, rem & ipsi perquam peculiarē, necnon alijs mulieribus dignissimam,

præsenti

præsenti aũt tempori utilissimã tetigi. Quænam magis res norat diuinas, tam ex oraculis diuinis, q̃ intellectu proprio? Quænam minus loquebatur in terminis muliebribus, pietatis nempe permanens. Maritus igitur illius cõmodum hinc accipiebat, ut uere ob eius cõmerciũ pie ageret, & non solũ ob pulchram insatiabilitatẽ. Quænam templa ita oblationibus ornauit? tam alia q̃ istud, quod nescio utrũ illa sublata dehinc ornari possit; seu potius quænam sic uiuens templũ se Deo exhibuit? Quæ ita in honore habuit sacerdotes? tam alios, q̃ illũ, qui pietatis eius doctor erat, & concertator, cuius bona sunt semina, & Deo consecrata filiorũ coniugatio. Quænam magis domũ suam exhibuit ꝝs, qui secundũ Deum uiuunt? pulchra illa susceptione, ac quę homines reddit diuites. Et qđ hoc maius est, quænam tali suscepit reuerentia? & secundũ Deum gressibus, ac illis, quæ his adhærent. Quænam mentẽ ostendit in afflictionibus minus afflictam? quæ magis animã condolentem patientibus? Quæ manũ largiorẽ indigentibus? ita ut ego audacter illam uerbis his Iob ornare audeam. Ianua illius unicuiq̃ aduenienti patebat, nec extra pernoctabat peregrinus. Oculus erat cœcorũ, pesq̃ claudorũ, ac mater orphanorũ. De misericordia uero erga uiduas, quid maius dicere oportet? q̃ quod illũ fructũ tulit, ut nequaq̃ uidua uocaretur. Sane domus eius cõmune erat pauperibus ex sanguine hospitiũ, substantiaq́ cõmunis, omnibus indigentibus, non secus ac si uniuscuiusq̃ esset propria: Dispersit dedit pauperibus; & propter promissionis certitudinẽ, ac nequaq̃ fallacem, multa cœlestibus intulit torcularibus, multotiensq́ Christũ propter multos refocillatos suscepit. Et quod pulcherrimũ erat, non maioris apud eam momenti fuit, ut uideretur, q̃ ueritas ipsa; sed recte agriculturam suam Deo exercebat occulte; ille enim & pietatem aspicit occulte. Omnia mundi dominatoris rapiebat, omniaq́ intutissima recõdebat repositoria, ita ut nihil terræ relinqueret, præterq̃ corpus. Omnia pro spe pmutauit futura, unicas diuitias liberis suis reliquit, imitationẽ nempe, & ut ipsi quoq; in talibus decertarent. Nonne talia magnanimitatis sunt, & incredibilia ferme? Corpus uero a delicijs, & effrenibus continebat uoluptatibus, quibus illud soluitur, ac dilaceratur, nequaq̃ confidens bene actis. Siquidem q̃ plurimis accidere solet, ut operibus misericordiæ, quæ inopibus impertiũtur, delicias redimant, et nequaq̃ bono malum sanent; sed pro bono malum accipiant. Illa uero terrã ieiunijs superabat; alijs aũt ut in terra dormirent pro remedio dimittebat. Ieiuniũ enim deprehendit animę esse adiutoriũ. Somno autẽ mensuram alienæ rei gratia minus statuebat, aut ita lege firmabat, tanq̃ careret corpore. Genua aũt inflectebat ad terram, cũ et alij totam uigilarent noctẽ, sicq̃ corpore manebat recto, quod quidem prę cipuum philosophicorũ hominũ certamẽ existit. Nam licet hoc nequaq̃ ptineat ad mulieres, ipsa tñ iter uiros generosissimos, uisa est perq̃ uirilis

Cæterum est ne uir aliquis, aut mulier, qui hãc psalmodiarũ tono prudenti, uel eloquiorũ diuinorũ colloquijs, siue explicatione, aut memoria tempestiua, seu genuũ attritorum inflexione, et pauimenti instar indurato rum, uel lachrymis, sordiũ purgatione, in corde cõtrito, et spiritu humiliato, aut precibus, ac mente non uaga, sed sublimi, et in altum sublata, his omnibus, aut quibusdam ex illis superasse gloriari potest? Atqui et hoc dictu magnũ existit, ueruntamen quod ex bonis quædam æmulabatur, in

2 *Nota contra hæreticos nostros, qui tẽplorum cultus, & oblationes fidelium in eis criminantur.*

3 *Habes hic iei uniũm uigilias, genuflexiones, contra nouorum hæreticorũ figmenta*

4 *Ecce & hic Psalmodiam cum tono prudenti.*

5 *Vide cuncta per ordinem.*

Genuum attritionē, Purgationem sordiū Lachrymis, Preces cum mente sublimi, Sordidum corporis indumentum, Animā sine alimento fere immaterialē, Noctes insomnes, Psalmodias ac stationes de die in diem peractas, Membra detrita & exasperata. Faciūt ne hæc omnia cōtra nostri temporis subuersores?

quibusdam autem erat æmulationi; et hoc quidem inueniebat, illud autē uincebat. Sed quid in singulis defatigari necesse est? Vt igitur cuncta pau cis comprehendā, in omnibus superior euasit: ita enim cuncta egregie di-sposuit, quemadmodū alius quispiam, unū, & mediocre: ita autē ad sum-mum singula, ut ex omnibus uel unū sufficeret. Cæterū ò quale corpus? & sordidum carnis indumentū; in quo sola uirtus florebat. O anima impe rans corpori, & sine alimento fere immaterialis, seu potius quæ corpus ante separationē etiam mortificari coegit, quo anima libertatē adipisce-retur, & nequaq̄ impediret a sensibus. O noctes insomnes, psalmodiæ, & stationes de die in diem peractæ. O Dauid fidelibus solū animabus non prolixa decantans. O mēbra tenera a terra detrita, & contra naturā exa-sperata. O lachrymarū fontes in tribulationibus seminatæ, in exultatio-ne metendæ. O clamor nocturnus, nubes etiam pertransiens, & ad cœlū usq̄ perueniens. O feruor spiritus, idem audens, quod canes nocturni, pp̄ desideriū orationis. O algoris pluuiæ, tonitrui, grandines, & tēpestates. O natura muliebris, uirilē etiā propter commune salutis certamen supe-rans, & corpore non anima differens, muliebriq̄ uirile redarguens. O pu-ritas post ablutionē, & anima sponsa Christi, in puro corpore pura spon so puro. O gustus amarus, & Eua mater tā generis, q̄ peccati, anguis q̄ seductor, & mortifer, illius continentia deuicta. O Christi exinanitio, & serui forma, passionib⁹ illius mortificatione honorata. O qūo uel cuncta il lius enumerabo? Vel cū plurima obmitto, nequaq̄ læsero ignorantes.

Cæterum tempus est, ut iam de pietate illius, & conatib⁹ loqui desinā; uos enim, q recte illius facta nouistis, iampridē mihi desiderare, & in ser-mone quærere uidemini, non præsentia solū, nec ea, quibus nunc illic exul tat, quæ menti humanæ, auditui, & uisui plane sunt incognita, sed qualia etiā iustus ei prēmī retributor in hoc retribuerit seculo; quandoquidē sæ pius hoc in ædificationē infidelium facere solet, paruis magna, & uisibilib⁹ concedens inuisibilia. Dicam aūt quędam omnibus cognita, nonnulla ue ro a multis abscondita: hoc. n. ad ipsius pertinet philosophiā, ut haud ni-mium laudibus ornet ob gratiā. Nouistis igitur iumenta insana, et raptū ē uehiculo, ac circuitū illum detestandū, necnon abstractionem, et contri-tionem miserandā, et scandalū, quod hinc ortum est infidelib⁹, si ita iusti tradantur, ac celerē incredulitatis emendationē, qm̄ omnia contrita sunt, & concisa, & ossa, & mēbra, & occulta, & manifesta; & quod nullū aliū medicum q̄ tradentē tulerit, præ pudore aspectus uirilis, & manus: deco rem enim ægrotos quoq̄ seruare decet: pariterq̄ quod responsionē quę-si uerit ab eo, qui illā hęc pati permittebat. Neq̄ ab alio quopiā, q̄ ab illo salutē est consecuta, ita ut quispiā non magis ob passionē, q̄ mirabilem il lius sanitatis restitutionē admiratione capi deberet; ac ideo cēseri posset, tragœdiam inde ortū sumpsisse', quo passionū censura tanq̄ homo passa fuisset, super hominē tamen sanatā esse uideri posset, ac narrationē poste-ris præstitisse per maximā, ad demonstrationē fidei in passionib⁹, & in ad-uersis tolerantiæ, longe autē plus clementiæ diuinæ circa tales homines. Deo enim cū cadit, non conterit, de iusto recte dictū. Surgit enim huic, et cū conteritur, cito emendatur, et glorificat. Si enim præterq̄ decens erat patiebat, attamen ultra q̄ decebat ad ipsam est reuersa; ita ut parū abfue rit, quin passio sanitatē subterfugerit, & manifestior fieret medela, q̄ pla-

ga. O calamitas laudabilis, & admiranda. O passiones omni passione carente sublimiores. O uerbera, & uulnera, & reconualescētia, & post tres dies resurrectio, in mediū ferens quid magis mysticū, quemadmodum et tulit, non minus autē huius congruens passionibus. Hoc quidem omnibus manifestū est, ac longinquis quoq; postq; et miraculum hoc ad omnes peruenit, narratioq; hæc in omnium linguis, et auditu, una cum alijs Dei miraculis, et uirtutibus resonare cœpit.

Illud autem, quod nunc dicere pergā, usq; huc multis est incognitum, ac propter philosophiam, quā dixi, absconditum, ob pietatemq; omni caret ambitione, et ornatu. Proinde si iubes pastorū optime, ac perfectissime, sacrę illius ouis pastor dicere pergā: et quia annuis, reliquū est, ut qm̄ soli miraculum hoc sciamus, alijs quoq; de illo testimonium prębeamus, si saltē defunctæ fidem adhuc seruamus. Verū quemadmodum tunc tempus silentij, ita & nunc propalationis mihi esse uidet, non solū ad Dei gloriam, sed ob consolationē eorū, qui sunt in tribulationibus. Laborabat soror corporis ægritudine, & admodū male affecta erat morbo inconsueto, ac plane peregrino: nā subito sanguis feruebat, & ebulliebat, moxq; si stebatur, postea torpedo; & stupor sequebat incredibilis, mētisq;, ac mēbrorū solutio, idq; non longo accidebat interuallo, sed nonnunq; frequenter eueniebat, ita ut malum illud nequaq; humanū esse putaretur: nec medicorū proderant artes, tametsi magna diligētia morbū illum curare studerent, non solū singuli, sed uniuersi etiā in unū collecti. Sed nec parentū lachrymæ opem aliquā afferebant, licet multis multotiens profuissent; neque uulgi preces, quas populus uniuersus pro salute illius effundebat. Siquidem ad omniū salutem pertinebat, ut illa saluaret; quemadmodū calamitas contra erat cōmunis, si ægritudine male afficeret. Quid igitur anima faciebat magna, & maximis digna? Et quodnā aduersus infirmitatē remedium habebat? Iam enim occultū proditur. Cum iā de omnibus alijs desperasset, ad omniū confugit medicū, noctisq; captata solitudine, cū illi morbus paruas concessisset inducias, ante altare cum fide procubuit, ac illum, quem uenerabatur, magna uoce, ac omni inuocauit conamine eique miracula cuncta, quæ olim fecerat, in memoriam reduxit, nam & uetusta, & noua callebat. Tandem impudentia quadam pia, & pulchra, impudens facta, illam imitabatur, quæ ob tactum fimbriæ Christi a fluxu sanguinis est sanata. Et quidnam fecit? Super altare caput reclinat, ac cum simili clamore, & lachrymarum profluuio, instar illius, q̄ olim pedes Christi rigauit, opem implorat, & non antea se cessaturā est cōmina tam, q̄ sanitatē fuisset adepta. Inde totū corpus pharmaco illo suo perunxit, & si alicubi manus ex uenerando corporis, & sanguinis Christi subexemplari quid recondiderat: Proh miraculum: Discessit, cū confestim de corporis salute facta est certa, tam aīa, quā corpore, ac mēte releuata, mercedem spei sumens, id qđ sperauerat, animæq; sanitate, corporis etiā bonā ualetudinē nacta. Hæc quidem magna sunt, & nequaq; conficta. His uos oēs, & qui ægrotatis, & qui sani estis, fidē adhibete. Quod uero narratio hæc nequaq; iactatio existat, uel inde liquet, quod ea uiuente, silentium de hac re fuit, nunc uero reuelat. Et certe sciatis quod ne nunc quidē diuulgatū fuisset, nisi timor me corripuisset, si miraculū tm̄ tam fidelibus, q̄ infidelibus, p̄sentibus, & futuris abscondissem. Et talia fuere, q̄ illi acci-

6 *Sanatur Gorgonia suis precibus ad altare, ut confundatur hæreticus blasphemans non plus ualere templum & altare ad orandum, quam stabulum porcorum. O impietatem immanitatē.*

derunt in uita, tametsi multa ob sermonis obmittamus moderationē, & ne uideamur in laudibus illius recensendis insatiabiles esse.

Sanè & oblitū fortasis eius sanctū, ac celebrē iniuria afficiemus, nisi et ibi rerum honestarū eius reminiscamur, præcipuè cū ipsa hoc quærat, ac desideret: mentionem aūt faciemus quantū possibile est, uerbis breuissimis. Desiderabat iam dissolutionē; nā magnā erga uocantē habebat fiduciā, & ut cū Christo esset, omnibus terrenis prę ferebat rebus. Nemo enim corpus suum ita amat, etiamsi ex eorū sit numero, qui ualde illud diligūt, quemadmodum ipsa desiderabat, ut ex uinculis carnis solueret. Materiā igit, cū qua uiuimus, transcendere cupiebat, & purè uero bono coniungi, quo amatū accipere posset totū; addo etiam amatorē, cuius nunc paruo illuminamur splendore, & a cuius cognitione, quantū possibile est, haud segregamur. Nequaq igit desiderio illo est defraudata, cū ita rebus diuinis, & sublimibus esset implicata. Et quod hoc maius est, bono tali antea per præcognitionē & uigilias multas fruebat. Nā somnus unicus, ac suauissimus, necnon uisio unica desideriū illud adimpleuit, peregrinationēq; præscriptā ei ostēdit. Ipsa igit purgationi, & expiationi iam appropinquabat, quam donū commune & secundæ uitæ principiū a Deo accipientes habemus: seu potius tota uita illi purgatio erat, & expiatio. Et hanc quidem a regeneratione ex spiritu, securitatē uero ex uita cœperat transacta: & solum ferè, ut audacter loquor, signaculum erat, sed non gratia, mysterium. Cæterū cunctis mariti expiationē addere desiderabat (q si uultis, uirū quoq illum breuiter describā. Maritus talis erat mulieris. Ac nescio quid plus dicere oporteat) quo toto corpore expurgaret, & non ex dimidio expiata discederet. Sed nec his frustrata est precibus ab eo, qui uolun tatem implet timentibus eū, & qui ad finē deducit orationes. Postq autē omnia illi succesisse ex sententia, nec aliquid deerat exīs, quę sperauerat, iamq hora fatalis aduenerat, illa se ad mortē, & peregrinationē p̄parās, humanā legē per dissolutionē adimpleuit. Funeris autem honos talis illi a marito, & filīs, ac amicis est habitus, qualis & mariti, & filiorū, & fratris amatricē decebat, ac eam, quæ iā splendide de illis, quę ibi sunt, philosopharetur, & panegyreos diē faceret nouissimū. Obdormiuit autē plena iam, non dierū humanorū, nā nec illos sibi exoptabat, malos, & dolorificos, ac ut plurimū miserīs, & erroribus permixtos: sed illorū, qui secundum Deū sunt, & admodū plena, ita ut haud sciā, nū quis adeo facile ex illis etiam, qui in multa dissoluunt senectute, & q multos annorū enumerant circuitus. Et sic illa dissoluta est, uel, ut rectius dicā, nos p̄occupauit, aut euolauit, aut transmigrauit, aut parumper a corpore est peregrinata.

7 *Ecce honor funeris se pulchralis, contra abominantes illum.*

Cæterū postq aliquantisper res illius p̄currimus, forsitan nequaq nobis tu pater illius spiritualis permittis, ut miraculū, quod tu tam diligēter abscondis, manifestemus. Quod quidē illi in magnā cedit gloriā: magnū quoq nobis, ob uirtutis existit recordationem, & desideriū dissolutionis illius. Etenim quoties miraculi huius reminiscor, toties mihi horror lacrymis cōmixtus suscitat. Dissoluebat iam, ac ultimū trahebat spiritū, eratq circa ipsam chor9tā domesticorū, quam exterorū, qui illi felicem exoptabant exitū, matrisq senis assensus, ac animæ afflictio, quæ illi inuidebat peregrinationē. Amor uero omniū solicitudine mixtus, ex quibus aliqui exitū eius audire, alīq uero ut illū cæteris referre possent desiderabant, ne-

8 *Vide quibus uerbis exprimat mortē sanctæ, ut discant hæretici non uocare iustos mortuos.*

mo tñ uel mũtas lachrymas profundere audebat, ita ut dolor suo careret remedio. Siquidẽ nequaq̃ sanctũ uidebatur, ut ea lachrymis honoraret, quæ taliter separaret a corpore. Erat aũt silentium altũ, & multa mortis imago. Illa uero immobilis iacebat, sine uoce, ac spiritu, quemadmodum apparebat, silentiumq́ corporis dissolutio esse uidebat, tanq̃ iam instrumenta uocalia, propter motus discessum, essent demortua. Cum uero labia illius quiete mouerent, sensit id pastor, qui cuncta illius diligẽter obseruabat, ob miraculũ in cunctis, auremq́ illius adhibuit labijs: id. n. ob morũ probitatem, necnon compassionẽ audacter facere poterat. Cæterum tute pastor quale erat mysteriũ taciturnitatis, referto; quo nemo tibi dicenti fidẽ deneget. Psalmodia erat, id qđ loquebat, psalmodiæq́ egressionis uerba; aut si ueritatẽ dicere oportet, testimoniũ confidentię, cũ qua illa discedebat: & beat⁹ quicunq̃ post illa requiescit uerba: In pace in idipsum, dicebat, dormiã, & requiescã. Hæc a te cantabant, mulierum optima, & cũ his discedebas. Psalmodiaq́ iam erat adimpleta; & post peregrinationem honor sepulchralis.

9
Psalmodia & honor sepulchralis.

10
Vides quod sancti dicuntur dormientes & non mortui?

11
Ecce quo sanctorum animæ ex corporibus exeuntes cõfestim recipiuntur in cœlo, & diuina uisione perfruuntur, contra quorundam sciolorum opinionem.

O quam bene tu a passionibus quieuisti, & somni, qui dilectis debet, compos es facta, somnũ sumens ad dormitionẽ communem, quemadmodum decebat uiuentẽ, & abeuntem in uerbis pietatis. Scio igit meliora tibi esse, & longe honorabiliora ea, qbus nunc frueris, q̃ uisibilia, somnia nempe; festiuitatẽ peragentiũ Angelorum tripudiũ, ordinem cœlestiũ, cõtemplationem gloriæ, ac inter cætera supernę trinitatis splendorem purio rem, & perfectiorẽ, non amplius mentẽ fugientem ligatã, & sensibus obfuscatã, sed totam toti contẽplationi cognitam, ac deprehensam, quẽadmodũ fulgore nostras præstringit animas, cũ toto lumine deitatis; omni busq́ frui te rebus, quibus carebas in terra, propter germanã erga illas inclinationem. Proinde si nostri sermões uel parũper tibi curę sunt, honorq́ talis sanctis a Deo habet animabus, ut talia rescisc ant: suscipe & tu sermonem nostrũ, prę funebribus multis, & ante multos, quẽ Cæsario ante te, & tibi iã post illũ tribuimus: pariter enim tam fratri, quã sorori parentauimus. Vtrũ autem quispiã nos quoq́ post uos sit honoraturus, nequaq̃ dicere possum; tñmodo optamus, ut eo honore honoremur, qui in Deo est, & ut habitemus, ac incolamus in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula. Amen.

12
Quod sancti sciant q̃ circa nos aguntur, ex alijs sanctissimi Gregorij locis patet, unde quod hic dicit, nõ dubitatiue, sed assertiue intelligendũ est. Vt si, stet pro quia, sicut sæpe in scripturis usurpatur.

VITA GREGORII EPISCOPI PATRIS D. Gregorij Nazianzeni per eundem conscripta.

Est oratio nume. 14. in ordine orationum eius, habita præsente Basilio Magno.

h Omo Dei, & serue fidelis, diuinorumq́ mysteriorũ dispensator, ac uir desideriorũ spiritus. Ita enim scriptura uocat in altũ progressos, ac sublimes, & q uisibilia exuperarunt. Sed & Deũ Pharaonis te uocare audeo, necnon uniuersæ Ægyptiacæ, ac oppositę potestatis, columnã, ac fundamentũ Ecclesię, uoluntatemq́ Dñi, & luminare in mundo, habens sermonẽ uitę, ac fidei firmamentũ, spiritusq́ habitaculũ. Et quo pacto omnes appellationes tuas, quas uirtus tibi conciliauit, enumerare possem? cũ alia aliam tibi domesticam reddiderit, & indiderit. Veruntamen hoc nobis dicas, unde ades? Et quodnã opus tuũ? Et quid nobis gratificaturus aduenis? Post q̃

omnino cũ Deo,& circa Deum moueri, & ob benefaciendi gratiã eorũ, qui te suscipiunt,uenire scio,ut nos aspicias.Nũ pastorem quęris? aut nos oues uisitare intendis? non amplius superstites, sed magna ex parte una digressos,ac loco afflictionis indignantes.Maxime nunc postq̃ gubernatorem peritũ,ac uitę nostræ lampadẽ perdidimus.Ad quẽ dirigentẽ aspiciebamus,& qui a supernis nobis salutẽ per ignẽ significabat.Illum, inq̃ qui cũ omni bono,& uniuersa disciplina pastorali, quã longo collegerat tẽpore,est peregrinatus,plenus diebus,simus & prudentia, necnõ senectutis gloriatione, si Salomonis illud dicere oportet,coronat⁹.Cæterũ grex indigus est,& abiectus;et cernis ne quanta tristitia, & mœstitia plenus? non amplius in loco uirenti requiescens,nec aqua getis refectus, præcipitia quęrens,& barathra,necnon loca deserta,per quę dispergat̃, & corrũpatur, incertus nũ pastorem alium tã prudentem sit consequuturus, etsi non talẽ,licet ualde confidat,gratũ tamen,si non longe deteriorẽ.Proinde cũ tria sint quemadmodũ dicebam,quę prędentia tuã necessariã reddunt, ac omnibus ex ęquo tã nobis,q̃ pastori,necnon gregi,age iuxta spiritum culturę,qui in te est,unicuiq; suũ tribue cõmodũ,& in dispensatione dĩudica sermonem,quo te magis ob sapientię admiremur magnitudinem.

Cęterum qũo dispensabis? nẽpe si uirtutẽ huius merito laudaueris, non solũ ut sermonem funebrẽ purum persoluas puro, sed ut alĩs quoq; conuersationẽ illius pietatis characterẽ,et admonitionẽ esse ostẽdas, nobisq̃ breuiter de uita,et morte,necnon de corporis, et animę coniunctione,et disiunctione philosopheris:Insuper et de mũdis duobus, prędenti nempe, ac instabili,de intellectuali quoq;,et permanente:ac nobis persuadeas,ut illius deceptiones,confusiones,et inęqualitates contẽnamus, qbus tanq̃ in undis susq̃,deq̃ ferimur fluctuantes:Huius aũt soliditati,et stabilitati, necnõ pulchritudini innitamur,cũ semper eodẽ pduret modo,ab omniq; perturbatione,ac confusione liber existat.Ita enim minori afficiemur tristitia,si citius ex hac uita emigremus,imo potius lætabimur,si nos sermo hinc abduxerit,et in supernis statuerit, ac præsentẽ insuauitatẽ bono absconderit futuro,nobisq; persuaserit,quod ad Dñm agamur bonũ,& qđ melior sit habitatio firma,q̃ peregrinatio incerta, quodq; nauigantibus portus est tranquillus,id ĩs, q in huius uitæ iactant̃ tẽpestate transmigratio hinc sit,& translatio.Aut quemadmodũ ĩ,qui iam longã præoccupauerunt uiã,peregrinantib⁹,& adhuc laborantibus uegetiores sunt, & minus defatigant̃:ita qui hospitiũ assecunt̃,quod ibi est,illis, qui adhuc uitæ præsentis terunt inęqualia,& præcipitia,feliciores, et uegetiores existunt.

Nos igitur ita consolare:At gregẽ quo pacto? Primũ illi tuam promittito præfecturã,& pascendi curã, sub cuius alis oĩbus bonũ est requiescere,& cuius uocẽ nos,qui siti laboramus, non secus ac fontẽ sitimus purissimum. Deinde nobis persuade, quod ne nunc quidem pastor ille bonus nos dereliquerit, qui animã suam posuit pro ouibus suis, sed quod supersit,& pascat,ac dirigat proprias,& a proprĩs cognoscatur, corporaliter quidem nequaq̃ comparęns,spiritaliter uero nobiscum conuersans; contra lupos pro grege depugnans,& nemini permittens, ut caulam furtiue, aut dolose transgrediatur, a uoce peregrina animas bene institutas seducat,ac decipiat. Et ut ego mihi persuadeo, nunc magis proficit precibus, quã antea doctrina:quanto ẽt plus Deo est propinquior, postquã uincu-

1 *Hoc in loco omnia hæc Ecclesiæ dogmata manifeste comprobantur, Sanctos post mortem orare deum pro nobis.*

la depoſuit corporalia, & a materia, quæ mentẽ turbabat, eſt liberatus, nudus cum nudo conuerſans, nempe cũ mente prima, ac puriſsima, ordine angelico, & fiducia cœleſti (niſi hoc nimis audacter dictũ eſt) effectus dignus. Hæc quidem tu melius digeſſeris, & philoſophaberis, q̃ ego ſermonis, & ſpiritus uirtute oſtendere queam. Cæterum ne per ignorantiam bonorum, quibus ille præditus erat, ſermo multum ſua imminuaẽ dignitate, breuiter laudem exr̃s, quæ mihi de digreſſo cognita ſunt, depingã, inſculpam, ac bono tibi talium pictori tradam, ut uirtutis illius pulchritudinem confirmes, ac omnium auditui, & cognitioni exponas.

Scire quæ circa nos fiunt.

Spiritualiter nobiſcũ conuerſari.

Iuſtorum animas eſſe in cœlo.

Illeigiẽ ut Patriam, & genus, necnon corporis habitudinẽ, ac ſplendorem externũ cum alr̃s, quib⁹ potiſsimum homines gloriari ſolent, laudis relinquã legibus; ex primordr̃s noſtris, & perquã domeſticis exordium ſumã. Germen fuit radicis nequaq̃ laudabilis, aut fertilis pietatis: Siquidem cũ nouiſsimis confidam, nequaq̃ erubeſco ob prima: nec quæ in domo Dei plantata eſſet, ſed ualde abſurdæ, & alienæ, ex rebus duabus cõmixtæ diuerſiſsimis, ex errore nempe gentili, & monſtro legali. Quæ ambo partim effugit, partim uero ambobus obnoxius fuit. Siquidẽ hoies illi idola, & ſacrificia reĩciunt, ignem aũt ueneranẽ, & lampades. Sabbatum præterea honorant, & in cibi delectu admodũ ſunt ſcrupuloſi; circũciſionem contẽnunt. Humiles aũt illi Hypſiſtarios, hoc eſt ſublimes ſe appellant. Solum uero creatorem omnium ueneranẽ. Ac ita ille ad impietatem anceps erat, ex aliquo aliquid factus. Ac ideo ignoro, utrum gr̃am ipſum uocantem plus laudare debeam, aut etiã electionẽ illius. Sane ita illi mentis oculus a lippitudine, qua detinebaẽ, eſt purgatus, tãtaq̃ uelocitate ad ueritatẽ accurrit, ut & a matris gr̃a, & ſubſtantia penitus excideret, nilq̃ ei, niſi ſupni pr̃is, ac uera relinqueret hæreditas, quã & retinuit. Hanc ignominiam facili⁹ etiã tulit, q̃ alr̃ honores maximos. Verum minus hoc admiror, licet admiratione ſit digniſsimũ. Et cur nam? Qm̃ ipſi inter multos alios cõmunis erat cõtentio, oẽsq̃ in magna Dei ſagena includi oportet, & piſcatorũ ſermonib⁹ capi, tametſi q̃dã prius, alr̃ uero poſterius ab Euã gelio cõprehendanẽ. Quod uero potiſsimũ ex rebus illius me admiratione perculit, hoc etiam enarratione dignũ exiſtit. Erat ille noſter antea etiam, q̃ ex nr̃a eſſet caula. Mores enim nobis ipſum conciliarunt. Nam quẽadmodum multi ex noſtris nequaq̃ nobiſcum ſunt, quos uita a corpore alienat cõmuni; ita multi inter externos erga nos ſunt inclinati, qui moribus fidem præueniunt, & ſolo nomine indigent, opera enim prius habent. Ex illorum numero meus Pater erat, ramus alienus, uita ſua ad nos inclinans. Modeſtia uero tm̃ excelluit, ut perquã amabilis, pariterq̃ honeſtiſsimus eſſet, quæ ambo haud faciliter concurrere ſolent. Iuſtitiæ uero quodnam maius, & manifeſtius documentũ eſſe poſſet? q̃ quod licet minime ſecundas partes in Republica ſortitus fuiſſet, nec unica drachma ſubſtantiã ſuã augmentauit: tametſi cerneret, q⁹ alr̃ Briareĩ manus rebus iniĩcerent publicis, facultatibuſq̃ inflarenẽ malis. Ita enim iniuſtam uocopulentiã. Sanè prudentiæ nequaq̃ parua ĩ eo fuere ſigna, quẽadmodum ex ſermone liquebit procedenti. Huius mercedẽ, ut arbitror, fidem tulit.

Verum quonam modo illud (haudquaquã enim decet, ut res tanta ſileatur) explicabimus? Igiẽ mulierẽ fortem quis inueniet? Diuinam ſcripturam dicentem audiui, & donum Dei eſſe, ut quis a Domino coniugiũ ſor

tiatur bonum. Quod & externis uidẽ. Nam illorum illud est.

Nil homini melius contingit coniuge casta.

Cæterum dici nequit, quisnam coniugio felicior extiterit, quam ille. Arbitror enim, si aliquis ex finibus terræ, & omni genere humano, coniugium optimum contrahere studeret, nequaquã uxorem hac meliorem, aut magis conuenientem inuenire potuisse. Nam uirorum, & mulierum optima quæq; conuenere in unum, ita ut nuptię illæ nõ min⁹ uirtutis, quam corporis esset cõiunctio. Nã licet alios exuperarẽt, iter seipsos tñ pp uirtutis æqualitatẽ, & honoris paritatẽ se superare nequibãt. Sanè q̃ Adamo tradita est, ut illi auxiliaret, postq; bonũ erat, ut homo nõ esset solus, p adiutrice facta est hostis, & nequaquã cõthoralis, sed aduersaria, uirũ per uoluptatẽ suffurans, & cognitionis ligno a uitæ ligno abalienans. Patri aũt non solum cooperatrix a Deo est tradita, id enim minus admiratione dignũ, sed & rectrix est facta, quæ illũ per se tam opere, quã sermone ad optima quæq; perduceret. Nã licet optimũ iudicaret, ut in alijs secundum coniugij legem uiro pareret, in pietate tñ nequaquã illã puduit, quo min⁹ se doctricem exhiberet. Quod quidem admiratione dignum existit. Sed plus admirandum, q̃ ille ultro ab ea deuinci uoluit.

Illa etenim est, quæ cũ alię mulieres de pulchritudine tã naturali, q̃ fictitia contendunt, & efferunt, unã solam pulchritudinẽ nouerat, animæ nẽpe uenustatẽ, & ut imaginẽ diuinam custodiret, aut pro uiribus repurgaret. Ornatũ autẽ depictum, et artificialẽ ad eas, quæ in scena uersant, reiegabat, & unã solam nobilitatẽ existimabat pietatẽ, & ut sciret unde facti simus, & quorsum tendamus; solasq; diuitias firmas, ac tutas, Deo detescere, & pauperib⁹, maxime cũ in genere propinquos incideret, quibus usq; ad indigentiã subuenire, nequaq; calamitatis solutionẽ, sed monitionẽ continere censebat. At liberalius benefacere, honoris firmioris, et consolationis esse perfectioris. Cũ hi cõmodo domestico, illi uero pietate excellant, & quãuis admodũ difficile sit hæc utraq; assequi, in utrisq; tñ oẽs alias exuperabat, et utrunq; exactissime pfecit, duoq; in unũ connectit. Ita igitur domum suis adauxit curis, & cogitationibus (secundum Salomonis de muliere forti terminos, & leges) tanquã pia esse ignoraret.

Ita aũt Deo, ac rebus operam impẽdit diuinis, ut licet plurimum a cũra abesset domestica, neutrũ tñ offenderet pp alterũ, sed pariter ambo pficerentur. Proinde quodnã tps, aut qs locus illius ignorat orationes? Qui motus & ipsi primus fuit ex omnibus in die. Seu potius quæ ita petendo, simul et petitionẽ consequi sperauit? Sanè quęnã ob sacerdotum ita oblectata est manũ, et faciẽ, seu oẽm speciem philosophiæ ita honorauit? Quæue magis ieiunijs, et uigilijs carnes suas macerauit? Aut se psalmodia tam nocturna, q̃ diurna exercuit? Quę magis uirginitatẽ dilexit? tametsi uinculis ligata esset coniugalib⁹. Quæ orphanorũ, et uiduarũ melior adiutrix fuit? Quę calamitates suas deplorantes plus consolatione subleuauit? Cæterum hæc forsitan parua uidẽt, ac quibusdã contemnenda, qm̃ haud facile plurimis sunt concessa. Verũ quo pacto ea, quę paucis contingunt, et creditu difficilia existunt, inuidiæ minus obnoxia essent? Mihi uero admodum sunt uenerãda, qm̃ fidei sunt indicia, et spiritalis feruoris conamina. Quale et hoc est, q̃ nunq; uox eius in sacris audita est conuentionib⁹, aut locis, præterq; in necessarijs, et mysticis. Proinde si magnum olim fuit, ne

2 *Habes hic orationes, ieiunia, uigilias, psalmodiam tam nocturnam quam diurnã, & uirginitatem.*

super

super altare ascenderet bipennis, aut ascia uideretur, seu audiret, ex ratione maiori, tanq; naturale esse deberet, et omni artificio carere, omne qđ Deo consecratur: cur non et in illa magnũ esset, ut silentio ueneraretur sacra? ac nunq; tergum uenerandæ præberet mensæ? seu in diuinũ expueret pauimentũ? uel nec manus gentilibus porrigeret? aut labia labijs admoueret, et neq; inter alias mulieri ẽt, quæ honestissima esset, et admodũ do mestica? Quinimmo nec cõmunicare uoluit, non solũ uoluntarie, uerum neq; coacte, ñs, quę a prophana, et impura ueniebant mẽsa. Sed nec unq; iuxta templa scelesta transire, aut illa præter conscientię legẽ aspicere sustinuit; neq; narratiunculis gentilibus, seu cantilenis theatralibus auditũ inquinare; uel linguã, quę iam susceperat diuina, ac illa etiã loquebatur. Si quidem prophana nequaq; sacris cõuenire putabat. Et quod his plus admirandũ fuit, nec unq; uel parumper luctui indulsit corporali, tametsi mirum in modũ alienis etiam flecteret calamitatibus, ita ut uel uocẽ aliquã emitteret flebilem, ante gratiarũ actionem, aut lachrymę ex illius exciderent palpebris, quę iam mysticæ erant, signatę, seu luctus pręberet speciẽ: quamuis multoties multa ei acciderent molesta, in die ẽt clara. Siquidem ad animã Dei amore detentã pertinere arbitrabat, ut diuinis cuncta subijcerentur humana. Taceo his secretiora, quorum deus testis est, & seruæ fideliores, quibus illa concredebat talia.

Cæterũ quæ ad nos pertinent, nec memoria fortasis sunt digna, tanq; indigni sumus, ut quid de nobis sperari deberet: iudicia tamen sint magni illius conatus. Nos enim, anteq; nasceremur, Deo uouit, nequaq; de futuro solicita; & q; primũ nati essemus, Deo se nos oblaturos promisit, nec oratione sua a Deo est defraudata, nec is hostiam sibi oblatã reiecit. Cõfestim igitur quædã ex his iam præsentia, alia autẽ erant futura, quotidianis additionibus adaugenda. Et quemadmodũ sol iucundissime matutinis fulget radijs, meridianis uero calidior existit, et lętior, ita ipsa nequaq; paruas pietatis primitias texens, nouissimo lumine plus resplenduit.

3
Tũ qui nota omnia dicis esse tollẽda, uides ne matrem Deo uouisse Gregoriũ antequam nascerentur?

Cæterũ non paruus illi ad pietatem stimulus erat, q; ex arbore fructifera, & nequaq; syluestri, ortũ sumpserat, licet copulata esset illi, qui domesticus factus fuerat. Longa enim serie, & a maioribus hæreditate paterna Dei, & Christi amatrice uirtutem acceperat, & nequaq; maritĩ instar, ex oleastro in oleam inserta fuerat. Non igitur minus fidelis iugum propter fidei ferre poterat excellentiam, sed in illo solo tota erat, quod id haud tolerare ualeret, cũ alias inter mulieres fortissima esset, & admodũ mascula. Hoc aũt erat ex dimidio reluctari Deo propter alienationẽ particulæ alterius, & nequaq; copulę corporali spiritus adiungere cognationem. Deo igitur die, & nocte ob hanc rem supplicabat, & illũ multis ieu nijs, & lachrymis procapitis salute orabat; nihilominus tamen uirum & laborũ demerebatur assiduitate, ac morũ mercabatur uarietate, opprobrijs, admonitionibus, obsequijs, abalienationibus, potissimũ uero moribus familiaribus, & erga religionẽ feruentioribus, quibus præcipue anima flectitur, & emollitur, uoluntarieq; ad uirtutem cogitur. Futurũ igitur erat, ut aquę gutta assidue destillãs petrã tandem excauaret, ac illa rem, cui tantũ studebat, cũ tẽpore perficeret. Quod quidẽ ostenderunt sequentia. Et illa quidẽ hæc petebat, & sperabat, tanq; quæ fide magis flagraret, q; iuuentute. Nemo enim ita confidit pręsentibus, quemadmodũ ipsa

speratis, experientia edocta, quanta essent Dei dona: Marito aũt ad salutem cooperabaꝫ cõsideratio, quę paulatim suscipiebat obsequia. Cooperabatur etiã Deus, ac uisiones somniorũ, per quas sępius Deus animæ saluandæ benefacit. Cæterũ qualisnam fuit uisio? Iam enim narratio suauissima exordiũ mihi sumit. Visum est ei, quod nunc̃ antea, licet uxor sępius orasset, & rogasset, particulam illam ex diuino Dauid cantare: Lætatus sum in his, quę dicta sunt mihi, in domũ Domini ibimus. Erat igitur psalmodia peregrina, ac desideriũ cum cantu intrabat. At illa cum audisset, quod uoti cõpos facta esset, tempus arripuit, ac uisionem in optimã partem est interpretata, cũ ueritate, & gaudio beneficq̃ ostendens magnitudinem, & ut ille salutem assequeretur festinabat; timens ne quid interueniret, quod uocationem impediret, & ipsa studio suo frustraretur.

Accidit autẽ tum temporis, ut multi Episcopi Nicæam festinarent, ut Arĩ resisterent insaniæ, cũ malum illud nuper pullulare, & Deitatem incidere cœpisset. Ille igitur Deo, ac ueritatis præconibus se tradidit, desideriumq̃ est confessus, ab ipsisq̃ cõmunem salutẽ quæsiuit; ex quibus unus erat Leontius, uir excellens, qui tum nostræ præerat metropoli. Proinde cum hic a charitate obuiam se ferat miraculum, admodum ego charitatem offenderem, si tacitus illud præterirem, præcipue cum non pauci miraculi huius testes supersint.

Errabant errore quodam spiritali diligentiæ doctores, & gratia præsignabat id quod futurũ erat, figuraq̃ sacerdotĩ institutioni admiscebaꝫ. O institutio minus uoluntaria; genibus enim inclinatus institutionis expurgabatur sermonibus, ita ut multi, qui tum aderant, præsagirent id qđ futurũ erat, nõ ex sublimioribus tantũ, sed etiam humilioribus intellectu, signis haud obscuris credentes futura: Parũ igitur in medio fuit, cũ miraculum miraculo ex coniunctũ. Producam igitur fideliũ auribus sermonẽ quoq̃ illũ. Nam animabus prophanis nihil ex bonis fide dignũ uidetur. Accedebat ipse ad regenerationẽ, quæ fit per aquam, & spiritũ, perquam confitemur Deo hominis secundũ Christum formationẽ, & expiationẽ, necnon materiæ terrenæ ad spiritũ transpositionem, & reformationẽ; & accedebat ad ablutionẽ cũ desiderio feruido, ac spe præclara, expurgans se antea pro uiribus, tam anima, q̃ corpore sanctificatus longe magis, q̃ ĩ, qui tabulas a Mose accipere debebant. Illis enim sanctificatio ad indumenta usq̃ procedebat, & uentrẽ, parua coarctatio, & tẽperantia quædã frugalis: illi aũt uniuersa præparatio in media uita splendoris erat, & ante purgationem purgatio muniens donũ, quo expurgatio concrederetur puritati, & bonũ haud periclitaretur, ac deinceps contra gratiã auderet. Cum aũt ex aqua egrederetur, lux circa illum fulsit, & gloria affectu eius digna, cũ qua etiam processit gratia fidei. Sane hæc res & alĩs quoq̃ cognita est, qui tum miraculũ sub silentio custodierũt, nequaq̃ illud narrare audentes. Vnusquisq̃ enim putabat uisionem hanc sibi soli apparuisse: paulopost uero inuicem retulerunt. Baptizanti uero, & expianti adeo manifesta fuit, & cognita, ut nequaq̃ mysteriũ celare posset, ac publice uocem diuulgaret, q̃ successorem suũ unxisset spiritui. Et hoc ex audientibus, & cognoscẽtibus nemo non credebat. Quoniã & Moses cũ adhuc paruus esset multis, ac precĩ nulli⁹ dignus, ex rubo uocatur ardente, minime tamen igni cedente, seu potius ab eo, qui in rubo imaginatione de-

prehendebatur:illiq; primũ concreditur miraculũ. Moſes ille,a quo mare diuiditur,& cui cœlũ panem pluit,& qui a petra aquã eduxit, quemq; ignis,& nubis colũna inuicem ſibi ſuccedẽtes in uia deduxerunt, & cuius manuũ extenſio trophæum erexit,ac multa agmina deuicit,Crucẽ forma illa deſignans. Eſaias aũt ille gloriæ,& ſeraphin inſpector,& poſt illũ Hieremias,cui magna gentiũ,& regnũ poteſtas concredita fuit, hic quidem uoces audiuit diuinas,& ad prophetiæ miſteriũ carbone antea purgatur. Ille uero ante fictionem cognoſcitur, & ante natiuitatem ſanctificatur. Paulus aũt cum adhuc perſecutor eſſet,magnus ille ueritatis præco,gentium in fide doctor, & lumine circundatur,& illũ, quem perſequebatur cognoſcit,magnumq; ei concreditur miniſteriũ, ac uniuerſus illi auditus, & cogitatio tota repletur Euangelio. Cæterũ quid neceſſe eſt omnes enumerare,qui a Deo uocatione fuerunt præuenti,& talibus miraculis ad fidem perducti, quibus & Pater meus in pietate eſt confirmatus. Ac ideo prima illius non adeo ſunt incredibilia, & admiranda.

Sane quidam poſterioribus priora deturparunt,non ſecus q; ſiquis cito bonis exatiatus, deinde ulterius progredi contemnat, aut omnino ad prauitatem recurrat. Verũ hoc nequaq; de eo dici poteſt; ſeipſum enim non minus,q; quæ acceperat,diligẽter conſeruabat, ita ut utraq; recte inter ſe congruerent,tam ea,quę ante ſacerdotiũ,q; poſtea egit. Nec minus honeſte incepit,q; finiuit: neq; aliter finiuit, q; incepit. Sacerdotiũ uero illi concreditũ eſt,haud quaq; ſecundũ facilitatem, & confuſionẽ præſentem. Verũ parum defuit, quin purgationi adderetur & purgandi peritia, & uirtus, quemadmodũ lex eſt conſequentiæ ſpiritalis. Poſtq; autẽ concreditũ fuit,plus glorificata eſt gratia,tanq; Dei eſſet gratia, & nequaq; hominũ. Neq; ut Eccleſiaſtes inquit, Cõmotio quædam ſpontanea, ſed electio ſpiritus. Accepit enim Eccleſiã ſpinoſum,& incultam,ac nequaq; antea ſicut Epiſcopam gubernatam, ſed ab uno ſolo ante eum decoratã, eoq; admirando,& moribus Angelico,ſinceriori uero,q; nunc ſint populi prę fecti. Quo cito ſublato,rurſus ob gubernatoris defectũ,ad ſegnitiem multam reuoluta eſt, & inſaniam.

Primum igitur hominũ mores haud difficulter manſuefecit, & ſermonibus,qui paſtoralis eſſent ſcientiæ, & quod ſeipſum exhibebat exẽplar, tanq; ſtatuam ſpiritalẽ,pulcherrime ad omne opus bonũ tornatam. Inde diuinis literis aſſidue incumbere cœpit. Quapropter licet in talibus tarde diſcere inciperet,tantam tamen ſapientiam in breui collegit tempore, ut quemadmodũ & in alĳs nemini poſterior eſſet,ac ne illis quoq;, qui plurimum laboris exhauſerant. Quin & gratiã hanc a Deo accepit præcipuã, ut rectæ doctrinę pater fieret,& præceptor. Non quẽadmodũ ſapientes, pſentes, qui ſe adaptant tẽpori,nec tanq; medi⁹,& artificioſe ſermonib⁹, qui contra nos proferuntur,aſſentiebatur,ſicutiĳ,qui nequaq; fidem habent firmam, ſeu ueritatis negociatores exiſtunt;ſed erat ĳs, qui ſermone ualent, magis pius;illis autẽ,qui recte ſentiebant,plus ratione pollens:ſeu potius ſermonibus partes tribuebat ſecundas, pietate uero omnibus dominabatur. Siquidẽ unum Deum in trinitate adorandum eſſe, tria uero in unicam deitatem contrahenda ſciebat:& neq; unitate Sabellĳ, neq; trinitate Arĳ ſequebatur errorẽ:ſed nec diuinitatem impie contrahebat,aut diſſoluebat,neq; inæqualibus incidebat alienitatibus,ſiue magnitudinis,

seu naturæ. Haud enim unumquodq; incõprehensibile, & super nostrum est consideratione. Nam qũo id, quod hic nostrũ superat intellectũ, aut cognosci, aut doceri posset? aut ubi mensurari quiret inexpertũ? ut hoc patiat diuinitas, qd est terminãtiũ gradib⁹ mẽsurata, & gradib⁹ inferiob⁹.

Hæc magnus ille homo Dei, & uerus nosebat Theologus, & eum spiritu circa hæc uolutatus: Et quid aliud dicere oportet, q̃ quod efficit, ut Ecclesia hæc Hierusalem noua, & arca alia super aquas delata, quemadmodum Noe illius magni, ac mundi huius patris secundi uocaretur, cum eo tẽpore animarum diluuiũ, hæreticorumq; insidiæ cuncta occupassent; quantumq; multitudine aliorũ superabatur, tantũ nominis antecellebat claritate. Idemq; illi accidit, quod Bethlehem sacræ, quam nihil prohibuit, licet esset pusilla, quomin⁹ orbis esset metropolis, tanq̃ nutrix Christi, ac mater, qui mundũ creauit, & deuicit. Huius sermonis testimonium est, q̃ eo tẽpore, quo feruidior pars Ecclesiæ contra ipsum seditiose decertabamus, literis decepti, ac uerbis artificiosis, ad prauã cõmunionẽ protracti, solus ipse creditus est mentẽ habere sanã, & nequaq̃ nigredine illa animã una obfuscasse, tametsi mentis quadã arreptus fuerit simplicitate, & dolũ ob animi innocentiam minus caueret. Solus autẽ, immo primus seditionẽ illam contra nos suscitatã, pietatis zelo & quantũ ad eum, necnon alios pertinebat, sedauit, quantũ & ad accursum primũ, quantumq; ad discessum spectabat nouissimũ, tam reuerentia sua q̃ doctrinæ puritate. Ita ut multarũ ecclesiarũ cessaret fluctuatio, tẽpestasq; mutaretur in serenitatem, orationibus illius sedata, & admonitionibus. Proinde siquid iuueniliter agere oportet, nos quoq;, qui hac in re socĩ fuimus, ac ei tam tam pietate, q̃ actione in omni bono auxilium præstitimus, ac quasi aliqualiter una peccauimus, & una cucurrimus, plurimã partẽ ferre, dignos ducimus. Verũ cum sermo parumper in his sit euagatus, hic iam sistatur.

Cæterũ quisnam bona illius, & multitudinem eorundẽ enumerare posset? aut si plurimũ percurrere uellet, non difficulter reperiret omissa? Semper enim in intellectus progressione, melior, q̃ prius fuerat, apparebat. Vnde quotiescunq; res illius mecũ uerso, magis me copia quid omittendum sit, q̃ alios laudatores inopia quid dicendum sit, solicitat: ita ut me abundantia quodãmodo offendat, ac mentem mihi solicitã reddat, dum res illius laudare conatur: nihilominus tamen nec quid in tam multis honore dignis, & æqualibus uincat, inuenire queat. Etenim quemadmodũ in undis euenire cernimus stantibus, ut quotiescunq; calculus inñciatur, centrũ oriatur aliud, circulusq; super alio suscitatus, & assidue dilatatus, semper dissoluat extremum: illud idem & mihi palam in re præsenti accidere uideo. Dum enim mihi aliquid in mentem uenit, aliud elabitur, ac ideo circa electionem laboro, cum assidue id quod in memoria erat, præoccupet, illud, quod denuo affluat.

Proinde quis illo studiosior in rebus fuit cõmunibus? quis'ue in domesticis prudẽtior? quoniam & domũ, & facultates mediocres illi tribuit, qui cuncta recte, & uarie dispensat Deus. Quis pauperibus æqualis naturæ, ac parti abiectæ, uel anima magis est cõpassus, uel manu plus est largitus? In substantia enim propria aliorũ se dispensatorem esse censebat, ac ideo pro uiribus inopiæ succurrebat, ita ut non solũ consumeret superuacua, sed ea etiã, q̃ erat necessaria. Quæ res manifesta demonstratio extitit,

quantã

quantã curam pauperũ habuerit. Dedit enim partem non ſeptem ſolum iuxta Salomonis legẽ,ſed etiam ſi accederet octauꝰ. Quin nec ibi, rebus uacabat uilibus, ſed maiori uoluptate ſua abĳciebat, q̃ alios poſſidere cognoſcimus. Sed & omnẽ propinquitatẽ, ac inopũ auferebat electionẽ, quæ mihi quidem uilis animi indiciũ, & cenſura eſſe uidetur accipientis, quiſnam dignus ſit,quiue minus:uerbumq̃ murmurationis una cũ diſtributione prolatũ,euitabat. Quã rem multis accidere uidemus,qui tametſi alĳs impertiant,id tamen abſq̃ beniuola faciunt prõptitudine,quę quidem largitione maior eſt, & perfectior. Longe enim melius eſt propter dignos dare etiã indignis, quam dignos priuare ob timorem indignorũ. Et hoc eſſe uidetur, quod ſcriptũ eſt, oportere ut quis panem ſuũ etiã per aquam mittat,tanq̃ haud ab illa peſſundari,aut coram iuſto harũ rerum cenſore perire poſſit. Sed illic occurſurũ, ubi cuncta noſtra repoſita ſunt, & eo occurſurũ tempore,quo minime putamus.

Cæterum hoc pulcherrimũ erat,& maximum,q̃ magnanimitas illius omni contentione carebat. Quomodo uero,& qualiter,nunc dicere pergam. Cum certamen pulcherrimũ inter ipſum & coniugem eſſet, de pecunia cõmuni in pauperum uſus expendenda','maior diſtributionis pars in coniugis manus,tanq̃ diſpenſatricis optimæ taliũ,& fidelisſimæ peruenit.Cuius mulieris dico,& qualis? Cui nec Atlanticũ pelagus exhauſtũ, aut ſi quod aliud eſt ex maximis,ſatis eſſe poſſet.Talis,& tam immoderatus expendendi amor eam detinebat.Etenim Salomonis hirundinẽ ex cõtrario ęmulabatur:nam inſatiabilitate melioris, deterius uincebat,nec tamen benefaciendi promptitudine exatiari poterat:quin & totam ſubſtantiam,quam ambo uel prius habuerat,uel poſtea fuerant aſſecuti, minorem putabat, q̃ deſiderio ipſius ſatisfacere poſſet. Sed & ſæpius eam dicentẽ audiui,quod prompta foret,ſi ita neceſsitas exigeret,ut tã ipſa,q̃ liberi eius priuarentẽ,dũmodo bona eius in pauperũ uſus diſtribuerentẽ. Pater itaq̃ totas matri habenas in expendenda dimiſit pecunia, quod mihi quidẽ exemplo melius eſſe cenſeẽ. Nã pecunĳs magnanimũ eſſe,& liberalem,haud difficulter apud alios quoq̃ reperies,non ſolũ in ĳs, quæ ob cõmunis,ac ciuilis ambitionis gratiã dilapidantẽ,ſed ẽt illis,quæ ob dei amorem inter inopes diſpergunt̃,& ſolũ conſumentibus reconduntẽ. Cæterũ q gloriam ob hæc contẽnat,nequaq̃ facile inueniemus. Quãplurimis enim gloriæ amor promptitudinẽ ſubminiſtrat expendendi, & nequaq̃ diſtributio occulta. Ibi enim largitio eſt obtuſior. Manus itaq̃ talis erat, licet multa,tanq̃ inter ſcientes obmittamus. Nã ſi uel aliud tale nobis teſtimonium præbere poſſet,ex eodẽ fonte, ac eiuſdem fluuĳ eſſe deprehenderet.

Sanè quis magis cũ Dei auxilio,aut gradui adduxit,aut iniurias ꝓprias adeo contẽpſit?aut cũ timore ſacrã menſam ab impuris mundauit? Quis conſilio tã diligenti,ac iuſtitiæ ſtatera,aut cauſas dĳudicauit? Seu prauitatem odio habuit?uel uirtutẽ honorauit?ſiue optimos eſt ueneratus? Quis ita pepercit delinquentibus? aut quis cum recte currentibus ita cucurrit? Quis præterea melius uirgæ,aut baculi tẽpus nouit? aut baculo plus tribuit? Cuius oculi magis reſpexerunt ſuper fideles terrę? necnon alios,qui Deo uiuunt in uita ſolitaria,& celibe,terram,ac terreſtria contemnentes? Quis magis ſuperbiã caſtigauit? aut humilitatẽ dilexit? nequaq̃ ficte,aut ſuperficialiter,quemadmodũ nunc multi ſe philoſophari ſimulant,ac prę

ſtantes uidentur;non ſecus ac mulierculæ inſipientiſsimæ, quæ cum pulchritudine careant naturali,ad colorũ fucos cõfugere ſolent,ſuntq; (quo nãmodo dicere debeo)theatrales ornatiſsimæ,propter uerecundiã inuerecundiſsimæ,& ꝓpter turpitudinẽ turpiſsimæ.Humilitas enim nequaq; illi in ueſtimento ſita erat,ſed in penetralibus animę. Quin nec ceruicis inflexionẽ mollẽ,aut uocis infractionẽ,ſeu uultus cõpoſitionẽ fictã, uel barbæ denſitatẽ promiſſam,ſiue capitis colorationẽ adulterinã, aut inceſſus modũ compoſitũ,humilitatẽ eſſe indicabat.Talia.n.facile effinguntur,cito tamen redarguũtur. Nil enim ſimulatũ durabile eſſe poteſt. Ipſe autẽ uita erat ſublimis,humilis uero prudentia,uirtute imitatu difficilis,cõſuetudine autem perq; facilis,ueſtitu quoq; nequaq; ſumptuoſus,ita ut faſtũ pariter,ac nimiã effugeret humilitatẽ. Præ multis aũt ſplendorem internũ, & uentris morbũ,necnon inſatiabilitatẽ,ac ſi quis alius,licet non uideretur,domabat.Hoc quidẽ ut purgaret,illud aũt ne attolleretur, re inanino minis uenans claritatẽ.Nam ciuilis operis eſſe cenſebat,ut omnia fierent, & dicerent, propter quæ apud externos nomen qs aſſequi poſſet bonũ. Qua re nil in hac uita beatius eſſe poteſt.Spiritalis aũt,& noſtrum eſt,ut ad ſalutẽ reſpiciatur ſolũ. Ac ideo cũ quis ad hũc ſcopũ tendebat, magni hunc æſtimabat;ſin uero minus,deſpiciebat. Quæ.n.cerni poſſent,contẽnenda eſſe ducebat,quo interna ſe haberent rectiſsime. Solũ aũt ea conſiderando,& longe alĳs præferenda eſſe putabat, ex qbus aliquis plus dignitatis aſſeq,& alios ad id,quod optimũ eſt,ſecũ pertrahere poſſet.Cæterũ inter res illius pulcherrimũ,ac perq; peculiare, & nec alĳs ignotum erat ſimplicitas,& morum innocentia,necnon obliuio malorum.

Porro tam ex ueteribus,q; iunioribus, alĳ aliud bonũ quoddã egregiũ concreditũ fuit,ſcꝫm quod unuſquiſq; gratiam aliquã a Deo conſeq dignus erat.Iob tolerantia in afflictionib⁹,& animi fortitudo.Moſi,& Dauid manſuetudo.Samueli iurisdictio,& ut cerneret futura. Phineæ æmulatio,a qua & nomen eſt ſortitus.Paulo,& Petro cõcordia præconĳ. Zebedæi filĳs magniloquentia:Vnde & tonitrui filĳ ſunt appellati. Et qũo ſermo omnes in ſpecie enumerare poſſet? Stephani aũt,& mei patris donum unũ ferme,& idẽ fuit. Hic enim nec in periculo conſtitutus odio habebat iaculantes,ſed dũ lapidaret,pro lapidantib⁹, tanq; Chriſti diſcipulus,orabat,pro quo & piculũ ſubibat,mai⁹quid deo fructificans,q; mortem,longanimitatẽ nempe. Patri aũt nihil mediũ fuit inter inuaſionẽ, & dimiſsionẽ,ita ut parũ abfuerit,quin afflictio conceſsionis ſurriperet celeritate.Etenim dei irã fecẽ quandam eſſe & credimus,& audim⁹,cõmotionis contra dignos reſiduũ. Qm̃ Deus ultionum eſt dñs. Qui licet ob clementiã a ſeueritate ad remiſsionẽ inclinari conſueuerit,non tamen in omnibus parcit peccantib⁹,ne illi bonitate ſua fiant deteriores.At ille nequaquam ab irritantib⁹ſuperabat, tametſi animo non omnino eſſet inuulnerabili,præcipue uero in ſpiritalib⁹,zelo fnccũbens,præterq; ſi aliqũ præparatus eſſet, & armatus, ac tanq; contra aduerſariũ a longe inſtrueret offendiculũ.Ita enim nec a milib⁹, ut dici ſolet,labefactabat. Eratq; hoc ei animi affectio ſuauiſsima.Ira.n.nequaq; illi,anguis inſtar,ĭtus ardebat, & ad uindictã erat parata;neq; ad iracũdiam ex primo motu,& retributionis prorumpebat deſideriũ.Verũ quemadmodum apis aculeus, citra mortẽ percutiebat.Humanitas aũt eius ſupra hominẽ erat. Rotas ſępe mi

nabatur,& flagella;& iã adhibebañt:uerũ periculũ erat,aurium compreſſio,aut genarũ iniuria,aut pugnus ſuper collũ,ſicq; minę diſſoluebañt. Veſte uerò maleficus ſpoliabaẽ,ac calceis, ipſeq; proſternebaẽ in terram,inde ira nequaq; contra iniuria affectũ procedebat,ſed contra eũ, qui prõpte ſeruierat,tanq; miniſtrũ malorum. Et qũo quis magis deo bonus eſſe uideretur aut dignus ut deo offerret dona? Sępe enim nec cõmotus apparebat,& pro cõmoto reſpondebat,tanq; domeſticis illius peccatis erubeſcens. Et profecto ros matutinus ſolares potius ſuſtinuiſſet radios, q; ut aliqd ex ira eius reliquũ permanſiſſet. Et tamen dicebaẽ; uerum ſermo euanuit cũ uerbis,ſolum relinquens uirũ illũ bonum. Non enim indignatio eius ſolis occaſu longior erat:neq; iram,quæ ẽt prudẽtes perdit, nutriebat,aut aliqd ex prauitate eius uel corporis ſigno oſtendebat;ſed tranqlitatem motu etiã conſeruabat. Admiranda igiẽ res illi accidit,non ut ſolus ob hanc honoraretur,ſed ſolus ab accuſatoribꝰ ſuis amaretur, & admirationi haberetur, cum bonitas eius ſuperaret ſeruorem:euenitq; ut uenerabilior eſſet iuſto,cũ illum corriperet, q; improbo,cũ eum admoneret. Huic enim aſperitas propter commodũ lenitas uidebaẽ; illi autem ob mores malos bonũ etiam ſuſpectũ erat. Et licet ita tam anima, q; corpore ſe haberet ſimpliciter,& deo accepte,nihilomin9 tamen conuiciatoribꝰ ob pietatem timori erat;ſeu potius nil aliud illos magis deterrebat, q; ſimplicitas eius deſpiciens. Nunq; enim illi uel precationis,uel execrationis excidebat uerbũ, neq; confeſtim retribuebat aliquid, q; bonũ durabile, aut triſte quid temporale. Illud enim ex profundo proficiſcebaẽ animæ. Hoc uero in labijs uerſabaẽ ſolũ, ac tm redargutio erat paterna. Multis autẽ, qui eũ offenderant, nec diuturna quidem repenſa eſt retributio; ſed neq; pœna a tergo eſt exacta. Verũ ſub cõmotionem primã percellebañt, conuertebantur,accedebant,genua flectebant, ueniã conſequebantur,diſcedebant,bene ſuperati meliores fiebant, prudentiores, & cognoſcentes: qm̃ ſæpius uenia multũ prodeſt ad ſalutẽ. Pudoreenim reprimit offendẽtem,& ex timore ad beniuolentiã perducit firmiorem. Sane quidam erudiebantur a bobus,q perterriti iugũ abiecerant,& iuncti occurrebant,cũ eis antea nil tale accidiſſet. Alij autẽ ab equis proiecti,& conculcati,obedientibus,& manſuetis. Nonnulli uero febribꝰ intolerabilibus cõprehenſi,& imaginationibꝰ,ob ea,quæ fuerant auſi. Alij quoq; alijs inſtruebañt aduerſitatibus,& obedire diſcebant,propter ea,quę iã fuerant paſsi. Tali igitur, & tam manifeſta prędītus erat manſuetudine.

Cæterum nũ in gubernandi arte,& uirtute agendi concedebat, ut alicui illi præſtaret? Nequaq;:ſed ille idẽ manſuetus erat,ac ſi quis alius;in manſuetudine tamen grauis. Cũ enim hæc duo ut plurimũ inter ſe pugnẽt,et contraria exiſtant,ſimplicitas,inquã, et auſteritas:et hæc manſuetudinẽ habeat,agendi aũt arte careat;illa uero in agendis peritia,citra tñ manſuetudinem polleat,mirabiliter ei ambo affuere;ſcilicet,ut agere ſciret,tanq; ſeuerus,cũ manſuetudine tamen remittere,tanq; agendi imperitus,ſed cũ arte gubernandi in prędecturis,in conſidentijs,in omni ſpecie gubernationis. Siquidẽ ſerpentis prudentiã circa malitiam,cũ columbę circa probitatem miſcebat ſimplicitate. Nec prudentiã maleficam fieri ſinebat, neq; ſimplicitatem ſtultam,ſed potiſsimum in ſpecie manebat uirtutis, ex ambobus diligenter circummunitus.

Cũ igit talis esset, ac ita sacerdotij munere fungeret, ab omnibusq; gloriã est consecutus, quid mirũ si signis, quibus Deus corroborat pietatem, dignè pditus foret? Sanè unũ illi mirandũ accidit: ualetudine laborabat aduersa, ac corpore malè affectus erat. Et quid mirũ si sancti ẽt ægrotent? Siue ob limi uilis purgationẽ, seu uirtutis probationẽ, & experimentũ philosophiæ, uel ob instructionẽ imbecillorũ, ut ab illis tolerare discant, & nequaq; succũbant in afflictionibus. Laborabat igit, sanctũq;, ac celebre tps paschæ aderat, dies dierũ regina, & nox splẽdida soluẽs tenebras peccati, in qua nos sub largo lumine, ob nostrã salutẽ festiuitatẽ peragimus, ac cũ lumine, qd pp nos mortẽ obijt, cõmorimur, cũ resurgentiq; una resurgimus. Erat aũt morbus diuturnus, & ut breuiter dicã, febris uehemẽs, & ardẽs, cũcta interna deurens. Vires deficiebant, & cibi nausea infestabat, somnꝰ uero aufugerat, ac plane dubitatio aderat, palmarũq; collisione deplorabat. Cuncta aũt oris interna, & palati excoriabant. Tot enim pustulis, adeoq; acutis, & densis scatebant, ut nec aqua facilè, & absque periculo transire posset. Sed nec medicorũ artes, nec domesticorũ preces, licet ualde orarent, nec ulla, q̃ adhibebat, medela succurrebat. Et ille qdẽ in his erat, parũper spirans, & dubiè: nec eos, qui aderant, amplius cognoscebat, sed totus in peregrinatione erat, & in ijs, q̃ diu ab eo erant desiderata, & pparata. Nos aũt tẽplũ habebat, mystas limul, ac oratores: postquã enim de oĩbus alijs desperaueramꝰ, ad magnũ medicũ, et noctis illius confugeramꝰ uirtutẽ, tanq; ad subsidiũ extremũ. Cæterũ quid referã? nũ festiuitatẽ agentes, seu lugentes? panegyrim celebrantes, uel honorantes eũ, qui non amplius hic habebat sepulchralia? ò lachrymæ illæ, q̃ tum ab uniuerso profundebant populo. O clamores, & uoces, qui cũ psalmodijs cõmiscebant. Quærebant apud sacellũ sacerdotẽ, apud mysteria sacrorũ ducẽ, apud Deum adiutorẽ dignũ. Et hæc meæ Mariæ erant inchoamenta, q̃ tympanũ pulsabat, & non epiniciũ, sed supplicationis carmen decãtabat, ac tum primũ ob aduersitatẽ inuerecũda esse discebat, cũ populum pariter inuocaret, ac Deũ: hunc quidẽ ut dolenti condoleret, & una deceret cũ lachrymis; illũ aũt ut exaudiret supplicãtẽ, oĩa illi miracula priora ad memoriã reducens. Calamitas enim inuentrix est ingeniosa. At qd ide noctis illiꝰ, et decũbẽtis deꝰ egit? horror me subijt, cũ ad reliqua enarrãdum procedo: quin & uos, qui auditis, horrescitis. Cæterũ nolite fidẽ denegare, id enim haud sanctũ est, tam nri, q̃ illius, de quo logmur, gra. Aderat iam mysterij tps, statioq; ueneranda, & ordo distribuebat initiandis: At ille a uiuificante mortuos, & sacra nocte suscitatus, primo parũper mouet, inde fortius, post ea ancillã quandã, q̃ ibi remanserat, noĩe uocauit, uoce tenui, & admodũ submissa, iubens ut adesset, ac uestẽ afferret, eiq; manum porrigeret. At illa aderat, eiq; cũ admiratione seruiebat, ille uero tanq; baculo manuductione eius utebat, Mosen in montẽ imitãs, ac debiles manꝰ ad precum figurã cõponẽs, expeditè cũ pp̃o mysteria peregit, aut pegit, uerbis quidẽ paucis, & q̃bus poterat, intellectu aũt, ut mihi uidet, admodũ pfecto. Proh miraculũ sine gradu, iup gradũ, sine altari sacerdos, pontifex longè ab expiandis seiunctꝰ? Et hæc aderant illi a spiritu sancto, ipsi quidẽ cognita, alijs uero', qui pẽsentes erant, nequaq; uisa. Deinde eucharistiæ uerba, quẽadmodũ moris est, protulit, populoq; benedicẽs rursus ad lectũ est reuersus: cibo aũt parũper refectus, ac somno recreatus in-

4
Nox splendida, & dies paschæ festiua, dies dierum regina. Nõ ergo omnes dies æquales sunt.

5
Ad uirtutem noctis illius (paschalis scilicet) confugeramus.

6
A uiuificante mortuos & sacra nocte suscitatus.

uocauit spiritũ. Paulatim igit̃ melius sensit, quoad tandẽ pristinæ sanitati est restitutus. Aderat itaq; noui diei, quẽadmodũ nominamus, festiuitas, quã primã dominicã post resurrectionẽ habemus. Quapp ad tẽplum cũ uniuerso Ecclesiæ processit supplemento, renouans salutẽ, ac gratiarũ offerens actionẽ. Proinde opus hoc nõ minus mihi uenerandũ existit, q̃q; qd̃ Ezechiæ accidit, quẽ ægrotantẽ, & orantẽ Deus uitę glorificauit additione, idq; per umbrã cognouit ascẽsam, q̃ secũdum preces infirmi est regressa, cum Deus pariter regem & gratia, & signo honorasset, ipseq; additione diei, additionem dierum uitæ suæ esse credidisset.

Sanè paulò post simile quodammodo miraculũ matri quoq; accidit meæ; quod et relatu dignũ censeo: nam illã merito honorabimus, si saltẽ honore aliquo digna existit: Patri uero narrationis cõmunione rem gratam faciemus. Infirmitate igit̃ et illa tacta est, cũ omni tempore reliquo sana fuisset, ac recte ualuisset. Cũ igit̃ multa essent, quę illã affligerent, ne longius sermonẽ extendã, inedia potissimũ cruciabat̃, quę multis perdurabat diebus, ita ut nullũ contra malũ inueniret̃ remedium. Qũo igit̃ illam deus pauit? Non mãna illã rigauit, quẽadmodũ olim Israel, nec ex petra potũ elicuit, ut populũ reficeret sitientẽ: non coruis præcepit, ut illã, quẽadmodũ Heliã pascerent, aut tanq̃ prophetã sublimẽ exsatiauit, quemadmodũ antea Danielẽ in lacu famis. At quonã modo? uisus sum illi, cui erã charissim⁹, ita ut non solũ nos in somno magnificaret, sub multa nocte cũ canistro, & splendidis astare panibus; ac cũ illis eam, dũ oraret, quemadmodũ consueuimus, signare, necnon cibare, & sanare, ac eã ad pristinam uirtutẽ reducere. Et nocturna quidẽ uisio diurna fuit ueritas. Ab eo. n. tempore spẽ concepit meliorẽ; & hoc palã, & manifeste apparuit. Cũ enim dies exort⁹ esset, summo ad illã mane accessi, primumq; alacriorẽ eam, q̃q; antea, conspexi: Inde cũ ab ipsa quæ siuissem, qũo nocte habuisset, & nũre aliqua indigeret, ac cætera interrogarẽ consueta: Tu me, inqt, fili admodũ laute, & suauiter pauisti. Cumq; quonã modo id accidisset, admodũ blande, et humaniter sciscitat⁹ fuissem, pariterq; ministræ innuissem, ut illam hortaretur, ne contra tenderet, sed prompte rem explicaret, & illam pandere haud moleste ferret, illa ueritatem detexit. Quin & unum adhuc ambobus commune addidero.

Cum ego ab Alexandria in Græciã per mare Partheniũ nauigarẽ: (Nauigabam aũt omnino præter anni tp̃s, cũ ita me desideriũ instigaret, in naui Æginetica) Hoc aũt potissimũ me adigebat, q; uectores nactus essem domesticos: Cumq; parũ per nauigando ꝓgressi essemus, ingens orta est tempestas, & qualis non multũ antea uisa fuit, quemadmodũ referebant ij, qui una nauigabant; cumq; omnes cõmunẽ mortẽ timerent, mihi animæ mors terribilior erat. Periculũ enim mihi misero imminebat, ne nondũ initiatus abirẽ, ac ideo spiritus aquã in mortis aqua desiderabam. Clamabã igit̃, orabã, et paruas uitæ desiderabã inducias: mecũ quoq; clamabant connauigantes, & hoc in discrimine cõmuni, tanq̃ nequaq̃ ad exercitiũ illud essent apti, hospites humani, & qui una dolere ex cõi discerent periculo. Et ego quidẽ talia patiebar; cõpatiebant̃ & mihi parentes cões per imaginationẽ nocturnã, ac periculi participes erant, et a terra auxiliũ ferebant: per orationes quoq; undas incantabant, quẽadmodũ postea cũ uenissem ex temporis collatione cognouim⁹. Quin & somnus saluta-

7 *Parentes Gregorij ꝑ orationes undas incãtabant.*

ris,quo postꝯ tẽpestas parumper quieuerat, occupabamur, hoc nobis ostendit. Erinym. n. quandã,uisu terribilẽ,& periculũ annunciantẽ,cœpisse mihi uidebar,nã exacte nobis hanc nox designabat. Alius quoꝯ qui una nauigabat(erat aũt puer mihi admodũ acceptus, & charus,quiꝯ tẽ pestatẽ molestissime tulerat(matrẽ meã supra mare gradientẽ, nauemꝯ accipientẽ,& haud multo labore ad terrã trahentẽ uidit. Cui uisioni ipse quoꝯ credidit. Mare. n. quieuit,ac confestim insula Rhodus nos excepit. Verũ non multũ temporis post periculũ hoc elapsum est, cũ & nos domum peruenimus,quemadmodũ noueramus Deo,si saluaremur, secundum uotum enim nos obtulimus.

8

Vide Gregorium uouisse se deo si saluaretur in mari, & uoto satisfeciſſe. Quid ergo lairas uota ſuperſtitioſa eſſe & ꝓſumptuoſa nec fieri debere? Quid etiam garris contra uota conditionata, quæ irridendo pactiones quaſdã cum deo eſſe dicis?

Proinde cõia hæc. Verũ iampridẽ quosdã mirari arbitror,qui res illius manifeste norunt,ꝙ his ita sum⁹imorati, tanꝯ solũ ad laudẽ pertineant; tẽporis uero difficilimi memoriã hucusꝯ distulerimus; ad quod ille plane ordinatus fuisse uidet;tanꝯ illa,quæ tũ facta sunt,ignoremus,uel haud magna fuisse censeamus. Sed age;& illa quoꝯ iã prædictis adiungere conabimur. Tulit tꝑs nostrũ primum malũ, sed ut arbitror & nouissimum, Regẽ dei & rectæ considerationis desertorẽ, qui rẽ parui operis esse putabat,si Persas subiugaret,magnũ autẽ,si his adderet Christianos. Cumꝙ pariter dæmones eũ agerent,ac illud ei persuaderent, nullã impietatis speciem obmisit,suadendo,cõminando,decipiendo, pertrahens ad se nõ solũ defraudando,sed ui etiã cogendo. Et ubi latere poterat, insidijs dolosis mentẽ suffurabat:ubi uero minus,aperte potentia sua abutebat,quo omnino cũcti caperemur,uel male affecti,uel ui etiam coacti. Hũc qs magis ꝯ pr̃ despexisse,aut dissoluisse est repertus? Contemptus itaqꝫ præ multis aliꝭ iudex est,præfectus sagittariorꝫ cũ suis,quos ducebat, ut sacras domos nostras occuparet,aut subiugaret. Cũ enim multos alios aggressus fuisset,huc quoꝯ cũ eadẽ puenit intentione, ac tẽplum petebat cũ mãdatis. Verum tm̃ abfuit,ut quæ uellet peragere posset, ut parũ defuerit, quin a patre meo excluderet. Id cũ ꝑ semetipsum intelligeret, aut ab alio quodam consulente audiuisset,licet pedũ dolore laboraret, discesset,cũ sacerdos ira ac zelo contra eũ,tẽpli causa arderet. Cæterꝫ quonã modo contẽptum magis ostendere potuisset?ꝯ ꝙ publice orationibus,& totius populi precibus sceleſtũ feriret,ac nec tꝑs quidẽ timeret:priuatim uero nocturnã aciẽ opponeret,humiꝯ dormitando seniles, & macie cõsumptas domitabat carnes,ac lachrymis solũ rigabat,paulominus ꝯ per annũ integrũ. Et hoc modo secretorũ cognitori philosophabat. Corã nobis uero latere contabat,ob ostentationis,ut dicebat,euitationẽ, & omnino latuisset,nisi ego subito aliqñ cubile ingressus humi dormitationis indicia deprhẽdissem,ac qñuissem,cuiusnã hæc essent, noctisꝙ mysteria cognouissẽ.

9

Pater Grego. per annũ integrum humi dormiẽs, orationibus & lachrymis deum placabat.

Sed & aliã quoꝯ eiusdẽ tꝑis,ac fortitudinis narrationẽ accipite. Cæsarienſiũ ciuitas de pontificis disceptabat electione, cũ unus obꝭsset, alter uero in locũ eius substituendus quæreret. Feruebat itaqꝫ seditio,nec facile sedari poterat. Ciuitas enim illa ex sui natura, admodũ hãc orbẽ ad seditionẽ est prõcliua,cũ ꝓ fidei ardorẽ,tũ cathedræ præstantiã singularem. Et hæc erant,q̃ contentionẽ plus accendebant. Aderant itaqꝫ epi quidã, ut pontificẽ darent. Cum uero populus inter se diuisus esset, & alius aliũ proponeret,quẽadmodũ in talib⁹ fieri consueuit,secundũ qđ unusquisqꝫ uel amicitia alicuius,uel pietate erga Deũ affectus erat; Tandem ꝑs uni

uersus consensit,ut quendã ex primis inter eos uita pstantẽ, nondũ tñ diuino baptismate signatũ,inuitũ etiã raperent. Auxilio itaq; manus militaris,q̃ tum forte aderat,illũ sup gradũ posuerunt,ac Epis obtulerunt,rogãtes,ut illũ expiarent,& pontificẽ pronũciarent:interimq; psuasionib⁹uim quoq; intermiscere nõ dubitabant,nõ admodũ decẽter, sed magno fidei feruore impellente. Verum enimuero nõ huius tpis est referre,quẽnam illo præstantiorẽ,aut sanctiorẽ ostẽderit tps. Quid igit factũ est,aut quousq; processit seditio? Coegerunt, expurgauerũt,pronũciarunt, sup thronũ collocarũt,manu potius,q̃ uoluntate,& dispositione spũs. Quod patuit quidẽ ex sequentib⁹. Nã postq̃ hæc peregerũt,& ad se reuersi, uoluntatis propriæ facti sunt dñi, consiliũ inter se inierũt, sed utrũ spiritu bono ignoro,attamen inierunt,& decreuerũt,neminẽ rerũ gestarũ autorẽ censeri debere,nec electionẽ ritè esse factã. Nihilominus uiolentiã imputabãt coacto,ac uerba quædã excipiebant,q̃ tum magis temerariè, q̃ prudenter fuerant prolata. Cæterũ sacerdos magnus,& iustus rerũ gestarum cõsiderator,nequaq̃ ijs,qui ita censebant,consensit, aut sententiã laudauit, sed immotus permansit,ac constans,non secus, ac si electus nequaq̃ fuisset coactus. Oportere enim cẽsebat,cũ uis cõmuniter fuisset illata, ut aut accusantes è diuerso accusarent,aut si dimitterent,ipsis quoq; dimitteret, uel quod iustius esset,ut neq; dimittentib⁹ dimitteret: si uero ipsi uenia digni essent,omnino & electũ culpa carere;si autẽ nec illũ,multo minus ipsos:longe præterea satius esse tunc periclitari,& omnino contra tendere, q̃ postea insidiari,præcipue eo tẽpore,quo meli⁹ esset inimicitias iã cõtractas dissoluere,q̃ nouas suscitare Et ita res se habebat. Aderat.n.Imperator,Christianis cõminans,& ob electionẽ irascebat. Minabatur & præfectus. Ciuitas autẽ in magno constituta erat periculo,timens ne post diẽ illum superstes non foret,aut saluaret,seu ullã consequi posset ueniã. Accedebat quod a fortuna quoq; in tpe fortunato irritata, & de peculatu suspecta fuerat,& innouatio,quæ cũ uiro illo acciderat, non secus habebatur,ac si pecuniæ publicę fuissent interuersæ. Sed & gentis princeps quęrebat quo pacto tẽpori gratificari, & electũ male afficere posset, erga quẽ nec alias benigne se habebat, sed ob disceptationes ciuiles ab illo dissidebat. Per epistolas itaq; electores, tanq̃ accusatores uocabat,non iã modeste,sed minis agens,sub p̃textu,quasi Imperator ita iuberet. Cũ igitur ad ipsum quoq; Epistola fuisset missa,nequaq̃ perterritus est, neq; ut rescriberet,uel parũper distulit. Quanta uero ipsius fuerit fiducia,qualiaq; spiritu responderit,ex rescripto eius considerare licet.

Nos enim,inqt,fortissime præses,ob cuncta, quæ agimus, unũ habemus scrutatorẽ,& regẽ, qui nunc oppugnat: is & de præsenti inquiret electione,quã illi legitimã,& acceptã fecimus. Quod si qs alijs in rebus uos honorare uoluerit, id admodũ facile efficere poterit: Ad hoc autẽ nemo nos cõpellet,ut his uobis consentiamus,tanq̃ haud recte,aut iusta facta sint,quæ facta sunt. Nisi uos,q̃bus fas non est, rebus miscere nostris,ac legem talẽ ferre uolueritis. Has literas & præses ipse,cũ accepisset,admiratus est,tametsi aliqualiter fuerit indignatus,quẽadmodũ a multis, qui res illius bene norant,est cognitũ. Hæc epistola & regis quoq; sedauit impetũ,ac ciuitatẽ liberauit a periculo:nec male addiderim, nos a turpitudine. Hoc parui ciuis opus fuit,& qui secundas cathedræ partes habebat. Ve-

10 *Vides qd laicis magistratibus fas non sit sacerdotum rebus se immiscere? Vnde ergo quidam nunc illis in sacerdotes & Ecclesias potestatem o-*

mnem tribuere conã tur? Hoc ne tolerauit ſanctus hic uir, aut magnus antiſtes Ambroſius?

rũ longe melius eſt in talib⁹ eminere, q̃ a ſublimi ẽt throno uerba facere, & rebus potius excellere, quàm nominibus.

Cæterũ quis a noſtro orbe adeo eſt remotus, qui & hoc, quod exgeſtis eius ordine fuit nouiſsimũ, ſed rei magnitudine uel præcipuũ ignoret? Conflictabat ciuitas illa ſeditione noua, ob cauſam eandẽ, cũ cito ſubtractus eſſet, qui bene fuerat coactus, & ad dñm peregrinatus, pro quo generoſe, & uiriliter in perſecutionibus decertauerat. Eratq́ ſeditio quanto feruentior, tanto ẽt turbulentior. Non enim latebat is, qui præ alĩs excellebat, quẽadmodũ nec ſol inter ſtellas deliteſcere poteſt, ſed ualde erat conſpicuus, cũ alĩs cunctis, tũ populo electo, & puriſsimo, necnõ ĩs, qui circa gradus uerſabant, ac Nazaræis, qui apud nos ſunt, qbus ſolis aut potiſsimũ primus iminebat conflictus. Eccleſiæ enim a malo erãt immunes, pariter & opulentiores, ac potentiores, ſed omnis impetus, ac ſeditio inter plebẽ erat, ac præcipue uiliſsimã. Cæterũ nunc mihi periculũ imminet, ne regimen populare plus cõpoſitum q̃ noſtrũ, cum quo gratia celebrat diuina, cenſeã; ac meliorẽ taliũ diſpẽſatorẽ timorẽ, q̃ rationẽ putẽ: poſtq̃ quidam ex recte ſentientibus cõtra aliũ uenit, te caput ſacrũ, ac diuinum relinquens, qui manibus dñi eras fictus, qui iugo carebas, inops eras, ſine carne, ac fere ſine ſanguine, q in ſermonib⁹ utebaris ratione, qui inter philoſophos ſapientia præſtabas, qui in mundanis ſupermundanus eras, qui in honeſtis pluſq̃ honeſtiſsimus: Te meũ illum amicũ dico, & cooperatorẽ, animæ meæ partẽ ingentẽ, ut quid dicã audacius, uitæq̃, ac doctrinę ſociũ. Vellẽ ſane hic ut ſermo liber eſſet, ac te in alĩs depingeret, ac non in præſentia tua talia exquireret, plurimaq̃ propter adulationis ſuſpicionẽ obmittere cogereẽ. Sed ut loquerer ratio cõpulit; ſpiritus. n. nouit illũ qui eius ſit, & cur non? Obſtat autẽ inuidia; id cũ ſit, loqui erubeſco. Vtinã autem nec cum alĩ loquunẽ, & exacte noſtra comicis inceſſunt cauillis, audirem. Hæc breuiter tranſcurrimus, non ſec⁹ ac fluuĩ, q inter petras labuntur, ſilentio honorantes quæ uere digna exiſtunt. Nunc uero ad ſermonis progredimur reliquũ. Pater itaq̃, cũ ſpiritus eſſet, exacte nouerat quæ ſpiritus eſſent, ac ideo cenſebat nihil humile ſapere oportere, neq̃ per cõmendationes, aut præiudicationes pugnare, ac fauori pluſq̃ deo tribuere, ſed ſolũ ad Eccleſię utilitatẽ, & ſalutem cõem reſpiciendũ eſſe. Quapropter ſcribebat, admonebat, cõponebat, populũ, ſacerdotes, necnon alios, qui ad gradũ pertinebant, obteſtabaẽ, eligebat, calculũ ferebat, licet præſens haud eſſet: Caniciei tribuebat, ut autoritate fungereẽ, quẽadmodum domeſticis, ita & alienis. Tandẽ cum electio canonice fieri deberet, unuſque, qui pronunciari debebat, numero deſtitereẽ, e lecto, ſenectute, & ægritudine degrauatus, ſurrexit, & ad ciuitatẽ iuuenili perrexit animo, ſeu potius corpore ferebaẽ mortuo, ac parumper ſpirante: feſtinationẽ illam, pulchrum ſibi ſepulchrũ fore cenſens, ẽt ſi quid eum pati oporteret. Quin & tunc quoq̃ ſignum non incredendũ eſt factum. Conualeſcit labore, iuueneſcit promptitudine, diſpenſat, ordinatur ille, collocat eũ in thronum, cum pompa producitur, non amplius ſella uili, ſed archa utens diuina.

Cæterũ longanimitatẽ, quã paulo ante laudare ceſſaueram, hic rurſus, & abundantius oñdere conabor. Siqdem cũ ægreferrent cõpresbyteri, q̃ tã turpiter fuiſſent deuicti, pariterq̃ ob potentiã ſenis in reb⁹geſtis indignarent, ac iõm conuicĩs impeterent, ſolũmodo tolerando q̃ualuit, & ut ſu-

perior fieret, magnũ in mãsuetudine auxiliũ repperit, ac ne maledicẽtib⁹ rema! ediceret. Cur.n.molestũ esset, cũ re ipsa uiceris, si linguæ petulantia etiã uincaris? Ita igit illos placauit longanimitate, accepto ẽt in sententiæ auxiliũ tpe; ita ut illi loquẽdo defatigarent, ac ideo desisterent, indignatio nẽ in miraculũ mutantes, ob priora pudefacti, illoq; patriarcha, legislatore, & iudice uterent, omni odio penitus abiecto. Eiusdem zeli fuit contra hæreticos controuersia, cũ nobis bellũ indicerent, una cũ impietate regia, tanq; nos subiugaturi, & alijs adiuncturi, cũ ferè cũcti iã seruirent. Tũ.n. non paruã nobis conciliauit partẽ, ac tã per seipsum, q; per nos, q̃bus præerat, illis tanq; truculentissimis restitit feris; nosq; tanq; catulos non ingenerosos, ad pietatis exercuit studiũ. Cæterũ in uno uos ambo inculpo, sed nolite mihi ob loquendi audaciã indignari: Siquidem qd me perturbarit, enarrare pergã, etiã si id mihi sit molestius. Nẽpe q̃ me uitæ malis indignã tem, & solitudinis amantẽ, ita ut ignorẽ num qs alius, q apud nos sunt, taliter, & cõmunẽ hanc tẽpestatem, & puluerẽ, quẽadmodũ habeo celeriter euitare contendentẽ, & ad securitatis portũ perducere conantẽ, haud scio quo oneroso, & insidianti animarũ foro huic me implicantes, per honorabile sacerdotij nomen tradidistis. Vnde iã pleraq; euenere mala, alia uero speranẽ. Quid enim itereste? Si uel iam patiaris, aut in futurũ desperes. Licet ratio aliud suadeat, & id, quod melius est, sibi polliceatur.

Proinde nec illud ex bonis eius præterierim, qd planè tolerans erat, & in aduersis superior. Vltima uero ægritudine, admodũ est afflictatus, q̃m senectus cũ illa cõcurrebat, eaq; longæua, & lubrica. Sanè qd ægrotaret, cõmune illi cũ cæteris erat hoibus, hoc uero nequaq; cõmune, sed admodũ sibi propriũ, ac reliquis adhærens mirandis, q̃ nullo non tpe morbi affligeret incõmoditate, ac sæpius quidẽ in die, nõnunq; etiã horis singulis: solũmodoq; ministerij confortabat tpe, tum enim pasio eũ relinquebat, tanq; mãdato quopiã effugaret. Cũ aũt circiter annos uixisset centũ, fine Dauidico terminorũ, tẽporis eius, quo nos uiuimus, in sacerdotio uero quadraginta quinq;, mensura uitæ humanæ, in senectute bona uitam finiuit. Et hoc qũo? In orationis uerbis, & figuris, nullius prauitatis uestigia, sed plurima uirtutis relinquẽs monimenta. Nil mirũ igit si ueneratio eius plusq; humana, omniũ hominũ celebret linguis, & cogitationib⁹, nec facile reperiri põt, q eius recordet, qn nõ ẽt imaginationẽ amet, & hãc scripturam manu admoueat ori. Talis itaq; uita eius fuit, talisq; uitę finis, & impletio. Cęterũ postq; necesse erat, ut memoria de eius relinqueretur magnanimitate, qd magis oportebat, q̃ tẽplum hoc Deo, & nobis erige ret? In cuius ædificatione pauca quidẽ populo iniunxit, plura uero ex facultatib⁹ propr̃js subministrauit: opus nequaq; silentio dignũ, magnitudine quidẽ sup multa, pulchritudine aũt ferè sup oia. Octo.n. lateribus rectis in seipsum concurrit: Columnis uero, & porticuũ pulchritudine in altum surgit, ita ut structura eius nequaq; cedat naturæ. Supernè aũt a cœlo illustratur, ac largissimis lucis fontib⁹ aspectũ illuminat, tanq; lucis habitaculum uerũ. Vndiq; aũt materia excurrit, & cingit splẽdida, idq; lateribus æqualib⁹, ita ut multũ interius spaci cõprehendat. Porticib⁹ uero, & ambulachris resplendet speciosis, quib⁹ a longè accedentes excipiunt, ut interim externũ ornatũ dicere obmittam: ueluti lapidis quadrupedis, in comæ formã fastigiati, magni, ac perpulchri: quantũq; sedilia marmorea, &

11

Tu qui adeo uehemẽter reprehendis, & crimine non care re dicis, tãtas opes in extruendis, ornandis locupletandisq; templis insumere, unde quo magnus Theologus laudet patrem a mirabili, magnanimi & prædiuiti templi structura. Hoc aũtem ideo facit, ut te

& tui similes ab his effutiendis insanijs cõpescat, diuini enim spiritus instinctu hæc conscripta fuisse semper asseruerim. Quoniam in his quæ ad dei gloriam cedunt, nunquam satis, nedũ nimiũ repiri potest.

capita angulos exornent. Et ꝙ lapis ꝓuincialis nihil sit peregrino ĩferior: necnon zonas diuersas & uarias prominẽtes, & insculptas a fundamẽto usq; ad uerticẽ. Qui cum uisum terminat, spectatorẽ etiam fatigat. Verũ quo pacto sermo tanti temporis & manuũ laboris opus adeo breuiter explicare posset? Hoc solũ dixisse sufficiat, ꝙ cum aliæ ciuitates multis cum publicis, tum priuatis ornatæ sint ædificijs, hoc solũ præualet, ac nos pluribus reddit celebriores. Et tẽplum quidẽ ita se habet. Verum qm̃ et sacerdote opus erat, illũ quoq; domesticũ dedit. Vtrum uero scd̃m templi dignitatẽ, nequaq̃ dicere habeo, præterq̃ quod dedit. Sed quia sacrificia ẽt requirebantur, & illa quoq; adiunxit, afflictiones filij, & in aduersis tolerantiã; ut Deus ab eo haberet fructificationẽ rationalẽ, uictimã spiritalẽ, pro sacrificio legali rectè expenso. Cæterũ quid ais, pater? sunt ne hæc satis? recipisq; laborũ retributiones, quos ob meos exhausisti sermones, laudemq; hanc: siue præmissiuã, seu funeralẽ, tribuisq; pacẽ sermoni, more ueteri, hicq; illũ terminas, quo fugias satietatẽ, si qua hodie accidit? aut adhuc additionẽ aliquã q̃ris? Sed terminas, scio: sufficit enim, hoc tñ addere permittas. Ostende nobis, ubi nã sit gloria, & lumen, quod circũ te est, & circa tuã paulo post uxorẽ, nec nunc filios, quos p̃occupasti, meq; eisdẽ suscipe tabernaculis, aut nihil ẽt, aut parum per in hac uita mali patientẽ: & priusq̃ ad tabernacula perueniã, dulci illo lapide, quẽ ambobus statuisti solare, quo hic etiã tuũ uenereris sacerdotẽ, & nomine parẽ: populoq; tuo ueniam concede, tã illi, qui tibi cõmissus fuit, q̃ qui gratię tuæ particeps est factus; tuteq; illos dirige, præcipue uero pastores omnes, et episcopos cunctos, quorum tu Pater uocaris, ac pręsertim illum, qui a te est coactus, puterne tñ, & spiritaliter, ne omnino te inculpẽ tyrannidis.

12

Cũm hæc omnia uideas in sanctis, quid habes quod ultra loquaris hæretice? Nonne hic legis sanctorum gloriã & lumen? Potestatem alios suscipiendi in dei tabernacula, concedẽdi ueniam populo, & dirigendi Episcopos omnes. Demum sanctorum inuocationẽ?

Tibi uero, o meorũ sermonum, & cõmotionũ iudex, si satis de his disseruisse uidemur, & ut desiderio nostro dignũ fuit, decerne, & habebimus ratũ, quandoquidem calculus tuus omnino concordat cũ Deo. Si autem infra gloriam patris, ac spem tuã uerba fecimus, ut nobis auxiliũ ferto, ac bonis illius tuã impertias uocẽ, q̃ non secus expectatur, q̃ imber tempestiuus. Omnino autem te in rebus maximis debitorem habet, & tanquã pastorem pastor, ac tanquam pater filium in charitate. Quid mirũ, si per te intonat orbi, ipseq; aliquantisper tua fruitur uoce?

Proinde quid reliquum est? scilicet ut spiritali Sarræ, magni patris nostri Abraham consorti, & contemporaneę conuenientia philosophemur. Non eadem o mater, dei natura est, & hominũ, seu potius diuinorũ oĩno, & terrestriũ. Apud illa. n. esse ĩmutabile ẽ, & ĩmortale, necnõ suũ, & eorũ, quæ pertinent ad esse: solidorũ enim sunt solida. Nostra uero quo pacto se habent? Fluunt, & aguntur, subindeq; aliam accipiunt immutationẽ. Vita igitur, & mors, licet, ut dicitur, plurimũ inter se distare uideantur, inter se tamen conueniunt. At quo pacto, cũ opponantur? Quoniã uita excorruptione matre nostra initiũ sumit, ac semper per corruptionem præsentis transit excessus, donec uitæ huius dissolutionẽ in corruptionem uertat. Mors uero a præsentib⁹ malis liberationẽ habet, ac sæpius ad uitam perducit supernam. Ac ideo ignoro, num proprie mors uocari debeat, cũ nomine potius, q̃ re terribilis existat. Periclitamur igitur ne passionem quodãmodo patiamur irrationalem, cũ timeamus, quę terribilia nõ sunt, quæ uero terrore digna, tanquã potius eligenda fouemus. Sola uita est,

ut ad uitam respiciamus. Sola mors peccatum; animæ enim est pernicies. At reliqua, quæ nonnulli magnificiunt, somniorū sunt uisiones, quæ in rebus ludunt existentibus, animæq; phasmata deceptibilia.

Cum igitur mater mea ita habeamus, nec uitam hanc nimis magnam ducamus, neq; ob mortem nimia afficiamur tristitia. Quid enim molesti patiamur, si hinc ad uerā transcēdamus uitam? si a uersutijs, captionibus, satietate, ac turpium rerū collectione liberemur? ad stabiliaq; & nequaq; fluxa pertingamus? ubi parua luminaria circa lumen magnū lætos ducemus choros. Verū perturbat te separatio; ac spes te lætificet. Sed molesta est uiduitas: At illi nequaq; molesta. Et ubi est dilectionis mandatū? ut tibi bona optes, proximo uero impartias aduersa. Quid aūt omnino molestū esse potest illi, quæ paulo post dissoluetur? Prope est hora fatalis, tristitia, haud quaq; est constantia. Ne oneremus leuissima cogitationibus ingenerosis. Re magna priuati sumus; sed & nacti sumus. Siquidē priuari omniū est, consequi uero haud multorū. Non hoc te flectat, sed illud cōsoletur. Quando quidē rationabilius est, ut melius uincat. Tulisti mortē liberorū adhuc iuuenū, & ad uiuendum aptissimorū perq; uiriliter, ac philosophice, ferto etiam corporis depositionem senilis; cū iam uita in sensibus quoq; ęgrotaret impassibilibus, licet animæ tonus perduraret inuiolabilis. Sed curatore indiges. Vbi aūt est Isaac ille tuus, quē tibi pro omnibus reliquit? Pete ab ipso parua, nempe manuductionē, & seruitutem: retribue aūt magna, benedictionem maternā, & orationes, necnon liberatē uenturam. Cæterū indignaris, q; admoneris; sed & hoc laudo. Multos enim admonuisti, quos longum tempus sub tuum perduxit intellectum, ac ideo sermo noster nihil ad te, quæ admodum sapiens existis, pertinet. Sit igitur lugentibus consolationis remedium commune, ut homines, cum homines præmittunt, eo fruantur.

VITA SANCTI BASILII CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ Episcopi per D. Gregorium Nazianzenum scripta.

Est oratio, 8. in numero orationū eiusdem.

CVm Basilius magnus semper nobis sermonū argumēta prę stiterit, plus enim meis celebratus est orationibus, q; nemo unquam propriis; restabat, ut nunc quoq; seipsum in argumentū certaminis exhiberet maximū ijs, qui eloquētiæ operam impendunt. Arbitror aūt, si quis in ui dicendi experientiam facere, deinde illam uel mediocriter expendere, ac unū ex omnibus sibi argumentū proponere uoluerit, non secus ac pictores tabulas exemplares, solū hoc tanq; sermone dignū sumpturum, ac præ cunctis alijs electurū. Tantum opus est de laude uiri huius dicere, nō solū nobis, qui iam pridem omni dicendi glorię renūciauimus, sed ijs etiā, quibus oratio uita est, & qui hoc unū, ac solū curant, ut talibus excellant argumētis. Sic ita de his sentio, & ut mihi persuadeo, admodum recte.

Cæterum si nunc sermonibus haud utar, ignoro ad quid aliud illis dehinc uti debeam; aut qua re mihi ipsi plus gratificari possim, siue laudatoribus uirtutis, uel sermonibus ipsis, q; ut uirū hunc admirer. Proinde satis mihi erit, si debitū hoc tantum delibauero. Debitū enim est bonis, ac si quid aliud, inter alia de sermone sermo. Illis enim pariter ad uoluptatē ce-

dit, obiterq; adhortatio fit ad uirtutem. Quorũ enim laudes noui, horum, & manifeste retributiones esse scio. In nulla igitur re ex omnibus accidit, ut non sint omniũ. At in sermonibus utrinq; res se male habet, siue ad dignitatem prope accedant, ac uim suam ostendant: seu plurimum destituant, quod omnino necesse est accidere ijs, qui uirum hunc laudant, ut re ipsa se uictos demonstrent, insuper eum, quem laudandum susceperunt, sermonis ui præstantiorem esse fateantur. Quæ igitur ne ad dicendũ perpulere, & ad hoc deduxere certamen, hæc sunt.

Proinde nemo miretur, si ego post tanti temporis interuallũ, ac post tot laudatores, qui illũ publice ornarunt, ac priuatim, hoc fungor officio. Anima enim diuina, & in omnibus mihi tam nunc, q̃ prius ueneranda, ignoscet. Quemadmodũ igitur cũ adhuc nobiscũ ageret, multa meorum meliori omnino termino, & amicitiæ lege emendabat (haud enim me dicere pudet, q; omnibus uirtutis lex erat) ita nunc post q̃ super nos euasit, nobis parcet: parcent & una feruentiores è uobis uiri huius laudatores, si saltem alius feruentior est alio. Nec hi solũ, uerum omnes, qui in laude hominis pares sunt honore. Non enim ob negligentiam id, quod decuisset, est obmissum; nunc q̃ enim tam negligẽtes, uel in uirtutis, uel amicitiæ erimus officio, nec q; alijs potius laudem conuenire, q̃ nobis putabimus. Verũ sub initiũ loqui cunctabar. Dicatur enim ueritas, quemadmodũ ij, qui ad sacra acccedunt, priusq; auditu & mente sint purgati. Deinde nõ ignoratis (ad memoriam enim pariter reducam) quantũ interim, dum ueritatis sermonem exercui, sim periclitatus, bene coactus, & secundum Deum forte peregrinus effectus: & nec q; ex sententia generosi illius ueritatis pugilis, ac nihil aliud spirantis, q̃ sermonem pium, & orbis totius salutem. In ijs enim, quæ ad corpus pertinent, nequaq̃ fortasis confidendũ esse dicere oportet, uiro generoso, & qui supra corpus est, priusq; hinc transmigrauerit, & qui penitus nihili facit animę bona, quę a uinculis coërceri possunt: & ita hic sistantur, quæ ad responsionem spectant. Non enim, ut arbitror, opus est ut prolixiores de illa fiant sermones, præcipue apud eos, qui manifeste nostra cognoscunt. Ac ideo iam ad laudem ipsam est accedendũ: sermoni uero Deum illius præparo, ne uirum laudibus meis afficiã iniuria, neue multũ diuerse ab alijs incedã; tametsi omnes fortasis deficiemus, quemadmodũ ij, qui cœlũ, & solis intuentur radios.

Proinde si illũ uiderẽ genere, & ijs, qnę ex genere sunt gloriari, aut omnino re aliqua parua, & ijs, quibus in terrã respicientes extolli solent, alius utiq; heroum uideretur catalogus, si ea recensere uellemus, quæ de illo temporũ afferre possemus serie. Immo nec historijs cõcederemus, ut plus q̃ nos haberent, sed & in eo plane præstaremus, quod eũ nec fictionibus, aut fabulis, sed rebus ipsis, quarũ mihi testes existunt, ornaremus. Siquidẽ multas nobis de eo Pontus ob patrẽ suppeditat narrationes, miracula q̃ nequaq̃ priscis inferiora. Multas etiam solũ meum patrium, ueneranda Cappadocia nõ minus iuuentutis altrix, q̃ equorũ generosorũ procreatrix. Vnde nos generi paterno conferimus maternũ. Sane quinam numerosioribus, aut maioribus ornati fuere præfecturis, administrationibus q̃ publicis? Quinam in aulis regijs potentia plus floruerunt, & opulentia, necnõ throni sublimitate, honoreq; populari, ac sermonũ splẽdore? Quę cuncta, si uellemus, recẽsere possem? Siquidẽ nil essent Pelopidæ, & Cecro

didat,

pidæ,necnon Alcmeones,Æacidæ,& Heraclidæ, & quibus nil est sublimius. Qui cũ nihil ex domesticis manifesti,quod referre possent,haberẽt, ad obscuriora confugerunt,dęmonibus quibusdam,ac deis, necnon fabulis progenitores infamantes; quorum uenustissima fuere incredenda, planecꝫ credentium iniuria.

Cæterum postꝯ nobis sermo de uiro est,qui dignũ esse duxit,ut nobilitas secundũ uirum iudicaretur,& nequaꝯ deceat, ut formæ, & colores ex seipsis censeantur, aut equi generosissimi, uel abiectissimi; unum, aut duo extraria depingemus ex ĩjs, quæ sub initio illi indita fuere, eaꝫ uitæ eius peculiaria,& quibus potissimũ in loquendo gaudebat; siccꝫ deinde ad ipsum conuertar. Alĩjs igitur aliud sit decus,siue generis, seu rerũ singularum,minorũ,seu maiorum,tanꝯ hæreditas quædam paterna, a longe,uel proxime incipiẽs,ac ad posteros se extẽdens. Basilio uero utriusꝯ generis insignia fuere pietas,quod quidẽ nunc sermo ostẽdet; persecutio erat,& persecutionũ sæuissima,ac grauissima. Scientibus Maximinũ dico,qui cũ ex multis,qui nuper fuerant,pullulasset,omnes modestos fuisse ostendit. Siquidem multa flagrabat audacia, & ut impietatis coronaretur potentia satagebat. Hanc multi ex nostris superarũt pugilibus,& ad mortem usꝯ decertarunt,& ante mortẽ parumper, solũ tandiu relicti,ut uictoriæ superuiuerent, & non una cũ certaminibus abirent, sed alĩjs reseruarentur. Aliptæ uirtutis,martyres uiui,sta tuæ spirantes, præconia tacita. Multis igitur enumerandis,tempus quoꝯ illud auo Basilĩj,ac parentibus,qui omnem pietatis exercuerunt uiam,pulchram hanc attulit coronidem. Siquidem ita erant animati,ac præparati, ut omnia facile sustinerent,ob quæ Christus eos coronat,qui certamina, quæ pro nobis pertulit,imitantur. Quoniam uero oportebat, ut certamen legitime peragerẽtur,lex aũt martyrĩj persecutis parcit,& imbecillioribus, ne ultro ad agonem procedant:Cũ uero præsentes sunt, ne subterfugiant,iubet. Hoc.n. audaciæ,illud uero est ignauiæ.In hoc ideo illi honorantes legislatorem, quid machinantur, seu potius ad quid feruntur a prouidentia, quæ cuncta illorũ gubernat? Ad syluã quandã in Ponticis fugiunt montibus; sunt autem ibi ꝯ plurimæ,densæ,ac late se extendentes,admodũ paucis fugæ utentes comitibus,cibiꝫ ministris. Alĩj igitur tẽporis admirentur longitudinem,siquidẽ ut plurimũ ibi,ut aiunt, ex fuga sunt cõmorati annos circiter septem,paruo uictu,ac tenui,uti credere par est,& fortuito corpora sustinentes sub dio,in prȩcipitĩjs,frigoribus,& caloribus afflicti. Desertũ præterea inhospitale,ab omniꝫ cõione,& societate humana seiunctum, permolestũ fuit ĩjs,qui olim honorati,& multis satellitibus culti fuerant.

Ego uero quod his maius est,& mirabilius, dicere incipiam. Et nemo mihi fidem deneget,siue non magnũ censeat,persecutiones,ac discrimina propter Christũ exantlata,male sentiens,& admodũ periculose. Desiderabant quippiam generosi, & quod ad uoluptatem deseruiret temporis laborantes longitudine, & necessariĩjs iam satiati. Nec tamẽ ea,quæ olim Israẽl,pertulerũt,quoniã minime murmuratores erant,quemadmodũ illi cũ in eremo post fugã ex Ægypto affligebantur, tanꝯ Ægyptus melius eis,ꝯ desertũ fuisset,quoniam abũde lebetes carnibus suppeditasset plenas,cũ alĩjs,quæ ibi reliquerant.Lutũ enim,& laterũ fictio nullius tũ momenti propter stultitiam penes eos erat,sed alia,tanꝯ magis pia,& fide-

liora,proferebant.Nunquid exincredendis est dicebant,q'nod,cũ miracu lorum sis Deus,populũ peregrinum, & fugientem large pauisti in deser- to,ita ut illi panem per pluuiam demitteres, & coturnice exaturares, ac eos non solũ necessarijs,sed & superfluis nutrires:qui mare diuisisti, & so lem firmasti,ac flumina siccasti? Sed & alia recensebant,quæ fecerat.Ani- ma enim in talibus historias amare solet, & Deum miraculis laudare ꝙ plurimis.Ac ideo nobis cibũ dicebant hodie largire,ac delicate nos pie- tatis pugiles pasce.Siquidẽ multæ sunt bestiæ, quæ diuitũ effugerũt men sas;quẽadmodũ olim & nostras,qui ĩ his latitamus montib.? Multæ etiã aues comestibiles,super nos desiderantes uolant. Ex quibus quid a te so lum uolente capi nequit? Talia dicebant,& uenatio aderat, cibus sponta neus, inemptus, omnifarius. Cerui turmatim super tumulis apparentes, admodũ ingentes, admodũ pingues', admodũ prompti ad iugulationẽ. Solũ hoc percipi nequibat,quod moleste ferrent,si non celerius aduoca- rentur.Et hi quidẽ nutu' trahebantur,alij aũt ducebantur, quonam perse- quente,aut cogẽte? nemine. Quibus equis? quibus canibus? quo latratu? aut clamore? aut quibus iuuenibus uenationis exitus præoccupantibus? legibus orationis ligati,& petitionibus iustis. Quis talem nouit uenatio- nem ex ijs,qui olim fuere,seu nũc sunt? Proh miraculũ:Ipsi uenationis erãt pennarij. Quantum placebat,uoluntate solũ detinebatur. Quod uero su- perabundabat, siluis ad secundã remittebatur mensam.Habebant igitur obsoniorũ artifices frugales,cœnam decentẽ, conuiuæ grati, præambulũ iam speratorũ,miraculum præsens,ob quod ad certamẽ,pro quo hæc su- stinebant,promptiores fiebant.Et hæ meæ sunt narrationes.

Tu uero tuos mihi recense uenatores,Oriones,&Actęones,uenatores infelices,persecutor meus,qui fabulas miraris, & ceruã pro uirgine suppo sitam;si tibi aliquid tanti est ad contentionẽ, etiã si cõcedamus, nequaꝙ fabulam esse,quæ narratur,quemadmodũ sermonis reliqua,& ualde tur pia.Quid enim opus erat retributione,si uirgo saluata erat,ut hospitũ do ceretur cædes, & inhumanitas pro humanitatis discereturretributione? Et hoc quidẽ tale ex multis' unũ,& pro multis,ut meus est sermo.Et illud percurri,non ut Basilio aliquid gloriæ adderem; nequaꝙ enim mare indi get fluminibus,ut in illud exonerẽt,licet multa influant,ac magna. Neꝙ ut aliquid afferrẽ laudis ei qui nunc celebratur;sed ut ostenderẽ,quænam illi ab initio affuerint,& ad quale exemplũ respiciens tantũ præcelluerit. Etenim si magnum est alijs, ut aliquid a maioribus ad gloriæ accipiant splendorem,longe maius est illi,ut maioribus a seipso aliquid addat, non secus ac fluuius currens.

Cæterũ de cognatione maiorũ,non minus secundũ uirtutis, ꝙ corpo- ris cõparationẽ,multa quidẽ & alia extant indicia,ueluti pauperũ susten- tatio,hospitũ exceptio,animæ per temperantiã purgatio, facultatũ por- tio Deo consacrata.Res,cui nondũ tunc multi studebant,quemadmodũ nunc ex primis auctũ,& honoratũ est exemplis. Necnon alia, quæ Pon- to,& Cappadocibus impensa satis ad multorũ aures implendũ forent. Mihi uero bonorũ generatio filiorũ, res uidetur maxima, & clarissima. Siquidẽ numerosam,& pulchram prolem fabulæ fortasis habent:nobis autem experiẽtia hos contulit,ita factos,ut si & non taliũ essent parẽtes, sibijpsis sufficerent ad gloriã. Talium aũt existentes patres, etsi ipsi non

tam clarí essent uirtute, omnes superarẽt prolis felicitate. Equidẽ unum, uel duos laude dignos nasci, naturæ quispiã ascribere posset: at præcellentia in omnibus, manifeste parentũ laus est. Quinimmo beatissimus sacerdotũ, ac uirginũ numerus ostendit eos, & qui nuptiali iugo sunt alligati, nullũ damnũ in æquali uirtutis excellentia perpeti, sed ob uitæ potius electionem, aut conuersationem talia facere.

Quis igit̃ ignorat Basilĩ huius patrẽ, Basiliũ magnũ penes omnes nomen, qui optionẽ paternã est assecutus (ne dicã solus) ac siquis alius inter homines: nã cum omni uirtute prẽditus esset, a solo filio prohibitus est, ne partes haberet primas? Quis ignorat Emmeliã, quæ ab eo, quod fuit, nomen est sortita, aut facta, quod appellata fuit? Vnde iuste cõcinnitatis cognomine ornata extitit, quæ illud inter mulieres esse uisa est (ut breuiter dicã) quod ille inter uiros. Ac ideo si necesse fuisset, ut omnino mos gereretur naturæ, & is, quẽ nũc laudamus, hominib⁹ daretur, quẽadmodũ olim ueterũ quidã, qui a deo ob cõem utilitatẽ orbi sunt concessi, nequaq̃ conueniisset, ut ex alĩs potius, q̃ talibus nasceretur parentibus: neq̃ ut ĩ ab alio magis, q̃ hoc, parentes nominarentur.

Cæterum quicquid ipse recte egerit, iã enumerare incipiem⁹: nã post q̃ laudis primitias, lege persuasi diuina, quæ parentibus cunctũ honorẽ tribuere iubet, cõmemorationi hor⁹ dedimus, ad illum iã transibimus, hoc tm̃ addentes, quod & omnibus uere dictũ uideri puto, quid illum cognorunt, nobis, cũ eum laudamus, sola eius uoce opus esse. Ipse. n. materia est splendida laudantib⁹, solusq̃ materia sermonis uiribus dignus. Pulchritudinẽ uero, fortitudinẽ, & staturæ proceritatem, quibus multos gaudere uideo, laudare uolentib⁹, & ĩs relinquo, qui rebus student minutis, & circum corpora uolutant̃; non quia his minus, q̃ alius quispiã prædituss fuerit, cũ adhuc iuuenis esset, ac nondum carnẽ philosophia perdomuisset. Sed ne mihi, quẽadmodum inexpertis accidat pugilibus, qui uires temere, & superuacaneis euacuant certaminib⁹, ac ideo inferiores suo tẽpore inueniuntur in ĩs, ex quib⁹ uictoria acquirit̃, & ob quæ coronæ pronunciãtur. Quæ autẽ arbitror, nequaq̃ uideri superuacue dici, ne oratione a scopo aberrem, ea quoq̃ laudabo.

Arbitror igit̃ cunctos fateri, qui mente sunt prẽditi, institutionẽ discipli narum primũ ex bonis nostris esse; nõ solum generosiorẽ illam, & nostrã, quæ omnẽ sermonis fastũ, & contentionẽ despicit, solaq̃ salutis & rerũ intellectualium continet̃ pulchritudine; sed & externam, quã Christiani plericq̃ tanq̃ insidiatricẽ, ac deceptricem, & q̃ a deo segreget despiciunt, male sentientes. Quẽadmodũ enim terra, & cœlũ, necnon aer, & similia, non ideo sunt contẽnenda, quia quidam male his sunt abusi pro deo ea, quæ dei sunt, uenerantes. Ita ẽt quicquid utilitatis ex philosophia percipi potest, id omne ad uitæ usum fructificare debem⁹; ita tũ ut periculũ effugiamus, & nequaq̃ contra creatorẽ creaturam, iuxta insipientes, concitemus, sed ex opificio opificẽ deprehendamus; & sicut diuin⁹ inquit Apostolus, omnẽ intellectum Christo captiuemus. Quemadmodũ igit̃ ignem, et cibum, ac ferrũ, necnon alia per sese nec utilia, aut noxia esse scimus, sed quẽadmodum uidet̃ utentib⁹: quin ex reptilibus medicamenta ẽt quædã theriacalia temperamus ad salutẽ, ita & in illis. Siquidem indagationem, & contemplationẽ suscipimus: Cũ autem ad dæmones, & errorẽ perdu-

I

Aduerte studium philosophiæ & humanarum disciplinarum non esse omnino inutile uel a Christianis scholis explodendum, ut hæretici deblaterant, quanuis nõnulli eo interdum abutantur, nam & scripturæ non sunt de medio tollendæ quod hæretici in sui ipsorũ perditionem eas detorqueant ut ait D. Petrus.

16

Sic & nostro tempore licet monachatu quidã sint abusi, non ob id contemnendus, aut de terra tollẽdus monachismus, ut uel lent nonnulli.

cit,necnon perditionis profundũ,contemnimus. Nã licet hęc nequaq̃ nobis ad pietatem prosint,ex deteriori tamen id,quod melius est, seligim⁹, ac sermonem nostrũ cũ illo roboramus. Haud quaq̃ igit̃ disciplinæ sunt uituperandæ,quemadmodum nonnullis uidet̃. Sed rudes, & imperiti,& qui ita habent sunt negligendi. Vellent.n.omnes tales,quales ipsi sunt,esse,quò in cõi ignorantia latere, & inscitiæ argumenta effugere possent.

Cæterum post q̃ hæc pro confessis habentur,age de Basilio ipso consideremus. In prima itaq; ętate a magno patre,quẽ communem tũ uirtutis pręceptorem Pontus elegerat,institutus est,et formatus formatione optima,& purissima;quã diuinus Dauid recte diurnam uocat, qm̃ nocturnæ opponit̃. Sub hoc igitur admirandus ille tã uita,q̃ sermone auctus in utrisque coaluit. Nequaq̃ ob Thessalicũ antrum, tanq̃ uirtutis officinã glorians,nec ob Centaurum quendam superbum, heroũ præceptorem, nec quod lepores uenari, uel hinulos cursu superare, aut ceruos capere ab eo didicisset,siue ut in rebus bellicis fortissimus esset, aut optime equos domaret,eodẽ pullo,& magistro utens,uel ceruorũ, & leonum medulla a fabularum nutriretur fictoribus:sed disciplinas didicit circulares, obiterq̃ pietatem exercuit. Et ut breuiter dicã,ad futuram perfectionem,a disciplinarum perductus est principio. Qui enim uel uitã solum recte instituunt, aut eloquentię tm̃modo student,ita ut alterum omittant,nihil mihi a monoculis distare uidentur,quibus magnũ est nocumẽtum,maior uero turpitudo,cũ quempiam inspiciunt,seu inspiciũtur. Quibus uero contingit, ut in utrisq; excellant,& sint idonei,ij illud ẽt assequunt̃,ut p̃fecti euadãt, & cum beatitudine uiuant futura. Proinde & illud Basilio contigit, ut ad bene uiuendũ domesticum uirtutis haberet exemplũ;ad quod respiciens confestim optimus euasit;quemadmodũ pullos uidem⁹ equinos,necnon uitulos,simul ut nati sunt,matrib⁹ suis alludere ; eodẽ modo & ipse equino quasi hinnitu,patrẽ circumsiliebat, non multũ summis uirtutis moribus inferior:aut si mauis,quemadmodũ in adũbratione picturę, ubi mox futura pulchritudo figuræ indicatur, & ante diligentiæ tempus ea, quæ diligentiæ sunt,præsignantur.

Postquã autẽ abundè disciplinis illis instructus fuit,ipsumq; nihil pulchri effugit,cũ nec apib⁹ cederet laboriosis,q̃ ex cunctis floribus utilissima colligunt,ad Cæsariensem p̃fectus est ciuitatẽ,q̃ eo tpe disciplinarũ florebat institutione. Splendentẽ illam dico,et nr̃am,qm̃ & ipsa meorũ sermonum ductrix est,& institutrix,ac non minus sermonũ metropolis existit, q̃ earum ciuitatũ,q̃ illi subsunt,& super quas habet potestatẽ:quã siquis uirtute priuaret sermonũ,illi ẽt,qđ pulcherrimũ habet, & peculiarissimũ auferret. Aliæ.n. ciuitates alijs exultant ornamentis,siue uetustis,aut nouis,secũdum quod,ut arbitror,fabulis celebrant̃,aut spectaculis. Hanc autem sermones notã reddunt,perinde ac signa in armis,siue fabulis. Reliqua uero ij referant,q uirum apud eos eruditebant, & institutione fruebãtur. Sed qualis fuit erga p̃ceptores? qualisq; coętaneos? Hos quidẽ æquabat,illos aũt omni doctrinæ genere superabat,ita ut paruo tpe apud omnes laudis gloriam referret,ac tam pp̃o, q̃ ciuitatis primorib⁹ maiorem eruditionẽ,quã ætatẽ,maiorẽq; morũ grauitatem, q̃ eruditionem ostenderet. Rhetor inter rhetores,etiam ante thronos sophisticos. Philosoph⁹ inter philosophos,etiã ante dogmata philosophica. Et qđ maximũ erat,

sacerdos

facerdos Christianus,& ante facerdotiũ etiam. Tantum illi in omnib⁹ tri buebatur ab omnib⁹. Eloquentiæ uero studium ei superuacaneum erat,ex eo tamen tantum decerpsit,quantum illi ad philosophiam nostram opus erat. Quoniam & uis huius ad intelligendo⁹ demonstrationẽ est necessaria. Siquidem mens motus est ineffabilis torpentiũ:philosophia aũt studiũ,& mũdo perire,ac Deo adiungi,ĩs,q pro infernis superna cõmutant, instabilibusq́,ac fluxis,stabilia præferunt,& manentia. Inde Byzantium profectus est,ciuitatẽ orienti p̃sidentem. Ea.n.sophistis,& philosophis p̃cellebat,clarissimis,quo⁹ fortissima quæq́ ob naturam uersatilẽ,& ingẽtem breui collegit tẽpore. Hinc ad sermonũ parentẽ Athenas a Deo mittitur. Athenas inquã,q̃ i disciplinis pulchrã habent insatiabilitatẽ; mihiq́ aureæ sunt,& hono⁹,ac si alicui alĩ,hospites. Hæ.n.mihi uirum hunc cognitũ reddidere,licet nec antea ignotũ. Cumq́ eloquentiã quærerem,felicitatem retuli: & licet per modum alium,idem tñ mihi euenit,qđ Saul; qui cum patris quæreret asinos,regnum inuenit, dum præter opus destinatum, maius quid opere mercaretur.

Sanè rectè sermo noster hucusq́ cucurrit, & per uiam delatus est planam, admodũq́ facilem, & regiam,in laudib⁹ uiri. Dehinc uero ignoro qualiter sermone utar,aut quo me conuertam. Habet enim sermo contrarium quid nobis. Desidero.n.hic,post q́ in hunc incidi sermonẽ, ac temp⁹ hoc nactus sum,aliquid a meipso p̃dictis adiungere, ac parumper narrationi immorari;uade, & quomodo, a qualiq́ principio nostra inceperit amicitia;aut si magis proprie loqui oportet,conspiratio, & coadunatio. Nam & uisus haud facile a iucundis diuelli solet spectaculis:si uero uiolẽtia quadam abstractus fuerit, ite⁹ illac referẽ, quemadmodum sermo a narrationib⁹ suauissimis. Proinde licet magnitudinẽ timeam conatus,modestè tñ,& quantum possibile est,uerba facere studebo. Si uero alicubi ob nimiũ cogemur desiderium,affectui nostro parcendũ erit, cum omniũ affectuum sit iustissimus,ac passionibus haud affici,damnum censeaẽ ab ĩs,q prædicti sunt mente. Habebant igit nos Athenæ, perinde ac defluxũ quendam fluuiatilem,ab uno patriæ fonte,in diuersas diuisos terras, rursusq́ in unum, tanq́ ex p̃scripto Dei motu conuenientes. Ego aũt paulo prius aduenera,illeq́ confestim post me multa, & præclara spe exceptus. Nam multo⁹ celebrabaẽ linguis, prius etiam, q̃ ueniret, singulisq́ magnum erat præoccupare eũ,cui studebant. Verum nil oberit,si sermoni narratiunculam quandam breuẽ,tanq́ condimentũ aliquod addam⁹, quo scientib⁹ memoriã refricem⁹, ignorantib⁹ autẽ doctrinã imptiamur.

Athenis ex iuuenibus quãplurimi,imo modestiores etiam, circa sophisticam desipiunt,non ingeniosiores solam,& noie obscuri,sed generosiores iam,& clariores:non secusq́ ac multitudo inter se decertant, cũ motibus prædicti sint iuuenilib⁹,& haud facile cohiberi possint. Ac ideo uidere est idem illis accidere,qđ & equorum,ac spectaculo⁹ amatorib⁹, in curru equorum aduersariorum. Saltant enim,clamãt,pulueremq́ in cœlũ spargunt,in aurigas sedentes,aẽrem uerberant, equos digitis, tanq́ flagellis cum coniungentibus coniungunt. Et cũ nullius sint dñi, facile inuicẽ concedunt,aurigas,equos,stationes equo⁹,præfectos. Ac quinã sunt illi? Vt plurimũ indigentes,ac pauperes,& qui nec tm̃ habent, ut uno sustineaẽ die. Eodẽ modo & ĩj in his admodũ pro doctoribus suis conflictaẽ, &

aduersarijs indignant, quo ipsi plures existant, ac doctores, quorum illi curam gerũt pcipuã, locupletiores reddant. Quæ res admodũ absurda est, pariter, & infelix. Præoccupant. n. ciuitates, uiæ, portus, mõtiũ summa, cãpi, nouissima quæq; nec quicq; est in tota Attica, aut in Græcia reliqua, quod nõ in partes cedat, cũ incolis quãplurimis; nã & hos studijs suis addictos habent. Cum igit quispiam in manus horũ incidit exploratorũ, qcũ uel ui accidit, uel uoluntarie, hæc lex illis est Attica, & ludus serio pmixt⁹. Primũ. n. hospitio excipit a prẽoccupante aliquo, uel amico, aut cognato, siue patriæ eiusdẽ, aut ijs, q admodũ in sophistica præcellunt, & captionibus. Idq; præcipuè in honorẽ fit eorũ, qm & hæc illis merces est, ut studiosissimos adipiscant. Deinde nugis agit ab omni uolente. Hęc, ut arbitror, ideo faciũt, quo fastũ eorũ, q nuper aduenerunt, contendant, & sub initiũ eos sibi morigeros reddant. Alij igit nugant proteruius; alij uero rationabilius, secundũ qd plus ciuiles sunt, aut agrestes. Et res quidẽ illa ignorantibus timorẽ incutit, & immitis uidet. At prẽscientib⁹ admodũ suauis, & humana. Maior. n. ostentatio est, q̃ opus rerũ, de quib⁹ concertat. Deinde p̃ forũ ducit cum pompa; quæ talis est. Ij, qui adolescẽtis ad balneũ sunt p̃cursores, seipsos in ordinẽ redigunt, secũdum cognationes seriatim. Cum uero appropinquant, multo utunt clamore, saltantq; tanq; insanientes: iubet aũt uox illa eos non ultra progredi, sed cõsistere, tanq; balneũ eos minime capere uelit, simulq; portas calcib⁹ pulsant, strepitu iuuenẽ perterrẽtes: deinde ingressum concedentes, ita iã libertatẽ præstant. Ac ex balneo honore æqualem, & tanq; unũ ex eis suscipiunt. Hocq; eis ex ludicro illo iucundissimũ est, ut q̃ celerrime ea, quæ perturbant, reconcilient, & dissoluant. Ego igit tum meũ, ac magnum Basiliũ, non solum ob reuerentiã haud deduxi, cũ eum uiderẽ morib⁹ constantiorẽ esse, & sermonibus plus idoneũ: sed & alijs, q iuuenẽ illum haud cognoscebant, persuasi, ut idẽ facerent. Siqdem a multis confestim habitus est uenerabilis, auditu præcognitus. Vnde accidit, ut solus fere ex aduenis legẽ illam effugerit, dignior uisus honore hoc iuuenili. Et illud amicitiæ nostræ fuit præludium, hinc consortij nostri scintilla sic inuicem fuimus fauciati. Inde tale quid euenit; nam nec hoc nobis est prætereundum.

Armenios nequaq; simplex hominũ genus esse inuenio, sed admodum uafrũ, & scopulis, seu aris simile marinis: Ex qbus multi eũ conueniebãt familiares, & sodales quidã, etiam ob amicitiã pristinam, & paternã. Siqdem in eodẽ ludo uersati fuerant literario. Accedebant igit cum amicitiæ fictione: sed inuidia, & nequaq; beneuolentia eos instigabat. Interrogabantq; eum contentiose potius, q̃ rationabiliter, ac illũ per primũ conatum sibi subijcere quærebant, superiorẽ uiri laudem cognoscentes, prẽsentem uero honorẽ minime ferentes. Molestè enim ferebant, cũ iampridem philosophicã, ac tritam sumpsissent uestẽ, molliterq; susurrare didicissent, si non plus hospite haberent, ac iuuene. Ego aũt nimius Athenarũ amator, & uanus (ignorabã enim, quod hæc ob inuidiã fierent, sed fictioni credebam) cũ iam aures demitterent, ac tergũ uerterẽt (indigne enim ferebã Athenarũ gloriã in illis dissolui, & adeo cito contemni) iuuenib⁹ opem tuli. Sermonẽ enim instauraui, & illis a meipso robur præstiti. Siquidẽ parua quædã additio omnia potest in talib⁹, ita ut in pugna simili æqualia sermoni capita constituat. Verũ postq; cognoui qd sub disputatione illa la-

teret,neq; enim iã tolerabilis erat,sed palã se denudabat, confestim imutatus fui,ac puppim cohibui,illiq; adstiti, & uictoriã in alteram partẽ inclinare feci. At ille confestim ob rẽ hanc gauisus est,sagax enim erat,ac si quis alius, alacritateq; repletus, ut plane Homericis uerbis eum describam. Sermone igitur generosos illos exagitabat, syllogismisq; uerberãs non prius dimisit,quã manifeste in fugã uertisset, ac plane uires eorũ fregisset. Hoc nobis amicitię secundæ non iã scintilla erat, sed ignis accensus splẽdens,& manifestꝰ. Illi igit re discessere infecta, multũ seipsos ob temeritatẽ incusantes, multũq; mihi ob insidias indignantes, tanq; ex professo illis inimicitias indixissem,quas etiã proditionẽ uocabant,nõ eorũ solum, sed & Athenarũ ipsarũ. Ac ita illi in tẽtatione prima succubuere, & adeò ab uno confusi sunt uiro, ut nec amplius in futurum spem conciperent meliorẽ. At ille(siquidẽ humanus est affectus,cũ magna sperantes,expeditiq; speratis occurrimꝰ;uidemus aũt apparentia longè opinione nr̃a esse inferiora)tristabaẽ, affligebaẽ,nec habebat,cur se ob peregrinationẽ suã laudaret,quærensq; quod sperauerat,Athenas felicitatẽ uocabat inanem. Et hic in illis erat; ego uero plurimũ tristitiæ ei ademi:nam ratione occurri, cõsiderationibusq; uirum deliniui. Et quod ueré ita se habebat dicebam, Nequaq; hominũ mores confestim,sed tpe longo,& consuetudine perfectiore deprehendi,nec disciplinas a scrutantibꝰ breui cognosci posse. His uerbis lætitiam ei reduxi,experimentũq; dedi,& accepi,ac plus illũ mihi colligaui. Cum uero tpe procedenti desideriũ inter nos confiteremur, ac philosophiam esse,cui studebamus,tũ oía iam inter nos eramus. Eadem enim domo,ac mensa utebamur,cõtubernales unanimes, idẽ sentientes, semp inter nos desideriũ feruentius,& firmius augentes. Qui enim corpora amant,qm̃ fluxa sunt,instar uernis diffluunt floribꝰ. Quin nec flamma permanet,cũ materia est consumpta,sed cũ illa accendente euanescit. Ita nec desideriũ subsistit,cũ marcet feruor. Modesti uero, & q secundũ deũ uiuunt,postq; rei sunt firmioris, ideo etiam stabiliores existunt: Ac quantum pulchritudo plus ab eis imaginatione deprehenditꝰ, tanto illos magis sibñpsi,& amatores eorũ inuicẽ colligat. Et hęc de nobis lex est amo-

Proinde scio,qđ tpis,& mẽsurę terminos transgredior, & ignoro (ris. qũo in has incidam considerationes. Non tñ habeo qũo me a narratione contineam. Nam semp id,qđ mihi in mentẽ uenit, necessariũ uideẽ, ac melius,q; quod est obmissum. Quod si me quis uiolẽter inde abstraxerit, idem mihi,quod polypodi accidet. Illi enim,cũ quis eos ex cauernis suis extrahere nitiẽ,adeo fixe saxorũ adhærent cõcauitatibꝰ, ut nequaq; inde auelli queant,nisi qd secũ uiolenter abstrahebant, aut ipsi relinquant. Si igiẽ quispiam permittet,habeo quod quæro:sin minus, a meipso reprehendar. Cũ igiẽ ita inter nos ageremꝰ,ac in bene murato thalamo aureas fundaremus statuas, quemadmodũ Pindarus ait, ita quoq; ad ulteriora sumus progressi,Deo pariter,& desiderio nostro cooperatoribꝰ utentes. O qũo sine lachrymis,harũ rerum memoriam refricare possum? Spe.n. ducebamur pari in re inuidia plena,sermonũ nempe. Verum inuidia aberat, æmulatio autẽ urgebat,certamenq; ambobus erat, non uter è nobis primas ferret partes, sed ut illas amico concederet:nã ut inuicẽ excelleremus propriũ feceramus. Vna enim ambobꝰ anima esse uidebatur duobus corporibus inclusa. Proinde etsi non facile credendũ sit dicẽtibus, omnia sibi

cum omnibus conuenire;nobis tamen credendum est,tanq̃ ijs, q̃bus inuicem,& inter nos recte conueniebat.Eratq́ ambobus opus unũ, uirt⁹, & ut ad spes uiueremus futuras,priusq̃ abscederemus hinc, cũ sciremus plane nos aliqñ emigraturos.Ad quod respicientes,ac omnẽ uitã,& actionem nostrã dirigentes,ita deducebamur a mandato,uirtutemq́ inter nos acuebamus; & nisi mihi hoc dictu nimis sit magnum, libra inuicem eramus,in qua expenditur id,quod rectum est,ac obliquum.

Conuersabamur aũt cũ amicis nequaq̃ improbis, sed modestissimis, neq; cum pugnacissimis,sed cũ pacificis,& cum q̃bus uersari cõduceret, facili⁹ esse scientes,malitia aliorũ inq̃nari,quam alijs uirtutẽ impertiri. Nã & morbo citius q̃s inficit̃,quam sanitatẽ conferre possit. Disciplinis uero non tã iucundissimis,q̃ pulcherrimis gaudebamus. Siq̃dem hinc iuuenes ad uirtutẽ,uel uitia formari contingit. Porro duæ nobis uiæ cognitę erãt, una prior,& uenerabilior,alia aũt secundaria, & nequaq̃ dignitate cum priori conferenda.Prima nos ad domos sacras,& doctores, qui illic agebant,ducebat:secunda aũt ad magistros externos;reliquas uolentibus reliquimus.Festiuitates,theatra,panegyres, conuiuia. Nihil.n.honorabile censeo,quod non ꝑducit ad uirtutẽ,neq; meliores facit eos,q̃ illi student. Alijs igit̃ aliæ quædã sint nomenclaturæ,uel a maiorib⁹,aut familijs deductæ,siue ab institutis proprijs,aut egregie gestis. Nobis uero res erat magna,ac nomen ingens, ut Christiani essemus,& censeremur. Quo magis exultabam⁹,quã Giges ille anulo(etiam si haud fabula esset) Cuius ope Lydoꝝ assecutus Regnũ.Aut Midas olim auro, cuius gratia ẽt perijt,cũ uoti cõpos effectus esset,& nil nisi aurũ possideret. Alia hæc fabula phrygia.Nã quid de Abaridis Hyperborei dicerẽ sagitta? aut de Pegaso Argiuo?q̃bus haud tm̃ per aerẽ ferri poterant,quantũ nos mutuo,ac inter nos ad Deum eleuabamur.Dicam quid succinctius.

Athenæ cũ alijs,quantum pertinet ad animã,nociuæ essent,quẽadmodum non male a pijs censet̃ hominib⁹:Idola.n.ibi præ reliqua Græcia mala abundant abundantia,difficileq; est hoꝝ laudatorib⁹, ac patronis non arripi:nobis uero nullũ ab ijs accidit damnũ,q̃ mente iã eramus stabiliti, & muniti.Immo si contrariũ,& mirũ q̃d diei debet,hinc ad fidẽ confirmabamur,cũ deceptiones eoꝝ,& imposturas perdisceremus. Vnde dæmones contẽnebam⁹,& nequaq̃ admirabamur.Proinde si fluuius est q̃spiã, aut esse credit̃,q̃ per mare dulcis fluit,aut animal,quod igne,q̃ cuncta absumit,circũuolat,hoc nos inter cunctos eram⁹ coetaneos,& hoc pulcherrimũ erat,ꝙ sodaliciũ quoddã non ingenerosum circa nos erat,duce illo, instructũ,ac deductũ,quod plane gaudebat eisdem.Qm̃ & pedestres iuxta currũ currebam⁹ Lydiũ eo cursu, & modo, ex q̃bus nobis contigit, ut clari apud condiscipulos nostros haberemur, ac sodales, clariq́ apud Græciã uniuersam,præcipue uero apud notissimos.Sed & ultra terminos iã progressi fueram⁹,quemadmodũ manifestũ factum est a pluribus, qui hæc narrarunt;tm̃ enim præceptores nostri præcellebãt,quantũ & Athenæ,nos uero tm̃ quantũ præceptores inuicem nos audientes,& inter nos colloquentes.Amicoꝝ pars eramus non incelebre,ita ut nec apud eos tale q̃d audirent orestæ,& Pilades,neq; Molionidę, Homerici libri miraculũ:quos calamitatũ cognatio notos reddidit, & quod pulchre currũ agitare scirent,partẽ inde sumentes legitimam:unde etiam uerbera.

Cęterũ mei oblitus uideor, dum in meas prouehor laudes, quod quidẽ nec ab alio admitterẽ uncp̃: Sed nil mirum, sic enim amicitia illius aliquali ter pfrui licuit, dũ sic uixit cũ uirtute, ut illi cesserit in laudẽ. Nunc uero sermo nobis rursum ad metã reducatur. Quis nobis adeò canus intellectu fuit ante canicíẽ ẽt? Sic enim à Salomone senectus definitur. Quis ẽt tam uenerabilis tã seni, cp̃ iunioribus? non solũ qui eo uixerunt tempore, sed q ẽt præcesserunt. Quis min⁹ indigebat sermone pp̃ mores? Quis magis cõpos fuit orationis, idcp̃ cũ moribus? Quodnã doctrinæ genus non est perscrutatus? seu potius quodnã haud cũ excellentia? idcp̃ tancp̃ solum. Ita. n. in cunctis est uersatus, quemadmodũ nemo uncp̃ in uno. Ita ẽt exactè singula calluit, tancp̃ alia ignoraret. Diligentia enim cũ ingenio cõcurrebat, ex quibus scientiæ, & artes uires suas habent. Naturæ enim celeritate minime pp̃ ingenĩ indigebat acumen, minimecp̃ acumine propter uelocitatem. Ita aũt utracp̃ colligebat, & in unũ deducebat, ut incertũ foret, quonam ex illis admirabilior esset. Quis adeo Rhetoricã pernouit, impetum spirantem ignis, tametsi mores eius longè à rhetoribus essent alieni? Quis ita in grãmatica excelluit, q̃ linguã exornat, historias colligit, metris imperat, legemcp̃ fert poëmatibus? Quis ita philosophia inclaruit, sublimi illa, & sursum ascendente, tã actiua, cp̃ contẽplatiua; ac ea quocp̃, quæ circa rationales uersatur demonstrationes, quæ cõtrapositiones habet, & exercitia, quã & Dialecticã uocant: ita ut facilius esset è labyrinthis euadere, cp̃ illius sermonũ retia effugere, si ita foret necesse? De Astronomia autem, & Geometria, necnon numerorũ proprietate tantũ sumpsit, ut nõ inquinaretur illorũ argutijs: superuacuũ uerò contempsit, tancp̃ pie uolentibus uiuere inutile foret. Ita ut electio magis, cp̃ oppositũ admiranda esset seu potius oppositũ electione. Sanè medicandi artẽ, & corporis ægritudo, ac infirmitas assidua, cũ philosophiæ, & laboris sit fructus, necessariã sibi fecit. Hinc enim incipiẽs in habitũ peruenit artis, & huius, non quemadmodũ se circa apparẽtia habet, & inferna, sed quantũ circa dogmatica, & philosophica. Cæterũ qualia sunt hæc, licet talia existant, sicũ uiri doctrina, quã in moribus habuit, fuerint cõparata? Nugæ perfectò erunt cũ gestis eius collati Minos, & rhadamãtus, quos Græci Asphodili pratis, & cãpis cẽsuere dignos Elisijs, cũ in opinionẽ, quemadmodũ & nos, paradisi deuenissent, ex libris, ut arbitror Mosaicis, ac nostris, licet nomenclatura aberrarunt, alijs nominibus paradisum oñdentes. Proinde & sic se illa habebant. Eratcp̃ nauis doctrinæ plena, quatenus natura pertingere potest humana; ultra enim transiri nequit.

Reliquũ erat, ut de reditu, ac uita cogitarem⁹ perfectiori, acciperemuscp̃ sperata, & ea, propter quæ conueneram⁹. Iamcp̃ dies aderat regressionis, & parata erant, quæ ad peregrinationẽ pertinebant. Sermones ualedicentes, præmissiones, reuocationes, gemit⁹, amplexus, lachrymę. Nil. n. adeo triste est ubicp̃, cp̃ cũ contubernales ab Athenis, & seipsis diuelluntur. Factum igit tũ est spectaculum miserabile, & historia dignũ. Circumstabat nos amicorp̃, & coętaneorũ chorus, sed & præceptores nonnulli aderãt, q̃ nos nequacp̃ dimittendos esse dicebant, rogantes, cogentes, persuadentes; & qd non dicentes? quidue non facientes: quẽadmodũ par est dolentes? Cæterũ quid hic accusem? nũ me ipsum, aut diuinã illam, & incõprehensibilẽ animã, siue audaciã ipsam? Ille. n. causam de regressione depro-

mens, superior uisus est contentione, ac ui ēt detinentiū, ideoq; illi permissus est reditus. Ego uero Athenis derelictus sum, partim languens, partim aūt (nam uerū dicaī) proditus ab illo persuadente, ut dimitterē non dimittentem, cederemq; trahentibus. Res priusq; fieret, nequaq; credenda. Siquidē facta est incisio corporis unius in partes duas, & mortificatio amborum, aut uitulorꝝ collactaneorū, & coniugalium separatio, flebiliter inter se mugientiū, & haud ferentium disiunctionē. Mea tamen longior erat mulcta. Non n. diutius sustinere poterā, ut uiderer miserandus, ac omnibꝰ rationem separationis redderē: sed cū tēpore haud longo Athenis mansissem, desideriū, Homericum me fecit equum; uincula. n. quæ me retinebāt, abrupi, ac per campū lasciuiens ad contubernalē me contuli.

Postq; autem regressi sumus, parumper mundo, ac scenæ gratificati sumus, quo desiderio satisfaceremus multorꝝ. Cum enim nequaq; theatrice haberemus, seu ostentabūde, celerrime nostræ facti sumus potestatis, & inter uiros censi sumus, uirilius adiumento philosophiæ proficientes. Non amplius iā una, id enim inuidia haud permisit, desiderio tamen una conuersati sumus. Hunc. n. Cęsariensis continebat Ciuitas, tanq; secundū quendā conditorē, & ciuitatis gubernatorē: deinde peregrinationes quædā necessariæ, postq; nos haud habebat, illū excepere, nec a philosophię instituto alienæ. Me uero parentū pietas, & senectutis horū cura, necnon calami tatū aduersitas a uiro abduxit, forsitan minus bene, aut iuste, abduxit tamen. Cogito aūt, num omnis mihi inde uitæ inæqualitas, & difficultas acciderit, & ad philosophiam impedimētum nequaquam desiderio, aut proposito dignum.

2 *Ferentur melius nostra intercessionibus Basilij. Ergo sancti intercedunt pro nuē tibus.*

Cæterū mostra quocunq; Deo placuerint ferantur, ferentur aūt intercessionibus illius melius. Hunc aūt multiplex Dei clementia, & circa genus nostrū dispensatio per multa media notū faciens, semperq; clariorē ostendens, ecclesię illustri facē præposuit splendentē, celebremq; illū ad sacros presbyterij thronos elegit, & per unā ciuitatem Cęsariensem, orbi succendit uniuerso. Et quonā modo? Nequaq; festinanter ad gradus perduxit, neq; per obtrectationes, & fraudes, more multorū, q nūc præsidentias concupiscūt, sed ordine, & lege ascensionis spiritalis honorē adauxit. Sane nequaq; rerū, & ordinis apud nos laudo confusionē, cū aliquando peruerse a quibusdā præsidetur in gradibus. Siquidē non oēs accusare audeo, neq; uisum est: obiter tū legem laudo nautarū, quæ prius gubernatori remū in manus dat, indeq; in prorā deducit, & ulteriora concredit. itaq; tandē super gubernacula, cū multa maris experientia, & uentorū statuit cognitione. Pariter & in rebus fieri solet bellicis; miles sub initiū quis esse citur, deinde ordines regit, tandē ēt in ducē euadit. Siquidē ordo ipse optimus est incipientibus, pariter & utilissimus. Res uero nostræ multum dignę essent, si ita se haberent. Nunc aūt sanctissimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis sit ridiculosissimus. Non enim ex uirtutę magis, q; malitia oritur præsidentia, neq; digniorū, sed potentiorū sunt throni. Samuel inter prophetas futura puidens, sed & Saul abiectus. Roboā Salomonis inter reges, quin & Hieroboā seruus, & desertor. At nec medicus, aut pictor ullus est, qui non prius ægrotantium considerat naturas, aut colores tēperat multos, & deliniat figuras. Cathedra uero etiā sine ullo acquiritur labore, non secus, ac cū fabulæ gigantes fingunt. Vnius diei

ſanctos facimus,ac ſapientes eſſe iubemus eos, q̃ nulla prædíti ſunt ſapiẽtia,& q̃ nil ad gradũ,præterq̃ uelle, afferunt. Et hic q̃dem inferiorẽ amat locũ,& humilis coſiſtit,cum dignus ſit ſublimi;ac multũ in literis exercitatus diuinis,multumq̃ carnẽ ad ſpiritus domauerit ſubiectionem. Alius uero ſedet arrogans,ſupercilíaq̃ tollit cõtra meliores,nec tremit ob thronos,minus horret aſpectũ, modeſte deorſum aſpiciens,; ſed longe ſe uiribus ſuis,& ſeipſo meliorẽ eſſe cenſet,male ſentiens,ac ſapientiã a poteſtate deſumens. Verũ nõ ita magnus,ac celeber Baſilius, ſed quemadmodũ in cunctis reliqs, ita & circa decus illud multis exemplar eſt factus. Sub initiũ enim ſacros populo legit libros,horumq̃ enarrator fuit,nec ordinẽ hunc gradus dedignatus eſt:ſic in cathedra presbyterorum, ſic in Epiſcoporum laudauit Dominum, nequaq̃ poteſtatem ſuſſurans, aut rapiens: neq̃ honorem inſecutus eſt,ſed honor ſecutus eſt eum; nec gratiã humanam,ſed diuinam,& a deo ſuſcepit.

3 *Baſili.per gradus eccleſiaſticos a lectoratus ordine ad Epiſcopatum aſcendit.*

Proinde ſermo de pręſidendo aliquantiſper inhibeatur, de ſubiectione uero parũper intendatur. Decet enim, ut & hoc breuiter percurramus, cũ in medio dicendorũ ſit conſtitutũ. Conflatũ eſt uiro diſſidium cũ duce quodam Eccleſię. Vnde aũt,& quomodo ſatius eſt tacere,pręterq̃ quod incidit cũ homine in alĳs non ingeneroſo,ac pietate admirando. Quemadmodũ oſtendit perſecutio,& cauſa contra ipſam acta. Attamen humanum quid contra illũ eſt perpeſſus. Inuidia enim non ſolũ multos, ſed & optimos tangit,ita ut ſolũ Dei ſit, penitus ab illa purũ, & inexpugnabilẽ eſſe. Cõmouit igitur contra eum quicquid eximiũ, & prudentius erat, ſi ſaltem præ multis ſapientiores ſunt, qui ſeipſos ornatu ſecernunt, ac Deo uitam conſecrant. De Nazaræis noſtris loquor,& ĳs, qui plurimũ rebus illis ſtudiũ impendunt. Ii enim moleſte ferebant, ſi potentiam ſuam iniuria affectam,& eneruatam negligerent. Rem itaq̃ auſi ſunt periculoſiſſimam. Defectionem enim moliti ſunt,& expulſionem magni,& ab omni ſeditione corporis Eccleſiæ alieni. Sed nec paruam populi partem abſciderunt,tam ex humilioribus,q̃ dignioribus, quod quidem facile ob tres fortiſſimas erat cauſas. Erat enim uir ille uenerabilis, & num alius ex philoſophis noſtris talis ignoro,ſatisq̃ ſibi confidebat,ut quæ uellet,congregationi etiam præſtaret. Ciuitas uero,quiã illũ iniuria affecerat, ſuſpectũ habebat ob tumultũ ordinis,tanq̃ nõ legitime,neq̃ canonice,ſed potius Tyrannice præeminentiam ſuſcepiſſet. Aderant & ex occidentalibus epiſcopis quidam,qui Eccleſias,quotquot eſſet orthodoxæ, ad ſe pertrahebant. Quid igitur fecit generoſus ille, & pacifici Chriſti diſcipulus? Non enim potis erat,ut ĳs,qui eũ iniuria afficiebant,reluctaretur,necnon alĳs, qui fauore præcellebant; neq̃ contra illos pugnare, aut Eccleſiæ corpus dilacerare uolebat, præcipue cũ & alias oppugnaretur, & in magno ob hæreticorũ potentiam uerſaretur diſcrimine; ſimul & conſultore nobis in hac re uſus,adhortatoreq̃ fideli,exul hinc nobiſcũ in Pontum ſecesſit, & monaſterĳs,quæ ibi ſunt,præfuit, quæ ipſe admodũ digne moderabatur, ſolitudinemq̃ cũ Helia, & Ioanne,qui admodũ philoſophi fuerunt, mire amplectebaẽ,ſatius hoc ſibi eſſe ducens,q̃ de præſentibus aliquid cogitare,quod philoſophia eius foret indignũ, & ut in tempeſtate gubernationem diſperderet rationis debitam tranquillitati.

Proinde licet ſeceſſus ille adeo philoſophicus fuiſſet, & admirandus,

meliorem tamen,& admirabiliorem inuenimus reditū.Ita enim res se habebat. Cū in ijs uersaremur,insurrexit repente nebula grandine plena,& pernicies calamitosa,quæ omnē contriuit Ecclesiam,& discerpsit,quam Rex accepit Christi cultor,pariter & Christi osor, qui & in his duobus maximis ægrotabat,insatiabilitate,& blasphemia. Qui post persecutorem persecutor fuit,& post desertorem non desertor quidem,sed nil melius Christianis:seu potius Christianorū parti pijssimo,purissimoq; trinitatis adoratori;Quam ego solam pietatē uoco,& opinionem salutarem. Siquidem nequaq; deitatem expēdimus,neq; unicam,& inaccessibilem diuinitatem a seipsa exulem facimus ex generibus alienationū,neq; malū malo curamus,impiam sabellij contractionem diuisione longe impiore,& incisione dissoluentes. Qua Arius cognomine insanus ægrotans,valde corrupit Ecclesiam,qui nec Patrem honorauit;ignominia uero affecit ea,quæ ex illo sunt propter Deitatis gradus inæquales. Nos uero unam Patris gloriam agnoscimus,unigeniti honoris æqualitatem;unicā & filij,quæ & spiritus existit. Ac quicquid ex tribus deorsum ponimus,totū subuertere censemus;tria quidem proprietatibus,unū uero diuinitate uenerantes,& agnoscentes.Ex quibus nullum ille cognoscens,neq; sursum aspicere ualens,sed a seducentibus humiliatus,ausus est & deitatis naturam secū humiliare,fitq; conditura mala,dominationem perducens in seruitutem,ac naturam inconditam,& omne tēpus excedentem,cū conditura statuit.Et ille quidē ita sapiebat,ac cū tali impietate cōtra nos bellū gerebat.Quod quidē nil aliud,q; barbarica credenda est incursio,quę nō muros,seu ciuitates,aut domos euertit;nec parua quædā,& manufacta, ac quæ iterū restaurari possent:sed quæ animas ipsas distraheret. Irrupit & cum eo exercitus illo dignus,mali nempe Ecclesiarū duces,tetrarchæ amarulenti orbis,qui sub ipso erat.Illi siquidem ex ecclesijs iam quędam habebant,alia autem inuadebant,nōnulla uero regis sperabant auxilio, & manu;cū illud imminueret,hæc autem minaretur.

Aduenere igitur,ut & nostram subigerent Ecclesiam,nullæ rei ex omnibus adeo confidentes,q; pusillanimitati prædictorū,& inexperientiæ, quæ nos tum inuaserat,necnon morbo,qui tum inter nos pullulabat.Certamen igitur magnū erat,promptitudoq; multorū non ingenerosa:uerū ordo debilis,cū non haberet præcertantem,& propugnatorem artificiosum in potentia sermonis,& spiritus. Quid igitur fecit anima illa generosa,& magnanima,ac Christi cultrix?Non multis indigebat uerbis,ut adesset,& una pugnaret:sed q; primū nos uidit Legati officio fungentes; certamen enim cōmune erat utrisq;,tanq; uerbi propugnatoribus,legatione est deuictus,senumq; ea decreuit,quæ optima forent,& perq; philosophica considerationibus spiritalibus:aliud quidem pusillanimitatis tēpus esse,si ita perpeti necesse foret,securitatis nempe:aliud aūt longanimitatis,necessitatis scilicet.Confestim nobiscū è Ponto migrauit,ob ueritatemq; periculo obnoxiam æmulatione correptus,socius fit spontaneus, seipsumq; offerens matri reddidit Ecclesiæ. Sed nunquid ita se negocio ingessit,ut minus digne prōptitudine sua decertaret? aut nūquid uiriliter pugnauit,sed nō assidue?uel eruditè,& citra periculū? aut potius cuncta hæc perfecte,& plusq; dici possit?uel nunqd relictæ fuere in eo pusillanimitatis reliquiæ? Nequaq;:sed cuncta pariter reconciliauit,cōsulit,ordi-

nauit; & quę in medio erãt scandala, & offendicula dissoluit. Ea quoq;, quibus illi confidentes contra nos monstrose inducebãt, partim suscipiebat, partim retinebat, nõnulla uero penitus repellebat: factusq́ est his q̃dẽ murus fortis, & uallũ, alijs aũt securis, quę incideret petras, aut ignis in spinis (quẽadmodũ diuina inq̃t scriptura) facile cõsumẽs sarmẽta, & deitatis uiolatores. Quòd siq̃d & Barnabas, q̃ hęc dicit, et scribit, una cũ Paulo concertauit, Paulo sint gr̃æ, q̃ illũ elegit, & cooperatorẽ fecit certaminis.

Hi igitur infecto negocio ita discessere, mali male tum primũ pudefacti, & deuicti, discentes minime ex cunctis hominibus Cappadoces esse contemnendos, quibus nihil tam propriũ est, q̃ fides inconcussa, necnon erga trinitatẽ confidentia germana, a qua ipsis uires una cũ laude adsunt, quæ succurrunt succurrentibus, seu potius longe meliora sunt, & fortiora. Proinde secundũ opus, & studiũ erat, ut placaret præsidentem, ac suspicionem dissolueret, omnibusq; persuaderet hominibus, quod ea, ob quæ fuisset afflictus, tentationes fuissent maligni, ac deceptio, per quam concordiæ inuidere solet bono. Ipse aũt cũ iam sub lege esset obedientiæ, ac ordine spiritali, ubiq; aderat, sapientiam docebat, obediebat, admonebat, omniaq; illi erat, consultor bonus, socius dexter, rerum diuinarũ enarrator, agendarũ præceptor, senectutis baculũ, fidei sustentaculũ, in interioribus fidelissimus, in exterioribus agilissimus. Et ut uno dicam uerbo, talis erga illũ erat beneuolentia, qualis prius ad inimicitias procliuis fuisse putabatur. Hinc ipsi robur suppetebat ecclesię, tametsi secundas partes haberet cathedræ. Cũ enim beneuolentiam afferret, potestatẽ reijciebat, eratq; inter eos concordia admiranda, & nexus potestatis. Hic enim populum ducebat, ille uero ducentem. Eratq́ tanq̃ curator leonis arte mansuefaciens ferocientem: ita enim necesse erat, cũ nuper in cathedram constitutus fuisset, & adhuc aliquid mundanæ materię spiraret. Cũ igitur sic cõposuisset spiritalia, ac multę ingruissent tẽpestates, necnon Ecclesię hostes, dum ipse eã manuduceret, illiq; prouideret; ideo etiã cõfœderationẽ dilexit, & dominante illo ipse dominari sustinuit. Cæterũ de cura, & præfectura Eccclesiæ, multa alia uiri sunt indicia; loquẽdi libertas erga principes, tã alios, q̃ ciuitatis potẽtissimos, discordiarũ solutiones nõ suspectę, sed ab illius uoce signatæ, cũ mores pro lege essent, indigentiũ subsidia, plura quidem spiritalia, non pauca aũt corporalia; sæpius enim hominẽ ad animũ reuocat, cũ beneuole inseruitur; pauperũ sustentatio, hospitum receptio, uirginũ congregatio, monachorũ institutio, tam scripta, q̃ oretenus prolata, precũ ordinationes, gradus exornatio, necnon alia, quibus uere homo Dei, & cũ Deo constitutus populũ iuuare potest.

Vnum aũt maximum fuit, & notissimũ. Fames accidit grauissima, talisq́ qualem nemo unq̃ euenisse recordabatur, Laborabat igitur ciuitas: auxiliũ uero erat nullũ, nec mali remedium. Verũ loca maritima indigentiam talem non admodũ grauiter ferunt, quia mare illis necessaria suppeditat; a nobis uero mediterraneis quod superest, uendi, & quod deest, cõparari nequit. Vnde non habemus quomodo disponamus ea, quæ nobis supersunt, uel nõ sunt: & quod grauissimũ est in talibus, omnis habentiũ abest cõpassio, planeq́ superat insatiabilitas. Obseruant enim tẽpus, & ut penuriam inducant negociantur, calamitatesq́ pro agricultura exercent. Non enim audiunt, ut domino fœnerentur, qui miseretur pauperũ;

nec quod frumẽtũ ſuppreſſum populi ſit execratio,neq; aliud quid,quod promiſſum eſt humanioribus,aut inhumanioribus cõminatũ. Sed magis inſatiabiles ſunt,q̃ oportet,ac male ſapiunt,quoniã populo ſua, ſibi uero Dei claudunt uiſcera,ignorantes q̃ magis illo indigent,q̃ ipſorũ alĩ. Et hæc faciunt frumentatores,& tritici negociatores,nec cognatos uenerantes,neq; erga Deum grati,a quo ipſi habent,cũ alĩ premuntur.Cæterum Baſilius, cũ haud quaq̃ panem per pluuiam precibus è cœlo elicere poſſet,ac populũ fugientem paſcere in deſerto, nec uaſa implere uacua oleo, omni carente ſumptu,quod perq̃ mirandũ erat, quo aleret alentem in retributionem hoſpitalitatis,neq; panibus quinq; tot milia conuiuio excipere,quorũ reliquiæ multis alĩs menſis ſatisfacere potuiſſent. Talia enim Moſis erant,& Heliæ,necnon Dei mei,a quo & illi habebant, ut talia facere poſſent. Fortaſſis aũt & temporũ illorũ ſtatus eiuſmodi erant,quoniam ſigna incredulorũ,& nequaq̃ credentiũ gratia fiunt. Cæterũ quæ his ſunt ſimilia, ac pariter illac tendunt, cũ eadem cogitauit, & perfecit fide.Siquidem uerbis tantum ditiorum aperuit horrea, perſuaſionibusq̃ ſcripturę illud perfecit.Frange eſurientibus cibũ, & paſce inopes panibus. Et enutriuit eos in fame, animasq̃ eſurientes impleuit bonis. Et quonam modo? Id enim non parua eſt additio.

Omnes,qui fame laborabant,congregauit,ex ĩſq̃ nonnullos, qui uix ſpirabant,uiros,& mulieres,iuuenes & ſenes, omnem ætatem miſerandã, Sed & omnis generis cibaria, quę famis tẽpore ſuccurrere poterant,collegit,propoſuitq̃ ollas fabis plenas,obſoniaq̃ ſalſa,quibus apud nos ſuſtentantur inopes. Inde Chriſti inſtar illis miniſtrauit, qui & linteo accinctus non dedignatus eſt diſcipulorũ pedes lauare. Cumq̃ in hac re filiorũ ſuorũ,ſiue conſeruorũ opera uſus fuiſſet,pauperũ pauit corpora,pauit & animas,connectens neceſsitati honorẽ quoq;,faciliores q̃ utrinq; reddidit. Talis nobis erat nouus frumenti diſtributor,ac Ioſeph ſecũdus;excepto q̃ aliquid plus dicere habemus. Hic enim interueniente fame negociabatur,Ægyptumq̃ emit humanitate,abundantiæ tẽpus in famis reponens tẽpus,& ad aliorũ ſomnia propterea ordinatus. At ille gratis bonus erat,& frumenti inempti ſine lucro diſtributor, ad unũ hoc reſpiciens,ut humanitatem acquireret humanitate, & propter hanc frumenti diſtributionem bona,quæ illic ſunt,aſſequeretur.Hæc cũ uerbi cibo, ac cũ beneficio perfectiori,& impertitione ſublimiori, q̃ ſit humana: ſi ſaltem uerbum panis eſt Angelorum, quo animæ cibantur,& potu reficiuntur,quæ Deum eſuriunt,& cibũ quærunt,nequaq̃ fluxũ, aut euanidũ, ſed qui permanet ſemper: cuius diſtributor ille erat, & ualde diues, licet pauperrimus eſſet,& admodũ indignus omniũ,quos nouimus,nec famem panis, nec ſitim aquæ magni cenſens,ſed deſideriũ uerbi uere uiuificatiui,& nutritiui,& quod recte nutrientẽ ad augmentũ perducit ætatis ſpiritalis.

Inde & ob hæc(Quid enim in cunctis recenſendis immorari oportet?) cũ is,qui pietatis nomen ferebat,tranſĩſſet, ac ſuauiter in manibus illius ſpiritũ efflaſſet,ſuper excelſum Epiſcopæ ſublatus eſt thronũ,non tamen ſine labore,inuidia,& decertatione eorũ,qui Patriæ præſidebant,cũ quibus & peſſimi quiq; conſpirabant. Verũ neceſſe erat,ut ſpiritus uinceret ſanctus,qui & egregie uicit,ſiquidem uiros concitauit extraneos pietate inſignes,& zelotes,inter quos & nouum Abraham, ac patriarcham no-

strum patrem nempe meum, cui & res quædam accidit miraculi plena. Siquidem non solū ob annorū deficiebat multitudinem, sed infirmitate etiam affligebatur graui, ac ultimū trahebat spiritū. Viam tamen ingredi est ausus, quo suffragio suo illi subueniret. Spiritui igitur confisus, ut breuiter dicam, semimortuus in lecticam, tanq; sepulchrum positus est, ualidus uero, & quasi iuuenis redijt, sursum aspiciens, sanus è manu, & unctione, & ne multis dicam, è capite uncti. Hoc priscis addatur narrationibus, q; labor sanitatem confert, & promptitudo suscitat mortuos, saltatq; senectus spiritui confidens. Ita aūt Basilius præsidentia dignus est habitus, ut ijs, qui tales euadunt, talemq; gratiam consecuntur, ac ita eligi debēt, nequaq; dedecori esset, siue in ijs, quæ ad philosophiam eius, seu credentium spes pertinerent: sed semper tantū semetipsum superabat, quantum antea alios superare ostenderat, optime, & sapientissime de his sentiens. Siquidem uirtutē hominis priuati esse censebat, ne malus foret, aut saltē aliqualiter bonus: principis uero, seu præsulis improbitatem, ac præcipue in principatu tali, si non multū inter multos excelleret, nec semper melior appareret, neq; uirtutē dignitati, & throno cōmensuratam redderet. Vix enim summi esse, ut mediū assequi, ac uirtutis abundantia multos ad mediocritatē perducere posset; seu potius, ut aliquantulū melius de his philosophēr, illud idem hic accidisse considero, quod in saluatore nostro cōremplor, & ut arbitror, ex sapientioribus quisq;, cū nobiscum uersaretur, ac formam nostrā pro nobis assumpsisset. Ille enim proficiebat, inquit, quemadmodū ætate ita etiam sapientia, & gratia, non q; incrementum aliquod susciperet; Quid enim ex perfectis a principio pfectius fuit? Sed quia hęc paulatim detegebantur, & apparebant: pariter quoq; uiri huius uirtutem nequaq; tum additionē, sed operationem maiorem accipiēdam esse arbitror, cū potestas maiori uteretur materia.

Primum igit omnibus hoc manifestū fecit, q; opus eius nequaq; gratię esset humanæ, sed donū a Deo datū, quod & res nostræ ostendunt. Qualia. n. mihi de temporibus illis philosophanti, una philosophat? est? Cum enim me omnes alij ad illū Epm creatum accursurū putarent, & congratulaturū, quod alius forsitan fecisset, ac una principatū administraturū, & regnaturū, coniecturā ab amicitia nostra sumentes; postq; molestiā declinaui, quod qdem in omnibus præ alijs facere soleo, simul & tēporis in uidiam, necnon & eos, q electionē illius moleste ferebāt, & adhuc turbati erant, domi remansi, ac animi refrenaui affectū. Incusauit hoc ille sub initium, deinde perseueranti mihi pepercit. Quòd uero cathedræ hui? honorem ob eandē causam nequaq; susciperē, neq; honoris inter presbyteros prælationē, neq; incusauit, sed recte faciens laudauit, satius esse ducens, ut arrogantia a paucis accusaret, q hanc ignorabant dispensationē, q; ut ali quid fieret, quod rationi, & consilijs eius contrariū esset. Quod qdem luculenter ostendit, homo anima præditus ab omni assentatione, & adulatione aliena, & quæ ad unū solum, honesti nēpe respiceret legē. De nobis enim ita sensit, quos inter primos amicos eius, & familiares esse cognoscebat. Deinde eos, q contra illū disceptauerāt, emollire, & sanis sermonib? magnifice curare perrexit. Verum nec adulatorie, aut illiberaliter id fecit, sed admodū uiriliter, & magnifice; quēadmodū cū quis non solū considerat præsentia, sed & futurā disponit obedientiā. Cum. n. uideret nimis tene

rum esse, & molle, austerũ uero, asperum, & peruicace, ambob⁹ per utraq; succurrit: morositatẽ. n. placabilitate, tenerit udinẽ uero grauitate temperauit, in paucis qdem sermone indigens, operib⁹ uero multũ prævalens: & ut coleret, nequaq; arte seruili, sed beneuolentia acquirebat. Potestate minime utebat, sed qa parcere sciebat, homines in suã perducebat sententiã; & quod maximũ erat, omnes sciebant illi⁹ se superari intellectu, ac imposibile esse, ut eius imitarent uirtutes, unicamq; eor salutẽ esse censebant, si cũ illo, & sub illo ordinarent: unicũ quoq; periculũ ab illo refelli. Siquidem repulsionẽ eius a Deo alienationẽ esse censebant, sicq; ultro subdebantur, & subigebant, ac tanq; tonitrui sonitus dissoluebant, cũ alius aliũ excusatione præueniret, inimicitiasq; in beneuolentiã, necnon in uirtutis conuerteret retributionẽ. Quam solã excusationẽ quisq; fortissimã inueniebat, nisi qs eam ob prauitatẽ immedicabilẽ negligeret, ac nihili pende ret, quo ipse in seipso contereretur, & consumeretur, quemadmodum ferrum consumitur a rubigine.

Postq; autẽ illi res dõmi ex sententia cessere, quẽadmodũ nullus infidelis, & qui illũ non nouerat, existimasset; maius qd, & altius mente uoluere cœpit. Cum. n. cuncti alij solũ ea, quæ ante pedes sunt, cernũt, ac animo uertunt, ut securissime habeant, si saltẽ hoc securũ est, ultra uero haud p-grediũtur, neq; magnũ qd, aut uirile excogitare, aut perficere possunt: ipse, licet in alijs modestus esset, nequaq; tñ in illis modeste egit, sed alte caput extulit, ac animæ oculũ per gyrum circũtulit, totumq; orbẽ, per quẽ saluatoris cucurrit sermo, considerauit: cumq; uideret magnã dei hæreditatem, quã ille sibi sermonib⁹, legibus, & passionib⁹ uendicarat, gentem sanctã, sacerdotiũ, regiũ male affectã, ac in opiniones infinitas, & errores distractã; uineamq; ex Ægypto translatã, & plantatã, ex ignorantia impia, & caliginosa, in pulchritudinẽ imensam, ac magnitudinẽ progressam esse, ita ut uniuersam obũbraret terrã, ac super cunctos fines, & cedros extenderet, eã tñ ab apro maligno, & agresti, diabolo nẽpe deuastatam, ne quaq; satis esse duxit, ut tacite calamitatẽ illã deploraret, ac solũ man⁹ ad Deũ attolleret, ab eoq; iminentiũ malor dissolutionẽ quæreret, ipse uero interim dormiret. Sed & a seipso auxiliũ ferre, & adducere oportere censuit. Quid. n. calamitate tali molestius esse posset? Decere igit, ut is qui superna consideraret, pro cõi bono solicitus esset. Cum n. unus bene, aut male agit, nihil hoc ad publicũ pertinet bonũ: cũ uero cõe, ita uel aliter se habet, plane necesse est, ut singuli ẽt ita sint affecti. Hæc cõmunitatis procurator, & præsul considerans, qm̃ cor afflictum tinea est osium, quẽadmodũ Salomoni, ac ueritati ẽt uidet; quod enim dolore caret, iucundum est, quod uero affligit, molestũ, liquefactioq; cordis existit; assidue ob id discruciabat, affligebatur, uulnerabat, ac eadẽ patiebat, quæ Ionas, quæ Dauid. Dolebat in anima, nec dabat somnũ oculis, neq; palpebris dormitationẽ: quod ex carne residuũ erat, curis absumebat, quoad mali repperit solutionẽ. Diuinũ igit, ac humanum quærebat auxiliũ, num qs incendium cõe, & caliginẽ iminentẽ extinguere uellet. Solũ igit unũ agebat, idq; admodum salubriter, colligebat seipsum, quantũ erat possibile, ac spiritui se concludebat, omnesq; humanas considerationes cõmouit, totamq; scripturæ profunditatẽ collegit, ac pietatem scriptis suis defendit, certaminibusq;, & prælijs hæreticor multitudinẽ confidenter repulit; & eos, q manus cum

nus cũ eo conserebant, armis, quæ cõminus feriunt, lingua nẽpe, uulnerabat: q uero procul erant, iaculis potius atramentarijs eminus ulciscebat. Nequaq̃ enim abiectiores tulit leges, q̃ quæ tabulis insculptæ fuerant; neq; soli, ac paruæ illi Iudæoꝝ genti, de cibo, potu, ac sacrificijs rite peragendis, & quæ carnẽ expurgant, sed de ueritatis ratione uniuerso orbis generi, ac parti præcepta dedit, ex qbus & salus cõtingit. Deinde uero (qm̃ quidẽ æque inutilis est actio sine sermone, & sermo sine actione) sermoni actionis coniunxit auxiliũ. Ad quosdam. n. proficiscebat, alios uero rogabat, nonnullos hortabat admonens, corripiens, increpans, cõminans, exprobrans, propugnans, gentib⁹, ciuitatibus, priuatis, omnẽ salutis excogitans speciem, Beseleel ille tabernaculi diuini fabricator, omni materia, & arte ad opus hoc, planeq; in pulchritudinẽ unius copiam nectens, & consonantiam. Et quid alia referre necesse est?

Rursus nobis Rex Christi superuenit impugnator, ac fidei tyrannus cũ maiori impietate, & feruoris apparatu, cũ ei contra aduersarium fortiorẽ disceptatio esset, instar impuri illius, & maligni spiritus, a quo cũ homo solutus est, rursus ad eundẽ cum numerosioribus reuertit spiritibus, ut in illo habitet, quẽadmodum in Euangelijs audiuimus. Huius igit ille fit discipulus, quo pariter ante acceptã restauraret cladẽ, ac aliqd prioribus adijceret certaminibus. Siqdem intolerandũ, ac calamitosum esse censebat, cũ tam multis dominaret gentibus, ac gloria præditus esset imensa, omnesq; per gyrũ impietatis subegisset uirib⁹, ac oẽs, in quos incidisset, ditioni suæ subdidisset, si ab uno uiro, & ciuitate unica superari uideret, ac ludibrio exponi, non solũ impietatis ductorib⁹, sed & hominibus, quẽadmodũ ipse putabat, uniuersis. Sanè Persaꝝ rex, cum aliquando Græciæ bellũ inferret, ac omne hominũ genus contra Græcos duxisset, plane fastu, ac ira flagrabat, non ideo solũ ut arrogantia tumesceret, & minis esset intolerandus, sed potius ut illos perterrefaceret, & se terribilẽ exhiberet, elementorum ẽt inuersione, qua tã terra, q̃ mare nouũ qd a nouo audiuit opifice. Exercitus præterea continentẽ implebat, ac per mare pedibus ibat: insulæ uero diripiebant, ac mare flagellabat, omniaq; alia fiebant, per quę palã belli illius, ac exercit⁹ terror incuteret, terror qdem timidiorib⁹, risus uero uirilioribus, & audacia constantioribus. Valens uero cõtra nos ducẽs, nulla re tali indigebat, sed ꝙ his deterius erat, hoc facere, & dicere audebat. In cœlũ os suũ posuit, ac in altitudinẽ locutus est blasphemiã, & lingua eius pertransiuit super terrã. Recte. n. eum diuinus ante nos Dauid infamia notauit, quod cœlũ in terrã deprimeret, & cũ conditura naturã numeraret supermundanã, quã nec conditura capere potest; licet illa nobiscum aliqñ ratione amoris erga genus humanũ sit uersata, quo nos humiliacẽtes ad se ꝑtraheret. Et ꝓfecto prima ei⁹ molimina temeraria, splẽdida fuere, sed lõge splendidiora nouissima contra nos extitere certamina. Sed quænã prima uoco? Exilia, fugas, bonoꝝ publicationes, insidias cũ manifestas, tũ occultas. Tẽpus ꝑsuadẽdi haud erat, sed ui cũcta agebant, cũ ꝑsuasio locũ non haberet. Quidã pellebant ab ecclesijs, qcunq; rectã, ac nostrã sequebant fidẽ. Alij aũt q regiã sequebant perditionẽ, introducebantur: nonnulli impietatis exigebant subscriptiones; alij uero his atrociora etiã scribebant. Presbyteri exurebant: Duces uero impij nequaq̃ Persas superabant, non Scythas subigebant, non genus aliud barbaricũ perseq̃-

4 *Cogita num & similia pacta sint nostro*

tempore in aliquibus regionibus ab impuris hæreticis.

banť: sed contra Ecclesias militabāt, ac inter altaria saltabant, sacrificiaq́ incruenta hoium, & sacrificioꝝ sanguine cruentabant, ac uirginū pudorē uiolabant; ut aliqd fieret, quo Iacob patriarcha expelleret, & Esau, qui, antēq́ nasceret, odio habebat, introduceret. Et hæ inconsideratæ eius temeritatis primæ fuere explicationes, q̄ multis præsenti ēt tpe lachrymas mouent, cū auditu percipiunt, aut memoria recolunt. Postq́ aūt oia pera grauit, ac contra hanc quoq́ inconcussam, & inoffensam Ecclesiæ matrem, in qua sola adhuc ueritatis scintilla reliqua erat, mouit, quo illā i seruitutē redigeret, tū primū intellexit q̄ malè sibi consuluisset. Nā quasi sagitta, q̄ fortiori occurrit, est reiectus, et tāq́ pulchre fract⁹ cessit, cū in talē ecclesię incidisset præsulem, tantoq́ repulsus ꝓpugnaculo esset dissolut⁹.

Proinde alia, q̄ tum fuerint tentata, & scribentib⁹, & referentib⁹ audire licet. Ex ꝯs enim nemo non cūcta recenset: oēs uero, q̄ certamina illa norunt, præcipue admirant, oppugnationes, ꝓmissiones, cōminationes, nec non eos, q̄ ad illū ex ludicū ordine missi, ipsi psuadere sunt conati, ex ducum ordinib⁹, ex eunuchis, ex mulierū custodib⁹, q̄ inter mulieres uiri sūt, inter uiros aūt mulieres, & impietate solū uiriles; q̄ cū naturali careāt fornicatione, qd' solū possunt, lingua scortant, istar Nabuzardam coquoꝝ magistri, qui secūdum artem suam gladios minabat, & peculiari suo igni reseruabatur. Quod uero præcipue ex gestis eius admiror, nec uolens q̄dem præterire possem. Nūc quā breuiter potero, recensere conabor.

Quis non nouit, q̄ ingenti audacia temporis illius præfectus cōtra nos sit usus, qm̄ apud illos baptismatis erat initiator, uel coinitiator, ac plusq́ necesse erat Imperatoris obsequebat mandatis, in oib⁹ q̄ illi gratificabatur, quo diutius potestatē retinere, & conseruare posset? Ad hunc p ecclesias minaciter discurrentē, & sub leonina forma leonine quoq́ frementē, nec multis præsentiæ suæ copiam exhibentē, Basilius generosus introductus est, seu potius ingressus est, tanq́ ad festiuitatem, & nequaq́ ad iudicium uocatus. Cęterum qūo digne explicare potero, uel præfecti ferociā, uel Basilij prudentē cōtra illū decertationē? Quid tibi heus (præfectus inquit, nomine eū compellans, qm̄ indignū censebat ut Episcopū uocaret) contra potentiam tantam audacia? Et q̄ solus ex omnib⁹ in tua perseueras contumacia? Cuius gra generosus ille ait: Et quænam mea est contumacia? Nam nondum illa percipere queo. Qm̄, præses inquit, nequaq́ regis sequeris religionem, licet omnes alij subacti sint, & uicti. Verū Basilio respondit, Nequaq́ hoc rex meus permittit, neq́ ut conditura adoret tolero, cum Dei conditura exista, ac Deus esse sim iussus. Nos autē qd tibi, præses ait, uidemur, q̄ hęc imperamus? num forte momenti nullius? Nōne magnum tibi erit, ut nobiscū censearis, & nos socios assequaris? Cui Basilius, præfectos uos esse, inquit, & clarissimos quidē, nequaq́ inficias eo, non tñ Deo honoratiores. At socios uos habere magnum qd est. Et cur non, cum & uos Dei conditurę sitis, quemadmodū & omnes alij, q̄ nobiscum censent? Siquidem Christianismum nequaq́ facieb⁹, sed fide designamus. Tunc præfectus concitatus plus ira feruere cœpit, è sellaq́ exurgens asperiorib⁹ contra eum usus est sermonib⁹. Et nunqd potestatē, ait, times? Absit hoc, Basilius respōdit, ut tale qd mihi accidat. Nōne ex multis uel unū, præses inquit, q̄ meæ sunt potestatis? Et Basili⁹, Quænā sunt illa? indicent nobis. Et præses, bonoꝝ publicationes, exilia, tormēta, mors.

Cæterum aliud qd, Basili⁹ ait, minitare; nil enim hoꝝ nos tangit. Cumq́ præses dixisset, qui, & quonam modo? Qm̄, Basilius inquit, incōprehensibilis, & bona eius, qui nihil possidet, publicari nequeunt, nisi forte pannis his indigeas tritis, & laceris, & libris paucis, ī quib⁹ tota mea est uita. Exilium uero nil ad me spectat, q nullo loco sum circūscriptus. Sed nec quā nunc inhabito, domus mea est, licet omnis mea sit, in qua incido, seu potius Dei omnis, cuius ego hospes sum, & incola. Tormēta aūt qd auferre possent, Cum nullū mihi corpus residuū sit, præterq̄ si primā dixeris plagam? Huius enim tu solus dn̄s existis. Mors uero benefactor erit. Celeriter enim me ad Deum mittet, cui uiuo, & cui⁹ negocia administro, ac cui iam plurimū occubui, & ad quē a longe festino. His præfectus perculsus, cū eū suo compellasset noīe, Nullus, dixit, hucusq; ita mecū, ac cum tanta disseruit audacia. Cui Basili⁹, in nullū fortassis Ep̄m incidisti; oīno.n. pro talib⁹ decertans hoc egisset modo. In alijs.n. præfecte, modesti sum⁹, & omnibus reliquis humiliores, ita enim mandatū iubet; nec solū contra tantam potentiā, sed nec contra hoīes uiles superciliū attollim⁹: ubi uero dei periclitat̄ negociū, cūctis alijs contemptis ad illū solū respicimus. Gladij uero, bestiæ, & ungulæ carnes dissecātes, potius delitiæ nobis sunt, q̄ tormenta. Ac ideo iniuria affice, minare, & omnia, quæ uolueris, perage, ac potestate fruere. Sed & Rex hæc audiat: nunq̄ nos adiges, aut efficies, ut astipulemur impietati, etiam si grauiora adhuc fueris minitatus.

Postq̄ uero præfectus ita eū loq audiuit, ac uiri causam examinauit, illumq́ tā imperterritū, & constantem deprehendit, a se dimisit, non iam minabundus, sed cū reuerentia quadam, ac secessione: ipse uero q̄ cito potuit, ad regē festinauit, inqens, Victi sumus, rex, in Ecclesiæ huius negocio. Vir.n. ille minis est superior, uerbis robustior, persuasionibus fortior. Aliū quendā ignobiliorem tentare oportet, hunc aūt uel palam cogere, aut nequaq̄ expectare, ut subigat̄ minis. Hæc cū Rex audiuisset, ac in se conuersus hominis laudibus esset uictus (qn̄quidem & hostis uiri uirtutē admirari solet) præfectū a uiolentia cohibuit; acciditq́ ei, quēadmodū ferro, quod licet igne emolliat̄, nihilominus tn̄ ferrum permanet. Porro minas in admirationē conuertit; cōionem aūt suscipere noluit, cum īmutationis puderet, sed excusationem quærebat honestā, quā & sermo noster ostendet. Siqdem tēplum cū uniuersa satellitum manu est ingressus. Erat autē dies Epiphanioꝝ. Congregati populi igit̄ pars factus, sic cōionem est professus. Sane nec hoc prætereundū, postq̄ intus fuit, auditumq́ psalmodię adhibuit perstrepenti, ac populi multitudinē cū ornatu cuncto conspexit, tam eo, q circa aram, q̄ illo, qui iuxta erat, Angelicam potius, q̄ humanā; populi uero præsulem erectū, quemadmodum scriptura Samuelē depingit, & corpore, & uisu, & cogitatione īmobilem, ac si nil noui accidisset, Deoq́ & gradui, in statuā, ut ita dicam, obduratū; illos aūt timore & reuerentia quadā eum circumstare: hæc postq̄ uidit, & quæ uiderat cū nullo exēplo conferre potuit, humanum quid perpessus est. Ob stuporem.n. uehementi & oculoꝝ, & animi correptus est uertigine. Verū id tum multos adhuc latebat; postq̄ autē dona ad mensam diuinam afferri oportebat, ipseq́ illa proprijs gestaret manibus, ac nemo, sicut moris erat, ea acciperet, cū incertum esset, num Basilius illa suscipere uellet, tum morbus est cognitus. Titubare.n. cœpit, & ni quidam, qui pro gradibus stabat,

5 *Epiphaniorum dies.*

6 *Auditum adhibuit psalmodiæ pstrepēti.*

manũ ei supposuisset, ac casum cohibuisset, ruina plane lachrymis digna cecidisset. Sed esto. Cæterum quid dicere refert? quænã cum Rege disseruerit, qualiq́ sapientia illa repleta fuerint. Cum eo.n. rursum modo opportuno in sacrariũ perducto est congressus, ac in conspectũ uenit. Nam diu iã eius alloquendi desiderio tenebat̃. Siquidẽ nil aliud, q̃ dei uoces, tã ab ĩjs, qui cũ rege, q̃ a nobis, q cũ Basilio ingressi fueramus, auditæ sunt. Sanè congressio illa initium fuit, & restauratio prima humanitatis erga nos Regis: consiliumq́ hoc ut plurimũ contumeliã tum nos infestantem, non secus ac nebulã dissipauit. Proinde nil prædictis inferius fuit. Vincebant mali, iamq́ Basilius in exiliũ pellebat̃, ac nihil deerat, quod nõ illac tenderet: nox præsens, currus, quo auchi debebat præparatus, plaudebãt inimici, dolebant pĩj; nos uero circa animosum uersabamur uiatorẽ. Reliqua ẽt cuncta pulchra referta erãt ignominia. Quid igitur accidit? Deus illã dissoluit. Qui enim Ægypti contra Israel exasperati primogenita percussit, hic ẽt Imperatoris filium grauissima ægritudine perculit. Et quanta celeritate? Hinc exilij literæ, inde sententia ægrotationis, manusq́ iam ad subscriptionẽ extendebatur improbam; & tamen sanctus ille saluat̃, fitq́ uir pius, febris donum, cum rex furorem cohibuisset. Quid his manifestius, aut celerius? Sed ad reliqua.

Ægrotabat filiꝰ regis, ac corpore male affectus erat, unaq́ ægrotabat pater: & pater q̃dem, tanq́ pr̃, ubiq́ cõtra morbũ remediũ q̃rebat. Nam medicos accersebat optimos, precibusq́, ac si unq̃ in terrã ꝓstratus incũbebat. Calamitas.n. reges quoq́ humiles fecit: nec mirũ, cũ & hoc prius Dauid in filij morte accidisse scriptis sit mandatũ. Postq̃ aũt nullibi ullũ morbo inuenit remediũ, ad Basilij fidem confugit: per se tñ nequaq̃ illum aduocauit pudore prohibitus ob ignominiã, quã illi intulerat, alijs uero legationẽ cõmisit, q ei perq̃ domestici, & amicissimi erant. Cumq́ is nihil cũctatus aduenisset, nec tp̃s, quẽadmodũ alius triuisset, confestim p̃sentia eius morbus est lenitus, paterq́ spem concepit meliorẽ. Qui nisi aquæ potabili sal admiscuisset, pariterq́ hunc aduocasset, ijs tñ, qui diuersæ erant opinionis, credidisset, filiꝰ patris manibꝰ sanus restitutus fuisset: idq́ credebat̃, ab ijs etiam, q tum aderant, & passionis participes fuerãt. Illud idẽ paulo post etiam præfecto ipsi accidisse ferunt. Nam & illum infirmitas quædam incidens sancti flectit manibꝰ. Siquidẽ aduersitas plerũq́ rectè sentientibꝰ fit emendatio, sæpiusq́ calamitas prosperitate melior existit. Ægrotabat igit̃, ille, plorabat, discruciabat̃, accersebat, rogabat, excusationem habes clamabat, salutẽ mihi tribue. Quã & tandẽ illius intercessione, sicut ipsemet fassus est, impetrauit. idq́ multis, q hoc ignorabant, persuasit. Non enim desinebat facta illius, & admirari, & prædicare.

Quæ igit̃ inter Basiliũ, & illos incidere, talia ferme fuere, finemq́ habuerunt talẽ. Sed nunqd ea, q̃ illi aliter cum alijs sunt decertata, parua, aut de rebus fuere paruis? uel mediocri sapientia condita, aut silentio digna, seu non ualde laudabilia? nequaq̃. Sanè q olim contra Israel concitauit Ader scelestũ, ille idẽ & contra Basiliũ Ponti cõmouit præfectũ, sub prætextu ac si ob mulierẽ quandã indignaret̃. Sed re uera ꝓ impietate decertabat, & contra pietatẽ stabat; ut interim dicere obmittã, qualiter, quantisq́ uirũ afficeret iniurijs, seu forte Deũ ipsum, contra quem, & pro quo bellũ gerebat̃, qui & iniuriantẽ confudit, ac pugilẽ suum exaltauit: si saltẽ

magnum

magnum quid,& sublime est philosophia,& ut is,qui præest multis,talis esse uideatur.De quo nunc uerba facere pergam.

Iudicis assessor mulierē quandā illustrem, cuius maritus uitā paulo ante cū morte mutauerat,qm̄ ei nubere dedignaret,uiolenter urgebat. Cūq; illa tyrannidē se effugere haud posse cerneret,consiliū cœpit non tā audax, q̄ prudens. Ad sacrā enim confugit mensam,ac Deū contra uiolentiā ad iutorē sibi facit. Quid igit̄ per trinitatē ipsam fieri oportuisset(ut inter laudandū iudiciale ēt quippiam proferā)non solū quod Basilium magnū,et q ab omnibus pro legislatore habebat̄,decuisset, sed aliū quendam longe illo inferiorē,dūmodo sacerdos fuisset? Nonne obsistere,retinere,curā eius gerere,manū porrigere,sc̄m clementiā diuinam,& legē,quæ honorauit aras? nonne omnia prius facere,& pati uelle, q̄ aliqd inhumani contra mulierē perpetrare? obiterq; mensam sacrā,necnon fidē, cum qua rogabat,iniuria afficere? Nequaq̄ ait iudex nou⁹: sed omnes potestati meæ subdi oportet, Christianosq; legū suar̄ proditores fieri. Ille igit̄ supplicē quærebat,ac insaniebat: hic aūt ui mulierē retinebat. Tandem uero quosdam cū potestate misit, q sancti scrutarent̄ cubile nō necessitatis magis, q̄ ignominiæ gratia. Quid ais? Domū eius, qui affectibus cunctis erat superior? quē fouent Angeli? quē mulieres intueri non audent? Nec solū hoc egit,sed & Basiliū adesse,ac causam dicere iussit. Nequaq̄ tamē placide, aut humane,sed quasi condemnatū quēpiam. Et hic qdem aduenit. Præfectus uero ira,& fastu plenus pro tribunali sedit. Stetit igit̄ Iesus meus coram iudice Pilato. Et fulmina qdem cūctabantur, Deiq; gladius, licet radiaret,adhuc tū continebatur. Arcus uero intendebatur, sed cohibebat̄, quo pœnitentiæ concederet tp̄s,quemadmodū dei lex est. Sed & aliud pugilis,& persecutoris uide certamen. Præfectus sudariū, quod circa collū gestabat,dilacerare iubet. At Basilius, Tibi,inqt̄,si uolueris,tunicā ēt dabo. Verbera carnibus fere experti minabat̄, at ille se paratū offerebat. Sed & ungulor̄ dilaniationem intentabat. Verū epati,Basilius respondit,remedium tuleris. Cernis fortasis quo pacto mihi subuenire possis, si a talib⁹ curaueris tormentis. Et hi quidem in illis erant.

At ciuitas cum malū, & cōe omnium cognouisset periculū; siquidem unusquisq; iniuriā hanc suā esse censebat, tota insaniebat, & incendebat̄, & ueluti cū apum examen fumo cōmouetur,ita alius ab alio concitabatur,& insurgebat: omne homniū genus,ætas omnis,præcipue uero ñ, qui regi texendo,& arma faciendo operā impendebant. Hi.n.in talibus fortiores sunt; audaciā enim ex libertate habēt. Arma uero unicuiq; erāt singula,quæ ex artis obueniebant instrumentis, aut si aliud qd casu forte obuenisset. Faces erant in manibus,lapides ad iactū expediti,fustes para ti,cursus omniū unus,clamor idem,alacritas cōis. Ira dux grauis, aut miles,sed nec mulieres armis tū carebant,cum eas tp̄s exacuisset. Radios.n. habebant fraxineos, zeloq; roborabant̄, ac in audaciā uertebant̄ uirilē, &,ut breuiter dicā,pietatē diuidi arbitrabantur,si hunc inter se partiti fuissent,isq; magis pius censebatur, qui primus manus præfecto talia ausо intulisset. Quid igit̄ faciebat iudex seuerus,& audax? Supplex erat, miserabilis, ærūnis plenus: & cui non humilior, donec illustris ille sine sanguine martyr,& sine plagis coronatus,populi cōpescuisset uiolentiā,illumq; sui cohibuisset reuerentia,si cq; supplicē suū,& offensorē saluasset? Hæc deus

ſanctorum operatus eſt, q omnia facit, & in melius dirigit, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus uero gratiã tribuit. Et cur hoc non faceret, q manuũ extẽſione trophęa erigit, ut populũ ſaluet fugientẽ, illũq; eripiat è piculis? Præclarũ igit bellũ ita deſñt, & finẽ a deo ſortitũ eſt ſcdm, ac illi⁹ fide dignũ.

Deinde uero Epiſcopor, & ſocior incepit bellũ, qđ magna ſui parte inglorioſum fuit, incipientib⁹ uero admodũ damnoſum. Quis. n. alĩs modeſtiã pſuadere poſſet, cũ præſules ipſi ita eſſent affecti? Iã diu enim haud humani ter erga illũ ſe habebant. Tria aũt diſsidĩ cauſa erant. Nã nec ob fidei conueniebant rationẽ, niſi ſũma multitudinis neceſſitate coacti: Nec puſillanimitatem in electione penitus depoſuerant: Et q multũ gloria ab illo ſuperarent, oium eis moleſtiſſimũ erat, etiã ſi id fateri turpiſsimũ eẽt. Sed & aliud factũ eſt diſsidiũ, aut iſta ſuſcitauit. Cum. n. Patria nr̃a i duas diuiſa ſit præfecturas, & metropoles, multaq; nouæ ex priori addita fuiſſent, ſeditio eor potiſsimum exordiũ hinc ſumpſit. Ille enim cum ſeculari bus bonis noſtra quoq; diuidenda eſſe cenſebat. Ac ideo, q nuper acceſſerant, tranſmutauit, tanq; ab ipſo iam differrẽt, ac ei acciderent. At hic cõſuetudinẽ ſeruabat antiquã, ac diuiſionẽ olim a patrib⁹ factã. Hinc multa iam acciderunt mala. Alia uero ortũ ſumpſere. Cõuentus. n. a nouo diſtrahebant metropolitano; redditus diripiebant. Eccleſiar presbyteris quibuſdã perſuadebat, alios aũt inuitabat. Inde euenit, ut eccleſiæ etiã peius haberent, qñ ita diuiderent, & inciderent. Homines. n. ob tales ferè rerum innouationes gaudere ſolent, qm̃ libenter ſua adaugent; ac facilius bene inſtituta diſſoluunt, q; diſſoluta reſtituunt. At ille infeſtius Baſilium exagitabat. Tauror enim prouẽtus, & tranſitus ab eo tm̃ conſpiciebant, ad illum uero deducebant. Sed & ex monte ſancto fructus colligere magni ducebat; ita ut cũ uiri mulos aliqñ deprehendiſſet propriam uiã euntes, illos poſtea prædatoria cohibuerit manu. Et cõmentũ quaſi honeſtũ erat. Filĩ. n. ſpiritales, & animæ, & fidei ſermo, & talia auaritiæ erant tegumenta. Res ditior propria. Et q non oporteat, tributũ pendere hoſtibus malæ famæ. Verũ oĩs offendens malæ erat famæ. Proinde ſanctus Dei, & ſupernæ Hieruſalem metropolites detrimentũ tolerare, & hæc negligere cogebat, ſiue paruã mali diſſolutionẽ excogitare: ſed uideamus q; magnam, & admirandã, ac planẽ anima illius dignã. Ex ſeditione enim Eccleſiã opulẽtiorẽ reddidit, aduerſitatẽq; perbelle diſpoſuit. Siquidẽ plurimis Epiſcopis patriã roborauit. Ex qua re tria contigere pulcherrima; plurimarum nempe animar cura; & ut ciuitas quæq; ſua hẽret; & ut bellũ diſſolueret.

Cæterum timeo ne & ego conſilio iſto ocioſus ſim factus. Haud enim ſcio, qũo rectius dicere conueniat. Licet enim cũcta uiri huius, quantũ dictu poſsibile eſt admirer, hoc unũ laudare nequeo. Animi. n. paſſionẽ fatebor, nec alias multis ignotã, noſtrã dico innouationẽ, & infidelitatẽ, cui⁹ dolorẽ nullũ unq; delebit tps. Ibi enim cũctæ mihi uitæ inciderũt aduerſitates, confuſioq;, ut philoſophiæ incũbere nequirẽ, aut poſſe putarẽ. Tametſi parua ſit ratio ſecũdi: præterq; ſi quis illud a nobis in uiri excuſationẽ dictũ ſuſcipere uoluerit, quod longè ſupra res ſaperet humanas: & quę hic faceret, priusq; abiret, omnia ſpiritus inſtinctu ageret. Licet enim amicitię uenerationem ſeruare ſciret, in hoc uno tñ ignominia affecit, ubi Dei honorẽ p̃ferre oportebat. Lõgè. n. ſpata amicitiæ diſſolutiõi anteferebat.

Cæterũ timeo, ne dũ ſocordiæ crimen effugere contendo apud eos, a

cunctas res illius gestas scire desiderant, scribendo tñ in crimẽ insatiabilitatis apud eos, qui modũ laudant, incidã. Quã rem nec ipse negligebat, sed mensurã ex omnibus optimã esse inter potissima laudabat, ac in omni uita sua diligenter obseruabat. Ita igitur sermone utar, ut tã breuitatis, q̃ insatiabilitatis amatorib⁹ pariter satisfacere queam alĩ igitur in re ali qua excellunt, alĩ aũt in pleriscq́, cũ plures uirtutis species existant; nullus uero ex omnibus, quos nos cognoscimus, ad summũ peruenit. Sed ille nobis optimus est, qui in plurimis recte agit, aut in una potissimũ. Basilius uero ita cuncta attigit, ut naturæ contentio esse uideret. Nã ita consideramus: inopiã quis laudat, uitamq́ omni carentẽ apparatu, & superfluitate. At quid ille habebat, præter corpus, & ea, q̃bus carnis tegeret necessaria? Diuitiæ autẽ illi erant, ut nihil possideret, cruxq́, cui soli supiuebat. Hęc longe sibi multis pecunijs honorabiliora esse censebat, nec possibile, ut quis, si ẽt uellet, omnia possideret, sed ut q̃s omnia contẽnere sciret, sicq́ omnibus melior appareret. Cumq́ ita sentiret, et haberet, nequaq̃ altari, ac uana indigebat gloria, nec præconio illo publico, Cratẽs Cratetẽ thebanum in libertatẽ uendicat. Optimus. n. esse potius, q̃ uideri malebat; ac ideo nequaq̃ in dolio, ac in medio foro habitabat, ut omnib⁹ ludibrio esset indigentiã noua resartiens abundantia. Sine ambitione igitur, & arte quæstuosa pauper erat, ac omnia, quę habebat, profundebat, quo expeditius per uitæ nauigaret mare.

Sanè abstinentia, & frugalitas res est admiranda, & nequis a uoluptatibus superet, aut uentri, tanq̃ amaro, & illiberali subñciat domino. At q̃s magis in cibo parcus? Et ne multa dicã, sine carne fere erat. Superfluitatẽ aũt, & satietatem ad irrationabiliores, & quoq; uita seruilis, ac deorsum urgens erat, reiecit. Ipse autẽ nihil magnũ esse censebat, quod gutturi applauderet; sed solum necessarijs, quantũ poterat, sustentabat, solasq́ delitias esse ducebat, ne delitijs diffluere appareret, ac ideo indigeret plurimis. Sed ad lilia respiciebat, & uolatilia, quæ pulchritudine prædita sunt mirabili, ciboq́ utunt fortuite oblato, secundũ magnã Christi mei admonitionẽ, & carnẽ propter nos mendicantẽ, quò nos diuinitate ditaremur. Hinc illi tunica una, & palliũ tritũ, in humoq́ dormitatio, & illuuies, & uigiliæ eius erant exercitamenta. Cœna aũt suauissima, ac cibus panis cũ sale, aut ficus recentes: potus uero sobrius erat, & abunde illi sufficiens, quẽ fontes producunt, ijs ẽt, qui non laborant. Verũ ex his, aut cũ his egr. tudines sequebantẽ, & medicamenta, cõia nobis exercitia. Oportebat. n. me miserũ in talib⁹ æque affectũ esse; licet in alijs longe inferior forem.

Sanè res magna est uirginitas, & Angelis aggregari, ac absq; iugo esse, naturæq́ solitariæ: nã Christi illã uocare cunctor, q̃ cũ nasci deberet, ob nos natos, ex uirgine nasciẽ, ut uirginitatẽ lege sanciret, tanq̃ inde deductam, & mundũ abscindentẽ, seu potius mundũ mundo præmittentẽ, prę sentẽ futuro. Quis igiẽ uirginitatẽ magis honorauit, q̃ Basilius, aut carnis puritatẽ quasi lege sanciuit: non solũ exemplo proprio, sed eoq; ẽt, quib⁹ studebat, quemadmodũ ex uirginitatis laude, & institutionibus ei⁹ liquet scriptis, q̃bus omnẽ sensum refrenauit, ac cuncta mẽbra ad modestiã redegit, necnon uirginitatẽ seruandã persuasit, pulchritudinẽ ad interna cõuertens, a uisibilibus ad inuisibilia? Et externũ qdem languidũ reddebat, ac materiã subducebat flammæ: occultũ uero ostendebat Deo, q̃ solus ani-

7

Vide in Basilio omnia hæc.

Pallium tritum

Humi dormitationẽ

Illuuiem & uigilia.

Delectum cibi & potus

Mirã abstinentiam.

8

Considera quã mira dicat de uirginitate.

Et qũo Basilius uerbo & exẽplo proprio eam honorauerit, & carnis puritatẽ quasi lege sanciuerit, necnõ Virginitatẽ seruandã persuaserit. At hæretici nostri matrimo-

nium super omnia cõ mendant,& nuptias summis laudibus ex tollunt, uirginitatẽq; deprimũt. Vides quo quasi ex diametro cũ dictis pugnent & fa ctis sanctorum?

marum depuratarũ sponsus existit, quicq; animas ad se pertrahit uigilantes, quo cum lampadibus splendidis,& largo,ei olei occurrãt nutrimẽto.

Sanè cũ uita solitaria,ac mixta ut plurimũ inter se distarent, ac pugnarent,neutrumq; bonũ a malo penitus segregatum haberet,sed hæc magis geta,& moderata esset,& deo copularet, non tñ arrogantia propter utrutis securitatẽ,& existimationẽ careret;illa aũt actiua magis, & utilior, uerũ a turbis nequaq; segregata esset; ambas inter se bellissime conciliauit;& ita tẽperauit,ut sapientia non sine actione,nec actio sine sapiẽtia foret:sed tanq; tellus,& mare bona sua utrinq; conferrent,ac in unã dei gloriam concurrerent. Et qd plus? Pulchra est humanitas,ac pauperũ sustentatio,humanęq; imbecillitatis subsidiũ. Parumper igit ab urbe progredere,& urbẽ cerne nouam,pietatis promptuariũ,cõe diuitũ repositoriũ, quo opum superuacua,imo iã necessaria admonitione illius reconderent, quo tineas excluderent,nec fures exhilararent, inuidięq; certamen,& tẽporis effugerent corruptionẽ. Vbi ægritudo philosophat,& calamitas beata cẽsetur,cõpassioq; in reputatione est. Quid mihi ad opus illud Thebæ Ægyptiacæ cũ portis septẽ? ac muri Babylonici,necnon sepulchrũ Mausoli Caris,& Pyramides,ac Colossi:æs pondere carens:siue tẽplorum magnitudo,ac pulchritudo;Quæ amplius haud supersunt, cũ alijs,quæ homines admirantur, & librorum mandant memoriæ: quæ nil conditoribus suis præter paruam prosunt gloriolam?

Mihi uero salutis uia hæc cõpendiaria, ac facilis in cœlũ ascensus admirationi est præcipuę. Non enim amplius oculis nostris expositũ est spectaculũ graue,& miserandũ,homines ante obitũ mortui,& plurimis corporis mutilati membris,ab urbibus,domibus, foris,aquis, quin a charissimis suis expulsi,nominibus potius, q̃ corporibus noti, nec amplius in triuijs,& conuentibus secundũ cognationem, & concentũ exponuntur, non iam ob morbũ miserandi,sed exosi, membrorũ miserabiliũ artifices miri,si uox saltem quibusdam est residua. Sed cur cuncta nostra tragice enumero;cũ sermo haud quaq; sufficiat passioni? Basilius uero prę omnibus maxime hominibus persuasit, ut cũ homines essent, nequaq; homines contemnerent,nec Christũ unicum caput omniũ propter inhumanitatem erga illos ignominia afficerent; sed in calamitatibus alienis facultates suas recte disponerent,a Deoq; misericordiam, cũ misericordia indigerent,pio fœnore extorquerẽt. Ac ideo generosorũ generosissimus ille, & gloria plusq; splendens, ægrotos nec ab osculi arcebat honore, sed tanq; fratres salutabat. Non quemadmodũ quis suspicari posset, inanis gloriæ gratia. Quis enim plus a tali aberat affectu? sed ut corpora curandi causa attrectaret;philosophiæ eius formula, & loquens, & tacita erat adhortatio. Nec ciuitas ita,regio uero adiacens,& externa aliter se habebat; sed omnibus cõmune certamen proposuit, ita ut & populi præfecti ciues humanitate imitarentur, & magnificentia. Proinde quemadmodũ alijs curæ sunt propinatores, ac mẽsæ lautiores, necnon coquorũ cõmenta,& irritamenta gulæ,sellæq; elegantes, ac uestes molles, & fluidæ: ita & Basilius infirmorũ, & ulcerum eorũ ad imitationem Christi gerebat curam,non sermone,sed opere lepram purgans.

Quid nobis ad hæc dicent ij, qui ei superbiam, & supercilij obijciunt fastũ;amarulenti taliũ censores, ac qui neutiquam regulas adhibent regu

læ. Num

læ? Num quis lepræ curam gerit, & eouſq; ſe humiliat, ſanos uero contẽnit; aut carnes per abſtinentiam macerat, animæ elatione intumeſcit inani: Maxime cũ phariſæi iactantiam nouit, & ex tumore humilitatem prædicat, & Chriſtũ ad ſerui uſq; formam deſcendiſſe non ignorat, illumq; cũ publicanis comediſſe, & diſcipulorũ pedes lauiſſe; ſed nec crucem renuiſſe, ut illic peccata affligeret mea: Et quod his eſt admirabilius, Deum uidet crucifixum, idq; cũ latronibus, & a prætereuntibus irrideri inconſumptilem illũ, & omni paſſione ſublimiorem? Num ille ſeipſum adeo effert, ut neminem ſibi honore æqualẽ eſſe cenſeat: quemadmodũ uidetur ĩjs, qui illi inuident? Verũ, & arbitror, morũ conſtantiam, ſeueritatem, & integritatem illam abſolutam, ſuperbiam uocarũt. Equidem illi ĩjdem ut mihi uidetur, eodem modo hominẽ fortem temerariũ, timidum uero circumſpectũ appellarent, modeſtũ quoq; inhumanũ, ac iuſtum immobilẽ. Quidam enim non inepte indagarunt, uirtuti uitia eſſe adiuncta, & quodammodo contigua, facileq; a rerũ inexpertis aliud pro alio accipi. Quis enim uirtutem pluſq; Baſilius honorauit? aut malitiã redarguit? ſiue bonis uiſus eſt melior, uel delinquentibus aſperior: cuius ſubriſio ſæpius laus erat, ſilentiũ uero increpatio, quæ conſcio malũ ſuum ultro extorqueret?

Cæterũ ſi non garrulus erat, aut riſu diffluens, ſiue circumforaneus, nec multis placebat, quoniam non omnibus omnia fieret, aut gratificaretur, quid hoc ad rem? Nõne potius laude, q; reprehenſione dignũ eſt ĩjs, qui prædiți ſunt mente: Niſi quis leoni obĩcere uelit, quod non figuram ſimiæ, ſed ſeuerã, & regiam præſeferat; cuius laſciuiæ tamen generoſæ ſunt, & cũ admiratione diligendę? Sane eos, qui in ſcena uerſantur, tanq; iucundos, & humanos quis miretur, quoniã populi gratiam captant, ac riſum mouent per alapas, & uerbera? quanq; ſi hoc querimus; Quis adeo iucũdus fuit in conuerſationibus: Quemadmodũ ego potiſſimũ noui, qui pręreliquis uiri mores ſum expertus? Quis narrando gratioſior? Quis mordendo peritior? Quis reprehendendo ſyncerior? Siquidẽ non nimis ſeuere reprehẽdebat, nec nimis facile remittebat, ſed immodeſtiã in utroq; fugiebat, ac utroq;, iuxta Salomonis leges, cũ ratione, & in tẽpore utebatur.

Cæterũ quid hæc ſunt, ſi cũ uiri collata fuerint eloquentia, aut magnitudine doctrinæ, qua ſibi fines orbis conciliauit totius? Verũ adhuc circa mõtis uerſamur ima, ac multũ a ſũmitate diſtamꝰ. Adhuc circa littora ſe rimur, ac nõdũ mare ingreſſi ſumus profundũ. Arbitror enim ſi unq; fuit, aut erit tuba longe ſono ſuo per aërem diffuſa, aut terræmotus orbis ex innouatione quadã, aut miraculo ortus, hoc uocem illius eſſe, & ingeniũ tantũ omnes antecellens, & poſt ſe relinquens, quantũ nos naturam exuperamus irrationaliũ. Quis enim magis ſe expurgauit ſpiritui; & dignum fecit, ut diuina explicaret myſteria? Quis magis cognitionis lumine illuminatus fuit, & ad profunda pertigit ſpiritus? cũ Deoq; ea, quę Dei ſunt, eſt contẽplatus? Quis ſermonem ſortitus eſt melius interpretantẽ ea, quę cognitione ſunt digna: ita ut non multorũ inſtar altero pede claudicaret, uel mente ſermone carente, aut ſermone minus ſolidato mente? Verum utriſq; pariter exceluit; ſibi ipſiq; ſimilis apparuit. Et ubiq; ſane ſenſit. Siquidẽ quod cuncta Dei profunda ſcrutatus ſit, ſpiritu eſt teſtificatus, non tanq; ignorante, ſed ueluti contẽplatione exultante. Omnia enim, quæ ſpiritus ſunt, ab illo ſunt indagata; unde euenit, ut moribus inſtitueret cun

ctos, eloquẽtiã ostẽderet, pſentibus nunciaret, & ſe accingeret ad futura.

Porro ſolis pulchritudo cum magnitudine, ac curſus ſui uelocitate a Dauid laudatur, ſplẽdens tanq; ſponſus, magnus ut gigas, cuius uires tantæ ſunt, ut curſu ſuo a ſummis pariter illuſtret ſumma, nec calor eius diſtantia imminuatur. Baſilĩ aũt pulchritudo, uirtus erat, magnitudo uero Theologia; at curſus, mobilitas aſſidua, quæ aſcẽſibus ſuis ad Deum uſq; perducit; uires uero, ſatio ſermonis, & diſtributio, ita ut recte mihi ſcripturæ illud de eo uſurpare liceat; In omnem terram exiuit ſonus eius, & in fines orbis uis uerborũ eius. Quod beatus Paulus de Apoſtolis a Dauide dictũ eẽ ait. Quę.n. alia hodie ĩ cõuentib⁹ eſt grã? Quę ĩ cõuiuĩs uoluptas? Quæ in foro? Quæ in concilĩs? Quæ principũ cum ſuis delitiæ? Quæ monachorũ, aut mixtorum? Quæ ocioſorũ, aut negocioſorum? Quę orũ, qui in externis, aut noſtris philoſophanť? Vnica profecto uoluptas per omnia, & in omnibus maxima, illius ſunt ſcripta, & labores. Nec ſcriptoribus ulla poſt illũ relicta eſt facultas, præterq; monimenta eius literaria. Sileant uetera, quæ a quibuſdam in ſacris elaborata ſunt ſermonibus, clament noua. Is enim nobis optimus eſt in ſermonibus, cui conceſſum eſt, ut ſupra ſcripta illius potiſſimũ cognoſcat, & lingua proferat, auribusq; infundat. Solus enim pro oĩbus ad doctrinæ adeptionẽ ſufficit ſtudioſis.

Ego aũt hoc ſolum dicam, quotieſcunq; Exameron eius in manus ſumo, & relego, ad conditorem omniũ accedo, & condituræ rationes cognoſco, ac conditorem pluſq; antea admiror, dum ſolo uiſu ipſo doctore utor. Cũ autem in contradictorios incido ſermones, Sodomiticũ uideo ignem, quo linguæ exuruntur malæ, & aberrantes; aut cõfuſionis turrem male quidem ædificatam, male quoq; diſſolutam. Cũ uero, quæ de ſpiritu ſcripſit, relego, Deum inuenio, quem habeo, & in ueritatis prolatione audax fio, dum per illius gradior Theologiam, & contemplationem. At cũ alias eius perlego enarrationes, quibus parum uidentes illuminat, & quas tripliciter in ſolidis cordis eius tabulis conſcripſit, diſco nõ in litera conſiſtere ſolũ, aut ſuperuacue intueri tantũ, ſed & pergere ulterius, & ex profundo adhuc in profundũ tranſire, abyſſum aſciſcens abyſſo, & lumini inueniens lumen, donec in ſummũ peruenio. Cum aũt martyrũ laudes relego, corpus contemno, & cũ laudatis uerſor, ad certamenq; excitor. Cum uero ſermones eius tam morales euoluo, q; actiuos, anima pariter purgor, & corpore, ac templum Dei fio capax, organumq; pulſatum a ſpiritu, diuinam decantans gloriam, & potentiam. Cum hoc immutor, & dirigor, aliuſq; ex alio fio alteratione alteratus diuina.

Cæterum poſtq; Theologiæ memini, ac uiri in hac ſingulariter præſtantis, & hoc quoq; prædictis addidero. Vtiliſſimũ enim eſt multis, qui male de eo ſentiunt, ne offendantur; ſed ad maleficos ſermo pertinet noſter, qui exĩs, quibus alios calumniantur, ſibi ſubſidiũ quærere ſolent. Ille enim ob ſermones rectos, & erga trinitatem ſanctã connexionẽ, & condeitatẽ, uel neſcio quomodo magis proprie, aut manifeſtius dicere oporteat, non ſolũ a thronis excidere, cũ nec ſub initiũ illis oblectaretur, ſed exiliũ, ac mortem, necnon ſupplicia extrema prõpte ſubire paratus erat, idq; lucrum, & minime periculũ eſſe cenſebat. Quod quidẽ exĩs partim liquet, quæ fecit, partim uero, quæ perpeſſus eſt. Poſtq; enim pro ueritate damnatus, & in exilium pulſus fuit, nullius rei alterius curam habuit, q;

ut comitem quendam suum libellū tollere, & sequi iuberet.

Cæterū ut condemnationis etiam tempore sermonibus ædificaret ueritatem, necessariū putabat, diuino Dauid hac iure consultore usus, ut parumper belli tēpus suspendere, & hæreticorū potestatem infringere posset, quoad libertatis tēpus, ac linguæ licentia concederetur loquendi. Illi enim quærebant, ut uox de spiritu acciperet nuda, tanq; esset Deus, quod & uere est; sed impie ab illis, & a malo impietatis accipiebatur prętecto, quo Basiliū cum lingua Theologica ex urbe pellerent; ipsi uero occuparent Ecclesiā, eamq; impietatis suæ propugnaculū facerent, ac inde cuncta, tanq; ex arce quadam percurrerent. At illę alijs scripturę uocibus, & testimonijs manifestis, quæ illud idem possent, necnon syllogismis necessarijs ita redarguit contradicentes, ut nequaq; contra tendere possent, sed uocibus caperentur propriis. Quod quidem uim maximā habet, estque prudentię singularis, quemadmodū sermo ostendit, quem de hac re conscripsit, ubi stilū tanq; è spiritus concitat pyxide. Cęterū domini uocem tantisper distulit, a spiritu ipso, & geminis eius concertatoribus ueniam petens, ut non molestę dispensationis illius consilium ferrent, ne dum ob unius uocis gratiam resisterent, cuncta propter insatiabilitatem disperderent, pręcipue cum tēpore illo pietas ita distraheretur. Nullū enim detrimentum eis inde euenturū censebat, si dictiones parumper immutarent, ac uocibus alijs illud idem doceretur. Cū non in uerbis potius, quam rebus salus nostra consisteret. Siquidē nec Iudęorum gentem reijciendā esse, si uncti uocem pro Christi immutare, sicq; nobiscum censeri uellent. Cum uero Ecclesia scinderetur, maximū cōmunitati imminere damnū. Verum licet spiritū omnino Deum esse affirmaret, quemadmodū liquet ex ijs, quæ sępius, dum tempos ita ferret, publice prędicauit, necnon priuatim interrogantibus expresse est confessus, manifestius tamen id fecit in sermonibus, quos mecum habuit. Nihil enim in illis ita abscondebat, ut id non libenter mecū conferret. Neq; hoc simpliciter definiebat, sed q; nō sępius antea fecerat, horrendissime se execrabat, ac sibi, ut a spiritus gratia excideret, imprecabatur, si spiritū non æque ac patrem, ac filiū, tanq; consubstantialem, & eiusdem honoris ueneraretur. Proinde si quis me in his socium ipsius suscipere uelit, aliquid multis adhuc absconditū proferam, nempe q; tempore nos angustante, sibi dispensationem reseruauit, nobis autem loquendi libertatem cōmisit. Nemo igitur nos indicare, aut ideo reijcere debet, quod patriæ honorati simus obscuritate, cum amborum opera Euangelium apud nos sit roboratum.

Hęc non ideo percurri, ut excusatione nostra opiniones illius defendā Calumnia torū enim reprehensione, si saltem aliqui sunt, lōge uir ille melior est: sed ne ij, qui censent, uoces solū a uiro in literis adinuentas, pietatis finem esse, fidem debiliorē, ac Theologiam illius demonstrationē improbitatis habeant proprię, quam tēpus produxit cū spiritu: sed scripturę sensum examinantes, necnon scopū, ad quem illa est conscripta, magis ad ueritatem accedere, & impiorū ora obstruere ualeant. Mihi igit Theologia illius non aliter q; amicus quispiam erit, tantamq; fiduciam in uiri puritate de hac re pono, ut illam omnibus faciam cōmunem. Et mea quidem ab illo expendantur, illius autē a me, & coram Deo, & hominibus æquioribus, ita sint considerata. Nec enim Euangelistas inter se dissentire

dicimus,quia quidam carni Christi magis operam impenderunt, alij autem Theologiæ plus incubuere;ac hi quidem ex rebus nostris,illi autem ex supernis initiū fecere,præconiumq; ad utilitatem, ut arbitror,capientium distribuerunt,cū ita in eis spiritus figuraret.

Proinde cū multi olim fuerint pietate clari, ac nunc quoq; sint homines,ueluti legislatore,populorū duces,prophetę,doctores, fortes ad sanguinis usq; effusionem,age cū illis nostra consideremus; sic enim uirū hūc recte cognoscere ualebimus. Adam Dei manu, necnon delitijs paradisi, & legislatione prima factus est dignus:sed ne quid blasphemi contra primæuum proferam parentem,reuerentia dictū sit, mandatū non seruauit. Basilius uero accepit,& seruauit, ac nequaq; cognitionis læsus est ligno, rōpheamq; euasit igneam,& ut plane noui,paradisum est adeptus. Enos primus sperauit;ut inuocaret dominū: Basilius autem inuocauit,& alijs quoq; prędicauit,quod quidē inuocatione longe honorabilius est. Enoch ob breuem translatus est pietatem,tum enim fides adhuc in umbra erat, præmium pietatis inueniens translationem,sicq; reliquæ uitæ periculum effugit: Basilij aūt tota uita translatio fuit,ipsaq; perfecte in uita probatus perfecta. Noë archa,& semina mundi secunda, in ligno concredita fuere paruo,& per undas seruata: Basilius aūt impietatis effugit diluuium, ac ciuitatem suam celeriter salutis fecit archam, cum undiq; hæreticis esset referta,ex qua & mundū totum reuocauit. Magnus fuit Abraham,& patriarcha,& sacrificus sacrificij noui,qui eum, quem ex promissione acceperat,sacrificiū promptum suo obtulit datori, & ad iugulationē usq; produxit:sed nec Basilius illo minus fecit,seipsum enim Deo obtulit, & nihil tanq; idem esset suppositi: Quid enim erat uictimā offerre? Isaac ante natiuitatem etiam promissus est; Basilius uero promissio ipsa fuit, Rebeccamq; Ecclesiam dico,nō longinquè,sed propinquè duxit, non per legationem seruilem,sed a Deo traditam, & cōmissam, neq; in filiorū prælatione deceptus fuit,sed unicuiq;,quę digna erant, cū spiritus iudicio distribuit. Iacobi scalam laudo, ac statuam quam Deo unxit, necnon luctam cū illo,si qua saltem fuit humanæ,ut arbitror, mensuræ ad numinis sublimitatē comparatio,unde & fęmoris dolor,naturę deuictę symbolū. Laudo etiam pulchrū illud uiri circa pecora cōmentum, & successum, necnō duodecim ex eo patriarchas,ac benedictionis distributionem cū prophetia futurorū nequaq; ingenerosa. Verū & Basilij laudo scalam, non solū uisam,sed & ascensam ascensionibus per uirtutem pedetētim,ac statuam non quam unxit,sed Deo erexit,quò impiorū facta notaret infamia,& luctam,non qua contra Deum,sed pro Deo decertauit,dum hæreticorū errores in terram prostrauit;sed & pastoralē uiri artem,ex qua ditatus est, & pecora potius generosa,q; obscura possedit,ac pulchrā sobolem eorū, qui secundū Deum sunt nati,necnon benedictionē,quæ confirmauit multos. Ioseph frumēti distributor fuit,sed in Ægypto solū,nec sæpius,& corporaliter quidē: Basilius uerò omnibus distribuit, semper & spiritaliter. Quod mihi distributione illa longè uenerabilius existit. Cū Iob tentatur, & uincit,in fineq; splendide certaminū uictor pronunciatur, a nullo impugnante,licet multi forent, concussus, uerū longè tentatorem superans in lucta: Sed & amicorū irrationale refrenauit, qui passionis ignorabāt mysterium. Moses,& Aaron inter sacerdotes eius,& magnus quidē. Moses

affligens Ægyptũ,& populum saluans in signis multis, ac miraculis,nubem ingrediens,duplicem legem ferens, literalem extra, spiritalem intra; Aaron aũt Mosis frater,& corpore, & spiritu, pro populo orans,ac sacrificans,tabernaculi sacri, & magni, quod cõpegit dominus,& non homo,mystes. Amborũ horum Basilius æmulator fuit, nequaq; corporalibus flagellis,sed spiritalibus,& rationalibus,populũ hæreticum,& Ægyptiacũ affligens.Deduxit autem populũ acceptum,bonorũ operum çmulatorem ad terram promissionis,tabulisq; minime frãgibilibꝰ, sed duraturis legis inscripsit,non iam umbratiles,sed ualde spiritales.In sancta uo sanctorũ non semel in anno,sed sæpius,& per singulos ut ita dicã, dies est ingressus. Vnde & sanctã nobis reuelauit trinitatem, populumq; expiauit non aspersione temporali, sed expurgatione perpetua. Porrò quid ex Iesu Naue rebus pulcherrimũ fuit? Imperiũ rei militaris,sortis distributio,ac terræ sanctæ occupatio. Basilius uerò nonne princeps, & dux fuit eorũ,qui per fidem saluantur? Nonne hæreditatũ penes Deum diuersarũ distributor,& illarũ tantum,quas distribuit ijs,quorũ dux fuit; ita ut uocem illam emittere posset,quoniam sors mihi cecidit inter fortissimos,& in manibus sortes meæ,longe honorabiliores, q̃ quæ in terra sitæ sunt,& diripi possunt? Et ut Iudices prętereamus,aut Iudicũ clarissimos: Samuel inter eos,q̃ inuocant nomen eius,& ante natiuitatẽ suã oblatus,ac statim postq̃ genitus fuit sacerdos,& unctor regũ,ac sacerdotũ per cornu: Basilius uero nonne ab infantia Deo a matre est consecratus;& cũ tunica oblatus altari;uiditq; supercœlestia unctus dñi,& unctor eorꝝ, qui ex spiritu sunt initiati? Dauid inter reges decantatus,cuius multæ cõtra inimicos referunt uictoriæ,& trophea,sed mansuetudo in eo præcipua fuit, & ante regnũ citharæ uis,quæ spm̃ incantabat malignum.Salomon cordis latitudinem a deo petijt,& consecutus est,adeoq; sapientia,& contẽplatione profecit, ut inter cũctos tẽporis sui homines clarissimus sit effectus:Basilius uero mansuetudine huius,sapientia aũt illius, secundum opinionem meã,minime,aut parumper superatur.Nam et regũ insanientium audaciã demulsit,& non Austri reginã solam,neq; hunc, seu illũ ob sapientiæ eius gloriã ex finibus terræ attraxit uniuersæ,sed omnibus finibus sapiẽtia sua cognitus est.Reliqua uero Salomonis obticeo; omnibus.n.nota sunt,etiã si nos parcamus.Laudas Heliæ contra tyrannos dicendi audaciam,& raptum per ignẽ, necnon pulchram hæreditatẽ Helisæi pallium, siue spiritũ Heliæ subsequentẽ:lauda ẽt Basilij in igne uitam,multitudinem(inquam) tentationũ, & per ignem salutem,ardentem qdem, sed non deflagrantẽ, rubi miraculũ,ac pulchrum ex alto indumentũ,carnem consumptã.Obmitto alia.Iuuenes in igne rore perfusos, ac prophetã fugitiuũ in ceti uentre orantem,necnon iustũ illum in lacu,tanq; a thalamo bestiæ procedentem,& leonũ ferociam ligantẽ, aut septem Machabæorꝝ certamen, qui cum matre sancta per sanguinẽ sunt consecrati,cum omnibus alijs,qui sui experimentum exhibuere; quorũ constantiam Basilius est æmulatus, ac gloriam tulit sempiternam.

Proinde si ad nouam accesero legem,& eos,qui in illa claruerunt,cum Basilio conferã,discipulũ honorabo per doctores. Quis Iesu fuit præcursor? Ioannes,tanq; uox uerbi,& quasi lampas luminis, erga quẽ etiã exultauit in utero,& ante illum ad inferos præcurrit,per Herodis insaniã illuc

demissus, ut & ibi Christi annunciaret aduentum. Quòd si sermo noster uidetur audacior, illud prædictis addatur, quod nequaq̃ ideo hanc facio comparationem, quia uirum illum præponam, aut parem putem illi, qui inter natos mulierũ omnes superauit, sed ut ostendã hunc illius fuisse imitatorem, & aliqd ex charactere eius retinentẽ. Siquidẽ res non parua est honestis imitatio maximorũ, etiam si sit parua. Nonne enim uir ille simulachrum fuit manifestũ philosophiæ illius? Nam & hic in deserto habitauit, & in nocte ueste amiciebaꝫ aspera, quæ celabatur, & nequaq̃ ostendebatur; sed & parẽ cibum dilexit, deo per abstinentiã purgatus: quin ẽt Christi præco fieri optauit, etiam si non esset præcursor: & exiuit ad eum non solũ regio circumiecta, sed remotissima etiam. Sed & inter duo medius fuit testamenta: huius enim literam dissoluit, illius autem spiritũ publicauit: nam impletionem legis occulti manifestam fecit dissolutionem. Petri zelũ imitatus est, & uigorem Pauli, clarorũ illorum, & plusq̃ celeberrimorum, amborũ uero fidẽ. Filiorum Zebedæi magniloquentiã: omnium discipulorum frugalitatẽ, & mediocritatẽ. Quapropter cœlorũ claues illi sunt concreditæ Non.n.a Hierusalem usq̃ in Illyriam solũ, sed maiorem etiã circulũ est amplexus; nec tonitrui filius est uocatus, sed factus. Quin & super Iesu pectus recubuit, unde & sermonis uim, necnon sciẽtiæ hausit profunditatem. Stephanus autem fieri prohibitus est, tametsi prõptus esset, reuerentia cohibens lapidantes.

9 *Basilius deo per abstinentiam purgatus.*

Sed & succincti⁹ dicere possum, ne facta eius enumerẽ singula: ex bonis quædã adinuenit, alia imitatus est, nonnulla aũt deuicit. Nã oĩum gr̃a uenire, eoꝝ etiã, q nũc sunt, oĩum est dñari. Vnũ oĩb⁹ breuiter addidero; Tanta uiri erat uirtus, tãtaq̃ glorię ei⁹ abũdantia, ut & multa, ac q̃ ex paruis illius erant, inter q̃ & refrenationes corporales erãt, ab alĳs ad gloriã cedere putarenẽ; ueluti pallor, barba, iceſsius compositus, ac tarditas i sermone, q plenus erat prudẽtia, & ad ĩterna ptingens: q̃ multis, q ea minus bene imitari, & cognoscere possunt, i morositatẽ cedũt. Quin i uestit⁹ forma, ac lecti figura, necnon cibi consuetudine, nulla ab eo adhibebaꝫ diligẽtia, sed simpl'r se gerebat, & fortuito, secũdũ qđ eueniebat. Sané multos Basilios, quantũ ad uisum cernere licet, statuas umbratiles: nimiũ enim ẽ ut nominenẽ postphani Vox enim ea est nouissima; sed euidenti⁹ discernitur. Illi aũt longi⁹ a uiro distant, q̃ quantũ appropinquare desiderãt. Veꝝ hoc iã nequaq̃ paruũ ẽ ad gloriã; & merito q̃dem, ut eis aliq̃n uel parũper appropinquare cõtingat, quo emẽdenẽ, aut aliqd studiosẽ, ac diligenter dictũ, aut factũ eius mandent memoriæ: quẽadmodũ ego mihi sæpi⁹ ad gloriã cessisse scio, qm̃ ea, q̃ uiro fortuito exciderũt, longè præstantiora sunt, & clariora, q̃ quæ ab alĳs magna diligentia sunt elaborata.

Postq̃ aũt cursum perfecerat, ac fidẽ seruauerat, resolutionẽ desiderabat, iamq̃ coronaꝝ istabat tp̃s. Verũ minimẽ i montẽ ascẽdere, & ibi occũbere iussus est. Obĳt aũt, & ad nos ascẽdit. Sed & hic miraculum p̃dictis nõ posterius accidit. Iam ferè mortuus erat, ita ut nec ampli⁹ spirare, ac multũ uitæ exhalasse uideretẽ, uocalior tñ in sermonib⁹ redditus est nouissimis, quo cũ uerbis abiret pietatis. Insup & successorẽ elegit ministrũ suũ fidelissimũ, cui & manũ, & spiritũ dedit, ne gradus discipulos eius, & sacerdotĳ adiutores afficeret iniuria. Verũ sermo iã ultra progredi cunctatur; progredieẽ tñ, quãuis plus alios, q̃ me deceat, qm̃ nequaq̃ i afflictio-

nib⁹ philosophari queo, ẽt si ualde philosophari studeã, cõmunis memor damni, & afflictionis orbis uniuersi. Decũbebat uir, spiritũq; trahebat no uissimum, & a superno q̃rebaẽ choro, ad quẽ iampridem respiciebat. Cõfluebat aũt ad eum ciuitas uniuersa minime damnũ ferens, peregrinationemq; illius, tanq; tyrannũ incusabat, ac aĩam eius, quasi manibus, uel precib⁹ cogi posset, retinere satagebat. Siquidẽ calamitas ea hoies quasi desipientes reddebat, & unusquisq; aliqd de propria uita, si possibile fuisset, illi impartiri paratus erat. Postq; aũt superati sunt, necesse. n. erat ut ostenderet q̃ homo esset; & ipse in manus tuas dñe spm̃ meũ repono, angelis nouissimè dixit abducentib⁹, non insuauiter expirauit, præsentesq; sacris q̃busdam istruxit, ac meliores extremis reddidit mandatis. Tum miraculum factum est iter oĩa quæ unquã acciderũt, celeberrimũ. Gestabaẽ sanctus manibus sanctorum eleuatus; singuliq; contendebant, & hic qdem ut fimbriam contingeret, uel ab umbra contingereẽ, alius ut lectulũ, quo sacer ille efferebaẽ, solum tangeret: Quid enim corpore illius sancti⁹, ac puriusq; alius ut gestantib⁹ appropinquare posset, qdam ut solum spectaculo perfrui ualeret, ac si necesse foret, ut & illud celebrareẽ. Plenæ erant porticus, fora, fenestræ, culmina hoibus, q illũ præmittebant, gerebant, & inuicẽ succedebãt ex omni genere, & ætate numerus infinit⁹: psalmodiæ resonabant antea incognitæ, luctu permixtæ, sapientiaq; passionis soluebaẽ magnitudine. Certamẽ aũt nostris cũ Græcis, externis, Iudæis, & alienis erat, pariter & illis nobiscũ, ut q pl⁹ lugeret, mai⁹ quoq; referret cõmodũ.

Finis sermonis, & ad periculũ usq; animi ꝓcessit affectio. Cum ipso. n. discessere animæ non paucæ, afflictionis, & ꝓturbationis ui abreptæ, q̃ & tandem ueluti itineris comites beatitudinẽ sunt assecutæ. Eas ex feruentioribus quispiã rectẽ uictimas sepulchrales appellauerit: corpus uero uix effugit discerpentes; uicitq; instaurantes pompã, sicq; sepulchro patrũ suorum est illatus, sacerdotibusq; iũctus archisacerdos, præconibus uox magna, & in auribus resonans meis, martyr martyribus. Et nunc in cœlis degit, ibiq; pro nobis, ut arbitror, sacrificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit.

Egò uero Gregorius semimortuus sum, & semisectus, tam magna priuatus conuersatione, uitamq; exigo lugubrẽ, & nequaq; prosperã, quem ad modũ par est segregatũ ab illo. Ac nescio qũo post institutionẽ illius fiam, q nunc ẽt per uisum admoneor nocturnũ, & respisco, cũ excido a decoro. Verũ nequaq; hæc ideo refero, quo laudibus intermisceã lachrymas, sed ut uiri conuersationẽ memoriæ cõmendem, ac tẽpori, cõem uirtutis statuã tabulã, & inscriptionem salutarẽ Ecclesijs; ac animabus cunctis; ad quã respicientes, uitam tanq; ad legẽ dirigant animatã. Vobis autem, q gesta eius celebratis, in primis consulo, ut semper ad eũ respiciatis, & tanq; ipse uideat, & uideaẽ, præparemini spiritui. Adestote igiẽ, ac uniuerso choro illius me circũsistite, tã ñ, qui gradus sunt, q̃ inferiores, siue nostri, seu extranei, ac laudẽ eius pariter mecũ celebrate, aliusq; aliud qd ex rebus eius narret, aut quærat pulchris; qui in throno consideris legislatorem, q res administratis publicas rerũ publicarum administratorẽ, popularis disciplinã, eloquentiæ studioũ doctorẽ, uirgines pronubũ, iugo sub iectæ moderatorẽ, solitariq; alatũ, permixti iudicem, simplices ductorẽ, cõtemplantes Theologũ, læte agentes frenum, calamitatibus oppressi con

10

Vide solennes Basilij exequias.

Nil corpore Basilij mortui sanctius & purius.

Psalmodiæ in eius elatione resonabant.

11

Lege lege sanctorũ inimice. Basilius nũc degit in cœlis, ibi pro nobis affert sacrificia, orat pro populo, nec nos omnino reliquit.

12

Et tanquam ipse uideat & uideatur, ꝓparemini spiritui. Ergo sancti sciũt quæ circa nos aguntur.

13 *Tu qui dicis priscos patres deum interpellasse, non sanctos. Iniuriã facere xpo qui eo omisso ad sanctos recurrũt. Sãctos mortuos nihil posse. Invocationem dei necessariã, obtenebrari p idolatricã invocationẽ mortuorum hominũ. Vide quo hoc in loco omnia tua mendacia prosternantur & conculcentur penitus. Invocaret ne Theologus præstantissimus Basilium mortuũ, si hæc uera essent, quæ tu miser confingis? Non equidem. Habetur lib. 7. Historiæ tripartitæ, cap. 36*

solationem, senectus baculũ, iuuentus correptorẽ, paupertas largitorem, opulentia dispensatorẽ: sed & uiduæ uidenẽ mihi tutorem laudare, & pupilli patrẽ; pauperes uero paperũ amatorem, ac hospitalem hospites, fratresq; fratrum amatorem, ægrotantes medicum, in quacunq; infirmitate remedium, sani custodem sanitatis, omnes eum, qui omnibus factus est omnia, ut lucraretur omnes, aut plures.

Hoc tibi, Basili, munus a nobis sit impensum, tanq; a lingua tibi quondam suauissima, & eo, q honore, & ætate tibi fuit æqualis. Quod si iuxta dignitatẽ tibi sint gratiæ, tui enim confidentia sermonem hunc de te instituit. Si aũt a spe longe excidi, quid me pati oportet senectute, & morbo, necnon desiderio tui maceratũ? Attamen deo acceptũ est qcquid fit pro uiribus. Tu aũt sacrum ac diuinum caput, ex alto nos respice, & carnis stimulũ, instructionem nostram a deo nobis datã, aut tuis siste precibus, aut fortiter me ferre persuade, totamq; uitã nobis in melius permuta. Cũ uero emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis, quo simul uiuentes, Trinitatẽ sanctam, & beatam pariter aspiciamus purius, & perfectius, cuius nunc simulachrũ mediocriter percipimus. Ibi desiderium sistemus, ac eã accipiemus retributionẽ, quam pugnando acquisiuimus, & acqrimus. Tibi igitur hic a nobis dictus sit sermo: nos autem quis post te, cum uitã exegimus, laudabit? Si saltem quid laude dignũ præstitimus sermonibus, in Christo Iesu domino nostro, cui sit gloria in secula. Amen.

EORVM QVÆ D. BASILIO CVM VALENTE Imperatore contigerunt, particularis narratio, per Cassiodorũ senatorem conscripta.

t Heodoretus. Valens Imperator cũ uniuersas (ut ita dicam) ecclesias pastore nudasset, in Cæsareã Cappadociæ uenit, cuius tũc pręsul erat Basilius, lumen totius orbis. Pręmisitq; Præfectum præcipiẽs, ut aut flecteret Basilium, ut dogmati cõmunicaret Eudoxij, aut hoc facere nolens expelleret. Audiens enim gloriam tanti uiri, uoluit ei prius inferre certamen, ne cũ fortiter Basilius eius iacula deuitaret, fieret cæteris clarior imago uirtutis.

Huius machinamenta uelut tela aranæ facta sunt: suffecerunt enim cæteris sacerdotib⁹ ad utilitatẽ sui antiquæ patrũ narrationes, & uelut quædam turres murũ fidei indeclinabilem seruauerũt. Porro Præfectus cæsareã ueniens, & euocans magnũ Basiliũ honorauit, & mansuetis apud eũ sermonib⁹ usus est, monens, ut tempori pareret, & non tot ecclesias propter prauam dogmatũ subtilitatẽ uexari pateret. Promittebat ẽt imperatoriam amicitiã, multaq; beneficia pp hæc plurimis offerenda. Verum ille uir sacratissimus ait adolescentib⁹ hęc uerba cõgruere: illi, inquit, & illoꝝ similes talia promissa respiciunt. Nam q diuinis inutriti sunt eloquijs, corrumpere de diuinis dogmatib⁹ ne unam qdem syllabam patiunt, sed pro bis (si contingat) etiam omnes mortis species amplectunt. Amicitiã aũt Imperatoris magnam qdem cum pietate iudico, sine qua pernicie potius hanc appello. Cumq; Præfectus sæuiret in eum, stultumq; uocaret; sanctus Basilius ait: Hanc stultitiam semp habere exopto. Quem cum egredi tunc iuberet, ut quid deberet facere cogitaret, sententiamq; suã altero die depromeret,

14 *Nota hæretice quod qui diuinis sunt inuutriti eloquijs, ne unã quidem syllabam de diuinis dogmatibus corrupere patiuntur, & pro his etiã si con*

depromeret, ferẽ uir ille inclytus hoc dixisse: Ego qdem etiam cras ipse regrediar, dummodo tu sententiam nõ permutes, sed utere minis tuis. Post hæc uerba Præfectus occurrens, Imperatori quæ dicta fuerant, & uirtutẽ uiri huius, animæq; fortitudinẽ, & fiduciam nunciauit. Tunc ergo tacens Imperator ingressus est. Post hæc contigit, ut diuinitus sibi plagas uideret immissas. Filius. n. eius ægrotãs, circa ipsius mortis metas agebat. Sed & coniugẽ diuersæ occupauerant passiones. Cognoscẽs ergo causas suæ tristitiæ, uirum sacratissimũ, quẽ punire minabat, uenire ad palatiũ deprecatus est. Duces aũt præceptis imperialibus ministrabant. Tum itaq; magnus Basilius ueniens ad palatium, uidensq; principis filium circa mortẽ, ad uitam eum remeaturũ esse promisit, si per pios uiros sacro baptismate potiret. Hæc cum dixisset egressus est. At ille iusiurãdi, quod baptismatis tempore promiserat memor, secundũ stultum errorem præsentib⁹ Arianis filium baptizare præcepit. Quo gesto, mox infans finem uitæ sortitus est. Pœnitentia uero ductus Valens, & noxiam iusiurandi iudicans ueritatem, in sacrum templum ingressus, magni Basilij magisterio fretus est, & altari obtulit dona solennia. Quem intra aulæa, ubi ipse residebat, uenire præcipiens, multa apud eũ de diuinis dogmatib⁹ uerba locutus est, & docentẽ libenter audiuit. Vbi tunc aderat qdam noïe Demosthenes sup Imperiales epulas constitutus, q cũ doctorẽ mũdi culparet, Barbarismũ fecit. Tum sanctus Basili⁹ subridens: Vidimus, inqt, sine literis Demosthenẽ. Quum uero magis ille minaret, sanct⁹ ait Basilius: Tuum est de pulmẽtarijs cogitare, non dogmata diuina decoquere. Post hæc Imperator ita dilexit uirum, ut etiam optima prædia, quæ illic habebat, pauperibus, qui ab eo gubernabant, offerret, ex qb⁹ leprosis p̃cipue necessaria ministrãt.

Primum ergo Valẽtis impetũ hoc modo magnus Basilius declinauit. Quum uero postea reuersus illuc fuisset, priorum oblitus, qm̃ a seductoribus eius uoluntas obsidebat, rursus eũ monebat, ut ad partes inclinaretur hæreticas. Cui non persuadens, legem de eius scribi præcepit exilio, quã uolens manus suæ subscriptione roborare, nullũ apicem complere ualuit: calamus. n. contritus est. Cumq; secundus, & tertius calamus hoc pertulisset, & adhuc legẽ impiam firmare contenderet, commota est eius dextra, eamq; subito tremor inuasit. Tunc eius animo terrore impleto, ambabus manibus chartã rupit. Ostenditq; prouisor omnium deus, q; & alios ipse permiserit pati, & hunc ab insidijs liberarit: & per ea, quæ in isto contigere, signum propriæ uirtutis ostendens, & per alia dispensationis fortitudinem uirorum prædicans optimorum.

tingat, omnes mortis species amplectãtur. Et tu nũc audes omnia illa subuertere?

VITA D. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI A GREGORIO PRESBYTERO CONSCRIPTA.

c Onuocat uos, uiri, Gregorius, recte Theologi cognomine insignitus, ad spirituale sermonũ conuiuium, apponitq; uobis cibũ imaterialem, cunctis delitijs conditũ, ac omni corruptibili sublimiorẽ. Cæterũ nolite mirari, quod ad tantam prolapsus sum audaciã, ut tã propriæ imbecillitatis, quã magnitudinis illius oblitus esse uidear, cũ ipse ob uirtutis excellentiã, usq; ad hodiernũ fere diem, ab omnibus taciturnitate fuerit honoratus; nullusq;

doctor,aut scriptor uitã eius tali ordine,& serie explicuerit,ut tãti uiri res præclare gestæ digne posteritati fuissent cõmendatæ:quod ipse quidem magno pstitit Basilio,necnon Episcopis alijs,ac martyribus beatis,quorum uitã cũ uniuersis eoꝝ gestis memoriæ mandauit perpetuæ. Primum enim impossibile erat, ut uenerando huic genitori, qui hic uobiscũ astat, contradicerẽ,cũ sermones,tancp debitum quoddã a me extorqueret, & ad diuini Gregorij laudẽ celebrandã, non minus paterne,cp heriliter, & uehementer quidẽ cõpelleret,ac obedire iuberet, insuper non parũ percõminaretur,& hanc tã generationis,cp educationis retributionẽ exigeret. Deinde nequacp mihi uidenẽ sancti,talẽ nobis uirtutem inuidere, quæ cũ in uita ob oculos posita fuerit, multos ad imitandum hortari possit,& bonum haud sinat ex hominũ aboleri memoria,sed illud quotidie renouet. Quapropter obmisso præludio longiori,Theologũ meoꝝ sermonũ primitijs,tancp nuper decerptis coronabo floribus. Quod si tenuius,cp dignitas eius requirit,animi tũ promptitudo nequacp deerit. Arbitror autẽ uirum hunc tancp in omnibus perfectũ, & hanc meam laudẽ benigne laturum:nã & patribus magis accepta est infantiũ balbuties,præcipue cũ ex animi procedit simplicitate,cp adultoꝝ sermo articulatus,& admodum sonorus. Accedit q honor,q per sermones celebrat, præcipue Gregorio nostro peculiaris existit. Quibus enim unusquisq oblectat,eisdem et aliquando honoratus lætatur:quin et cũ uiueret corporaliter,præ cunctis rebus alijs sermonibus gaudebat. Ac ideo cũ sapientiam amplexus fuisset, & illius amator esset factus,& ab ipsa iuxta parœmiã fuisset seruatus:cur postcp huius seculi rebus ualedixit, & præsentia cũ uita puriori,& q plus accedit sapientię permutauit,non magis his gauderet,& oblectaret? Vos aũt,contio sacra,precor, nolite multitudinẽ rerum præclare ab ipso gestarum nimis exacte scrutari,qm̃ nullus scriptor illas nobis per manus tradidit, sed eas mihi per sermones eius hinc inde dispersos colligere necesse fuit,ædificantiũ instar, qui undicp calculos colligunt, ac eos in unius domus supplementum coaptant.

Incipiã igit unde incipere est conuenientissimũ, nempe a patria illius, quæ ciuitas fuit Nazianzenis,inter Cappadoces dignitate secunda:quę tanti uiri natiuitate adeo est illustrata, ut ad ultimos orbis fines per eũ sit cognita. Siquidem nequacp Pella per Alexandrũ adeo splendida est facta,nec Persæ per Cyrũ tam uehementer sunt exaltati, quantũ Nazianzum per Gregoriũ,quod oppidum,iuxta meã opinionẽ,propter uiri tanti uirtutes,ex diametro inter Indos,& Britannos est sitũ, quo utrincp redderetur insigne. Parentes autẽ eius generosi fuere,& iusti, magiscp animarum,cp corporũ puritate inseparabiles,ex quibus Pater,tancp alius Abraham paternã reliquit terram,& idola, peregrinatuscp est ad religionẽ. Si quidem deposita infelicitate,& abiecto Hypsistariorũ errore, legitimus gratiæ factus est mystes:primo quidẽ ouis, deinde ob summã eruditionẽ in Nazianzenis et Ecclesiæ assumptus est pastorem. Matrẽ uero sortitus est sanctã,& ex sanctis maioribus ortam, quæ inter cætera pietatẽ quocp hæreditario quasi iure acquisiuit. Sane cũ prolis uirilis teneret desiderio, taliũ bonoꝝ datori supplicauit,ut uoti huius cõpos fieret. Et proh fides, proh feruor spiritus. Quã primũ deo partum,quẽadmodũ Anna Samuelem uouisset,mox et nascendum concepit. Ille igitur, qui uoluntatẽ timen

1 *Tũ qui dicis non esse uouendum,eo quod Christus donauerit nobis libertatem, &*

tium eũ implet,per uisum nocturnum ipsi puerũ ẽt nondum natum osten dit,simul & formam,ac nomen illius indicauit. At illa cũ eum peperisset, paulopost ẽt deo dicauit:dolores maternos,necnõ mœrores muliebres, doni supernas magnanimitate. At puer in paternis moribus enutritus, na turæ felicitate,adeo inter cœtaneos præcelluit, ut ætas tenera nequaquã illi impedimento esset, quò minus ad perfectorum,& mores, & doctri nam accedere posset.

Disciplinas igit iuueniles,ac triuiales,cum ferè cursim attigisset, penit⁹ despexit,tanq̃ inutiles,& quæ non nisi meliorib⁹ impedimento forent. Si quidẽ uirtutis possessionẽ aufert malitia, quẽadmodũ & unguenti odorẽ fœtor corrũpit,si iuxta constitutus fuerit. Sanè cũ iam ad pubertatẽ puerisset,ac eloquentiæ teneret desiderio,cęsareã perrexit, ubi & cũ optimis conuersatus est p̃ceptoribus, doctrinamq̃ hanc paruã est adeptus. Hinc in Palæstinã nauigauit, ut ibi Rhetoricæ operã daret, quo & eloquentia excellere,& hoium illoꝝ mores pdiscere ualeret.Inde Alexandriã perrexit,& ad Pharum,ita ut multas ciuitates uideret, & multoꝝ hoium prudentiã, pro sapientia acquirenda addisceret:quẽadmodũ ex sapientibus quidã inquit. Cumq́ plurimũ utilitatis ibi fuisset consecutus,ad matrem sermonũ Athenas naue Æginetica transfretauit.Verũ cũ in Parthenio nauigaret pelago,tpe procelloso, ac nauigatione iactarent aduersa, subito tempestas adeo uiolenta est exorta,ut in uitæ etiã ueniret discrimen. Caligo.n.nequaq̃ procellis tolerabilior,tam pontũ quã ętherẽ abscondebat. Cumq̃ oẽs corporalem deplorarent mortem, ipse de aię solicitus erat interitu,nondum enim baptismate signatus erat. Mors igit q̃ ex aqua immi nebat,salutẽ illi per aquã contulit.Quid igit facit magnus ille,et q̃ ante re generationẽ seipsum ueritate formabat? Vestimento circũdatus, clamoribus,& eiulationib⁹ ita pariter nauigantes cõmouit, ut oẽs proprijs neglectis periculis luctũ illius adiuuarent.Dei enim miracula recensuit, quæ in Ægypto,& in deserto,tam in pelago,q̃ in terra perpetrauerat:ueluti maris rubri diuisionẽ,& mox reductionẽ,quẽadmodũq̃ ex petra fontem p̃fudisset,et aquã amarã edulcasset:Amalec obtrũcasset p̃ manus inermes, q̃ salutiferã portenderent crucẽ:muros Hierichontios absq̃ cũctis subuertisset machinis:prophetã ex ceti uentre saluasset.Et alia, q̃ in sacris continentẽ libris.Promittens obiter,si ex pelagi saluareẽ periculo, & baptismatis remissionẽ consequereẽ,quod se saluanti esset dedicaturus. Precib⁹ igit illũ flectit,q̃ alioq propitius eẽ, & culpã ob naturæ mansuetudinẽ remittere solet.Confestim nanq̃ mare fluctuare cessauit, & tempestas in serenitatẽ est conuersa,ac pelagus quod eousq̃ uehementer sęuierat,quieuit.Et hic qdem in illis erat.At parentib⁹ eius in somno ostendebat, qd filio accidisset.Illi uero patrũ more (quid enim plura dicere referẽ)orationib⁹ & lachrymis Deum obsecrabant,ut illi in mari periclitãti opem ferret. Cõfestim igit post supplicationẽ uiderũt in somno filiũ, Erinnym quandam, & ultricẽ furiã manib⁹ captiuam tenere. Quę uehementer illi reluctabat. Hæc cũ post reditum eius a parentib⁹ referri audiuisset, grãs egit saluatori.Et hæc postea euenere. Quidam præterea ex ijs,q̃ una nauigabant,iuuenis admodũ illi acceptus, uidit in nocte, cũ res in maximo esset discrimine,matrẽ beati illius,per mare gradientẽ, & nauem ad continentem ptrahentem.Hanc uisionẽ cũ enarrasset,cõfestim mira secuta est trãquillitas.

uota redigant in seruitutẽ, Vide hic Gregorium ex uoto sanctissimæ matris suæ natum,& deo post natiuitatẽ ab illa dedicatum.Nam libertas qua te Christus donauit, non est a uoti aut iuramenti obligatione, nec ab obedientia magistratus tam secularis quã Ecclesiastici,sed a peccatis,& ab ijs quæ spiritum nostrum quo quo modo impediũt, quo minus deo totus seruiat.

2

Videsne & hic uotũ a Gregorio si ex matri saluaretur, deo factum?

Quapropter infideles cũcti,q in naui erant,fide ad Gregorĩ accurrebant Deum,ipsumq; adiutorem fuisse sunt confessi. Nunqd hoc Heliæ miraculo est inferius? qui cum contra idolatricam insaniam sidoniæ stetisset,igne peregrino,& cœlesti sacrificiũ consumpsit, quo Israel ad ueri Dei fidẽ inducere posset, ita ut populus admiratione captus clamaret: Dñs ipse est Deus,uerus Deꝰ est ipse. Talis erat Gregorius inopinata salute prædituꝰ: multos.n.infinitis errorib⁹ irretitos in unam uiã, et fidei perduxit semitam.

Postq̃ uero Græcia ipsum tenuit, & glorioſum nomen Athenarũ, qd dicere necesse est,cũ quanta animi susceptus sit beneuolentia? Confestim enim tam a doctorib⁹,q̃ a discipulis,præstantissimus in sermonib⁹ est iudicatus. Cum uero non multũ effluxisset temporis, uenit Athenas a Byzantio Basilius magnus,eiusdem doctrinæ causa. Sodales igit̃, & contubernales sunt facti,uerũtamen haud facile qs explicauerit,quantũ coniũctio illa,& consuetudo utriq; profuerit. Qui enim solus est, etiam si quid recte nouit,non tamen sibĩpsi credit, sed obambulans q̃rit a quo cõfirmetur. Cum aũt duo in unũ doctrinæ cõmiscent̃ desideriũ,tum iter se ostendunt firmamentũ,ac eũ,q partim inuenit,necnon illũ,q ueritatẽ cõfirmat, comprehendunt in seipsis. Et ut breuiter dicã,pari æmulatione sub unum reducti sunt iugũ: Siquidẽ una fide erant illuminati, & unanimes uirtutis amatores,q pari festinarent cursu,ita ut arantiũ,aut agricolarũ instar,prõptitudine æquali sapientiæ aruum seminarent,meterent, & copiosum colligerent fructũ. Animi enim fortitudine, & aduersitatũ tolerantia omnes fere coætaneos exuperabant. Etenim quẽadmodũ equi ut plurimum umbra & strepitu cõmoueri solent,ita ẽt iuuentus ob res aduersas indignari consueuit,& dolere: at ipsi ediuerso constantes erant, & immobiles,in ĩjs quæ sæpius ac multipliciter quidẽ accidebant, ita ut cũ terræmotus horrendus Græciam concussisset, ipsi apud omnes magnanimitatẽ suam,& prophetica uoce se dignos ostenderent,quæ ait, si etiam terra fuerit concussa,non tñ timebimus. Proinde corpora a iuuentute omni exercuerunt

3 *Ecce mirã Gregorij & Basilij abstinẽtiã.*

abstinentia,contenti necessarĩjs,Heliæ instar,& Ioannis,qui ex arborũ uiuebant fructibus. Quę uero ad uentris delicias,necnon ad gulæ ptinerent irritamenta,penitus contempserunt, uoluptatesq; longe ualere iusserũt.

4 *Duo isti præcipua Orientalis Ecclesiæ lumina, in tota uita pure ac illibate seruarunt deo castitatem.*

Quid autem de castitate dicam? quã in omni uita pure ac illibate deo conseruarunt,ita ut minus redargui possent,q̃ Xenocrates ille, & Polemon: ex qbus hic dum cũ scorto dormiret ĩmobilis iacuit: ad illũ uero uix prostitutæ ingredi audebant,cum nimiũ philosophi seueritatem timerent. Et in his quidem uiri isti egregie se gerebant. Sane fori, aut concertationum nullam habebant curã,Aristidẽ in hac re imitati,ne ex uirtute pecuniã ac

Et quidam nostro tẽpore audent dicere, sacerdotes domini deberent permitti uxores habere, sicut sacerdotes ueteris legis & Græci.

quirere,aut philosophiã ultro mercenariam facere uiderent̃. Erant aũt omnibus æque boni,auaritiamq;, & prodigalitatẽ pariter fugiebãt, ac intra terminos manebant honesti. Adeo aũt concertationes contemnebãt, & ita super Antisthenẽ,& Diogenem,necnon Cratetẽ attollebãtur, ut disciplinam illorum differendi abĩcerent. Pariter.n. facultates tales despiciebant. Arrogantiam aũt,& gloriam inanem longe repellebant, qbus admirandi illi canes,publicis præconĩjs,homines capere solent,superbia,aliorum omnium instar philosophiæ puritatem inquinantes.

Cæterũ de studior̃ diligentia, quid dicere attinet? cum uniuersa eorũ uita in sola uersaret̃ meditatione, desideriumq; indefinens in scientiæ sitũ

esset

esset adeptione, ita ut die & nocte pro ea insudarent, quẽ admodũ Iob inquit beatus. Recte. n. nouerant generosi, quod meditatio referta esset labore, at perseuerantia, & multitudo cognitionis præstaret robur. Inde illis contigit, ut non solũ temporis sui doctores, sed & ueterũ cũplurimos tam labore, cũ naturæ superarent felicitate. Porro honestis tm incumbebant studijs, siquidẽ in Grammatica nihil eos latebat. Ex Rhetorica autẽ solũmodo eloquentiæ decerpebant florem, reliquas uero nugas dimittebant. Philosophiã aũt moralem, & ratiocinationũ, tã in disciplinis mathematicis, quam in medicandi arte demonstrationes, necnon reliqua studia liberalia, non leuiter tm, aut ideo attingebant, ut priuatis plus haberent, sed ita perdiscebant, ut præceptores, & doctores esse possent præstãtissimi. Ex Musica aũt solum uetustũ illud ac concinnũ, & quod animæ iracundũ, & reluctans demulcet, perdiscebant: quod uero uoluptatẽ concitat, scenæ demandarunt. Numeroꝝ aũt computatione, & Geometriæ adæquatione, necnõ astroꝝ motu, & positione, tancũ noui Moses, & Daniel instituebant: non tam ad studia ea impulsi, quã intellectũ omnem ad Christi (ut scriptũ est) obedientiã captiuantes. Siqdem scientias illas solũ modo philosophiæ ornatũ, & protectionem esse censebant. Per omnes igit tam meliores, cũ deteriores, ut dici solet, disciplinarũ semitas gradiebantur, quo quædã declinare, alia uero cũ prudentia eligere possent. Eum siquidẽ laudo, licet extra nostram sit caulam, q dixit, nequaq ignominiosum esse, id ẽt, quod minus bonum existat cognoscere: quandoquidem re medium ex illo contingere solet ijs, qui nequaquam odiose, sed beneuole quæ dicuntur excipiunt.

Cæterũ qd mihi accidit amici? Interim enim dum sermo ꝓcedit, non se cus me, ac equus insessorẽ, in beati Basilij laudes abripuit. Parũper igit illum ueluti habenis moderabor, et nimiã euagãdi licentiã cõpescã. Qui. n. ultra uires nitunt, etiã a reb⁹ excidunt mediocrib⁹. Basilius igit pulcherrimis mercib⁹ coemptis, domũ cõcessit. Gregori⁹ aũt tenaciter ab Atheniẽsibus retinebat discipulis, q nec illi abeũdi facultatẽ concedebant, sed ut eos doceret uehemẽter orabãt. Quin etiã ut sophisticam cathedrã ascenderet hortabant. Ille igit ut ijs gratificaret, parũper remansit: paulo post uero oibus supplicauit, ac persuasit, & qd necessariũ esset ut ad parẽtes rediret, cũ iam triginta annos in studioꝝ disciplinis consumpsisset: ac ita se patriæ reddidit. Primũ igit diuinũ susceꝑit baptismũ, cuius uirtute iam antea erat illuminat⁹, terminũq sibij psi statuit, ne unq iuraret, donec i hac uita ageret, quẽ etiã ad finẽ usq seruauit. Deinde desideriũ parentũ ac amicorũ adimpleuit, q sermones eius audire desiderabãt. Cumq consulerẽt, ac necesse esse dicerẽt, ut se tã publicis, cũ domesticis imisceret malis (ita. n. rerũ materialiũ splendorẽ uoco) ipse sibij psi consuluit, ut se offerret Deo, quẽ admodum etiã dum periclitaret uouerat: ac se a mũdo segregaret, & soli purissimo adiceret, ac sacris incũberet libris, ut ide ueritatis eliceret splendorẽ. Quod consiliũ etiã re ipsa adimpleuit. Elegit. n. ut solitari⁹ pro mundano, & inops pro quæstuoso fieret. Sæpius igit Xp̃m manifeste in somno uidit, necnon in meditatione nocturna. Et hanc retributionẽ ꝓ illa accepit puritate. Nam ut liber inqt sacer, Beati puri corde, qm Deũ uidebunt. Siquidẽ illũ purum uocat Dñs, qui instar Gregorij magni ciuitates, forũ, theatra, sophistarum fastũ, principũ arrogantiam, iudicũ citationes,

4

Etiam ex horum sanctorum exemplo habes non esse damnanda liberalium disciplinarum studia, præsertim philosophiæ et logices, ut hæretici impudenter faciunt, quinimo ad scripturarum intelligentiam expeditiorem plurimum conducunt.

5

Ecce ultra baptismi uotum, aliud Gregorij uotum, ut se a mũdo segregaret, et deo offerret, quod hæretici dicunt ꝓsumptuosum esse, cum omnis conatu nõ possit quis

Nus facere uidesne quomodo sanctorum gesta horum impostu ras proturbent omnino & conculcent?

litigantiũ contentiones, rhetoꝝ nugas, furum insidias, mercatorũ insatiabilitatem, cauponum periuria, diuitũ superbiam, inopũ maleficia, satietatem nauseantẽ, ebrietatẽ petulantem, gloriã labilem, uestes preciosas, uasa ex argento, & auro elaborata, domus picturis, & marmorũ crustis, ac lapillis sumptuose exornatas, necnon alia cuncta derelinquit. Qm̃ puras mentes ꝑturbare solent, quominus purissimo lumini concedat̃ ingressus. Et hæc noster egit Gregorius, cũ adhuc in flore iuuẽtutis esset cõstitutus.

Postq̃ autem pater filiũ ad sacerdotium promouisset, ac in presbyterum elegisset, uiq́ eum, & uix ad sententiam suam perduxisset, quid facit? Ecclesiam relinquit, & curas, quę mentẽ distrahunt, effugit, in Pontumq́ profectus, cũ Basilio philosophiæ incumbit. Cũ enim simul operam litteris dedissent, ac parumper a se inuicem fuissent diuisi, rursus conuenerunt, cũ eos morum similitudo, & promissa fides in unũ compelleret, quo in ipsis impleretur, quod dictũ est, ubi duo, aut tres in nomina meo collecti fuerint, ibi in medio eorũ existo. Vna igitur agebant, ac uirtutem conuersatione mutua adaugebant, exercitationisq́ leges Deo acceptis exercitatorib⁹, & qui mundũ reliquissent, constituebant. Leges inquam, quę longé magis quam Lycurgi illius essent pacificæ, & q̃ Solonis plus syncere, necnon Minois magis æquæ. Et ut eccellentius quid de uiris illis dicam, Mosen imitabant̃: nebula enim contecti erant, & montes turbidæ huius uitæ exuperabant, ac longè seipsos segregantes leges ferebant. Pater uerò senectute, & curis degrauatus, insuper luctu filij Cæsarij oppressus, molestissimè uitam ferebant solitariã: ac ideo epistolis supplicibus Gregoriũ ad reditum sollicitabat. Ille uerò impiũ esse iudicans, si patri, & sacerdoti, & seni haud obediret, partim uolens, partim uero nolens est reuersus. Quietis enim desideriũ illum in Ponto remanere suadebat, uerũ pietatis scopus, & obsequium paternũ eum inde retrahebat. Cæterũ cum Cæsarius in maximo constitutus fuisset officio, siquidem thesauri, & pecuniæ publicæ illius cõmissę fuerant curæ, ac sub officij ingressum uitam cũ morte permutasset, oportebat secundũ legem, ut pater filij bona hæreditatis iure adiret, & si qd ex tributis deficeret, ipse pro illo satisfaceret, unde magnus Gregorius maximis curarũ inuolutus est turbis. Multi enim canum instar ad fores eius accurrebant, existimantes illum demortui facultates deserturũ. Pater enim senectute & morbis degrauatus, ac in nonagesimo iam constitutus anno, fori certamina nequaquã subire poterat. Ad Gregorium igitur omnis cura est deuoluta. Veruntamen ueneratio erga parentes, & spes mercedis promissæ, quæ debetur ijs, qui in parentes fuere pij, cuncta grauia reddebant leuia.

6

De Regulis loquitur Momachorum, quas si legere uellent qui nunc suis deceptionibus Ecclesiã Dei conturbant, optime cognoscerent num Monachismus nostri tẽporis sit res sictitia, nuper inuenta, Iudaica superstitio, & mille similia quæ improbi mentiuntur.

Interea res accidit talis. Cũ hæresis Ariana, per spiritus malitiæ Ecclesiam infestaret, multi ciuitatũ Episcopi in exiliũ sunt pulsi, ac multipliciter tam ui q̃ calumnijs agitati. Sacerdotes uero & populi multitudo ita affligebant̃, ut cõgregationes suas sub æthere facere cogerent̃. Non enim domus habebant, in quibus orarent, neq́ cõtra leges, & iustitiam impijs cõmunicare uolebant, cũ hęresis omnes ferè terrarũ occupasset fines, manu ac impietate regia audaciam sortita. Data est igitur potestas pastoribus perniciosis, qui sub aguino tegumento lupũ abscondere solent, ut Episcopos expellerent pios, & qui primo pastore Christo digni erant. Quidam igitur timore perculsi, alij blanditijs emolliti, nonnulli pecunia deli-

niti, aliqui simplicitate morũ decepti, hæreseos inescati sunt illecebris, ita ut aduersarijs cõmunione adiungerent, idq; manuũ scriptura testarentur. Ex quibus unus erat beati Gregorij pater, simplicitate quadam hamũ deglutiens. Hoc regionis illius monachi nequaq; tolerantes, a cõmunione eius se subtraxerunt, cũ quibus & non minima pars populi defecit, monachorũ fidem tanq; digniorem manifeste secuta. Quid igitur seruus facit Dei? Primo Deum precibus, & nocturnis placat uigilijs, orans ut malum hoc dissolueret, & dissensioni obduceret cicatricẽ. Inde silere potius, quã loqui decreuit, ac ita tacendo tristitiam manifestã præ se tulit. Postea uerò patrem admonuit, ut ob lapsum ueniam peteret, ac purè, & sinceriter peritatem confiteret: pariterq; eos, qui ab illo defecerant, ad concordiam, & unitatem reduxit, sicq; ornatũ reddidit Ecclesiæ, & utriq; parti factus est uenerabilis, tam patri, q; gregi pio: sermonibusq; pacificis diei festiuitatẽ exhilarauit, cõglutinans dissidentia, & remedij celeritate obliuionem inducens ęgritudini. Sanè Cratem ferunt Thebanũ dissidentium domus ingredi, ac sermonibus pacificis lites dirimere solitũ: uerum factũ hoc Gregorij longè illud exuperat. Non enim priuatim, quemadmodũ ille, sed publicè concordiã patriæ reddidit. Et quod maximũ est, nequaq; inter eos dijudicauit, qui de pecunijs aut iniurijs disceptabant: ibi enim sæpius uel leuis adhortatio facile discordiam sedare consueuit: uerũ inter eos, qui de fide disceptabant, ubi rei magnitudini, concertatio quoq; admisceri solet, ita ut sapientes quoq; sermones, uix etiam parumper dissidentia, componere ualeant.

7 *Si precibus et nocturnis uigilijs placatur Deus, ergo utræq; ei gratæ sunt & acceptæ.*

Postq; autem Christianorũ malitia, & uita dissoluta, Deum & mandata eius contemnere cœpit, Imperatorem Christi osorem nobis suscitauit, Iulianũ dico Tyrannũ, qui uirtutem progenitorũ suorum, ac fidẽ Constantini magni, planè contrarijs superare contendit: ac ideo Christianos ab omnibus arcuit iustis, tametsi nequaq; lege publica Christianorũ persecutionem proclamari iuberet, nutu tamen tacito, ac legislatione impia illos infestabat. Voluit enim ut Christiani haudquaq; græcorũ sermonũ, & disciplinarũ compotes fierent. Deus igitur ex longanimitate sua diu scelestũ illum exaltari permisit: cũ uero malitiam eius penitus inemendabilem esse uideret, romphea sua fulminea, quemadmodũ impietas eius digna erat, illũ prostrauit, & scelerũ pœnas ab eo exegit, in oris barbaricis, barbaricam & ferinam illius uitam detruncans. Confestim igitur Gregorius magnus prauitatem illius, & impietatem notauit infamia, una cũ barbaricis gentiliũ turpiloquijs, quorũ fabulas antiquas, & uariorũ deorũ errorẽ in omniũ denudauit oculis, ita ut sapientibus cõmunem excitaret risum. Cæterũ cur ego utri res magnas, & ingentes sermone breui iniuria afficere, & planè contra scopũ constitutum incedere conor? ac in tẽpore collaudationis, cũ præcipue oporteat laudandũ, deliberatione rerũ gesta rum gloriosiorem reddere, tam cito ab infamantibus illis sermonibus discedere nitor? cum planè sint admirandi, tam ob historiæ uarietatem, q; harmoniam, necnon summam in dicendo eloquentiã. Præcipuè igit contra Tyranni legislationem mirandã, quæ prohibet ne Christiani gentiliũ instituant disciplinis, sancti nostri prudentiã considerate. Ibi enim & heroicis, & iambicis, & trimetris, necnon uarijs alijs usus est carminibus, dicendi præterea charactere tam tragico q; comico, uniuersa insuper cõpo

sitionis specie: quin paulominus omniū disciplinarū doctrinam in suis expressit sermonibus, ubicp̄ pia insulciens argumenta, aut uirtutis laudem, uel animæ, aut corporis puritatem, seu Theologiam, aut deprecationes, uel similia metrica conscribens oratione: omnem lasciuiam declinans, fabularū nugas & Deorū monstra, quemadmodū & decebat, penitus detexit, & hoc modo doctrinā perc̄p̄ sapientē Christianis exhibuit. Ostendit enim, cp̄ leges impij illius Tyranni illicitæ, ac nullius essent utilitatis, cū Christianis disciplinarū gratia inuideret: immo potius è diuerso semetipsos plecterent, & ulciscerent. Talis enim inuidiæ est natura, ut parū aut nihil ostendat eos, quibus inuidet: uerū eos, qui illam parturiunt, ingenti afficit detrimento. Quin etiam cū Athenis ageret, cū Iuliano est congressus admodū adhuc iuuene, & nondum ad imperiū ascito, sed cū discendi gratia ad doctores pergeret: ibi etiam amicis prædixit, adolescentē pernicioſum, infidelem, ac ualde impiū, necnon ad omne malū procliuum fore: inde coniecturā sumens, cp̄ illum animi passionibus obnoxiū cerneret, & quia risum haberet petulantem, necnon uisum ferinū, ac totum corpus eius subsultaret, ipsecp̄ assiduè moueret. Sed & impetus stultitiæ plenos, & collocutiones impietate refertas in illo notauit, tametsi hæc sub exercitij specie occultari uiderent. Præcipuè uero mouebat, cp̄ cerneret illū homines malos amare, uirtutis autē laudatores contēnere. Hæc cū uidisset, omnibus prædixit, pessimā illius fore manifestationem, & occultæ mentis eruptionem. Oportere enim naturas bonas, testimoniū rebus præbere futuris, & quę obscurè ostēdunt, coniectura, & intellectu, priusc̄p̄ eueniant percipere. Verum ille malè perijt, cum fruſtra scelestus fuisset, & nihil sibi aliud, c̄p̄ pœnæ materiam recondidisset.

Gregorius aūt non post multum tēporis, cum hęreticorū caterua ubicp̄ per Cæsariæ oram uagaret, ac sanctus Eusebius metropolis gubernacula teneret, cui cū Basilio tunc presbytero, ac in Ponto philosophanti, inimicitiæ erant, hæreticorū timens conspirationē, & quia Ecclesiæ præfectus insultū talem nequac̄p̄ uiriliter sustinere posset, (leuior enim erat, licet uitæ esset puræ, ac in Theologia nequac̄p̄ inexercitatus) ad Basiliū luminis instar splendentem Gregorius misit, ac illū rogauit, ut inimicitias remitteret, & cū animarū periculū cognosceret, c̄p̄ celerrimè metropoli, ac tantæ Ecclesiæ auxiliū ferret. Quin & præsentiā obiter suam, & auxiliū promisit. His optimo persuasit duci, ut bellū deponeret, cui & ipse una militaturus accesſit, ac in hæreticorū munimenta impetū fecit, impiorumc̄p̄ dogmata abscindens, & dissoluens, tropheum erexit, ac hostes in fugam ita conuertit, ut uirtutis eius manifestū caperent experimentū. Hæc Deus per seruos suos fecit, qui cū multam hominū impietatē emergere uidit, ob honoratissimæ creaturę cōmiserationem, uiros tandem excitauit, qui subsidiū, & emendationē periclitantibus afferre possint, ne ob defectum confirmantis, humanū genus inficeret. Quemadmodū & tum quoc̄p̄ fecit, ac suos confirmauit, hosc̄p̄ non secus ac coagulū lacti inj̄ciens in medium statuit, ac eos qui uaria prauitate & impietate, multū inter se dissidebant, in unam colligauit amicitiam & harmoniam.

Interea non multū temporis effluxit, cū prędictus Ecclesiæ præses ad meliorē transiuit uitam, unde multus labor Gregorio est excitatus, cū & ad ciuitatē nunc priuatim quibusdā, nunc publicè scriberet omnibus, &

tam.

tam per patrẽ q̃ per seipsum suaderet, ut Basiliũ in Episcopatus assumerent thronũ: non ideo solũ ut amico cõmodaret, uerũ & ut in uniuersum omnibus prouideret. Vidit enim, uidit inquã, manifestè, adiutorem spiritu dignũ: quapropter non prius destitit, quã consiliũ tam egregiũ perduceret ad finem, sicq́ rem tandẽ peregit. Basilius igitur Cæsareensium tenuit gubernacula, uerũ enimuero ob inuidiam, & dominandi libidinẽ maleuolorũ quorundã, Cappadocia in duas diuisa est partes, quę usq́ ad tẽpus illud semper fuerat unita, inde quoq́ a Cæsareensibus segregata est Tyana, & se deinde contra utrasq́ defendit. Sed & reliqua oppidula dubitare cœperunt, cui parti potius adhęrere deberent. Vnde magna exorta est contentio, prętextũ habens, quasi animarũ gereret curam: studiũ autem nimis uehemens, auaritiã, & dominandi libidinem', quoniã res erant turpissimæ, honestis appellationibus celare satagebant. Rerum igitur nouitate Basilius magnus oppressus, simul & domesticis priuatus, Gregoriũ sasimis Episcopum dare decreuit, quo cõmuni consilio dissidiũ, tanquam damnum aliunde sibi emergens hoc pacto sedaret, simul ut si regionem Episcopis firmasset, maiorem curam Ecclesijs impendere posset. Nullus igitur Basilio uisus est utilior, q̃ Gregorius, & nemo ex episcopis fortior, qui resistere posset siquid incideret noui. Itaq́ cũ consilium illud cũ patre Gregorij admirandi cõmunicasset, ui uirũ ad munus protraxit suscipiendum: & opus quidẽ finem habebat, at ille quẽadmodũ sæpius diximus, cum scopũ haberet quietis, & a negocijs liberationẽ, tristabat & indignabatur, qm̃ necessarium arbitrabat ut priuatim sui ipsius curã gereret. Ad quã rem, regio illa, sasimã dico, minime ipsi apta erat, utpote tumultus & ciuiliũ turbarũ plena. Siquidẽ in uia sita est regia, & equorũ publici cursus stationes habet, ac ideo multã perturbationem quietis concitat amatoribus: utilitatem aũt, seu fruitionẽ, uel fortuitam quasi nullã præstare solet. Hæc cũ uideret, ad curã fugit ęgrotorũ, ubi ministerio, & sermonibus spiritalib9, morborũ leniebat dolores, ac philosophiã temporũ faciebat exercitiũ. Fertur etiã nec oblationes, uel electionis munera, neq́ aliud qd, quẽadmodũ alij Episcopi Sasimis solebant accepisse, sed in electione solum de actione cogitasse. Interea Pater multis illũ rogauit, ut rursus sasimæ Ecclesiam reciperet. Verũ postq̃ a scopo aberrauit, secũdo effecit, ut ille pro illa Nazianzi curã assumeret. Idq́ nõ solũ admonitione perfecit, sed iam execrationẽ quandã admiscuit, quę ob sacerdotalẽ negligentiam emergere posset. Ab illo tẽpore Gregorius assiduè patri adhæsit, ac rem magnã esse iudicauit, obedire patri. Quẽ & talibus allocutus est uerbis: Pater, tametsi molestè imperata ferã, gratiam tamen tuã nequaq́ sperno. Nazianzi curas suscipio. Cognoscat aũt sacra tua, & Deo accepta prudentia, quod impossibile sit, cũ tu a uita hac discesseris, ut ego Ecclesiam retineam. Suscipiens uerò pater, mihi inquit, fili iuuenti baculus fias, ac senectutem sustenta, & tu quoq́ precibus sustentaberis. Cũ uerò obiero, quẽadmodũ tibi placuerit, res tuas disponito. Hæc cũ audiuisset, q̃ optimè potuit senũ parentũ curam gesit', cũ pater iam centesimo appropinquaret anno, mater uerò haud longè ab illo distaret, ac ambo multo iam, ut credere par est, indigerent ministerio: præcipue cũ iam Cęsarius obijsset, necnon Gorgonia soror inter mulieres sanctissima, ac ambo ad uitã meliorẽ, necnon felicitatẽ transijssent stabiliorẽ: quos etiã orationib9 ho-

norauit funebrib⁹, solus senectutis derelictus cõsolatio, debilitatis mede la, parentũ piorũ, ne qd magni dicã, melior succesio: gloria uerò adeò satisfaciebat maioribus, ut illorũ & memoriam prolungaret, & usque ad mundi extenderet durationem.

Quis igitur unq̃ plus pius tam scientia q̃ amore diuino, domesticorũ, necnon domus propriæ extitit dispensator? q̃ ille, qui unicuiq̃ suũ impartitus est officiũ, cognatis, amicis, famulis, hospitib⁹: Ecclesiastica uerò ita disposuit, ut curã suam pastoralẽ, tanq̃ regulam quandã iustam cunctis proponeret pastorib⁹. Recte igit̃ a diuino dictũ est Paulo, qui reb⁹ priuatis præesse non nouit, qũo Ecclesiæ Dei curã gerere poterit? Et ille unũ solum prudentia instruebat, ut hoc pacto domũ unã saluaret: at noster hic ut domũ & Ecclesiã, immo Ecclesiã, & ciuitatẽ. Siquidẽ domus est respublica bene ordinata, & ciuitas ambitu utiq̃ domo perfectior. Eiusdẽ uerò est scientiæ multos saluare & paucos, aut etiã unum solũ: ac ideo non toto & omni, sed solũ quanto talia differunt. Cum aũt pater eius Gregorius (ita enim & ipse uocabat) uitam cũ morte permutasset, ipse patrem oratione honorauit funebri: nam Deo acceptã matrem Nonnam, adhuc uiuentẽ laudauerat, piè ac sanctè faciens, & quemadmodũ patris & matris, necnon Christi amatorẽ decebat. Curã igit̃ eius in uiduitate constitutæ gesit, cũ in senectute longęua auxilio egeret, & quiete. Verum post eius obitum, ecclesia excesit, ac seleuciam est profectus, ibiq̃ apud uirginum sanctæ Teclæ domicilium habitauit tẽpus tribuens, ut Episcopus aliquis Nazianzo præficeretur. Cum uerò regressus esset, inter æquales uersabat̃, minime pastoris fungẽs officio. Cũq̃ populo ipsum expeteret, nequaq̃ flectebat̃ precib⁹, sed imobilis p̃sistebat, nõ secus ac quercus annosa ad uentorũ flatus incõcussa. Quod aũt mihi ferè excidisset, nunc nobis narrare pergam, nõ magis ob eius gloriã, q̃ utilitatẽ uestrã. Siquidem omne bonũ æmulatione etiã dignũ est: qđ aũt æmulatione dignũ, id etiã uirtutẽ conferre ualet: uirt⁹ uero ipsa, sectatores suos ad Deũ usq̃ prouehit. Cum Basilius magnus fratres detrimento affici uideret, q ualde cõmiseratione, & cõpassione digni erant, cũ interim tñ nemo illorũ tangeret misericordia, sed quãplurimis pp ruditatẽ, & inhumanitatẽ nimiã, piaculi aut inquinationis instar abominationi essent, naturali cõmotus est instinctu, consiliumq̃ cœpit piũ, & fraterna charitate dignũ: domos enim ædificauit ingentes, ex prouẽtibusq̃, quos ab opulentioribus colligebat, inopes alebat. Illos enim sermonibus prudentibus ad distributionẽ hortabatur, ac omnes debiles ad domus illas, quas pauperũ uocabat receptacula, colligebat. In hac re Gregorius illi egregiã nauauit operã, quẽadmodũ liquet ex oratione, quã de fouendis habuit pauperib⁹. Ex qua intelligere datur, quantum studium in hac re magno impenderit Basilio. Ibi. n. plane ostendit, inopum sustentationẽ mandatũ esse maximũ, immensitateq̃ ac clementia Dei dignissimũ esse. Verũ id adeo modeste facit, ut nequaq̃ p̃cipi possit, q̃ ipse rem tam egregiam peregerit.

Cæterum cum Ariana hæresis longo tempore Ecclesiam præmeret, ac manu regia Dei subuersa essent munimenta, ut ad impietatem protraherentur simpliciores (Docet aũt illa magnũ deũ patrem, & paruum filiũ, creaturamq̃ sp̃m sanctũ) pullulauit tandem ueluti ex hydra quadã nouũ caput uirescens, nẽpe pneumatomachorũ hæresis, de filio quidẽ recte sen-

tiens,& uerbū æquale Patri statuens,spm̄ uero sanctū blasphemans,idq; dupliciter. Quidā enim illū manifeste creaturā esse docent, alij autē neq; creaturā,neq; Deum,sed liberū;quos ille recte dimidiarios uocabat, asserens appellationē hanc probe eorū conuenire opinioni. Venerant enim filium,sed spm̄ sanctum afficiunt ignominia. Hæc contentio uniuersum Romanum occupauit orbē,sed potissimū Byzantij prævalebat. Deus igitur spiritus sanctus,Gregoriū excitauit Theologū,cum miseratē eorum,qui sub eo peribant dogmate,& tanq; ad Mosen dixit: Videns uidi uexationem populi mei, q in Ægypto est(At Ægyptus lingua Hebræorū caligo uocat̄, ac ideo & nunc quoq; palpabiles hæreticorū significat tenebras) & gemitus eorū audiui,& descendi ut eos liberarē,quapropter nunc adesto,ut te mittā in Ægyptū. Tali igit̄ adhortatione uirū cōmouit,ut Byzātium nauigaret,spiritu repletus,ut pro spiritu pugnaret. Confestim igitur impetus ille a Basilio luminari magno est incitatus, ipseq; ad certamē spirituale unctus: quinetiā q; plures Pontifices,& ex regia urbe fideles, cū auxilio indigerent, summis illū rogabant precibus, ut mala ab eis pelleret. Quapropter in auxiliū urbis illius aduolauit,omnibus delitijs, ornatu,& opibus cassus,spiritu uero plane repletus. A cognatis igit̄ non minus corpus eius,q; pietas,benigne est susceptū. Reperit aūt Ecclesiam tanq; nauis malū in monte erectum,uel sicut uiæ signum in colle, ut prophetice loquar,constitutū,exiguā,attenuatam,& delitescentē, ac per uim omni loquendi libertate priuatā. Sacras uero domus cūctas direptas,& ui occupatas, adeo ut sola Anastasia sancta,orthodoxis esset relicta: forsitan quatum propter ambitus contēpta esset angustiam,quēadmodū norunt ij,q templū uiderunt antiquū. Confestim igit̄ quemadmodū Dauid alius emicuit,& alienigena dogmata sermonū firmitate,tanq; funda disiecit,fidelibusq; fideliter loquendi audaciā præstitit,quotidie recipiens & capiens Deo eos,qui male a ueritate desciuerant. Paruo igit̄ elapso tpe, tantā multitudinem conuertit,ut nequaq; cum primis cōferri posset,planeq; hic sacra impleta est scriptura,quæ ait: Domus Dauid procedebat, & magnificata est,domus aūt Saul retrocedebat, & est debilitata. Variā igitur cernere erat disciplinam inter eos, q saluati erant: quidam enim iā in retia inciderant,alij uero appropinquabant, nonnulli in fide erant perfecti,& ij alios uenabant̄,& docebant. Ob hæc Arianor; quidam irascebant̄,quidam uero inuidebant,è quibus tū nonnulli decor; esse censebant, ut illū adiuuarent,& cū decertante cōcertarent: licet,n. ob emendationis successum indignarent̄,ob inuidiā tamen Ecclesię procurabant incrementū. Et cum inter æquales excellere nequirent,aut non uellent, prauitate uirtutē dilatare cōtendebant. Cęterum cum malū hoc nondū quieuisset, exortus est Appolinaris Syrus, qui de nouo propriū quoddam prauitatis excogitauit documentū. Incarnationem.n. nequaq; ueram fuisse censebat,sed carnis solū & animæ irrationalis assumptionē docebat,ac animam rationalem penitus a dispensatione abscindebat. Cumq; doctrina gentili admodum præstaret,multos sermonis decepit uarietate. Ab omnibus igit̄ terrarum oris hæreseos aderāt discipuli,q indoctos tanq; hamis in perditionem trahebant. Gregorius itaq; rursus perdifficili implicitus est certamini. Vbiq; enim aderat;arguens,cōminans,adhortans, quosdam in fide seruabat,alios unde exciderant reducebat. Accidit autē quemadmodū in ta

libus fieri consueuit, ut perfectæ incarnationis confessio, in duos filios ab indoctis censeret diuisio. Cũ igit discipuli Apollinaris assidue populi aures obtunderent, & sancti patris accusarent facta, prævaluit tandẽ calumnia. Gutta. n. assidue distillans, saxũ ẽt tandem excauat. Et qa talia multorum auditu sublimiora erant, q nequaq dispensationis profunditatẽ intelligere poterant, lupis credebat, pastor aũt, qui ueritatem docebat, suspicioni obnoxius erat. Qui igit pro Apollinaris pugnabant opinione, tanq apri Sylvestres, cũ iampridẽ iram acuissent, perturbationemq & calumniam, quæ Gregorio ex Apollinaris opinionũ censoribus concitabant, in auxiliũ sumpsissent, populũ ementitis concitarunt sermonibus, ut uirum, quẽ admodũ olim Iudæi Stephanũ lapidarent, nisi quod ictib⁹ aberrarũt, cum Deus suũ protegeret propugnatorẽ. Comprehendentes autẽ illum tanq seditiosum quendã, & pacis turbatorẽ, ad Consulis pertraxerũt tribunal. Proh impudentia, proh mendacij uiolentia. Gregorius de talib⁹ iudicatur, q alienæ iræ, & turbationis mitissimus erat medicus, qui pacis erat dispensator, qui Christi erat discipulus, clementis illius, & humilis, & q mansuetudinem lege statuisset. At ipse q̃uis talibus oppressus esset difficultatibus, solũmodo hæc in ore habuit: Propter nomen tuũ Christe, ẽt si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, qm̃ tu mecum es. Mox sine uerberibus, et supplicio est dimissus, martyr absq corporis afflictione, & sine uibicibus coronatus, solummodo tm̃ tolerans, quantũ sustinuit uoluntate, sed ne pateretur, Christus concesit.

Igit cũ talibus fulgeret certaminibus, iam omnibus cognitus erat, acceptus ob loquendi libertatẽ, acceptus ob uirtutẽ, & labores similes, cõspicuusq multitudini Ecclesiæ: ita ut Petrus, q tum magnæ urbis Alexandrinor⁹ Eps erat, & post Athanasium curam pastoralem susceperat, ad Gregoriũ magnũ mitteret, & illi Constantinopoleos Episcopã confirmaret, admodumq recte, ac iuste Episcopi eum officio fungi iuberet, quo labores dignitate compensaret, & mercedẽ sudoris, thronũ, non tamen gratia humana, retribueret. Cæterũ multiplex rerum gestarũ congeries, mentem mihi interturbauit, & quemadmodũ singula acta fuerint confudit, sequentiumq copia non secus ac in undarũ collisione, priora abscõdit. Verum cũ semel loqui cœperim, nequaq desinam, priusquã ad optatum finẽ deueniã; qua in re meæ imbecillitati diuinũ Gregorium adiutorẽ sumam, necnon a mansuetudine uestra, meæ in dicendo tenuitati, ueniã me impetraturum spero. Erat quidam in urbe regia, Maximus nomine, genere Ægyptius, moribus Barbarus, qui Gregorio non secus ac Mosi olim nouus Iamnes est factus. Cynicus is erat philosophus, baculo, coma, & ueste attrita seuerus, eo usq. n. philosophabat; uerum gula, auaritia, ac impudentia canis magis q Cynicus erat, & Antisthenis familiaribus contrarius: quẽ admodũ & de Nabal audimus. Is igit ad sacrum accessit pastorem, a quo ẽt est instructus, cumq impietatẽ dediciset, membrum est factus Ecclesiæ, ac per baptisma regeneratus. Inde cũ religionem simulasset, a Pontifice mensæ quoq & poculo est adhibitus, q & omnia illi concredebat. Erat. n. minister egregius, laudator sermonum beneuolus, Christianus nequaquam pessimus. Cum uero temporis successu, sui quoque specimen præstitisset, gradu etiam dignus est reputatus, ac sic Clericorum numero asscriptus. Cõfestim igitur Iudam imitatus, defectionẽ mo-

liri cœpit, & doctori suo bellū inferre cogitauit. Ad quā rem perficiendā ecclesię presbyterum quendam adiutorē assumpsit, q nullū unquā honorē adeptus fuerat, sed nec honorādis adnumerabat: is Maximo negociū illud concinnabat, quo agebat, ut eū Byzantij epm constitueret. Verum qa ad rē hanc aurum necessariū erat, unde illud sumptū sit audite. Presbyter qdam insularis ex Thaso, Byzantiū applicuerat, ac secū attulerat pecunias, ut pro illis Proconesij marmoris tabulas emeret. Hunc aggressi, promissis inescant (perfacilè enim lenitas deceptioni est obnoxia) ac aurū prauitatis suæ coëmptorē accipiunt. In Alexandriā igit mittunt, ac Petro persuadent, ut uiros Byzantiū legaret, q Maximū in Constantinopolitanū eligerent epm. Vixq hæc sermonib⁹ tractata fuerāt, cū mox ab Ægypto aderant, q Maximo Episcopā traderent. Erat aūt Petrus ille idem, qui prius Gregoriū in thronū constituerat, tum uero Maximū eligebat citra ullum iuris ordinē, necnon absq omni tum uirtutis, tum gloriæ uiri respectu. Cum igit aduenissent q ab illo mittebant, mane erat, ipsiq Ecclesiam sunt ingressi, nequaq pastori illud significantes, non presbyteris, non clero, non magistratui, non populo fideli, cōfestimq ad electionem se accingebant. Id cū auditum esset, turmatim aderant sacerdotes, clerus, populi multitudo hæreticorum turba: omnes enim tanquā insani agebant, rei inquitate, & hominum prauitate tam immensa perculsi. Malitiæ enim magnitudo inimicos etiā quandoque ad uindictam innocentū concitare solet. Postquā igit consilia eorum procedere nequibāt, sed necessitas eos ab inceptis desistere cogebat, siquidē populi illius obstabat audacia, qd faciunt? Ecclesiam egrediunt, & in domum cantoris cuiusdā se recipientes, Maximum ibi elegerūt, cū quosdā è populo coadiutores, & auxiliatores haberent, q pp morum peruersitatē ab Ecclesia fuerāt electi. Tales enim ob mutationes repentinas gaudere, ac res bene dispositas odio habere, semperq innouationib⁹ oblectari solent. Ciuitas igitur ira flagrabat, nec facile quis referre posset, quot cōuitijs Maximus discerperet. Sed & Gregorio ipsi homines indignabant, q tanta beneuolentia Maximū dignum censuisset, ac talē audaciam illi suppeditasset: quapropter & nouū illi excusationis certamen est suscitatū. Vt igit populi ardorem sermonis demulceret medicamento, ita ad eos locutus est, Nolite mihi, uiri, uestro irasci patri: Etenim si ego illi bonus uisus, & ideo culpæ sum obnoxius, q malitiam eius minus ꝑuiderim, qualis erit q beneficia accipit, & pro illis reddit insidias? Siqdem malitiā non præuidisse, nequaq facit reum: hoc.n solius dei est. Præterea & lex quoq iubet, ut omnibus misericordiæ uiscera aperiamus, & affectu paterno fideles suscipiamus. Omnem.n.ad me uenientem, Christus ait, non eijciā foras. Res magna mihi erat Maximus, ex gentili baptizatus. Res magna mihi erat, homo uirtutē simulans; tametsi nouissimis ostenderit, qd in prioribus simulauerit. Verū nequaq ad nos pertinet ut coniecturæ innitamur, quandoqdem haud in opinionibus ambulamus, neq qd futurū sit cognoscimus. Id.n.solū diuina donat prudentia, ac ideo nos faciē intuemur. Deus uero, quemadmodū audiuistis, scrutatur corda. His uerbis multitudinis indignationē sedauit, effecitq, ut ob tantā animi bonitatem magis Episcopo suo faueret. Cæterū cū Theodosius, qui ex Hispania generis ortum trahebat, in Macedonia castra haberet, & contra Hesperios barbaros bellū gereret, accepit Maximus Ægy-

ptiorum Episcoporũ cateruam, qui ipsum in sacerdotem elegerant, ac cũ ijs Thessalonicã profectus, Imperatorẽ conuenit, ac regiæ urbis sacerdotium petijt. Nã ex legibus Ecclesiasticis illud consequi haud poterat, ac ideo illud ex mandato regio adipisci cogitabat, tanq; minime ad sacerdotiũ, sed potius ad tyrannidẽ electus esset. Verũ illi repulsam tulerunt, ira tusq; Imperator multis eos conuitijs abegit. Quid igit facit Maximus? inexpugnabilis. n. est dominandi libido. In Alexandriã nauigat, & ijsdẽ conatibus domesticos quosdã Petri auro decipit, illumq; pari aggredit malitia. Aut mihi, inqt, regiæ urbis Pontificatũ acquire, aut nec a tuo abstinebo. Et iã audacia in manifestũ prorumpebat periculũ, nisi præses, q tũ Alexandriam moderabat, Maximũ ab urbe pepulisset, timens ne res ad seditionẽ, & cædes usq; procederet. Et sic ille dignã audaciæ suæ mercedem tulit. Gregorius uero multitudine laborũ pressus, & ob uarias curas fessus, domũ, depositio officio ire constituit, prius tamen populũ admonuit, ut fidẽ quam ab eo acceperat, firmiter seruaret, uirtutiq; studeret, quã ipsis & re & uerbo ostendisset. Hæc cũ clerus & populus audiuisset, magnus clamor est exortus. Omnes. n. ob discessum eius lugebant, cernereq; erat spectaculũ miserabile, uiros, mulieres, iuuenes, senes, eximios, indoctos, principes, priuatos, omnes denicp cõi resonare planctu, & patris priuationem nequaq; ferre, ita ut qdam sublata uoce clamaret, Aude Pater, ac tecũ trinitatẽ ipsam eijce. Hanc uocem cum generosus ille audisset, impetũ refrenauit, & se cũ eis remansurum promisit, donec Eorum fieret congregatio. Sperabat enim, quendã ab ijs præpositum iri, q officio Episcopali dignus esset, quo ipse a tantis absolueret curis: nihilominus tñ discessum illi inhibuerunt, ac ita concio est soluta, tametsi res nequaq; iureiurando firmata fuerit, cũ morum eius integritati confiderẽt. Cũ igit turbæ illæ aliquantisper sedatæ essent, quiesq; reddita esset rebus, rursus effulsit trinitatis dogma, doctrina & labore beati Gregorij, inter omnes fideles dilatatũ. Illã. n. pulcherrime excoluit, adeo ut cultura quã Noe olim fecit, longe fuerit uenerabilior. Siquidẽ Ecclesiæ aruum ad fundũ usq; elaborabat, & impietatis spinas sermone tanq; aratro, ab animabus extirpabat. Animas. n. quasdam adaquabat, ut prophetice loquar. Alijs uerbũ seminabat diuinũ. At q̃dã æqualiter pullulabant, & radices agebãt altiores. Nonnullæ carmina cantabãt, quædã ad genua usq; uestimẽta suffarcinabant. Aliæ ad spicas colligẽdas se accingebãt. illę exultabãt, & ad messem erãt paratiores. Quasdã iã area continebat, nonnullas uero cumulus. Aliæ uentilabro paleã, & dogmata rationi cõtraria discernebãt, purgatæ xpo aliquæ dignæ erant ut conderent horreis. At quædã in panẽ iam erãt elaboratę. Et hic est finis agriculturæ uniuersæ, cuius delitiarũ scopus est, transmutatio, pp quã unusquisq; messem ac laborẽ oẽm lætẽ tolerat. Tali igit sudore, tantoq; studio uir Dei pro salute laborabat multorũ. Cæterũ fruitio his nequaq; respondebat. Nõ enim quẽadmodũ agricola fructuũ particeps erat, sed gratis bonꝰ existebat. Labores enim sustinebat, ex Euangelio uero nullos sumptus colligebat. Vnde accidit, ut magis diligere tur: cũq; magis diligeret, libentiꝰ etiã audiret, Deoq; plures animas lucraret, non quod iracundia grassaret, sed mansuetudine imperitiam pelleret, & animas sermonum uirtute ad meliorem habitũ perduceret. Quidam enim orationis capiebant suauitate, alij exactã amplectebant doctrinam.

Nonnulli uiri laboribꝰ,& tolerantia inflectebant, quibuſdam manſuetudo ius uenerabilis erat. Alios aũt ſinceritas,& planè hominis philoſophi cum plus mouebat. Quidam tãcꝫ uenationẽ hanc aduocaſſent ac tenerent,illam quoque fouebant,ſuocꝫ applaudebant ſuffragio. Et quod maioris erat prudentiæ,non omnibus omnia,credebat, ſed uirtutem uniuſcuiuſcꝫ,non ſecus ac medicus quiſpiam optimus ægrotantiũ habitũ diligẽter expendebat,ac unicuicꝫ debitũ ſuum diſtribuebat medicamentũ. Sed nec prophanis, ſeu imbecillibus myſterĩ concredebat archana, necꝫ ab hominibus ritè initiatis aliqd abſcondebat,tanquã illis ea inuideret,quæ utilia eſſent. Quoſdam publicè redarguit, quos pudor ad pœnitentiã perducebat. Alĩs priuatim delicta ſua ob oculos ponebat. Nonnullis minabat̃,quibus id melius eſſe cenſebat. Qui aũt ſe emendauerant, illos paterne & officioſe laudabat. Minime enim aſſentabat̃;ſed uirtuti p rectũ tramitem ad fœlicitatẽ iter ſtruebat. Siqdem Rhetorica in hoc differt a philoſophia, quod illa adulatione cauponaria, ac laudibꝰ ſuis beneuolẽtiam captat mortaliũ. At illa humanæ utilitatis curam gerit, ac ſermonũ celebratione mellis inſtar edulcat, laudiſcꝫ uoluptate, ad uirtutẽ eos pertrahit,q in illam inciderunt. Cæterũ in omni doctrinarũ genere,præcipue uero Theologica profunditate,tantum eminuit,ut licet tẽpore multo, multi extitiſſent uiri in Theologica ſapientia præſtantiſſimi, famacꝫ & nominis celebritate clariſsimi,ſolus tñ iſte,poſt Ioannẽ Euangeliſtã Theologi nomine ſit inſignitus,appellationemcꝫ hanc tãcꝫ præcipuã ſortitus. Proinde cum omne bonũ in corde eius eſſet incluſum, nec prophetico etiã carebat ſpiritu: & hoc uos mihi credituros ſcio,qui uiri huius ſapiẽtia oblectari ſoletis. Decet igit̃ ut dictis ſuis & ſcriptis, in hac quoꝫ decore parte. Siquidẽ in oratione,quã in Epiſcoporum habuit præſentia,ita eſt locutus, Talis olim grex,talis quoꝫ nunc eſt,ita bene habituatus,ac dilatatꝰ. Proinde ſi olim non erat populus,paulatim tamẽ ad hanc auctus eſt multitudinem. Prophetizo autem quod & plus augebitur: hæc mihi ſanctus ſpondet ſpiritus, ſi quid in me propheticum eſt, & rite proſpicio futura. Siqdem non multum temporis effluxit, & prophetia hæc eſt adimpleta. Qm̃ Eccleſiæ multitudo,maris fere adæquauit arenam. Ac ita prophetiæ prodigium,per euentus comprobatum eſt miraculum.

Poſtcꝫ autem prædictus Theodoſius pius,in Cæſarẽ eſt electus, & liberum lumen Eccleſiæ eſt exortũ, qd dicere refert quot panegyricis exul tauerit ſermonibus? Quantũ orthodoxorũ iram demulſerit, qui hęreticis acceptã malitiam recompenſare contendebant, ac eos a quibus in tẽpore potentiæ,perſecutionẽ & ſupplicia pertulerant, in tpe mutationis pari retributione ulciſci quærebant. Quid igit̃ ſanctus dixit? Non hoc,inquit, exigit Chriſtus,nec ita nos docet Euangeliũ. Tempus eſt ut errantes conuertant̃,cognoſcant errorẽ ſuum diſcendo. Procidant coram dño, abrenũcient impietati,ouiumcꝫ admiſceant̃ gregi. Hæc mea ſit ultio,ut ſaluent̃ q nos affecere iniuria, & confiteant̃ ea bona eſſe, quæ prius ſunt perſecuti. Longanimes eſtòte filĩ,uir longanimis abundat ſapientia. Benefacite ĩs qui uos oderunt,& dimittite eis delicta ſua plane. Si aũt ira ueſtra nimiũ adhuc ardet,& nequacꝫ penitus cohiberi poteſt, ſaltẽ quod ſecũdum eſt a uobis fiat. Relinquite hæc Chriſto, & futuro reſeruate iudicio. Mea.n. eſt uindicta,& ego retribuam, ait dñs. Hiſce ſermonibus illis perſuaſit ut

quiescerent. Cū autem bellum, quod cum Hesperijs barbaris contractum fuerat, esset finitū, omniaq; ex Imperatoris constituta essent sententia, ac ille pœnas ab illis eorū ausibus dignas exegisset, captiuosq; abegisset, ac uictis tributū imperasset, triumphū superbum, & spectatu dignū in regia egit Ciuitate. Tumq; Episcopum Gregoriū, honorifice, & quemadmodum ob labores suos dignus erat, suscepit, ac sermonibus prolixioribꝰ benuolentiā suam erga illum declarauit. Quibus in fine adiūxit: Pater tibi, & sudoribus tuis Deus per nos Ecclesiam tribuit, ecce do tibi domū sacram, & thronum. At beatus gaudio perfusus, Imperatorē salutauit, illiq; bene precatus a regia exiuit. Cæterum Ariani (hucusq; enim sacram occupabant domū) contra sanctum concitati, rem armis, & bello decernere satagebant, obiterq; Imperatorem rogabant, ne eis domū auferet, nā potentiæ resistere timebāt. Gregorio autem sancto, necnon ijs q cū illo erāt, mortem minabanꝫ. Publice itaq; ad pugnam se expediebant, priuatim uero quendam submiserunt, qui clanculū Epm aggrederet, & gladio illum transuerberaret. Et hoc erat hostium consilium. Mane autē facto, Populus dei cum suo processit pastore, ut domum occuparent sacram. Erat autem tumultus magnus, & perturbatio haud minor, q̄ cum urbs quędam hostili diripit insultu. Multi. n. undiq; armati in plateis uersabanꝫ, qdā uero domoꝝ occupauerāt culmina. Magnus p̄terea ululatus ex mulierū, & puerorꝝ luctu cōmitꝰ, i altū tollebaꝫ. In tēplū igiꝫ Impator cū sancto est ingressus. Verū enimuero quēadmodū sæpius in rebꝰ accidit humanis, cū adhuc mane esset, factæ sunt tenebrę, nebulaq; solarem abscondit circulum. Quapp contigit, ut accidens hoc a festiuitate, & lætitia fieret alienū. Siqdem Arianos gaudio replebat, tanq̄ Deo domus displiceret mutatio. Fidelium autem animas tristitia quædam subijt, ac perturbatio. Postq̄ aūt pastor, & Imperator intra sanctū ingressi sunt ambitū, uox una laudis ab omnibus est leuata, lachrymæq; effusæ sunt, & manus in altum protēsæ. Cumq; densitas nubis disparuisset, solare lumen rursus fulgere cœpit, ac sacrum templū illuminauit. Cum itaq; cœlū rursus luce splenderet, hominum mentes ex tristitia in gaudiū sunt mutatæ. Imperatorem itaq; populus rogauit, ut sanctum confirmaret in sede. Verū beatus ille repugnabat, & nequaq̄ ibi confirmari uolebat. Cæterū cum ob abstinentiam nimiā & debilitatē, multitudinem haud alta uoce alloqui ualeret, per uocaliorem quendam id faciundum curauit: illamq; talibus cōpellare iussit uerbis. Nunc filij tēpus est, ut grati sitis, ac gratiam confiteamini acceptā, ob ea quæ nobis gratificata est Trinitas ueneranda. Cæterū throni negociū in aliud tps differemus. His uerbis populus delinitus quieuit. Imperator uero ob tantā uiri modestiam, magna admiratione est perculsus, ac ita panegyris est soluta: cū Christus lætitiā, necnon securitatē suis tribuisset q̄plurimam, adeo ut armorꝝ apparatus, ac insaniæ furor penitus dispareret. Solum autem unus enudatus est gladius, qui tamen citra sanguinē rursus in uaginam est reconditus.

Cæterū Gregorio non usquequaq; concessum est, ut haud confirmaretur in throno. Nam licet nollet, & fortiter repugnaret, nihilominꝰ tū Episcoporum multitudine in Episcopali confirmatus est sede. Verū hæc paulo post acciderunt. Porro Imperator fidē illi dedit, ac honorē paternum, & uenerationē promisit. Nam licet uir ille doctrinæ expers esset, pietate tamen,

tamen, & manſuetudine, ac ſi quis alius excellebat. At Gregorius meli? eſſe duxit, ut Deo, potius uacaret, q̄ Imperatori, ac ideo raro ſe Imperato ris immiſcebat negocijs. Etenim cū cerneret potentes in aula auaritia la borare, ac munerū cauſa hominibus gratificari, eos uero, qui nihil dona rent admodū deſpicere, orationibus & doctrinæ, necnon infirmo? curę, ac uiſitationi incūbere maluit, talibusq; ſeipſum, ac gregē purgare Deo. Nonnunq̄ uero in agrū quietis ſecedebat deſiderio, quò corpus ob defa tigationis aſsiduitatē, aliquantiſper refocillaret, & ad reliquos labores p ferendos corroboraret. Ac ideo non niſi raro ad Imperatoris pergebat aulam, recte ac decenter Parœmiæ memor, quæ iubet, ut raro pedē ami corum domibus inferamus, ne ob aſsiduitatē nimiam nos odio habere in cipiant. Proinde licet tantæ Eccleſiæ paſtor eſſet deſignatus, totq; redit?, & uariarū opum acciperet cumulū, nec unam inde drachmam in ſuā uer tit utilitatē. Si enim uoluiſſet, uim auri colligere potuiſſet ingentem. Quin nec ab Eccleſiæ diſpenſatoribus prouentus & expenſæ rationem aliquā do exegit. Sed nec unq̄ uaſa deſcripſit ſacra; Aſſerens curam talē ad inſti tores potius q̄ ad uiros pertinere ſacros, ac principū magis propriam eſ ſe q̄ Epiſcoporum. His omnes edocuit, ut potius conſcientiæ puritatem Deo exhiberent, q̄ homines negociorum rationibus tentarent.

Cæterum laborū aſsiduitate, ſenectute, & debilitate iam incuruatus, ita ægrotare cœpit, ut in lecto decūbere cogeretur. Populi igit multitudo turmatim ad domū, in qua iacebat, aduolauit: at ipſe quemadmodū per territi ſolēt, demiſſis ad pauimentū pedibus, in lecto cōſedit, interrogans quid ſibi eorū uellet aduentus. At illi ob ea quæ acciderant Deo gratias agebant, ac pro Rege, tēpli, & aliarū ſacrarū ædiū gratia, necnon pro or thodoxorū Eccleſia orabant, aſſerentes paſtorē omnium harū rerū cau ſam eſſe: ſic lætitia perfuſi abierūt. Adoleſcens uerò quidā ibi relictus, ma nibus ſuis ſancti pedes apprehēdit, illumq; fletu ingenti, ac lachrymis ro gauit abortis, ut ei delictū ſuum dimitteret. Cumq; a beato interrogaret, quidnam cōmiſiſſet, nihil ille reſpōdit, ſed ſolū flens in uenia petēda per ſtitit. Verū ex aſtātibus quidā, Pater, ait, hic eſt homicida ille, qui ex ſub miſſione quorundā, enſem per uiſcera tua adigere debebat, a quo pericu lo Chriſtus manifeſte te liberauit. Quantum enim in illis fuit, ſcelus iam perpetratū erat. Ob tanti igit facinoris audaciā pœnitens, ad pedes tuos cū clamore procedit. E ueſtigio igit pater tanq̄ pater, fiat tibi amiciſſi me, inquit, Chriſtus propitius, ipſeq; tibi ueniam concedat, cū & tu mihi peperceris. Tantūmodo ad execuſationē audaciæ, meus fias, hæreſimq; deteſtare, ac Deo adiungere, cui & ſeruias ſeruitute ſincera & ſpontanea. Ciuitas igitur cum reſponſionis audiuiſſet longanimitatem; maiori illum proſecuta eſt beniuolentia.

Eodem tēpore ex uniuerſa Romanorū ditione, præterq̄ ex Ægypto, & Heſperia, ſancta centū & quinquaginta Epiſcoporū cōuenit ſynodus, ut urbi regiæ fidelē præponerent Epiſcopū, ac hæreſes quæ inter Ariana pullulauerant tēpora, uniuerſo conuentus calculo ab Eccleſia extirparēt. Cæterū quantū ad hæreſes pertinebat, iampridē Gregorius magnus uiā ſtrauerat, ac feras Eccleſiaſtico gregi inſidiantes, ſtrenue perſecutus fue rat, tum quoq; in ſancta ſynodo diligentē nauabat operā. Sancta uerò ſy nodus eum in cathedrā conſtituit, duce magno paſtore Antiochię, Me-

letio,uiro in fide pio, & qui Arianicis temporibus ab Ecclesia expulsus, multas calamitates pertulerat,ac longo tẽpore solũ exiliꝫ causa uerterat. Verũ quid dicere attinet, qualis fuerit moribus? Mansuetus enim erat, strenuus,iustus,uirilis,sapiens,& oĩbus uirtutibus egregiè ornatus.Huius consilio,& persuasione prævaluit suffragiũ,ut Gregorius prę eminentiam in urbe sortiretur regia.At ille licet reliqua, quæ ad Episcopatũ spectarent, permoleste ferret,gregis tamen desiderio,& qa putaret si regię urbi prę sideret,quod orbis lites tanꝯ è specula quadã considerare, sicꝯ dissoluere,& Ecclesias dissidentes ambabus manibus ad unitatẽ reducere posset, Episcopã suscipere decreuit. Cũ uerò sanctus Meletius,ultimũ uitæ diem in urbe regia clausisset,ita funebri honoratus est põpa, ut tota ciuitas regia ad illã effunderet,multasꝯ profunderet lachrymas. Tumꝯ cognosci potuit,quanta ciuitatis multitudo esset. Rursus igit contentio de sede est suborta,inter secꝯ discrepabant Episcopi. Et quidã comitia iusta fuisse iudicabant,ac ideo etiã uolebant ut firma permanerent. Alĩ aũt ĩs quæ bene decreta fuerant,contradicebant.Hæc cũ Gregorius intellexisset,licet semel cathedrã accepisset, confestim tamen illã relinquere deliberauit, taliꝯ apud Episcopos usus est oratione.Ego sub initiũ, pastores sacri,ac uenerandi,regię urbis sede, ut nostis,sanctificari nolebam.Proinde si me laboris & sudoris gratia in Ecclesiã induxistis, & ut huic præessem optastis,sufficit mihi,ut ego his Deo thesaurizem,a quo & retributionẽ expecto.Verũ postꝯ me gregis desideriũ,ac cõmune uestrũ suffragium cathedram susc ipere coëgit, nequaꝯ mihi recte agere uidemini,cp nũc decreta subuertatis propria, & nõ oẽs in unũ consentiatis:sed quibusdã uideatur, ut quæ semel decreta sunt maneant firma,alĩs uerò minime. Ego uerò cũ nequaꝯ diuitem, aut sublimẽ desiderem cathedrã,neutiquam mihi lucrũ esse censeo,cp regiæ urbis iam Episcopus existã: cęterum filiorũ orbationem absꝯ animi passione ferre, molestissima simul & stolidissima mihi passio uideꝛ. Proinde ne uideamini ex inuidia,& animi leuitate quadam, alia facere cꝯ quæ prius decreuistis, uincantꝯ apud uos præsentia, pristina uerò tanꝯ inania contẽnatis,lubens Episcopa cedo. Consulite,ac per uos agenda agite:mihi uerò & nũc,& olim solitudo cordi est,nec a Deo excludunꝛ,qui priuanꝛ throno.Hæc cũ dixisset,ac sciret multos clam aliter sentire,cꝯ palã prę seferrent,domũ in qua habitabat reliquit,ac ad aliã longè ab Ecclesia remotã se transtulit,quo & tumultus, & turbarũ fugeret conuentus. Multi igit ex populo illuc confluebant, rogantes & orantes,ut misereretur gregis,quem tot laboribus, ac sudoribus enutriuisset, & auxisset. Da,inquiebant,amantissimis tuis gratiam hanc, & cũ uigorem uitę tuę primũ,in nostrã expendisti salutẽ, fac ut nec nouissimo tuo priuemur subsidio, saltemꝯ corpus tuũ nobis sit residuũ, qui tua doctrina sumus illuminati.His ille uocibus, tanꝯ filios amans pater deliniebat, ac quidnam faceret dubitare cępit: Deum itaqꝯ rogauit,ut cuncta pro bonitate ac dignitate sua disponeret.

8 *Meletius sanctus Episcopus pompa funebri totius ciuitatis Byzantij est honoratus.*

Hæc cũ ita se haberent,uenerunt Byzantiũ Episcopi,qui ex Ægypto, & Macedonia uocati erant, cũ synodus publica adhuc duraret:ĩ quoniã beatus Gregorius sine eorũ consensu confirmatus fuerat, humana animi deuicti passione,electionis contradicebant decreto: non cp Gregoriũ ita odio haberent, ut ipsum occultis peterent insidĩs, sed ut illos ulciscerenꝛ,

qui sine eorũ consensu Gregoriũ cõfirmauerant, & thronũ ei tradiderãt. At Beatus ille, cũ Epi hac de re conuenissent, in medium processit, & ita est locutus, Viri gregis sacri cõpastores, turpe foret, & nequaq; nostrũ, si alios pacẽ nos docerem?, inter nos aũt bellũ concitarem?. Quo pacto. n. alios ad concordiã reuocare poteritis, cũ ipsi in ꝝs, quę iam decreta sunt, discordetis? Verũ, per Trinitatẽ ipsam uos oro, ut cuncta honeste, & pacifice inter uos cõponatis. Si uerò ego uobis diuisionis huius causa existo, nequaq; purior sum Iona propheta, proꝟcite me in mare, & cessabit a uobis tẽpestas calamitatũ: paratus sum, licet me insontem esse sciam, uestrę concordiæ causa, quicquid uobis libitũ fuerit perpeti. Throno me priuate, ab urbe pellite, solũmodo ueritatẽ, & pacem, ut Zacharias ait, diligite. Valete sacri pastores, & me laborũ meorũ memores liberate. Hæc cũ dixisset, pudore illi sunt confusi. Gregorius aũt è congregatione egressus, ad Cappadocũ transiuit uicum, gaudio pariter, & mœrore suffusus: gaudio, q̃ a laboribus liberarẽ: mœrore aũt gregis causa, q̃ illũ relinqueret. Sed & in regiam perrexit, ut Imperatori ualediceret. Ad quẽ inter cætera sic quoq; locutus est: Tu quidẽ Imperator, Ecclesiã multis affecisti beneficiꝭ, refundat tibi Christus in die retributionis. Verũ Cęsar potentissime, pro quibus nunc rogo, tu mihi indignari noli: non pecunias peto, nõ uersicoloria altariũ desidero uelamina, nõ cognatorũ principatus, sed laborum remissionẽ precor. Cesset inuidia, pacẽ faciant Episcopi, potissimũ te authore. Tu qui barbarorũ audaciam cõpescuisti, sacerdotũ etiã pugnas sedato. Trophea potentiæ tuę maxima, unica Episcoporũ concordia ornato. Hoc ego donũ peto, hanc ultimã mihi gratiã dato. Hæc cũ Imperator audisset, admiratione est perculsus, pariter & senatus. Maximo enim uiri tenebanꝫ desiderio, ac ideo difficulter eum absolueruet, & abitũ concesserunt. Interim & dum adhuc in aula esset regia, Nectarius quidã Tarsensis Ciliciæ præfectus, a synodo in ipsius constitutus est Ecclesiã. Gregorius aũt clerum, & populi conuocauit præcipuos, ipsosq; adhortatus est, ut fidei custodirent depositum, & Dei mandata seruarent. Deinde illis ualedixit; & cũ omnibus lachrymarũ fontem excussisset, ab urbe discessit. Contulit aũt se ad agrum Arianzũ, quẽ ex hęreditate paterna in Cappadocia possidebat. Cum aũt multum effluxisset tẽporis, ex quo Basilius magnus ab hac uita ad Deum concesserat, præsentia cum sublimioribus permutans, epitaphium illi conscripsit, ac Cæsareã, metropolim sacram profectus, corã Ecclesia sermonẽ recitauit, quo facto rursus domũ concessit. Cũ uerò iamdiu ob morã in urbe regia factã, a patria abfuisset, duo decim enim annos Byzantꝫ egit, accidit ut Apollinaris discipuli quidã, secundã Cappadociæ prouinciam inuaderent, ac multos impietatis deciperent sermonibus. Quinetiã ad illam accedere sunt ausꝫ, ita ut Episcopum regioni, & Nazianzo eligerent. Verũ ipse celerrimè Nazianzũ hoc scelere purgauit. Cumq; uehementer rogaretꝫ, ut patriæ curã gereret, Episcopam suscipere abnuit. Vehementer enim quietã amplectebatꝫ uitam. Eulalium aũt quendam Nazianzo constituit pastorẽ, quem ipse inter honoratos habebat præcipuum, non ideo solũ q̃ ab illo colebatꝫ, sed q̃ moribus quoq; modestissimus erat. Ipse uero cũ iã ægritudinib? infestarẽ, in Arianzo se refocillabat. Cumq; iam non amplius ambulare posset, Clydonio presbytero, uiro pio, & legitimo Dei seruo, necnon alꝭ qui-

busdã mandauit,ne pestẽ hęreseos,& electiones Apollinaristarum,tanq̃ reprobas,& ab ecclesia catholica alienas susciperẽt. Quin nec cõtentus leui inter illos uti testimonio,fusius scripsit,ac singulatim Apollinaris sub uertit deliria:quemadmodũ Epistolæ duæ ad Clydoniũ conscriptæ manifeste ostendunt,necnon carmina ab illo relicta.

In carminibus aũt,quorum & antea meminimus, duplicẽ scopum habuit:primum quidẽ ut illicitam Iuliani legẽ planè puerilem,& inefficacem redargueret. Ea enim iubebat ne Christiani gentilium disciplinarum participes fierent. Secundum autẽ, quoniã uidebat Apollinarẽ uarios libros diuerso metrorũ genere conscribere, ac horum elegantia q̃ plurimos hæretica decipere impietate,necessarium duxit, cum post regressionẽ suam in Arianzo quiesceret, ac a negocijs feriatus ocium ageret, ut & ipse carmina scriberet. Vnde mihi plurima argumenti deprehendit materia. Dehinc per aliquod tẽpus quieuit,philosophia uitã expurgans. Cumq̃ iam contemplationi maiori immersus esset,fragilem hanc uitam, cum conditione meliori, & sublimiori in multa permutauit senectute, cuius hic uix simulachrum aliquod deprehenderat.

Proinde ego iam uiro tanto pro uiribus honorem impendi,quo patris optimi,necnon eorũ,qui res illius gestas scire desiderant,satisfacerẽ desiderio,ipsi breuem quandã uitæ, ac paucis cõprehensam haberent descriptionem. Haud enim scio,num aliquis ex illis etiã,qui admiranda prædita sunt sapientia,omnia digne enarrare posset. Tu uero pater beate,scenęq̃ ueræ spectator,& Mysta,ubi uoce exultationis & salutis, Angeli cũ sanctis Deum collaudant,tui memor sis Gregorij, qui hæc breuiter est philosophatus. Etenim si dum hæc apud te proloquor ob uiriũ etiam defectum,dignitate destituor, animi tamen promptitudine inobedientiæ me culpam euitaturũ spero. Siquidẽ non minus ad te,q̃ ad Deum ipsum sacra uox illa pertinet,acceptum esse quicquid fit pro uiribus.

9 *Inuocat Gregorium qui est in cœlo,ut sui sit memor. Quid dicis hæretice?*

Est præfatio eiusdem in D. Gregorij Apologeticum.

EIVSDEM VITA CONTRACTIOR PER Ruffinum presbyterum Aquileiensem scripta.

Proficiscenti mihi ex urbe magnopere iniungebas Aproniane fili charissime,ut tibi absens quoq̃ aliquid operis impenderẽ,ne uos a consuetis studijs necessitas meæ profectionis inhiberet. Petebas ergo Gregorium tibi in latinũ uerti,uirũ per oia incõparabilẽ,qui uerbo & operib⁹ clarus, splendidissimũ,lumen scientię Christi ecclesijs præbuit,dũ ea docuit quę fecit,nec seipsum condẽnauit agendo contraria q̃ docebat.

10 *Vides quod Gregorius ea docuit quæ fecit, nec seipsum condẽnauit agendo contraria quã docebat.*

Is Cappadocia,domo,eṗo patre,matre quoq̃ satis religiosa oriundus fuit. Athenis & alitus & eruditus, ut pauci: nec tũ in conuersatione scholari,uel ætatis uel sodaliũ illecebris cedens perdidit pudicitiam, sed tanquam a Deo sibi commissum thesaurum ad domum castam reportauit integrum signaculum castitatis.

11 *Gregorius caste & pudice uixit.*

Denicq̃ cũ philosophiæ studijs apud Athenas uacaret,uidit per soporẽ sedenti sibi & legenti duas decoras satis dextera læuaq̃ fœminas consedisse. Quas ille castitatis instinctu oculo toruiore respiciens, quænam essent,uel quid sibi uellent, percontabat. At illæ eum familiarius & ambitiosius cõplectentes,aiũt: Ne molestę accipias iuuenis,notę tibi satis & familiares

miliares sumus, altera enim ex nobis sapiẽtia, altera castitas dicit̃, & missæ sumus a domino tecum habitare, quia iucundum nobis & satis mundum in corde tuo habitaculum præparasti.

Tum deinde, cũ ob eximium in literis profectũ Athenis ut oratoriam doceret, astringeret̃, furtim nauim ingressus, abscessit. Et cũ se inexplorato mari cõmisisset, tempestate uexatus est, in qua se Deo seruiturũ uouit, quodq; cũ faceret, subito a patre episcopo in sacerdotiũ subrogatus est, quod ęgre ferens, discessit ad tẽpus. Postmodũ uero regressus, libellũ hũc apologeticum dixit in ecclesia, causas suæ abscessionis, uel etiã reditus, allegans. Post hæc etiã defuncto patri succedit in episcopatum apud Nazanzum breue oppidũ. Et inde cum post Valentis Ariani tẽpora, ecclesias catholici recepissent, Constantinopolim ad instituendam uel docendam ecclesiam transire exoratus est.

12 *Greg. uouit ĩ mari se deo seruituũ. superstitiosum ne fuit hoc uotum, ut hæretici nuganturꝰ Minime profecto, nam sapientissimus uir nequaquã illud emisisset.*

Vbi cum magnificum opus in uerbo Dei ageret, & infinitas quotidie pene multitudines ab hæreticis ad fidẽ ueram conuerteret, ut fieri solet, gloriam æmulatio subsecuta est. Ille uero tam erat in timore Dei perfectus, ut cum sensisset causa sui esse inter episcopos disceptationẽ, statim sponte discederet, dicẽs illum tantũmodo propheticũ sermonẽ: Si ꝓpter me tẽpestas ista, tollite me, & mittite ĩ mare, & desinet a uobis cõmotio.

Huius neq; uita aliquid probabilius & sanctius, neq; eloquentia clarius & illustrius, neq; fide purius & rectius, neq; scientia plenius & perfectius inueniri potest. Qui solus sit, de cuius fide ne dissidentes quidẽ inter se (ut fieri solet) partes & studia disputare potuerint. Sed id obtinuerit apud Deũ & ecclesias Dei meriti, ut quicunq; ausus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari, ex hoc ipso, quia ipse magis sit hæreticus, arguatur. Manifestum nanq; iudicium est, non esse rectæ fidei omnem, qui in fide Gregorio non concordat.

13 *Ergo et uitæ sanctitas una cum puritate & rectitudine fidei requiritur, nec fides sola sufficit.*

14 *Hoc apud Deum & Ecclesias Dei meritum obtinuit.*

Hunc ergo absq; ullo scrupulo lege, sciens tamen ꝙ eloquentiæ eius præfulgidum in græco lumen, non parum necessitas interpretationis obscurat. In quo utrum nostri sermonis paupertas, an ipsa interpretationis natura hoc agat, tu qui utriusq; linguæ habes peritiam, magis probato.

VITA MARCELLI APAMIENSIS EPISCOPI per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 9. Historiæ tripartitæ cap. 32.

1 Theodoritus. Fidelissimus Imperator Theodosius contra errorẽ Paganorum suum transtulit studium, legesq; conscripsit, pręcipiens idolorũ templa subuerti. Constantinus enim maximus omni fauore laudandus, qui primus pietate ornauit imperium, dęmonibus qdem sacrificare oĩbus ĩterdixit, non tamen eorum templa destruxit, sed inaccessa esse præcepit. Cuius filij paterna uestigia sunt sequuti. Iulianus aũt renouauit impietatẽ, & flãmã ueteris seductionis reaccẽdit. Porro Iouinianus imperio assumpto, rursus ĩmolationes prohibuit idolorũ. Valentinianus aũt maior, huiusmodi legibus usus gubernauit Europã. Porro Valens omnibus qdem alijs cõcessit, ut religiones suas colerent sicut uellent, eos solos impugnans, q apostolica dogmata propugnabant. Omni siqdem tempore eius imperij, ad aras ignis accendebat̃, & libamina atq; sacrificia idolis offerebant̃. Sed & pu-

blicas festiuitates per plateas agebant, & Orgia Dionysij celebrabãt, & cum scutis currebant, canes euiscerantes, furentes atq; bacchantes, & agẽtes oía, q̃ nequitiã proprij doctoris insinuant. Hæc omnia Theodosius inueniens fidelissimus Imperator, radicitus euulsit, & obliuioni cõtradidit.

Primus igit̃ aliorũ Marcellus episcopus lege principis pro armis usus, propriæ ciuitatis templa destruxit, de fiducia diuina, non de hominũ uirtute præsumens. Quod opus dignũ memoria narrare non prætermittam. Defuncto Ioanne Apameiæ ciuitatis episcopo, Marcellus uir sanctissim⁹ ordinatus est, feruens spiritu secundum apostolũ. Inter hæc uenit præfectus Orientis Apamiã duos χιλιάρχους cũ subiectis habens, Quo facto, populus militari timore perterritus est. Vbi cũ esset templum Iouis ualde Insigne, & ornamentis plurimis uariatũ, id præfectus destruere nitebat. Videns aũt forte admodum ædificium ac robustũ, impossibile iudicauit hominibus, lapidum iuncturas & cõmissiones posse dissoluere. Erant.n. ingentes, & inter se inligati, insuper & ferro, plumboq; coniuncti. Porro Marcellus pusillanimitatẽ præfecti uidens, eũ quidem misit ad alias ciuitates: ipse uero supplicabat deo, ut tẽpli destruendi præberet successum. Inter hæc uenit quidam suapte sponte diluculo, non structor, non lapidũ sector, neq; alterius cuiusq; peritus artis, sed lapides ferre et ligna in humeris consuetus. Is ergo accedens promisit facile templũ esse soluendũ: duorum autem mercedem poscebat artificum. Cumq; hoc sanctus pontifex promisisset, hoc ille machinatus est. Cohærebat.n. tẽplo in altitudine constituto ex quatuor lateribus porticus, erantq; colũnæ ingentes, & altitudinem tẽplo habentes æqualem. Singularũ uero circulus columnarum erat sedecim cubitorũ. Porro natura lapidis durissima erat, quæ non facile quibuslibet ferramentorum generibus rumperet̃. Harum itaq; tres per circuitum suffodiens, & sub earum basibus fortia ligna supponens, immisit ignẽ. Quo facto non poterat ligna naturaliter ignis accendere. Dæmõ etenim quidã teterrimus apparuit, q flammã scdm uires suas prohibebat operari. Cumq; frequenter hoc facerent, & molitionẽ suã explere non possent. nuntiauerunt hoc pontifici meridie dormienti. At ille repente ad ecclesiam concurrens, & aquã in uasculo portari præcipiens, aquã posuit sub altari. Ipse uero in pauimento posita fronte clementi domino supplicabat, ne amplius tyrannidem dæmoni ullam permitteret, sed ut infirmitatem illius denudaret, & signũ propriæ uirtutis ostenderet, ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nascerẽt. Hæc cũ dixisset, facto signaculo crucis in aqua, quendam diaconum suum Equitium, fide & zelo munitum, sumere iussit aquã, & uelociter currere, & cũ fide aspergere, ignẽq; supponere. Quod cũ fuisset factum, dæmon effugit non ferens aquæ uirtutem. Ignis autẽ uelut oleum habuit illius aquæ naturam, comprehensaq; sunt ligna & repente consumpta. Columnæ uero suffulturæ subsidio nudatæ, & ipsæ ceciderunt, & alias duodecim una traxerunt. Tum latus, qd̃ cohærebat tẽplo, uiolentia ruinę detractum est. Sonus aũt totã concutiẽs ciuitatem, cunctos fecit illuc concurrere. Et cum inimici dæmonis aperte cognouissent fugam, in diuinas laudes ora soluebant. Sic uero & alia templa sacratissimus pontifex ille destruxit. Qui & uictoribus scribebat martyrib⁹, & rescripta suscipiebat, & nouissime ẽt ipse martyrio coronat⁹ est.

VITA DONATI BEROENSIS, THEOTIMI TOmitiani, & Epiphanij Cypri Episcoporum, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 9. Historiæ tripartitæ ca. 46.

SOzomenus. Theodosij Imperatoris tempestate plurimi inter episcopos effulgebãt, Sicut Donatus Euryampi. De quo cũ prouinciales miracula multa testentur, maximũ tamen est, quod de dracone gessit. Is enim circa pontẽ in uia publica incens cibũ habebat oues, capras, equos, boues, & hoies abripiens deuorabat. Ad quã bestiã Donatus sine gladio, sine aliquo iaculo ueniens, cũ illa leuasset caput quasi uoratura uirũ, tunc ille uexillum crucis ante faciẽ eius digito designans in aere, in os eius expuit. Bestia uero sputũ mox ore suo suscipiẽs expirauit. Quam (sicut audiui) octo paria boum in uicinum cãpum traxerũt. Et misso igne cõbusta est, ne aerẽ fœtore corrũperet. Huius Donati sepultura insignis est, ubi oratoriũ ex eius nomine uocat, habens fontẽ aquarũ, quẽ ipse fert orationibus inuenisse. Nam cũ esset locus inaquosus, & illuc ex itinere aliquando uenisset, aiunt quod fatigatis illis q cũ eo erant, orauerit, & mox aquæ inundatio proruperit, & ex illo hactenus permaneat.

1 *Orationibus aquarũ fontem inuenit.*

Eo tempore Tomitanã & Scythiæ ecclesiã Theotimus gubernabat, uir in philosophia nutritus, cuius uirtutẽ diligẽtes Barbari trans Histrum habitantes, deum Romanorũ esse prædicabant. Diuinarũ siquidẽ in eo rerũ experimenta sæpius perceperũt. Nam cũ quodã tempore iter faceret, illius terræ barbari occurrerunt ei. Et cũ hi, q erant circa eũ, terrore turbarent, quasi continuo morituri, ex equo descendens orauit. Porro Barbari neq; eũ, neq; sequaces eius, nec equos de qbus descenderant uidentes, trãsierunt. Cum igit crebro transeuntes Scythas naturaliter feroces, epulis muneribusq; mansuefaceret, quidã barbarorũ arbitratus eũ esse locupletẽ, cœpit insidiari, ut eũ caperet, alligaret, & traheret. Cum hoc iam parasset, & dexterã ad hoc haberet, ut eũ iactu illaqueare, manus in aere mox ligata, & Barbarus ille inuisibilib9 uinculis est obstrictus. Tunc alijs pro eo rogãtib9, supplicauit Deo Theotimus, ut Barbarus solueret.

2 *Quid dicis hæretice sanctorum sepulchra non esse uenerãda, cum dæmones ad ea expellantur?*

Eo quoq; tempore fuit Epiphanius Cypriorũ episcopus, ad cuius sepulchrum hactenus dæmones expelluntur. Is enim cum substantiã propriã necessitatẽ sustinentibus erogasset, & multis quoq; offerentibus ei pecunias manu largissima dispensaret, contigit, ut pecunijs deficientibus œconomus ecclesiæ murmuraret. Quo facto, assistens quidã in domo, in qua habitabat œconomus, sacculum multarũ pecuniarum dedit, & ita dispariuit, ut nec qui dedisset, nec qui misisset cognosceretur. Quod factum omnes diuinum esse iudicauerunt.

Aliud quoq; eius libet referre miraculum. Quidã pauperes studentes Epiphaniũ arte deludere, ut sibi aliquid daret: cum iter ageret, unus eorũ supinum se prostrauit in terram, alter stabat quasi mortuum deflens, nec habens unde eũ sepelire potuisset. Epiphanius autẽ superueniens, orauit ut sub quiete dormiret. Et sepulturæ necessaria præbuit, simulq; consulatus est flentẽ, dicens: Quiesce fili a lachrymis; Non.n. fletu resuscitari potest. Est. n. inuitabile, quod euenit. Cumq; discessisset Epiphanius, cœpit ille pulsare socium, ut resurgeret. Et cum hoc semel & secundo fecisset, di-

cens: Surge, ut hodie de tuis laboribus epulemur, & ille penitus non senti ret, cognoscens uere mortuũ, cucurrit ad Epiphaniũ flens, & petens, ut suũ socium suscitaret. At ille consolatus est, ne grauiter ferret, quod euenis set. Non tñ defunctũ denuo suscitauit. Hoc enim credo prouide factũ, ut non facile dei ministri deludantur.

Eo tempore fuit Æas & Zeno in Palestinæ Gaza philosophantes. Et Æas ferẽ cum pulcherrimã duxisset uxorem, ter cũ ipsa solũ concubuisse, & tres filios genuisse, postea uitã monachicam apprime esse sectatus, Ze no uero eps ferme annoꝝ centum habens ætatem, nunquã solennibus mi nor fuit, aut quieuit officijs.

3 *Si sanctorũ ossa aut sepulchra uenerari uanum esset et superstitiosum, ut nostri hæretici mẽtiuntur, corpora sanctorũ prophetarũ non fuissent diuina reuelatione ostensa.*

Non solum autẽ religionem hæc tunc nobilitabant, sed etiã Abacuc & Micheæ prophetarũ corpora (sicuti audiui) hoc tempore sunt ostensa re uelatione diuina, cũ Zebennus tunc Eleutheropolitanã gubernaret eccle siam in uico, qui prius uocabaẽ Ceila, in Berethasia prædio, quod distat ab urbe ferme stadijs decem. Circa hunc locũ sepultura Micheæ fuit, q̃ nescientes qd dicerent prouinciales, ò fidelem memoriam uocitabant.

Ex libro 7. Historiæ Eccle. cap. ultimo.

VITA D. MELETII PRIMVM SEBASTENI, POstea Antiochenæ Ecclesiæ Episcopi per diuersos authores scripta.

m Eletius, qui postmodum Sebastenæ ciuitatis episcopus fa ctus est, apud Pontum tantę fuit suauitatis in moribꝰ, & tan tæ dulcedinis, ut mel Atticum a sodalibꝰ uocaretẽ. In omni eruditione pfectus. In rhetoricis talis erat, ut alijs studijs nũ q̃ uacasse putaretẽ. In cũctis uero philosophiæ generibus, q̃ in quinq̃ diuidunt̃ disciplinas, ita erat per singulas consummatus, ut cum in unaquaq̃ qs experiri uoluisset, in hac eũ sola a puero habuisse exercitiũ iudicaret. Cumq̃ esset eruditionũ prærogatiua magnificus, uirtus tñ ani mi, & uitæ syncerítas longe in eo magnificentior habebaẽ. Quẽ nobis p sequutionis tpe in fuga positũ, apud Palæstinã diligentius, & plenꝰ agno scere licuit. Quo autem tempore morabaẽ Antiochiæ Constantius, se data tempestate, & Persico bello confecto, rursum cogebat Episcopos, compellebatq̃ cũ coessentialitatẽ, tum diuersi essentialitatẽ abnegare. Il lius urbis soliũ occuparat post Leontium Eudoxius, q̃ inde expulsus, & post multarũ Synodorũ celebrationẽ Constantinopoli arrepta, uacantẽ pastore reliquerat ecclesiã Antiochenam. Tum episcopi, qui undiq̃ coa cti plurimi aderant, ante oia aiebãt prospiciendũ de pastore ecclesiæ, atq̃ ita demũ una cũ illo communiter de dogmatis consultandum esse.

Ex libro 2. Historiæ Theodoriti cap. 31.

Illo tempore diuus Meletius cũ gubernaret quandã Armeniacã urbẽ, offensus subditorũ inobedientia alio se se cõtulerat, & priuatus otiosam degebat uitã: eũ, rati factio Ariana concordem, consentientemq̃ habere in dogmatis, a Constantio ut crearet Epm Antiochiæ impetrant. Auda cissime enim omnes leges uiolabant, dũ stabilirent impietatem. Suã, fun damentumq̃ erat impietatis cunctarum sanctionũ transgressio: multaq̃ extant multis in partibꝰ orbis terrarũ nullo exemplo ab illis facta. Sed stu diosi dogmatũ apostolicoꝝ, non ignorãtes qua esset magnus Meletius, & sanitate sententiæ, & claritate uitæ, & uirtutis copia, nequaq̃ refraga ri, sed

ri,sed annití,ut de illo decretū scribereť, & ab uniuersis subscriptiones adderentur.Idq; datur quasi cōe depositum asseruandum Eusebio Episcopo Samosatensi,strenuo ueritatis pugili. Accersito autem ab Imperatore,ap propinquanticq; ad urbē Meletio, obuiam processere omnes sacris Pontificalibus initiati, pro cessere & alīj cœtus ecclesiastici:denicq; uniuersa ciuitas una,cū Iudæis,ac Græcis,cupidi celeberrimū illū aspiciendi Meletiū.

Tum rex & illū,& alios disertos iubet explicare pplo,qđ scriptū est: Dns cōdidit me principio uiarū suarū ad opa sua: negotio dato notarijs, ut pscriberent quæ a quoq; dicerenť; neq; ullā exquisitiorē doctrinā esse posse credidit.Ibi primus Georgius Laodicenus euomere fœtorē hæreticum,post quē Acacius Cęsariensis media quadā uia incedens, longissime quidē se remouit a blasphemia illorū, non tamen apostolicā præscriptionē exactā,integrāque custodiuit.Tertio surrexit Magnus Meletius,& rectitudinē theologicę regulæ protulit,ad ueritatis quasi amussim respiciēs, ne quid nimis,neue plus diceret,q̄ oporteret. Cuius dicta cū oium acclamatione comprobarenť,cūque petereť ut cōpendio quodā totā doctrinā complecti uellet,trib9 erectis digitis,& mox adductis duob9,unū tenens erectū,dignā laude uocē illam edidit,Tria sunt, quæ intelligunť, unū autē quod compellamus. Aduersus quā doctrinā ñ, quorum animos insederat Ariana pestis,exacuere linguas suas,& texere calumnias, q̄ Sabellium dogma diuum asserere Meletium dicerent,ac mouere quidē Euripū illum,q̄ facillimo momento huc illucque impelleretť;effecerūtque ut Meletius relegareť in patriā suam,moxque Euzoium pro illo subiecere, manifestum patronum Ariani dogmatis:cumque esset diaconus,magnus eū Alexander una cum Ario dignitate priuauerat.

His gestis statim sana pars populi ab altera Ariano malo infecta separata,conuentus habere cœpit in apostolica ecclesia,in ueteri urbe,ut uocatur,sita:nam triginta annis post insidias structas laudatissimo Eustathio, pertulerant Arianam prauitatem, sustentati melioris temporis spe:ubi uero apud illos crescere impietatem uiderunt,eisque, qui defenderent apostolica dogmata,cū palā bella indici,tum clanculum strui insidias, & esse iectum D.Meletium,illique in præsulatu subrogatum Euzoiū principem sectæ,tum recordati sunt eorum, quæ ad Loth dicunť; saluans salua animam tuā;& præterea Euangelicarū legū, quæ plane edicūt: si oculus tuus dexter offendiculo tibi sit, excidendū illum,& abīciendum:quæ similiter a domino & de manu,ac pede sanciunť.Et additur:Expedit enim tibi unū potius perire membrū tuum, quā totū corpus in gehennā cōīci. Et ecclesiæ quidem diuisio,ita ut diximus accidit.

Verum admirabilis Eusebius,cuius & supra meminim9,cuicq; esset creditum cōe decretum,cū cerneret conuentis non stari,reuertit in cōmissam sibi urbem.Sed illi metuentes a scripturæ testimonio, persuasere Imperatori,ut ad Eusebium mitteret illos, qui celerrime responsa solent referre, quod crebro in cursu equos mutent:quorū cum unus cū Imperatoris mādatis ad illum uenisset,non est integrū mihi, inquit admirabilis Eusebius, restituere commune depositū,nisi congregatis uniuersis,qui mihi commiserunt. Quo renuntiatio inflammatus ira Imperator,literas illi misit, quibus petebat decretū sibi mitti,cum adiunctis minis,ni faceret,amissurum eū dexteram manum.Hæc tamen ad prętereundū illum tam uehementer

scripserat: nam tabellario, ne faceret, fuerat imperatum. Cum igit̃ resignatis literis, uidisset diuinus homo, qd supplicꝫ interminaretur sibi Imperator, prolata una cū dextera manu ēt læua, seca, inqt, ambas, nam cōmune decretū non restituam tam clarū testimoniū Arianæ prauitatis. Hanc illius cognitā fortitudinē admodū admiratus Constantius, laudare nunc̃ destitit. Nam & inimici admirantur aduersariorum excellentias compul sꝰ magnitudine actionum. Theodoritus. Mortuo aūt Constantio, cum Iulianus imperaret, adolescens qdam sacerdotis filius, in Paganismo nutritus, ea tēpestate ad Christianorū translatus est chorū. Erat. n. tūc quæ dam insignis reuerentiæ mulier, & Diaconissæ honore fulgebat. Hæc cū huius matre habuit amicitiā, quæ sæpius cū huius mater ad ipsam ueniret, hunc infantē amplectebat, & ad cultū Christiani nominis inuitabat. Porro matre defuncta, ueniebat adolescens ad eā, & doctrina consueta fruebat. Cumc̃ fermissime eius consiliū percepisset, interrogauit Doctricem, quo posset argumento, & patris superstitionē declinare, & prædicationē ueritatis adipisci. Quæ dixit, ut patrē fugeret, & creatorē suū, atc̃ illius potius sequeret̃, atc̃ ad aliam iret urbem, in qua latenter Imperatoris impꝫ manus effugeret, ipsam se eius curā habere promittens. Ad quam adolescens: Reuertar, inqt, postea, & animā meam tibi contradā. Cūq; uero pauci transissent dies, Iulianus uenit ad Daphnen, celebraturꝰ publica sacrificia. Cū quo ēt huius pater. Erat. n. sacerdos, & sequi solitus Imperatorem. Cū quo erat & iste puer, eiusc̃ frater, habentes officiū, ut cibos Imperatori apponerent. Solebant. n. septem diebus in Daphne festa celebrari. Primo quidē die eū staret iste ante Imperatoris accubitū, & epulas solenniter aspersisset, repletus horrore, cū celeritate Antiochenā uenit ad ciuitatē, ad illam mirandā mulierē. Quo facto, ego, inqt, nequac̃ tibi de ꝓmissione mētiꝰ tu uero utriusc̃ saluti cōsulēs, ꝓmissa cōple. At illa repēte surgēs ad dei uirū Meletiū pduxit adolescētē: uerū ille i supiori habitaculo iterim eū habitare p̄cepit. Pater iterea filiū regrēs, & Daphnē circuibat oēm; & ad urbē ueniens, plateas cūctas perambulabat, & uicos oculis undequac̃ currentibꝰ, & eū inuestigari desiderantibꝰ. Cumc̃ peruenisset ad locū, ubi habitaculū sanctus Meletius habebat, suscipiens, uidit illum de fenestra prospicientē. Et currēs traxit, ac deposuit, atc̃ domum usque perduxit. Primumc̃ eum multis flagellis afficiēs; deinde calefaciēs obolos, manibus, ac pedibꝰ, & dorso eius imposuit. Post hæc uinctū in cubiculo clausis Ianuis dereliquit, & ita profectus est ad Daphnē. Hæc ego a uiro iā sene, cū narraret, audiui. Qui ēt hæc adiecit, quod spiritu diuino, gratiac̃ repletus, contriuerit omnia patris idola, & eorū infirmitati coēperit irrogare blasphemias. Quo facto mente percipiēs quod egisset, formidauit præsentiā patris, rogauitc̃ dñm Christum, ut ipsi ferret auxiliū, claustrac̃ confringeret, & ianuas aperiret: Propter te, inqt, talia dñe pertuli, & hæc agere non expaui. Cū hæc, inquam, dixisset, ceciderunt repente claustra, apertēc̃ sunt ianue. At ille rursus ad magistrā uenit, quæ continuo eū induens schemate mulieris, & in camera residere iubens, post paululū obtulit rursus sancto Meletio. Qui eū episcopo Cyrillo Hierosolymitano contradidit, & ita uenerūt noctu in Palæstinā. Verum post Iuliani mortē, ēt patrem iste duxit ad ueritatem Christianam: quod inter alia quoc̃ nobis exposuit.

Ex Historiæ Tripartite lib. 6. cap. 33.

Sozomenus. Cum aũt postea Valens suscepisset Imperiũ, uenit in Eu- *Ex Histo. Tripartita*
roeam: metuebat n. ne forte Persæ pacta sub Iouiniano triginta annorũ fa- *lib. 7. cap. 14.*
cta soluerent. Qui cũ nihil mouerent, degebat in Antiochia. Quo tempo-
re Meletiũ quidem eꝑm destinauit in exiliũ; Paulinum uero reuertitus, il-
lius uitæ pepercit. Eos aũt, qui Eudoxio communicare nolebant, eccleſijs
expulit, pecunijs cõdẽnauit, uerberib⁹, & alijs reb⁹ afflixit. Theodorit⁹.

In Antiochia uero Valens plurimo tpe commoratus, oĩbus licentiam *Ex lib. 8 eiusdem H*
dedit Gentilibus, atq; Iudæis, necnon hæreticis. Nã & Gentiles festiuita- *storiæ cap. 3.*
tes agebant dæmonibus ministrantes, & post Iulianũ a Iouiniano idola-
triæ uanitates extinctas, florere rursus iste permisit: & Iouis cultum, atq;
Dionysij, sacraq; Cereris iã non in occulto, tanq; sub Pio Imperatore ce-
lebrabant, sed per mediã plateam baccantes ubiq; currebant. Illis tm̃mo
do tunc princeps erat inimicus, q Apostolicam doctrinã prædicare uide-
bantur, & eos primũ quidem a sacris basilicis fecit expelli: qbus Iouinia-
nus inclytus Imperator nouã dederat eccleſiam. Cumq; in monte sacra
celebrarent, hymnis laudantes deum, & diuinis illic eloquijs perfruẽtes,
licet aeris aduersitatem sæpius sustinerent, aliqñ pluuijs, aliqñ niuibus, ali
qñ gelu, frequẽter ignis ardore macerati, ne in huiusmodi quidẽ locis lau-
dibus diuinis eos frui permisit, sed missis militibus effugauit.

Tunc Flauianus, atq; Diodorus, ueluti quædã propugnacula, iaculis
imminentibus resistebant. Nam cũ Meletius ipsorũ pastor seorsum dege
re cogeret, isti curã gregibus adhibebant. Iupis qdem obijciẽtes propriã
fortitudinẽ, & sapientiam suam; Quibus aũt curam congruam iugiter af-
ferentes. De montanis aũt locis expulsi contra ripas uicini fluminis pasce
bant oues. Non. n. patiebantur scd'm Israelitas captiuos in Babylone or-
gana sua suspendere, sed laudabat creatorẽ, & largitorem deũ in omni lo
co dominationis eius. Sed neq; in hoc loco concilium pioꝝ quietum es-
se permisit hostis seruorum Christi. Veruntamen concordia illorũ mira-
bilium pastoris magni discipulorũ ad exercitium sanctas oues enutriens,
spiritualia pascua ministrabat. Et Diodorus qdem sapientissimus, atque
fortissimus, uelut quidam fluuius perspicuus, atq; torrens, oues quidẽ pro
prias irrigabat, luporũ uero blasphemias penitus abluebat: et generis sui
nobilitatem spernens, libenter sustinebat quãlibet pro fide calamitatem.
Flauianus uir optimus, & ipse genere nobilissimus, honestatẽ solã iudica
bat esse pietatẽ, & uelut puer exercitatus, maximũ Diodorum, quasi quẽ-
dam infinitoꝝ certaminũ ungebat athletam. Illo nanq; tẽpore non con-
cionabatur inter ecclesiastica collegia, sed hoc agentibus multa subsidia
conferebat consilioꝝ, & scripturarũ, & expositionũ. Et doctores qdem
contra Arianas blasphemias tendebant arcus: iste uero uelut ex quibusdã
pharetris suæ mentis sagittas congruas offerebat, & non solũ domi, sed
etiam publice hæreticis resistens, retia eorũ facilius perrumpebat, & illo
rum argumenta ostendebat esse telas aranearum.

Socrates. Gratianus aũt cum iuniore Valentiniano regno potitus, ab *Ex libro nono eiusdem cap. 2.*
exilio reuocatis omnibus, lege sanciuit, ut unaquæq; religio licite sacra cele
braret, solos uero ab ecclesijs prohibuit Eunomianos, Photinianos, Mani
chæos. Theodoritus. Tunc igit̃ in Antiochia, quæ præsidet Orienti, cõ
tentio huiusmodi causa prouenit. Pro apostolicis dogmatibus laboran-
tes (sicut iam dictũ est) erant diuisi, & alij post calũnias irrogatas Eusta-

thio Arianã abominati uesaniam, apud seipsos sacra celebrantes, Paulinũ habebant antistitẽ. Alij uero post ordinationẽ Euzoij cũ Meletio conuenientes; eius doctrina fruebantur. Ad hæc aũt Apollinaris laodicenus alterius partis sibi Præsulatũ assumpsit. Qui cũ pietatis indueret uultum, & Apostolica se fingeret dogmata conseruare, paulopost manifestus hostis apparuit. De diuina nanq; natura adulterinis rationibus utebatur, gradus quosdã generans dignitatũ, & sacramentũ dispensationis imperfectũ ex planare præsumens, animamq; rationalẽ, quæ corpus regit, priuatã salute confirmans. Si enim animã non assumpsit, secundũ illius rationem, deus uerbũ, neq; medicinã præbuit, neque honorẽ dedit: sed corpus quidẽ terrenum ab inuisibilibus uirtutibus adoratur; anima uero secundũ diuinã imaginẽ facta inferne pmansit, contumelijs induta peccati. Qui plurima super hæc uæsanus asseruit. Aliquando etenim pariter confitebatur & ipse ex sancta uirgine assumptã carnẽ: aliquando uero eam cum deo uerbo cœlitus descendisse: aliquando eum ipsum factum carnem, sumpsisse nihil ex nobis. Aliasq; plurimas, & inanes fabulas sacris promissionibus copulabat, quas in præsenti dicere superfluũ iudicaui. Talia quidẽ ille dicens, non solũ suos peste repleuit, sed ẽt quosdã nostrorũ fecit huiusmodi lepra participari. Post modicũ uero tẽporis cum suũ uiderent opprobriũ, & ecclesiæ claritatẽ, pene cuncti reuersi sunt, & communionẽ ecclesiasticã percipere meruerunt, nõ tñ priorẽ deposuere languorem, sed magis cõplures constantiũ latenter sauciauerunt. Ex hac ergo radice in ecclesijs germinauit una carnis, deitatisq; natura, et ut diuinitati unigeniti passio copuletur: & alia quecunq; populis & sacerdotibus certamina genuerunt. Sed hæc quidem postea facta sunt. Tum igitur ueniente sapore magistro militiæ, & ostendente Principis legẽ, Paulinus quidẽ fatebatur se Damasi esse participẽ. Promittebat ẽt Apollinaris, hoc ipso languore celato. Sacratissimus uero Meletius sub qete degens, illorũ certamina deuitabat. Porro Flauianus sapientissimus tunc in ordine presbyterij cõstitutus, primo quidẽ ueniente magistro militũ ita ad Paulinũ loquutus est: Si communionẽ Damasi o amice, sectaris, ostende nobis dogmatũ tuorũ aperte cõcordiam. Ille nanq; unã Trinitatis substantiã confitens, tres subsistentias prædicat in aperto, uerũ tu e diuerso subsistentias perimis Trinitatis: ostẽde itaq; dogmatum concordiã, & suscipe secundũ legem ecclesias. Quũ ergo illũ his sermonibus obiurgasset, conuersus Apollinari dixit: Admiror te, amice, sic impudenter ueritati resistere, cũ aperte noueris, quod laudabilis Damasus perfecte naturã nostrã a deo uerbo dicat assumptã, tu uero contraria fatearis. Mentẽ nanq; nostrã salute fraudas. Si aũt falsè loqmur, te forsitan accusantes, uel nunc nouitatẽ a te natã denega, & Damasi amplexus doctrinã, sectam suscipe uenerandã ueritatis. His rationibus sapientissimus Flauianus illorum fiduciam ita redarguit.

Porro Meletius omniũ mansuetissimus hominũ, benigne, atq; suauiter Paulino dixit. Quoniã & mihi harũ ouium curã cõmisit dominus, & tibi similiter aliarũ, susipe hanc sollicitudinẽ, & cõmunicemus inter nos sub dogmate pietatis. Iungamus amice greges, & soluamus de Præsulatu contentionem; cõmuniter pascentes oues, curam eis cõmuniter exhibeamus. Si aũt de sede certamen est, ego etiã hanc contentionẽ conabor dissoluere. In sede sacrũ ponat Euangeliũ, & ex utraq; nos parte sedea-

mus. Et si quidē prius ego finem uitæ susceperō, solus eris Antistes: si uero hoc tibi prius euenerit, ego rursus gregis habebo curam. Cū hæc ergo Meletius cū omni mansuetudine protulisset, Paulinus acquiescere nō consensit. Tum magister militiæ iudex utriusq; uerborum, ecclesias Meletio tradidit. Paulinus aūt aliarum ouium permansit Antistes. Verū Apollinaris Præsulatu nudatus ecclesiæ, nouitatē doctrinę suæ aperta impudentia prædicabat, & ducē semetipsum ostendit Hæreseos; & ipse quidē in laodicia crebro morabatur. In Antiochia uero pridem Vitalem ordinauerat, uita quidem optima decoratam, & apostolicis dogmatibus immitritū, postea tamen hoc languore putrefactum.

Porro sacratissimus Meletius Diodorū illum (cuius iam meminimus) qui sub tēpestate oppido q̄ aspera ecclesiæ nauem a submersione seruauerat, Tarsensium pastorē constituit, eiq; Cilicū gentis curam cōmisit. Apamiæ uero pontificalem curā Ioanni dedit. Qui licet genere, ac nobilitate fulgeret, tamen progenitores proprijs uirtutibus adornabat. Hunc ergo & sermo decorabat, & uita. Is itaq; tēpore tempestatis confideliū suorū numerū gubernauit, cooperatorē habens laudabilem stephanū, quem sacratissimus Meletius ad alia certamina destinauit. Nam cū cognouisset Germanicia Eudoxij peste corruptam, hunc eo tanq̄ sapientissimū medicum destinauit. Erat enim omni Græcorum doctrina plenus, & diuinis dogmatibus innutritus. Quamobrē spe sua fraudatus nō est. Vsus nanq; dono spiritalis doctrinæ, lupos mutauit in oues.

Porro magnus Eusebius de exilio remeans Acacium summæ claritatis uirū in Bęrea ordinauit episcopū, in Hierapoli Theodotum, cuius mira conuersatio hactenus decantat, Eusebiū in Chalcide, in Cyro nostra Isidorum. Aiunt uero quod etiā Eulogium, qui pro Apostolicis dogmatib⁹ decertarat, & in Antincon cū Protogene missus in exilium, Edessæ ordinauerit episcopū, Barses enim sacratissimus, iam de hac luce migrauerat. Sanctus uero Eusebius ultimū episcopum Marin in ciuitate Dolica fecit. Hæc enim parua ciuitas uæsaniam tunc obtinuerat Arianam. Quo cū accessisset Eusebius, ut Marin uirū plurimis uirtutibus decoratū in sede collocaret episcopali quędā mulier Ariana peste repleta, tegulā de testo demisit, quæ eius caput ualde cōtriuit. Isq; paulo post ad uitā meliorem de hac luce migrauit. Qui moriens præsentes iureiurando constrinxit, ut ab ea, quæ hoc fecisset, nullo modo pœnas exigerent, imitatus dominum suum, qui de crucifigentibus ait: Pater remitte eis; non enim sciunt quid faciant. Simul & conseruū stephanū, qui post multos lapidum iactus clamabat: Domine ne eis statuas hoc peccatū. Hoc ergo modo magnus Eusebius est defunctus. Et qui Thraciæ Barbaros effugit, impiorū hęreticorum manus declinare nō potuit, sed martyrij coronā illorū ferocitate suscepit. Hæc ergo gesta sunt post reuersionem episcoporum.

Porro Gratianus Thraciam Barbaros uastare cognoscens, Italia relicta, in Peoniam uenit. Ea tēpestate Theodosius tam propter parentū nobilitatem, q̄ propter fortitudinē propriam nominatissimus habebat, & ob hanc causam inuidia pariū Iudicum fatigatus, in Hispania morabat, ubi & ortus fuerat, & nutritus. Cumq; Imperator quid faceret hæsitaret, quippe cū Barbari eleuati uictoria inexpugnabiles esse uiderent, ducatu Theodosij puguam credidit finiri. Repēte siquidē eum ab Hispanijs euo-

cans, & magistrũ militum esse denuntians, cũ expeditione ad Barbaros destinauit: At ille fide munitus, confidenter ad Thracias est profectus. Quo cũ uenisset, uidissetq; Barbaros, exercitũ ordinauit ad pugnã. Congressione uero facta, impetũ Barbari non ferentes, suas acies reliquerunt. Et illi quidẽ fugiebant, hi uero fortiter sequebantur. Immensaq; cedes tunc facta est Barbarorũ. Plurimis igit̃ interemptis, paucisq; latenter transeuntibus Histrum, mox Dux optimus, exercitu dispersо, per uicinas urbes uelociter redit ad Principem, ita ut ipse triumphorũ suorũ nuntius existeret. Quod tamen nec ipsi Imperatori, cum miraret̃ factum, credibile uidebat̃. Æmuli siquidẽ & fugisse eum dicebant, & exercitũ perdidisse. At ille propter derogantes sibi, petijt mitti, qui uiderent hostiũ multitudinẽ peremptorum. His uerbis Imperator flexus, misit qui res actas inspicerẽt, sibiq; renuntiarent. Porro dux optimus inter hæc diuinã uisionẽ uidit, & ab ipso Deo aperte sibi monstratã. Conspexit enim in somnis, quod sanctus Meletius Antiochenæ ciuitatis Antistes, chlamyde ipsum uestiret Imperiali, & corona caput ornaret. Hæc cũ nocte uidisset, cuidam mane retulit clericorũ. At ille clarũ esse somniũ dixit, & nihil ęnigmaticũ, nihil dubiũ continere. Quumq; pauci omnino transissent dies, qui pro uictorię inspectione missi fuerant redierunt, peremptaq; hostiũ multa milia narrauerunt. Quamobrem lætatus Princeps, Theodosium fuit Imperatorem.

Theodoritus. Assumpto itaq; ad Imperium Theodosio, cũ Episcopi centum, & quinquaginta fuissent Constantinopoli congregati, pręcepit Imperator, ut nullus proderet quis nam esset maximus ille Meletius. Volebat enim ex memoria sui somnij uirũ illum sibi ipsi indicari. Cum ergo omnis illa multitudo Pontificũ regiam introisset domũ, relictis omnibus, ad magnũ cucurrit Meletium, & ueluti quispiã filius patris amator, post multum tẽporis paterna uisione potitus, cõplectebat̃ eum, & simul osculabat̃ oculos, labia, pectus, & caput, dextramq;, quę ipsum in somnis coronauerat, insinuauitq; illi queam uiderat uisionẽ. Cumq; etiam cæteros congrue salutasset, rogauit tanq; patres, ut de rebus p̃sentibus cogitarẽt.

1 *Funus Pauli Episcopi Ancyræ cum honore maximo & reuerentia suscepit Theodosius Imperator.*

Paruo porro tempore transeunte sanctus quidem Meletius est defunctus, & ab omnibus sapientibus cum pręconijs maximis est sepultus.

Socrates. Interea Theodosius Imperator corpus episcopi Pauli de Ancyra tunc reuocari fecit, quem Philippus Præfectus propter Macedonium in exilium destinatũ in Cucuso Armenię fecerat suffocari. Quod funus cũ honore maximo, atq; ueneratione suscipiens in ecclesia recondidit, quæ nunc ex eius nomine noscit̃ appellari, quã tunc Macedoniani tenuerant ab Arianis diuisi, & expulsi ab Imperatore, q; eius uoluissent sequi fidẽ.

2 *Funus magni Meletij iussu Theodosij ministrantibus cunctis ciuitatibus ex Constantinopoli usq; ad Antiochiam cũ psalmodia et honore debito deportatum.*

Sozomenus. In qua basilica plurimi nescientes ueritatẽ, Paulum Apostolum iacere credunt, & maxime mulieres, ac populus. Hoc itaq; tẽpore etiam Meletij reliquiæ in Antiochiam relatæ, & iuxta sepulchrum Babylæ martyris noscunt̃ esse reconditæ. Fertur uero, q; per totã uiam iussu principis, ministrantibus cunctis ciuitatib⁹, cũ psalmodia, & honore debito funus eius usq; ad Antiochiam fuerit deportatum.

VITA D. AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS & Macedonij uiri sancti per Ruffinum presbyterū Aquileiensem, & Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. II. Historiæ Ecclesiasticæ cap. II.

Defuncto apud Mediolanum Auxentio hæreticorum episcopo, utriusq; partis populi diuersis studijs ferebant. Dissensio grauis, & periculosa seditio urbi propriæ maturū parabat exitium, si pars utraq; cū diuersum uellet, nequaquā quod proposuerat, ot tineret. Ambrosius tunc consularis eiusdem prouinciæ fasces regebat. Is cū perniciem ciuitati uideret impendere, pro loco atq; officio suo, confestim ecclesiā seditionē populi mitigaturus ingrediē. Cumq; inibi multa secundū leges & publicā disciplinā pro quiete & tranquillitate perorasset, pugnantis inter se & dissidentis populi subito clamor & uox una consurgit, Ambrosium episcopū postulantes. Baptizari hunc protinus clamant (erat enim cathechumenus) & sibi episcopum dari: nec aliter unū populum fore atq; unam fidem, nisi Ambrosius sibi daret sacerdos. Obluctante illo & plurimū resistente, ad Imperatorē relatum populi desiderium, omni maturitate iubet impleri. Dei enim ait esse, quod discordantē populi fidē, & animos dissidentes conuersio subita in unū consensum atq; in unam sententiā reuocaret. Moxq; Dei gratiam consecutus, & initiatus sacris, & sacerdos effectus est.

1 *Si oēs fideles ex æquo sunt sacerdotes, ut quidā nunc mentiuntur, quid fuit necesse ut Ambrosius mox baptizatus, & initiaretur sacris, et sacerdos efficeretur, Cap. XV.*

Mortuo aūt Valentiniano Iustina uxor eiusdē, ac Valētiniani pueri mater, Arianæ hæreseos alūna, impietatis suæ uenena, quæ uiuente uiro suppresserat, filio facile decepto fideliter aperuit. Igit apud Mediolanū posita, conturbare ecclesiarū statum, cōminari sacerdotibus depulsionis exilia, nisi Ariminensis concilij decreta, quibus fides patrū temerata fuerat, reuocarēt. Quo bello ecclesiæ murū & turrim ualidissimā pulsabat Ambrosium. Eumq; minis, terroribus, atq; omni oppugnationis genere fatigans, primū sibi aditum debellandæ rimabat ecclesię. Sed quamuis illa Iezabel spiritu pugnaret armata, resistebat tamen Ambrosius, Heliqui tute repletus & gratia. Ipsa aūt in ecclesijs garrire, strepere, animare, & inflāmare ad discordiā populos: Sed quod minus res ex sententia cederet iniuriā putare, & pro hoc ad filiū conqueri. Vnde adolescentulus pro contumelię inuidia, quam falso conflauerat mater accēsus, armatos q; globum ad ecclesiam mittit: confringi ianuas, oppugnari sancta, sacerdotem pertrahi atq; in exiliū mitti, ptinus iubet. Sed tanta fuit perseuerātia fidelium populoq;, ut animas prius amittere, quam episcopum mallent.

Interim dictanda aduersum fidē patrum imperialia decreta mandant Beneuolo, tunc memoriæ scrinijs præsidenti. Sed ille cui ab incunabulis sacra fides & uenerabilis fuit, abnegat se impia uerba posse proferre, & contra deū loqui. Tum uero ne inceptū reginæ frustrari uideret, cellior ei honor promittit, si impleret iniuncta. Ille q nobilior in fide esse quā in honoribus cuperet. Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altiorē promittis gradū? Hunc ipsum quē habeo tollite, tm mihi conscientia fidei duret illęsa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientiū cingulū iecit. Ambrosius uero aduersum reginæ furorē, non se manu defensabat aut telo, sed ieiunijs continuatisq; uigilijs sub altari positus, per obsecrationes defensorē sibi atq; ecclesiæ deū parabat. Dumq; hæc in longū diuersis machinis, &

2 *Idcireo ieiunijs, cōtinuatisq; uigilijs sub*

altari positus per obsterationes defensorē Ecclesiæ parat deū Ambrosius, ut etiam ex hoc subuertantur infamiæ nostri tēporis quorundam, qui hæc omnia subsannant et derident.

oppugnationibus nequā, Iustina moliretur, Maximus, qui se exuere tyrāni infamia, & legitimū principem gestiret ostendere, datis literis impiū protestatur inceptū, fidem dei impugnari, & statuta catholicæ ecclesiæ subrui, & inter hæc appropinquare Italiæ cœpit. Quo Iustina cōperto, hoste simul atq; impietatis conscientia perurgente, in fugā uersa cū filio, exilia quæ dei sacerdotibus præparabat, prima sortitur.

Adfuit tñ Theodosius propter regni fidē, bonitatisq; ac beneficiorū Gratiani memor: & in uindictā, totius uiribus orientis insurgens, ultus est sanguinē iustū. Valentiniani quoq; impia inter hæc matre defuncta, fidē catholicam, quā ipsa uiolauerat, & regnū tyrannide depulsa, restituit. Atque ipse posteaq; Romam illustri triumpho inuectus est, ad propria rursus regna remeauit. Theodoritus.

Habetur li. 9. Historiæ tripartitæ cap. 30

Sed non est facile hominibus, uniuersas uitare hostis insidias. Nam ubi quispiam libidinis effugerit passionē, incurrit in auaritiā. Qua declinata, inuidiæ fouea paratur. Hanc si transcendat, uitiū furoris incurrit. Atq; alios plurimos ponit laqueos inimicus, quo capere possit incautos. Et corporis qdem passiones habet facile ministrantes, ut animā possit occidere. Sola aūt mens eius qui uigilarit, diuinis uacando uictoriā reportat, machinationum imperiū dissoluens. Humana itaq; natura participatus Theodosius Imperator, habuit passionū quoq; cōionem, iustoq; furori immensam permiscens crudelitatē, iniustam operatus est passionem. Quā rem narrare necessariū est, & pro utilitate legentiū, & pro memorabili uirtutum opinione. Thessalonica ciuitas est grandis & populosa, in qua cū fuisset orta seditio, qdam iudicum lapidati sunt atq; trucidati. Hinc indignatus Theodosius, iracundia non refrenauit impetū, sed iussit iniustos gladios super omnes euaginari, & una cū nocentibus innocentes interimi. Septē milia etenim hominū (sicut fert) occisa sunt, non præcedente iudicio, sed tanq; in messibus omnes simul occisi sunt. Huiusmodi cladem plenā ualde gemitibus, audiens Ambrosius, cū princeps Mediolanū uenisset, & solenniter in sacrū uoluisset intrare templū, occurrit foris ad ianuas, & ingredientē his sermonibus a sacri liminis incessu prohibuit. Nescis imperator perpetratæ a te cædis quāta sit magnitudo, neq; post causam tanti furoris mens tua molē præsumptionis agnoscit, sed forte recognitionē peccati prohibet potestas imperij? Decet tñ ut uincat ratio potestatem. Scienda qppe natura est, eiusq; mortalitas atq; resolutio, & puluis progenitorū ex quo facti, & in quē redigendi sumus, & nō flore purpureo confidentē infirmitates operti corporis ignorare. Coæqualiū hominum princeps es o imperator, & conseruorū. Vnus enim est omniū dominus, rex omniū & creator. Quibus igit oculis aspicies communis dñi templū? qbus calcabis pedibus sanctum Illius pauimentum? qūo manus extendes, de qbus adhuc sanguis stillat iniustus? qūo huiusmodi manib? susc ipies sanctum dñi corpus? qua temeritate ore tuo poculum sanguinis precioſi percipies, qñ furore uerborū tuorum tantus iniuste est sanguis effusus? Recede igit recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas. Suscipe uinculū quo te omnium dominus nunc ligat: est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus Imperator obediens (erat. n. diuinis eruditionibus innutritus, & aperte sciens quę sint propria sacerdotum, quæ regū) gemens & flens ad Regalia reuersus est. Cum q; octo mē

3

Ecce sanctum Ecclesiæ pauimentum. Et sanctum domini corpus ī Eucharistia, & preciosus eius sanguis in poculo. Vtrumq; hoc contra pseudoapostolos nostros.

sium

sium continuorũ transisset tps, propinquauit Natiuitatis Saluatoris nostri festiuitas. Imperator aũt lamentationibus assiduis in palatio residẽs, continuas lachrymas incessabiliter expendebat. Ingressus itaq; Ruffinus tunc Magister, & singularẽ apud principem habens loquendi libertatẽ, & uidens principẽ in lamentatione prostratũ, accessit ut lachrymarum causam ingreret. At ille amarissime ingemiscens, & uehementius lachrymas fundens: Tu, inqt, Ruffine ludis, & mea mala non sentis. Ego autẽ lamentor & gemo calamitatẽ meam: qa seruis quidẽ & mendicantibus aperta sunt tẽpla dei, & propriũ dñm ingredientes licite exorant, mihi uero ingressus ad eũ non est. Insuper ẽt cœli sunt mihi clausi. Hæc dicẽs, uerba singula singultib⁹ interrumpebat. Ruffinus uero: Currã, inqt, si tibi placet, pontificiq; precibus persuadebo ut soluat uinculũ quod illigauit. Ait Imperator: Non suadebis Ambrosio. Noui ego decretũ illius esse iustum, neq; reuerebit imperialem potentiã, ut legẽ præuaricet diuinam. Cumq; Ruffinus uerbis plurimis uteret, & promitteret Ambrosium esse flectendum, Imperator eũ proficisci cum festinatione præcepit. Ipse uero spe data paulopost est sequutus, credens Ruffini promissionibus.

Porro uir mirandus Ambrosius mox ut uidit Ruffinũ, ait: Impudentiã canũ imitatus es ò Ruffine, tantæ uidelicet cædis autor existens, pudorẽ ex fronte detergens, nec erubescis, nec metuis contra imaginẽ latrare diui nam. Cumq; Ruffinus supplicaret, & Imperatorẽ diceret esse uenturum, superno zelo accensus Ambrosius, ait: Ego uero, inquit, Ruffine prædico, quod eũ ingredi sacra limina prohibebo: Si uero imperiũ in tyrannidẽ mutabit, necẽ libenter & ego suscipiã. Hæc & alia plurima Ruffinus audiẽs, nuntiauit imperatori uotũ antistitis, monens ne de palatio forte procederet. At Imperator hæc in media iam platea cognoscens, pergã, inquit, & iustas suscipiã contumelias. Cũq; ad sacra limina peruenisset, in sanctã quidem basilicã non intrauit, sed ueniens ad Antistitẽ, & inueniens eũ in salutatorio residentẽ, supplicabat ut ipsius uincula resolueret. At ille tyrannicã dicebat eius esse præsentiã, & cõtra deũ insanire Theodosiũ, eiusq; calcare leges. Verum Imperator: Non, inquit, insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones, neq; inique ingredi limina sacra contendo, sed te soluere mea uincula deposco, & cõmunis dñi pro me exorare clementiã, nec mihi ianuam claudi, quã cũctis pœnitentiã agentibus dñs noster aperuit. Tũ Antistes: Quã, inquit, pœnitentiã ostendisti post tanta scelera? Quib⁹ medicaminibus incurabilia uulnera plagasq; curasti? At Imperator, Tuum, inqt, opus est & docere, & medicamina temperare: meũ uero oblata suscipere. Tum sanctus Ambrosi⁹: Qm furori, inquit, tuum iudiciũ cõmisisti, & non ratio protulit sententiam, sed protinus iracũdia, scribe legẽ q decreta furoris euacuet, ut triginta dieb⁹ sententia necis atq; proscriptionis in literis tantummodo maneat, & iudicium rationis expectet: quib⁹ transactis diebus ira uidelicet iam cessante, ratio causam iudicãs, apud seipsam quæ cognouerit sub ueritate disponat. In his enim dieb⁹ cognoscet an iusta sit quã protuleris, an iniusta sententia. Et si qdem ratio probauerit, iniusta quæ sunt prolata abolebit: Si uero iusta, firmabit. Dierũ uero numerus ad hæc examinanda sufficiet. Hanc admonitionẽ Imperator animo lubenti suscipiens, & optimam esse confidens, legẽ conscribi repente præcepit, & propriæ manus literis confirmauit. Quo facto uinculũ eius soluit

4 D. Ambrosius excommunicat Theodosium Imperatorem.

5 Festiuitas Natiuitatis Saluatoris.

6 Heus bone uir qui negas satisfactionis opera necessaria esse pœnitenti, quoniam Christus abunde pro omnibus satisfecit, Quid dicis ad hunc locum?

Ambrosius. Quæ lex hactenus obseruatur. Est enim huiusmodi.

Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Auggg. Flauiano Præfecto Prætorio Illyrici. Si uindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinẽ pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta sup statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat uinciatq; custodia, et excubijs solertib⁹ uigilanter obseruet.

7

Nõne omnia ista sunt satisfactionis operæ? Quid dicis tu qui asseris hæc aduersari Euangelio, doctrinæ fidei, et obscurare beneficium Christi?

Sic igit̃ sacratissimus Imperator ingredi limina tẽtans, non stans domino supplicauit, neq; genua flexit, sed pronus in pauimento iacens, Dauidicam proclamauit uocẽ: Adhæsit pauimento anima mea, uiuifica me secundum uerbũ tuũ. Manibus aũt capillos euellens, frontẽq; percutiẽs, & pauimento lachrymarũ guttas aspergens, ueniam impetrare poscebat. Cũque tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lachrymis est ingressus. cum uero obtulisset, sicut solitus erat, intra cancellos stetit. Rursus autem Ambrosius non quieuit, sed differentiam locorum edocuit. Et primo quidẽ interrogauit, quid ibidem expectaret? Imperatore dicente, expectare se sacrorũ pceptionẽ mysteriorũ, per Archidiaconum remãdauit: O Imperator, interiora loca tm̃ sacerdotibus sunt collata, quæ cæteri nec ingredi, nec contingere permittunt̃. Egredere igit̃, & hanc expectationẽ cũ cæteris habe cõmunem. Purpura nanq; Imperatores, non sacerdotes facit. Tum fidelissimus imperator etiã hanc traditionem animo lubenti suscipiens, remandauit: Non temeritatis causa intra cancellos mansi, sed in Constantinopolitana urbe hanc consuetudinẽ eẽ cognoui. Vnde ago gratias pro huiusmodi medicina. Tali ergo tãtaque & præsul & Imperator uirtute clarebant.

8

Si ex æquo omnes essent sacerdotes, ut dicũt noui hæretici, Ambrosius non expulisset Imperatorem a Ioris sacerdotalibus.

Ego sane utriusq; opus admiror, illius libertatẽ, huius autẽ obedientiã: illius zeli feruorẽ, huius fidei puritatem. Porro regulas pietatis quas a magno sacerdote percepit, etiã reuersus in Constantinopolitana urbe seruauit. Nam cũ festiuitatis tempore ad ecclesiam processisset, oblatis ad altare muneribus, mox egressus est. Cumq; Nectarius tũ præsul ecclesiæ rogasset, cur intus stare noluisset, mandauit princeps: Vix, inqt, potui discere quæ differentia sit imperatoris & sacerdotis, uix. n. inueni ueritatis magistrum. Ambrosium nanq; solum noui digne uocari pontificem. Tantũ itaq; profuit increpatio a uiro uirtutibus florente profecta.

Habebat igit̃ Imperator & aliam utilitatis occasionẽ, per quam de bonis operibus triumpharet. Coniunx. n. eius de diuinis legibus eum sæpius admonebat, seipsam tm̃ perfecte prius erudiens. Non. n. regni fastigijs efferuata est, sed potius diuino amore succẽsa. Beneficij nanq; magnitudo maiorem ei amorem benefactoris excitabat. Repẽte ergo ut uenit ad purpuram, claudorum atq; debiliũ maximã habebat curã, non seruis non alijs ministris utens sed per seipsam agens, & ad eorũ habitacula ueniens, & unicuiq; quod opus haberet præbẽs. Sic ẽt per ecclesiarum Xenodochia discurrens, suis manib⁹ ministrabat infirmis, ollas eorũ tergens, ius gustãs, offerens cochlearia, panẽ frangens, cibosq; ministrans, calices abluens, & alia cuncta faciens, quæ seruis & ancillis mos est solenniter operari. Illis aũt qui ei tales res nitebant̃ prohibere, dicebat: Aurũ distribuere opus imperij est: ego aũt pro ipso imperio hoc opus offero, bona mihi omnia cõferenti. Nã uiro suo sæpe dicebat: oportet te semper marite cogitare, quid

prídē fueris,q̄d modo sis. Hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris: sed imperiū quod suscepisti, legitime gubernabis, & harū rerum placabis autorē. His ergo sermonib⁹ semper usa, uelut optimā quandam utilitatē, uirtutisq; abundantiā coniugi suo alioq; ad optima propenso offerebat. Hæc uero ante maritū defuncta est. Post aliquantū uero tempus mortis eius aliq̄d tale accidit, quod maximū amorem quē habuit erga eam Imperator, ostendit. Coactus siq̄dem Theodosius plurimor⁹ cōtinuatione bellorū, quandam exactionē nouam, imposuit ciuitatib⁹. Antiochena uero ciuitas nouū uectigal ferre non potuit: sed uidens populus suspendi eos a q̄bus fuerat exacta pecunia, cū alia egit (ut uulgus solet) occasionem seditionis inueniens, tū deijcientes æneā statuam laudatissimæ Placillæ (sic.n. Augusta fuerat uocata) ēt diu per omnem traxere ciuitatē. Hæc ubi Imperator cognouisset, ægerrime q̄dem tulit, ut æquum erat, ac priuilegia ciuitati ademit, urbiq; uicinæ primatū tribuit, putans hoc illis maximo dolori futurū. Inuidebat.n. iam olim Antiochiæ Laodicia. Post hæc aūt & incendiū & deuastationem minabat, & in uici formam se urbem redacturū. Porro magistratus ipsi quosdā in ipso facinore cōprehensos supplicijs affecerant, priusquā de hac Tragædia Augustus fuisset certior redditus. Hæc aūt omnia Imperator q̄dem præcipiebat, non tū fiebant, prohibente id lege quā proferri fecerat Ambrosius. Cum igit̄ uenissent q ferebant minas Imperatoris, Allebichus Magister militū, & Cæsarius Magister, erant omnes sub formidine constituti.

Porro uiri eremū habitantes, uirtutis propugnatores, multi sancti, & optimi uiri, plurima monita simul & preces eis q a principe missi fuerāt offerebant. Macedonius aūt uir sanctus, nihil huius uitæ sciens, sed ēt diuinorum librorū penitus expers, in summitatibus habitans montium, diu noctuq; saluatori omniū puras offerens preces, non Imperatoris indignatione permotus, non iudicū ab eo missorū, in media ciuitate utriusq; clamydem apprehendens ab equis suis ut descenderent imperabat. At illi seniculū pannis obsitū uilissimis intuentes, primū indignati sunt. Cum uero q̄dam obsequia exhibentiū, uirtutem uiri illius indicassent, repente ab equis desilientes, & genua tenentes, eius ueniā suppliciter implorabāt. At ille sapientia diuina repletus, hæc eis uerba loquut⁹ est: O amici, dicite Imperatori: Non es Imperator solūmodo, sed ēt homo. Noli itaq; respicere solū imperium, sed considera quoq; naturam. Nam cū sis homo, eiusdem naturæ hominib⁹ cognoscēris imperare, & sc̄m imaginem diuinā atq; similitudinem hominū creata natura est. Noli igit̄ crudeliter atq; sæuissime dei imaginē occidere. Iritas enim creatorem, cū illius punis imaginem. Illud quoq; considera, quod tu ipse tm̄ propter æreā contristaris imaginē. Quantū uero differat inanimata res ab animata, uiuenti atq; rationali, cūctis sensum habentibus est apertū. Insuper etiā illud consideret, nobis quidem facile esse pro una imagine complures æreas reparare, at illi omnino difficile uel unū capillū restituere peremptorum. Hæc audientes illi, principiq; referentes, flammā iracundiæ penitus extinxerunt. Qui pro terroribus satisfactionē rescripsit, & causam indignationis aperuit. Non, inquit, oportebat me peccante, mulierem omni fauore dignissimam, post mortē tantam contumeliam sustinere. Aduersum me nanque furorem indignantes decebat armare. Adiecit etiam, quod doleret & igemiscceret, eo quod

audiſſet quoſdam a Iudæis peremptos.

Eſt Epiſtola. D. Baſilij in ordine Epiſtolarum eius. 55. ad D. Ambroſiam ſcripta.

ITEM DE EODEM EX D. BASILIO

Magna ſemper & multa quidē ſunt dñi noſtri dona, quorum neq; magnitudo menſurabilis, neq; multitudo numerabilis eſt: unū uero, qđ inter maxima reputari poteſt ab ijs, q non difficili beneficiorū dei in ſe collato rū ſenſu tangunt, & præſens, hoc eſt, quod quam longiſſime pp locorum diſtantiam ſeiunctis per literarū alloquiū mutuo coaleſcere dedit. Largitus eſt autem duplicem cognoſcendi modum, Vnū per præſentem conuictum & congreſſum. Alterum per conſuetudinē literariā. Qm igit te p ea q̄ locutus es cognouimus: cognouimus uero non ex eo quod nota quædam corporis tui menti noſtræ impreſſa ſit; ſed quod interioris hominis tui pulchritudinē ueluti ex uariegata ſermonū piſtura cognouimus. Nam quiſq; noſtrum ex abundantia cordis loquit. Glorificauimus autem deū noſtrū, qui ex quauis mortalium generatione eos, qui ſibi placuerint, deligit. Qui olim quidē ex paſtorib⁹ ouium populo ſuo principē excitauit, & Amos de grege caprarū ſumptū ſpiritu ſuo inſtruxit, & ad prophetica dignitatē extulit: nunc uero uirum ex urbe regia cui totius gentis principatus concreditus erat, ſapientia ſublimē, generis claritate, uitæ ſplendore, orandi facultate, & rebus ſecularibus illuſtrem, ad gregum Chriſti paſtura traxit, q̄ proiectis huius uitæ opibus uniuerſis, proque damno habitis ut Chriſtum lucrifaceret, commiſſa ſibi magni ac præclari nauigij, eccleſiæ uidelicet dei, in fide Chriſti gubernacula accepit.

9

Nota, Renoua priſca patrum ueſtigia. quoniam qui per nouorū hominū figmēta ambulāt in errorib. uerſantur.

Age igit, ô homo dei, quandoquidem non ab hominibus accepiſti, aut doctus es euangelium Chriſti, ſed ipſe te dñs e medio iudicum terræ deſumptū ad præſidentiam Apoſtolicā tranſtulit: certa bonū certamen, cor rige ac moderare infirmitatē populi, ſi qua Arianæ ueſaniæ labe tactus eſt: renoua priſca patrū ueſtigia: & quod dilectionis erga nos fundamentum ieciſti in ipſam ſtructuram aſſiduitate mutui noſtri alloquij excitare ac p uehere ſtude. Nam hoc pacto ſpiritu poterimus cōiuncti eſſe, licet terreſtri habitatione quam longiſſime alter ab altero diſſiti ſimus.

Habetur To. 1. operū eiuſdem in principio.

ITEM ALIA D. AMBROSII VITA PER PAVLLINUM Nolanum epiſcopum ad beatum Auguſtinum Epiſcopum ſcripta.

h

Ortaris uenerabilis pr̄ Auguſtine, ut ſicut beati uiri Athanaſius eps & Hieronymus presbyter, ſtilo perſecuti ſunt uitas ſanctorum Pauli & Antonij in heremo poſitorum. Sicut etiam Martini uenerabilis epiſcopi Turonenſis eccleſiæ, Seuerus ſeruus dei ſermone contexuit, ſic etiam ego beati Ambroſij epiſcopi Mediolanenſis eccleſiæ, meo proſequar ſtilo. Sed ego ut meritis tantorum uirorum, qui muri eccleſiarum ſunt & eloquentiæ fontes, ita etiam ſermone me imparem noui. Tamē qa abſurdum eſſe opinor quod præcipis declinare, ea quæ a probatiſſimis uiris q ille ante me aſtiterunt, & maxime ab ſorore ipſius uenerabili Marcellina didici, uel quæ ipſe uidi cum illi aſtarē, uel quæ ab his agnou qui illū in diuerſis prouincijs poſt obitum ipſius ſe uidiſſe narrarunt, uel quæ ad illum ſcripta ſunt cum adhuc obijſſe neſcirē, Adiutus orationib⁹ tuis & meritis tanti uiri, licet iculto ſermone breuiter ſtrictimq; deſcribā: Vt lectoris animū et ſi ſermo oſtendit

mo offendit,tamẽ breuitas ad legendũ prouocet,ne uerborũ fucis ueritatem abducã:Ne dũ scripto elegantiæ pompam requirit,lector tantarum uirtutum amittat scientiam,Quem nõ magis uerborũ phaleras pompasque sermonũ,quam uirtutes rerũ,gratiamque spiritussancti spectare conuenit.Siquidem nouerimus uiatores gratiorem habere aquam breui uena stillantem,forte cũ sitiunt,quã profluentis fontis riuos,quorum copiã nõ sitis tempore reperire possunt.Et hordeace⁹ panis dulcis solet esse,etiam his qui centenis uicibus ferculorum quotidiani cõuiuũ copias ructare cõsuerunt.Sed & hortorum amœna mirantibus herbæ agrestes placere cõsuerunt.Quamobrem obsecro uos omnes in quorum manibus liber iste uersabit,ut credatis uera esse quæ dicimus.Nec putet me quisquã studio amoris aliquid quod fide careat posuisse.Quando quidẽ melius sit penit⁹ nihil dicere,quã aliquid falsi proferre,cũ sciamus nos omnium sermonũ nostrorum reddituros esse rationem.Nec dubitem & si non ab omnibus omnia,tamen ab diuersis diuersa sciri,& ea cognita nonnullis esse,quæ ẽt minus ipse aut audire aut uidere potui.Vnde ab die natiuitatis eius narrandi initium sumam,ut gratia uiri ab incunabulis quę fuerit agnoscatur.

Igitur posito in administratione præfecturæ Galliarum patre eius Ambrosio,natus est Ambrosius,qui infans in area prætorĩ in cunabulis positus,cum dormiret aperto ore,subito examen apum aduenies faciẽ eius atq; ora cõpleuit,ita ut ingrediendi egrediendiq; frequentarẽt uices.Quæ pater q̃ prope cũ matre uel filia deambulabat,ne ambigerent ab ancilla quæ curã nutriendi infantis susceperat,prohibens,sollicita.n.erat ne infanti nocerent,Expectabat tñ patrio affectu,quo fine illud miraculũ claderetur.At illæ post aliquandiu euolantes,in tantam aeris multitudinẽ subleuatæ sunt,ut humanis oculis minime uiderent.Quo facto territus pater ait:Si uixerit infantulus iste,aliq̃d magni erit.Operabat enim iam tũc dominus in seruuli sui infantia,ut impleret quod dictũ est:Fauum mellis sermones boni.Illud enim examen apum,scriptorũ ipsius nobis generabat fauos,q̃ cœlestia dona annunciarent,& mentes hominum de terrenis ad cœlũ erigerent.Postea uero cum adoleuisset,& esset in urbe Roma constitutus cũ matre uidua & sorore quæ uirginitatẽ iam fuerat professa,comite alia uirgine,cuius soror Candida & ipsa est eiusdem professionis quæ nunc Carthagine degit iã anus,cum uideret sacerdotibus a domestica sororis uel matris manus osculari,ipse ludens offerebat dexteram,dicẽs,& sibi id ab eis fieri oportere,siquidẽ ep̃m se futurũ esse memoraret:loquebatur enim in illo spiritussanctus:qui illum ad sacerdotiũ nutriebat.Illa uero ut adolescentem & nescientem quid diceret respuebat.

Sed postq̃ edoctus est liberalibus disciplinis,ex urbe egressus est:Professusq; in auditorio præfecturæ prætorĩ ita splendide causas perorabat,ut eligeret a uiro illustri Probo,tunc præfecto prætorĩ ad consiliũ tribuẽdum.Post quod consularitatis suscepit insignia,ut regeret liguriam Æmiliamq; prouincias,uenitq; Mediolanũ.Per idem tempus mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ episcopo(q̃ Dionysio beate memoriæ confessore ad exiliũ destinato,incubabat ecclesiam)cũ populus ad seditionẽ esset,quæ illi cura sedandæ seditionis ne populus ciuitatis in periculum sui uerteret,perrexit ad ecclesiam.Ibiq; cum alloquerẽt plebem,subito uox ferẽt infantis in populo sonuisse,Ambrosium episcopum.Itaq; qui antea turbulen-

tissime dissidebãt, quia & Arriani sibi & catholici sibi episcopum cupiebant superatis alterutris ordinari repente in hunc unũ mirabili & increbili concordia consenserũt. Quo ille cognito, egressus ecclesiam tribunal sibi parari fecit, qppe mox futurus eps altiora conscendit. Tunc contra consuetudinẽ suam tormenta iussit personis adhibere. Quod cũ faceret, populus nihilominus acclamabat: Peccatũ tuum super nos. Sed non similiter is populus, tunc clamauit sicut ppl's Iudæorũ. Illi enim uocib9 suis sanguinem dominicũ effuderunt, dicentes: Sanguis huius super nos: Isti uero cathecumenũ scientes, Fideli uoce remissionẽ illi peccatorũ omnium per baptismatis gratiã promittebant. Tunc ille turbat9 reuertens domũ: philosophiam profiteri uoluit, futurus sed uerus philosophus Xp̃i, q̃ contemptis secularib9 pompis, piscatorũ secuturus esset uestigia, q̃ Christo populos congregarunt: Non fucis uerborũ, sed simplici sermone & ueræ fidei ratione, missi sine pera, sine uirga, & ipsos philosophos cõuerterũt. Quod ubi ne faceret reuocat9 est, publicas mulieres publice ad se ingredi fecit, ad hoc tm̃, ut uisis his, populi intentio reuocaret. At uero ppl's magis magisq́ clamabat: Pct̃m tuum super nos. At ille cũ uideret nihil intentionẽ suam proficere posse, fugã parauit. Egressus noctis medio ciuitatẽ, cũ Ticinum se pergere putaret, mane ad portã ciuitatis Mediolanẽsis, quæ Romana dicit, inuenitur. Deus enim q̃ ecclesiæ suæ catholicæ murũ parabat aduersus inimicos suos, & turrẽ erigebat, dabat contra faciem Damasci, hoc est perfidiã hæreticorũ, fugam illius impediuit. Qui inuent9 cũ custodiret a populo, missa relatio est ad clementissimũ Imperatorem tunc Valentinianũ, q̃ summo gaudio accepit quod iudices a se directi ad sacerdotium peterent. Lætabat etiam Probus præfectus, quod uerbũ eius impleretur in Ambrosio Dixerat.n. proficiscenti cũ mandata ab eodem darent̃ ut moris est: Vade age non ut iudex, sed ut eps, Pendente itaq́ relatione iterũ fugam parauit, atq́ in possessione cuiusdã leontij clarissimi uiri aliquandiu delituit. Sed ubi relationi responsum est ab eodẽ leontio prodit, præceptum.n. erat uicario ut sisteret rebus perficiendis. Qui iniuncta sibi cũ uellet implere, proposito edicto, conuenit oẽs, ut si uellent sibi consulere rebusq́ suis, proderent uirũ. Productus itaq́ et adductus Mediolanũ, cum intelligeret circa se dei uoluntatẽ, nec diutius posse resistere, postulauit non se nisi a catholico episcopo debere baptizari. Sollicitam enim habebat perfidiã Arrianorũ. Baptizatus itaq́ fert̃ omnia Ecclesiastica officia impleſſe atq́ octaua die eps ordinatus est cum summa gratia & lætitia cunctorum. Igit̃ post annos aliquot ordinationis suæ ad urbẽ Romam, hoc est ad propriũ solum perrexit, ibiq́ sanctã Puellam de qua supra memorauimus, cui manũ offerre solitus erat, in domo propria cũ germana sicut reliquerat, inuenit, matre iã defuncta. Atq́ cũ illa dexteram illius oscularet̃, subridens ait illi: Ecce ut dicebã tibi sacerdotis manũ oscularis. Per idem tps cũ trans Tyberim apud quandã clarissimam inuitat9, ut sacrificiũ in domo offerret, quædã balneatrix atq́ paralytica in lecto iacebat. Cũ cognouisset ibidem esse dñi sacerdotem, in sellula se ad eandem domũ ad quam ille inuitatus aduenerat, portari fecit, atq́ oranti & imponenti manus, uestimenta attigit, quæ cum exoscularet̃, statim sanitate recepta ambulare cœpit, ut impleret̃ illud dominicũ dictum ad Apostolos, Etiam maiora his facietis, credentes in nomine meo. Quod tũ ſ-

9

Vt sacrificium in domo offerret, hoc est Missam celebraret. Habes ergo et primatam Missam fuisse in usu, & Missam dici sacrificium. Vtrumq; cõtra somniatores nostros.

gnum sanitatis ut mirabile fuit, ita etiam Gionē post annos plurimos sanctis uiris referentibus positus in urbe cognoui. Sirmium uero cum ad ordinandum episcopum. Annemium perrexisset, ibiq; Iustinæ tunc temporis Reginæ potentia & multitudine coadunata de ecclesia pelleretur, ut non ab ipso, sed ab hæreticis Arrianis episcopus in eadem ecclesia ordinaret, essetq; cōstitutus in tribunali, nil curans eorū quæ a muliere excitabātur, una de uirginibus Arrianorum impudentior cæteris tribunal conscendens, apprehenso uestimento sacerdotis, cū illū attrahere uellet ad partē mulierū, ut ab ipsis cæsus de ecclesia pellereť, audiuit (ut ipse solitus erat referre) Et si ego indignus tanto sacerdotio sum, tamen te non conuenit uel professionem tuam in qualecūq; sacerdotem manus inīcere, unde debes uereri dei iudiciū, ne tibi aliquid eueniat. Quod dictum exitus confirmauit. Nam alio die mortuam ad sepulchrū usq; deduxit, gratiam pro cō tumelia rependens. Sed hoc factū non leuem aduersarijs incussit metū, pacemq; magnam ecclesiæ catholicæ in ordinando episcopo tribuit.

Ordinato itaq; catholico sacerdote Mediolanum reuertit, ibiq; supradictæ Iustinæ mulieris innumeras insidias sustinuit, quæ muneribus atque honoribus aduersus sanctū uirū oblatis, populum excitabat: sed infirmorum mentes talibus promissis decipiebanť. Promittebat enim tribunatus & diuersas alias dignitates, his qui illū de ecclesia raptū ad exiliū perduxissent. Quod cū multi conarenť, sed deo præsule, perficere non ualuerunt. Vnus infelicior cęteris noīe Eutimius, tanto furore excitatus est, ut iuxta ecclesiam sibi domum pararet, atq; in eadem carrum constitueret, quo facilius raptum superpositum carpento ad exilium perduxisset. Sed in iniquitas eius in uerticē ipsius descendit. Post annum eodem die quo ille rapere se arbitrabať, in eodem carpento impositus, de eadē domo ipse ad exilium destinatus est, reputans sibi iusto iudicio dei id in se esse cōuersum, ut in eodem carpento dirigereť ad exiliū, quod ipse parauerat sacerdoti. Cui non minimū solatiū sacerdos præbuit dando sumptus, uel alia quæ erant necessaria. Sed hæc confessio hominis nec mulieris furorē, nec uoces sonorū Arrianorū clementia represit. Maiore.n. accensi dementia, basilicam Portianā inuadere nitebanť. Exercitus ēt armatus ad custodiendas fores ecclesiæ est directus, ut nemo auderet catholicā ecclesiam ingredi. Sed dñs qui de aduersarijs suis ecclesiæ suę triūphos donare consueuit, ad ecclesiæ suæ munimentū militum corda conuertit, ut aduersis scutis ecclesiæ fores seruarent, nec egredi dimitterent, sed ingredi ecclesiam plebē catholicam minime prohiberent. Sed nec hoc satis erat missis militibus, nisi ut etiā pro catholica fide cū plebe pariter adclamareť. Hoc in tpe primo Anthiphonæ, hymni ac uigiliæ in ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt: Cuius celebritatis deuotio usq; in hodiernum diem, non solum in eadem ecclesia, uerum per omnes pœnæ prouincias occidentis manet.

10 *Antiphonæ hymni et uigiliæ in Ecclesia Medielanensi D. Ambrosij tēpore celebrari cœperunt.*

Per idem tps sancti martyres Prothasius & Geruasius se sacerdoti reuelauerunt, erant enim in basilica positi in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrū. Sed sancti martyres Nabor & Fœlix celeberrime frequentabanť: Prothasij uero & Geruasij martyrū, ut nomina, ita etiā sepultura incognita erant, intm ut supra ipsorum sepulchra: ambularent omnes quellent ad cancellos peruenire, quibus sanctorū Naboris & felicis martyrū corpora ab iniuria sepulchri defendebanť. Sed ubi sanctorū

11 *Apud sanctorum martyrum Gerualij & Prothasij corpora, multorum ægritudines sanatæ sunt.*

martyrum sunt corpora leuata & in lectis posita, multorũ ibi sanatæ ęgritudines perdocentur. Cæcus etiam seuerus nomine, qui nunc usq; in eadẽ basilica quę dicit Ambrosiana, in qua Martyrũ corpora sunt translata religiose seruit, ubi uestẽ martyrũ attigit, statim lumen recepit. Obsessa etiã corpora ab spiritib⁹ immundis curata summa cũ gratia domũ repetebãt. Sed his beneficijs martyrũ in quantũ crescebat fides ecclesiæ, catholicæ in tm̃ Arrianorum perfidia minuebat. Denicq; ex hoc tpe sedari cœpit persecutio quæ Iustinæ furore accendebat, ut sacerdos de ecclesia pelleretur: Tamen qm̃ intra palatiũ multitudo Arrianorũ cum Iustina constituta deridebat tantã dei gratiam, quam ecclesiæ suæ catholicæ dñs Iesus meritis martyrũ suorum conferre dignatus est, uenerabilemq; uirũ Ambrosium narrabat pecunia cõparasse homines q se uexari ab immundis spiritibus mentirent̃, atq; ut ab illo, sicut & a martyribus se torqueri dicerent: Sed hoc Iudaico ore loquebant̃ Arriani suppares scilicet eorum: Illi enim de dño dicebant qm̃ in Beelzebub principe dęmoniorum eĩcit demonia Isti de martyrib⁹ uel de domini sacerdote loquebant̃, quod non dei gratia quæ per ipsos operabat̃ immundi spũs pellerent̃, sed accepta pecunia se torqueri mentirent̃. Clamabant. n. dæmones, scimus uos martyres, Et Arriani dicebant: Nescimus esse martyres. Iam hoc & in euangelio legimus, ubi dixerunt dæmones ad dñm, scimus quia ſis dei filius. Et Iudæi: Hic aũt unde sit nescimus. Sed non hic testimoniũ accipit̃ dæmonum, sed confessio. Vnde miseriores Arriani uel Iudæi ut quod confitent̃ dęmones illi negant. Deus tamen q gratiam ecclesiæ suæ augere consueuit, non passus est diu insultari a perfidis sanctis suis.

12 *Ecce martyrum merita.*

Vnus itaq; ex ipsa multitudine, subito arreptus spiritu immundo, clamare cœpit, ita torqueri eos ut ipse torquebat̃ qui negarent martyres, uel q non crederent in trinitatis unitatẽ quã docet Ambrosius. At illi hac uoce confusi qui conuerti debuerant, & dignã tali confusione agere pœnitẽtiam, in piscina demersum hominẽ necauerunt, perfidiæ homicidiũ iungẽtes, Deduxit enim illos ad hunc finẽ digna necessitas. Sanctus uero Ambrosius eps maioris humilitatis uir factus, donatã sibi a dño gratiã reseruauit, crescebatq; quotidie fide & amore corã deo & hominibus.

Per idem tẽpus erat quidam uir de hæresi Arrianor̃, acerrimus nimiũ disputator, & durus atq; inconuertibilis ad fidem catholicam. Is constitutus in ecclesia tractante episcopo, uidit (ut ipse postmodũ loquebat̃) angelũ ad aures episcopi tractantis loquentẽ, ut uerba Angeli populo episcopus renunciare uideret̃. Quo uiso cõuersus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere. Fuerunt etiã duo cubicularij tunc tpis Gratiani Imperatoris de hæresi Arrianor̃, qui tractandam episcopo quæstionẽ proponerent: Ad quã audiendam altero die ad basilicã Portianam se affuturos promiserant: Erat enim quæstio de incarnatione domini. Sed alio die miserandi homines superbię tumore cõpleti, nec memores promissorum, contemnentes deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis considerantes iniuriã, immemores etiam dictorũ dominicorum: Quoniã qui scandalizauerit unũ ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo eius alligetur, & demergat̃ in profundũ maris, conscendentes in equos quasi gratia gestandi, ciuitatẽ egressi sunt, expectante sacerdote, & plebe in ecclesia constituta. Sed huius cootumatiæ qui finis fuerit, horresco referens, subito enim

to enim præcipitati, miseras animas emiserunt, atq; corpora illorũ sepulturæ sunt tradita. Sanctus uero Ambrosius cũ ignorasset quod factũ esset, ne diutius posset plebẽ tenere, ascendens pro tribunali, de eadẽ quæstione quę fuerat proposita, sermonem adorsus est dicens: Debitũ fratres curo soluendũ, sed hesternos meos non inuenio creditores, & reliquæ quę scripta sunt in libro qui de Incarnatione domini intitulatur.

Occiso itaq; Gratiano Imperatore, recipiendi corporis eius causa, secundam ad Maximũ suscepit legationẽ: Apud quẽ quam constanter egerit, q uoluerit cognoscere, ipsius legationis epistolã ad Valentinianũ iuniorem datã cum legerit approbabit. Nobis enim alienũ a promissione uisum est illa inserere, ne adiunctæ epistolæ prolixitas fastidiũ legenti afferret. Ipsum uero Maximũ a cõmunionis cõsortio segregauit, admonẽs ut effusi sanguinis domini sui, & quod est grauius, innocentis, ageret pœnitentiam, si sibi apud deum uellet esse consultũ. Sed ille cũ pœnitentiam declinat superbo spiritu, non futurã, sed etiam præsentem salutẽ amisit, regnũq; quod arripuerat, fœmineo quodamodo timore deposuit, ut procuratorẽ se reipublicæ nomine præfuisse confiteret. Mortua uero Iustina quidã aruspex Innocentius nomine, non opere, in causa maleficiorũ cum a iudice torqueret, aliud quã interrogaret fateri cœpit: Clamabat enim, ab angelo maiora tormenta sibi adhiberi eo qui custodiret Ambrosium, qm̃ temporibus Iustinæ ad excitanda odia populorũ in Episcopũ, cacumen tecti ecclesiæ cõscendens medio noctis sacrificauerit: Sed quãto instantius & sollicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicã & domini sacerdotẽ conualescebat: Misisse etiã se & dæmones qui illũ internecarent fatebat: Sed dæmones renunciasse, se non solũ ad ipsum appropinquare minime posse, uerũ etiam nec ad fores domus in qua manebat episcopus, quia ignis insuperabilis omne illud ædificiũ cõmuniret, ut etiã longe positi urerent, atq; ita cessasse artes suas quibus aduersus domini sacerdotẽ se aliquid posse arbitrabat. Alius etiã gladium ferens ad cubiculũ usq; peruenit, ut interficeret sacerdotẽ, sed cũ eleuasset manum, destricto gladio dextera obrigente remansit. Tunc se missum a Iustina postq; confessus est, brachiũ quod inique cũ extenderet riguerat, sanatũ est confessione. Per idem tẽpus cum uir illustris Probus, puerũ suum notariũ qui spiritu immundo grauiter uexebat, direxisset ad Episcopũ, egressum urbe dimisit diabolus, timens ad uirũ sanctũ perduci: Atq; ita puer quandiu Mediolani apud Episcopũ fuit, nulla cõminatio diaboli apparuit. Sed ubi egressus de Mediolano est, & prope urbẽ peruenit, idem spiritus qui illũ antea habuerat, uexare cœpit. Qui cũ interrogaret ab exorcistis, cur quandiu Mediolani fuit, non in illo apparuisset, confessus est diabolus timuisse se Ambrosium, & ideo recessisset ad tempus, atq; expectasse in illo loco ubi ab illo recesserat, donec reuerteret, quo reuertente, uas quod deseruerat repetisset.

Extincto itaq; Maximo, posito Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio uero episcopo cõstituto Aquileiæ, in partibus orientis in quodam castello a Christianis uiris synagoga Iudæorũ & lucus Valentinianorũ incendio concremata sunt, propterea quod Iudæi uel Valentiniani insultarent monachis Christianis. Valentinianorũ enim hæreses triginta deos colunt. Sed de huiusmodi facto comes orientis ad Imperatorẽ rela-

tionē direxit: Qua acta Imperator præceperat ut synagoga ab episcopo reædificaretur. Sed huius præcepti tenor cū ad aures peruenisset uenerabilis uiri Ambrosij episcopi, direxit ad Imperatorē epistolam, quia ipse in tempore excurrere non poterat, qua illū conuenit ut id quod ab eodē statutū fuerat reuocaretur, seruaricq; sibi deberi ab eo audientiam, qm̄ si dignus non esset qui ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo audiretur, uel cui preces suas, aut cui sua uota cōmitteret. Paratū etiam se esse pro tali negocio mortem subire, ne dissimulatione sui præuaricatorē faceret Imperatorem, qui tam iniusta contra ecclesiam precipisset. Postea uero cū Mediolanū reuertisset, posito Imperatore in ecclesia de eadē causa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit domini personam loquentis Imperatori: Ego te ex ultimo Imperatorem feci, ego tibi exercitū inimici tui tradidi, ego copias quas ille aduersum te exercitui suo præparauerat dedi, ego inimicum tuum in potestate tua redegi, ego de semine tuo supra solium regni constitui, ego te triumphare sine labore feci, & tu de inimicis meis donas triumphos? Cui descendenti exedram Imperator ait: Contra nos posuisti hodie episcope. At ille respondens ait: Non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse loquutū. Tunc Imperator: Reuera (inquit) dura præceperā contra episcopū de synagoga reparanda. In monachos uero uindicandū esse, a comitibus qui in tēpore aderant dicebat. Quibus episcopus: Ego quidem cū Imperatore nunc ago, uobiscū uero mihi aliter agendū est. Atq; ita obtinuit, ut illa quæ statuta fuerant reuocarentur. Nec prius ad altare accedere uoluit, nisi fide sua Imperator illū agere debere testaretur. Cui episcopus. Ergo ago fide tua. Respōdit Imperator: Age fide mea. Qua sponsione iterata, iam securus peregit sacerdos diuina mysteria. Hæc aūt scripta sunt in epistola quam ad germanam suam fecit: In qua tractatum inseruit, quem eodem die habuit de baculo nuceo, qui a propheta Hieremia uisus esse describitur.

Per idem tempus causa Thessalonicen. ciuitatis non minima successit tribulatio sacerdoti, cū pene cōperisset ciuitatem deletā: Promiserat enim illi Imperator se ueniam daturū ciuibus supradictæ ciuitatis, sed agentibus comitibus occulte cū Imperatore, ignorante sacerdote usq; in horā tertiā gladio ciuitas est donata: atq; plurimi interēpti innocentes. Quod factū ubi cōperisset sacerdos, copiā Imperatori ingrediēdi ecclesiam denegauit: Nec prius dignū iudicauit cętui ecclesiæ uel sacramentoꝝ communioni, quā publicam ageret pœnitentiā. Cui Imperator contra asserebat: Dauid adulteriū & homicidium perpetrasse: sed responsum ilico est: Qui secutus es errantē, sequere corrigentē. Quod ubi audiuit clementissimus Imperator: ita suscepit animo, ut publicā pœnitentiā nō abhorreret: Cuius correctionis profectus secundam illi parauit uictoriam.

Per idem tēpus duo potentissimi & sapiētissimi uiri persarū ad famam sacerdotis uenere Mediolanū, deferentes secum plurimas quæstiones, ut ex illis probarent sapientiā uiri. Cum quo ab hora diei prima usq; ad horam fere tertiā noctis per interpretē disputauerunt, admirantesq; discesserunt ab eo. Et ut se probarent non ob aliā causam uenisse, nisi ut certo certius nossent uirū quem fama cōpererant: Alia die ualefacientes Imperatori, profecti sunt urbē Romam, illic uolētes cognoscere potentiā illustris uiri probi, qua cognita ad propria reuerterūt. Sed egresso Theodosio de

Italia,& Constantinopoli constituto,Valentiniano Augusto intra Gallias posito,directa relatio est sub nomine Senatus a Symmacho tũc prefecto urbis de repetẽda ara uictoriæ & sumptib⁹ cæremoniarũ. Sed ubi cõperit sacerdos,misso libello ad Imperatorẽ postulauit ut ad se relationis exẽplaria dirigerent,qbus ipse pro partibus suis responsurus esset.Qua relatione accepta,præclarissimũ libellum conscripsit,ut cõtra nihil uncp̃ auderet Symmachus uir eloquentissimus respondere.

Sed postcp̃ augustæ memoriæ Valentinianus in Viẽnensi ciuitate(quæ est Galliarũ ciuitas)uitam finiuit,Eugenius suscepit imperiũ,qui ubi imperare cœpit,non multo post petentibus tunc Flauiano præfecto & Arbogaste comite,aram uictoriæ & sumptus cæremoniarũ, quod Valentinianus Augustæ memoriæ adhuc in Iunioribus annis constitutus, petentibus denegauerat, oblitus fidei suæ concessit. Hoc ubi audiuit sacerdos, relicta ciuitate Mediolanensi,ad quam ille festinato ueniebat, ad Bononiensem ciuitatẽ emigrauit,atcp̃ inde Fabentiam uscp̃ perrexit. Vbi cũ aliquantis degeret diebus,inuitatus a Florentinis, ad Thusciam uscp̃ descendit declinans magis aspectũ sacrilegi uiri, non formidans imperantis iniuriam. Nam epistolam ad eundẽ dedit in qua conuenit conscientiã illius, de qua pauca de multis ponenda duxi.Et si imperatoria potestas magna sit,tamen considerato quantus sit deus qui corda hominũ uidet,conscientiam interiorẽ interrogat. Nouit omnia antecp̃ fiant, nouit interna pectoris tui.Ipsi falli uos non patimini,& deum multis cœlare. Non cecidit in animũ tuum quicqp̃,si illi agebant tam perseueranter, nonne tuũ fuit Imperator pro dei summi & ueri & uiui ueneratione perseuerantius obsiste re,& negare quod erat iniuria sacrilegis? Et iterum: Qũo igit̃ meis uocibus & apud deum & apud omnes homines teneor? Aliud mihi nõ licere intellexi,aliud non oportere nisi consulerẽ mihi,quia non potui tibi.In supradicta itacp̃ ciuitate Florentinorũ, cum in domo clarissimi quondã uiri Decentis,& quod est amplius,Christiani,maneret,filius ipsius Pansophius nomine,admodũ paruulus,cũ spiritu immundo laboraret,frequenti oratione & impositione manus sacerdotis ipsius est sanatus. Sed post aliquantos dies subita infirmitate correptus infantulus exhalauit spiritũ: Cuius mater ualde religiosa,& plena fide ac timore dei, ablato illo de superiore parte domus,ad inferiora descẽdit, ac in lecto sacerdotis ipso absente cõposuit. Quẽ cũ reuertens sacerdos in lectulo inuenisset,Erat enim illocp̃ in tẽpore extra domũ positus,miseratus matrẽ, & fidem ipsius cõtẽplatus,Heliseo similis supra corp⁹ infantis se ipse cõposuit,atcp̃ orando meruit uiuum reddere matri quẽ mortuum inuenerat. Ad quẽ etiam infantulum libellũ conscripsit,ut quod ętatis infantia scire non poterat,legendo agnosceret.Veruntamen tactũ scriptis suis non cõmemorauit,sed quo affectu declinauerit cõmemorare,non est nostrũ iudicare. In eadem etiã ciuitate basilicam constituit,in qua deposuit reliquias martyrũ Vitalis& Agricolæ,quorũ corpora in Bononiensi ciuitate leuauerat: Posita enim erant corpora martyrũ inter corpora Iudęorum.Nec erat cognitum populo Christiano,nisi se sancti martyres sacerdoti ipsi reuelarent. Quæ cũ deponerent̃ sub altari quod in eadem basilica constitutum est, magna illic totius plebis sanctæ lætitia atcp̃ exultatio fuit,pœnæ dæmonum confitentium martyrum merita.

13 Orãdo Ambrosius infantulum mortuũ sũ scitauit.

14 Et hic habet martyrum merita.

Per idem tẽpus Arbogastes comes aduersum gentẽ suam, hoc est Francorum, bellũ parauit, atq; pugnando non paruam multitudinẽ manu fudit cũ residuis uero pacẽ firmauit. Sed cũ in conuiuio a regibus gentis suę interrogaret, Vtrum sciret Ambrosium, & respõdisset nosse se uirũ, & diligi ab eo, atq; frequenter cũ illo conuiuari solitũ: Audiuit: Inde hoc uincis omnes, qa ab illo uiro diligeris, qui dicit soli, sta, & stat. Quod ego ideo posui, ut cuius famæ fuerit uir sanctus etiã apud Barbaras gentes, legentes agnoscant. Nam & nos referẽte iuuene quodã Arbogastis, admodũ religiosum cognouimus qui tunc interfuit. Erat enim in tẽpore quo hæc loquebatur, uini minister. Profectus itaq; sacerdos de Thusciæ partibus Mediolanũ reuertit. Iam inde egresso Eugenio contra Theodosium Imperatorem, ibiq; Christiani Imperatoris præstolabat aduentũ securus de dei potentia, quod non traderet credentẽ in se hominibus iniustis, nec relinqueret uirgam peccatorũ super sortem iustorũ, ne extenderent iusti ad iniquitates manus suas. Promiserat enim Arbogastes tunc comes, & Fabianus præfectus cũ uictores reuertissent, stabulũ se esse facturos in basilica ecclesiæ Mediolanensis, atq; clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cũ dæmonibus suis male creduli sunt, & aperiunt os suũ in blasphemiã ad deum, spem sibi uictoriæ ademerunt. Causa aũt cõmotionis hæc fuit, quia munera Imperatoris qui se sacrilegio cõmiscuerat, ab ecclesia respuebant, nec orandi illi cũ ecclesia societas tribuebat. Sed dominus qui ecclesiam suã tueri cõsueuit, de cœlo iaculatus est iudiciũ, atq; omnem uictoriã ad religiosum Imperatorẽ transtulit Theodosium.

Extincto itaq; Eugenio a satellitibus eius, cũ scripta acciperet Imperatoris, nõ illi alia maior cura fuit, quã ut pro his interueniret quos renatos inuenerat. Obsecratus est primo scriptis Imperatorem misso diacono, postea uero quã directus est Ioannes tunc tribunus & notarius, qui nunc præfectus est ad tuitionem eorũ qui ad ecclesiam confugerunt, etiam ipse Aquileiam perrexit, precatus pro eis: quibus sceleris uenia impetrata est, quia Christianus Imperator prouolutus pedibus sacerdotis, testabat meritis & orationib⁹ eius saluatũ se esse. Reuertens itaq; de urbe Aquileiensi, uno die præcessit Imperatorẽ. Nec diu clemẽtissimæ memoriæ Theodosius Imperator susceptis filijs in ecclesia & traditis sacerdoti, in hac luce fuit. Post cuius obitũ fere trienniũ superuixit. Quo in tẽpore sancti Nazarij martyris corpus quod erat in horto positũ extra ciuitatẽ, leuatũ ad basilicam Apostolorũ quę est in Romana, transtulit. Vidimus enim in sepulchro quo iacebat corpus martyris, qui quando sit passus, usq; in hodiernũ diem scire non possumus, sanguinẽ martyris ita recentẽ, quasi eadẽ die fuisset effusus. Caput etiã ita integrũ atq; incorruptũ cum capillis capitis atq; barba, ut nobis uideret eodem tẽpore quo leuabat, totum atq; cõpositũ in sepulchro. Et quid mirũ? quandoquidẽ dominus hoc in Euangelio ante promisit, quod capillus de capite eorũ non periret. Etiã odore tanto repleti sumus, ut omniũ aromatum uinceret suauitatẽ. Leuato corpore martyris & in lectica cõposito, statim ad sanctũ Celsum martyrem qui in eodẽ horto positus est, cũ sancto sacerdote ad orationẽ perrexim⁹. Nunq; tamen illũ antea orasse in eodem loco cõpertũ habem⁹. Sed hoc erat signũ reuelati martyris, si sanctus sacerdos ad locũ ad quem nunquã antea fuerat oratũ, isset. Cognouimus tamen a custodibus loci ipsius, qđ

15 *Meritis & orationibus Ambrosij se seruatum fuisse testabatur Theodosius.*

16 *Odor ex sanctorũm martyrũ corporibus emanans, testimoniũ perhibet habitantis in eis gratia spiritus sancti.*

a parentibus illis traditū sit,nō discedere de loco illo per oēm generationem & progeniem suorū, eo quod thesauri magni in eodē loco positi essent,& uere magni thesauri,quos non erugo neq; tinea exterminat, neq; fures effodiunt & furant,quia custos eorū Christus est,& locus eorū aula cœlestis est,quibus uiuere Christus fuit,& mori lucrū. Translato corpore martyris ad basilicam Apostolorū, ubi pridie sanctorū Apostolorū reliquiæ summa omniū deuotione positæ fuerant, cū tractaret episcopus, quidā de populo repletus spiritu immūdo, clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio. At ille conuersus ad eum ait: Obmutesce diabole, quia nō te torquet Ambrosius,sed fides sanctorū & inuidia tua,quoniā uides ascendere homines unde tu deiectus es. Nam Ambrosius non scit inflari. Quo dicto,ille qui clamabat obmutuit, prostratusq; in terra est, nec amplius uocem quam obstrepi possit emisit.

17
Custos sanctorū martyrum Christus est, & locus eorum aula cœlestis.

18
Vbi pridie sanctorū apostolorum reliquiæ summa omnium deuotione positæ fuerant. Hoc nota qui sanctorū reliquijs hostem te exhibes.

Per idem tēpus cum consulatus sui Imperator Honorius in urbe Mediolanensi Libicarū ferarum exhiberet munus, populo illuc concurrente data copia est: Missis militibus ab Stilicone comite, hortatu Eusepij præfecti,ut Cresconius quidā de ecclesia raperet. Quem confugientē ad altare domini sanctus episcopus cū clericis qui in tēpore aderant defendēdū circumdedit: Sed multitudo militū, quæ duces suos habebat de perfidia Arrianorū,prævaluit aduersum paucos, atq; ablato Cresconio exultantes ad amphitheatrū reuerterunt,ecclesiæ luctum non modicū relinquentes: Nam sacerdos prostratus ante altare domini factū diu fleuit. Sed in tpe cum reuertissent & renunciassent his a qbus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saltu celeri ad eundem locū in quo sederant q de ecclesia triumphabant, ascendentes grauiter laniatos reliquerunt. Quod ubi uidit Stilico comes,pœnitētia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret sacerdoti,& illęsum qdem illū qui ablatus fuerat dimiserat. Sed qa grauissimorum criminū erat reus,& aliter emendari non poterat,ad exilium destinatur,non multo post indulgentia prosequente.

19
Vide miraculum perpetratum ob uiolatiōē priuilegiorum Ecclesiæ.

Per idem tps cum ad palatiū pergeret, quem pro loco officij nostri sequeremur, Theodolo tunc notario,q postea summa cū gratia Vtinensem rexit ecclesiam, cū casu quidam pede esset lapsus, atq; prostratus iaceret in terra,ridente: Conuersus sacerdos ait, & tu q stas uide ne cadas, Quo dicto statim is qui alienū lapsum riserat suum doluit. Per idem tps Fritigil quædam regina Marcomannorū, cum a quodam Christiano uiro q ad illam forte de Italiæ partibus aduenerat, referente sibi audiret famā uiri, Christo credidit, cuius illū seruulum recognouerat, missisq; muneribus placatos ab ecclesia postulauit,ut scriptis ipsius qualiter credere deberet informaret. Ad quam ille epistolā fecit præclaram in modū catechismi, in qua et admonet ut suaderet uiro Romanis pacē seruare. Qua accepta epistola mulier suasit uiro,& cū populo suo se Romanis tradidit. Quę cū aduenisset Mediolanū, plurimum doluit quod sanctum sacerdotem ad quē festinarat minime repperisset: Iam.n. de hac luce migrauerat.

Temporibus uero Gratiani (ut retro redeam) cū ad prætoriū Macedonij tunc magistri officiorū pro quodam intercedendo tūc perrexisset, atq; præcepto supradicti uiri fores inuenisset clausas, nec copiā ingrediēdi adeptus esset ait: Et tu quidem uenies ad ecclesiam, nec clausas ianuas inuenies quā ingrediaris. Quod factū est: Mortuo Gratiano, confugiens

Macedonius ad ecclesiam patentibus ianuis aditū reperire non poterat.

20 *Abstinentia, ieiunii, vigiliæ & oratio Ambrosij.*

Ipse aūt uir uenerabilis episcopus erat multæ abstinētiæ & uigiliarū multarum & laborum, quotidiano ieiunio macerans corpus. Cui prandendi nunc̄ consuetudo fuit nisi die sabbato & dominico, uel cū natalicia celeberrimorum martyrū essent. Orandi etiam assiduitas magna die ac nocte. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cū aliqua infirmitate corpus eius attenuaret. Erat enim in illo sollicitudo omniū ecclesiarum, interueniendi etiam magna assiduitas & constantia. In rebus etiam diuinis implēdis fortissimus labor, intm̄ ut quod implere solit⁹ erat circa baptizandos, quinc̄ postea episcopi tempore quo decessit uix implerent. Sollicitus ēt pro pauperibus & captiuis nimium: Nam in tempore quo ep̄s ordinatus est, aurum omne atc̄ argentū quod habere poterat, ecclesiæ uel pauperibus contulit. Prædia etiam quæ habebat, reseruato usufructu germanæ suæ, donauit ecclesiæ suæ: Nihil sibi quod hic suum diceret derelinquens, ut nudus atc̄ expeditus miles Christi dīm sequeretur. Qui cum diues esset, propter nos pauper factus est, ut nos eius inopia ditaremur. Erat enim gaudens cū gaudentibus, & flens cū flentibus. Siquidem quotiēscunc̄ illi aliquis ob percipiendā pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat ut & illū flere compelleret. Videbat etiā sibi cum iacente iacere. Causas autem criminū quas illi confitebant, nulli nisi domino soli apud quē intercedebat, loquebat: Bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus ut intercessores apud deū sint, magisc̄ accusatores apud homines. Nam & sc̄m Apostolum circa huiusmodi hominem confirmanda charitas est, quia ipse sui accusator est. Nec expectat accusatorem sed præuenit, ut confitendo suū alleuet ipse delictū, nec habeat quod aduersarius crimine. Ideoc̄ scriptura dicit: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vocem. n. eripit aduersario & quasi dentes quosdam paratos ad prædam criminationis infestæ peccator̄ suorum confessione confringit, dans honorē deo, cui nuda sunt omnia, & q uult uitā magis peccatoris quam mortē: Nā ipsi pœnitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequat emendatio facti ut pœnitens non faciat pœnitenda. Humiliet ēt animam suā sicut Dauid sanctus, qui postc̄ audiuit a propheta, dimissum est pc̄m tuum, humilior factus est in emendatione peccati, ita ut cinerē sicut panem manducaret, & potū suum cū fletu misceret. Flebat ēt amarissime quotiēscunc̄ forte nunciatū illi fuerat de cuiusc̄ sancti obitu sacerdotis, in tm̄ ut nos illū consolari uideremur, ignorantes pium affectum uiri, nec qua ratione ita fleret intelligentes. Quibus ille huiusmodi responsum reddebat: Non se flere quia recesserat qui fuerat mortuus nunciatus, sed quia se præcesserat: Vel quia difficile esset inuenire uirum qui summo sacerdotio dignus haberetur.

21 *D. Ambrosius donauit prædia quæ habebat Ecclesiæ suæ, reseruato sorori usufructu.*

22 *Ecce confessionem sacerdotalem Ambrosij tempore.*

23 *Lacr & satisfactionē pro peccatis post confessionem.*

Ipse autem de sua morte ante prædixit quod usque Pascha nobiscum futurus esset, qđ quidem meruit dīm obsecrando, quo maturius hinc liberaret. Ingemiscebat enim uehementer cum uideret radicem omniū malorum auaritiam pullulare, quæ nec̄ cōpia nec̄ inopia minui potest, magis magisc̄ increscere hominib⁹, & maxime in his q in potestatib⁹ erant constituti, ita ut interueniendi illi apud illos grauissimus labor esset, qa omnia precio distrahebant. Quæ res primo omne malum inuexit Italiæ, & exinde omnia uergunt in peius. Et qd dicam, si in huiusmodi personis ita

rabiē suam exercet, q̄ solent aut filiorum aut propinquorum causas prætē dere, ad excusandas excusationes in peccatis? Quandoquidem pleroſque ēperit etiam cēlibes sacerdotes uel leuitas, q̄bus portio deus est, ut etiā ipſi illam appetant. Et ue mihi misero q̄a nec sine mundi prouocamur, ut tam grauī iugo seruitutis liberari uelim⁹, quo dimergimur ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. Attamen beatus ille q̄ quandoq̄ conuersus diruptis uinculis, atq̄ proiecto iugo huiusmodi dominationis, tenebit & allidet paruulos eius ad petram, hoc est, omnes intētiones eius allidet ad Christum, qui secundum Apostolum petra est, quæ omnes ad se allisos interimit, ipsa inuiolabilis manens, nec reum faciens eū q̄ ad se alliserit ne quissimi uteri deteriores partus, sed innocentē: ita ut securus possit dicere, Portio mea dominus, Quia cui nihil in seculo est, illi uero portio est Xp̄s: Et q̄ contēpserit pauca, multa percipiet, insup & uitā æternam possidebit.

Ante paucos uero dies quam lectulo detinereť, cū quadragesimū tertium psalmū dictaret, me excipiente & uidente, subito in modū scuti breuis ignis cooperuit, atq̄ paulatim p̄ os ipsius tanq̄ in domo habitator ingressus est. Post q̄ facta est facies eius uelut nix. Postea uero reuersus est uultus eius ad speciem suam. Quod cū fieret, stupore p̄cussus obrigui, nec potui scribere q̄ ab illo dicebant, nisi posteaq̄ uisio ipsa transibat. Dicebat enim in tempore testimonium scripturæ diuinæ, quod ego optime retinebam. Nam scribēdi uel dictandi ipso die finem fecit. Sed q̄dem ipsum psalmum explere non potuit: Ego uero id q̄ uisum a me fuerat, honorabili uiro casto diacono (sub cuius cura degebam statim retuli. At ille repletus gratia dei) spiritussancti aduentū me in illo uidisse edocuit lectione Actuum apostolorū. Superiorib⁹ aūt diebus cū Stiliconis tunc comitis seruus q̄ dæmonio laborauerat, cū in Ambrosiana basilica iam sanus maneret, commendatus a dño suo, ferebať enim quod libenter ab eodem habereť, facere falsas epistolas tribunatus compertū est, in tantū ut tenerenť homines q̄ ad ministrandum p̄gebant. Sed ubi ad personam serui sui peruenit comes Stilico, ipse in seruo suo noluit uindicare. Homines etiam q̄ decepti fuerant interuentu sacerdotis dimisit, de ipso uero seruo sacerdoti q̄stus est. Quē uir sanctus cū de ecclesia Ambrosiana egredereť, requiri fecit, atq̄ ad se p̄duci. Quem cum interrogasset, & deprehēdisset auctorem tanti flagitiī, ait: Oportet illum tradi Satanæ in interitū carnis, ne talia alii quis in posterum audeat admittere. Quem eodem momento cum adhuc seruo esset in ore sacerdotis sancti, spiritus immundus arreptū discerpere cœpit. Quo uiso non minimo timore repleti sumus & admiratione. Multos etiam diebus ipsis imponente illo manus & imperante, ab spiritibus immundis uidimus esse purgatos.

Per idem tempus Nicentius quidam ex tribuno & notario quodā pedum dolore tenebať, ut raro in publico uidereť: Cum ad altare accessisset ut sacramenta p̄ciperet, calcatusq̄ casu a sacerdote exclamare audiuim⁹: Vade & amodo saluus eris. Nec se amplius doluisse pedes tempore quo sanctus sacerdos de hac luce migrauit, lachrymis testabať. Sed post dies hos ordinato sacerdote ecclesiæ Ticinensi incidit in infirmitatē: Qua cū plurimis dieb⁹ detinereť in lectulo, comes stilico dixisse ferť, Quod tanto uiro recedēte de corpore interitus immineret Italiæ: Vnde conuocatis ad

se nobilib⁹ uiris illius ciuitatis, quos diligi a sancto sacerdote cognouerat, partim interminatus est illis, partim blando sermone persuasit ut pergerent ad sanctum sacerdotē, suaderent illi ut sibi uiuendi peteret a domino cōmeatū. Quod ille ubi ab illis audiuit, respondit: Non ita inter uos uixi ut pudeat me uiuere, nec timeo mori, qm̄ dñm bonū habemus. Per idem tempus cum in extrema parte porticus in qua iacebat, in uno positi Castus, Polemius, Venerius & Felix tunc diaconi secū tractarent, uoce ita repressa ut uix inuicem se audirent, q̄ post obitum illius ep̄s ordinandus esset, atq; cum de nomine sancti loquerent Simpliciani, tanq; interesset tractatui cum longe positus ab ipsis iaceret, approbans exclamauit tertio: Senex, sed bonus, Erat enim Simplicianus æui maturior. Qua uoce audita expauescentes fugerūt. Defuncto tamen eo non alius illi successit in sacerdotio nisi is quē ille bonū senem trina uoce signauerat. Cui Simpliciano Venerius quē supra memorauimus successor fuit. Felix uero nunc usq; Bononiensem regit ecclesiam. Castus autem & Polemius nutriti ab Ambrosio bonæ arboris boni fructus, in ecclesia Mediolanen. diaconij fungūtur officio. In eodem tamen loco in quo iacebat (sicut referente beato Basiano episcopo Laudensis ecclesiæ, q̄ ab eodem audierat didicim⁹) cum oraret una cū supradicto sacerdote, uiderat dñm Iesum aduenisse ad se, et arridentem sibi. Nec multos post dies ablatus est.

24 *D. Ambrosius tempore mortis suæ expāsis manibus in modum Crucis orauit.*

Sed eodem tēpore quo a nobis migrauit ad dñm, ab hora circiter undecima diei, usq; ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum crucis orauit: Nos uero labia illius moueri uidebamus, uocem aūt non audiebamus. Horatus autē sacerdos ecclesiæ Vercellensis, cū in superiora domus sequi eū composuisset, tertio uocem uocātis se audiuit, dicentis q̄ sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descendens obtulit sancto domini corpus, Quo accepto ubi glutiuit, emisit spiritum. Bonū uiaticum secū ferens, ut in uirtute esce anima refectior, Angelorum nunc consortio quorū uita uixit in terris & Heliæ societate lætet: Quia ut Helias nunq; regibus uel ullis potestatibus, ita & iste pro dei timore loqueritus est. Atq; inde ad ecclesiam maiorem ante lucana hora qua defunctus est, corpus ipsius portatū est: Ibiq; eadem fuit nocte quā uigilamus in pascha, quē plurimi infantes cū a fonte uenirent uiderunt, ita ut aliqui sedentē in cathedra tribunali dicerent, alij uero ascendentē suis parentib⁹ digito ostenderent, sed illi uidentes uidere non poterant, q̄a mundatos oculos non habebant. Plurimi aūt stellam supra corpus eius se uidere narrabant: Sed lucescente die dominico cū corpus illius peractis sacramētis diuinis de ecclesia leuaret, portandum ad Basilicā Ambrosianam in qua positus est, ita ibi dæmonū turba clamabat se ab illo torqueri, ut eiulat⁹ eorum ferri non posset. Quæ gratia sacerdotis non solū in illo loco uerum

25 *Ecce quomodo moriūtur sancti, nēpe prius accepto dominī corpore.*

etiā in plurimis prouincijs usq; in hodiernū diem manet. Iactabant etiam turba uirorū ac mulierū oraria uel semicinctia sua ut corpus sancti aliquatenus ab ipsis contingeret. Erat enim exequiarū turba innumerabilis totius dignitatis, totius q̄ sexus, omniumq; pœnę ætatū, nō solum Christianorum, sed etiam Iudæorū & paganorum, maiore tamen gratia ordo prę cedebat eorum qui fuerant baptizati.

26 *Quāta deuotio populi erga corpus D. Ambrosij defuncti.*

27 *Solēnes exequiæ Ambrosio exhibitæ.*

Eadē qua obijt die, sicut text⁹ ep̄ł loquit, q̄ a successore ei⁹ uenerabili uiro Simpliciano susceptus est, de partib⁹ oriētis ad ipsum tanq; adhuc no

biscum

biscū uiuente directa, quæ nunc usq; Mediolani habet in monasterio cuiusdam uiri sancti apparuit, orans cum illis, & imponens illis manus. Habet enim diem epistola quæ directa ē: Qua lecta inuenim⁹ diem esse quo ille defunctus est. Intra Thusciam ciuitate Florentiana, ubi nunc uir sanctus Zenobius nomine, episcopus est, quia promiserat se petentib⁹ illis illos se sæpius uisitaturū, frequenter ad altare quod est in basilica Ambrosiana, quæ ibidem ab ipso constituta est, uisum orare, ipso sancto uiro sacerdote Zenobio referente didicimus. In eadē etiam domo in qua declinans Eugenium mansit tempore quo Ragadaisus supradictam ciuitatē obsidebat, cū iam de se penit⁹ desperassent uiri ciuitatis, p uisum cuidam apparuit, & promisit alio die salutē illis affuturam. Quo referente ciuium animi sunt erecti: Nam altero die aduenīente Stilicone tunc comite cum exercitu, facta est de hoste uictoria. Hæc Pansophia religiosa fœmina, matre pueri Pansophij referente cognouim⁹. Mascezeli etiam desperante de salute sua, uel exercitus quē ducebat contra Gildonem, baculum tenens manu in uisu noctis apparuit, atq; cum prouoluerēt ad pedes sancti uiri Mascezel, percutiens in terra senex baculo quo regebat tertio, hac enim illi specie apparuerat & ait: Hic hic hic, signans locū, deditq; intellectum uiro, quē uisitatione dignum fuerat arbitratus, ut agnosceret in ipso loco in quo sanctam domini uiderat sacerdotē, die tertia uictoriam adepturū, atq; ita securus bellum & inchoauit & consummauit: Nos tamen ea Mediolani positi, ipso Mascezeli referente cognouim⁹: Nam & in hac puincia in qua nunc positi describim⁹, plurimis hoc ipsum retulit sacerdotib⁹, quibus etiam referentibus securius ante nobis cognita huic libro adiungere arbitrati sumus. Sisinni etiam, & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, hoc est, post obitum sancti Ambrosij in Anauniæ partib⁹ pse quentib⁹ gentilibus uiris, martyrij coronā adepti sunt, cum reliquias Mediolanenses summa cū deuotione susceperunt, aduenīente quodā cæco & referente cognouimus, q eodem tacto lectulo, in quo sanctorū reliquiæ portabant, lumen recepit eo quod per uisum noctis uidisset nauem appropinquare littori, in qua erat multitudo ablatorū: quibus descēdētibus ad terram cū unum de turba precaret, ut sciret qui essent ij uiri, audierit, Ambrosium eiusq; consortes. Quo audito nomine cū deprecaret ut lumen reciperet, audierit ab eo: Perge Mediolanū, & occurre fratrib⁹ meis q illo uenturi sunt, designans diem, & recipies lumen erat enim uir (ut ipse dissimulabat) de littore Dalmateno, nec se ante uenisse in ciuitatē asserebat, priusquam recto itinere reliquijs sanctorum occurrisset, nondum uidens sed tacto loculo uidere cœpisse.

His itaq; decursis non arbitror graue uideri, si paululū promissi nostri metas excesserimus, ut domini dictū quod per os sanctor⁹ pphetarum locutus est, completū esse doceamus: Sedentem aduersus fratrem suū & detrahentem occulte, persequebar. Et alibi: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Vt quicunq; forte huiusmodi captus est consuetudine, cū legerit qualiter in his q sancto uiro detrahere ausi sunt, fuerit uindicatū, ipse etiā in aliis emendet. Igitur donatus quidam natione Apher presbyter tñ Ecclesiæ Mediolanensis, cū in conuiuio positus in quo orant nonnulli militares religiosi, detraheret memoriæ sacerdotis, aspernantibus illis & desentientibus linguam nequā, subito uulnere percussus graui, de eodem loco

28

Tu qui sanctos dei mortuos appellare nō erubescis, uide si non brosius mortuus hæc apparitiones præstare potuisset.

29

Reliquiæ martyrum a Mediolanensibus summa cum deuotione susceptæ.

30

Tacto lectulo in quo eædem reliquiæ portabantur, cæcus lumē recepit.

31

Discat ex hoc loco hæretici sanctis non detrahere.

in quo iacebat, alienis manibus subleuatus, in lectulum positus est, atq; inde ad sepulchrū usq; perductus. In urbe et Carthaginēsi, cum apud fortunatum diaconum fratrem uenerabilis uiri Aurelij episcopi ad conuiuiū conuenissem, una cum Vincentio Colositano episcopo, Murano etiā episcopo Bolitano, sed & alijs episcopis & diaconibus, tunc Maurano episcopo detrahenti sancto uiro, retuli exitum presbyteri superius memorati quod ille de alio dictum de se oraculum, maturo suo exitu comprobauit. Nam de eodem loco in quo iacebat, cum subito uulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectumq; portatus est, atq; inde ad domū in qua hospitabatur reductus, diem clausit. Is finis uirorum detrahentium fuit, quem uidentes qui tunc aderant admirati sunt. Vnde hortor & obsecro omnem hominem qui hunc librum legerit, ut imitetur uitā uiri, laudet dei gratiam, declinet detrahentium linguas, si uult magis consortium habere cum Ambrosio in resurrectione uitæ, quam cum detrahentibus illi subire supplicium, quod nullus sapiens nō declinat. Tuam etiam præcor beatitudinem pater Augustine, ut pro me humillimo & peccatore Paulino cum omnibus sanctis qui tecum inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in ueritate orare digneris, ut quia in adipiscenda gratia cum tanto uiro non sum dignus habere consortium adeptus meorum ueniam peccatorum, sit mihi præmium fugisse supplicium.

Libri secundi Finis.

PIENTISSIMO PATRI D. IOANNI BERNARDO
Episcopo Calaguritano. A. Episcopus
Veronensis.

MIRVM ualde est colendissime pater, quo nostri temporis hæretici tantum a recta uia aberrent, & a Saluatoris nostri atq; apostolorum eius uestigijs abalienati sint, ut nihil eorum prorsus quæ illi mandauerunt seruare inueniantur. Quod ut manifestius fiat, rem ipsam exemplis si potero, mox idicare curabo. Accipe hinc ex parte una quæ Xps & eius Apostoli docuerũt, sume inde ex altera quæ hæretici docent & faciunt, & uidebis quod non modo una eademq; non sit doctrina, sed prsus ex diametro pugnans, & oino cõtraria. Dicit dñs Iesus, oportet semper orare, & non deficere. Idẽ & eius Apostolus orbis doctor sine intermissione orate. At Valdenses & nõnulli nostræ tẽpestatis hæretici q oia de necessitate absolutę euenire dogmatizarunt (quamuis in ea sententia sicut moris est hæreticorũ, postmodũ non perstiterint) & ab orationi bus abstinuerũt, & illas res superfluas & inutiles omnino esse asseruerũt. Vt qd enim (dicunt) oras? aut ut deo quæ tibi sunt necessaria innotescãt, aut ut eũ quo a flagellis abstineat flectas? Sed deus scit oia, nec est opus ut quis eũ doceat. Nec est deus ut homo qui mutetur, & pœniteat eũ sententiæ suæ. Quasi deũ oremus ut quæ ignorat ei propalemus, & nolit requiri a se ẽt quod ipse pollicetur. Ad quid enim (ut D. Bernardus ait) multa quæ dare disposuit prius pollicetur, nisi ut ex promissione deuotio excitetur, & quod gratis datur? erat, deuota oratio promereatur? Sic. n. pius dñs qui oẽs homines uult saluos fieri, merita nobis extorquet a nobis, & dũ nos ꝑuenit tribuẽ do quod retribuat, gratis agit ne gratis tribuat. Qd si de flagellis agitur; quis dubitet sanctos uiros orationibus suis occurrere posse deo, & eius irã placare, sicut & Moyses stetisse in percussione contra dñm legitur, ut auerteret irã furoris eius? Samuel quoq; idem fecit, Et dñs ad Moysen, Dimitte me (ait) ut percutiã populũ istum. Qñ enim dicit, Dimitte me, oñdit se pre cibus sanctorũ posse retineri. Quod si dicas, Mutabilis est igitur deus, & pœnitens ut homo. Respondeo, Mutatur homo, & pœnitet erroris sui, & tunc immutabilis deus reuocat sententiã suã, cũ omnes comminationes eius sub conditione latæ intelligant, si perseuerauerit homo in delictis. Quod ne meũ dixeris commentũ, accipe apertam D. Hieronymi hac de re sententiã, sic enim ait ipse in Zachariã cap. 9. Pœnituit deũ quod Saul unxit in regem. Et apud Niniuitas qbus per prophetam nunciauerat, Adhuc triduũ & Niniue subuertet: qa egerunt pniam, dicit & ipse mutasse sententiã suam: non uitio mentis improuidæ, sed exeorũ qui male aut bene faciunt uarietate. Si. n. male fecerint, cõminatur: si pristina peccata defleuerint, non mutat deus q unus atq; idem est, & mutari non potest: sed illis ex malis ad bona opera cõmutatis, mutat & ipse suũ decretum. Qui & in Genesi loquit: Clamor Sodomoꝝ & Gomorræ multiplicatus est: & peccata eorũ magna sunt nimis: descendens ergo uidebo si iuxta clamorẽ eorũ qui uenit ad me cõpleant, sin aũt non, ut sciã. Quod dixit, hoc est: si permanserint in furore, non deerit pœna peccantibus: si desierint ab insania, mea fient cognitione digniſsimi. Cognoscit autem dñs eos qui sui sunt. Et Apostolus scribit ad Galatas; sed tunc nescie

tes deum. Cumq; nouerit omnes deus, & nihil eũ nec præteritorũ, nec præsentiũ lateat: nec futurorũ impios in euangelio nescire se dicit: Recedite a me operarij iniquitatis, nescio uos. Ergo & notitiã, & pniam, & iram, & indignationẽ & omnes affectus dei: non humani sermonis uitio, sed diuinæ maiestatis sensu accipiamus. Et hæc quidẽ ille. Prosequamur reliqua. Interrogauit quidam dñm saluatorem, Magister, qd faciendo uitã æternam possidebo? Cui ille respondit, Serua mandata. Et alteri dixit, Vade & tu fac similiter. Item & Apostolis suis. Non omnis q dicit mihi domine dñe, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatẽ patris mei q in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterum eisdẽ si hæc scitis beati eritis si feceritis ea. Apostolus quoq;, Non. n. auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabunt. Et Apostolus Iacobus, Estote factores uerbi & non auditores tm̃, fallentes uosmetipsos, Quia si qs auditor est uerbi & non factor, hic cõparabit uiro consideranti uultũ natiuitatis suæ in speculo. Considerauit. n. se & abijt, & statim oblit⁹ est qualis fuerit. At qd hæretici? Totũ contrarium. Primũ operari bona renuunt flagitiosissime uiuentes, deinde si quẽ operibus insistentem bonis inuenerint, blandis eũ uocibus cõpellant, & seducunt ingentes, Deus nihil aliud quærit nisi fidei ueritatẽ, quã si custodieris, nõ curat quid agas. Crede ergo Christũ, & saluus eris, nihil. n. tibi ultra necessariũ. Quid hic tibi uidetur? Nonne penitus aduersaret hæc doctrina Christianæ pietati? Et tamen Saluator ipse quod docuit, et opere compleuit, de quo scribit, Cœpit Iesus facere & docere, imo prius fecit quã docuit, ne nos excusationis prætextũ habere possemus, ipsum docuisse & non fecisse quod docuerit. An aũt & Apostoli eius operati sint, q scire uoluerit, uideat Paulũ in secunda ad Corinthios Epistola, ut uel ex eo solo discat cæteros omnes quales fuerint. Dicamus & aliud. Saluator ait, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, Et dñi præcursor, Facite fructus dignos pniæ. Et Apostolus Petrus, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Et uas electionis, si aũt filij, & hæredes, hæredes qdem dei, cohæredes aũt Christi, si tamen cõpatimur, ut & conglorificemur. Quid his aduersum prædicant hæretici? Vera pnia est noua uita. Satisfactionis hæc externa opera sunt inutilia, quoniam Christus abunde satisfecit pro omnibus. Si tuis externis operibus satisfacere pro peccatis tuis putas, iniuriã cruci Christi facis, quasi minor eius fuerit satisfactio, & aliqd ei defuerit, cum tamen plenissima, & copiosa eius fuerit redemptio. Sed o bone uir quis negat satisfactionem Christi fuisse plenissimam? Verum ut hoc nullus sanæ mentis inficiari potest, ita negant sancti meritum passionis eius in te fructum habiturũ, nisi & te peccatorũ tuorũ pœnituerit, & operib⁹ iustitiæ peccato contrarijs, preciosum eius sanguinem ad te attraxeris collegerisq;, q inde postmodum ad eorum consequẽdam indulgentiam, & pœnarum remissionẽ tibi proficiat. Vnde diuin⁹ ait Basilius. Maledixisti? Benedicas. Circũueniisti proximum in negotio? Redde. In ebrietatẽ incidisti? Ieiuna. Arroganter & superbe egisti? Humiliare. Inuidisti? Obsecra. Occidisti? Tu testimonio tuomet profitere te reũ, aut certe p confessionẽ, tuum ipsius corpus affligito quasi contra te redditur⁹ testimonium, Hæc ille. Et o. Hieronymus, Age pœnitentiam, in sacco uersare & cinere, & tantum scelus iugibus absterge lachrymis, si tãdem tibi

dimittatur

dimittat hæc impietas. Vides ergo quod uera pœnitentia non sit duntaxat noua uita? Hæc autē hominis satisfactio, ueræ & unicæ illi satisfactioni, quā dñs Iesus in cruce pro peccatis totius mundi abundantissime fecit inhæret, ut inde tantū & non aliunde, omne robur & uim sortiatur, quia sine eo (ut ipse ait) nihil oīno facere possumus. Non ergo gloriā crucis obnubilat nostra satisfactio, imo extollit magis, q̄ tanti fuerit meriti & uirtutis, ut homini dederit pusillę creaturę, suis bonis actionibus satisfacere posse deo pro peccatis commissis. Et ne longū faciā, potest prudentia tua cogitare oīa alia in hunc eundē modum sese habere. Dicet quispiā. Quid igitur faciet simplex homo, & qui nō perfecte in dei scientia sit eruditus, ex una parte clara & aperta dei mandata audiens, ex alia sophismata adumbrata, & populariū sensum palpantia dogmata? Quid inqs? Habeat cū Apostolo pro anathemate, quicunq; & si Angelus de cœlo sit, aliud Euangeliū euangelizauerit, quā hucusq; euangelizatū est. Et sicut magn⁹ docet Theologus Nazianzenus illā fidem teneat mordicus, quā credidimus omnes, & quā coram deo & hominib⁹ fumus confessi, nihil timens, neminē pudefaciens, non inimicos externos, non falsos qui inter nos sunt Christianos, ac hostes spiritus, quin et usq; ad nouissimū spiritū in fiducia multa confitebit patrum sanctorū depositū, qui proximiores fuere Christo, & primæ fidei confessionē quæ in eo a pueris usq; est enutrita, quam sub initiū suscepit, & cum qua in fine discedet, pietatē hanc, & si nil aliud secū auferens. Hoc ipsum docet nos eruditissimus Hieronymus in calce libri aduersus Luciferianos sub his uerbis. Breuē tibi apertamq; animi mei sententiā proferam, in illa esse ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata, usq; ad diē hanc durat. Sicubi audieris eos q dicuntur Christi, nō a domino Iesu Christo, sed a quoquā alio nūcupari: utputa Marcionitas, Valentinianos, Montenses siue campates: scito nō ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogā. Ex hoc. n. ipso quod postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit. Nec sibi blandiant, si de scripturarū capitulis uident sibi affirmare quod dicunt, cū & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ non in legendo consistāt, sed in intelligendo. Alioquī si literā sequimur, possumus & nos quoq; nouum nobis dogma cōponere: ut asseramus in ecclesiam non recipiendos, qui calciati sint, & duas tunicas habeāt. Et ita quidē Hieronymus. At dices Horrendū ualde, cum hæc tam clara sint, ut meridianus sol non ita resplendeat, cur hęretici q alias acutissimi sunt ingenij, & perspicacis sensus hæc non uideant, & manifestis sanctorū dictis & factis tam impudenter contra ire minime erubescant. Accipe breue respōsum. Difficile homines superbi, ambitiosi, auari, & sensui seruientes credunt deo, & sanctis eius, obcæcat enim mens eorum lucri cupiditatibus, & excellentia mundanæ gloriæ, crapula, ebrietate & luxuria eneruant, & circundati uitijs, non possunt uidere uirtutes, simplicitatiq; scripturæ sanctæ non suas uolūtates ac commodant, sed magis ad deprauatas eorū mentes & conscientias rectos scripturarū ipsarum sensus inuertere & contorquere nituntur. Adde quod usq; adeo præceps est & uehemens illorū cōtradicendi studium, ut quid uerū sit necne nequaq; attendant. Verū his pestibus omissis post toti mundo propalatū Euangeliū, quæ fuerit sanctæ matris ecclesiæ indubia semper & inuiolata fides, ex prima huius libri tertij historia glibet perdiscere

poterit, in qua (sicut olim in Deuteronomio legis iteratio facta est) totius euangelicæ disciplinæ doctrina ad longũ repetita uidetur quam sanctissimus Barlaam regium adolescentem ea spiritus plenitudine, qua totus afflatus erat, luculenter edocuit. Ea igitur ne te diutius detineam Antistes dignissime, est huiusmodi.

VITA BEATORVM BARLAAM, ET IOSAPHAT CONFESSORVM, NECNON SANCTORVM MONACHORUM Agones, & Martyria, sub Auenniro Rege Indiæ

Passorum, per Ioannem Damascænum Scripta.

1 *Nota hæretice quãtæ sint laudes monachorum.*



CVM Cœpissent monasteria construi, ac monachorum congregari multitudines, & illorũ uirtutum, & Angelicæ conuersationis fœlix fama fines orbis occuparet, & usq; ad Indos perueniret, eosdem ad similem zelum excitauit: ita q; multi eorũ omnia desererẽt, ac peterent deserta, & in corpore mortali conuersationem susciperent angelorũ. Rebus igitur sic bene se habẽtibus, & aureis (ut ita dicam) pennis multis in cœlum uolantibus, surrexit quidam rex in eadem prouincia, Auennir nomine: magnus quidẽ factus diuitijs & potẽtia, & contra aduersarios suos uictoriosus, & in bellis strenuus. Erat enim corporis magnitudine pariterq; uultus decore uenerandus, omniumq; mundialiũ rerum cito marcescentiũ successibus gloriabat: Secundũ uero animam ultima grauabat inopia, multis malis suffocatus. Gẽtilis nanq; erat professionis, nimiumq; superstitioso errori idolorũ deditus. Cumq; in multis delicijs uiueret, & delectationibus, atq; iucunditatibus præsentis uitę deditus esset ex toto corde, nihilq; quod uellet, atq; desideraret, ei deesset: Vnũ tamen uidebat esse, quod lætitiã illius minuebat, curisq;, ac solicitudinibus ipsius animam affligebat, uidelicet sterilitatis malũ: nam filios habere nõ poterat, & idcirco multũ solicitus erat, quatenus tali uinculo solueretur, pater filiorum uocaretur: quæ res multis est optabilis. Talis itaque res erat, & talem intentionem habebat.

Glorioſissimum uero genus Christianorũ, & monachorũ multitudines Regis cultũ uilipendentes, & prorsus minas eius nõ formidantes, proficiebant Christi gratia ad sermonis meliorẽ plenitudinem traditi, paruipendentes regẽ, regisq; sermonẽ: ea uero quæ ad Dei cultũ pertinebant, studiosius agebant. Et ideo multi qui monachicum susceperãt ordinem, omnes quidẽ æqualiter mundi delectationes a se repellebãt: ad unius uero Dei cultũ tota intentione se cõtulerant, & pro Christo mortẽ sitiebãt, ęternam desiderantes beatitudinẽ. Prædicabant ergo sine timore aliquo, & dilatione, & ualde confidenter salutare Dei nomen; & nihil aliud nisi Christũ in ore habebant. Fluidam uero & corruptibilem naturã præsentium rerũ, & stabilitatem, atq; incorruptionẽ futuræ uitæ aperte cunctis demonstrabant, & seipsos illis exemplũ præbebant, & prædicationis semina spargebant, ut familiares illos Deo efficerẽt: quatenus quæ in Christo abscondita est, uitam mererent. Hinc multi dulcissimã illam doctrinã susciꝑientes, amaras quidẽ deceptionis deserebãt tenebras, clarissimoq;

2 *Vitam quæ in Christo est abscõdita, mererentur.*

uersitatis lumini iungebantur: adeo ut quidam nobilium, atq; senatorum, omnia deponentes uitæ seculi onera, monachi fierent.

3 *Vide quomodo intelligant præceptũ desertionis bonorũ secundũ facultatum.*

Rex aũt ut hoc audiuit, ira maxima repletus, atq; furore succensus, edictum ilico posuit, omnem Christianũ coarctari, ut negaret fidem Christi. Vnde nouas contra ipsos quidẽ Christianos species tormentorũ excogitabat, & studiose perquirebat, nouos mortiũ modos minabaẽ eis, & literas per uniuersas sibi subiectas prouincias delegabat principibus, atq; ducibus, pœnas aduersus pios, & neces iniustas decernens. Præcipue uero aduersus monasteriũ ordinis prępositos furens, atrocissimũ contra eos, ac ineffabile excitauit bellũ. Tunc multi fideliũ mente cõmouebanẽ. Alij uero tormenta sustinere non ualentes, execrabili illius obediebãt prącepto. Monastici aũt ordinis duces, ac principes, palam quidẽ, atq; in facie regis impietatem redarguentes, per martyrium temporalem uitę finem sortiebanẽ, & ęternam acquirebant beatitudinem. Alij uero in solitudinibus, & montibus abscondebanẽ, non quod tormenta metuerent, sed dispensatione quadam diuina hoc agebant.

Huiusmodi ergo oscuritate Indiũ occupante, & fidelibus quidẽ undiq; repulsis, impietatis uero ministris omnia tenentibus, cruoribus, & nidoribus sacrificiorũ etiam ipso iam aëre inquinato, quidã regis archisatrapa, qui dignitate, qui animi constantia, magnitudine, atq; forma, & omnib⁹ alijs, quibus pulchritudo corporis, & fortitudo significari potest, ab alijs omnibus differebat, ut audiuit impium illud præceptũ, ualefaciens huic uanæ gloriæ deorsum trahenti, atq; delicijs tẽporalibus, monachorũ præpositis semetipsum cõmiscuit, montiũ deserta petens, ibiq; ieiunijs, & uigilijs, ac diuinorũ eloquiorum meditationi intentus, sensus suos uigilanter emundabat, & animã ab omni liberans passibili affectu, impassibilitatis lumine illustrabat. Rex aũt hunc alde diligebat, & in honore maximo habebat. Qui postq; audiuit de eo talia, doluit quidẽ animo, qm̃ amicum perdiderat: contra monachos uero amplius exarsit in iram. Misit itaque ubiq; ad eius inquisitionem, & omnem lapidẽ, ac montium concaua, & spelũcas, ut inueniretur, perquiri fecit.

4 *Apud monachos ieiunijs, uigilijs ac diuinorum eloquiorũ meditationi intentus.*

Post aliquantum uero tẽporis hi, qui ad inquisitionẽ illius directi fuerant, ut senserunt in desertis eum habitationẽ habere, perscrutantes inuenerunt eum. Quem cõprehendentes, regis tribunali exhibuerunt. Videns aũt rex sic in paupere, & asperrimo uestitu illũ, uidelicet qui splẽdidis alicquando induebaẽ uestimentis, & multis affluebat delicijs: nunc uero maceratũ dura anachoreseos conuersatione, & eremiticæ uitæ patiẽter operatum uestimẽtis, tristitia simul, & ira replebaẽ, & ex ambobus sermonem miscens, ait ad eum: O stulte, & mentis perditæ, cuius rei gratia mutasti honorẽ in contumeliam, & splendentẽ gloriam in hũc ignominiosum, ac uilem aspectũ? Es primus in regno meo, & meæ archistrategos potẽtię. Ludum puerorũ temetipsum constituisti, non solũ nostræ amicitiæ, atq; fidutiæ oblitus, sed & contra ipsam insurrexisti naturã, & neq; propriorũ filiorũ misertus, diuitias, & omnẽ uitæ gloriã pro nihilo reputasti, & tantum inhonorationẽ inclytæ præposuisti gloriæ. Vt quid hoc fecisti? & qd hinc lucraberis, quod omnibus, diis uidelicet, & hominibus, illũ, qui dicitur Iesus, prætulisti, duramq; etiã istam, & superstitiosam cõuersationẽ, delectationibus, atq; iucunditatibus dulcissimæ uitæ huius.

5 *Ecce uestitus asperitas in Monachis, & dura conuersatio.*

Hæc audiens ille homo dei, hilariter simul, ac plane respondit: Si rationem a me audire uis, o rex, inimicos tuos de medio prętorŋ tui eŋce, & tũc respondebo tibi de quibuscunq; interrogare uolueris. Illis nanq; præsentibus, nullus a me tibi sermo reddet. Præter rationem uero, torq;, occide, fac quod uis. Mihi enim mũdus crucifixus est, & ego mundo, ait doctor meus. Rege aũt dicente; Et qui sunt inimici isti, quos de medio pellere me iubes? ait uir sanctus; Ira, & concupiscentia. Hæc enim ab initio quidem cooperatoria naturæ, ab authore inducta sunt, & nunc similiter habent ea, qui non secundũ carnem conuersant, sed secundũ spiritum. In uobis autem, qui toti estis carnei, & nihil habetis spiritus, contraria facta sunt, & quæ inimicorũ, & hostium sunt, agunt. Nam concupiscentia in uobis operatur quidẽ uoluptatem, & incitat, ira uero destruit. Abscedant igit hodie ista a te: assideant uero ad audientiam dicendo rę, atq; iudicium, prudẽtia, & æquitas. Si enim iram, & concupiscentiã de medio tuleris, & pro his prudentiã, & æquitatem adduxeris, omnia ueraciter dicam tibi. Ad hæc rex ait: Ecce annuens tuæ postulationi, eŋciam de concilio cõcupiscentiã, & iram, in mediũ uero adducere prudentiã, & ęquitatẽ faciam. Dic ergo mihi secrete, unde tibi tantus error factus est, ut quæ inani spe consistunt, præponas his, quæ in manibus habent, & oculis uident.

Respondens autẽ eremita, dixit: Si initiũ quæris, o rex, unde mihi factũ est, tẽporalia quidem despicere, totumq; meipsum æterno rę spei dedisse, audi. In diebus antiquis, cũ ualde iuuenis essem, audiui uerbũ quoddam bonũ, & salutare, & me fortiter huius uirtus rapuit, & quasi cuiusdã diuini seminis, huius memoria in meo plãtata est corde, inseparabiliterq; semper conseruat: adeo ut radicata sit, & exorta, & quẽ cernis fructũ, attulerit in me. Verbi uero uirtus hęc fuit: Visum est (inquit) insipiẽtibus, ea quidem quæ sunt, despicere quasi non sint: quæ uero non sunt, quasi sint appræhendere, & continere. Qui ergo non gustauit eorũ, quæ sunt, dulcedinem: non poterit eo rę, quę non sunt, adiscere naturam. Ignoras aũt, quomodo ista despiciet. Existentia quidẽ, uocauit sermo ęterna, & non mutabilia: Non existentia uero, præsertim uitam, & delicias, atq; fallacẽ prosperitatẽ; quibus, o rex, male (heu) cor tuum addictũ est. Ego etiam his aliquando detinebar, sed uerbi uirtus exuperans animã meam, indesinenter incitat mentẽ meam ad id, quod melius est, eligendũ. Lex uero peccati, resistens legi mentis meę, & quibusdã ferreis cõpedibus uinciens me, affectu præsentiũ captiuum tenebat. Quando aũt complacuit bonitati, ac benignitati Saluatoris nostri Dei, ut liberaret me de ęqua illa cupiditate, confortauit mentẽ meã, ut uinceret legẽ peccati; & aperuit oculos meos, ut discernerem bonũ a malo. Tunc iam consideraui, & uidi, & ecce omnia præsentia uanitas, & afflictio spiritus: sicut & Salomon sapiẽtissimus dicit in suis sermonibus. Tunc sublatũ est de corde meo uelamen peccati, & quę ex corporali crassitudine superposita erat animę meę nigredo tetra, dissipata est, & cognoui ad quod factus sum, & quia oportet me ad authorem meum ascendere per ipsius operationẽ mandatorũ. Vnde omnia derelinquens, secutus sum eum, & gratias ago ei per Iesum Christum dominũ nostrum: quia eruit me de lacu miserię, & de luto fecis, id est, potestate ęquissimi exterminatoris, principis tenebrarũ seculi huius, et ostendit mihi uiam cõpendiosam, & facilem, per quã potero in hoc fragili, ac

6

Oportet me ad authorem meum ascendere per ipsius operationẽ mandatorũ. Ergo nõ per solam fidẽ ut uolunt præsentes hæretici.

fictili

fictili corpore angelicam ducere conuersationē. Quam apprehendere cupiens, strictam, & arduam adamaui pergere uiam, condēnando præsentiū uanitatem, & instabilē impetū istorū, ac reflexū, & nescio aliquod aliud bonū uocare, præter illud quod uere bonū est a quo miserrime tu, o rex, abruptus es, & disiunctus. Vnde te deseruimus, & a tuo consortio nos separauimus, eo ꝙ in certā, & uidentem te præcipitasti perditionem; & ad æquale urges deducure nos periculū. Nam quandiu mundanā exercuim⁹ militiam, nihil eorū, quę decebant nos, prætermisimus; Sicut & ipse nobis testimoniū perhibes; nec inertię alicuius, aut negligētię aliquando crimen incurrimus. Quando uero & ipsum omniū bonorū principale bonū a nobis amputare contendis, id est, pietatē, & deum deserere, quod damnis est omnibus præferendū, & ꝓpter hoc honores ac munera repromittis, qūo boni notitiā te habere ullā recte dicere possim, cū ex æquo prorsus cōparas ipsa ad inuicem (pietatē dico in Deum, & amicitiā humanā, & gloriam) uelut aquam defluentē? Quomodo ergo tibi in hoc cōmunicare possumus, & non magis e contrario amicitiam, & honorē, & affectū filiorum, & si quid aliud erat, negabimus? Videmus enim te, o rex, ingratum esse Deo, qui & ipsum tibi esse, & respirare præbuit, qui est Christus Iesus dominus uniuersoꝝ, coæqualis, & coæternus Deo patri, qui cœlos uerbo, & terrā stabiliuit, hominemqꝫ manibus proprijs formauit, & hūc immortalitate donauit, regemqꝫ cunctoꝝ, quæ in terra sunt, cōstituit, & quasi regalē sedem omnibus pulchriorem paradisum ei subdidit: qui inuidia diaboli deceptus, & uoluptate (heu proh dolor) illectus, miserrime ab uniuersis his corruit bonis. Nā qui prius erat Deo dilectus, factus est miserrim⁹, lachrymis propter suam miseriā omnimodo plangendus. Sed qui nos formauerat & creauerat, benignis rursus respiciens oculis opus manuū suarum, cū deus esset, non amittens, quod erat ab initio, factus ꝓpter nos, absqꝫ peccato, quod sumus nos, crucem sponte ac mortē sustinens, hostem iam supradictū, qui primū parentem nostrū deceperat, deiecit, & de illius amara seruitute nos redimens, in pristinam benignissime restituit libertatem. Et unde propter inobedientiā cecideramus, illuc denuo sua nos reduxit misericordia, potiori nos pristino honore efficiēs dignos. Tu aūt illū qui talia ꝓpter nos passus est, & talib⁹ nos bonis iterū dignos effecit, ipse respuis, & in illius crucē offendis. Totus uero delicijs corporis deditus, & exterminandis subditus passionibus, deos appellas, ignominiæ, & confusionis idola: & non tantū te ipsum a cœlestiū bonorum hæreditate alienum efficis, sed oēs, qui tuis præceptis obaudiunt, ab hac iā deiecisti, & animarū periculo tradidisti. Scito igitur quod ego nō credam tibi, nec acquiescā, aut cōmunicabo tibi in huiusmodi contra deū impietate, neqꝫ meum benefactorē, & saluatorē negabo, etiam si me bestijs deuorandū proijcias, uel gladio, & igni tradas, quod nunc tuæ est potestatis. Non enim mortē timeo, nec amo præsentia, multā eorū cognoscens infirmitatē. Quid enim in ipsis utile est, uel sufficiēs, aut stabile? Nec hoc solū, sed & in ipso suo esse, grandis inest eis miseria, et multa tristitia, multaqꝫ sine intermissione solicitudinis cura. Nā lætitiæ ipsorum, & delectationi, omnis copulatur dolor, & tristitia. Diuitiæ ipsorū sunt penuria, & sublimitas ipsorū ultima deiectio. Et qs eorū mala enumerabit? Quod tñ per modica uerba mihi meus theologus insinuat, inquiēs: Mundus to-

Monachism⁹ uia cō pendiosa & facilis, ꝓ quam in hoc corpore fragili angelicā quis potest ducere conuersationem.

tus in maligno positus est,& nolite diligere mundū,neq; ea,quæ in mundo sunt:qm̄ omne quod in mundo est,concupiscentia carnis est,& concupiscentia oculorū,& superbia uitæ. Et mundus transit,& concupiscentia eius. Qui autē facit uoluntatē dei,manet in æternū. Hanc igit̄ uoluntatē dei bonam exqrens,dimisi omnia,& adhæsi illius habentibus desideriū, & eundē quærentibus Deum. In quibus non est contentio,aut inuidia,tristitia,uel solicitudo,sed omnes æqualē peragunt gressum,ut ad æternas perueniant mansiones,quas parauit pater luminū diligentibus illū. Hos ego parentes,hos ego fratres,hos amicos,et notos possedi. Ab illis uero, qui aliqñ mihi fuerunt amici,& fratres,elongaui fugiens,& mansi in solitudine,expectans Deū,q saluum me fecit a pusillanimitate spiritus,& tēpestate. His ita facile,& luculenter a dei homine pronuntiatis,rex cōmouebatur quidem ab ira,& amarissime torquere sanctū uolebat:sed retardabatur denuo,& reuocabat̄,honorē illius,atq; nobilitatem reuerenter considerans. Exorsus ergo,inqt ad eum:undiq; miser tui ipsius meditatus es perditionem,ad hanc(prout arbitror)a fortuna perductus. Acuisti nanq; mentē simul,& linguam tuā,quatenus fatuā istam,ac uanā fabulationem garriendo effutires. Sed nisi in principio sermonis promisissem tibi,quod de medio concilij̄ irā remouerem,nunc utiq; igni tuas carnes traderem. Qm̄ uero anticipans,talibus me circūuenisti sermonibus,suffero modo tuā procacitatem,quin & propter priorē meā ergo te amicitiam. Surge ergo,& fuge ex oculis meis,ne ultra te uideā,& male te perdam. Tunc egressus uir dei,secesit in desertū,contristatus quidē,quod martyrium non sustinuit:martyriū tñ quotidie in conscientia tolerabat,pugnās aduersus principes,& potestates,aduersus mundi rectores tenebrarū harum,contra spiritualia nequitiæ;sicut ait beatus Apostolus. Illo igit̄ abeūte,amplius rex iratus,persequutionē uehementiorē contra monachorum meditat̄ ordinem,amplioriq; honore idolorū cultores uenerat̄,ac pontifices. Cum in tali ergo rex esset errore crudeli,& seductione,nasciť ei filius pulcherrimus,qui ex ipso florido decore,quod futurū de eo erat,prefigurabat. Dicebatur enim,nequaq; in terra illa talē aliqñ apparuisse gratiosimum,ac speciosissimū puerū. Gaudio itaq; rex maximo in natiuitate eius gauisus,hunc quidē Iosaphat uocauit:ipse aūt ad tēpla idolorū stultus abijt,insipientioribus se dijs immolaturus,& gratiarū actiones,& hymnos,& laudes redditurus,ignorans miser,quis uere bonorū author sit omnium,cui spirituale oportebat offerre sacrificiū. Ille autem inanimatis, & surdis causam pueri sibi nati adscribens,ubiq; transmisit,ut congregarentur multitudines ad istius pueri natalicia: Tūc uidens omnes confluere,timore regis afferentes secū,quæ sacrificio erant idonea,sicut cuiq; possibile erat,& manus illius inuenire poterat,& regalē dignitatem decebat: maxime uero ipse eos prouocabat ad solennitatē,tauros plurimos & maximos ad immolandū afferens. Et sic celeberrimo festo peracto,cunctos honorificauit muneribus,tā maiores,quam minores,tā nobiles,quā ignobiles. In ipsa uero solennitate conuenerunt ad regem præelecti uiri quasi quinquagintaquinq;,circa astronomicā Chaldæorū sapientiā uacantes: Et hos propius accersitos ad se rex,rogabat edicere singulos,qd futurus esset puer,qui sibi natus erat. Illi uero plurima perscrutantes,dicebant illum magnū esse futurum in diuitijs,& potentia,& supergressurū omnes,

qui ante eũ fuerunt, reges. Vnus autẽ de astrologis, excellentior cunctis, ait: Sicut ex his quæ docuerunt astrorũ cursus, ualeo conijcere, ò, rex, pueri huius profectus, qui nunc natus est sibi, non in tuo erit regno, sed in alio meliori, & incõparabiliter eminentiori. Æstimo uero illũ, quam persequeris Christianorũ religionem, fore suscepturũ, nec puto quod sua spe ipse priuet̃. Hæc quidẽ astrologus dixit, sicut olim Balaam, astrologia non uera pronunciante, sed deo per aduersarios ea, quæ sunt ueritatis, significante, ut omnẽ impijs excusationem adimeret. Rex igit̃ ut audiuit talia, grauiter hanc suscepit annunciationẽ, tristitiaq; mox illi lætitiã intercidit. In ciuitate itaq; seorsum palatiũ ædificauit speciosissimum, & in eo cameras splendidas artificiose atq; operose construxit, ibiq; puerũ posuit ad habitandum. Postq̃ autem infantiæ cõpleuit ætatẽ, inaccessibilẽ omnibus fore imperauit, pædagogos illi, & ministros constituens, iuuenes ætate, et aspectu pulcherrimos, præcipiens illis, ut nihil horũ, quæ in hac uita tristitiã generant, manifestũ illi facerent, non mortẽ, non senectutẽ, non infirmitatem, non paupertatẽ, nec aliqd aliud, quod eũ contristaret, & lætitiam ei minuere posset, sed omnia iucunda, & delectabilia ei proponerent: quatenus his mens ipsius iucundata, & delectata, nihil omnino de futuris cogitare ualeret. Pręcepit etiã, ut nec modicũ uerbũ de Christo, & de ipsius dogmatibus penitus audiret. Hoc etenim magis omnibus occultare ei cupiebat, astrologi metuens prænunciationẽ. Si quẽ uero ministrantium ei, infirmari contigisset, hunc mox inde iubebat eijci: aliũ uero pro ipso floridum, & sanũ dabat, ut nihil omnino fœdũ, uel enorme oculi uiderent illius pueri. Rex uero sic ista disponebat, & faciebat. Videns nanq; non uidebat: & audiens non intelligebat. Audiẽs aũt quosdã monachos adhuc superesse, quorũ nec uestigiũ remansisse putabat, furore replebat̃, & uehementissime contra ipsos agitabat̃. Præcones itaq; per uniuersas ciuitates, & regiones præcepit discurrere, clamantes, ut nullus omnino post tres dies horum monachorũ inueniret̃: si autem aliqui inuenirent̃ post determinatos dies, per ignem, et gladiũ perditioni traderent̃. Isti enim sunt, inquit, qui suadent populo, ut quasi deo, intendant crucifixo.

Interea qddam tale accidit, unde sæuior, ac truculentior rex efficeret̃, & contra monachos ardentius irasceret̃. Nam uir quidã erat de nobiliorib⁹, & q inter primos illius regni præpollebat, uita quidẽ mansuet⁹, fide pius, & suæ salutis solicitus, sed latebat pp timorẽ regis. Vnde qdã pp familiaritatẽ, atq; fiduciã, quã apud regẽ habebant, qua eũ arte conuincerẽt, meditabant̃, & hoc facere omni solicitudine satagebant. Cum aliqñ ad uenationẽ rex egrederet̃, cũ consueta sibi obsequentium multitudine, unus erat senatorum bonus uir ille. Ambulante uero ipso singulariter, ex diuina sibi, sicut arbitror, dispensatione contigit illud. Inuenit nanq; hominẽ in loco quodã nemoroso in terrã proiectũ, & male habentẽ pedẽ a bestia contritũ. Qui uidens eũ prætereuntẽ, rogabat ne pertransiret illũ, sed misereret̃ eius in tã malo euẽtu, & in suã domũ deferret: simul istud adijciẽs, quod non inutiliter tibi & oĩno inefficaciter (inquit) inuentus sum ego. Ille autem uir inclytus, dicit ei: Ego qdẽ propter naturã suscipiam te, & curationẽ tibi, quantũ potero, exhibebo. Sed qd̃ est proficuũ, qd̃ a te mihi futurũ esse dixisti? Pauper autem ille & infirm⁹, ait: Ego homo sum medicus uerborũ. Si enim aliquando in uerbis, aut colloquijs lædat̃ aliqs, aut

in tribulatione inueniat̃, congruis medelis ita curabo, ut nõ amplius morbus succrescat. Igit̃ religiosus uir, quod dictũ fuerat, pro nihilo computauit: illũ uero propter mandatum dei conducere in domum suam fecit, & competentem curam ei exhibuit. Supra uero memorati inuidi illi ac malitiosi, quam nuper conceperant malignam nequitiam, ad effectum perducere non differunt. Nam derogant uiro apud regem, qa non tantũ illi⁹ amicitiam obliuiscens, negauit deorum cultũ, & ad Christianorum fidem declinauit, sed etiã mala aduersus ipsius meditat̃ regnũ, turbã ꝑuertens, atq; solicitans, & sibimetipsi cunctos concilians. Sed si uis (inquiũt) cert⁹ fieri, nihil nos fictũ dicere, uoca eũ seorsum, & dic tẽtando, uelle te derelinquere paternã sectã, & gloriã regni, & Christianũ fieri, & monachicũ sumere habitũ, quẽ quondam ꝑsequutus es: quasi non bene sit a te hoc factũ. Talia nequiter aduersus uirum machinantes, nouerant ipsius uoluntatis mundissimam deliberationẽ, quia si talia a rege audiret, illi qdem meli⁹ requisitus consilium esset daturus, hoc est, ut non negligeret perficere, quæ bene cogitauerat, & ex hoc uera dicere illi probarent̃. Rex aũt erga se uiri amicitiam, quanta esset, non ignorans, incredibilia, & falsa, quæ dicta fuerant, suspicabat̃: nec tamen sine examinatione fore relinquendũ, sed ꝓbare rem ad derogationẽ cogitabat. Vnde aduocans eũ seorsum, ait ei tentans: Nosti ò amice, quanta mala ostendi monachis, & omnib⁹ Christianis? Nunc uero pœnitentia ductus super hoc, & despiciens præsentia, spe illius immortalis regni, quod prædicant, ad aliam futuram uitã cupio pertingere, nam præsens, morte utiq; amputabit̃. Non aliter uero hæc me cõsequi posse arbitror, nisi Christianus fiam, & abrenuncians gloriæ regni mei, & cęteris delectationib⁹, & iucũditatib⁹ huius uitæ, eremitas & monachos reqram ubicũq; sint, quos iniuste ꝑsequutus sum, illisq; meipsum admisceã. Ad hoc qd dicis ipse, & quale das consiliũ? Dic ipsam ueritatẽ. Noui te enim super omnes ueracẽ, & bonum hominẽ esse. Ille uero ut hoc audit, nequaq̃ occultũ dolum intelligens, compũctus animo, & lachrymis perfusus, simpliciter respondit: Rex, in æternũ uiue. Consiliũ enim bonũ, & salutare reperisti: qa & si difficile est ad inueniendũ cœlorũ regnũ, attamen hoc omni uirtute est quærendũ. Nam q quærit, inuenit illud. Delectatio enim præsentium, etsi in præsenti iucũda sit & delectet, sed tamẽ bonũ est illam abijcere. Nam in ipso suo esse non est, & quod lætificat, septempliciter rursus contristat. Nam bona eius, & tristia, umbra sunt infirmiora, & quasi uestigiũ nauis per mare transeuntis, aut auis per aera uolantis, mox dispereunt. Futurorũ uero spes, quã prædicant Christiani, firma est, & stabilis: tribulationẽ tñ habet in mundo. Sed nostra nunc iucũditas breuis tẽporis, ibi nihil aliud nisi pœnã solã inueniet, & tormẽta per secula duratura. Nam dulcedo horum, tẽporalis: dolores uero, perennes. Christianorũ autẽ labor, temporalis est, dulcedo uero, & satietas, æterna. Dirigat̃ ergo regis bona uoluntas. Bonũ enim, & nimis bonũ est, corruptibilia æternis commutare.

Rex aũt ut audiuit ista, ualde contristatus est: continuit tñ iram, & nihil tũ uiro locutus est. Ille aũt, cum esset sapiens, & subtilis ingenij, cognouit grauiter suscepisse regẽ uerba sua, & quod in dolo tentauerat eũ. Reuersus aũt ad domum suã, tribulabat̃, atq; grauabatur, hæsitans quasi modo deliniret regẽ, & euaderet imminens sibi periculũ. Insomnẽ itaq; totã

noctem ducenti, in memoriã uenit is, qui pedẽ læsum habuerat, & huic ad se adducto ait: Reminiscor quia dixeris te uerborũ medicum, ac procuratorẽ esse malorũ. Ille uero inquit: Etiam. Et si opus habes, ostendã tibi artem meã. Senator aũt cõtinuo narrauit ei, quam ab initio apud regẽ amicitiam, atq; fidutiã obtinebat, & paulo ante propositũ sibi ab ipso rege fraudulentũ colloquiũ, & qũo ipse quidẽ bene responderit: rex uero gra uiter sermonẽ suscipiens, uultus immutatione internã sibi iram ostenderit. His auditis, pauper ille, & infirmus, parũper deliberans in semetipso, ait: Notũ tibi sit glorioſissime, qm̃ nunquã habet erga te rex suspicionẽ, quasi uelis eius appræhendere regnũ. sed tentando te, dixit ea, quę dixit. Surge ergo, & tonde comam tuã, & exuendo uestimenta splendida, cilicium indue, summoq; diluculo accede ad regẽ. Illo uero interrogãte, qd sibi uult habitus iste, respondebis: Pro his quæ hesterno die locutus es, ò rex, ecce adsum paratus sequi te per uiã, qua desideras ambulare. Nã etsi deliciæ sunt amabiles, atq; iucundæ, sed non Contingit mihi his post te perfrui. Virtutis enim uia, qua iturus es, etsi difficilis est, & aspera, tñ tecũ existenti facilis mihi erit, & plana, & amabilis. Sicut enim me sociũ habuisti prę sentium bonorũ, sic & tristiũ habebis, ut & futurorũ sim particeps tecũ bonorũ. Nobilis igit̃ uir ille, infirmi uerba suscipiẽs, fecit iuxta quod ei locutus est. Quem uidens rex, & audiens, super hæc uehementer obstupuit, & erga se ueram uiri intellexit amicitiam: falsa uero, quæ contra uirũ illũ dicta fuerant, agnoscens, ampliori honore, & maiori fidutia penes se sublimauit. Aduersus monachos uero ira denuo nimiũ replebaṫ, illorũ esse ista dogmata dicens, ut remoueanṫ homines ab huius uitæ delectationibus, & quasi incertæ somniorũ spei addicantur.

Iterum rex egressus ad uenandũ, uidit duos monachos per eremũ gradientes, quos teneri & ad se adduci præcepit, furibundeq; respiciens, & quasi ignis scintillas ex oculis iaculans, ait: Nõ audistis o erronei, & seductores, præcones meos aperte clamantes, ut nullus uestræ superstitionis, post tres dies in ciuitate, aut regione meæ potestatis inueniretur, alioqui igne cremareṫ? Monachi aũt dixerunt: Ecce, inquiunt, quẽadmodũ iussisti, egredimur de tuis ciuitatibus, & regionibus. Longa aũt nobis uia imminente pergendi ad fratres nostros, necesse habuimus cibũ emere, ut haberemus expesas, ne in uia fame deficeremus. Rex aũt ait eis: Mortis minas metuens, escarũ mercimoñjs non adhibet studiũ. Responderunt monachi: O rex bene dixisti: qm̃ mortẽ timentes, solicitudinẽ gerunt, qualiter illã euadere possint. Sed qui sunt isti, nisi qui corruptibilibus dediti rebus, his inhiantes sunt, qui nullam bonũ sperantes illic inuenire, radicitus inhærent præsentibus, & ideo timent mortẽ? Nos aũt, qui ex multo iam tẽpore odiuimus mundũ, & quæ in mundo sunt, & strictã, & arduã pergimus uiam propter Christũ: neq; mortẽ timemus, neq; præsentia diligimus, sed futura tantũ desideram9. Quoniã ergo a uobis mors illata nobis propter testimoniũ sit ɇternæ uitæ, & melioris, amabilis nobis est magis, q; terribilis. Rex uero monachos argumentatione uolens cõpræhendere, ait: Quid aũt? nonne pauloante dixistis uos discedere, idcirco quia ego iusserã? Et si mortẽ non timetis, quare fugam arripuistis? Ecce & ista uana iactantes, mentiti estis. Tunc responderunt monachi: Non a te minatam mortẽ timen tes fugimus, sed miseremur tui, & ne abundantioris cõ-

demnationis tibi causa efficiamur, cogitauimus discedere; nō quod tuas ullo modo minas formidemus. Ad hæc rex iratus, iussit illos igne cremari, & consummati sunt Christi famuli, per ignē martyrij coronā adepti. Tunc rex edictū posuit, ut sicubi quis inueniretur monachus, sine interrogatione necaretur. Et ita nullus relictus est huiusmodi ordinis in regione illa, nisi hi, qui in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ semetipsos absconderant. Hæc quidē taliter se habebant.

Filius aūt regis, de quo sermo ab initio dicere cœpit, in præparato sibi palatio inaccessibilis existēs, ad ætatē peruenit adolescētiæ, omni Æthiopum, & Persarū disciplina imbutus, non minus anima, q̄ corpore fulgebat, sapiens, & prudens, & omnibus bonis fluens: quæstionesq́ naturales doctoribus suis proponebat, ita ut mirarentur ipsi de uelocitate ingenij eius, & intellectu, stuperet etiā rex & gratiā uultus eius, & animę constantiam. Mādata uero dedit his, qui cū ipso erant, ut nihil omnino eorū, quæ in uita hac tristitiā generant, notificarent ei: neq́ hoc, quod mors præsentes delectationes amputat. Vanæ.n. incūbebat spei, & istud uerbū quasi in cœlū sagittare conabat. Sed quando naturam hominū mors latere potest? Et qūo puer iste ignoraret eam, qui mentē omni intellectu exornatam possidebat? Pensabat uero in semetipso, cur eum inaccessibilē fore pater adiudicauerat, & omni uolenti ad eum ingredi, non permittebat introire. Nouerat enim, q̄ nō sine patris sui Imperio istud fiebat, Tamen uerebat interrogare eum, nec omnino interrogandū esse arbitrans, certus quod non inutilia pater ei aliquo modo prouideret, simul etiā attendens, quod si secundū uoluntatē patris res agit, etsi interrogaret, nunq̄ ei pater ueritatē aperiret. Vnde ab alijs, & non a patre, ista discere excogitauit. Vnū uero ex pædagogis amabiliorē cæteris, in partē traxit. Quē interrogauit, cur se pater intra muros reclusisset, adiungens, quod si hoc ueraciter manifestū mihi feceris, mihi charus eris præ omnibus, & testamentū perennis amicitiæ disponā tecū. Pædagogus itaq́ cū esset & ipse sapiens, & sciret pueri intelligibilē, & perfectā prudentiā, ne sibi quandoq́ idem puer author periculi fieret, cuncta ei enucleatim reserauit, id est, aduersus Christianos indictā a rege persecutionē, & præcipue contra eremitas, & qūo effugati sunt & eliminati de omni in circuitu regione illa, qualiaq́ in natiuitate eius astrologi prænunciauerunt. Ne ergo, inquit, audiens illorū doctrinā, hanc præponas nostræ sectæ, non multos tecū colloqui uoluit, sed bene sibi probatos, & fideles circa te nos constituit, mandata nobis tribuens, ut nihil tibi tristium uitæ notificaremus.

Hæc ut audiuit iuuenis, nihil aliud apposuit loqui. Tetigit quippe cor illius sermo salutaris, & paracleti gratia intellectuales eius oculos aperire cœpit, ad uerum conductura Deum, prout sequens sermo declarabit. Frequenter uero pater eius ad uidendū puerū ueniebat. nam excellenti amore diligebat eum. Quadā aūt die intulit ei filius: Discere a te cupio, o domine rex, unde tristitia assidua, & solicitudo continua corrodit animā meam. Pater uero ut hæc audiuit, concussa sunt mox omnia uiscera eius, & ait illi: Dic mihi amantissime fili, quæ est, quæ te detinet, tristitia, & continuo ipsam in gaudiū conuertere festinabo. Qui dixit illi. Quid sibi uult, q̄ intra muros istos, & portas concludens me, inaccessibilē prorsus, & incontemplabilē cunctis constituisti? Tunc pater ait: Nolo fili, ut ui-

deas aliquid, quod cor tuū possit amaricare, & tibi lætitiā amputare. In delicijs enim iugibus, & gaudio perenni, & hilaritate uiuere te per omne seculū desidero. Ait aūt patri filius: Bene scias domine, qm̄ isto modo nō in gaudio & lætitia uiuo, sed in tribulatione potius, & angustia multa, in tantū ut & ipse cibus, & potus insipidus mihi appareat, & amarus. Videre enim desidero, quæ extra portas istas sunt, omnia. Si ergo uis ne doloribus deficiā, iube quo uoluero procedere, & animo queam delectari contēplatione rerū, quas hactenus non uidi. Contristatus est igit̄ rex, ut audiuit talia, perpendebatq; q̄ si denegaret ei, quod petebat, amplioris ei tristitiæ, & solicitudinis author existeret. Tunc ait illi: Ego fili tuo desiderio satisfaciā. Electos igit̄ equos adduci continuo, & obsequiū regale, & idoneū præcedere eum imperans, quocunq; uellet, pergere permisit, diligenter præcipiens ministris eius, ut nihil fœdū in occursum ei ueniret, omni cautela satagerent: sed omne bonum, & iucundum ei demostrarent, chorosq; plaudentes in canticis, & omni genere musicorum eum antecedere, & uaria delectationis spectacula facerent, ut his mens eius uacaret, & iocundaretur.

Igitur sic frequentans processiones regis filius, uidit die quadam clam ministris duos uiros, quorū un⁹ q̄dē leprosus, cęcus uero alter erat. Quos uidens contristatus est animo, & dicit his, qui secū erant: Qui sunt isti, & qualis horū fœdus aspectus? Illi non ualentes, quod ad aspectū illius uenerat, occultare dixerunt: Passiones istæ sunt humanæ, quæ ex materia corrupta, & corporis mala cōplexione, hominibus solent accidere. Et ait adolescens: Omnibus hominibus nunquid ista contingere solent? Dicunt illi: Non omnibus, sed quibus subuertitur sanitas ex humorū malorum abundantia. Rursus ergo interrogauit puer: Si non omnibus hominibus istud contingere solet, sed quibusdā; ergo noti sunt, quos apprehensura sunt ista mala, an indefinite, & improuise superueniunt? Respondent illi: Et quis hominū futura præuidere potest, & diligenter cognoscere? Hoc enim humanam naturam supergreditur, solisq; hæreditariū est dijs immortalibus. Et cessauit quidem regis filius interrogare. Super hoc uero, quod uiderat, doluit corde, & immutata est species uultus eius propter inconsuetudinem rei.

Post multos uero dies, rursus progrediens, reperit senē inueteratū dierum multorū, rugosam habentē faciem, dissolutis brachijs, & dorsum inclinatū, & toto capite cano, carentē dentibus, & balbutiendo loquentē. Stupefactus igit̄ assumit eum, & propius adducens interrogat, discere cupiens uisionis miraculū. Præsentes aūt dixerunt: Iste iam plurimorū existit annorū, paulatimq; imminuta sibi uirtute, & ægrotantibus mēbris, ad hanc, quam cernis, peruenit miseriā. Quis est, inquit, huius finis? Illi aūt dixerūt: Nihil aliud, q̄ mors istū suscipiet. Sed & omnibus, inquit, hominibus istud imminet, an aliquibus tantū? Respōderunt ei: Nisi mors præueniens hinc transferat hominē, impossibile est annis succedentibus, non ad istius uenire statum experientiā. Et ait puer: Igit̄ in quot annis superuenit alicui? & si penitus mos imminet, & non est ars hanc euadendi, quin ad hanc perueniat miseriā? Dicunt ei: In octoginta quidē, uel centū annis ad hanc senectutē deueniunt homines, deinde moriunt̄; nec aliter fieri potest. Debitū nanq; naturale mors est, ab initio inditū hominibus; & ineui-

tabilis huius aduentus est. Hęc omnia ut uidit,& cogitauit sapiens ille,& prudens iuuenis,ingemiscens de profundo cordis,ait: Amara est uita ista, & omni dolore,& amaritudine plena. Si hæc ita se habent, quo securus poterit esse aliquis,mortē incertam præstolando,cuius aduentus nō tantum ineuitabilis, sed & incertus est,sicut dicitis? Et abijt,ista intra se seruans,& incessanter cogitans,& frequenter habens de morte memoriam, & ob hæc in doloribus, & defectionibus iuuenis continuā habebat tristitiam. Dicebat enim in semetipso: Ergo ne aliquando me mors apprehendet? Et quis erit memoriā mei faciens post mortem, tempore obliuioni omnia tradente? &, si moriens in nihilum dissoluar, aut est aliqua uita alia,& alius mundus?

Hæc,& his similia incessanter cogitans,pallidus tabescebat. In prę sentia aūt patris, quando contingebat uenire illum ad eū,fingebat hilaritatē & lætitiam,nolens ad notitiam patris sui meditata peruenire. Desiderabat aūt incomprehensibili quodā desiderio, & æstuabat inuenire aliquē, q posset sibi certificare cor,& sermonē bonū aurib⁹ eius infundere. Sæpe uero memoratū pędagogū rursus interrogabat,si alicubi cognosceret uirum aliquē,q posset auxiliari ad id,qđ desiderabat,& mentē illi⁹ cōfirmare male in cogitationib⁹ fatigatā, & non ualentē repellere harum solicitudinem Ille aūt prædictorū denuo recordatus, dicebat: Dixi tibi iampridem,quo pater tuus sapientes, & eremitas illos semp de talibus philosophantes,alios qdem interemit,alios uero cū ira pśecutus est: & non cognosco modo quenquā in hac regione remansisse. Multa igiē sup his tristitia ille repletus,& in animo male sauciatus,assimilabat uiro, q magnum thesaurū pdiderat, & ad eius ingsitionē totā mentē suā conuerterat. Hinc in agone assiduo,& solicitudine uiuebat, & omnia delectabilia & iucunda mūdi,erant in oculis eius quasi ingnamenta quędam, & abominatio. Sic ergo habente se iuuene,& desiderante secūdum animam bonū inuenire,uidit eū,q cūcta cernit oculis,nec despexit,q uult oēs saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire. Sed solitā suam benignitatem in hoc ostendēs, notam fecit ei uiam,qua oportebat eum ambulare,modo tali.

In illo tempore fuit qdam monachus,diuina prudentia sapiens,uita,& sermone ornatus, q ad summam perfectionem totius monasticæ professionis peruenerat. Vnde uero uenerit,& ex quo genere fuerit, non habeo modo dicere. In deserto aūt quodam terræ Sennaar sibi cellam fecerat, & sacerdotij decorabat gratia. Barlaam huic seni nomen erat. Hic ergo reuelatione diuinitus sibi facta,cognouit ea,quæ circa filiū regis agebantur. Qui egressus de eremo, ad seculū descendit: & mutato habitu suo uestimentisq; secularibus indutus, ascendit nauē ad partes Indiæ profecturus: & negociatorē se esse simulans,applicuit ad ciuitatē, in qua regis filius palatiū habebat. Ibiq; multis diebus cōmoratus, diligenter inquirebat de eo,& de his, qui ministrabant ei. Vt aūt didicit supradictū pædagogum inter reliquos plus ei familiarē esse, accedens ad eum, seorsum ait illi: Cognoscere te uolo domine mi,qm negociator ego sum, & de remota ualde regione huc ueni. Et est mihi lapis preciosus, cui similis aliquādo inueniri non possit, & nulli usq; modo hunc manifestaui. Tibi uero iam manifestū facio,sapientē te,atq; prudentē uirum considerans, rogans ut introducas me ad filiū regis, & tradā illum ei. Omnibus enim bonis incomparabiliter

comparabiliter excellit. Valet quippe cęcis corde lumen conferre sapientię, aures surdorũ aperire, & mutis uocẽ reddere, & sanitatẽ infirmantib⁹ exhibere, stultis sapiẽtiã dare, dęmones effugare: & totũ, quod bonũ est, & amabile, largiter se possidenti tribuere. Dicit ad eum pędagogus: Video te hominẽ stabilis, & prouectę prudentię, uerba aũt tua in immẽsum te gloriari insinuant. Lapides enim eximios, & preciosas margaritas minime tibi possum enarrare, quot uiderim. Habentes uero tales, quales dixisti uirtutes, necꝫ uidi, necꝫ audiui, tamen ostende mihi ipsum, & si est secundũ uerbum tuũ, mox inferã hunc ad regis filiũ, & honores cꝫ maximos, & munera suscipies ab ipso. Priusꝯ tamen certificer ueraci oculorũ uisione, impossibile est mihi domino meo regi de te manifesta hęc eximia nunciare. Barlaam uero ait: Bene dixisti, necꝫ uidisse aliquando, necꝫ audisse te tales uirtutes, & operationes. Nam sermo, qui a me prõptus est, non de re qualicunꝫ est, sed de mirabili quadã, & magnifica. Quoniam uero petisti uidere istum, audi uerba mea. Lapis iste preciosus cũ prędictis operationibus, & uirtutibus, adhuc habet & istam uirtutẽ. Nõ ualet contemplari eum fortuito, qui sanã non habet oculorũ uisionem, & integrã, castum etiã corpus, & nullo modo inquinatũ. Si enim aliquis ista duo nõ bene habet, temerarie inspiciet preciosum lapidẽ istum, & istã iam, quã habet, uisibilem uirtutẽ, & mentem perdet. Ego uero cũ expers non sim artis medicinalis, considero oculos tuos sanos non esse, & uereor ne & huius, quã habes, uisionis priuationẽ incurras, & ego tibi tãti mali author existã. Filium aũt regis audiui uitam quidẽ ducere pudicam, oculos uero pulcherrimos & sanos, & clare uidentes habere. Quapropter illi ostẽdere thesaurũ istum confisus sum. Tu ergo nõ negligenter de hoc disponas, necꝫ re tali dominũ tuum priues. Ille aũt dixit ad eum: Si sic ista se habẽt, noli mihi lapidẽ ostendere. In peccatis etenim multis uita mea sorduit, necꝫ uisionẽ oculorũ incolumẽ, sicut dixisti habeo. Sed ego tuis adhibendo fidem sermonibus, notificare ista domino meo regi non pigritabor. Dixit ista, & ingressus, diligenter omnia filio regis annunciauit. Ille aũt ut audiuit sui uerba pędagogi, gaudio quodam, & lętitia spirituali sensit cor suum aspiratum, & anima illius diuinitus illustrata est. Iussit itaque statim introduci uirum.

Igitur postꝯ introiuit Barlaã, salutauit eũ. Tunc præcepit eũ sedere, & pædagogũ abscedere. Quo discedente, dixit Ioasaphat seni: Ostende mihi lapidẽ preciosum, de quo quædã magnifica & mirabilia te dicere meus narrauit pædagogus. Tunc Barlaã sic fari cœpit ad illũ: Iniustũ est, ò rex, falso ac temerarie aliqd me dicere tuæ excellenti gloriæ. Cuncta etenim quæ tibi de me manifestata sunt, uera existunt & indubitabilia. Sed nisi prius experimentũ tuæ capiã prudentiæ, incongruũ est mysteriũ hoc tibi manifestare. Ait enim dñs meus: Exiit, qui seminat, seminare: Et dũ seminat, alia quidẽ ceciderunt secus uiã, & uenerunt uolucres, & comederunt illa. Alia uero ceciderunt in petrosa, ubi non erat terra multa, & confestim exorta sunt, eo qꝫ non haberent profundã terrã: Sole uero exorto, æstuauerunt: & quia non habebant radicẽ, aruerunt. Alia uero ceciderũt inter spinas, & surgentes spinæ, suffocauerunt ea. Alia ceciderunt in terrã bonã, & dederunt fructũ cẽtuplũ. Si ergo terrã inuenero in corde tuo fructiferã, & bonã, non tardabo diuinũ ibi seminare semen, & magnũ mysterium

rium tibi reuelare. Si uero petrosa hæc,& spinosa est,& uia conculcabilis omni uolenti,melius est nequaq; hoc salutare in illa spargere semen, & in direptionē ipsum ponere uolucribus,& bestijs;ante quas omnino nō p̄ cere margaritas,mandatū accepi. Sed confido de te meliora & uiciniora saluti,qa & lapidem uidebis preciosum: & radio luminis eius, lux & ipse mereberis effici,& fructū afferes centesimū. Propter te enim laborem sustinui,& longam peragraui uiam,ut ostendam tibi, quæ nunquam uidisti,& doceam te,quæ non audisti.

Dixit aūt ad eum Iosaphat:Ego quidē uenerande senex,desiderio quodam,& amore incōprehensibili, quæro sermonē audire nouū aliquem, & bonū:qa ignis intrinsecus in corde meo exardescit, fortiter urens me, & incitans ad discendas quasdā necessarias quæstiones.Non enim hactenus hominē reperi,qui de his me potuerit instruere. Sed si inuenero sapiētem aliquem,& audiero ab eo uerbū salutis,nequaq; uolucribus (prout æstimo)siue bestijs illud dabo,neq; petrosa, aūt spinosa terra, sicut dixisti,apparebo,sed gratanter accipiam,& sapienter seruabo. Tu uero,siqd tale nosti,non abscondas a me,sed indica mihi. Nam qm̄ audiui te de terra longinqua uenisse,sensit anima mea,& bonæ spei factus sum, quia per te,quod iā diu desideraui, assequar:idcirco mox ingredi feci te ad me, libenterq; suscepi,quasi aliquē de familiaribus, & coætaneis meis:si tamē non de mea spe fallar.Tunc Barlaam ait: Hoc bene feci,dignumq; regali fuit magnificentia, quoniam non apparenti intendisti paruitati, sed reconditæ factus spei es.

Nam quidā rex fuit magnus,& gloriosus;Et factū est,procedente illo in curru deaurato cū regali obsequio, obuiasse illi duos uiros, attritis,& sordidis indutos uestibus,attenuatos macie,& pallidas facies habentes. Rex autem ilico cognouit eos maceratione corporis,& exercitij sudoribus carnem consumptā habentes. Vt ergo uidit illos, desiliens confestim de curru,& in terrā procidens, adorauit: & surgens amplexatus est eos, & affectuose osculatus. Magnates uero illius, ac proceres de hoc ualde indignati sunt,arbitrantes eū fecisse indigna regali gloria, non tñ ausi illū in facie reprehendere, germano fratri eius suggesserunt, ut ei loqueret,ne tantæ excellentiæ diadematis tantam inferret contumeliā. Qui cum fratri ista diceret,& regis inutilē(ut sibi uidebatur)humiliationem reprehenderet,ei rex responsum dedit, quod tamen ille non intellexit. Consuetudo autem erat illi regi,quando sententiā mortis contra aliquē dictabat, præconem ante ianuā illius cū tuba huic officio deputata,mittere,cuius uoce cognoscebant omnes,mortis reū illum existere. Vespere igit ueniente,misit rex buccinā mortis tubicinare ante ianuam domus fratris sui. Vt ergo audiuit ille tubam mortis,de sua salute desperauit, & tota nocte sua disposuit.Summo uero diluculo,nigris,ac lugubribus indutus uestibus, cū uxore,& filijs pergit ad fores palatij, flens,& lugens. Quem rex ad se ingredi fecit,& uidens eū ita lugentē,ait illi:O stulte,& insipiens,si tu sic timuisti præconem germani fratris tui, aduersus quem teipsum nihil deliqsse cognoscis:quo mihi reprehensionem intulisti,quia in humilitate saluta ui,& osculatus sum præcones dei mei, sonorabilius tuba mortem mihi significantes,& terribilē domini occursum,cui multa, & magna meipsum peccasse conscius sum? Ecce denicq; tuam arguens insipientiam, isto usus

rum modo. Nunc uero & illorũ, qui te ad meam ſubmiſerunt repræhenſionem, ſtultitiam omnibus modis aperte arguere curabo. Et ita inſtruẽs fratrem ſuũ, domũ remiſit. Præcepit aũt fieri de lignis arcellas quatuor, et duas quidẽ undiq; auro coopertas, oſſaq; mortuorũ putentia mittens in eis, aureis obſirmauit ſeris. Alias uero duas pice, & bitumine liniens, repleuit lapidibus precioſis, & inæſtimabilibus margaritis, & omniũ unguentorum odoribus, funiculisq; cilicinis aſtrinxit. Deinde accerſiri fecit reprẽhenſores ſuos, magnates uidelicet illos, ac proceres, & poſuit ante eos ipſas arcellas, ut æſtimarent quanto quidẽ iſtæ, quãto uero illæ precio ſunt dignæ. Illi itaq; duas quidem deauratas, quia precij maximi ſunt, iudicauerunt. Expedit enim (inquiunt) in ipſis diademata regalia reponi. Quæ uero illita pice, & bitumine fuerant, uili quodam, & exili precio dignas dixerunt. Rex aũt dixit ad illos: Sciebã & ego talia uos eſſe dicturos. Exterioribus enim oculis exteriora cernitis. Et tñ non ita oportet facere, ſed interni oculis intrinſecus recondita expedit uidere, ſiue honorẽ, ſeu contumeliam. Et mox præcepit ut aperirentur arcellæ deauratæ. Reſeratis igit illis, dirus quidam fœtor exhalauit, & fœdiſsimus uiſus eſt aſpectus. Ait ergo rex: Iſte typus eſt eorũ, qui ſplendidis quidẽ induunt ueſtimentis, multa uero gloria & potentia ſunt elati, ſed intrinſecus mortuis, ac fœtentib⁹, malignisq; operibus referti ſunt. Deinde piceatas, bituminatasq; præciſas diſſolui, & aperiri, cunctos q aderant, lætificauit eorũ, quæ intus repoſita erant, ſplendore, & odore. Tunc ait ad illos: ſcitis qbus ſimilia ſunt iſta? humilib⁹ illis, qui uilibus operti erant ueſtimentis, quorũ uos exterioꝛem attendentes habitũ, contumeliam putaſtis, me aũt proſtraui ante faciem illorũ in terram ad orationem. Ego uero intellectualibus oculis reuerentiam illorũ, & decorem conſiderans animarũ, glorificatus ſum quidẽ horũ tactu, omniq; corona: & uniuerſa regali purpura precioſiores iſtos exiſtimaui. Illos igit ita confundens, docuit ne errarent in his, quę foris apparent, ſed interna attenderent. Secundũ illũ itaq; pium, ac ſapientem regem tu quoq; feciſti, bona ſpe ſuſcipiens me: quæ te non decipiet, ſicut ego æſtimo. Dixit aũt ad eũ Ioſaphat: Iſta quidem omnia bene, & conuenienter dixiſti. Sed illud uolo diſcere, quis eſt dñs tuus, quẽ in initio ſermonis de ſemine illo dixiſſe aſſeruiſti? Rurſus igit repetens ſermonẽ Barlaam, dixit: Si meũ uis dñm agnoſcere, dominus eſt Ieſus Chriſtus, unigenitus filius dei, beatus, & ſolus potens, rex regũ, & dñs dominantiũ, qui ſolus habet immortalitatem, & lucẽ habitat inacceſsibilem, cũ patre, & ſpiritu ſancto glorificandus. Non enim ſum ego de illis, qui multos iſtos, & inordinatos deos iuocant, & inanimata hæc, & ſurda colunt idola: ſed unũ deum cognoſco, & confiteor, in tribus perſonis glorificandũ, patrem inquã, & filiũ, & ſpm̃ ſanctum; in una uero natura, & ſubſtãtia, in una gloria, & regno indiuiſo. Ita ergo in tribus perſonis unus deus ſine initio eſt, & ſine fine æternus, ſempiternus, increatus, inconuertibilis, incorporeus, inuiſibilis, incircunſcriptus, inæſtimabilis, bonus, & iuſtus ſolus, qui cuncta de nihilo conſtituit, uiſibilia, & inuiſibilia. Primũ quidem inuiſibiles uirtutes, & cœleſtes innumerabiles quaſdam multitudines, & incorporales adminiſtratorios ſpiritus magnitudinis dei: deinde inuiſibilẽ mundũ iſtum, cœlũ uidelicet, & terrã, & mare, quę & luce illuminans exornauit Cœlũ qdem ſole, & luna, & ſtellis; terram uero uarijs uirgultis, et diuerſis

animalibus; mare iterũ multiplici natatiliũ genere: Hęc omnia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Deinde formauit hominẽ manibus suis, puluerẽ quidem sumens de terra ad formationẽ corporis, animam uero rationalẽ, & intellectualem per propriam insufflationem ei tribuens. Quæ scd'm imaginẽ quidem, & similitudinẽ dei, creata fuisse scribitur. Secundũ imaginem qdem, propter intellectũ, & liberũ arbitriũ: secũdum similitudinẽ uero, propter uirtutis (prout possibile est) similitudinẽ. hunc hominẽ libero arbitrio, & imortalitate beatificans, regẽ super terrã constituit. Fecit autẽ ex ipso fœminam, & adiutricẽ sibi similẽ. Plantauit etiam paradisum uoluptatis in oriente, lætitia, & omni delectatione plenum, & posuit in illo hominẽ, quem formauerat, omniumq; qdem sibi diuinarum arborũ præcepit libere participari. De una uero sola ne penitus gustarent, mandatũ posuit, quæ lignũ dinoscentiæ boni, & mali uocatur, sic dicens: Quocunq; die gustaueritis ex ea, morte moriemini. Vnus uero de prædictis angelicis uirtutib⁹, unius exercitus prælatus, nequaq; in seipso a creatore malitiæ naturaliter habens uestigiũ, sed in bono factus, libera arbitrij uoluntate conuersus est de bono ad malũ: & elatus superbia, rebellare uoluit contra dñm & Deum suũ, propter quod deiectus est de ordine suo, & dignitate, & pro beata gloria illa, & angelica nuncupatione, diabolus uocat, & satanas nominat. Proiecit enim eum Deus, ceu indignum superna gloria. Euulsa est aũt cum eo, & deiecta multitudo magna ordinis angelorũ, q sub ipso erant. Qui mali effecti propria uoluntate, & bono derelicto, apostasiam imitantes principis sui, dæmones nominati sunt, uelut erronei, & deceptores. Abnegans ergo omnino bonũ diabol⁹, ac malignam arripiens naturam, inuidiã suscepit aduersus hominẽ, cernẽs seipsum qdem de tali gloria expulsum, illũ uero ad huiusmodi honorẽ sublimatum, callide ingrebat qũo priuaret eũ beata illa conuersatione. Serpentem igit̃ instrumentũ suæ deceptionis arripiens, per ipsum locutus est mulieri, & suadens ei comedere de prohibito ligno isto spe deificationis, per ipsam decepit & Adã. Sic protoplasto seducto, & comedente de ligno inobedientiæ, exterminatus est de paradiso deliciarũ a creatore, & probata illa uita, & fœlici conuersatione, in miseriam hanc, et erumnosam (heu mihi) uitã corruit, et morte demũ condemnatus est. Hinc uirtutẽ diabolus accipiens et uictoria elatus, et multiplicatis super terram hominibus, oẽm malitiæ uiam eis indidit. Amputare uero multã peccati enormitatem uolens omnipotens Deus, diluuiũ induxit super terram, disperditq; Omnẽ animam uiuam. Vnũ uero solũ inueniens iustũ in generatione illa, hunc cũ uxore et filijs in arca quadã saluans, solũ super terrã constituit. Cum aũt cœpisset iterũ in multitudine genus hominum dilatari et crescere, oblitũ sunt deũ, et in deteriorem proficientes impietatẽ, diuersisq; irretiti sceleribus, ac execrabilib⁹ corrupti impietatibus, in omnem prorsus errorẽ dispersi sunt. Alij nanq; cuncta sponte sua fieri putauerunt, et sine prouidentia regi, quasi nullo existente dño. Alij fortunam putauerunt, fato totũ concedentes. Alij plures deos malos, & uitiosos coluerũt, ut haberent eos suorũ uitiorum, & malarũ actionũ authores. Quorum et formas figurantes, erexerunt statuas, furdaq;, & insensata idola, & concludentes ea in tẽplis, adorauerunt, seruientes creaturæ potius, quã creatori. Alij uero soli, & lunæ, & stellis, quæ posuit deus ad lucẽ præbendã

terreno

terreno huic mundo, cũ sint inanimata, & insensibilia, prouidentia creatoris illuminata & gubernata. Alij aũt igni & aquis, et cæteris clemẽtis terræ & inanimatis et insensibilib⁹ seruierunt, & non erubuerunt animati et rationales, talia colere. Alij bestijs et reptilibus et pecudibus quadrupedibus cultũ exhibebant, irrationabiliores his, quæ colebant, semetipsos ostendentes. Alij uero quorũdam hominũ turpiũ, et infirmorum imagines fecerunt, & istos deos inuocauerunt, alios qdem eorũ masculos, quosdã autẽ fœminas nominantes, quos ijdem ipsi exposuerunt adulteros fuisse, & homicidas, iracundos, & inuidos, & furibundos, parricidas, & fratricidas, fures, & raptores, claudos, & debiles, ueneficos, & furiosos; et horum quosdam qdem propria morte defunctos, quosdam uero fulmine ictos, & in animalia transformatos, ad execrabiles et turpes usus exercẽdos. Vnde assumentes homines exẽpla & occasiones a dijs suis, sine timore contaminabant omni imunditia. Et tetra tegebat obscuritas genus nostrum in illis temporibus, & non erat, q intelligeret, non erat q requireret Deũ. Abraham aũt qdam in illa generatione solus inuentus est, q sensus animæ habebat incolumes, q contẽplatione creaturarũ cognouit creatorem. Considerando.n. cœlum, et terram, et mare, solem, et lunam et cætera, admiratus est congruentissimũ ornatũ istum. Videns aũt mundum, et quæ in illo sunt omnia, non per semetipsa facta fuisse, et conseruari existimauit, neq; elementis terræ, neq; inanimatis idolis causam talis ornatus attribuit, sed uerũ Deum per ista cognouit, et ipsum esse authorẽ, et creatorem omniũ intellexit. Suscipiens autem hunc gratanti, et recto iudicio Deus, manifestauit ei semetipsum, non scdm substantiam suam, (Deũ.n. uidere, humanæ naturæ impossibile est) sed dispensatiuis qbusdam theophanijs, sicut nouit ipse; et perfectiorẽ scientiam ponens in anima eius, glorificauit, et familiarem sibi famulũ effecit. Qui et per successiones his, q ex eo nati fuerunt, transmittens fidei pietatẽ, eos uerũ cognoscere deum edocuit. Propter quod et in multitudinẽ innumerabilẽ crescere semẽ illius domino bene cõplacuit, et populũ peculiarem sibi nominauit, et de seruitute eos Ægyptiaca, et potestate Pharaonis cuiusdã tyranni, signis, & prodigijs terribilib⁹, & præcipuis eduxit per Mosen, & Aarõ uiros sanctos, & gratia prophetiæ glorificatos. Per quos Ægyptios afflixit digne satis ob illorũ malitiam, et Israelitas (sic.n. populus ille, q de Abraham stirpe descenderat, uocabat) per mare rubrũ, quasi per aridam, diuisis aquis traduxit, et quasi murus a dextris, et a sinistris existentibus. Pharaonem uero, et Ægyptios post uestigia ipsorũ ingressos, reuersæ aquæ subito perdiderunt. Deinde miraculis eximijs, et diuinis manifestationib⁹ per annos quadreginta deducens populũ in deserto, et pane cœlesti alens, legẽ dedit in tabulis lapideis diuinitus scriptã, quam dedit in manu Mosi super mõtem, typũ, et figuram futurorũ habentem, ab idolis qdem, et omnibus malis actibus homines prohibentem. Solũ namq; docet uerũ colere Deum, et bonis operibus inhærere. Talia igitur prodigia operãdo, introduxit eos in bonam quandam terram, quam olim patriarchæ illi Abraham promisert se daturum, et semini eius.

8 *Lex uetus solũm docet uerum colere deum, et bonis operibus inhærere.*

Longum est aũt enarrare, quanta eis ostẽdit magnalia & miracula gloriosa, & præcipua, quorum non est numer⁹. Per quæ omnia id studij fuit, ut ab omni execrabili idolorum seruitute, & actione genus hominum ab-

straheret,& ad antiquum statum reduceret. Sed adhuc spontanea uoluntate regnauit mors in hoibus,tyranide diaboli condemnationi inferni omnia transmittens. In talem ergo ærumnam & miseriam cum deuenissemus,non despexit nos Deus, q̃ de nihilo nos creauerat, neq̃ dimisit in finem perire opus manuum suarum:sed per uoluntatẽ Dei patris unigenit⁹ filius uerbũ Dei, q̃ est in sinu patris, consubstantialis, & coæternus ei, & spiritui sancto,q̃ erat in principio apud Deum,& Deus erat,condescendit seruis suis condescensione ineffabili,& incompr̃hensibili: & Deus existẽs perfectus,factus est homo perfectus,de spiritu sancto, & Maria semp̃ uirgine Dei genitrice,sine semine uiri,ac coniunctione, intra uirginis intacta uiscera conceptus,sed de spiritu sancto, sicut & ante conceptionem unus archangelorum missus est, annũcians uirgini extraneam conceptionẽ illam,& ineffabilem partũ. Sine semine enim conceptus est fili⁹ dei de spiritu sancto, & compingens sibimetipsi in utero uirginis animatam carnem anima rationali,& intellectuali,processit in una persona. Sed in duabus naturis perfectus Deus, & perfectus homo,incorruptam uirginitatẽ genitricis etiam custodiens post partũ, & in omnib⁹ similis nobis passibilis factus,absq̃ peccato, infirmitates nostras suscepit, & languores portauit. Nam q̃a per peccatũ mors introiuit in mundum,oportebat eũ,q̃ redẽpturus erat mũdum,sine p̃ccato esse,& non morti p̃ peccatum addictũ. Per triginta uero annos cum hominibus est cõuersatus,& baptizatus est in Iordane flumine a Ioãne uiro sancto, & omnib⁹ prophetis excellentiore. Baptizato uero ipso,uox delata est cœlitus a Deo patre, dicens: Hic est filius me⁹ dilectus,in quo mihi bene complacui. Spiritus etiam sanct⁹ in specie colũbæ descendit sup̃ ipsum. Et ex tunc cœpit signa facere magna & mirabilia,mortuos uidelicet suscitando,cæcos illuminãdo,dæmones fugando,surdos,& mutos,& debiles curando,leprosos mũdando,et nostram inueteratam naturam interi⁹,& exterius renouando, operibusq̃ erudiendo,& docendo uirtutis uiam,a corruptione q̃dem renouando,ad æternam uero uitam perducendo. Vnde & discipulos elegit duodecim, quos & apostolos uocauit,& omnib⁹ prædicare cœlestem conuersationem præcepit,quam uenerat super terram ostẽdere,& nos humiles,et terrenos sua dispensatione cœlestes facere. Inuidia uero mirabilis illi⁹,& deo dignæ conuersationis,& innumerabiliũ miraculorũ, pontifices & principes Iudæorũ,inter quos conuersabat,contra illũ insanientes,q̃bus prædicta mirifica signa faciebat,imemores omnium, morte eũ cõdemnauerũt. Vnum discipulorum eius ad traditionẽ rapientes,tenuerunt dñm, & gentibus tradiderũt,uitam uidelicet omnium,qui hæc oia spontanea uoluntate suscepit. Venit enim propter nos omnia pati,ut nos a passionib⁹ liberaret. Multa uero in ipsum exercentes,ad ultimũ in cruce suspenderũt. Et omnia sustinuit natura carnis,quam ex nobis accepit. Duarum nanq̃ naturarum erat,diuinæ scilicet,& humanę. Humana q̃dem natura passa est, diuina uero impassibilis extitit,& immortalis. Crucifixus est igit carne dominus noster Iesus Christus sine peccato. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Propter peccatum enim,sicut prædixi,mors introiuit in mũdum. Nam propter nos carne mortuus est, ut nos a mortis liberaret tyrãnide. Descendit in infernũ,& hũc conterens,a seculo cõclusas illic iustorum animas liberauit. Positus in sepulchro,tertia die resur-

rexit superando mortem, & nobis uictoriam donauit aduersus eam. Et incorruptibili carne resurgens incorruptionis largitor, apparuit discipulis, pacem donans illis, & per ipsos omni humano generi. Post dies aũt quadraginta cœlos ascendit, & ibi sedet in dextera patris: unde uenturus est iterum iudicare uiuos, & mortuos, & reddere unicuique secũdum opera sua. Post glorioſam uero suam in cœlos ascensionẽ, misit paracletum spm̃ super sanctos discipulos suos in specie ignis; & cœperũt uarijs linguis loqui, prout spũs sanct⁹ dabat eis pronũciare. Exinde gra illius dispersi sunt in omnes gentes, & prædicauerũt catholicam fidem, baptizantes eos in noie patris, & filij, & spũs sancti, & docentes seruare oia mandata saluatoris. Illuminauerunt ergo gentes, quæ pius errabãt, & superstitioſum errorẽ idolorũ destruxerũt. Nõ ferẽs igit hostis antiquus suam deiectionẽ, bella etiam nũc aduersus nos Christi fideles excitat, suadens stultos, & insipientes adhuc seq idololatriam. Sed uirtu eius infirmata est, & frameæ illius defecerũt in finem Christi uirtute. Ecce tibi dominum meũ, & deũ, & saluatorem per modica uerba notificaui. Perfectius uero cognoſces, si gratiam ipsius suſceperis in anima tua, & seruus illius fueris factus.

Vt ergo audiuit uerba ista regis filj⁹, lumẽ illustrauit eius animam. Qui surgens de throno suo, præ gaudio cõplexatus est Barlaam, & ait ei: Forte iste est, (sicut ego existimo) reuerendiſſime, hoium, lapis iste precioſiſsimus, quẽ in myſterio conuenienter satis contines, non omni cernere uolenti oſtendens, sed qbus sani sunt hominum sensus. Ecce enim, ut hæc uerba suſcepi auditu, lumen dulciſſimum ingreſſum est cor meũ, & graue illud tristitiæ uelamen, multo iam tempore superpositũ menti meæ, statim sublatum est. Si ergo ista bene perpendi, nũcia mihi. Si autem & melius aliquid illis, quæ dixisti, cognoſcis, ne differas confeſtim manifeſtare mihi.

Rursus ergo Barlaam respondit: Etiam domine mi rex, hoc est magnũ myſterium, quod absconditum est a seculis, & a generationibus, nouiſsimis uero temporib⁹ manifeſtatũ est generi humano. Cuius manifeſtationem prænũciauerũt multi prophetæ, & iusti spũs sancti gratia illuminati, multifariæ, multisq modis. Et omnes interiorẽ salutẽ a longe speculantes, desiderabant hanc præsentẽ uidere, & non uiderunt, sed nouiſsima generatio istã meruit suſcipere saluatorẽ. Igit q crediderit, & baptizat⁹ fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabit. Ioſaphat uero ait: Omnia, quæ dixisti, indubitanter credo, & quem annũcias, glorificabo Deum; tamen enucleati⁹ ista mihi expone, & quicqd oporteat facere, dili gentius edoce: necnon etiam baptiſmum quid sit, quod fideli suſcipiendum dixisti, conſequenter insinua.

Barlaam uero respondit ei: Sanctæ huius, & immaculatæ Christianorum fidei radix, & stabile fundamentũ, diuini baptiſmatis est gratia, cunctorum a natiuitate peccatorum emundationẽ faciens, & perfectiſsimam ablutionem subintrantium malitiæ pollutionũ. Sic enim saluator mandauit, ut per aquam regeneremur, & spm̃, & in antiquã reuertamur dignitatem, per orationem uidelicet, & ipsi⁹ saluatoris inuocationem, atq spiritu sancto superueniente. Baptizamur itaq iuxta sermonẽ domini, in noie patris, & filij, & spũs sancti. Sicq spũs sancti gra habitat in anima baptizati, eum illuminando, & ad dei imaginẽ, & similitudinẽ renouãdo. Tũc omnia uetera nequitiæ opera abijcientes, compaginamur Deo, & initium

pūrioris conuersationis facimus: ut et cohæredes simus ad incorruptionē regeneratorū, et æternam salutē capiamus. Sine baptismate uero nullus bonam spem ualet adipisci, si cunctis ēt bonis polleat operibus. Sic.n. ad saluationem generis nostri, homo factū Dei uerbum dixit: Amen amen dico uobis, nisi renati fueritis ex aqua, et spiritu sancto, non intrabitis in regnum cœlorū. Ideo ante omnia rogo te, quatenus in anima tua fide suscepta, accedas sine mora ad baptismū toto mentis desiderio, et nullo modo hoc agere differas. Periculosa enim est dilatio, eo q̄ incertus est mortis terminus. Iosaphat autem dixit ad eū: Et quæ est bona spes illa, quam dixisti sine baptismate non adipiscendam? Quidue est illud, quod regnū cœlorum appellas? Vnde ēt incarnati dei uerba tu audisti? Quis est aūt incertus terminus, de quo solicitudo multa cordi meo infixa, in tristitia, et doloribus cōsumit carnes meas, etiamq̄ ipsorū ossium fortitudinem comedit? Vtrū morientes in nihilū dissoluimur homines? aut si est alia quælibet uita, postq̄ hinc exitur? Hæc et his similia discere uehemēter concupisco.

Barlaam uero tales his responsiones dedit: Bona qdem spes quam dixi, regni cœlorum est. Hæc tñ linguæ humanæ extat prorsus ineffabilis. Ait enim scriptura: Quæ oculus non uidit, et auris nō audiuit, et in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Qñ uero digni effecti fuerimus deponere hanc carnis corruptibilitatem, et crassitudinē, ac beatitudinem illam assequi, tunc ipse, q̄ hanc spem nobis tribuit, docebit, et notificabit bonorū illorum gloriam, quæ sensum superat omnē, et ineffabile lumen, ac perpetuam uitam, et cū angelis conuersationem. Si enim Deo coniungi digni fuerimus, in quantum humanæ possibile est naturæ, omnia cognoscemus per ipsum, quæ modo ignoramus. Hoc.n. ego ex diuinitus inspiratarum scripturarū instructus doctrina, omnium maxime regnū cœlorū facio propinquius esse contemplationi sanctæ, et individuæ trinitatis, & inaccessibili lumine eius illustrari, clariusq̄ & lympidi reuelata facie illius gloriam speculari. Si.n. possibile esset, gloriam illam, & lucem, & ineffabilia bona illa exhibere uerbo, nihil esset mirabile. Sed neq̄ essent magna, & præcipua, si nobis terrenis, & corruptibilib⁹, & grauem istam, ac passibilē carnem gestantibus, liceret cogitatione comprehendere, aut uerbo demonstrare. His ergo sic cognitis, fide sola suscipe indubitanter nihil fictū habere, & per opera bona festina ad immortale regnum peruenire. Ad quod cū peruenieris, addisces perfectionē. De his uero quæ interrogasti, qūo nos incarnati Dei uerba audiuimus, per sacra euangelia noueris nos hæc omnia didicisse. Sic.n. sanctus ille liber uocatur: qm̄ imortalitatem, & incorruptionem & uitam æternam, & peccatorū remissionem, & regnū cœlorum mortalibus nobis, & corruptibilibus, et terrenis euangelizat. Quē conscripserunt illi, q̄ uiderunt, & ministri sermonis fuerunt, quos discipulos, & apostolos saluator noster Christus elegit. Et tradiderunt nobis in scripto post gloriosam illius in cœlo ascensionem, super terram uidelicet ipsius conuersationē, doctrinamq̄ eius & miracula, quantū ex his scripturæ tradi sufficiebat. Sic.n. in fine sermonis principuus diuinorū illorum euangelistarum dixit. Sunt (inqt) & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundū capere eos, q̄ scribendi sunt, libros. In isto ergo diuinorū euangeliorum libro continetur incarnationis, demonstrationis, miraculorumq̄ ipsius historia,

9 *Ecce fidem & opera bona per quæ duo ad immortale regnū possumus peruenire. Nō ergo sufficit unum sine altero. Quod nota contra nouos hæreticos.*

storia,spiritu dei scripta. Dende & de ueneranda ipsius passione, quã sustinuit propter nos dñs,sanctaq; tertia die facta resurrectione,et in cœlos ascensione,insuper & de glorioso,ac terribili ipsius secundo aduentu. Venturus est etenim iterũ filius dei in terram cum gloria ineffabili, & multitudine cœlestis exercitus iudicare genus nostrum,& reddere unicuiq; secũdum opera sua. Hominem nanque ab initio deus de terra formans, sicut & antea dixi,inspirauit in eũ spiraculum uitæ, quod anima rationalis, & intellectualis appellatur. Quoniam uero in mortem condemnati sumus, omnes moriemur,& nullus est hominum,qui hunc calicẽ euadere possit.

Est autem mors,animæ separatio a corpore. Illud enim corpus de terra formatum,separatum ab anima,in terram reuertit, de qua sumptũ est, & corruptum dissoluit. Anima uero ambulat, ubi creator præcepit, magis autem,sicut ipsa hospitium sibimetipsi præparauit,cum adhuc esset in corpore. Nam quemadmodũ quis conuersabitur hic,recepturus est ibi. Deinde pòst plurimos annos ueniet Christus de⁹ noster in maiestate terribili & inenarrabili,ut mundũ iudicet. Cuius timore uirtutes cœlorũ mouebũtur, et cũcti angelorũ exercitus cũ tremore stabunt in conspectu eius. Tunc in uoce archangeli,& tuba Dei resurgent mortui, & assistent illius throno terribili. Est autem resurrectio, coniunctio animæ rursus, & corporis. Ipsum ergo corpus,quod corrumpitur, & dissoluit,id ipsum resurget incorruptũ. Et nulla incredulitatis tibi de hoc subintret hæsitatio. Non enim est impossibile ei, qui de terra ab initio formauit illud, denuo conuersum in terram,de qua sumptum est, secũdum eiusdem conditoris sententiam iterũ resuscitare. Si enim cõsiderare uolueris, quanta de nihilo fecit deus,sufficiens erit tibi illa demonstratio. Etenim terram accipiens fecit hominem:terram, quæ prius non erat. Quomodo ergo terra facta est homo? Quomodo uero ipsa,cũ non esset,creata est? Quale aũt sub se fundamẽtũ habet? Quomodo uero ex ipsa irrationabiliũ prodierunt innumerabilia genera,totq; seminum,atq; arborũ species? Sed etiam nũc perpende nostram generationẽ,cuius semen breue fundit in uuluam suscipiẽtem illud. Vnde igit tanta huius animalis formatio? Ei ergo, qui de nihilo creauit hæc omnia,& adhuc creat,impossibile nõ est de terra mortua,& in puluerem redacta resuscitare corpora, & unusquisq; recipiat secũdum opera sua. Operationis enim,inquit, præsens tempus est:futurũ, retributionis:qm̃ ubi iustitia dei monstrarẽt,nisi resurrectio futura esset? Multi.n. cum iusti essent,plurimum in præsenti seculo tribulati, & uexati, demum uiolenter necati sunt. Nonnulli uero cum fuissent impij,& iniqui, in delitijs,& prosperitate præsentem uitam peregerunt. Deus autem, qm̃ bonus est,& iustus statuit diem resurrectionis, & iudicij, ut resumat quæq; anima proprium corpus. Malus qdem, q hic bona recepit, illic pro his quæ deliquit,torquebit. Bonus uero hic pro peccatis suis afflictus, ibi bonorũ hæres efficiet. Audient(inquit dominus)hi,q in monumentis sunt,uocem filij Dei: & procedent,q bona fecerunt, in resurrectionem uitæ:q uero mala egerunt,in resurrectionem iudicij. Quando & sedes ponent, & antiqui dierum,q creator est omnium,sedebit,et libri aperient, oĩum nostrũ actiones,sermones,cogitationes descriptas habentes,& thronus eius ut flammæ ignis est,ubi omnia occulta reuelabunt. Nullus ibi aduocatus aut psuasor uerborũ,aut falsa excusatio,uel dignitatũ excellentia, aut acceptio

numerum,quæ rectum peruertere solet iudicium: Sed iustus ille & uerus iudex,lance iustitiæ omnia decernet, & actum & sermonem, & cogitationem.Et ibunt q bona fecerunt, in uitam æternam, cũ angelis lætaturi, & ineffabilia bona recepturi:q uero mala egerunt,in damnationem æternam, quæ gehenna dicitur, & tenebræ exteriores,& uermis, q non dormit,& stridor dentiũ,& alia plurima tormenta.Atrocissimum uero omnium,alienari a Deo,& proꝑci a dulcissimo uultu eius, & gloria illa ienarrabili priuari,& ostentui coram omni creatura fieri,et confundi confusione finem non habitura. Nã post datam illam terribilẽ sententiam omnia inconuertibilia manebunt,et imutabilia;neq; iustorum splendida conuersatio est ulterius finẽ habitura, neq; peccatorum miseria atq; cruciatuum pœna terminum sortitura:neq; iudex post illũ celsior, neq; per opera bona satisfactio,non terminus alterius regenerationis,non alia quęlibet ars tunc subueniet cruciandis,perseuerante illis cruciatu. Cum hæc ita se habeant,quales nos oportet esse in sanctis conuersationibus, et pꝑs actib⁹, ut effugere mereamur futuras minas,& stare a dextris filꝫ dei?Ipsa est.nstatio iustorũ.Peccatoribus uero a siniſtris miserrima pars deputaꝫ. Deinde iustos qdem benedictos patris uocando, dũs in regnum sempiternũ introducet:peccatores uero cũ ira, & maledictione eꝭciendo a facie sua, mansueta quidem,& quieta,in amarissimum pariter, & sæuissimum præcipitabit tormentum æternum.

Tunc Iosaphat dixit ad eum:Magnificas quasdam,atq; mirabiles res mihi dicis,o,homo, multo timore pariter, & tremore dignas. Si hæc ita sunt,& est rursus post mortẽ,& in cinerem,& in puluerẽ dissolutionẽ,resurrectio,atq; generatio,bonorumq; gloria,& malorũ pœna; rogo,quæ est horũ assertio?& qũo nunc quod non uidet,discentes,sic manifeste,sic constanter,& indubitanter creditis? Nam ea,quæ iam facta sunt,etsi ipsi non uidistis,attamen ab historiographis audistis. Qũo uero de futuris talia magna,& immensa prædicantes,firmã de ipsis habetis certitudinẽ?

Et ait Barlaam:Ex præteritis habemus futurorum certitudinem. Qui enim ista prędicauerunt,in nullo a ueritate deuiauerunt,sed signis, & prodigꝭs,& uarꝭs uirtutibus,quæ dixerant destruentes,ipsi de futuris narrauerunt.Sicut ergo hic nihil fatuum,aut fictũ docuerunt,sed omnia splendida ora sole fulserunt,quæcunq; fecerunt,& dixerunt, sic & ibi uera docuerunt,quæ & ipse dominus noster, & dominator Iesus Christus uerbo,& opere confirmauit. Amen amen(inquit)dico uobis,qm̃ uenit hora, quando mortui audient uocẽ filꝫ Dei,& qui audierint,uiuent. Et iterũ: Venit hora,in qua omnes qui in monumẽtis sunt,audient uocẽ filꝫ Dei. Et procedent,qui bona fecerunt,in resurrectionẽ uitæ:qui uero mala egerunt,in resurrectionẽ iudicꝫ.Et iterũ ait: De resurrectione mortuorũ non legistis, quod dictũ est a Deo,dicente:Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?Non est deus mortuorũ,sed uiuorũ. Sicut enim colliguntzizania & igni cõburunt,sic erit in consumatione huius seculi. Mittet filius Dei angelos suos,& colligent omnia scandala,id est,eos, qui faciunt iniquitatẽ,& mittent eos in caminũ ignis:ibi erit fletus,& stridor dentiũ. Tunc iusti fulgebunt,sicut sol,in regno patris eorũ. Hæc dicens,addidit: Qui habet aures audiendi,audiat. Talibus quidẽ sermonibus,& alꝭs pluribus,corporũ nostrorum resurrectionẽ dominus declarauit. Opere etiã

sermones confirmauit, multos resuscitando mortuos. Nam circa finē suæ in terra conuersationis, etiā quatriduanum iam putrefactū, & fœtentem Lazarū quendam amicū suum, de monumēto uocans, & quasi dormientem excitans, uiuentē exhibuit. Cū his aūt & ipse dominus primitiæ perfectæ, & non ulterius morti subiacens, carne mortē gustando, resurrexit tertia die, & mortuorū primogenitus factus est. Surrexerūt etiā quidam alij ex mortuis, sed iterū mortui sunt, & non potuerunt imaginē uitæ futuræ uere exhibere. Solus aūt ille resurrectionis illius princeps factus est, resurgens primus immortali resurrectione. Ista & qui ab initio ipsi uiderūt, & ministri fuerunt sermonis, prędicauerūt. Ait enim beatus Paulus, cuius uocatio non ex hominibus, sed de cœlo facta est: Notū uobis facio euangeliū fratres, quod prædicaui uobis. Tradidi enim uobis, quod & accepi, quia Christus mortuus est ꝓpter peccata nostra secundū scripturas, & quia sepultus est, & ꝙ resurrexit secundū scripturas. Si aūt Christus prædicat, quod resurrexit a mortuis, quō dicunt quidā ꝙ resurrectio mortuorū non est? Si enim mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit. Si aūt Christus non resurrexit, uana est fides uestra. adhuc enim estis in peccatis uestris. Si in hac uita tantū sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc aūt Christus resurrexit ex mortuis, primice dormientiū: Quoniam quidē per hominem mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Et sicut in Adam omnes moriunt, sic & in Christo oēs uiuificabunt. Et post pauca. Oportet enim (inquit) corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatē. Quando uero corruptibile hoc induerit incorruptionē, et mortale hoc induerit immortalitatē, tunc complebit sermo, qui scriptus est: Absorta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeꝰ tuus? Destruetur enim tunc perfecte uirtus mortis, et deperibit, nihil ulterius actura: sed immortalitas de reliquo, et incorruptio dabit hominibus æterna. Erit ꝓfecto, erit indubitanter mortuoꝝ resurrectio. Et hoc fideliter credimus. Nam et gloriam iustoꝝ, et pœnas impiorū, nō dubitamus in die tremenda aduentus Christi futuras, in qua cœli igne soluent, et elementa ardentia liquescent, sicut ait quidā sanctorū: Nouos aūt cœlos, et nouam terrā, secundum promissionē illius expectamus. Nanq; retributiones sunt bonorū, et malorū operū, nihilq; ibi remanebit indiscussum: sed ꝙ de operibus, et cogitationibus, atq; sermonibus ratio sit reddēda, testat dominus, dicens: Quicunq; potū dederit uni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ tantū in nomine discipuli, non perdet mercedē suam. Et iterū dicit: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, et oēs angeli cū eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, et congregabunt ante eum oēs gentes, et separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hędis. Et statuet oues quidem a dextris suis, hędos aūt a sinistris: Tunc dicet rex his, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete præparatū uobis regnū a cōstitutione mūdi. Esuriui.n.et dedistis mihi māducare: sitiui, et dedistis mihi bibere: hospes erā, et collegistis me: nudꝰ & operistis me: infirmꝰ, et uisitastis me, i carcere erā, et uenistis ad me. Cur hęc dicit, nisi ꝙ misericordiā, ꝙ indigētibus præbemus, in semetipso suscipit? Et alibi dicit: Omnis qui me confessus fuerit corā hominibus, cōfitebor et ego eum corā patre meo in cœlis. Ecce his omnibus, et alijs pluribus monstrauit firmas esse,

10 *Retributiones erunt bonorū & malorum operū in die iudicij.*

11 et ſtabiles retributiones bonorũ operum. Sed et aduerſarijs tormenta re-
Et hic rursus habes, Firmas et ſtabiles eſſe retributiones bonorum operum. ſtare prænunciauit per parabolas mirabiles,ac præcipuas, quas fons ſapientiæ enarrauit:aliquando quidẽ diuitem quendã introducens, purpura,et byſſo indutũ,et epulantem quotidie ſplendide,tenacẽ uero, et immiſericordẽ contra egenos exiſtentẽ:ita ut et pauperem quendã, Lazarum nomine,ante ianuam illius iacentẽ,ſperneret,et neq; ex ipſis, quæ de menſa illius cadebant,micis daret illi. Mortuis igit̃ utriſq;, pauper quidẽ ille,et ulceroſus deportatus eſt(inquit)in ſinũ Abrahæ,iuſtorũ requiem inſinuans.Diues uero ſepultus eſt in inferno,in flamma,et tormentis. Ad quem et Abraham dixit:Recepiſti tu bona in uita tua, et Lazarus ſimiliter mala:Nunc aũt hic conſolat̃,tu uero cruciaris.Alibi uero cõparat cœlorũ regnũ homini regi,qui fecit nuptias filio ſuo,futurã lætitiã, atq; ſplendorem ita inſinuans. Omnibus nanq; humilibus,et terrena ſapientib⁹,deconſuetis eis,et cognitis dabat parabolas,non tamen nuptias, et menſas futuras eſſe in illa æternitate demonſtrabat,ſed illorũ condeſcẽdens craſſitudini,talibus nominibus utebat̃,nota facere eis futura uolens. Omnes igitur(inquit)innitauit rex excelſa prędicatione,ut cõuenirent ad nuptias et ſatiarent̃ ineffabilibus bonis illis. Multi uero ex illis,qui erant inuitati, negligentes,nõ uenerunt,ſed ſubtrahentes ſemetipſos, alius quidẽ in uillam abĩt,alius ad negociationẽ, alius ad ducendã uxorem, et ita ſeipſos priuauerunt ſplendore ſponſi. Illis uero uoluntarie alienatis a delectabili iucunditate,alĩ uocati ſunt,& repletę ſunt nuptię diſcumbentiũ.Ingreſſus aũt rex,ut uideret diſcumbentes, uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali.Et ait illi.Amice,qũo huc intraſti non habens ueſtẽ nuptialẽ? At ille obmutuit.Tunc dixit Rex miniſtris:Ligatis manibus eius,& pedibus,mittit eum in tenebras exteriores.Ibi etit fletus, & ſtridor dentiũ. Illi ergo,qui uenire renuerunt,& prorſus inobedientes extiterunt,ſunt hi, qui ad fidẽ Chriſti nolunt uenire,ſed ſiue in idololatria, ſiue in aliqua hæreſi perſeuerant. Ille uero,qui ueſtẽ non habebat nuptialẽ,fidelis quidem

12 eſt,ſed ſordidis actibus intellectualẽ ueſtem polluit, & iuſte proĩcitur de
Nota tu qd dicis ueſtem nuptialem eſſe fidem quam ille non habuit, quod non recte ſacram ſcripturã interpretaris, habebat enim ille fidem, ſed fidem ſuam malis operibus polluerat, & ideo a regno dei fuit expulſus. gaudio nuptiarũ.Et aliam parabolã huic conſonantẽ addidit, decẽ quaſdam uirgines figurans. Ex quibus erant quinq; prudẽtes,quinq; uero fatuæ. Quæ fatuę,acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecũ:ſapientes aũt ſumpſerunt.Per oleum,bonorũ operum poſſeſſionẽ ſignificat.Media uero nocte(inquit)clamor factus eſt. Ecce ſpõſus uenit, exite obuiam ei.Per mediã noctem,incertitudinẽ diei ſignificat.Tunc ſurrexerũt omnes uirgines illæ,& quę paratæ erant,exierunt obuiam ſponſo,& intrauerunt cum eo ad nuptias:& clauſa eſt ianua. Quæ uero paratæ non erant,quas conuenienter fatuas appellauit,extinctas lampades ſuas cernentes,ierũt ad emendũ oleum : Reuerſæ uero clauſa iam ianua, clamabant, dicentes: Domine domine aperi nobis. Ille aũt reſpondens,dixit: Amen dico uobis,neſcio uos.Ex his ergo omnibus manifeſtũ eſt,futurã eſſe retributionem malarũ actionum,nec non & uerborũ,& ipſarum cogitationũ.Dixit enim Saluator:Dico uobis,quod omne uerbũ otioſum, quod locuti fuerint homines,reddent de eo rationẽ in die iudicĩ. Et iterũ:Veſtri uero (inqt)& capilli capitis,oẽs numerati ſũt:p capillos minutiſſima quęq; cogitationũ,& intentionũ demonſtrans.Cõſona uero his, & beatus docet Paulus:Viuus eſt enim(inquit)ſermo dei & efficax,& penetrabilior om-

ni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionē animę & corporis, cōpagum quoq;, & medullarū, & discretor cogitationū, & intentionū cordis, et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia aūt nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quē nobis sermo. Hæc et pphetæ ante multa tēpora spiritus sancti illuminati gratia, manifestissime annunciauerūt. Ait enim Esaias: Ego opera illorū scio, et reddā eis. Ecce cōgregare uenio omnes gentes, et linguas, et uenient, et uidebunt gloriā meam, et erit cœlum nouum, et terra noua, quæ ego facio manere corā me. Et ueniet omnis caro, et adorabit in conspectu meo, dicit dominus. Et exibunt, et uidebunt cadauera hominū, qui præuaricati sunt in me. Nam uermis eorū non morietur, et ignis eorū non extinguetur. Et erunt usq; ad satietatē uisionis omni carni. Et iterū de die illa dicit: Et inuoluetur cœlum sicut liber, omnes stellæ cadent, sicut folia de uinea. Ecce enim dies domini uenit plena furore, et ira, ut ponat orbem totū desertū, et peccatores perdat ex eo. Nā astra cœli, et Orion, et omnis ornatus cœli, lumen suū non dabunt: Et obtenebrabitur dies orto iam Sole, et luna non dabit lumen suū. Et rursus dicit: Væ, qui trahitis iniquitatē in funiculis uanitatis, et quasi uinculū plaustri peccatū. Væ, qui dicitis bonū malum, et malū bonum, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarū. Væ, qui potentes estis ad bibendū uinū, et uiri fortes ad miscendū ebrietatem, qui iustificatis impiū pro muneribus, et iustitiā iusti aufertis ab eo. Qui declinatis iudiciū pauperū, et diripitis substantiā egenorum, ut sit uobis uidua in rapinā, et orphanus in prędam. Et quid facietis in die uisitationis? et ad quē confugietis in auxiliū? et ubi derelinquetis gloriā uestram? Et his consonans alius propheta, ait: Iuxta est dies magna, iuxta et uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis, et angustię, dies calamitatis, et miserię, dies tenebrarū, et caliginis, dies nebulę, et turbinis, dies tubæ, et clangoris, super ciuitates munitas, et super angulos excelsos. Et tribulabo malignos, et ambulabunt, ut cæci, quia domino peccauerunt. Et effundetur sanguis eorū sicut humus, et corpus eorū sicut stercora. Sed et argentū eorum, et aurū eorum, nō poterit liberare eos in die furoris domini. In igne cœli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationē cum festinatione faciet cunctis habitātibus terrā. Cum his & Dauid rex propheta clamat: Deus manifeste uenier, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas ualida. Aduocabit cœlū desursum, & terrā discernere populum suū. Et iterum: Surge (inquit) Deus, iudica terram; qm̄ cogitatio hominis confitebitur tibi, & tu reddes unicuiq; secundū opera sua. Multa uero, & alia huiusmodi tam psalmographus, q̄p & omnes prophetæ diuino edocti spiritu, de futuro iudicio, & retributione prædicauerunt. Quorū sermones, & saluator firmiter stabiliens, docuit nos credere resurrectionem mortuorum, & retributionem defunctorum, uitamq; immortalem futuri seculi.

His auditis, Ioasaphat uehementer cōpunctus corde, totusq; lachrymis perfusus, ait ad senē: Aperte mihi omnia nota fecisti, luculenter peroraſti terribilē hanc, atq; mirabilem narrationē. His ergo imminentibus nobis, quid oporteat me facere, ut euadam præparatus peccatoribus pœnas, & merear gaudio perfui iustorū? Barlaam respondit: Scriptū est, q̄p docente Petro populū, qui & princeps uocatus est apostolorū, cōpuncti sunt cor-

de,ſicut & tu hodie.Et dicentibus illis,quid faciemus?ait ad eos:Penitentiam agite,& baptizet unuſquiſq; ueſtrum in remiſsionem peccatorũ,& accipietis ſpiritus ſancti donũ.Vobis enim eſt promiſsio,& filijs ueſtris,& omnibus,qui longe ſunt,quoſcunq; aduocauerit dominus deus noſter.Ecce igitur & in te effudit abunde miſericordiam ſuã,& uocauit te,cũ ab eo longe eſſes uoluntate,& alienis deſeruires non dijs,ſed dœmonibus,& ſimulacris mutis,& inſenſibilibus.Propter quod ante omnia accede ad eum,qui uocauit te,a quo accipies uiſibiliũ & inuiſibiliũ ueram notitiam. Si uero & poſt uocationem uenire uolueris,aut tardaueris,iuſto Dei iudicio exhæredaberis.Sic.n.& ipſe apoſtolus Petrus,ad quendã diſcipulorum dixit:Ego aũt credo qa & obaudiſti uocationi,& adhuc manifeſtius obaudiens,tolles crucẽ,& ſequeris uocantem te dominatorem Deũ,quocat te de morte ad uitam,& de tenebris ad lucẽ.Nam Dei ignorantia,ueraciter tenebræ ſunt,& mors animæ. Et ſeruire idolis ad naturę perditionẽ,omni mihi uidetur ſtoliditate eſſe deterius.Quos cui aſsimilabo? & qualẽ fatuitatis imaginẽ iſtorum tibi exhibebo? Sed tñ exemplũ tibi proferam,a quodã uiro ſapientiſsimo mihi dictũ.Aiebat.n.quia ſimiles ſunt idolorũ adoratores uiro ſagittario,q; comprædit unam de minutiſsimis auiculis,philomenã hanc uocant.Arripiens igit cultellum,ut occideret eã,& comederet,data eſt philomenæ uox articulata,& ait ad ſagittarium:Quod tibi,o homo,necis meæ proficuũ eſt? Non.n.de me tuũ implere uentrẽ poteris.Sed ſi me a uinculis liberaueris,tria mandata tibi dabo. Quæ ſi cuſtodieris,ex his magnam per totam uitã tuam utilitatẽ cõſequeris.Ille uero ſtupefactus illius loquela,promiſit,quod ſi qd nouũ audiret ab ipſa,mox eam a uinculis liberare. Conuerſa itaq; philomena,dicit homini:Nunquam aliqd coneris comprædere eorũ,quæ apprædi non poſſunt: & ne doleas de re perdita quã recuperare non potes: & uerbũ incredibile non crediderís aliqñ. Hæc tria mandata cuſtodi,et bene tibi erit.Admiratus aũt uir perſpicuam uerborũ intelligentiã,ſoluens eam a uinculo,per aẽra dimiſit aduolare liberam. Philomena igit uolens probare,ſi recognouit uir dictorũ ſibi uerborũ uirtutẽ,& lucratus eſt aliquam ex ipſis utilitatẽ,dicit ed eum uolitans in aẽre:Væ tibi homo,q; malum conſiliũ habuiſti,& qualem theſaurũ hodie perdidiſti. Eſt enim in uiſceribus meis margarita,quę ſtruthionis ouum ſua uincit magnitudine. Vt hoc audiuit Sagittarius,contriſtatus eſt ualde. Pœnituit nanq; eum,q; euaſerit philomena illa de manu ſua,& denuo tentans illã apprædere,dixit:Veni in domũ meam,& omnẽ humanitatẽ tibi exhibebo,deinde honorifice te dimittã.Tunc ait philomena:Nunc cognoui certiſsime te eſſe fatuũ Suſcipiens nanq;,quę tibi dicta ſunt a me,prompte,& libenter audiens,nullũ ex his proficuũ aſſecutus es. Dixi tibi ne doleres de re perdita,& irrecuperabili. Mandaui tibi,ne tentares incomprædenſibilia capere,& tentaſti me cõprædere,cũ non ualeas itinere meo pergere. Cũ his etiã,ne uerbũ incredibile crediderís,tibi mandaui. Sed ecce crediſti in uiſceribus meis eſſe margaritã ſupergredientẽ menſuram uentris mei,& nõ ualuiſti intelligere,qm̃ ego totanõ poſsim pertingere ad magnitudinẽ oui ſtruthionis,& qũo margaritam talẽ caperem in me? Sic ergo ſtulti ſunt & illi,qui cõfidunt in idolis. Operantur ea manibus ſuis,& adorant,quæ fecerunt digiti eorũ,dicentes:Iſti ſunt qui plaſmauerũt nos.

Quō ergo plasmatores suos ab ipsis plasmatos, & factos existimēt? Sed & seruantes eos in custodia, ne a furibus rapiantur, custodes uocant suæ salutis. Et quantæ insipientiæ est, non cognoscere, qm̄ qui non sufficiunt semetipsos adiuuare, & custodire, quō poterūt alijs hoc præstare? Euacuāt thesauros suos, statuas dæmonibus, & imagines erigendo, & amentes dicunt ipsos doctores bonorū, quæ neq; aliqñ possederunt, neq; aliquando sunt possessuri. Ideo scriptū est: Similes illis fiant, q faciūt ea. Qui mercede conducentes artificē, fecerunt opera manuū, & procidentes adorauerunt ea. Deinde tollunt illa super humeros suos, & ambulant. Si aūt posuerunt ea in loco, manent in eo, nec mouent. Et quantumcunq; clamauerunt ad ea, non exaudient, nec a malis liberabunt eos. Ideo confunduntur confusione, qui confidunt in sculptilibus, q dicunt fusilibus; Vos estis dñi nostri. Immolauerunt (inqt) dæmonijs, & non Deo, dñs, quos ignorabāt. Noui, recentesq; uenerunt, qa generatio peuersa est, & non est fides in eis. Ex hac ergo generatione mala, & infideli, uocauit te dñs, dicens tibi: Exi de medio eorū, & separare, & immundū ne tetigeris, sed saluare de generatione ista, Surge, & uade, qa non est tibi requies in ea. Nam multiplices apud uos dñi, & inordinati, atq; seditiosi, & omnino discordes. Apud nos uero nō sunt dñi multi, & dñs, sed unus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus dñs Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, q imago Dei est inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, & omniū seculorum: qm̄ in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis & quæ in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum, & sine ipso factum est nihil. Et unus spūs sanctus, in quo omnia, dñs, & uiuificans deus, & deificans, spiritus bonus, spiritus rectus, spūs paracletus, spiritus adoptionis. Harum trium personarū unaquęq; Deus perfectus est, sed non tres dñi. Qualis pater, talis filius, talis spūs sanctus. In his tribus personis una natura, unū regnum, una uirtus, una gloria, una substantia: diuisio tm̄ in personis, sed unitas in deitate: Vnus enim pater, cui propriū est ingenitum esse: unus unigenitus filius, cui propria est natiuitas: unus uero spūs sanctus, et propria eius processio. Sic. n. nos de lumine patre lumen uidentes filiū in lumine spiritu sancto uiuificamur, in tribus personis unā glorificantes deitatem: & ipse est uerus, & solus deus in trinitate cognitus, qm̄ ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Huius gratia & ego cognoscens de te missus sum ut docerē te, quę didici, & seruaui usq; ad canitiē meam. Si ergo credideris, & baptizatus fueris, saluus eris. Si uero non credideris, condemnaberis. Nā ista, quæ cernis hodie, & in qbus exultas, id est, gloria, delitiæ, & diuitiæ, & omnes uitæ seductiones cito transeunt, eñcientq; te ēt hinc nolētem: & corpus qdem concludet paruo monumento, solū derelictum, omnicq; destitutū amicorum & cognatorū affectu. Abñcient uero delectationes mundi: & multa fœditas, & putrida corruptio, pro præsenti decore, & bono odore inducetur. Animā uero tuam mittent in condemnationē inferni, usq; ad ultimā resurrectionis diem, qm̄ rursus suo sumpto corpore, eñciet a facie domini, & tradetur igni gehennæ, sine fine arsura. Hæc tibi contingent, & multa his deteriora, si remanseris in infidelitate. Si uero ultroneus obaudieris, et q te uocat ad salutē, & accesseris ad eum cū gaudio, & desiderio, et lumine illius signatus fueris, & toto corde secutus fueris eum, omnia quidem

respuens,& illi soli adhærens,quales habebis stabilitates, & delectationes,audi:si sederis,securus eris:si dormieris,iucunde soporatus quesces,& non formidabis terrorē superuenientē, neq; impetus sæuorum dæmonum intentatos,sed ambulabis confidens sicut leo,& uiues cum lætitia, et in æternū exultabis. Nam super caput tuū exultatio,& laus,et lætitia compræhendet te:aufugiet dolor,& tristitia,et gemitus. Tunc erumpet quasi mane lumen tuū,et sanitas tua citius oriet. Et anteibit faciem tuam iustitia tua,et gloria dñi colliget te. Tunc inuocabis,et dñs exaudiet. Clamabis,et dicet,ecce adsum. Ego.n.sum,qui deleo iniquitates tuas, et non memorabor. Tu uero memor esto,et iudicemur. Dic tu iniqtates tuas, ut iustificeris. Si fuerint peccata tua,ut coccinū,quasi nix dealbabunt. Et si fuerint rubra,quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Os enim dñi locutum est hoc. Dicit ad eū Ioſaphat: Omnia uerba tua bona, et admirabilia sunt,quæ credidi,et credo. Omnē quidem idoloū seruitutem ex corde odiens, et priusquam tu intrares ad me,qa inuitus, et dubitans erga ista se habuit semper animus meus: Nunc uero perfecto odio odiui,discens a te uanitatem,et insipientiā illorum,q seruiunt eis. Desidero aūt uerus dei seruus fieri,si tū non repulerit me indignum,propter meas iniquitates. Sed cōfido,qa dimittet mihi omnia peccata mea,qm benignus, et misericors est,sicut tu doces. Ideo ego paratus sum baptismum suscipere, et omnia quæcunq; dixeris,custodire. Quid uero me oporteat facere, postquā baptizatus fuero,et si hoc solū sufficit ad salutem, credere uidelicet et baptizari,an alia oportet aliqua subsequi,manifesta?

13 *Adeste huc Nouatores, qui solam fidem dicitis & nullum opus ad salutem requiri, quoniam dicat dominus, Hoc est opus dei ut credatis in eū quem misit ille, Ioā. 6. Quasi opus fidei excludat opus actionis? O miseri & obcæcati. Legite q hic dicuntur, & erubescite, et cōfundimini.*

Tunc ait ad eū Barlaam: Audi quid oporteat facere post baptismū. Ab omni qdem peccato,et ab omni uitio abstinere, ædificare uero super fundamentum rectę fidei,uirtutū operationē: qm fides sine operib⁹ mortua est,sicut et opera sine fide. Ait.n. Apostolus: spirtu ambulate, et desideria carnis non perficietis. Manifesta autē sunt opera carnis; quæ sunt adulteria,fornicatio,immunditia,luxuria,idolorū seruitus,ueneficia, inimicitiæ, contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ,inuidiæ, homicidia,auaritia,maledictiones,amor uoluptatū,ebrietates,comessationes,et his similia. Quę prædico uobis,sicut prædixi, qm qui talia agunt,regnum Dei non consequentur. Fructus enim spiritus est,charitas, gaudium,pax, patientia,lōganimitas,bonitas,māsuetudo,fides,continētia sanctificatio animæ,et corporis,humilitas cordis, et contritio,eleemosyna, īmemoria mali,humanitas,uigiliæ, diligens pœnitentia omnium præteritorū peccatorū,lachrymæ cōpunctionis,luctus tam pro peccatis suis,quā pro peccatis proximorū suorū,& his similia: quæ uelut qdā gradus, & scalæ inuicē uinctæ,et subinde auctæ,in cœlū animā subleuant. Ecce ista mandamur post baptismū fortiter tenere,a contrarijs uero abstinere. Si aūt post acceptā ueritatis cognitionē, priora rursus mortua appræhenderimus opa, et sicut canis ad uomitū reuersi fuerimus,continget nobis,qđ a dño dictū est: Cum enim(inquit)spiritus īmundus exierit ab hoie,(gratia uidelicet baptismatis)ambulat p loco inaquosa, quærens requiē, & non inuenit. Non ferens autē diutius sine domo,& sine tecto errare, dicit: Reuertar in domū meā,unde exiui. Et ueniens, iuenit scopis mūdatā, & ornatā,id est, uacuā & uacantē,ceu q gratiæ non suscepit operationē,nec seipsam uirtutū diuitijs ditauit. Tūc uadit,& assumit septē spūs negores se, et ingressi habitant

bitant ibi: Et fiunt nouissima hoīs illius, peiora priorib⁹. Nam baptismus omniū qdē præteritorū peccatorū chirographa pfectæ tradit perditioni, & deinceps murus est nobis firmus, & antemurale, & arma fortia aduersus inimici prēliū. Non aūt destruit liberū arbitriū, neq; post baptismum peccatorū habet indulgentiā, neq; secūdā ī piscinā descēsionē. Vnū enim confitemur baptismū: & ideo opus est omni custodia seruare semetipsos, ne rursus polluanē; quin potius mandata domini cōprænendant. Dicēs. n. ad apostolos, Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris, et filī, et spūs sancti; non hic restitit, sed addit, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui uobis. Mandauit enim pauperes qdem esse spiritu, quos beatos esse dicit: & regno cœlorū dignos appellat. Deinde lugere ī præsenti subdidit uita, ut futura cōsolatione digni efficiamur. Mites quoque esse, & semper esurientes, & sitientes iustitiam, misericordes, & facile tribuentes, miserationē habentes, & cōpassionē, mundos corde, abstinētes ab omni pollutione carnis, & spūs: pacificos contra proximos, & cōtra animā suā, subīcientes uidelicet deterius meliori, & inter ipsos pertinax bellum recto iudicio pacificantes. Sustinere etiam omnem persecutionē, & omnem tribulationē, & opprobrium pp iustitiam pro nomine eius nobis illatum, ut ēternum gaudiū in splendida distributione adipisci mereamur. Sed & in mundo præcepit, ut sic luceat lux nr̄a corā hoībus, ut uideant opera nostra bona, & glorificent patrē nostrū, q in cœlis est. Nam lex Mosi, quæ quondam data fuit Israelitis, Non occides, īquit, Nō mœchaberis, Non furaberis, Non falsum testimoniū dices. Christus uero ait, quia oīs, qui irascit fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Quicūq; dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Et quia si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, qa frater tuus habet aliqd aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et uade prius reconciliari fratri tuo. Et qa omnis, q uiderit mulierē ad concupiscendū eam, iam mœcatus est eā ī cor de suo, pollutionē animæ, & uitī consensum, adulteriū uocans. Sed & lege periurium prohibente, Christus nec omnino iurare, præter est, & non, mandauit. Oculū pro oculo, et dentē pro dente, ibi: hic autē, Quicūq; percusserit te ī dexterā maxillam, præbe ei et alteram: Et qui tecū uult iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et palliū. Et quicūq; te angariauerit mille passus, uade cū illo, et alia duo. Qui petit a te, da ei: Et uolentem a te mutuari, ne auertas. Audisti quod dictū est, Diliges proximū tuum, et odio habebis inimicū tuum. Ego aūt dico uobis: Diligite inimicos uestros, benefacite his, q oderunt uos, et orate p persequentibus, et calumniantibus uos, ut sitis filī patris uestri, q in cœlis est, qui solem suū facit oriri super bonos, et malos, et pluit super iustos, et iniustos. Nolite iudicare, ut non iudicemini. Dimittite, et dimittet̄ uobis. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo, et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt, et furanē. Thesaurizate uobis thesauros ī cœlo, ūbi neq; ærugo, neque tinea demolit̄, et ubi fures non effodiunt, nec furanē. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Ne soliciti sitis animæ uestræ, qd manducetis, neq; corpori uestro, qd induamini. Scit enim pater uester cœlestis, qm̄ his omnibus indigetis. Qui ergo animam dedit, et corpus, dabit prorsus et cibum, et uestimentū, qui uolatilia cœli nutrit, et lilia agri tali exornat pulchritudine. Quærite uero primum regnum dei, et iustitiam eius, et

omnia ista adijcient uobis. Nolite soliciti esse de crastino. Nam crastinus dies suijpsius solicitus erit. Omnia quæcunq; uultis, ut faciant uobis homines, sic & uos facite illis. Intrate per angustã portam, qa lata est porta, & spatiosa uia, quæ ducit ad mortẽ, & multi sunt q intrant per eam: Qm̃ angusta porta, & stricta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci qui inueniunt eã. Non omnis, q dicit mihi, Domine, dñe, intrabit in regnum cœlorũ, sed q facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est. Qui diligit patrẽ, aut matrẽ, plus q̃ me, non est me dignus. Ecce ista, & his similia mandauit saluator apostolis, ut docerent fideles. Et hæc omnia debemus custodire, si desideramus perfectionem consequi, & incorruptibilẽ coronam iustitiæ promereri, quam reddet dñs in illa die iustus iudex, omnibus diligentibus se.

Dicit ei Iosaphat: Igitur quantũ ex hac dogmatum subtilitate perpendere ualeo, si hanc mundam conuersationẽ post baptisma, unius uel duorum transgressione mandatorũ istorum uiolare me contigerit, ab omni mea corruam intentione, & omnis spes mea irrita fiet? Respondit ei Barlaam: Noli sic ista perpendere. Nã pro saluatione generis nostri, homo factus Deus uerbũ, sciens infirmitatẽ multam, atq; miseriã naturæ nostræ, nec in hac parte dimisit nos sine medicina languere, sed sicut sapientissimus medicus, lubricæ nostræ, atq; peccatrici uoluntati cõmiscuit antidotum pniæ, prædicans ista in remissionem peccatorũ. Post acceptam etenim cognitionẽ ueritatis, & sanctificationem per aquam, & spm̃, omnisq́ peccati, & totius sordis facilẽ emundationem, si contigerit in aliquos peccatorum casus nos corruere, non est qdem per baptismũ secunda regeneratio in qua piscinæ per spm̃ sanctificata, quæ perfecte renouat baptizatos: hoc qppe donum semel dat̃: sed per pniam laboriosam, & lachrymarum abundantiam, ærumnasq́, atq; sudores fit emundatio, atq; remissio culparũ, per uiscera misericordiæ Dei nostri. Baptismus. n. uocatus est ẽt fons lachrymarũ, secundum gratiam dñi, sed labore, & dolore indigens. Multosq́ de pluribus peccatis liberauit, eo quod peccatũ non ualet Dei superare benignitatẽ, si tñ occurramus pœnitentiam agere, & lachrymis delictorum sordes abluere, ne mors præueniens hinc sordidos eijciat. Nõ est enim in inferno pnia, uel confessio. Dum enim uiuimus (fundamento tñ rectæ fidei stabili permanente, etsi aliqd trabium, uel tectorũ dissoluatur) licet, quod putrefactũ est negligentia pnia renouare. Nam multitudinem miserationũ dinumerare, & magnitudinem misericordiæ illius metiri, ĩpossibile est. Peccata uero, quantacunq; sint, atq; delicta, mensurę subiacent, & numerabilia esse constat. Ergo mensuræ, & numero subiacentia peccata nostra, ĩmensam misericordiã, & innumerabiles Dei uincere nequeunt miserationes. Quapropter non debemus in multitudine desperare peccatorũ, quorum remissio nobis adiacet benignitate Christi, qui pro peccatis nostris suũ effudit sanguinẽ. Vbiq; uero per scripturas pniæ uirtutem discimus, & maxime ex præceptis, & parabolis dñi nostri Iesu Christi. Ex tunc enim, ait, Cœpit Iesus docere, & dicere. Pœnitentiam agite; appropinquauit. n. regnum cœlorum. Sed & in parabola filiũ quadam narrat, q accepit patris substantiam, & abijt in regionẽ longinquam, ibiq; totã dissipauit uiuendo luxuriose. Deinde fame in regione illa facta, abijt, & adhæsit uni malignorũ ciuium regionis illius peccatricis. Qui & misit illũ ut pasceret porcos, asperrimum, et abominabile sic uocans peccatũ.

14 *Quid dicis hic tũ qui ais sufficere ad pœnitentiam, credere culpam remitti, & mores in melius cõmutare. Nonne uides qd & satisfactionis opera requiruntur secũdum uerũ sanctæ ecclesiæ dogma?*

Multum enim tribulatus, & ad extremam deueniens miseriam, in tm̃ q̃ nec de siliquis, quas porci manducabant, suũ posset implere uentrem, tandem aliq̃ suam in se reuersus sentit confusionẽ, lamentans q̃ seipsum, dicebat: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrẽ meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlũ, & coram te, & iam nõ sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unũ de mercenarijs tuis. Et surgens, uenit ad patrem suũ. Cum autem adhuc longe esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eũ. Et in priorem restituens illũ honorẽ, solennitatẽ lætabundam fecit in eius inuentionem, occidẽs uitulũ paschalẽ. Ecce parabolã hãc de peccatorib⁹ ad pniam reuertentibus nobis narrauit. Sed & pastorẽ quendã bonũ, q centũ oues habuit, & una perdita, dimisit nonagintanouem, & ad quærendã illã exiuit, donec inuenit eam, & inuentã in humeros suos leuauit, & alijs, q̃ non errauerant, coniunxit: uocauit q̃ amicos, & uicinos ad epulas in eius inuẽtionẽ. Sic (inquit Saluator) gaudiũ erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agente, q̃ super nonagintanouẽ iustis, qui nõ indigent pœnitentiã. Princeps ẽt Apostolorũ Petrus, fidei petra, circa ipsum tempus passionis Christi ad modicũ derelictus, dispensatiua quadã desertione, ut agnosceret humanæ infirmitatis pusillanimitatẽ, & miseriã, negationis crimen incurrit: deinde statim uerborũ dñi recordatus, exijt foras, & fleuit amare, lachrymis q̃ illis deiectionis uerecundiã protestatus, uictoriã reportauit. Nã cũ esset arte bellandi imperitus, cecidit; non tñ est dissolutus, nec̃ in semetipso desperauit, sed resiliens, amarissimas de corde cõtribulato p duxit lachrymas. Statim q̃ hostis cernens hoc, quasi flãma uehementissimæ facis succensus, recessit fugiens longius, & durissime eiulans. Princeps aũt apostolorũ Petrus ante fuit, fuit & postea magister orbis ordinatus. Sic iã & pœnitentiæ forma effectus est. Post resurrectionẽ uero suã Christo dicente ei, Petre amas me? ternã negationẽ correxit, ipso apostolo respondente, Etiã dñe, tu scis qđ amo te. Ex his enim omnibus, & alijs pluribus, & numerũ superantibus exẽplis, discimus uirtutẽ lachrymarũ, & pœnitentiæ, tantum ut modus huius digne & rationabiliter fiat, ex affectu abominando peccatũ, & odiendo atq̃ condemnando, lachrymas etiã fundendo, sicut ait propheta Dauid: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Et ita peccatorũ emundatio fiet per sanguinẽ Christi, i magnitudine misericordiæ illius, & multitudine miserationũ dei; dicentis: Quod si fuerint peccata uestra sicut phœniciũ, quasi nix dealbabunt: Si aũt fuerint ut coccinum, quasi lana alba erunt. Hæc quidẽ ita sunt, & ita credimus. Oportet itaq̃ ut post acceptã notitiã ueritatis, & regenerationis, & adoptionis filiorum dei, dignitatẽ, & mysteriorũ gustũ diuinorum, omni uirtute obseruare ne ruamus. Nam cadere non expedit certanti, qm̃ iam multi, q corruerunt, resurgere non potuerunt. Alij uitijs quidẽ ianuam aperientes, & inseparabiliter eis adhęrentes, ulterius ad pœnitentiam uenire nequierũt. Alij uero morte præuenti, et non occurrentes per pœnitentiam seipsos a sorde peccati abluere, cõdemnati sunt. Propterea periculosum est i quod cunq̃ uitium cadere: si uero contigerit, statim resilire oportet, & rursus in bono stare certamine. Et quotiescũq̃ istud acciderit, & illud mox fiat, id

15 *Ecce quomodo agitur uera pœnitẽtia.*

est, resurrectio, & statio usque ad mortem. Nam conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, dicit dominus Deus.

Ad hæc Iosaphat dixit: Qũo igit̃ qs custodiet seipsum post baptisma mundũ ab omni peccato? Nam si restat delinquentib⁹ pœnitentia, sed tamen non sine labore, & dolore, flectu, & planctu, quæ non facilia multis fore mihi uident̃. Et ideo mallem inuenire uiam, ut custodirem diligenter præcepta Dei, & non declinarẽ ab eis, ne post indulgentiã priorũ malorũ, ad iram prouocarẽ iterum dulcissimum dominum meum. Tũc Barlaam ait: Bene dixisti dñe mi rex: Nam hoc et hoc mihi desiderabile est. Sed laboriosum est, et ualde impossibile, iuxta ignẽ conuersari aliquẽ, et non fumigari. Difficile est ergo, et nimis arduum, secularibus uinctũ negocijs, & eius curis implicitũ, & conturbationibus, & in delicijs atq; diuitijs uiuentem, mandatorũ dei inclinabiliter uiã pergere, & mundũ seipsum cõseruare. Ait enim dñs: Nemo potest duobus dominis seruire. Aut. n. unũ odio habebit, & alterum diliget: aut unũ sustinebit, & alterũ contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Scribit aũt & dilectus ipsius discipulus Ioannes euangelista & theologus in epistola sua, sic: Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt: Qm̃ omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscẽtia eius. Qui aũt facit uoluntatẽ Dei, manet in æternũ. Ista ergo diuini ac deiferi patres nostri, & Apostolũ audientes, qa per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ cœlorum, festinauerunt, post sanctũ baptismum, imaculatam & impollutã incorruptionis seruare tunicã. Vnde quidam illorũ & aliud addiderunt baptismũ suscipere, per sanguinẽ, dico, & martyriũ. Baptismum. n. & hoc nominat̃, & ualde preciosum, atq; laudabile. Secundis nanq; peccatorũ non polluitur sordibus. Quod & dñs pro nobis suscipiens, baptismũ decenter uocauit. Hinc ipsius imitatores facti, prius quidẽ sui discipuli, & apostoli, deinde uero & omnis sanctorũ martyrum chorus, cultoribus idolorũ, regibus, & tyrannis semetipsos pro nomine Christi obijcientes, omne genus tormentorũ sustinuerunt: uidelicet bestijs proiecti, & ignibus exusti, atq; gladijs interẽpti, bonamq; confessionem confessi, cursum consummauerunt, fidẽ seruauerunt, iustitięq; brauium sunt adepti, angelisq; associati, & Christi cohæredes effecti sunt.

16 Quorũ uirtus intm̃ resplenduit, ꝙ in omnem terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Istorum non tm̃ uerba, & opera, sed & sanguis, & ossa, omni sanctitate sunt plena, Dæmones nanq; potẽter eijciũt, insanabiliũ uero languorũ sanitates fide accedentibus præstat. Vestimenta uero, & si quid aliud preciosis ipsorum appropiauit corporibus, creaturæ omni semper sunt ueneranda. De quibus longus erit sermo, si per singula uirtutes eorum referre uoluerimus.

Vides o hæretice qd̃ sanctorum martyrũ sanguis, ossa, uestimenta, & quicquid eorum preciosis adhæsit corporibus omni creaturæ ueneranda sunt, Dæmones eijciunt, & insanabiliũ langorũ sanitates p̃stant? Sed & sanctorum martyrum reliquias uenerandas es

Postq̃ uero crudeles illi, & atroces tyranni mali male perierunt, & p̃secutio quieuit, regesq; fideles per uniuersum orbẽ regnauerunt: suscipientes alij, & imitantes zelũ illum, & diuinũ desiderium, (martyriũ dico) & eodẽ amore in animo uulnerati, diligenter satagebant mundã animam, & corpus impollutũ dño exhibere, omnesq; uitiorũ illecebras circuncidentes, & ab omni pollutione carnis, & spiritus seipsos emũdantes. Qm̃ uero non aliter hoc, q̃ per custodiã mandatorũ Christi effici posse nouerant,

rant, custodiam aũt mandatorum & operationẽ uirtutũ, difficile in medio mundialiũ fieri posse considerabant, aliam quandã uitã peregrinam, & sibimet insolitã ducere studuerũt, & scd'm diuinã uocẽ oĩa derelinquẽtes, uidelicet parẽtes, filios, amicos, & cognatos, diuitias, atq; delicias, & oĩa, q̃ in mũdo sunt odiẽtes, & deserta q̃si qdã fugitiui adierunt, egeni, an gustiati, afflicti, qb9 dign9 nõ erat mũdus. in solitudinib9 errãtes, i mõtib9, & in spelũcis, et i cauernis terrę. Ab oĩb9 terrenis delectatiõib9, & refrige rijs seipsos elõgãtes, ipsum ẽt uictũ, & uestitũ ualde tenuẽ hñtes: Ista duo negociãtes, ut uiderent materias uitiorũ, radicitus ipsorũ cõcupiscẽtias de animo euulserunt: & eorũ delentes memorias, amorẽ, & desideriũ diuino rũ, & cœlestiũ in seipsis plantauerũt. Ad hæc etiã p macerationẽ carnem suã affligentes, & martyres uoluntate effecti, ne priuarent gloria illorũ, q per effusionẽ sanguinis sui consummati sunt, sed imitatores & ipsi Christi passionũ, quantũ in ipsis est, effecti, & perennis regni participes. Sic ergo uirtutib9 adornati, solitariã, & quietã uitã ducebant. Alĩ q̃dẽ sub dio abs que tecto perdurantes, solis æstu, & rigorib9 frigoris, & imbrib9, & turbinibus uentorũ affligebant. Alĩ uero tuguria figentes, aut speluncis, & antris latitantes, degebant. Sic ergo uirtutes uirtutib9 cumulantes, omni carnali consolationi, & repausationi penitus abrenunciauerunt, oleribus crudis, & herbis aut glandibus, seu pane arido, & ualde sicco transigebant dietam, non solum qualitati delectationum abrenunciantes, sed etiã ipsi tenori abstinentiæ, ex sua parte semp aliqd addebant. Nam tantũ de ipsis talibus, & abiectis sumebant escis, ut solũ uiuere possent. Quidã nãque eorũ tota hebdomada ieiuni permanentes, dominica die cibũ sumebant. Alĩ uero bis in hebdomada, huius memoriã habebãt. Alĩ aũt post dies duos uespere edebant, tantũmodo modicũ gustãtes, orationibusq;, & uigilijs uacabant, angelorũ uitã imitantes, auri, argentiq; possessionibus, emptionib9 & uenditionib9 abrenunciantes, inter hoies se esse obliui scebant. Inuidia uero, atq; superbia, quæ maxime bona, opera comitari solent, in eis locũ non habebant. Nam neq; q in cõuersatione minor erat, aduersus eũ, q amplius pollebat, inuidiæ cogitationẽ ullo modo in semeti pso suscipiebat. Nec rursus magnifice agentẽ aduersus infirmiores in superbiam extollebat arrogantia, ut sperneret proximũ, aut gloriaret i sua sanctitate, aut magnifice saperet in uirtutib9. Nam q plus uirtutis habebat, non propriis laborib9, sed dei gratiæ totum adscribebat, in humilitatẽ deprimens semetipsum, nihil omnino esse reputãs quod agebat, iuxta quod ait dominus: Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Illi uero nec feciss aliquando, quæ præcepta sunt, confidebant seipsos, sed plura sibi deesse arbitrabant, quæ fieri oporteret. Et rursus qui in conuersatione debilior erat, despiciendo se miserum clamitabat, negligentiæ uoluntatis, nõ naturæ infirmitati, quod deerat imputans. Sic ergo alius alio, & omnes omnib9 erãt humiliores. Cenodoxiæ, uel placendi hominib9 uitium qũo esset in illis, q ideo de mundo fugerant, & desertũ inhabitabãt, ne hoĩbus, sed soli deo, uirtutum suarum operatio nota fieret, a quo & bonorũ retributiones sperabant; bene scientes, qa quæ propter uanam gloriam bona perficiuntur opera, sine mercede remanent. Nam propter laudem hoĩum fiunt, & non propter deũ. Vnde & dupliciter huiusmodi detrimentũ patiunt, corpus q

e docet D. Augustinus exẽplo reliquiarum beati Stephani in Epist. 152. ad Quirinum.

17

Tu qui dicis ãtiquos monachos non ea seruasse quæ nostri nũc seruant, in uictu, uestitu, conuersatione, permanentia, et aliis religionis institutis, lege totũ hoc caput, & uidebis quam sit arrogans mẽdacium tuum. Pro quo ẽt uide D. Basiliũ de Constitutionibus Monasticis, & in Regulis contractioribus, ac de Institutiõibus Monachorum, necnon B. Ephrem in tractatu de compunctione cordis.

18

Vide hæretice ad quid intenderent antiqui Monachi.

19

Ecce in Monachis ũe teribus ciborum delectum.

20

Vide miram abstinẽtiam, ieiunia, Orationes & Vigilias, Paupertatem uoluntariam, Et uitæ innocentiam in eisdem.

21

Cur Monachis de mũdo fugissent.

dem macerantes, & mercede carentes. Illi uero supernæ gloriæ inhiantes, & hanc toto corde desiderantes, omnem terrenam, & humanam laudē spreuerunt. Habent autem habitacula sua, alij quidem in omnimodo recessu, & solitudine agonem percurrentes, elongantes seipsos ab hominū commoratione per totum tempus uitę suæ, & Deo appropinquant. Quidam uero longe ab inuicē cellas habentes, dominicis diebꝰ ad ecclesiam unā conueniunt, & diuina mysteria sumunt (sacrificiū dico intacti corporis, & precioſi sanguinis Christi) quę fidelibus in remissionē peccatorum, illuminationemq́, & sanctificationem animæ, & corporis dñs donauit, instruentes alterutrū exercitijs diuinorum eloquiorū, & solitis admonitionibus occulta colluctatorū bella publicantes, ut nullus ab his detinea tur luctandi artē nescіens. Deinde domū unusquisq́ reuertitur, mel uirtutum in fauis cordiū diligenter reponentes, & operantes fructum dulcissimum, & cœlesti mensura dignissimū. Alij uero cœnobialem ducunt uitā. Qui plures in simul congregati, sub uno prælato ab omnibus differentes degunt, omnē uoluntatem suā obedientiæ gladio occidentes, et quasi seruos emptitios se uoluntarie reputantes, non sibimetipsis uiuunt, sed cui propter Christi amorem semetipsos subdiderunt. Familiarius aūt magis est dicere, quia non uiuunt sibi, uiuit uero in eis Christus, quem sunt sequuti, omnia deserentes. Hoc enim est mundi secessio, uoluntariū odium, et naturæ negatio, eorū, quæ supra naturam sunt, desiderio. Hi ergo quasi angeli in terra conuersantur, psalmis, et hymnis unanimiter Deū laudantes, et confessores laboribus obedientiæ apparent, in qbus et Dominicus sermo adimpleť. Ait enim: Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Non hac mensura in nomine ipsius congregationem circumcludens, sed per duos, uel tres, indeterminatum numerū demonstrat. Siue enim pauci, siue multi propter nomen sanctum eius congregentur, ardente seruientes ei desiderio, ibi hunc adesse credimus in medio seruorum suorum.

22 *Diuina mysteria sumunt, sacrificium scilicet intacti corporis & precioſi sanguinis Christi.*

23 *Vide hic descriptum morem uiuēdi nostrorum Monachorum.*

24 *Monachorum obediē tia.*

25 *Cœnobitæ palmis et hymnis unanimiter Deum laudant.*

His exēplis, & talibus conuersationibus, atq́ ordinibus, terreni, & lutei, uitam imitati sunt cœlestiū, in ieiunijs, & orationibus, & uigilijs, in lachrymis feruentibus, & inconsolabili luctu, in peregrinatione mortis, in mansuetudine, & lenitate, in silentio labiorū, in egestate, & inopia, in castitate, & prudētia, in humili sensu, & tranquillitate, in charitate perfecta erga Deum, & proximū, præsentem peregere uitā, quasi angeli moribus effecti. Vnde Deus miraculis, & signis, & uarijs uirtutibus ipsos exornauit, & sonū admirandæ conuersationis eorū in omnem terrā effudit. Et si uitā unius ipsorū per partes enarrauero, qui & author fuisse monachicæ conuersationis dicit, Antonius uero nomen fuit ei, cognosces utiq́ ex una arbore, reliquarū, quæ eiusdē sunt generis, & speciei, dulcedinē fructuū; & quale posuit ille anachoreseos fundamentū, qualē etiā structurā superędificauit, & qualia meruit a saluatore adipisci charismata. Multi uero & alij post illū simili agone decertantes, similē adepti sunt coronam gloriæ. Beati isti, & ter beati, qui Deum amando, propter charitatē illius omnia despexerunt, fleuerunt, & luctū habuerunt diebus, ac noctibus, ut in futuro æternā haberent consolationē. Humiliauerunt seipsos uoluntarie, ut illic exaltarenť. Afflixerunt carnes suas fame, & siti, & uigilijs, ut ibi susciperent eos deliciæ, & exultatio paradisi. Tabernaculū facti sunt spiritus san

26 *Catalogus uirtutum omnium in antiquis Monachis. In quibus etiam fuerunt quæ sunt in nostris uidelicet, ieiunia, oratiōes, uigiliæ, lachrymæ, luctus, mansuetudo, silentium, paupertas, castitas, prudētia, humilitas, & charitas perfecta.*

cti,in munditia cordis,sicut scriptũ est:Inhabitabo in eis,& inambulabo. Crucifixerunt semetipsos mundo,ut a dextris crucifixi,stent in die iudicij. Præcinxerunt lumbos suos in ueritate,& paratas semper habebant lampades, immortalis aduentũ præstolantes. Intellectualibus enim mentis oculis præuidebant assidue terribilẽ horam illã, contemplationeq; futurorum bonorũ,& æterni cruciatus,cor eorũ repletũ semper erat,ut perennem gloriã acquirerent,facti sunt impassibiles sicut angeli, & nunc cum illis lætanť,quorum & uitã imitati sunt. Beati isti,& ter beati, qui oculis interioribus non fallentibus,considerauerunt prẽsentiũ uanitatem, & humanæ actionis instabilitatẽ,& lubricitatem,& hanc abnegantes,æternã sibi thesaurizauerunt bona, & nunquam cassura, neque morte amputandam uitam acquisierunt.

Hos ergo mirabiles, & sanctos uiros, & nos despicabiles, & indigni imitari satagimus, non quod pertingere ualeamus ad altitudinẽ cœlestis conuersationis eorũ,sed secundũ posse infirmæ naturæ,& miseræ,uirtutis uitam eorũ figuramus, & habitu eorũ operti sumus,quãuis operibus nõ impleamus. Nam ista diuina promissio, a peccandi uoluntate nos retrahit, & ad incorruptionẽ, quæ nobis in diuino mysterio baptismate data est,nos astringit. Vnde sermones beatorũ illorũ sequẽtes,ualde abhorremus corruptibilia hęc,& mortalia uitæ negocia,in qbus nihil potest inueniri firmũ,neq; planum, neq; stabile in seipsis,sed uanitas sunt omnia, & afflictio spiritus,multas in puncto ferẽtia transmutationes. Somno enim, & umbra,& aura per aërem flante,sunt fragiliora,minimaq; inest eis gratia,& neq; gratia,sed error quidẽ,& seductio malitiæ mundi,quæ nõ diligere,sed potius odire ex corde,pręcipimur. Et est,secundũ ueritatẽ,odibilis iste mundus,& abominabilis.nã quantacunq; donat amicis suis,cũ ira denuo diripit ea,nudatosq; omni bono,& confusione indutos, omnibusq; grauibus prægrauatos,æterna transmittit tribulationi. Quos modo exaltat,subito ultima miseria humiliat,subdens eos pedibus omnium inimicorũ suorum. Tales ergo gratiæ ipsius,talia sunt & dona. Inimicus enim est amicorũ suorum,& hostis omniũ, qui faciunt eius uoluntatem. Discerpit crudeliter incumbentes super se, eneruat illos, qui confidunt in eo. Fœdus posuit cũ insipiẽtibus,& promissiones falsas eis pollicitus est, ad hoc tantũ,ut trahat eos ad se. Illis sibi acquiescentibus ingratus ipse, & fallax demonstrať,nihil eorum cõplendo,quæ ꝓmiserat. Hodie nanq; epularũ delectationibus eorum gulã illicit, deuorandos inimicis cras eos totos proñcit. Hodie regẽ aliquem constituit, & cras seruitutis iugo supponit. Hodie multis affluentẽ bonis cras mendicantẽ reddit. Hodie coronam glorię,eius uertici imponit,sed uultũ illius cras in terrã deprimit. Hodie exornat collũ illius splendidis gẽmis,dignitatũ torquibus,cras humiliat ferreis uinctũ compedibus. Amabilẽ hunc ad modicũ omnibus facit, odibilẽ uero paulo post facit,& abominabilẽ. Hodie lętificat, & cras lamentis eum,& fletibus afficit. Qualẽ uero & his finẽ imponit,audi: Habitatores gehennæ,dilectores suos perficit miserrime. Talem habet intentionẽ semper,taleq; propositũ: Neq; recedẽtes hinc lamentať,neq; remanentium miserẽ. Illos enim male seduxit, & retibus conclusit: ad istos uero rursus artem suam transferre conať, nolens aliquẽ suos sæuos effugere laqueos. Itaq; qui tali seruiunt duro,& maligno domino,& a bono,ac be

27 *Et habitu eorũ operti sumus. Hoc dicit quia certus etiam illo tempore erat Monachorum habitus.*

nigno, mente perdita semetipsos elongant, & pręsentibus inbiant negocijs, & eis tenent adstricti, & nullam futurorũ habent memoriã, sed delectationes corporales incessanter desiderant, animas uero suas demittentes fame tabescere, & innumerabilibus affici malis, similes esse arbitror homini fugienti a facie furentis unicornis: qui non ferens sonũ uocis illius, et terribilium mugituũ, fortiter fugiebat, ne deuoraret ab eo. Dum ergo uelociter curreret, in magnũ quoddam decidit barathrũ. Dum aũt caderet, manibus extensis arbusculã quandam appręhendit, et fortiter tenuit, et in basi quadã pedibus impressis, uisum est sibi in pace de reliquo fore, et stabilitate. Respiciens ergo, uidit duos mures, albũ quidem unũ, alterũ uero nigrũ, corrodentes incessanter radicẽ arbusculæ, quã appræhẽderat: et iam prope erat, ut eam abscinderent. Considerans etiã ipsius barathri fundũ, uidit draconem aspectu terribilẽ, ignem spirantẽ, et feralibus oculis aspicientẽ, osq; terribiliter aperire, et deuorare eum cupientẽ. Intuens uero rursus basem illã, suqer quàm pedes habebat firmatos, contẽplatus est quatuor aspidũ capita de pariete prodeuntia, ubi consistebat. Eleuans autem rursum oculos, uidit de ramis arbusculę illius exiguũ mel distillãs. Dimittens ergo considerare, quæ circundederunt eum mala, scilicet qũo sursum quidẽ unicornis horribiliter insaniens, quærebat hunc deuorare, deorsum uero amarissimus draco inhiabat deglutire eum: arbuscula uero quam appræhenderat, post modicũ erat excidenda: pedes super lubricam, et infidelẽ basem statuerat: et tantorũ ac talium malorũ oblitus, se ipsum dulcedini modici illius mellis tradidit. Hęc similitudo est eorũ, qui seductioni pręsentis seculi adhęserunt. Cuius expositionẽ mox dicã tibi.

Vnicornis quidẽ figuram tenet mortis, quæ semper persequit, & compræhendere desiderat genus humanũ. Barathrum uero mundus est iste, plenus omnibus malis, & mortiferis laquèis. Arbuscula aũt, quæ a duobus muribus incessanter incidebat, quam appræhendimus, uitæ uniuscuiusq; nostrũ mensura est, quæ consumit, & diminuit per horas diei, & noctis, & incisioni paulatim appropiat. Quatuor uero aspides, de quatuor fragilibus, & instabilibus elementis, constitutionẽ humani corporis significant: quibus inordinatis, & conturbatis, cõpagno dissoluit. Cum his & igneus ille, atq; crudelissimus draco, terribilẽ figurat uentrem inferni, cupiens suscipere eos, qui præsentes delectationes futuris pręponunt bonis. Stilla uero mellis, dulcedinẽ significat delectationũ mundi, per quam seductor ille suos amicos non sinit propriam uidere salutem.

Hac ergo Iosaphat ualde libenter suscepta parabola, ait: Quàm uerus est iste sermo, & q̃ bene coaptatus? Ne, quæso, pigriteris tales semp mihi typos subrogare, ut sciã diligenter, qualis est pręsens uita nostra, & quorum amicis suis author malorũ sit. Senex uero dixit: Rursus similes sunt amatores seculariũ delectationũ, & qui harũ dulcedine illiciunt, atq; futuris, & stabilibus fluida, & fragilia pręferunt, homini, qui tres amicos habuit, quorũ quidem duos præcordialiter, & affectuose honorabat, ac uehementer eorũ charitate afficiebat, usq; ad mortẽ pro ipsis agonizans, & periclitari desiderans. Aduersus tertiũ uero, multo ferebat despectu, neq; honore, neq; decenti eum aliquando gratificans dilectione, nisi modicam quandã, & exiguam ad eum simulans amicitiã. Venerunt ergo die quadã terribiles quidã, ac præcipui milites, festinantes celeritate multa hunc ad

Imperatorẽ.

Imperatorē ducere, rationem redditurū pro debito decem milium talentorum. Coarctatus uero ille, quærebat adiutorē ad subueniendum sibi, in terribili rationis positione apud regē. Currens igit ad primum suū, & prę omnibus alijs charissimū amicum, dicit ei: Noſti o amice, qūo animam meam semper pro te posui. Nunc aūt indigeo auxilio tuo in die ista, detinente me necessitate. Quomodo ergo promittis mihi nunc auxiliari? Et quæ apud te reposita mihi spes est dilectissime? Respōdens ergo ille, ait: Non sum amicus tuus o homo, neq; scio quis sis. Habeo enim alios amicos, cū quibus oportet me hodie lætari, & amicos istos amodo possidebo. Prębeo tantū ecce tibi ciliciola duo, ut habeas ea in uia, qua ambulas: quæ tamen nihil tibi proderunt, & nullā spem a me præstoleris: Hęc audiens ille, & diffidens de auxilio, quod sperauerat ab eo, ad secundū perrexit amicū. Cui & ait: Recordare amice, quantū a me recepisti honoris, & gratiæ. Hodie uero in tribulationē corruens, & aduersitatē maximam, auxiliatore opus habeo. Quantū igitur uales mihi subuenire nunc, indica mihi. Ille uero ait: Non uacat mihi hodie, ut tecū subeam agonem. Curis enim, & solicitudinib⁹ circundor, & in tribulatione sum. Modicū tamen tecū pergam, quāuis non sit tibi profuturū: & statim domū reuersus, pro prijs uocabo negocijs. Vacuis ergo manibus homo inde reuersus, & undiq; destitutus, lamentabat seipsum de uana spe ingratorū suorū amicorum, & de inutilibus laboribus, quos pro illorū sustinuit dilectione. Pergit etiā ad tertium amicū, de quo magnam curā habuit, nec socium lætitiæ sue aduocauit. Et ait ad eum, confuso, & in terrā uultu demisso: Non habeo os loquendi ad te. Cognosco enim diligenter, q; nunq; tibi bene feci, nec amicabiliter erga te me habui. Sed qm aduersitas me apprehendit dirissima, & nullā spem salutis in cæteris meis amicis reperi, ueni ad te, rogans si est tibi possibile, quolibet auxiliū uel modicum impendere ne tardes, memor ignorantiæ meæ. Tunc ille respondit ei hilari, & sereno uultu: Certe amicū meum charissimū confiteor te esse, & modici illius beneficij tui nō immemor, cū usuris retribuam tibi. Ne timeas ergo, neq; formides. Ego enim præcedā te. Ego interueniam pro te apud regē, & non tradā te in manus inimicorum tuorū. Confide ergo dilectissime, & ne tristeris. Tunc cōpunctus ille, dicebat cū lachrymis: Heu mihi, quid prius lamentabor, aut quid potius plangā? Vanum affectū meum repræhēdam, quem ingratis illis, & falsis exhibui amicis? An amentiā meam plangā, q; huic uero, & germano amico nullā ostendi familiaritatē? Iosaphat aūt & istum cū admiratione sermonem suscipiens, expositionē requirebat. Tūc ait Barlaam: Primus amicus utiq; est diuitiarū possessio, & amor pecuniarum, pro qbus homo multis subiacet periculis, & plurimas sustinet miserias. Veniente uero ultimo mortis termino, nihil ex omnibus illis, nisi qui ad sepulturā pertinent, inutiles accipit panniculos. Secundus aūt amicus uocat uxor, & filij, & cognati, & cæteri amici, quorū affectui adhærētes inseparabiliter tenemur, ipsam animā, & corpus propter illorū spernentes amorem. Sed nullā aliquis ex eis utilitatem consequit in hora mortis, nisi quod rantūmodo usq; ad monumentū secū pergunt: deinde mox reuertentes, suis uacant curis, ac solicitudinib⁹, non minus obliuione memoriam, q; corpus aliquando amici operientes sepulchro. Amicus uero tertius despectus, & grauis, non familiaris, sed exosus, & quasi aduersus,

Nota bona opera fidelissimum esse amicũ, qui nec post mortem nos deserit.

iustorũ operum chorus est: uidelicet spes, charitas, fides, eleemosyna, humanitas, & cætera uirtutũ congregatio, quæ potest præcedere nos cum eximus de corpore, & pro nobis apud deum interuenire, & de inimicis crudelibus exactoribus liberare, qui calumniã, & amaram rationis exactionẽ nobis cõmouent, in aëre nos cõprehendere tentantes. Iste est gratus amicus, & bonus, qui & modicum bonum opus nostrũ in memoria fert, & cum usura nobis integrum restituit.

Rursus ergo Iosaphat ait: Bene sit tibi a domino Deo tuo, o sapientissime omniũ. Lætificasti nanq; animã meam congruis, ac dignis sermonibus tuis. Rogo etiã te, ut depingas mihi imaginẽ uanitatis mundi, & qũo eum aliquis libere, ac sine impedimento transire ualeat. Assumpto uero sermone, Barlaam ait: Ciuitatẽ quandam didici fuisse magnã, cuius ciues talem habebat consuetudinẽ antiquitus, ut assumerẽt extraneum aliquẽ, & ignotum uirũ, nihil legum ciuitatis suæ, & traditionũ penitus scientẽ, & hunc sibi regem constituebant. Qui oẽm potestatẽ accipiebat, & suarum uoluntatũ perficiendarum facultatẽ habebat, usq; ad cõpletionem unius anni. Deinde in omni securitate eo permanente, delicijsq; ac suauitatibus sine ulla formidine, & secũ semper permãsurum regnũ existimante, repente surgentes ciues illi cõtra eum, regali ablata stola, nudũ per totam trahentes ciuitatẽ, exulem trãsmittebant in magnã, ac longius remotam insulã: in qua neq; cibum inueniens, neq; uestimentũ, in fame, ac nuditate male atterebaẽ, præter spem concessis sibi delicijs, & gaudio, in tristitia rursus præter spem oẽm, & expectationẽ transmutat9. Interea iuxta morem consuetudinũ ciuium illorũ, ordinatus est quidã uir in regno, qui non exiguo mentis intellectu uigebat. Qui tanta, ac tali ex improuiso accidente sibi abundantia, mox non est dissolutus, nec ab ea raptus, neque eorũ, qui ante eum regnauerunt, & miserrime electi fuerunt, incuriã secutus est, sed solicitudinẽ gerebat, & laborabat animo qũo se, & sua bene disponeret. Dum ergo assidua meditatione diligentius ista pertractaret, cognouit per quendã sapientissimũ consiliarũ suum, consuetudinẽ ciuiũ, & locũ perennis exilij, & qũo oporteret semetipsum custodire sine errore, edoctus est: Hoc ergo ut agnouit, & quia oporteret eum prius paululum ad illã applicare insulã, hoc quoq; caducum regnũ, & peregrinũ alienginis rursus derelinquere: apertis thesauris suis, (quorũ tunc liberã habebat facultatem, & de illis, quod uellet, facere) accepit pecuniarũ multitudinem, auri uidelicet, & argenti, & lapidũ precioſorũ amplissimũ pondus: & fidelissimis cõmittens famulis, in illã præmisit, ad quam ducẽdus erat, insulã. Peracto igit̃ anni termino, in seditionẽ uersi ciues, nudũ (sicut & illos, qui ante eum fuerunt) in exiliũ transmiserunt. Tunc cæteri stulti, & tẽporales reges male fame cruciabanẽ. Ille uero, q̃ diuitias ante ibi deposuerat, in abõdantia perpetua uiuens, & delitias infinitas habens, timo req; prorsus incusso infidelibus, & malignis ciuibus, sapientissimo seipsum beatificauit consilio. Ciuitatẽ ergo, intellige uanum istũ, & deceptorẽ mundũ. Ciues aũt principes, & potestates dęmonũ, mundi rectores tenebrarũ seculi huius, qui illiciunt nos dulcedine uoluptatũ, & suggerũt ut corruptibilia, & mortalia, ceu immortalia & semper nobiscum mansura consideremus. Sic ergo nobis seductis, & nullam solicitudinẽ de stabilibus, & æternis gerentibus, neq; nobis ipsis aliquid in illa uita recondenti

bus,repente nobis iminet perditio mortis. Tunc iam nudos nos hinc maligni,& amari suscipientes tenebrarũ ciues, cum qbus totũ expendimus tempus,ducunt nos in terrã tenebrosam,& caliginosam, in terrã tenebrarum æternarũ,ubi non est lux,nec uita hominũ. Consiliariũ autem bonũ, q omnia uera fecit nota,& salutaria edocuit studia sapientẽ, ac prudentẽ regẽ,meam æstima paruitatẽ,qui bonã,& rectam uiam ueni demonstrare tibi,introducens te in æterna & infinita bona,ibiq; te omnia consulens reponere,abstractũ ab errore mundi huius,quẽ & ego aliquando infœliciter diligebã,& ipsius delectationibus detinebat,atq; iucunditatib9: donec ueracibus mentis oculis considerauí, qũo in istis omnis hominũ uita atterit,alijs quidẽ uenientibus,alijs uero discedentibus, & nullis firmum statũ habentibus,neq; diuitibus in diuitijs, neq; potentibus in potentia, neq; qui prosperantur in prosperitate sua, neq; q delicijs affluunt in iucunditate sua,neq; putantibus firmiter se uiuere in uana sua,& infirma stabilitate,neq; in aliquo alio eorũ,quæ laudantur in hac uita: sed omnia similia sunt torrenti impetu magno in profundũ maris ruenti. Fluida nanq; sic sunt omnia præsentia, & tẽporalia. Hinc intellexi qa uniuersa ista uana,& in qbus utilitas est nulla,sic obliuioni tradunt perpetuæ, & absentantur,siue gloriã dicas,siue regnũ, siue splendorem dignitatũ,siue potentatuum magnitudinem,siue tyrannorũ crudelitatẽ,siue quidlibet taliũ:in futuris temporibus obtinebunt. Ex quibus cũ & ego unus sim, consuetæ nimirũ mutationi subiaceo, & quemadmodũ mei prędecessores iucunda ri præsentibus non omiserunt,ita erit & in me. Noui.n. qualiter homines tyrannus iste ac turbulentus agitat mundus, hinc inde eos transferens, hos quidẽ de diuitijs ad inopiam,illos uero de paupertate ad gloriã,quosdam quidẽ subtrahens uitæ, alios uero rursus inducens:nonnullos quidẽ sapientes,& prudentes reprobans,quosdã contumelioſos scilicet, & exiguos,honorabiles & splendidos faciens:alios ẽt insipientes, & fatuos,in sede collocans gloriæ:honorabilesq;,ignominiosos,& obscuros demonstrans omnibus. Et est uidendũ,qũo genus hominum nequaq; ante faciẽ ipsius tyrannidis crudelis habet statũ, sed est sicut columba,quæ fugiens aquilã,uel accipitrem,mutat se de loco ad locũ,tunc qdem huic insidens arbori:unde rursus mota,immergit se uepribus:deinde statim cauernis petrarum,& diuersis spinarũ densitatibus semetipsam cõmittens,nusquam tutũ inueniens refugium,in motu,& defectione tribulat assidua. Sic sunt, qui præsentia perdere metuentes,& sub impetu qdem irrationabili miserrime laborantes,nihilq; penitus tutũ, uel firmum tenentes, neq; scientes ad qualẽ peruenturi sunt finẽ, & q eos uana deseret uita, cui subdiderunt semetipsos ualde infœliciter, & miserrime. Mala enim pro bonis appetunt,pro bonitate malitiã exercentes:& ignorant qs frigidos multorũ,& grauiũ suorum laborũ susceptorus sit fructus,siue domesticus,siue alien9, & multoties neq; amicus omnino,uel notus,sed hostis,& inimicus.

Hæc omnia & his similia dijudicans in prætorio cordis mei,odiui præsentẽ uitam,quæ in uanitatibus tota consumitur,quã olim & ego deducebam,terrenis laboribus addictus. Abijciente uero me de animo meo horum affectũ,& longius proijciente, apparuerunt mihi ea, quæ ueraciter sunt bona,id est,deũ timere,& facere eius uoluntatẽ. Hoc enim cognoui cunctorũ bonorũ caput esse:hoc & initium sapientiæ dicit,& etiam per-

fecta sapientia. Nã uita est sine tristitia, & sine tẽtatione secura, atq; quieta, & incumbentibus super se, quasi super rectissimã uiam mandatorũ domini, & agnoscens subtiliter, nihil ei tortuosum, aut anfractuosum esse, neque defossum, uel arduũ, sed spinis & tribulis carentẽ, & totam facilẽ penitus, & gratã, atq; planam, delectantẽ quidem oculos ambulantiũ per eã, splendidissimis contemplationibus spatiosos exhibens pedes, & calceas in præparatione euangelij pacis, ut secure, & expedite gradiantur. Quã omnibus merito præposui, & ædificare cœpi delectã animæ meæ, & corruptã domũ. Sic ergo me ea, quæ apud me erant disponente, & defectum mentis corrigente, uerba audiui cuiusdam doctoris sapientis, talia mihi prȩcipientis: Exite (inqt) qui saluari desideratis, separate uos a uanitate mundi. Præterit enim figura eius. Quantulumcunq;, & ecce non erit. Exite indeclinabiliter, non sine dote, & mercede, sed expensas ferentes æternæ uitæ. Longinquam enim ituri estis uiam, multarũ expensarũ censu opus habentẽ, & peruenietis ad æternum locũ, duas habentẽ regiones, quæ multas in se mansiones habent. Quarũ quidem unã prȩparauit Deus his, q̃ diligunt eum, & eius mandata custodiunt, omnibus bonis plenam. Quã promerentes in incorruptione uicturi sunt durabili, atq; perpetua, perennem accepturi immortalitatẽ, ubi aufugit dolor, & tristitia, & gemitus. Secunda uero regio plena est tenebris, atq; tribulationibus, & doloribus, quæ præparata est diabolo, & angelis eius: in quã mittent & illi, qui per opera mala hanc sibimet acquisiuerunt, & q̃ incorruptibilia, & æterna pro præsentibus cõmutauerunt, & se totos cibum ignis æterni fecerũt: Hanc ego uocẽ audiens, & ueritatem illius recognoscens, ad illã peruenire habitationem studui, quæ ab omni qdem dolore, & tristitia libera est, tanta securitate, talibusq; bonis repleta. Quorũ scientiam nunc quidẽ ex parte in me est, adhuc ætate spirituali paruulo, & quasi per speculũ, & in ænigmate, quæ ibi sunt, uidente: Cũ autem uenerit, quod perfectum est, et cognoscam facie ad faciẽ, tunc quod ex parte est, destruetur. Gratias ago Deo per Iesum Christum dñm nostrũ. Nam lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati, & mortis, & aperuit oculos meos, ut absque errore uiderent: qa prudentia carnis mors est, prudentia uero spiritus uita, & pax. Igit̃ sicut ego prudentiũ recognoscens uanitatem, ea perfecto odiui odio, sic & te recognoscere, & odire fideliter moneo; ut quasi aliena, & mox desitura reputes ea, & auferens hinc oĩa, thesaurizes tibimetipsi in seculo incorruptibili thesaurũ securum, diuitiasq; indeficientes, quo te proculdubio oportet proficisci, ut cum peruenieris nõ sis egenus, sed diuitẽs plenus, sicut horum tibi similimam supra depinxi imaginem.

Dixit Iosaphat seni: Quomodo ergo possum thesauros pecuniarum, et diuitiarum illuc præmittere, ut securam ipsorum, & incorruptibilem iucũditatem abiens reperiã? & qualiter demonstrem aduersus prȩsentia odiũ meum, & amorem æternorum, plane quæso insinua mihi. Et ait Barlaam: Diuitiarum quidẽ ad æternũ locum præmissio, manib⁹ fit egenorum. Ait enim quidã prophetarũ Daniel sapientissimus regi Babylonis: Propterea o' rex consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus egenorum. Dicit autẽ & saluator: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Et lõgum superius seruis sermonẽ dñs de elee

mosyna,& largitione pauperum facit, sicuti in Euangelio didicimus. Sic ergo tutissime uade,præmittens illuc omnia egenorum manib⁹. Quanta enim his feceris,sibi dominus attribuens, multiplicius tibi restituet. Vincit enim semper donorũ retributionib⁹ diligentes se. Hoc ergo modo nũc thesauros seculi istius,quasi diripiendo a domino suo, cui & tu misserime seruisti, bene ex his in futuro sumptũ tibi repones: & ab alieno auferens, tibi cũcta recondes: & p fluida ista,& temporalia, stabilia, atq; manentia comparabis. Deinde Deo tibi cooperante, peruidebis instabilitatem, ac prauitatẽ mundi,& ualedicens omnibus, ad futura cum affectu multo transuolabis:prætergrediens quidem transeuntia, sperandis uero, ac stabilibus inhærens,& deserens tenebras cũ umbra mortis;odiens uero mũdum,& mundi rectorem, & corruptibilem carnẽ inimicitiam tibi reputans,currens ad lumen inaccessibile,& crucẽ super humeros tollens, seq̃ris eum indeclinabiliter, ut & cum ipso glorificeris,& æternæ uitæ hæres ostendaris. Iosaphat uero ait:Cuncta ergo despicere,& istam laboriosam assumere uitam,sicut dixisti superius,traditio est antiqua,ab apostolorum descendẽs doctrina an modo nouiter uobis sic uisum est, mẽtis uestræ scientia,quasi melius eligentib⁹ istud? Respondens senex ait:Non legem recẽter introductam doceo te (absit hoc a me) sed ab antiquo nobis traditam. Dixit enim Deus cuidam diuiti,q̃ interrogauit eũ, qd faciendo uitam æternã possideret,& glorianti omnia se custodisse,quæ scripta erãt in lege:Vnum inquit,tibi deest. Vade,& quæcũq; habes uende,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cœlis,& ueni, sequere me,tollendo crucẽ. Ille uero hoc audiẽs,tristis effectus est. Erat enim diues ualde. Videns eum contristatũ dominus, dixit:Quam difficile q̃ pecunias habent,intrabunt in regnum cœlorum. Facilius enim est camelum per foramen acus transire,q̃ diuitẽ intrare in regnum cœlorum. Hoc ergo mandatum cuncti audierunt sancti, & separari ab omni tali diuitiarũ difficultate studuerunt,cũcta sua dispergentes in pauperum erogationem, & diuitias sibi ẽternas reponentes,tulerunt crucẽ,& secuti sunt Christũ. Alĩ qdem martyrio,sicut iam dixi tibi,consummati sunt. Alĩ uero eremitice agonizantes, & nihil eorum, quæ ad conuersationem huius ueracis philosophiæ pertinent,omiserunt Mandatum igitur hoc esse noueris Christi regis nostri,et Dei,qd nos ab amore tẽporalium retrahit,& æternorũ participes efficit.

Cum igit (inquit Iosaphat)sic antiqua,& necessaria huiusmodi sit philosophia, cur non hodie hanc multi sequunt? Senex uero ait: Multi qdem imitati sunt,& imitant; plurimi uero pigri remanẽt, & negligẽtes. Pauci enim sunt,sicut ait dominus,q̃ strictam, & arctam pergant uiam, amplã uero,et latam plures. Qui enim semel ab auaritia,et uoluptate malorũ capiuntur inani, ac uanæ dediti gloriæ, inextricabiliter ipsis astricti remanent,et quasi seruos, semetipsos uoluntarie uenundantes alieno domino, et ex aduerso stantes ista præcipienti deo, et uincti ab eo tenent. Anima enim,quæ semel de sua salute desperat,habenasq; suas irrationabilib⁹ laxat cupiditatib⁹,ubiq; fert. Propterea deflens propheta circũfusam stultitiam huiusmodi animabus, et adiacentis eius caliginis crassitudinẽ deflens,dicebat:Filĩ hominum,usquequo graui corde? ut quid diligitis uanitatẽ,et quæritis mendacium? Ita et quidam nostrorũ sapientium,et doctorum rationabilis uir,et continens,et quędam a seipso adĩciens, clama

29

Nota tu qui dicis Euangelium non consulere propriarum rerum abdicationẽ, sed hanc esse humanam traditionem,& uide in quanto errore uerseris. Cũ dicatur hic omnes sanctos qui ad perfectionem uitæ cõtendere uoluerunt, hoc domini mandatũ ad literam seruasse.

bat omnibus uelut de euidenti, et altissima specula: Filij hominum usque quo graui corde? ut quid diligitis uanitatē, et quæritis mendaciū, magnū quid uitam istam, et delicias, atq; modicam gloriā, et humilem potentiā, et falsam prosperitatem arbitrantes? Quæ non eorum sunt, qui uidenť, uel putant se habere illa; sed sicut puluis agitanť, et ad alios uentilata trañciū tur, aut sicut fumus defluētia, et somnia illudentia, et uelut umbra inania, neq; absentia desperata non habentibus, neq; præsentia defluentia possidentibus. Si uero Saluatore mandante, prophetis ēt, & apostolis prædicantibus, ac sanctis omnibus opere, & sermone ad uirtutis uiā rectissimā uos exhortantibus, etsi pauci per hanc gradiuntť, cū plures spatiosam, & quæ ad perditionē ducit, eligant, nonne ex his conuersatio diuinæ huius adnihilať sapientiæ? Nam sicut sol ad illuminationē omnibus ortus, sine inuidia porrigit suos radios, cunctosq; illuminari permittit: ita & uera sapientia sui appetitores more solis illuminat, & illustrat, & splendidos ostendit. Si quidā claudentes oculos, uidere eius fulgorē nolunt, non idcirco reprehendendus est sol, uel a cæteris despiciendus, aut gloria sui splendoris per illorū inhonorabit stultitiā, sed illi potius seipsos lumine eius priuantes, quasi cęci palpabunt parietē, & in multis cadent foueis, pluribusque lacerabunť facies eorū spinis. Et quemadmodū sol in suo splendore permanens, illuminat reuelata facie fulgorē suū speculātes: eodem modo & lux Christi splendet quidem omnibus, ditissime largiens eis suā claritatem: participat uero unusquisq; iuxta quod desiderat, & appetit. Neq; enim deest alicui uolentiū se intueri sol iustitiæ, neq; tū cogit sponte suas tenebras eligentes, sed proprio unusquisq; relinquitur arbitrio & prælectioni, quandiu in hoc seculo est. Iosaphat aūt scisscitante, quid est liberū arbitriū, & qd prælectio, respondit senex: Liberū quidem arbitriū est animæ rationalis uoluntas, sine prohibitione cuiusquā mota ad quodcunq; uoluerit, siue ad bonū, siue ad malum, sic ab authore concessum. Rursus liberum arbitriū est intellectualis animæ motus sui iuris. Prælectio, est cōsultum desideriū eorū, quæ in nobis sunt, aut consiliū desiderabile. Quod enim præiudicatū est ex consilio, tenemus eligentes. Consiliū uero est, desiderium perquirens de his, quæ a nobis sunt facienda. Consiliať enim qs, si debeat rem peragere, uel non: deinde iudicat quod melius est, & uocať iudiciū. Exinde appetit, & amat, quod ex consilio iudicatū est, & dicitur deliberatio. Si.n. iudicat, & non affectat, quod iudicatū est, id est, non diligit illud, non dicit deliberatio. Deinde post dispositionē fit prælectio. Nam prælectio est, duorū propositorū unum eligere præ altero. Et hoc manifestum est, q consiliū est post iudicium, uel prælectionē, & ex ipsa etymologia. Prælectū quippe est unū præ altero electum. Nullus uero aliqd ante iudicat, quā uideat: neq; prælegit, nisi ante iudicet. Non.n. omnia, quę uidenť nobis, ad effectū deducere cogitamus. Tū prælectio, & prælectum fit, qñ quod ante iudicatū est ex consilio, accipit appetitū. Et sic colligitur, prælectionē esse desiderium consultū eorum quæ in nobis sunt. Nam quod ante iudicatū est ex consilio, desideramus prælegentes. Omne.n. consilium fit propter illud, quod agendū est: & sic ante omnem prælectionē consiliū est, ante uero omnem actionē prælectio. Idcirco non solū actiones, sed & ea quæ scd'm intentionē prælectiones exhibent, & coronæ, & tormenti iure causa fiunt. Principiū enim peccati, &

iustæ actionis, præelectio est ex his, quæ a nobis sunt inducta. Quorum enim in nobis affectus sunt, horũ & actiones. In nobis uero secundum uirtutem operationes sunt, in nobis utiq; & uirtutes. Proprie nanq; in nobis sunt animata omnia, & ea, de quibus consiliamur. Sic per liberũ arbitriũ considerantibus hominibus, & ipsum idem præelegentibus, quanto quis præelegit, tanto participatur diuini luminis, & proficit in philosophiæ studijs. Differentię enim præelectionũ, sunt uelut quidam fontes aquarũ, de uenis terræ scaturientiũ. Alĩ qdem in superficie terrę oriunt̃, quidam uero paulo profundius, nonnulli aut̃ profundissime. Harum qppe aquarũ nõ nullæ quidem indesinenter fluunt, & gustu dulces sunt. Quædã uero de profundo prodeunt, et amaræ sunt, aut sulfureæ. Aliæ aũt largiter fluẽtes, aliæ uero distillant modice. Sic et in præelectionibus intellige alias qdem ueloces esse, et ualde feruentes, quasdam uero torpentes, et frigidas: et alias qdem ad bona iter habentes, nonnullas uero ad contrariũ omni uirtute declinantes. Ergo iuxta affectũ earũ, et actiones, sequuntur impetus.

Tunc Iosaphat ait seni: Sunt ergo & alĩ, qui ea, quæ tu prædicas, prædicent? an solus es tu hodie, q̃ ista doces, et sic odibilẽ præsentem uitã adstruis? Respondens autem Barlaam, dixit: In uestra infœlicissima regione ista neminem esse cognosco. Nam patris tui tyrannica crudelitas innumerabilibus hoc mortib⁹ tradidit, et sategit ne penit⁹ audiat̃ in uobis diuinæ notitiæ prædicatio: in cæteris uero, omnibus linguis cantant̃ ista, et glorifi cant̃. Alĩs quidem rectissimo sermone, alĩs uero distorto, hoste nostrarũ animarum declinare eos a rectitudine faciẽte, et alienis monente glorijs, et dicta quædam scripturarũ aliter, & non secũdum congruũ sensum interpretari docente. Vna aũt ueritas est glorioſis apostolis, & deiferis patribus, & in catholica ecclesia a finibus usque ad fines orbis, sole splendidi⁹ coruscans, cuius ego prædicator, & doctor missus sum tibi.

30

Vna est ueritas in tota Ecclesia et per uniuersum mũdum gloriosis Apostolis et deiferis patribus coruscans. Non ergo apud Lutheranos, Zuinglianos, œcolampadianos, & cætera huiusmodi humanæ naturæ monstra

Dixit aũt Iosaphat ad eũ: Nunq̃d non aliquid ex his meus aliquando didicit pater? Et ait senex: Subtilius, & conuenienter nihil didicit. Clausis enim mentis sensibus, bonum non uult suscipere, ad malum uero præcipiti ruit impetu. Sed uellẽ, inquit Iosaphat, etiam illum ista didicisse. Ait uero senex: Apud hominem impossibilia sunt ista, apud deũ omnia possibilia sunt. Quid enim scis, si tu saluum facies patrẽ tuum, & modo mirabili genitor tui efficiaris genitoris? Audiui enim regem quendam fuisse, multum bene regnũ suũ disponentẽ, mansuetecq;, ac leniter erga suum se habentem populum. Hoc aũt solum sibi deerat, q̃ non habebat diuinæ notitiæ illuminationẽ, sed errore idolorũ detinebat̃. Habebat aũt consiliarium quendam bonũ, & perfecte exornatũ, tam, quæ ad Deũ pertinet, pietate, cp̃ & omni reliqua uirtutum sapientia. Quí multum grauabat̃, et tristis erat, eo quod rex in tali permaneret errore. Volebatq; eum quandoq; redarguere, sed ab impetu isto reuocabat̃, metuẽs ne forte author malorũ sibimet, et suis omnibus fieret, & quæ per eũ multis proueniebat, utilitatẽ amputaret. Quærebat tamẽ tempus opportunum, ut traheret eũ ad bonũ. Dixit itaq; rex ad eũ: Veni, egrediamur, & perambulem⁹ ciuitatem, si cubi forte aliquid utilitatis uideamus. Deambulantibus uero eis in ciuitate, uiderũt lucis fulgorẽ per quoddam foramen relucentẽ: & huic oculos inñcientes, aspiciunt subterraneum habitaculum, ante quod sedebat uir ultima degens inopia, q̃ uili quodam, ac dilacerato amictus erat indumento. Assi-

ſtebat ei uxor ſua propinatura. Quo uitreū calicē in manus ſuſcipiente, dulciſsimū cantando melos, illa iucunditatem ei exhibebat, ſaltans, & uirum laudibus extollens. Tunc hi qui iuxta regem aderant, diutius iſta cōſiderantes mirabant: qm̄ tali inopia grauati, q nec domum habebat, & ueſtimentis carebant, ita locuplet̄, ac ſecurā uitam ducebant. Tūc ait rex conſiliario ſuo: O miraculū amice, quia mihi, et tibi nunc̄ ſic noſtra placuit uita, quæ tantis delicijs, & tanta refulget gratia, ſicut uilis hæc, & miſerrima ſua uita hos ſtultos lætificat, & iucūdat, lenis eis, ac ſuauis apparens, cū ſit odibilis, & aſpera. Opportunā itaq; nactus horam protoſymbolos, ait: Reuera o rex, qualis tibi uidet horū uita? Qui ait: Omniū, quæ aliquando uidi, amariſſima, et infęliciſsima, abominabiliſq;, et auertenda. Tunc dicit ad eum protoſymbolos: Ita ergo beneſcias, o rex, quia multo amplius ante miſeram, et infœlicē noſtram deputant uitam, contēplatores, ac narratores æternæ gloriæ illius, et bonorū, quæ omnem ſuperāt ſenſum. Nā auro ſplendentia palatia noſtra, et ſplendida indumenta iſta, ſtercoribus, et cœno fœtidiora uident oculis contemplantiū inenarrabilē pulchritudinē in cœlis, non manu factorū tabernaculorū, ſtolęq; diuinitus texta, et incorruptibiliū diadematum, quæ præparauit deus diligētibus ſe. Quemadmodū enim deſipere nobis iſti uiſi ſunt, eodem modo, et eo amplius, nos, q in hoc mundo erramus, et ſufficientiam nobis eſſe putamus in falſa gloria, et inutilibus delicijs, lamētationibus digni ſumus, et lachrymis in oculis eorū, q guſtauerunt dulcedinem bonorū æternorū. Rex aūt his auditis ſtupefactus, ait: Qui ſunt ergo illi, qui meliorem noſtra uitam obtinent? Omnes (inqt protoſymbolos) qui æterna præponunt tēporalibus. Rurſus ergo ſcire rege cupiente, quæ æterna, ait uir: Regnū ſempiternum, & uitā, quę morti non ſubiacet, & diuitias, quæ nunc̄ metuunt egeſtatem, gaudiū quoq;, & lætitiam totius expertē triſtitiæ, & grauitatis, et pacē perennem, liberam ab omni inimicitia, & contentione. Qui iſtā merebuntur accipere, beati erunt: & hoc certiſsimū eſt. Sine dolore enim & ſine triſtitia uiuent in æterna uita, & omnia delectabilia, & iucunda, quæ ſunt in regno dei, abſq; labore percepturi, & cū Chriſto ſine fine regnaturi. Et qs dignus erit iſta percipere, ibi dicente rege, ille reſpondit: Omnes q uiam tenent, illuc ducentē. Facilis.n. eſt introitus uolentibus tm̄. Tunc rex ait: Et quæ ſemita illuc producens? Reſpondit ei uir nobilis: Cognoſcere ſolū uerum Deum, & Ieſum Chriſtū unigenitū eius filium, & ſanctū, ac uiuificantē ſpiritū. Rex igitur regalem habens intellectū, ait ad illum: Et qs prohibuit te hactenus iſta nota mihi facere? Non.n. abiectione, & deſpectu digna mihi uident eſſe iſta, ſi uera ſunt. Si aūt ambigue, ſtudioſe oportet quærere, donec quod certū eſt inueniamus. Non negligentia (inqt uir) aut inertia detentus, iſta tibi notificare diſtuli, cū uera ſint, & omnino indubitabilia, ſed excellentiam metuens tuæ gloriæ, ne forte generarē tibi moleſtiam. Si ergo iuſſeris tuo famulo, ut amodo de his aliqua tibi recommemorem, per omnia tuo obſecundabor imperio. Etiā (inqt rex) non per ſingulos dies tm̄, ſed ēt per ſingulas horas horū memoriā mihi aſsidue renoua. Non negligenter.n. oportet his attendere, ſed feruentius, & ſtudioſius. Audiuimus nanq;, ait Barlaā, pie regem iſtū uixiſſe poſtea, & tranqlle præſentē duxiſſe uitā, nec futura priuatū eſſe beatitudine. Si igitur & patri tuo talia qs opportuno ſuggeſſerit tēpore, forſitan intelliget, & cognoſcet, quantis

ſcet,quantis obſeſſus eſt malis:& ab his declinans, eliget bonum. Nunc ergo cęcus eſt,uero ſe priuãs lumine, ſponteq; ſua ipietatis agit tenebras.

Dixit aũt Ioſaphat ad eum:De patre meo faciat dñs, ſicut ei placet. Ipſi enim(ſicut iam dixiſti)poſsibilia ſunt omnia,quæ apud homines impoſſibilia ſunt. Ego uero ex tuis ſacris ſermonibus præſentiũ cognoſcens uanitatem,diſcedere qdem penitus cogito, & tecũ reliquũ uitæ meæ ducere,ne propter temporalia iſta,& fluida,ab æternorũ,& incorruptibilium excidam refrigerio. Cui ſenex reſpondit:Si hoc feceris,ſimilis eris cuidam iuueni ſapientiſsimo, de quo audiui,q; filius fuit ditiſsimorũ parentum,cui pater ſuus deſponſauit filiam cuiuſdã nobiliſsimi, & præ omnibus locupletiſsimi uiri, nimis pulcherrimã. Mouit autem cũ puero ſermonem de nuptijs,& qũo facere meditabaẽ,annunciauit. Quod ille audiens,& quaſi rem malã ac nefariam reſpuens, relicto patre,fuga elapſus eſt. Ambulans aũt,declinauit in domũ cuiuſdam ſenis pauperis,propter æſtum diei ſemetipſum repauſaturus. Tunc filia ſenis uirgo, quæ erat ei unigenita,ſedens ante ianuã,operabaẽ manibus: ore uero ſuo Deũ laudabat aſsidue, gratias agens ei de imo cordis. Huius autẽ laudes iuuenis auſcultans, ait: Quid eſt iſtud tuũ,o mulier,ſtudium? Cuius aũt rei gratia,cum ita ſis pauper & tenuis,quaſi pro quibuſdã magnis donis gratias referendo,ſic laudas datorem? Quæ reſpondens ait ad eũ:Neſcis q; ſicut exigua medicina, de magnis languoribus ſæpius liberat hominẽ, ita & in paruis Dei donis gratiarũ actio,magnorum auctrix efficitur bonorũ? Ego quidem filia ſum ſenis pauperis,gratias tĩ refero deo pro modicis iſtis donis, & benedico dñm,certa qm̃ qui hæc contulit,& maiora ualet dare. Et iſta qdẽ de his, quæ extrinſecus ſunt, & noſtra non ſunt:e qbus neq; multa poſsidẽtibus lucrũ aliquod prouenit,ut non dicã, q; & ſæpius damnũ ſuſtinent; neq; minora accipientibus accidit detrimentũ, eandẽ utriuſq; uiã pergẽtibus, & ad eundẽ peruenientibus finẽ. Eorum uero,quæ magis ſunt neceſſaria, & perfectiſsima,multa,et maxima accepi Dei dona,quæ innumerabilia, et inæſtimabilia ſunt. Nam ſecũdum imaginẽ Dei facta ſum,et ipſius notitiam habere merui, & ratione præ omnibus animalibus ſum prædita,et ab ipſo Deo inuitata ſum ad uitã p uiſcera miſericordiæ eius:cuius & myſterio particeps eſſe promerui,& paradiſi ianua aperta eſt,facile,ſi uoluero,introitũ mihi præbitura. Pro tantis igit̃,ac talibus donis,quæ indifferẽter diuites percipiunt,& pauperes,ut dignũ eſt, gratias agere penitus eſt impoſſibile. Si autem & modicam iſtam laudationem largitori bonorũ non obtulero,qualem excuſationem habebo? Iuuenis itaq; eximium illi? ſtupens itellectũ,eius patrem accerſiuit,cui & dixit: Da mihi uxorem filiam tuam,adamaui enim illam propter intellectum eius,ac pietatẽ. Tũc ſenex ait:Non licet tibi accipere pauperis filiam, cũ diuitũ parentũ ſis filius. Rurſus autem iuuenis ait:Etiam hanc accipiam, ſi tamen mihi non negaueris eam. Nobilium quippe,& diuitum quorundam filia mihi fuit deſponſata,ſed hanc reſpuens fugam arripui. Filiam uero tuam propter pietatẽ,quam habet in Deum,& præclarum illius intellectũ adamans,copulari eam mihi præ omnibus cogitaui. Senex autem dixit ad eũ: Non poſſum tibi hãc dare,ut ducas in domum patris tui,& ab ulnis meis ſeparet illam. Vnica enim mihi eſt. Sed ego(inquit iuuenis)apud uos manebo,& ueſtrã ſuſcipiens conuerſationẽ. Deinde et ſplendidũ deponens ueſtimen-

tum, senis habitū postulans induit. Tunc ille senex in multis tentans eū, & uarie ipsius examinans cogitationem, postq̄ cognouit firmā mentis illius stabilitatē, & quia non amore insipientię detentus petijt eius filiā, sed pietatis amore elegit pauperrime uiuere, hanc præponens suæ gloriæ, & nobilitati, tenens eum manu, introduxit in suum cubiculū, & ostendit ei diuitias multas ibi repositas, & immensum pōdus pecuniarū, quantū nō uiderat aliquando iuuenis ille, & ait ad eū: Filj hæc oīa tibi do, eo q̄ elegisti meæ fieri hæres substantiæ. Quā tenens hæreditatē ille, oēs supergressus est glorioſos terræ, & diuites. Dixit aūt Ioſaphat ad Barlaā: Conueniēter satis & ista me tangit narratio, unde & a te ista dicta esse de me existimo. Sed quæ est examinatio, per quā cognoscere firmitatē mentis meę quæris? Cui senex ait: Ego quidē examinaui iā, & cognoui q̄ sis prudēs, & firmæ mentis, et animi uere rectissimi. Sed finis tuæ actionis, utinā ista corroboret. Huius rei gratia flecto genua mea ad Deum nostrū, in trinitate glorificandū, oīum creatorē uisibiliū, et inuisibiliū, q̄ semper est, et erit, nec unquā initiū habuit sua deitas, nec habitura finē, terribilē, et omnipotentē, bonū et misericordem, ut illuminet oculos cordis tui, et tibi spiritū sapientiæ, et reuelationis in agnitionē ipsius, ut uideas, quæ est spes uocationis eius, et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, et quæ supereminens magnitudo uirtutis illius in nos, qui credimus: ut iā non sis peregrinus, et aduena, sed ciuis sanctorū, et domesticus dei, superædificatus super fundamentū apostolorum, et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino.

Ioſaphat aūt nimium cōpunctus corde, ait: Hæc omnia & ego desiderans scire, precor te, ut ea nota mihi facias, diuitias scilicet uirtutis Dei, & magnitudinē supereminentem uirtutis eius. Tunc dixit ei Barlaam: Oro Deum, ut ista doceat te, & scientiā talium infigat animæ tuæ, quia apud homines ipsius enarrare gloriā, & potentiam prorsus est impossibile, etsi omnes, qui modo sunt, & aliquando fuerunt, hominū linguæ una fierent. Deum eum (inquit euangelista & theologus) nemo uidit unq̄. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse narrauit. Inuisibilis aūt, & inæstimabilis gloriam, & magnificentiā quis poterit terrigenarum cōpræhendere, nisi cui ipse reuelauerit quantū uult, sicut prophetis suis, & apostolis reseruit? Nos uero & ex prædicatione eorū, & ex ipsa rerum natura, iuxta quod possibile est, didicimus. Dicit enim scriptura: Cœli enarrant gloriā Dei, & opera manuū eius annunciat firmamentū. Et inuisibilia eius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciunt, sempiterna quoq̄ uirtus eius, & diuinitas. Sicut enim aliquis domū cernens splendidissimā, & artificioſe fabricatā, cuius forma ingenioſe cōpacta est, ædificatorem, aut architectū mox considerans mirabitur: ita & ego de non extantibus formatus, & ad hoc, quod sum adductus, etsi plasten, atq̄ factorē uidere non possum, sed tamen ex bene facta, & mirabili fabrica meāpsius, ad notitiam ueni sapientiæ eius, non secundū quod est, sed sicut potui intellige re: quia non a meipso ueni, nec meipsum feci, sed ille plasmauit me, sicut uoluit. In principio oēs quidem fecit creaturas, quarū aliquas diminutas, & contritas, rursus meliori innouatione reformat. Deinde subleuans hinc diuino suo Imperio, ad aliā transfert uitam infinitā, & æternam. In nullo

horũ possum resistere fortitudini illius prouidentiæ, nec aliquid adñcere mihi ipsi, neq; demere, siue secundũ staturam, seu iuxta formæ speciẽ. nec inueterata in me renouare prævalens, nec corrupta redintegrare. Nullus enim hominũ horum aliquid potuit aliquãdo perficere, neq; rex, neq; sapiens, neq; diues, neq; potens, nec aliquis alius humana peragens studia. Nullus enim regũ (ait quidam) aut eorũ, qui in sublimitate sunt, aliud habuit natiuitatis exordiũ: unus enim omniũ introitus ad uitã, exitusq; simi lis. Ex his ergo, quæ circa me sunt, ad scientiã creatoris magnifice perductus sum. Cum his aũt & bene compactã fabricam, & conuersationẽ totius creaturæ consideraui, & uidi q; ipsa omnia, secundũ se ipsa quidem, conuersioni subiacent, & mutationi. Intellectualia quidẽ, secundum liberum arbitriũ, & in bono profectũ, & a bono defectũ: sensibilia uero iuxta generationem & corruptionem, augmentumq;, & detrimentũ, & iuxta qualitatem transmutationũ, & localem motionẽ. Et ex his prædicant uocibus ineffabilibus, ab increato, & immutabili se facta esse Deo, continericq;, conseruari, & semper prouideri. Quomodo ergo contrariæ naturæ ad unius mundi cõpletionem insimul conuenerunt, & indissolubiles permanserunt, nisi quædã oipotẽs uirtus ista cõmiscuisset, & semper indissolubilia conseruaret? Quomodo enim aliquid maneret, nisi ipse uoluisset? Aut quod non uocatũ est ab eo, qũo (ait scriptura) seruaret? Si enim nauis sine gubernatore nõ potest subsistere, sed mox submergit, & domus modica nunc̃q; stabit sine prouisore: mundus qũo constat tanto tẽpore, creatura sic magna, sic bona, & mirabilis, sine gloriosa quadã, & magnifica, atq; mirabili gubernatione, & sapientissima prouidentia? Ecce enim cœlum quantũ tempus habet, & non denigratũ est: terræ uirtus non est lassata, ex tanto creata tẽpore: Fontes nõ desierunt fluere, ex quo facti sunt: mare tot, & tanta suscipiens flumina, non supergredit mensuram: cursus Solis, & Lunæ non mutañ, ordines diei, & noctis nõ peruertunt. Ex omnibus istis ineffabilis Dei uirtus, et magnificentia nobis declarat, testificata a prophetis, et apostolis: sed nemo digne considerare, uel laudare gloriam eius poterit. Omnia nanq; uisibilia, et inuisibilia Apostolus, q Christum habebat in seipso loquentẽ cõsiderans, dixit: Ex parte cognoscim9, et ex parte prophetamus. Cum aũt uenerit, quod perfectũ est, euacuabit quod ex parte est. Ideo stupens inæstimabiles diuitias eius, aperte clamat: O altitudo diuitiarũ sapientiæ, et scientiæ Dei, q; inscrutabilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiæ eius. Si aũt ille, qui usq; ad tertiũ raptus est cœlum, tales emisit uoces, quis similis mei omnino audebit abyssum tantorum mysteriorũ, non solum non discere, sed nec etiã cogitare digne, nisi ei ipse largitor sapiẽtiæ, et insipientiũ corrector, gratiam suã infuderit? Nam in manu eius et nos, et sermones nostri, omnisq; sapientia, et operũ discipl ina ab ipso est. Ipse enim dedit nobis horũ, quæ sunt, scientiã ueram, ut sciamus dispositionẽ orbis terrarũ, et uirtutes elementorũ, initium, et cõsummationẽ, et medietatem, temporũ uicissitudinẽ, permutationes omnium horarũ, et quod omnia in numero, et mensura, et põdere ordinauit. Nam magnifice posse ei exhibuit semper; et fortitudinẽ brachñ eius quis sustinebit? Quia sicut ictus stateræ totus mundus in conspectu eius, et, sicut stilla roris mane pertrãsiens. Miseret uero omniũ, quia omnia potest, et dissimulat peccata hominũ propter pœnitentiã. Neminẽ quippe abo-

minat̃, neq̃ auertit ad se currentiũ, solus bonus, et amator animarũ domi nus: bñdictũ sit nomẽ eius, et laudabile, et superexaltatũ in secula. Amen.

Dixit aũt ad eum Iosaphat: Si multo tẽpore meditareris, sapientissime, quatenus propositarũ enodationẽ quæstionũ nobis dissolueres, non melius id facere posse mihi uideris, q̃ talia dicendo, qualia paulo ante protulisti. Auctorẽ enim cunctorum, et datorẽ bonorum Deum docuisti esse. In compræhensibilẽ etiã cogitationibus humanis gloriã magnificentię eius, sermonibus euidentissimis ostendisti, et qa non aliter quis ualet hanc appræhendere, nisi ipse Deus (quantũ sibi placet) reuelauerit. Propter quod tuam ualde rationabilẽ sapientiam admiratus sum uehementer. His ergo prætermissis, dic mihi beatissime, quot annorũ ipse es, & in quibus locis conuersaris, quosq̃ huius philosophię socios habes. Fortiter enim anima mea ex tua pendet, & nequaq̃ a te omni tẽpore uitæ meæ uolo separari. Cui senex ait: Annorũ sum (sicut opinor) quadragintaquinq̃. In desertis enim terræ Sennaar degens, agonizantes mecũ habeo eos, qui in cursu superni itineris laborant. Quomodo (inquit) Iosaphat, ista mihi dicis? Amplius enim appares mihi septuaginta annorũ esse. Quid igit̃ sermo sibi uult, quadraginta annorũ? Non uideris mihi in hoc uerũ dicere. Dixit aũt ad eum Barlaam: Siquidem a natiuitate annos meos quæris discere, bene hos æstimasti amplius septuaginta annorũ esse. Sed nullo modo a me in mensura uitæ cõputant̃, quotquot in uanitate mundi expensi sunt. Quando enim uiuebã carne seruiens peccatis, mortuus eram in interiori homine. Annos igit̃ mortis, nunq̃ uitæ nominabo. Ex quo uero mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, & deposui ueterẽ hominem qui corrumpit̃ secundũ desideria erroris; non iam uiuo in carne, sed uiuit in me Christus. Quod autem uiuo, in fide uiuo filij Dei, qui tradidit semetipsum pro me. Hos merito & annos uitæ, & salutis dies uocabo, quos circa quadragintaquinq̃ cõputo annos: secundũ ordinem tibi, & nõ secundũ opinionem horũ dixi numerũ. Et tu talẽ ergo habeto cogitationem semper, nequaq̃ uiuere arbitrans eos, qui mortui sunt quidẽ in bono opere, uiuunt autẽ in peccato, & mundi rectori seruiunt, deorsumq̃ tracti, in uoluptatibus, & desiderijs malis uitã expendunt: sed mortuos esse istos non ambigas, & defunctos efficaciæ uitæ. Nam peccatũ mortem, immortalis sapiens quidem pulchre appellauit. Ait aũt & Apostolus: Cum serui eratis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quẽ ergo fructũ habuistis tunc in illis, in quibus nũc erubescitis? Nam finis illorũ mors est. Nunc aũt liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructũ uestrum in sanctificationem finem uero uitam æternam. Stipendia enim peccati, mors; gratia autem Dei, uita æterna in Christo domino nostro.

Dixit itaq̃ Iosaphat ad eum: Quoniã quidẽ uita carnalis non iure uita uocat̃, ergo nec mors tẽporalis, mors debet appellari. Cui senex respondit: Indubitanter & de his ita sentio, nequaq̃ temporalẽ hanc mortẽ timens, nec mortẽ ipsam penitus appellans. Nam si me in uia mandatorũ ambulantem cõpræhenderit, transitus est magis de morte ad uitã, scilicet meliorẽ & perfectiorem, & in Christo absconditã. Quam desiderantes assequi sancti, magnũ uitę pręsentis tædium patiebant̃. Propter quod ait Apostolus: Scimus qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluat̃, q̃ ædificationem ex Deo habeamus, domũ non manufactam,

sed

sed æternã in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationẽ nostram, quæ de cœlo est, superinduci cupientes, si tamen uestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat̃, quod mortale est, a uita. Et iterũ: Miser (inqt) ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et rursus: Cupio dissolui, & esse cũ Christo. Propheta etiam: Quando ueniã, inquit, & apparebo ante faciẽ Dei? Quia & ego omniũ seruorum Dei minimus, istam tẽporalem mortẽ nullo modo formidem, uales hinc indubitanter perpendere: qm̃ contemnens patris tui minas, absq; timore ad te ueni, & salutare tibi uerbũ annunciaui, cũ diligenter nouerim, qđ si ei in notitiã ista uenerint, mille me (ut possibile est ei) mortibus subñciet. Sed ego omnibus uerbũ Dei præponens, & ipsum desiderans assequi, neq; paueo tẽporalem mortẽ, neq; tali appellatione dignam ipsam prorsus iudico, dominico obediens mandato, discenti: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animã uero non possunt occidere: sed magis eum timete, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.

Ista uero (inquit Iosaphat) ueracis uestræ philosophiæ exercitia, nimis supergrediunt̃ naturam terrenorũ, uitæ præsenti radicitus inhærentium. Beati estis uos, qui tam uirilẽ, atq; constantẽ habetis uoluntatẽ. Sed unde, & qualis tibi, & his qui tecũ sunt, in huiusmodi deserto uictus, unde etiã indumenta, & qualia, ueraciter quæso mihi insinua. Cui Barlaam ait: Victus quidẽ nobis est ex his, quæ inueniri possunt, fructus uidelicet arborum, & herbæ, quas eremus defert rore irrigata cœlesti, & præcepto creatoris obediens, pro quibus nullus nos impugnat, uel nobiscũ contendit, plus quærens diripere auaritię causa, uel lege cupiditatis. Sine inuidia enim omnibus adiacet illaborata esca, & ultro præparata mensa: Si uero aliquando & uicinorũ aliquis fidelium fratrũ panis offerat benedictionẽ, quasi diuina prouidentia transmissum, suscipimus illũ pro benedictione fideliter offerentiũ. Indumenta uero lanea, & cilicina, & melotaria, inueterata, & aspera sunt, atterentia infirmã carnem istam. Idipsum nanq; nobis est opertoriũ æstate, & hyeme: quod nullo modo, ex quo induimus, exuere licet, donec inueteratũ penitus corrumpat̃. Sic enim frigoris & aroris necessitatibus uexati, futurorũ incorruptionis uestimentorũ meremur nobis ipsis operimenta. Iosaphat uero ait: Vnde igit̃ hoc tuũ est, quo indueris, uestimentũ? Respondit senex: In usu istud a quodã fidelium fratrum suscepi, iter ad te facturus. Non enim congruebat cũ consueta uestę huc aduenire. Feci enim sicut quidã, qui habebat dilectissimũ sibi cognatum captiuũ, in alienam gentẽ ductum: & hunc uolens inde educere, deposito habitu suo, & aduersariorũ induto, adĳt regionẽ, & multimode domesticũ de amara liberauit tyrannide. Eodẽ modo & ego, quæ circa te sunt agnoscens, hoc indutus habitu, semen diuinæ prędicationis in tuo corde ueni serere, & de seruitute crudelissimi mundi rectoris liberare. Et nũc ecce diuina uirtute, quãtũ in me fuit, ministeriũ meum cõpleui, Deiq; notitiam annunciaui tibi, ac prophetarũ, et apostolorũ prædicationẽ notificaui, ostendiq; simul ueraciter, et sine errore præsentium uanitatem, et quantis, et qualibus malis mũdus est plenus, crudeliter seducens obedientes, sibi, atq; multimode eos illaqueans. De cętero redire me oportet, unde ueni: quo cũ peruenero, alieno habitu deposito, propriũ resumam. Ro

31

Abstinentia & ciborũ delectus Barlaam & sociorum eius Monachorum.

Item asperitas uestitus eorũ. Quod nota tu qui dicis uestitũ antiquis Monachis non fuisse præscriptũ, sed suo cuiq; arbitrio simplicem, & nõ qui prodigiosa nouitate faceret insignem.

32

Sic mere murnobis futurorũ incorruptionis uestimentorũ operimentum. Vide meritum in sanctis.

gat igitur senem Iosaphat, ostendi sibi ab eo consuetũ uestimẽtum. Tunc Barlaam, exuta, qua indutus erat, ueste forinseca apparuit Iosaphat uisio horribilis. Erat enim tota carnis qualitas consumpta; denigrataq; cutis ab ardore solis, et ossibus hærens, et tensa, ac si pellis subtilibus tendatur calamis. Laneo uero quodam panno discisso, et ualde aspero pręcinctus erat a lumbis usq; ad genua. Simili quoq; huiꝰ pallio circa humeros operatus erat. Admiratus est itaq; nimium Iosaphat huius duri laboris conuersationem, et perseuerantiæ stupuit eminentiã, et ingemiscens lachrymatus est, et ait seni: Quoniam me de dura et amara diaboli seruitute liberare uenisti, finem congruum tuo imponens beneficio, educ animam meam de carcere isto, & me tecũ sumpto, eamus hinc: ut perfecte redemptus de mundi errore, signum tunc suscipiam salutaris baptismatis, & socius tibi huius admirabilis philosophiæ, & eximiæ conuersationis fiam.

Dixit aũt Barlaam ad eum: Hinnulũ capreæ nutrierat quidam diuitũ. Qui cũ creuisset, deserta desiderabat, naturali tracta affectu. Egressa igit die quadã, inuenit gregẽ caprarum pascentiũ: & iuncta his, circuibat per cãpos, & syluas. Reuersa tamen ad uesperũ, denuo summo diluculo famulorum negligẽtia exibat, & syluestribus aggregata capris, pascebat cum eis. Quibus longius ad pascendũ recedentibus, subsecuta est & illa. Ministri diuitis hoc sentientes, ascensis equis, abierunt post eas. Et suam quidem capream unã capientes, & reducentes domũ, de cętero exire prohibuerunt: Reliquum uero persecuti sunt gregẽ, & alias quidem occiderunt, alias uero disperdiderunt. Eundem nanq; modũ timeo fieri & in nobis, si me secutus fueris. Nam & tuo consortio carebo, & multorũ malorũ fratribus meis author existam. Sed hic te uult dominus, nunc quidẽ signari signo Baptismatis, & manere in regione ista, omnemq; firmiter tenere pietatem, & mandatorũ Dei operationem. Cũ autem hoc author dederit omnium bonorum, tunc uenies ad me, & reliquum præsentis uitæ simul habitantes ducemus. Confido uero in domino, quia & in futuri seculi conuersatione coniuncti erimus, & associati.

Rursus lachrymatus Iosaphat, ait ad senẽ: Si domino ista placent, uoluntas eius fiat. Consigna ergo me de reliquo diuino baptismate, & assumptis a me pecunijs, & ꝰ uestib ad uictũ, & ad uestitum tui, atq; tuorũ fratrum, uade ad locum conuersationis tuę in pace a Deo conseruatus, et me ne deseras, orando ut non excidã de spe mea, sed citius ualeam ad te peruenire, & in secura quiete a te percipere profectus mei utilitatem. Cui Barlaam ait: Christi quidem suscipiendi signum prohibitio nulla, imo congruit de cætero temetipsum domino cooperante consignari. De his autem, quæ dixisti, id est, pecunias mihi, & meis te daturum, quomodo erit istud, ut tu pauper diuitibus præbeas eleemosinam? Diuites namque semper egenis benefaciunt, nõ inopes locupletibus. Extremus enim omnium meorum, ditior te incomparabiliter est. Sed confido in miserationibus domini, & te paulo post ditari, & tunc misericors non eris.

Dixit aũt Iosaphat ad eum: Enuclea mihi sermonem, qũo ultimus omnium tuorum superat me diuitijs, quos in ultima uiuere inopia, & nouissima tribulari egestate paulo ante dixisti: Qũo etiam me pauperem uocas, sed qũ locupletabor, tunc misericordem non fore dicis, nunc ẽt misericordem existentẽ. Barlaam respondit: Non egestate hos dixi tribulari, sed di

uitijs abundare indeficientibus: Nã semper pecunias addere pecunijs, & non ab hoc impetu frenari, sed amplius his insatiabiliter inhiare, istud extremæ inopiæ est, & ultima paupertas. Præsentia uero contemnentes desiderio æternorũ, & quasi stercora ista existimantes, ut Christũ solum lucrifaciant, omnemq; ciborũ, et uestimentorum deponentes solicitudinẽ, & in domino hanc proijcientes, lætantes inopia, sicut quiuis amator mũdi nonnunq; lætat diuitijs, et pecunijs honoratus, & uirtutũ diuitias sine inuidia aggregantes, specq; indeficientiũ saginatos bonorũ, merito ditiores te, et omni regno terreno uocaui. Deo aũt cooperante accipies et ipse huiusmodi spiritualẽ substantiam, quã diligentius seruãs, et ampliare sem per merito desiderans, nunq; poterit aliqd huius uacuari. Hæc enim uera substantia. Temporaliũ uero immensitas diuitiarũ, suos potius lædit amicos, q; prosit eis. Merito igit extremã inopiam has uocaui, qbus amatores cœlestiũ bonorũ penitus abrenunciant, eas fugientes, sicut refugit aliquis a facie colubri. Si uero hostẽ, quem iã neçauerunt, & sub pedib⁹ conculcauerunt confratres mei, & cõmilitones, hunc denuo uiuentẽ a te susciens eis inferã, & author eis bellorũ, ac uitiorũ fiam, eroq; proculdubio angelus malus. Quod absit a me ut faciã. Eadem quoq; & de uestimentis intellige. Nã exuta uetustatis corruptione, & inobedientia, quantũ in ipsis est, deposita, Christo uero quasi uestimento salutis, & indumento lætitiæ ab eis induto, qũo cogam eos iterũ pelliceas induere tunicas, & confusionis operiri amictu? Sed meos qdem omnes, nullo taliũ indigere cognoscens, eremi uero contentus exercitio, & delicias hoc reputantes uerissimas pecunias, & uestes, quas eis te uelle põbere dixisti, egenis tribue, thesaurumq; tibimetipsi in futuro securũ, Deo procurante, illorũ orationibus, repone. Sic. n. magis cooperantibus diuitijs ad bona uteris. Deinde & armaturã spiritus assumens, & lumbos in ueritate habens præcinctos, indutusq; lorica iustitiæ, & galea salutis assumpta, pedesq; in preparatione euangelij pacis calceatus, & in manu fidei assumpto clypeo, & gladio spiritus (quod est uerbũ Dei) undiq; fortiter armatus, atq; munit⁹, sic confidenter ad bellũ contra impietatem egredere; & hac in fugã a te conuersa, & illius principe diabolo in terram prostrato, uictoriæ corona adepta, coronaberis uiuifica dextra dominatoris.

Talibus ergo dogmatibus, & uerbis salutaribus instruens Barlaam filium regis, & ad diuinũ baptismũ præparans, ieiunare quoq;, & orare ei mandans, per plurimos dies non deseruit eũ: sed frequenter ingressus, totam ex integro seriẽ orthodoxæ fidei insinuans, & diuinũ euangelium recitans ei, insuper & apostolicas admonitiones, & prophetica dicta exponens (nam uir ille a Deo doctus, totã in ore ueterem, & nouã scripturã ferebat, diuino afflatus spiritu) illuminauit eũ ad ueram Dei noticiã. In ipsa itaq; die, qñ baptizandus erat, intulit ei dicens: Ecce Christi debes accipere signaculũ, & lumine signari uultus domini, & filius Dei fieri, & templum spiritus sancti. Crede igit in patrẽ, & filium, & spm̃sanctum, sanctã, & uiuificam Dei trinitatẽ in tribus personis, & unam deitatẽ glorificandam, diuisam qdem in personis, & personarũ proprietatibus unitã in substantia. Vnum qdem cognosce Deũ patrem ingenitum, filiũ unigenitum dñm nostrum Iesum Christũ, lumen de lumine, Deum uerũ de Deo uero, natũ ante omnia secula. Nã de bono patre, bonus natus est filius. De lu-

33

Ante baptismũm per plurimos dies præparauit filiũ regis mandans ei ieiunare & orare, quẽadmodum etiam Petrum docuisse auctor est Clemẽs in Epistola prima ad Iacobum.

mine uero tanto,lumen resplenduit sempiternū:& de uera uita, fons uiui-
ficans prodijt:& de uirtute patris, filij uirtus apparuit. Qui est splendor
gloriæ,& uerbū substātiale,quod erat in principio apud Deū,& sine ini-
tio est,& sine fine,per quē facta sunt omnia uisibilia,& inuisibilia. Et unū
scias spm̄ sanctum,ex patre filioq; procedentē,Deum perfectū, & uiuifi-
cantem,& sanctificationis largitorem, suæ uoluntatis, suæq; potestatis
substantiuū. Ita ergo adora patrem,& filium,& spm̄ sanctū in tribus per-
sonis,id est,proprietatibus,& diuinitate una. Vna nanq; est triū deitas,et
una eorū natura,una substantia,una gloria,unū regnū,una uirtus, una po
testas,cōe autem est & filio,& spiritui sancto,de patre esse. Proprium est
aūt patris,ingenitum esse:filij uero,natiuitas:spiritus uero sancti, ꝓcessio.
Sic ista crede. Compræhendere uero modum natiuitatis, uel processio-
nis non quæras. Incompræhēsibilis enim est. Sed in rectitudine cordis ac-
cipe,quia pater,& filius,& spiritus sanctus per omnia unū sunt, exceptis
proprietatibus,quas pauloante dixi, & qa unigenitus filius, & uerbum
dei,& Deus,propter nostram salutē descendit in terram,& uoluntate pa
tris,& cooperatione spiritus sancti, sine semine uirili conceptus est in ute-
ro uirginis,& Dei genitricis Mariæ per spm̄ sanctū, & ex ea natus est ho
mo perfectus,ex duabus,& in duabus intellectualibus naturis, & in una
persona. Et ista indubitanter accipe & fideliter crede. Nec uelis discutere
qūo semetipsum exinaniuit filius Dei, & homo factus est de uirginali san
guine,sine uirili semine,& sine matris corruptione. Fide enim ista edocti
sumus tenere,diuinitus nobis ex diuina scriptura tradita. Modū uero igno
ramus,nec dicere ualemus. Crede filiū Dei per uiscera suæ misericordię fa
ctum hominē,omnes suscepisse,quæ sunt humanitatis,naturales,& ineui-
tabiles passiones. Esuriuit enim,& sitiuit,& in agonia fuit natura humani
tatis,& pro nobis impijs ductus est ad mortē,et crucifixus est,mortemq;
gustauit,& sepultus est,deitate tū impassibili, & incommutabili perma-
nente. Nihil.n.omnino passionum impassibili attribuimus naturę,sed cor
pore cognoscimus eū passum,& sepultum,et diuina maiestate a mortuis
resuscitatū in incorruptione, & ad cœlos ascendisse, & iterū cum gloria
uenturū iudicare uiuos,& mortuos,& reddere unicuiq; secundum opera
sua. Resurgent quippe mortui,& exurgent,qui in monumentis sunt. Et q-
dem,q Christi mandata seruauerunt,et in recta fide perstiterunt, hæredi-
tate possidebunt uitā æternam:illi uero q in peccatis, et iniquitatibus se-
metipsos corruperunt,et a recta fide declinauerunt,in supplicium ibūt æ-
ternum. Noli credere substantiā aliquam mali esse,aut regnū, neq; princi-
pium illud esse suspiceris,aut a seipso subsistere, uel a Deo factum:sed no-
strum opus hoc esse,et diaboli,quod nostra superbia irrepserit nobis, ac
per liberū arbitrium nos illud fecisse et propria uoluntate elegisse,siue bo
num,siue malū. Cum his confitere unū baptisma,ex aqua, et spiritu in re-
missionem peccatorū. Accipe et perceptionem illibatorum Christi my-
steriorum,et crede in ueritate corpus, et sanguinē esse Christi Dei nostri,
quem dedit fidelibus in remissionē peccatorū. Nam nocte, qua traden-
dus erat,sanctis suis discipulis,et apostolis,et per eos omnibus in se credi
turis dixit:Accipite,et manducate:Hoc est corpus meū,quod pro uobis
tradetur in remissionē peccatorum. Similiter et calicem accipiens, dedit
eis,dicens:Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamēti, qui
pro uobis

34

Nota cōtra hæreticos negantes ueritatem corporis & sanguinis domi. nostri Iesu xpi in sacramēto altaris.

pro uobis effundet: hoc facite in meam commemorationē. Ipse enim dei sermo uiuus, et efficax, et omnia uirtute sua peragens, facit, et conuertit di uino uerbo suo panis, et uini oblationem in corpus, et sanguinē suum, superueniente spiritu sancto in sanctificationē, et illuminationem cū deuotione percipientiū. Adora eum fide osculando, uenerando imaginē dominici characteris pp nos incarnati Dei uerbi, ipsum te reputās creatorē cernere imagine sua. Reuerentia nanq; imaginis (ait quidā sanctorū) ad exēplar eiusdē transit imaginis. Exemplar uero est, ex quo ipsa imago deriuatur. Nā in imagine figurā intuentes, mentis oculis ad uerū transimus illius aspectū, cuius imago est, pie adorantes propter nos incarnati effigiē, non Deum facientes, sed imaginē incarnati Dei osculantes desiderio, & amore, q semetipsum exinaniuit propter nos usq; ad formā serui. Similiter etiā & figurā uiuificæ, & uenerandæ crucis adorando cole, propter eū, qui in ea carne pependit pro salute generis nostri, scilicet Christum, & saluatorē mundi, q dedit nobis huius protectionē contra insidias diaboli. Pauescit enim ipse, & tremit, non sustinens adorandam ipsius uirtutē In huiusmodi documentis, & in tali fide baptizaberis, incōmutabilem hunc, et purum ab omni hæresi custodiens, usque ad ultimā expirationē. Omnem uero doctrinam, & totam dogmaticā uocē, huic immaculatæ fidei contrariam, abominare, & alienationem cogita esse a Deo: Ait enim Apostolus: Quia & si nos uel angelus de cœlo euangelizauerit uobis, præter quod accepistis, anathema sit. Non est enim aliud euangelium, uel alia fides, præter illam, quæ ab apostolis fuit prædicata, & per sanctos patres in diuersis synodis extitit cofirmata, & ecclesiæ catholicæ tradita.

Hæc dicens Barlaam, & fidei symbolum expositū in Nicæna synodo docens regis filium, baptizauit eū in noīe patris, & filij, & spūs sancti, in piscina aquæ, quæ erat in paradiso eius: uenitq; sup eū gratia spūs sancti. Reuersus aūt ad hospitiū suū, sacrā missā celebrauit, tradiditq; ei intacta Christi mysteria, & exultabat spiritu, gloriā referens Christo Deo, & domino nostro, dixitq; ad Iosaphat: Benedictus Deus, et pater domini nostri Iesu Christi, q secūdum magnam misericordiam suam regenerauit te in spem uiuam, in hæreditatē incorruptibilem, & incontaminatā, & imarcessibilem, cōseruatam in cœlis, in eodē Christo Iesu domino nostro per spm sanctū. Hodie nanq; liberatus a peccato, seruus aūt factus Deo, pignus accepisti æternæ uitæ: & tenebras deserens, lumen induisti, adoptatus in libertatē glorię filiorū Dei. Quotquot enim receperūt eū, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his q credunt in nomine eius. Itaq; iam nō es seruus, sed filius, & hæres Dei, per Christū in spiritu sancto. Ideo charissime festina mūdus, & immaculatus ei inueniri, bonū operando fundamētum fidei. Fides enim sine operibus mortua est, necnō & opera sine fide, quēadmodum & antea memini dixisse tibi. Deponens ergo de cætero omnem malitiā, & omnia opera ueteris hois odiens, q corrumpit secundū desideria erroris, quasi modo genitus infans, rationabile, & sine dolo lac uirtutū concupisce, ut in eo crescas, & peruenias ad agnitionē mandatorū filij Dei, in uirum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut nō iam paruulus sensibus fluctues, & circūferaris omni uento erroris, sed malitia paruulus esto, et ad bonū stabilē, & firmū habeto sensum, ut digne ambules uocatione, qua uocatus es, in custodia mandatorū domini,

35

Vide Eucharistiam adorandam esse, & si secus hodie faciendū esse hæretici blasphemando asserant. Vide etiam pro cultu imaginum cōtra Nouatores nostros.

36

Si aduerterent hæretici quæ hic dicūtur, non tot insanias circa cultum imaginum efsutirent. Nō enim facimus imaginē deū, nec lignum aut lapides adoramus, sed imaginem intuētes, mentemq; ad deum transferentes, ipsum solum adoramus & colimus.

37

Si non est aliud Euāgelium, uel alia fides præter ab Apostolis prædicatā, & in Conciliis per sanctos patres confirmatam, ac Ecclesiæ traditā, cur nobis o hæretice aliō modo Euangelium, & aliam prorsus fidē annunciasq?

38

Barlaam in suo hospitio sacram Missam celebrauit. Ecce nomen Missæ, & priuatam eius celebrationem. Vtrunq; contra nostri temporis hæreticos.

repellens a te, & alienans uanitatē prioris conuersationis: quēadmodum gentes ambulant in uanitate sensus sui, obscuratū habentes intellectū, & alienatæ a gloria Dei, subdunt desideriis, & irrationabilibus motibus carnis. Tu uero sicut accessisti ad Deū uiuū, & uerū, ita ut filius lucis ambula. Fructus enim spiritus est in omni bonitate, et iustitia, et ueritate. Et nouum, quē induisti hominē, ne ulterius priori corrūpas uetustate, sed renoua de die in diē in iustitia, et sanctitate ueritatis. Possibile est enim omni uolenti, sicut audisti, qa potestatē dedit filios dei fieri. Itaq; non iā possumus dicere, quia impossibilis est nobis uirtutū possessio. Facilis est, uia, et plana, et si stricta, et arcta uocet propter corporis macerationē, tamen desiderabilis est, et recta propter spem futurorum bonorum eis, qui non insipienter gradiunt, sed diligenter attendunt, quæ sit uoluntas Dei, et armaturam illius induunt ad præliandum contra uersutias aduersarij, et in oratione, et obsecratione in idipsum uigilantibus in omni patientia, et spe. Tu ergo sicut audisti a me, et didicisti, firmū pone fundamentū, et i ipso abunda crescens, et proficiens, et bonā exerce militiā, habens fidem, & bonam conscientiā testificatam, sectando iustitiā, pietatē, fidem, charitatem, patientiā, mansuetudinem, ut consequaris æternā uitam, ad quam uocatus es. Omnē uero uoluptatem, & uitiorū libidinē non solū operationis effectu elonga a te, sed ēt mentis cogitatione, ut impollutā animā tuā

39 Deo repræsentes. Non solū enim actiones nostræ, sed & cogitationes, co-
Vide quod & actiones & cogitationes nostræ sunt nobis corone & pœnæ causa. ronæ nobis, seu pœnæ Causa sunt. In cordibus. n. mundis habitare Christum, una cum patre, & spiritu sancto credimus. Econtrario sicut fumus apes, sic malignæ cogitationes fugant spiritus sancti gratiā. Quapropter diligenter hoc attendendo, omnem cogitationū possibilitatem ex anima tua dele, & beneplacitos insere cogitatus, templū teipsum faciendo spūs sancti. A cogitationibus. n. ad effectum operationis peruenimus: & omne opus a mente, & cogitatione originē ducens, paruū quidem est in initio, sed paulatim augmentū capiendo magnū efficit. Propterea nullo modo tui dominari consuetudinē permittas malam, sed dū adhuc moderna est, euelle de corde tuo radicē paruā, ne forte exorta, & in profundū fixis radicibus, mora pariter, ac dolore, ut eradicet indigeat. Id circo. n. semper maiora peccata superueniunt nobis, & uim inferunt animabus nostris, qa minora non uitant: ut sunt cogitationes malæ, sermones incongrui, colloquia praua, quæ solerti egent correctione. Sicut enim in corporibus, q modicas despiciunt plagas, putredinē ac mortem sępius incurrūt: sic & in animabus, q modica spernunt uitia, & peccata, maiora subrepunt eis crimina: quæ cum in habitū duxerit anima, contemnit. Nā impius (inqt) cum in profundū malorum uenerit, contemnit, & de reliquo, sicut sus in uoluta-bro luti lota, delectat. Infœlix qppe anima malis consuetudinibus detenta, nec ēt peccatorum fœtorē sentit, sed potius oblectatur in ipsis, & gaudet, quasi bonū aliquod malitiam deputans. Quæ licet tandē aliqñ resipiscens in sensum uenerit, labore tñ multo, & sudore liberat ab his, quæ pere git, ultro semetipsam subiiciens seruituti malignæ consuetudinis. Propter quod omni uirtute elonga temetipsum ab omni praua intentione, & cogitatione maligna, & uniuersa uitiosa consuetudine. Potius uero temetipsum in uirtutibus exerce, & in habitū harum operationem ducito. Si enim modicum laboraueris in eis, & habitum ducere præualueris, de reliquo

sine labore, Dei cooperatione, proficies. Nam uirtutū habitus animæ insertus, quasi naturalem cognationem habens erga eam, & Deū cooperatorem possidens, indiuulsus permanet, & ualde stabilis, sicut cernis: quia & fortitudo, atq; prudentia, temperantiaq;, & iustitia, uirtutes sunt inseparabiles. Habitus enim animę sunt, & qualitates, & operationes, in profundo illius dimissæ. Si.n. passiones malitiæ, cum nō sint nobis naturales, sed extrinsecus adueniant, dū in habitum uenerint, uix abīci possunt; quāto magis uirtus naturaliter nobis inserta ab authore, & ipsum procuratorē habēs, si modicū laborātibus radicata fuerit in aīa, idiuulsa ꝓmanebit?

Vnde quidam huius operator mihi narrauit, ꝙ postq; accepi contemplationē diuinā in habitu firmissimam, et huius meditatione impinguatā habui animā, uolui aliquando consuetudinē huius abīcere: Sed detinebat mentē meam, non permittens eam ab assueta meditatione discedere. Et cognoui illam contristatam, & grauiter ferentē, & ad ipsam incōpræhensibili inhiantem desiderio, et nullo modo ad contrariam aliquā cogitationem declinare ualentē. Cum aūt modicū laxarē habenas, uelociter mox recurrebat ad suā operationē, sicut ait propheta: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad Deū fontē uiuū. Ostensum est igitur ex his omnib⁹, quia in nobis est possessio uirtutū, & nos huius domini existimus: si tamen uelimus hāc tenere, & pctm̄ respuere. Qui enim malitiæ seruiunt, radicitus ei inhærent, quēadmodū superius dictum est. Tu autem de cætero liberatus ab ea per uiscera misericordiæ Dei nostri, & Christum indutus spūs sancti gratia, totum temetipsum transfer ad dominum, nulloq; pacto ulterius uitīs aperias ianuā, sed bono odore, splendore uirtutū exornando animā tuā, templum illam sanctę trinitatis facito, & eius contemplationi omnes mentis tuæ uirtutes adhibe. Si ergo aliquis cū rege terreno cōuersans, & ei familiariter colloquēs, beatus omnibus esse uidet: mente Deū cernere, & cū eo esse, ipsumq; contemplari assidue, quantæ beatitudinis est? & ei coniungi, quantæ dulcedinis, secūq; colloq; per orationē & deprecationē, & ei appropinquare? Nā amore feruentissimo, & corde mūdissimo precando, & ab omnium materialium quidē externorū amore cor penitus elongando, cum timore, ac tremore deprecationē suam offerendo, talis appropinquat Deo, & quasi facie ad faciē loquit̄ cum eo. Adest enim ubiq; bonus Deus noster, et dominator, exaudiens illos, q puro corde, & syncero inuocant & deprecantur eū; sicut ait propheta: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et ideo sancti patres per orationē coniungi hoīem Deo posse dicunt, & opus angelorum hāc uocant, futuræ lætitiæ procœmium. Nam eam regni cœlorum appropinquationē, & contemplationē sanctæ trinitatis esse plus omnibus alīs iudicant. Ad hanc uero, deuotionis intentio mentem deducit. Conuenienter gratia procœmium, & quasi præimaginatio illius beatitudinis uocat̄ ista. Non tamen omnis oratio talis est, sed q̄ appellatione ista ueraciter est digna, Deū uidelicet habens magistrū, qui tribuit orationē deprecāti super omnia, quę in terra sunt subleuata, & domino Deo munde p̄sentata. Hanc tibimetipsi solerter acquire, & ad hanc agoniza proficere. Sufficiens enim est de terra ad cœlos te subleuare. Nō enim improuide, et quasi casualiter proficies in ea, sed ab omnibus uitīs animam tuā purifica, et ab uniuersa maligna cogitatione illam ablue, ut

40 *Vide pro oratione plura.*

uelut mundū,& pręclarissimum fiat speculum. De corde tuo etiam iram, & indignationē eȳce. Nam hæ plus omnibus nostras orationes ad Deū ascendere prohibent. Quapropter omnibus in te peccantibus ex corde dimitte offensas, & de eleemosynis & miserationib⁹ pauperum ipsi oratiom alas faciendo, offeream Deo cū fruentibus lachrymis. Sic orando poteris dicere, quod & beatus Dauid. Hic enim cū esset rex, & plurimis distraherer̄ solicitudinibus, ab omnibus tū suam purificans animam, dicebat Deo: Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem aūt tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Sic ergo, te uociferante, Deus exaudiet; & adhuc te loquēte, dicet, Ecce adsum. Vnde si talem orationē possederis, beatus eris. Impossibile est enim, hominem cū tali deuotione orantem, & obsecrantem Deū, non quotidie in bono proficere, & cunctos inimici laqueos præteruolare. Nā calefaciēdo mentem suam (sicut quidam sanctorū ait) & animam resuscitando, & ad Deum semetipsum transferendo, ita dñm suum inuocando, memorq; peccatorū suorum, & pro indulgentia eorū postulando, & lachrymis feruentissimis exorando, propiciū sibi fieri Deum, non est dubium. Nā pro consuetudine sermonū, & cogitatuum istorū, omnē deponit secularem solicitudinē & humanis passionibus celsior fit, & Dei collocutor uocari mereť. Quo quid beatius, aut sublimius est? Dignū ergo te faciat dñs, huiusmodi adipisci beatitudinē. Ecce enim ostendi tibi uiā mādatorum dñi, & non subterfugi, quin annunciarē tibi omne consiliū Dei. Et ego quidem iam erga te ministeriū meum compleui. De reliquo ipse præcingens lumbos mentis tuę, secūm illum, quocauit te, sanctum, & ipse sanctus in omni conuersatione tua esto. Sāti enim estote, qm̄ & ego sanctus sum, dicit dñs. Scribit autem & princeps apostolorū Petrus: Si patrē (inqt) inuocatis eum, qui sine acceptione personarū iudicat secundū opus uniuscuiusq;, cum timore incolatus uestri tempore conuersamini, sciētes q̄ non corruptibilibus auro, uel argento redēpti estis, de uana uestra conuersatione paternarū uestrarum traditionū, sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati, & imaculati Christi. Hæc igit̄ omnia in corde tuo reposita, sine intermissione recole, ante mentis oculos semper habēdo timorem Dei, & terribile illud iudiciū claritatemq; iustorū, quā accepturi sunt in illo seculo, necnon & condemnationē peccatorū in tenebris profundissimis, fragilitatemq;, & uanitatem præsentiū, & futurorū æternitatem. Quia omnis caro fœnū, & omnis gloria hominis sicut flos fœni. Exiccatum est fœnū, & flos decidit, uerbū autem dñi manet in æternū. Hæc meditare semper, & pax Dei tecū sit, & illuminet te, atq; intellectum tibi tribuat, ad uiamq; salutis perducat te, & omnē uoluntatē malam longius a tua mente repellat, muniendo animā tuam signo crucis, ut nihil tibi appropiet scandalorū maligni, sed merearis in omni perfectione uirtutum, fructū adipisci infinitum, & insuccesibile regnū, & illustrari lumine beatæ, ac uiuificę trinitatis in patre, & filio, & spiritu sancto glorificandę. Talibus ergo moralibus sermonibus instruens preciosissimus senex filium regis, in suum abȳt hospitium.

Ministri uero iuuenis, & pædagogi, frequentē ipsius Barlaam introitū

in palatium cernentes, mirabantur. Vnus autem, q̃ inter eos præpollebat, quem quasi fidelissimũ sibi, atq; gratissimũ rex constituerat in palatio filĩ sui, Zardan nomine, ait ad filiũ regis: Nosti utiq;, domine mi, quantus patris tui timor ineſt mihi, & quanta mea apud eum fides eſt. Ideoq; me quasi famulũ fidelissimum, ut tibi seruirem, præcepit. Nunc autem uirum hunc extraneũ frequenter uidens colloquentẽ tibi, uereor ne forte sectæ sit Christianorũ, aduersus quam ualde hostiliter se habet pater tuus: & si hoc eſt, mortiferæ condẽnandus subiacebo sententiæ. Nunc ergo uel regi de ipso notifica, aut amodo ceſſa ab eius collocutione. Si aũt istud non uis facere, eĩce me a facie tua, ne sim reprehensibilis, & aliũ loco mei postula patrem tuum huc introducere. Filius autẽ regis ait ad eum: Hoc ante omnia Zardan fac: Ingredere tu infra cortinã, & audi ipsius ad me sermocinationem, & postea dicam tibi, qd te oporteat facere. Venturo itaq; Barlaam ad eũ, introduxit Zardan, & post cortinã posuit eũ, & dixit seni: Recapitula mihi diuinam doctrinam tuã, quatenus cordi meo fortius infigatur. Exorsus itaq; Barlaam, multa de deo, & de fidei pietate pronũciauit, & qũo ipsum solum oportet diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & custodire mãdata eius cũ timore pariter, & amore, & quia ipse factor omnium uisibiliũ, & inuisibilium. Cum his & primi hominis psalmationẽ recommemorauit, datumq; sibi mandatũ, & propræuaricatione a plasmatore condemnationẽ. Deinceps etiã bona enumerauit, quorũ spernentes mandatũ, nosmetipsos priuauimus. Et rursus memorauit tristiũ, quanta post illorum amissionem nos miserabiliter cõprehendere. Cũ his etiam non tacuit, quomodo creator nostræ salutis solicitudinem gerens, benignitatẽ suam impẽdit. Nam misit prophetas unigeniti filĩ sui incarnationem prædicare, & postea illius descensionem, incarnationis beneficia, miracula pro nobis ingratis, passiones, crucem, lanceam, spontaneam mortẽ, finem, restaurationẽ nostram, reuocationem in statum bonũ, post hęc susceptorum dignos cœlorum regnum, repositum malis supplicium uidelicet ignẽ inextinguibilẽ, tenebras indeficientes, immortalem uermẽ, & quantamcunq; aliam pœnã, sibimetipsis peccati serui thesaurizauerunt. Ista pertransiens, & imortali doctrina sermonẽ suum confirmans, multaq; de munditia uitæ disputãs, & præsentiũ uanitatẽ demonstrans, miseriamque eorum qui istis addicti sunt redarguens, & ad orationem conuersus, exorabat Deum, ut Ioſaphat non converteretur ad priorem errorem, sed indeclinabilem teneret orthodoxæ fidei confessionem, immaculatã uitã, & mundã conuersationem. Finitaq; oratione, ad hospitium iterum abĩt.

Regis itaq; filius Zardan accersens, & ipsius tentans dilectionem, ait: Audisti qualia mihi seminator uerborũ iste dixit, seducere me uanis suis moliens persuasionibus, & alienare a iucũda ista delectatione & refrigerio, et extraneo seruire Deo? Zardã uero ait: Quid tibi uisum eſt, domine mi rex, tentare me famulũ tuum? Noui enim profundius in cor tuum descendisse huius uiri sermones. Nisi enim hoc esset, non utiq; tam libenter, et incessanter cum eo loquereris: nec ẽt nos ignoramus hanc prædicationem. Sed ex quo pater tuus persecutionem sæuam aduersus Christianos excitauit, et ipsi hinc effugati sunt, siluit prædicatio eorũ. Si uero nunc beneplacitum dogma illorũ apparet, ac duritiam illius, ac laborẽ susciperes

præuales, dirigat uoluntas tua in bonũ. Ego uero qd faciam, ad huiusmodi qdem austeritatem, nec ẽt respicere ualens? Timore uero regis animo meo in doloribus, et angustijs posito, solicitus sum, qd respõdeam ei. Nã negligentius illius præceptis inuigilans, hunc ad te intrare uirũ permisi. Tunc ait ad eum regis filius: Ego qdem maximæ tuæ beneuolentiæ erga me, nullam aliã magis congruam recompensationem agnoscens, hanc dignam tuo beneficio reperi, ut opus istud bonũ manifestum tibi facerẽ, ut scires ad qd factus es, et creatorem tuum q te fecit, recognosceres: quatenus derelinquendo tenebras ad lucẽ curreres: moxq; ut audires, incõprehensibili desiderio illam sequereris. Sed sicut uideo, spes mea fefellit me. Nã cerno te durũ ad ea, quæ dicta sunt, atq; stolidum. Si uero ista regi, et patri meo manifestaueris, nihil aliud efficies, q; curis, atq; tristitia animũ illius replebis. Sed si illi gratiã uis impendere, nullo modo usq; ad tempus opportunũ quicquam de eis annuncies. Talia qdem ad ipsum loquẽs, in aquis uisus est seminare. Nam in animam stultam non introibit sapientia.

Mane ergo Barlaam uenis, de profectione sua loquebat. Iosaphat aũt huius non ferens separationẽ, aio tristabat, et lachrymis occuli illius replebant. Multa tũc senex ei locutus est, et ut imotus pmanerent in bono, contestabat, uerbisq; consolatorijs cor illius stabiliuit: et ut se alacriter dimitteret, precabat: simul et prædixit, q; non post longũ tps denuo sociarẽtur ipsi societate inseparabili. Tunc ergo regis filius nolens amplius seni labores iniungere manendi, & ab itinere, qd desiderabat, eũ prohibere, simul etiam metuens, ne manifesta de ipso Zardan ille regi faceret, & tormentis ipsum subijceret, dicit ad eũ: Quoniã quidẽ tibi hoc uisum est, pater spiritualis, & magistrorũ optime, ac mihi boni totius author, me sic derelinquere, & cũ mundi uanitate adhuc conuersari, tu uero ad spiritualis quietis tuæ locũ uis pergere, ulterius te detinere, & impedire non audeo. Vade igit in pace a Deo custoditus, & meæ miseriæ in sanctis orationibus tuis memor esto propter dominum, ut ualeam uenire ad te, & uenerandam faciem tuã semper uidere: Sed fac unam meã petitionẽ: Q̃m quidem noluisti accipere pro fratribus tuis, suscipe saltem pro temetipso modicam alicq; pecuniã ad uictum, & uestitum. Ille aũt respondit ei: Si pro fratribus meis a te quicq; non accepi, (non enim illi indigent mũdi materias suscipere, a qbus uolẽtes elongauerũt se) qũo mihimetipsi assumã, qd illis denegaui? Si. n. bona esset pecuniarũ possessio, illis utiq; poti9, quã mihi res eas tradidissem. Q̃m uero fragilẽ ipsarũ noui possessionem esse, neq; illos, neq; meipsum talib9 suppono laqueis. Quia uero in hoc obedire nõ acqeuit Barlaam, rursus secundam petitionẽ facit Iosaphat, ne penitus ipsius deprecationem sperneret, & in omni illum dimitteret defectione, sed relinqueret ei laneũ illud uestimentũ, & asperum pallium, & tam in memoriam religionis magistri, quam ad munimentũ sibi contra oẽm satanæ operationẽ susciperet etiam aliud a se pro ipso, ut utique a me datum, inquit, cernens, meam semper in memoria feras humilitatẽ. Senex uero ait: Vetus qdem, ac scissum tibi dare, et nouum uestimentũ accipere nõ decet, ne modici laboris mei retributionẽ in hac uita recipiã. Vt aũt tuã deuotionẽ non amputẽ, uetera, & quæ nihil a meis differant, quærantur ciliciola, & illa suscipiã. Quæsita sunt igit, & data sunt seni. Cuius Iosaphat & ipse indumentum suscipiens, uehementer gaudebat, omni purpura regali, & ueste coc-

cinea preciosius illud incomparabiliter existimans.

Tunc sanctus Barlaam post paululum discessurus, nouissimam ei doctrinam adhibuit, dicens: Frater dilectissime, & fili dulcissime, quem per euãgeliũ genui, scito cui militas regi, & apud quẽ confessiones tuas depo suisti. Oportet ergo ut firmas istas custodias, & militiam deuotus compleas, quantacunq; promisisti in charta confessionis omniũ domino, præsente cœlesti exercitu, & testificante, nec non & describente confessiones tuas, quas si custodieris, beatus eris. Nihil igitur præsentiũ, Deo & ipsius præferas bonis. Quid.n. sic terribile est in hac uita, qũo est gehenna ignis æterni ardentis, nec prorsus lucẽ habentis, cruciantis, & nunq; desinẽtis? Quid aũt rursus mundi bonorũ taliter lætificat, sicut Deus idem ipse dilí gentibus se donaturus? Cuius pulchritudo quidẽ ineffabilis, potentia uero inexpugnabilis, & gloria sempiterna: cuius bona suis amicis reposita, omnibus uisibilibus incõparabiliter supereminent: quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: quorũ hæres fieri merearis, Dei manu potentissima conseruatus. Tunc filius regis lachrymis perfusus, mœrore, & luctu detinebatur, a patre tam amabili & magistro optimo derelinqui non sufferens, aiebat: Quis mihi, pater, uicem tuã supplebit? aut ubi talẽ pastorem & ducẽ salutis animarũ reperiam? quod uice tua amoris solatiũ capiam? Ecce enim malũ seruum, & apostatã Deo reconciliasti, & in filiũ, & hæredis ordine constituisti, & qui perieram, & errauerã, & omni bestiæ expositus eram ad deuorandũ, me requisisti, & eis, quæ non errauerant, Dei ouibus copulasti, & ostendisti mihi cõpendiosam ueritatis uiam, educens me de tenebris, & umbra mortis, & pedes meos transferẽs de lubrica, & mortifera, & distorta, atq; praua uia, magnorũ mihi, & mirabilium factus es author bonorũ: quorum nullus sufficiet sermo excellẽtiam referre: magnorũ & ipse, propter me paruum, efficieris particeps Dei bonorũ, & quod meæ esset gratiarũ actionis, cõpleat dominus, qui solus uincit donorũ retributionibus diligentes se.

Barlaam itaq; lamentationẽ illius amputare uolens, surrexit, & in oratione stans, eleuatis manibus suis ad cœlũ, ait: Deus pater dñi nostri Iesu Christi, qui illuminasti, quæ obscura prius erant, & uisibilẽ istam, & inuisibilem creaturam de nihilo fecisti, & tuum plasma ad te conuertisti, & non permisisti nos post insipientiã nostram abire: gratias agimus tibi, & tuæ uirtuti, & sapiẽtiæ dño nostro Iesu Christo, per quẽ & secula, nosq;, qui cecideramus, resuscitasti, & derelinquentib. peccata dimisisti, errãtes reduxisti, captiuos redemisti, mortuos uiuificasti præcioso filiõ tui sanguine. Te ergo inuoco, & unigenitũ filium tuũ, & sanctissimum tuũ spiritũ, respice super hanc rationabilẽ ouem tuam, accedentẽ per me indignũ ad sacrificium tuũ, & sanctifica ipsius animã tua uirtute, & gratia, & conuerte uineam istã tuo sancto plantatam spiritu, & da ei ferre fructũ iustitiæ, conforta illã, disponendo in ea testamentũ tuum, & eripe illã a diabolo, sapiẽtia boni spiritus tui. Doce illũ facere uoluntatẽ tuam, et auxiliũ tuum ne auferas ab eo. Dignare eum mecũ indigno famulo tuo æternorũ bonorum tuorũ hæredem fieri, quoniã benedictus es, et gloriosus in secula, Amen. Consumata ergo oratione, cõuersus osculatus est filium, eiq; cœlestis patris pacem, et salutem imprecando, exiit de palatio, et ibat gaudens, et gratias agens Deo, qui prosperam fecit uiam eius in bonum.

Ioſaphat uero,poſtq̃ Barlaam egreſſus eſt,in orationem ſemetipſum dedit,et lachrymis feruẽtiſſimis dicebat:Deus in adiutoriũ meum intende,domine ad adiuuandũ me feſtina. Quoniã tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor.Reſpice in me,et miſerere mei,quia oẽs uis ſaluos fieri,et ad agnitionẽ ueritatis uenire. Saluum me fac,et conforta me indignum,ut ambulem per uiam mandatorum,qm̃ quidem ego debilis ſum, et infirmus,et ad faciendũ bonũ inſufficiens: Sed tu me potes ſaluũ facere,quia omnia uiſibilia,et inuiſibilia contines,et ſuſtines. Ne dimittas me poſt uoluntates carnis uias ambulare,ſed tuam doce facere uoluntatem, et conſerua me in ęterna,et beata uita tua.Pater,et fili,et ſpũs ſancte,conſubſtãtialis,et idiuidua.Deitas,te inuoco,et te glorifico.Te.n.laudat oĩs creatura,et te glorificant itellectuales icorporaliũ uirtutes in ſcła. Amẽ.

41
Ioſaphat nouus effectus fidelis, uiuebat in abſtinentia,orationibus & uigilijs.

Ex tunc itaq; Ioſaphat omni cuſtodia attendebat ſibimetipſi, puritatem animæ pariter,et corporis uigilantius ſeruans,in abſtinentia uiuens, et in orationibus totis noctibus. Diei nanq; ſæpius partẽ amputabat eorum,qui ſecũ erant, cõmoratione præpeditus. Fiebat aliquando ei et regis ad illũ aduẽtus,aut eius ad ipſum regẽ uocatio. Sed nox ei,qđ deerat diei,ſupplebat in orationibus,et lachrymis uſq; ad aurorã eo perſeuerante,et Deum inuocante. Vnde propheticus ille ſermo in eo complebatur: In noctibus extollite manus ueſtras in ſancta,et benedicite dominũ.Zardan uero ille illius ſentiens conuerſationẽ,triſtitia replebaŕ,curisq; malis i aío agitatus,neſciebat qualiter euaderet,aut ad quẽ finẽm peruenire poſſet. Triſtitia ergo cõpræhenſus in domũ ſuam abẽt,& ægrotare ſe ſimulauit. Vt aũt in notitiam regis iſtud peruenit, aliũ pro illo miniſtrare filio direxit.Ipſe ſalutis Zardan ſolicitudinẽ gerens,medicum mittit ei probatiſſimũ, & multum curationis ſtudiũ ei iubet impendere. Medicus itaq; ſciens,q; Zardan ſic regi charus erat,uigilanter ei intendebat. Qui cũ de illo certius agnouiſſet, regi protinus nunciauit, dicens: Ego quidẽ nullius infirmitatis cauſam in homine iſto inuenire ualeo.Exiſtimo tamen,q; defectione quadã obſeſſus ſic infirmetur. Rex aũt his auditis, ſuſpicatus eſt grauiter ei filiũ indignatũ fuiſſe, & huius rei gratia cõtriſtatũ Zardan ab eo diſcesiſſe.Diſcere aũt rem uolens,mandauit illi,q; craſtina die(inquit) ad te uiſendũ ueniam,ut quæ tibi accidit,ægritudinẽ agnoſcã.Tunc Zardan,hoc audito nuncio,ſummo diluculo induens ſe ueſtimento ſuo, pergit ad regem.Et ingreſſus,adorauit eum ſuper terrã. Rex aũt ait: Quare uim tibimetipſi intuliſti, ut uenires ad me? Nam ipſe te uolebam uiſitare, & amicitiã,quam erga te habeo,oĩbus demonſtrare. Cui ipſe ait:Mea,o rex,infirmitas non eſt de his,quæ ſolent hominibus contingere, ægritudinibus,ſed ex triſtitia,& abundantia animæ, & corde dolente, condoluit & corpus.Stultitia magna eſſet,cum ita ſim,ſi non ad tuũ,ut pote ſeruus, ueniſſem Imperiũ,ſed tuum regnũ expectarem fatigari uſq; ad me famulem tuũ. Rege ergo ſciſcitante, quæ defectionis tuæ eſt cauſa, reſpondit Zardan:Magnũ mihi periculum iminet, & maxime ego dignus ſum tormentis,multarũq; etiã mortiũ reus exiſto: qa tuis præceptis negligenter obaudi ẽs, triſtitiæ tibi multæ cã paulo ante effectus ſum. Iterũ rex interrogauit eum:Et quæ eſt iſta negligentia,uel qs eſt timor, qui circundedit te?Reſpondit ille:Circa dñm meum filiũ tuum negligẽtius uigilaui.Nam quidam malignus homo,& magus ueniens locutus eſt ei,quę ad ſectam

Chriſtianorũ

Christianorũ pertinent. Deinde narrat minutatim regi ea, quæ filio eius a sene dicta sunt, & cũ quanta dilectione, ac desiderio idem filius sermonẽ susceperit, & qũo totus Christi est effectus, insuper & senis uocabulũ significat, Barlaam hunc uocari dicens. Audierat aũt rex prius de Barlaam, & de summa abstinentia eius. Vt aũt in aures ista peruenerũt regis, mox cõturbatus est, & obriguit, repletusq́ est furore, & mẽtis insania agitabat: fecitq́ accersiri statim Arachim quendã nomine, qui secundus erat a rege, & primus ei in oĩbus consilĩs aderat, simul etiã astrologicæ artis scientia nimiũ pollebat. Cui ad se uocato, rex quod sibi contingerat, cũ defectione multa, & animi destitutione narrat. Ille ergo conturbationẽ illius, & confusionẽ animi considerans, ait: O rex noli, cõturbari, & cõtristari. Non.n. despero me posse suadere ei, qđ uolo, sed certo certius cognosco, statim ipsum negaturũ illius seductoris doctrinã, & tuæ cõsensurũ uolunt ati. His ergo sermonibus Arachis regẽ animo quietiorem reddit. Deinde erga negocĩ meditationẽ, & considerationem se totũ contulit, & ait: Ante oĩa rex istud faciamus: malignũ Barlaam cõprehendere festinem9: & si hunc consequi poterim9, nostra intẽtione nõ priuabimur, neq; a spe nostra decidem9. Sed idem ipse, aut uerbis persuasorĩs, aut diuersis tormentorũ generibus coactus, etiã nolens confitebit falsa, & erronea se dixisse, & dñm meum etiam filiũ tuum, ad sequendũ paternũ dogma suadebit. Si uero illũ comprẽhendere nequiuerim9, aliũ ego cognosco senẽ eremitam solitariũ, qui Nachor uocat, similem Barlaam per oĩa: quem non est facile dignoscere, illũ Barlaam non esse. Sed iste de nostra secta est, & magister meus in literarũ eruditione fuit. Hunc ergo allocutus adibo nocte, cunctaq; per singula ei notificabo. Deinde captũ esse Barlaam diuulgantes, hunc exhibebim9, qui & Barlaã semetipsum nominabit, & dogmata Christianorũ tueri simulabit. Qui post multã disputationem, quasi responsione deficẽs, potenter superabit. Cum ista filius regis uiderit, q; Barlaam quidẽ uictus erit, nostri uero uictores, uictoribꝰ omnino palmã dabit, libenterq́ tuum regnũ timebit, & tibi, quæ grata sunt, facere non tardabit. Conuertet insuper & ille qui personam Barlaam simulabit, & errasse semetipsum confitebitur.

His igit auditis, rex gauisus est nimis, et optimũ reperisse Arachim consiliũ arbitratus est. Vanæ etenim spei incũbebat. Quia uero Barlaã nouiter discessisse cognouerat, appræhẽdere eũ festinabat. Insidiatoribꝰ igit, & lancearĩs missis, plures exitus uiarũ occupauit. Vnã uero exipsis omnibus metuebat, quã ipse ascensis equis indeclinabiliter tenẽs, celerius præoccupare eum ꝓculdubio sperabat. In totis uero sex diebꝰ laborans, uane fatigatus est. Deinde ipse quidẽ in quodam regaliũ palatiorũ in uilla posito restans, Arachim cũ militibus non paucis usq; ad Sennaaritidẽ eremũ ad inquisitionẽ Barlaam direxit. Perueniens itaq; ille ad locũ omnes uicinos conturbauit. Quibus nõ se uidisse uirũ afferentibꝰ, ad deserta ipse princeps pios uenaturus exĩt, multoq; eremi transmisso spatio, mõtes circundedit, & ualles inuias, & prærupta quædã pedibus, & manibꝰ reptando, cũ turba, quæ secum erat, ad crepidinẽ montis cuiusdam peruenit. Super quã stans, uidet sub ipso monte cuneum eremitarũ ambulantẽ. Et statim præcepto principis oẽs super eos unanimiter irrunt, alius aliũ cursibꝰ præuenire contendentes: & præuenientes, circundederunt eos quasi eos

canes multi, & bestiæ q̃dã feroces, & inhumanę. Et tenent uiros specie, & habitu uenerandos, & signa eremiticæ conuersationis in uultib⁹ ferentes. Et hos trahentes exhibent principi, nõ tumultuantes omnino, nec quicq̃ pauidũ, aut triste ostendentes, uel pronunciantes. Ille uero, qui præcedebat eos sicut abbas, peram portabat laneam, plenã reliquijs quorunndã sanctorũ patrum. Considerans uero ipsos Arachis, postq̃ non uidit Barlaam (agnoscebat quippe eum) cõtristatus est ualde, et dixit ad eos: Vbi est etroneus ille, qui filiũ regis seduxit? Tũc ille qui perã gestabat, respondit: Non est ille inter nos. Absit. Fugit enim nos Christi gratia repulsus; Sed in uobis habitationes habet. Ait princeps: Cognoscis ergo illũ? Etiã inquit eremita, Noui seductorem illũ, qui est diabol⁹, qui in medio uestri habitat, et apud uos latitat, et ibi procurat. Princeps aũt dixit: De Barlaã ego te requisiui, et discere cupiens ubi sit, interrogaui te. Monachus autẽ ait: Et cur aliud pro alio locutus, et de illo, qui seduxit filiũ regis, interrogationẽ intulisti? Si enim Barlaam quæris, oportebat utiq̃ te dicere: Vbi est, qui de errore cõuertit, et liberauit filiũ regis? Ille enim frater noster est, et sanctæ conuersationis, sed ex multis iam diebus non uidimus eum. Et ait princeps: Habitaculũ illius nobis ostende. Eremita respondit: Si uidere uos uoluisset ille, utiq̃ in occursum uestrum exĩsset. Nobis uero non licet cellã illius uobis demonstrare. Furore igit̃ super hoc repletus princeps, dixit ad eum, iracunde pariter, ac ferociter eum conspiciens: Extranea quidẽ morte uos iterficiam, nisi cõtinuo Barlaam exhibueritis mihi. Et quid (inquit eremita) mundialiũ cernis, quod tenacius amantes, præsentem timeamus uitã amittere, & a te intentatã formidemus mortẽ? Potius enim gratias tibi confitebimur, si nos uirtutũ amatores, præsenti subduxeris uitæ. Non mediocriter enim finis nostri timemus incertitudinẽ, ignorantes qũo illum sumus consecuturi, ne forte uoluptatis lubricũ, uel tentatio quęlibet diabolica, præelectionis statũ peruertat, & alia sapere, aut facere, q̃ Deo promisimus, suadeat. Vnde uos adipisci, quæ speratis, penitus desperãtes, ne tardetis facere, quod estis facturi. Neq̃ enim adeo dilecti fratris nostri habitaculũ, etiam scientes, demonstrabim⁹, neq̃ aliqua alia uobis latentia monasteria prodemus. Sic mortẽ effugere, pessimum iudicamus. Optimũ uero nobis erit si moriamur, sudorem uirtutis prius, & nunc strenuitatis sanguinẽ deo offerentes. Ita cõfidenter loquentes non sustinens miser, sed aduersus fortitudinẽ prudentiæ celerrime cõmotus, multas eis imposuit plagas, & tormenta, quorũ magnanimitas, & fortitudo, etiã tyranno, dignæ miraculo uisæ sunt. Vt aũt post multos cruciatus suadere non potuit, ut aliquis eorũ cellam Barlaam sibi uellet ostendere, assumens istos ad regẽ iubet eos ducere gestantes etiã peram reliquiarũ. Post dies ergo non modicos, nenerunt ad regẽ, cui Arachis de illis nota fecit oĩa. Deinde præsentat eos ante faciem regis atrociter furentis. Quos cũ uidisset, furore succensus est, & furioso similis, cœdi illos immisericorditer iubet. Postq̃ aũt uidit eos crudeliter plagis laceratos, uix a multa respirans insania, quiescere cœdẽtes iubet. Et ait ad illos: Cur ossa ista defunctorũ circunfertis? Si ergo illos amantes, ossa eorum baiulatis, hac hora ponã & uos cũ ipsis, ut desideratos adepti, grates nobis exinde referatis. Diuinæ huius cohortis princeps, & magister pro nihilo regis minas cõputans, ac si nihil triste contigisset ei, libera uoce, & sereno uultu,

42 *Abbas Monachorum deferebat secum peram laneam plenam reliquijs sanctorum patrum.*

43 *Ecce quomodo sancti uiri sunt incerti de salute sua, & tamen hæretici nostri polliceri audent omnibus certitudinem.*

44

Nota hæretice qui sanctorũ reliquijs detrahis, quã sublimia hic dicantur de ossibus eorum, et quomodo etiam ad illorum tactũ hauriatur sanctificatio.

& habitantẽ in gratiam significans, ait: Ossa ista munda, & sancta circũferimus, o rex, illorũ repræsentantes mortem, quorũ sunt, mirabiliũ uirorum, & exercitꝰ eorũ, & adeo dilectæ conuersationis in memoriam nosmetipsos reducentes, & ad similẽ zelum excitantes; requiẽ quoq; speculantes, & delicias, in qbus modo conuersant. Hos quia beatificamus, & inuicem nosmetipsos exhortamur, & eorũ sequi uestigia satagimus, insuperet mortis nosmetipsis assidue memoriam præsentamus, ualde utilem existentem, & ad sanctæ conuersationis agones deuotius erigentẽ, & sanctificationem nobis horũ tactu haurimus: Rursus autem rex ait: Si utilis est mortis memoria, sicut dicitis, cur non in corporũ uestrorum osib⁹ huius accipitis memoriã, proprꝫs uestris, & paulopost corrumpẽdis, si alienis istis, & iam corruptis assumitis? Tunc monachus ait: Cum ego quidẽ causas quinq; fuisse dixerim, cur sanctorum reliqas circunferimus, ad unã eorum respondendo subsannare nõ uideris. Sed luce clarius nostri, quod ossa mortuorũ mortis exhibent memoriam uiuentibus, & qm̃ ista sic esse cognoscis, & in carne tua ossa mortẽ tibi significant, cur non & ipse paulopost uenturæ memor mortis, bene, quæ tua sunt, disponis, sed omnibus quidem animã tuam tradidisti impietatibus, uiolenterq;, & immisericorditer interficis seruos dei, q in nullo te lædunt, neq; præsentiũ aliquid tecum diuidunt, aut auferre contendunt? Cui rex ait: Male uos, & populos seducitis, & monetis ut a delectationibus seculi discedant, & pro dulcedine uitæ, & desiderantissima concupiscentia, & uoluptate, durã, & sordidam, ac miserã istam eligere conuersationem cogitis, & deorũ honorem Iesu deferendũ esse prædicatis. Ne ergo uestrum sequentes errorem populi, desertã terrã derelinquant, & a paternis dꝫs recedentes, alieno seruiant, tormentis uos, et morti subꝫcere æquum iudicaui. Cui monachus ait: Si omnes participari bonorũ desideras uitę, cur non omnibus æqualiter largiris delicias, atq; diuitias, sed multo pluribus inopia laborãtibus, tu, quę eorum sunt diripiens, tuis apponis? Non ergo pro multorũ solicitus es salute, sed etiam impinguas carnẽ, materiam præparans uermiũ deuorationi. Propterea et omniũ abnegans Deũ, eos, qui non sunt, deos appellas, totius sceleris inuentores, ut tu secundum imitationem eorum luxuriãdo, & scelera exercendo, imitator appellari deorum tuorum ualeas. Qualia nanq; dꝫ uestri egerunt, cur non & obedientes eis homines agerent? Erro re igit̃ magno eras, o rex. Metuis enim, ne aliquos de populo suadeamus nobis consentientes discedere a manu tua, & omnia continenti offeramus manui. Vis. n. multos esse, qui tuæ seruiãt auaritiæ, ut ipsi qdem miseri sint, tuo uero, quæ eorũ, lucro proueniant. Quemadmodum aliquis canes nutriens, aut accipitres uenandi gnaros, ante captionẽ qdem blandiri eis uidetur. Cum aũt uenationis aliquid compræhenderint, uiolenter de ore ipsorum, quod captũ est, extrahit: Sic & tu multos habere uolens redditus, tibi & uectigalia, atq; censum de terra, & mari afferentes, dicis qdem ipsorum solicitudinẽ te gerere salutis, perditionẽ uero eis præparans æternã, ante omnes proculdubio tibimetipsi, ut solũ modo tibi quasi stercorum, & cœni inutilitatis fluant diuitiæ, lethargiã patiens, tenebras pro lumine approbans. Sed euigila de graui somno isto, et aperi clausos oculos tuos, & uide ubiq; splendentẽ omnibus Dei nostri gloriã, & tu aliqñ te ipsum seruum illius facito. Intelligite. n. insipientes in populo, & stulti aliqñ sapi

te. Intelligite ergo, qa non est Deus, sicut Deus noster, & non est salus nisi in ipso. Tunc rex ait: Ab hac tua stulta nugacitate quiescens Barlaam ilico ostende mihi, aut experieris tormentorũ genus, quorum nunq̃ experientiam accepisti. Sapientissimus ergo, ac constãtissimus eremita, & cœlestis amator philosophiæ, nullo modo minas illius formidabat, sed intrepidus permanens, dicebat: Non ea, quæ tu imperas facere, o rex, iussi sumus, sed præcepta dñi Dei nostri, qui sobrietatem nos docuit, & a pręsentibus delectationibus, & desiderijs abstinere, & fortitudinẽ exercere, & omnẽ tribulationem pro iustitia sustinere. Quanto ergo nobis pro pietate deteriora intuleris, tanto præstantius beneficiũ exhibebis. Fac igitur quod uis, nobis. n. extra quod conuenit, agere aliqd non est congruũ, nec peccato ullũ dabimus assensum. Non autẽ hoc paruum putes esse peccatum, si confratrem nostrũ, & commilitonẽ in tuis tradiderimus manib⁹. Sed de nobis hanc derisionem nunq̃ facies, etiamsi innumerabilibus nos subieceris mortibus. Non. n. ita debiles sumus, ut formidine tormentorũ tuorũ nostram prodamus philosophiã, & indignum aliqd agamus diuina lege. Quid plura? Quodcunq̃ nosti tormentorũ genus, adhibe: nobis enim uiuere Christus est, & mori pro eo lucrũ optimum. Super his ergo furore accensus tyrannus, iussit diuinas ipsorũ abscindi linguas, erui uero oculos, manusq̃ simul, & pedes detruncari. Data igit̃ sententia, apparitores quidem circunstantes, atq̃ lictores, inhumane, & ĩmisericorditer summitates membrorũ detruncabant. Et linguas quidem eorũ uncis detrahentes crudeliter abscindebant oculos uero ferreis unguibus eruebãt, pedes, & manus securibus abscindebant. Beati igit̃ illi, & omni reuerentia digni, animo constanti, quasi ad epulas inuitati, uiriliter accedebãt ad tormenta, inuiẽ semetipsos exhortantes, & ad mortẽ propter Christum sine timore accedentes. In talibus ergo, & tam diris tormentis perseuerantes, animas suas sacri eremitæ illi dño tradiderunt, decem & septem numerũ perficientes. Manifestũ est ergo, quod rector est passionũ pius animus, sicut quidã nostrorum ait, agones referens cuiusdam senioris sacerdotis, & septem iuuenũ, matre consentiente, agonizantiũ pro paternis legibus, quorum perseuerantiæ, & magnanimitati isti similes extiterunt admirandi patres, supernæ Hierusalem ciues, & hæredes.

His ita pie consumatis, protoconsiliario suo rex Arachi dixit: Primo irrito facto, ad secundum consilium respice, & Nachor illum accersire. Arachis itaq̃ intempesta nocte speluncã illius adijt. Nam in desertis habitabat, diuinationũ uacans artibus. Tunc omnibus ei consiliorũ adinuentionibus reseratis, ad regẽ summo diluculo redijt, et equitibus rursus ab ipso postulatis, & acceptis, ad perscrutandũ Barlaam egredi simulauit. Exeũti uero, & deserta circũeunti, apparet uir quidã de ualle quadam egrediẽs: illoq̃ ad persequendũ eũ præcipiente, consequunt̃ eũ uelocius, & cõpræhendentes ad se adducunt. Illo uero sciscitante, & quis esset, & cuius professionis, aut quis uocaret̃, ille Christianũ quidem semetipsum uocauit, Barlaã uero nominauit, sicut edoctus erat. Gaudio itaq̃ replet⁹ Arachis, sicut apparebat, hoc assumpto, celerius ad regẽ reuertit̃, & iussus est ad regẽ intrare. Et ait rex in audientia oĩum assistentiũ. Tu es dæmonis operator Barlaã? Respondit ille: Dei operator sum, et non dæmonũ. Noli ergo malũ dicere mihi. Multas. n. mihi gr̃as agere debes, qa filiũ tuũ Deũ colere

lere docui, et ab omni errore liberaui, & uero reconciliaui Deo, & omni uirtutū specie adornatū reddidi illū. Rursus aūt rex quasi iratus ait: Iustū esset eqdē, ut sermonis pariter, et responsionis tibi facultate sublata, absq; ulla interrogatione morti tradereris; sed suffero te, ꝓpter naturaliter mihi insitā humanitatē, usq; ad cōstitutū diē. Perscrutabor nēpe de te. Et siqdē obedieris mihi, indulgentia dignus eris: sin aūt, male peribis. Sic locutus, Arachi illū tradidit, custodiri diligentissime mandans. Sequēti igit̄ die surgens inde, ad suū red̄t palatiū. Et auditū est, captū esse Barlaā, peruenitque fama usq; ad regis filiū. Quod cū audisset, uehementer animo doluit, & nullo modo a lachrymis abstinere potuit. Gemitib⁹ etiā, & lamentationibus deū exorabat, & in auxiliū senis inuocabat eū. Non despexit uero illū, nec diutius affligi ꝓmisit benignus, ac misericors Deus. Præsto nanque est omnib⁹ inuocantibus eū in die tribulationis, & cognoscit eos qui colunt illum. Qui & iuueni ꝑuisionē nocturnā notificat, et fortitudinē illi imittit, et ad pietatis confortat agonē, et fiduciā præstat, gaudioq; plenū, et confidentia, et lumine dulcissimo, pauloante contristatum, et dolore plenū, cor suū reperit. Rex itaq; sic ista peragēs, & ita considerans, gratulabat̄, bene prouidisse existimans, et Arachi imensas reddebat grates: Sed mentita est iniquitas sibi; sicut sanctus Dauid ait; et iustitia uincit iniquitatē, perfectius ipsam deiectura, et memoriā illius disperditura cū sonitu, prout in sequentibus sermo declarabit.

Post duos autē dies, pergit rex ad palatiū filiī sui. Et hunc in occursum patris egressum, nō osculatus est pater, ut solebat, sed indignato, & quasi irato similis, ingressus est regale cubiculū, & mœstus sedit. Deinde filiū aduocans, ait: Fili mi, quæ est ista fama, quæ auribus meis insonuit, & defectionibus animā meā comburit? Nullus enim hominū tanto fuit repletus aliqñ gaudio in filiī natiuitate, prout arbitror, quantū ego in tua: neq; rursus contristatū esse puto, sicut tu me nunc in tristitiā deposuisti, & meā inhonorasti canitiē, lumenq; abstulisti oculorū meorū, & meorum uires excidisti neruorū. Timor enim, quē timebā de te, euenit mihi: & qd̄ uerebar, accidit mihi: & factus sum inimicis meis ī derisum, et aduersarīs meis in deluſionē. Indisciplinata mēte, & infantili consilio seductorū uerbis obaudiens, & consiliū male sapientiū meo præferens, & nostrorū deorū cultū derelinquens, alieno seruisti deo. Quare fili hæc feceisti sic? & quē sperabam cū omni nutrire, & educari custodia, et senectutis habere baculum, et fortitudinē, regnicq; successorē optimū derelinquere, ea, quæ inimicorū, et hostiū sunt, non erubuisti ostēdere mihi in te? An non oportebat mihi amplius obedire te, et mea sequi dogmata, cē dolosi, & putridi senis obaudire fatuitati, et stultiloquīs, amarā tibi pro dulci suggerentis uitā, et ꝓ amantissimis delicīs durā, & asperā pergere uitā, quā filius Mariæ ambulare præcepit? Non timuisti etiā maximorū deorū indignationē, ne fulmine te interficiant, aut hiatu terræ absorbeant, q tanta nobis bona fecerūt, ut diuitīs, & potentia, ac diademate regni nos ornarent, & gentes innumeras nobis subīcerent, & te prærer spem per orationem meam, & deprecationē nasci facerent, & dulcissimo isto participare lumine concederent? Hos contemnens, atq; despiciens, crucifixo adhæsisti, seductus inanibus uerbis famulorū illius, q nescio quæ fabulose dicunt futura secula, & mortuorū corporū resurrectionē delirāt, & alia plurima ad seductionem

stultorũ introducẽtes. Sed nunc fili charissime, mihi patri tuo acquiesce, & longe ab istis deliramentis secedendo, ueni & sacrifica pñs, ac mansue tis dñs centũ tauros, si forte libaminib⁹ eos placare poterimus, ut ueniam tibi offensionis præbeant. Nam potentes sunt, & fortes, tã ad benefaciendum, quã ad inferenda supplicia. Atqui dictorũ exẽplum nos esse possumus, q eorum misericordia ad hunc principatũ peruenimus. Ideoq; grata illis seruitia rependimus, et eorũ cultoribus honores, & eis sacrificare cõtemnentibus tormenta exhibentes. Multa ergo talia uaniloquia rege per currente, & nostra quidẽ irridente, ac respuente, idola uero efferente, atq; laudante; uidens sanctissimus iuuenis, q non oporteret iam rem in angulo, & occulto, sed super candelabrũ in excelso poni, ut manifesta fiat omnibus, confidentia simul, & constantia repletus, ait:

Quod circa me actum est, domine pater, nunc̃q; negabo. Tenebras effugi, ad lumẽ cucurri, & errorẽ deserui, ueritati acqeui, et dæmonibus abrenunciaui, Christoq; fœderatus sum dei patris filio, & uerbo, per quẽ totum, quod est, factũ est; qui & hominẽ de limo terræ formauit, & uitalẽ ei flatũ indidit, & in paradiso deliciarũ posuit conuersari. Præuaricantem uero mandatũ illius, & morti addictũ, potestatiq; diaboli rectoris tenebrarum subditũ non deseruit, sed omnia patiendo, ad antiquũ honorẽ uolens eũ reducere, totius factor creaturę, & nostri generis author, homo factus est propter nos, de uirgine sancta natus, in terra cũ hominibus cõuersatus est, & pro nobis indignis, & ingratis famulis suis dñs mortem suscepit, & mortẽ crucis: quatenus solueret̃ peccati dominiũ, & prima condẽnatio destrueret̃, & cœlorũ portæ rursus nobis panderent̃. Illuc enim nostram naturam eleuauit, & in throno gloriæ collocauit, regnumq; perenne diligentibus se donauit, & bona meliora uerbi auditu contulit. Ipse.n. est fortis, & solus potens, rex regnantiũ, & dñs dominantium, cuius imperium inexpugnabile, & potestas inæstimabilis, & solus sanctus, & in sanctis requiescens, cũ patre, et spiritu sancto glorificandus, in cuius nomine baptizatus sum, et confiteor, et glorifico unũ Deum in tribus personis, consubstantialẽ, increatũ, et immortalem, æternũ, et inæstimabilem, incircumscriptũ, et incorporalem, impassibilẽ, et inconuertibilẽ, immutabilẽ, et indefinitũ, fontem bonitatis, et æquitatis, et lucis æternæ, omniũ creaturarum uisibiliũ, et inuisibilium factorẽ, continentemq; omnia et conseruantem, omniũ prouisorẽ, tenentem omnia, et regentẽ. Necq; enim factum est aliqd eorum, quæ sunt, sine illo., nec absq; illius prouidentia subsistere quidpiã ualet. Ipse.n. uita omniũ, stabilitas cunctorum, et illuminatio, omnimoda dulcedo, auiditas insatiabilis, et omniũ desiderabiliũ summa. Derelinquere ergo sic bonũ, sic sapientem, sic potentem deũ, et dæmonibus immundis, & omniũ scelerũ authoribus seruire, & idolis surdis, & mutis cultũ exhibere, quæ nunc̃q; fuerunt aliquid, nec futura sunt, quãtæ esset utique pater insipientiæ, atq; stultitiæ? Qñ enim audita est aliqua loquela, aut sermo ab ipsis? Quando uel paruã responsionem exorantibus se dederunt? Qñ ambulauerunt, aut sensum aliquẽ ostenderunt? Necq;.n. stantes sessionis aliquando recordati sunt, necq; sedentes surgere uisi sunt. Quorũ turpitudinem, & fœtorẽ, atq; insensualitatẽ, necnon & in eis operantium, & per illa uos seducentiũ dæmonum fragilitatẽ, a uiro sancto discens, & eorũ malitias conspuens, & p̃fecto odio odiens eas, uiuenti, & uero Deo

adhæsi, & illi seruiã usq; ad diem uitæ meæ, ut & in manus eius ueniat spíritus meus. Igit̃ cum tam inenarrabilibus bonis occurrentibus mihi, gauderem qdem, q; de malignorũ seruitute dæmonum liberatus, & de dura captiuitate reuocatus essem, & lumine uultus dñi illustratus, dolebam tamen, q; animã meam dimidiã perdidissem, eo q; tu dñs, ac pater meus, talium non esses particeps bonorũ; sed considerans tuæ pertinaciã uoluntatis, continebam in memetipso tristitiã, nolens te ad iracundiã prouocare. Deũ uerum incessanter exorabã, ut traheret te ad se, & de longinquo reuocaret exilio, cuius tu author tibimetipsi (heu mihi) fugitiuus pietatis factus, & malitiæ minister totius impietatis. Qm̃ uero tu ipse opera in manifestum, quæ circa me erant, adduxisti, perfectionem mei auscultа consilij. Non uiolabo fœdus, quod composui cũ Christo; non perdam illũ, qui me redemit precioso sanguine suo, & si me oporteat mori pro eo. De me igit̃ sic certus factus, noli frustra laborare, qm̃ nunquam me poteris a bona confessione reuocare. Sicut. n. tibi impossibile est, cœli altitudinem manu tangere, aut maximũ siccare pelagus, (inefficax utiq; conatus est iste, & inutilis) sic & istud esse cognosce. Si ergo ipse meo acquiescere uolueris consilio, Christo reconciliaberis: & quæ super mentẽ humanam sunt, experientiam accipies bonorũ, socijq; adinuicẽ erimus, sicut naturæ, ita & fidei: aut a tua discedã (bene scias) filiatione, & Deo seruiã munda conscia.

Rex igit̃, ut audiuit hæc omnia, statim commotus est, & furore incomprehensibili arreptus, iracunde ei loquebat̃, & amarissime dentibus frendens, & furioso similis, ait: Et qs mihi horũ author est malorũ, nisi ego ipse, q; sic te disposui, & talia tibi feci, qualia nullus aliquando patrũ fecit filio suo? Quapropter prauitas tuæ uoluntatis, & contentio impudenter effrenata, aduersus caput meũ insanire te fecit. Merito igitur in tua natiuitate astrologi dixerunt, te malignũ fore uirum ac pessimũ, arrogantemq;, & parentibus inobedientẽ. Nunc uero si meo non obaudieris consilio, & a mea discesseris filiatione, pro patre inimicus effectus, illa faciam tibi, quæ nec etiam hostibus aliquis ostendit.

Tunc Iosaphat respõdit: Cur rex ita succensus, qm̃ ego taliũ particeps effectus sum bonorũ, tristaris? Et quis unq; pr̃ in filij fœlicitate contristatus apparuit? Aut quomodo iam pater talis, & non ut inimicus, reputabitur? Non ergo patrẽ meũ de reliquo uocabo te, sed discedam a te, sicut aliquis fugit a serpẽte, si cognouero te inuidere saluti meæ, & ad perditionẽ coarctari uiolenta manu. Quod si contra tyrannice, et hostiliter egeris; sicut et dixisti, quid aliud lucraberis, nisi quod pro patre tyrannus, et homicida duntaxat uocaberis? Et quia facilius est tibi aquilæ uestigia seq, & p ipsum aerẽ uolitare, q; quæ in Christo est, fidẽ meã mutare, et quã ei confessus sum, bonã confessionẽ puertere, ab hoc conatu quiesce. Sed potiꝰ intellige pr̃, et albuginẽ, atq; caliginẽ de mentis tuę oculis excute, ut cernere ualeas dei mei splendidissimũ lumen, & ipse aliquando illustrari dulcissimo lumine isto merearis. Quare enim totus deditus es carnis passionibꝰ, & uoluptatibus, & respectus non est in te? Scito q; omnis caro fœnũ, & omnis gloria hois ut flos fœni. Exiccatũ est fœnũ, et flos eius cecidit. Verbũ aũt dñi mei quod euangelizatũ est omnibus, manet in æternũ. Cur ergo sic insane tenes, ac defendis, more uernaliũ florũ, marcidã, & perituram gloriam, atq; abominandas, fœtidasq; delicias, & uentris, ac sub uentre

immundissimas passiones, quæ ad tempus quidem delectant sensus stultorum, postea uero amariores felle faciunt retributiones? Qm̄ quidē umbræ ipsi, & somnia uanæ istius pertransibūt uitæ, in dolore uero perenni ignis inextinguibilis, et obscuri, concludent̄ horum amatores, & iniqtatis operarū, ubi uermis eos non dormiens sine fine comedet, et ignis assidue, et inextinguibiliter in secula exuret, nullū exitū habituros. Cū qbus (heu mihi) & ipse conclusus, & atrocissime cruciatus, multū quidem conscientia malorū consiliorū, multum uero, & meorum uerborum requires præsentes dies, sed utilitas pœnitentiæ non erit. Nam in inferno confessio, & pœnitentia non est. Sed præsens tempus, operationis est; futurū uero, retributionis erit. Si.n. præsentes iucunditates non perditioni subiacerent, & fluxui, sed perenniter florerent permāsuræ cū dominis suis, nec si oporteret Christi bonis, & æternis donis ista pręferre. Quanto enim sol nocte profunda splendidior est, & lucidior, tanto, & eo amplius bona promissa diligentibus Deū omni terreno regno & gloria gloriosiora sunt, & magnificentiora. Et omnino conuenit maiora minoribus anteferre. Qm̄ uero, & fluxui omnia, et corruptibilitati subiacent, et quasi uisio, et somniū, et umbra prætereunt, et pereunt, et auræ potius est credendū non stanti, et nauis pontū præterlabentis uestigijs, q̄ꝫ hominum prosperitati: quantæ est improuidentiæ, uel potius uecordiæ, & imprudentiæ, corruptibilia, & mortalia, infirma, & fragilia incorruptibilibus præferre, & æternis, immortalibusq̄ꝫ, & infinitis, & tēporali horū refrigerio, insuccessibili priuari bonorū illorum refectione? Non intelligis ista pater? Non pertransibis transeuntia, & adhærebis permansuris? Non præferes habitationē incolatui, lucē tenebris, æternam uitā umbræ mortis, non indissoluenda fluidis? Non fugies a dura seruitute mali rectoris, neqssimi (inquā) diaboli, & bono, atq̄ꝫ clementi, & multū misericordi non reconciliaberis dño? An non a multorū discedens, & falsorum deorū seruitute, uni seruies uero, & uiuēti Deo? Nam etsi peccasti, & diutius blasphemando, eiusq̄ꝫ famulos diris tormentis perimendo, suscipiet te tñ proculdubio, quia benignus est, si cōuertaris ad illum, & omniū tuorum immemor erit delictorū. Non.n. uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Qui de innumerabili altitudine descendens, ad inqsitionem nostri, q errauerамus, crucem, flagella, mortē pro nobis sustinuit, & suo nos precioso sanguine redemit, uenundatos sub peccato. Ipsi gloria, & laus in secula. Amen.

Rex aūt stupefactus pariter, & ira repletus, tā intellectu pueri, & uerbis, qbus contradici non ualebat, q̄ꝫ & ex hoc, ꝙ non dimiserat filius eius quicquā, quod ad deorū derogationem pertinere potuerit, sed totā eorū subsannauerit, & deriserit uitam: Sermonis tñ claritatē ob internam tenebrarum crassitudinē non percepit, & punire illū, aut mali aliqd de illo disponere, propter naturalē amorē nō potuit. Peruertere se illū minis posse omnino desperabat, & insuper metuebat, ne si amplius moueret erga illū sermonē, illo fidutialiter acturo, & deos illius despecturo, ampliori furore succenderet̄, & cogeretur aliqd mali irrogare ei. Cū ira igit̄ surgens, discessit, & dixit: Vtinā nunq̄ꝫ natus esses, uel in lucē istam processisses, talis futurus blasphemator deorū, & paternę spretor amicitię, & admonitionis. Sed nō in finē inuictos subsannabis deos, nec in longū gaudebunt aduersarij, aut horū præualebunt maleficia. Nisi.n. obediens fueris mihi, & dijs

gratus

gratus extiteris, & multis, et uarijs afflictū tormentis male te interficiam, non sicut filium te tractans, sed quasi hostem quendam, & apostatam.

Hæc patre minante, et cū ira discedente, in suū cubiculū filius ingressus, ad suum adiutorē, oculis eleuatis, orauit: Dñe Deus, de profundo cordis clamaui, dulcis pes mea, et uera promissio, tu refugiū ad te confugientiū, uide contritionē cordis mei propicio et māsueto oculo, et ne derelinquas me, neq; discedas a me, sed secundū ueram promissionē tuam adesto mihi indigno famulo tuo. Te.n. cognosco, et confiteor factorē, et prouisorē omnis creaturæ. Ipse ergo me conforta, ut in bona confessione permaneā, usq; in finē uitæ meæ. Respice in me, et miserere mei, et assiste mihi, de uniuersa me diabolica illęsum seruans operatione. Respice rex. Inflāmata est enim fortiter anima mea tuo amore, et desiderio, et exarsit quasi in siti ardoris in inaquoso, desiderans fontē immortalitatis. Ne tradas bestijs animam confitentē tibi, animam pauperis tui ne obliuiscaris in finē, sed concede mihi peccatori in omni uita mea, pro tuo nomine, et confessione omnia pati, et totū meipsum tibi sacrificare. Te.n. uires subministrante, et infirmi fortes efficiunt, qa solus adiutor insuperabilis, et Deus misericors, quem benedicit omnis creatura glorificandū in secula, Amen. Sic orādo, diuinam sensit consolationē in cor suū descendisse: et constantia repletus, perseuerauit tota nocte in oratione.

45 *Perseuerauit tota nocte in oratione.*

Rex aūt Arachi amico nota faciens de puero, et duram illius pertinaciam, et immutabilē significans uoluntatē, consilium ab eo accepit, cū eo amabilē potius, ac suauem faciendā esse, q; sęuam, et asperā collocutionē, blanditijs sperans penitus esse trahendū. Venit igitur rex sequēti die ad filium. Et sedens propinquius, aduocauit eū. Deinde circumplectens osculatur eū, mansuete subingrediens, et leniter dicendo: Fili dulcissime, et amantissime, honora tui canitiē patris, et meā audiendo deprecationē, accedens offer sacrificia dijs. Sic enim illos clementes habebis, et longitudinem dierū, gloriæq; omnis, et regni, et omniū bonorum participationem ab ipsis accipies, mihiq; patri tuo eris gratus per totam uitā, et omnibus hominibus uenerandus, atq; laudabilis. Patri enim obedire, magna laus est, & maxime in bono, & erga deos dilectione. Cur ergo fili uisum est tibi, q; uolens de bono declinando, uiā contrariā ambulando prælegi? aut ignorantia & experientia boni, perditioni meipsum dedi? Sed si uolētem me putas utilitati præferre malū, & uitæ præponere mortē, multū mihi uideris, fili, a recto deuiare iudicio. An non uides, quanto labori, & fatigationi memetipsum trado, expeditionibus contra inimicos, uel alijs qbusdam reipublicæ utilitatibus uacans? famē et, & sitim, itineris pedū fatigationem, & in nuda terra cubationē, quando necessitas incūbit, sustineo. Diuitiarū uero, & pecuniarum tantus mihi contemptus inest atq; despectus, ut sæpenumero satis prodige omnia promptuaria palatij mei, uel tui euacuauerim, ut ædificarē maxima templa deorū, & meis exercitibus largiter dispensauerim thesauros pecuniarū. Cum igit tantæ sim particeps largitatis, & laborū, & perseuerantiæ, si Galilæorum cognouissem meliorem sectā nostra esse, qūo illam omni studio, & festinatione non appræhendissem, cuncta deserendo, & spernendo causa salutis meæ? Si aūt ignorantiam meā, & inexperientiam boni reprehenderis, attende quantas sępius noctes in somnes duxi, quæstione aliqua proposita, & sæpe non mul

tum neceſſaria, non tñ indulgebã mihimetipſi penitus requiẽ, priusq; quæ ſtionis apertã, & congruentiſsimã inuenirem ſolutionẽ. Si ergo harũ rerũ temporalium nec minimũ aliquid deſpectui habui, ſed omnia diligenter ad utilitatẽ uniuerſorũ inueſtigaui, intm̃ quod in perſcrutatione, atq; ſcientia ẽt ineffabilium, quæ ſub ſole ſunt, ſicut arbitror, nulli ſecundus fuerim: quo conſequens eſt, ut diuina, quæ colí, & uenerari oportet, deſpicienda iudicarẽ, & non omni ſtudio, omni uirtute, tota anima, & tota mente ad eorũ uacauerim inquiſitionẽ, ut inuenirẽ uerã uiam, & competentiſsimã? nam & quæſiui laborioſius, plurimas noctes, ac dies in his expendens: multosq; ſapientes, & eruditos ad iſtud conſiliũ conuocaui, nonnullis ẽt Chriſtianorũ ſæpius locutus ſum: & uiuaci conſtitione, & experientiſsima perſecutione inuenta eſt a me ipſa uia ueritatis; quæ a ſapientibus, tã rationabilitate, q; intellectu prædita teſtificata eſt, qa non eſt alia, niſi per quam hodie ambulamus, maximis dñs ſeruientes, & dulciſsimã uitã, atq; iucundam tenentes, omnibus hominibus ab ipſis diſtributã, quę delectatione, & lætitia plena eſt: quam Galilęorũ principes, & pontifices imprudenter repulerunt, q & dulce lumen iſtud, & iucũditates omnes, quas ad refrigeriũ nobis dñ largiti ſunt, ſpe cuiuſdã alterius incertæ uitæ reñciunt, neſcientes qd dicunt, uel de qbus affirmant. Tu autẽ, fili tenere, patri tuo acquieſce diligenti, & ueriſsima ſcrutatione indubitanter bonũ inuenienti. Ecce. n. oſtenſum eſt, quia neq; uolens, neq; ignorantiæ modo detorſi a bono, ſed inueni, & accepi: deſidero ẽt & te nõ uecorditer errare, ſed me ſequi. Verere igit̃ patrem tuũ. An neſcis quale bonum eſt patri obedire, & eũ in omnibus lætificare? Sicut econtrario q; deteſtabile eſt, & malignũ, patrem exacerbare, & ipſius mandata pro nihilo computare? Quotquot enim hoc fecerunt, male perierunt; cũ qbus tu fili non annumereris, ſed patrem lætificans, adipiſcaris bona omnia, & hæres fias meæ benedictiõis, & regni. Prudentiſsimus uero, & uere nobilis iuuenis, patris ſuperflua locutione, & ſtulta oppoſitione audita, & agnita tortuoſi draconis uerſutia, qũo a dextris pedibus illius parauit laqueũ, capere deificam animã artificioſe tentans, & ad propoſitũ impedire brauiũ, domini ante oculos poſuit pręceptũ, Non ueni mittere pacẽ, dicentis, ſed gladiũ. Veni enim ſeparare filiũ a patre ſuo, & filiam a matre ſua, &c. Et qm̃ qui diligit patrẽ, aut matrẽ plus quam me, non eſt me dignus. Et quicunq; negauerit me coram hominibus, negabo eũ & ego coram patre meo, q eſt in cœlis. Hæc cogitãdo, & diuino timore animam erudiendo, deſiderioq; & amore cõfortando, Salomonis illud uerbũ nimiũ gaudens aſſumpſit, dicentis: Tẽpus amandi, & tẽpus odiendi: Tempus belli, & tẽpus pacis. Et primũ qdem in mente orans, illud Dauidicum dixit: Miſerere mei Deus, miſerere mei, qm̃ in te confidit anima mea. Et in umbra alarũ tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Clamabo ad Deum altiſsimũ, Deum qui benefecit mihi: Et cætera pſalmi. Deinde dixit ad patrẽ: Procurare patrem & illius obedire mandatis, charitate quoq;, & amicitia miniſtrare, cõmunis nos edocet dñs, naturalẽ nobis huiuſmodi inſerens amorẽ. Quando uero parentũ affectꝰ, et amicitia ipſam animã fert ad periculũ, et ab authore remouet, abſcindere hanc penitus iubemus, & nullo modo obedire debere ſeparantibus nos a Deo, Sed odire iſtos, & auertere, ẽt ſi pater ſit, qui execrabilia præcipit, & ſi mater, uel rex, & ſi uitæ ipſius dñs. Nam pro-

pter affectū paternum Deū perdere, impossibile mihi est. Quapropter no li tibimetipsi laborē incutere, uel mihi, sed potius crede, & uiuo, et uero utercp seruiamus Deo. Quæ.n. nunc colis idola, sunt manuū hominū opera, flatu carentia, & surda, nihil aliud penitus, cp solam perditionē, & cruciatus æternos se colentibus exhibentia. Si uero istud facere nolueris, fac de me, quod tibi uidet. Seruus.n. sum Christi, & necp blanditijs, necp tormentis ab illius discedā charitate, sicut in anterioribus dixi tibi, in medio ponens huius nomen dñi, & firmissime uerbū astruens. Quia uero neque uolens dixisti te male agere, necp ignorantia a bono declinare, sed multa, & laboriosa inquisitione hoc cognouisti ueraciter bonū esse, idolis seruire, & libidinibus passionū affligi, malū quidem te ex industria agere no lo dicere: Ad multa tibi circunfusa est caligo ignorantiæ, & quasi in tenebris palpando ambulans, penitus non uides luminis uel modicū quemlibet radiū. Vnde rectitudine perdita, per præcipitia mala, & deuexa errabundus non recte graderis. Hoc & ego indubitanter scio, & te pater cognoscere uolo. Ideo tenebras pro lumine ponens, & mortem pro uita approbans, putas tibi bene consultū esse, & utiliter prouidisse. Sed non est ita. Necp enim, quæ colis, dij sunt, sed statuæ dæmonū, omnem illorū execrabilem operationē intrinsecus habentes, necp quam uocas dulcē, & iucundam uitā, delectatione, ac lætitia putes repleri. Huiusmodi est naturæ: sed potius abominabilis habetur ista, scdm ueritatis sermonē, & execranda. Temporaliter.n. gulam lenit, sed postea amariores felle facit retributiones (sicut meus magister ait) & acutiores gladio ancipiti. Et qūo huiꝰ narrabo malaꝰ Enumerabo ea, & super arenā multiplicabunt. Hamus.n. est diabōli, præsens uita, opta abominabili uoluptate uelut escā, per quā seductos ad profundū trahit inferni. Sed a dño meo promissa bona, quæ tu incertæ uitæ spē nominasti, uera sunt, & immutabilia: finē nesciunt, corruptioni non subiacent. Sermo non est, q referre magnitudinem illius gloriæ, & delectationis ualeat, gaudij quoc ineffabilis, & lætitiæ perennis. Omnes.n. (sicut ipse cernis) morimur, & nō est homo q uiuet, & non uidebit mortem. Rursus aūt resurrecturi sumus, qñ ueniet dñs Iesus Christus filius Dei in maiestate ineffabili, & terribili uirtute, solus rex regū, & dñs dominantium, cui omne genu flectet cœlestium, terrestriū, & infernorum; & tm terrorem tunc incutiet, ut ēt ipse cœlestes uirtutes timeāt. Adstabunt uero ei cū timore milia miliū, & decies centena milia angelorū, & archangelorū, & cuncta timore, & tremore erunt plena. Vnus autem archangelorū tuba canet, & mox cœlum inuolue sicut liber. Terra autē dirupta, emittent corpora hominū, quicunc fuerunt, ex quo Adam primus homo factus est, usc ad diē illam. Et tunc omnes a seculo mortui, in ictu oculi uiui astabunt tribunali imortalis dñi, & unusquisc redditurus est rationē operum suorū. Tunc iusti fulgebunt sicut sol, q crediderunt in patrē, & filium, & spm sanctum, & in operibus bonis finierunt præsentē uitam. Qūo uero tibi enarrabo, qualē illi tunc susceputi sunt gloriā? Nā & si solis comparem claritati splendorem eorū & pulchritudinē, uel fulguri coruscanti, nihil splendore illo dignū referam. Oculis.n. non uidit, & auris non audiuit, necin cor hominis ascendit, quod præparauit Deus diligentibus se in regno cœlorū, in luce inaccessibili, in gloria ineffabili & infinita. Et iusti qdem talia adipiscent bona, talemc beatitudinem: illi autē

46

Iusti fulgebunt sicut sol, qui crediderūt in sanctam Trinitatē, & in operibus bonis finierunt præsentem uitam. Vides ergo quod non sufficit tantum credere, sed & operari necesse est?

qui uerũ Deum negauerunt, plasmatorẽ, & creatorem ignorantes, dæmones, uoluptatesq; uanæ huius uitæ amauerunt, & more pecorũ in cœno uitiorũ uolutati sunt, & totius nequitiæ sentinã animas suas fecerunt, stabunt nudi, & miseri, cõfusi, & dejecti, & habitu, et re ipsa opprobriũ facti omni creaturæ. Cuncta. n. quæ egerunt in uerbo, in opere, in cogitatione, ante faciem illorũ uenient. Deinde post confusionẽ illam durissimã, & opprobriũ illud intolerabile, præcipitabunt in ignem inextinguibilẽ, & tetterrimum, in tenebras exteriores, ubi erit fletus, & stridor dentiũ, & uermis immortalis comedet carnes eorũ. Hæc est pars eorũ, & hæreditas. In his per secula sine fine cruciabuntur, eo q; bona a deo promissa despicientes, propter temporalẽ peccati uoluptatẽ, & damnationẽ æternam elegerũt pro istis. Itaq; pro ineffabili quidem gaudio adipiscendo, & inæstimabili gloria perfruenda, & luce cũ angelis, ut bono ac dulcissimo domino cum fiducia assistere mereamur, amarissima uero, & infinita tormenta, & execrabilem illã confusionem possimus euadere, dignũ est, non tm̃ pecunias, sed & corpora, & ipsas animas impẽdere. Quis. n. ita uecors est, & absq; sensu, q non potius uellet mille sustinere mortes temporales, ut ab ęterna liberatus, et infinita morte, uitam possideat beatam, et immortalem, et luce resplendeat indiuiduæ Trinitatis?

His auditis rex sermonibus, & firmitatem, atq; stabilitatem pueri considerans, q; neq; blanditijs delinitus sermoni obedire uoluerit, neq; pœnarũ minis, mirabat quidem in suasione uerbi, & responsionibus eius acutissimis, & arguebat a propria cõscientia, uera dicere illũ, & iusta: sed retrahebat a mala consuetudine, & ex usu confirmatis in eo uitijs, a quibus chamo, & freno constringebat, non permissus lucẽ uidere ueritatis. Vnde omnimodã obliuionẽ sermonis faciens, detinebat ueteri intentione, præmeditatũ a se cum Arachi consiliũ, ad effectum perducere uolens. Et ait puero: Oportebat te qdem, fili, meis obedire præceptis in oĩbus. Sed qm̃ durus existens & inobediens, ita fortiter resistis mihi, tuam potius, quam meam cupiens facere uoluntatem, ueni, ut postposita pertinacia, & uana contentione, ambo pariter cedamus ueritati. Et qm̃ Barlaam qui te seduxit, ferro uinctus apud me teneẽ, congregabo ecclesiam magnã, & omnes nostros, & Galilæos in unũ conuocabo, præconesq; manifeste clamare præcipiam, ut nullus Christianorũ metuat, sed omnes sine timore conueniant, & sic cõmuni considerabimus deliberatione, ut aut suadentes uos cũ uestro Barlaam assequamini, quæ optatis, uel suasi a nobis, ultronea uoluntate præceptis nostris obedire consentiatis. Prudens uero Iuuenis, per uisionẽ diuinitus sibi demõstratam prægnita regis fictione, ait: Voluntas domini fiat, & sit quemadmodũ iussisti. Ipse enim bonus dñs, & Deus præstet, ne a ueritate eius deuiemus. Nam in ipso confidit aĩa mea, & ipse miserebit mei. Tunc iam iubet rex oẽs congregari, idolatras uidelicet, & Christianos, literis quidem ubiq; transmissis, præconibusq; per uniuersas ciuitates, & uillas clamantibus, ut nullus Christianorũ timeat se aliqd mali, quod nõ sperat, passurũ, sed secure oẽs per tribus, & cognationes in unũ conueniunt, ad spontaneam & nõ coactam ueritatis conquisitionem futurã, cũ principe, ac duce suo Barlaam. Similiter uero pontifices, & cultores idolorũ, & sapientes Chaldæorũ, & Indorum, qui in toto regno illius, & principatu reperiri potuerunt, conuocauit, & quosdã

augures,& magos,& diuinos. Cõuenit itaq; ad regẽ magnitudo magna de sua execranda secta: Christianorũ uero unus inuentus est solus, in auxiliũ ueniens illius, qui putabat esse Barlaam, nomine Barachias. Alij aũt fidelium mortui erant ab insania principũ, qui per ciuitates erant occisi: alij uero in montibus, & speluncis latitabant timore imminentiũ malorum, nõnulli timebant minas regis, & nõ audebant in aperto parere, sed nocturni erant Dei cultores, latenter Xpo seruiẽtes, & nequaq; cõfidẽter agentes. Ille aũt solus eũ esset forti animo, & agonẽ processit ueritatis.

Residente igitur rege in tribunali excelso, & eleuato, considere sibi filium iussit. Ille uero ob patris & reuerentiã, & honorem hoc uoluit facere, sed in terra prope illũ sedit. Astiterunt aũt eruditi sapientia, quã Deus stultũ fecit: quorũ insipiens cor errauit, sicut dicit Apostolus: putantes.n. se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinẽ mortuorum hominũ, et quadrupedum, et serpentiũ. Hi uero conuenerunt sermonẽ facere aduersus filiũ regis, et eos, qui secũ erant: et cõpleta est in eis illa parabola, q̃ aduersus leonẽ caprea pugnam iniit. Ille nanq; altissimũ posuit refugiũ suum, et in umbra alarũ illius sperauit: At illi in principibus confidebant seculi huius destruẽdis, et principe tenebrarũ, cui semetipsos miserabiliter, et infœliciter subdiderunt. Adducitur igitur Nachor, simulans se Barlaam esse. Et hi qdem qui erant circa regẽ, talem habebant intentionẽ, sed sapiens prouidentia desuper ordinabat alia. Assistentibus itaq; his oĩbus, ait rex rhetoribus suis, et philosophis, imo populi seductoribus, et stultis corde: Ecce certamen nobis adiacet, et agonis magnitudo. De duobus enim alterũ fiet uobis hodie. Aut nostra manu tenentes errare Barlaam, et eos, qui cũ eo sunt redarguẽtes, et gloriam maximã, et honorem a nobis, et ab omni senatu consequemini, et coronis uictoriæ coronabimini: uel superati, cũ omni cõfusione pessimæ morti trademini, et omnia uestra populo dabunt, et ut omnino deleatur memoria uestra de terra, corpora etiã uestra bestijs dabo ad deuorandũ, et filios uestros perenni condemnabo seruituti. His ita dictis a rege, filius quoq; illius ait: Iudicium iustum hodie iudicasti, o rex. Corrobo ret dominus hanc uoluntatẽ tuam. Sed et ego eadẽ dico magistro meo. Et conuersus, ait ad Nachor: Nosti o Barlaam, in quali me gloria inuenisti, et delicijs. Sed uerbis plurimis suasisti mihi, ut a paternis quidẽ discederem legibus, & moribus, & ignoto seruirẽ Deo, ineffabiliũ quorundã, & ẽternorum bonorũ promissionibus trahendo mentẽ meam ad sequenda tua dogmata, & meum exacerbandũ dominum, & patrẽ. Nunc ergo quasi in lance existima temetipsum stare. nam si uiceris iminentem luctã, uera esse dogmata tua ostendes, quæ me docuisti, erroneosq; redargues, qui contra nos hodie dimicaturi sunt: & tu glorificaberis plus oĩbus, qui aliquando fuerunt, & prædicator ueritatis uocaberis. Ego quoq; in tua permanebo doctrina, & Christo seruiam usq; ad finem uitæ meæ. Si uero superatus, seu ueritate, seu falsitate, cõfusionis mihi hodie author extiteris, statim meã contumeliã uindicabo in te, manibus meis cor tuũ, & linguã extrahens, canibusq; ad deuorandũ ista cum cẽtero corpore tuo tradam, ut discant omnes per te, ne præsumant filios regũ in errorem mittere.

His auditis Nachor sermonibus, tristis effectus est ualde, & dejectus, uidens semetipsum cecidisse in foueam, quã fecit, & laqueo, quẽ abscon-

dit, esse cõprehensum, & gladium suũ in cor eius ingressum. Animaduertens ergo in semetipso, cognouit sibi melius esse regis filio adhærere, & partẽ illius defendere, quatenus euaderet pręparatũ sibi periculũ. Sciebat enim qm̃ erat ei facilimũ, tormentis se tradere, si uel modicum illũ exacerbaret. Totũ tamen ex diuina fiebat prouidentia, sapienter etiã per aduersarios nostra tuente. Vt enim ad uerba utrícz uenerũt, cultores scilicet idolorum, & Nachor; ibi Nachor, quemadmodũ ille Balaam, qui sub Balach aliquando maledicere Israel proposuerat, econtrario quocz multis philosophis restitit. Sedente itacz rege in throno suo, consedente quocz filio, sicut iam diximus, astiterunt & insipiẽtes rhetores, qui quasi gladiũ linguas suas exacuerunt ad destructionẽ ueritatis. In qbus impletũ est illud, quod scriptũ est: Conceperunt dolorẽ, & pepererũt iniquitatẽ. Conuenerunt & innumerabiles populi ad spectaculum illius certaminis, quæ pars uictoria potiretẽ. Tunc unus rhetorũ sapientior oĩbus, dixit ad Nachor: Tu es Barlaam, qui impudenter sic, & inuerecunde dn̄s nostris cõtumeliã, & omne dedecus infers, et dilectissimũ regis filiũ in errorẽ induxisti, & crucifixo seruire docuisti? Cui Nachor rn̄dit: Ego sum Barlaam qui deos tuos (sicut dixisti) despicio, filiũ aũt regis nõ in errorẽ misi, sed ab errore liberaui, & uero recõciliaui Deo. Et rhetor ait: Cũ eximĩ, & mirabiles uiri, qui oẽm sapientiæ artem adinuenerunt, deos excelsos nominauerint illos, & imortales, & cuncti, qui in terra fuerunt, & sunt reges, & gloriosi, & nobiles, eos adorauerint, & coluerint, qũo tuipse linguam aduersus eos cõmoues, & omnino sibilare audes talia? Quæ aũt assertio est, hos deos non esse, sed crucifixũ? Suspiciens ergo Nachor, rhetorẽ quidem illũ nullo modo responsione iudicauit esse dignũ: manu aũt multitudini silentiũ Indicens, & aperiens os suũ, sicut asina Balaam, quæ non proposuerat dicere, illa locutus est, & ait ad regẽ. Ego rex prouidentia dei ueni in mundũ, & considerans cœlũ, terram, mare, & solẽ, & lunam, & cętera, admiratus sum ornatũ eorum. Cernens aũt mundũ, & quę in eo sunt oĩa, quia secundũ necessitatem mouent̃, intellexi mouentẽ, & tenentem esse Deum. Omne enim mouens, fortius est moto: & tenens, fortius est tento. Ipsum ergo dico esse Deum, qui constituit oĩa, & tenet, qui sine initio est, & sine fine, imortalis, ęternus, nullo egens, superior oĩbus passionibus, & diminutionibus, id est, ira, & obliuione, ignorantia, & cæteris; per ipsum uero oĩa sunt cõstituta. Nõ indiget sacrificio, & libamine, nec aliquo cunctorum apparentiũ: omnes uero illo indigent. His ita de Deo prolatis, sicut permisit me de se dicere, ueniamus & ad genus hominũ: quatenus uideamus, qui eorũ participes sint ueritatis, & qui erroris. Manifestum est nobis, o rex, quia tria genera sunt in hoc mundo, quorũ sunt apud uos, qui dicunt̃ Deorũ adoratores, & Iudæi, & Christiani. Ipsi aũt rursus, qui multos colunt Deos, in tria diuidunt̃: Chaldęos uidelicet, & Gręcos & Ægyptios. Nam isti fuerunt principes, & magistri cæteris gentibus, in multorum Deorũ cultu, et adoratione. Videamus ergo, horũ qui sint participes ueritatis, et qui erroris. Chaldæi nancz nescientes Deum, errauerunt post elementa, et cœperunt colere creaturã potius, cz̃ suum creatorẽ. Quorum et imagines quasdã facientes, nominauerũt figurã cœli, et terræ, et maris, solisqz̃, et lunæ, et cæterorũ elementorum, et luminariũ. Et concludentes in tẽplis, adorauerunt, deos uocantes eos, quos seruant diligenter, ne fa-

piant a furibus: et nō intellexerunt, qđ omne qđ seruat, maius est seruato: et faciens, maius est facto. Si.n. inualidi sunt dñi eorū circa suā salutē, qūo alīs saluationē exhibebunt? Errore igit magno errauerunt Chaldæi, colētes statuas mortuas, et iutiles: et mirari satis nequeo, o rex, qūo qui dicunt philosophi eorū nullo modo intellexerunt, qđ et ēnta corruptibilia sunt. Si aūt ēnta corruptibilia sunt, et subdita necessitati, qūo statuæ, q̄ factæ sunt ad honorē illorū, dñi existūt? Veniam⁹, o rex, ad ipsa elemēta, ut ostendam⁹ de eis, qp nō sunt dñi, sed corruptibilia, et mutabilia, de nihilo creata p̄cepto dei, q est icorruptibilis, et imutabilis, et iuisibilis. Ipse.n. cūcta cernit, et quēadmodū uult, imutat, et trāsponit. Quid ergo de elemētis dico?

Qui putant cœlū esse Deum, errant. Nam uidemus ipsum uolubile, et secundū necessitatem motū, et ex multis constitutū, pp quod κόσμος uocatur. κόσμος aūt fabrica est alicuius artificis. Quod aūt fabricatum est, initiū et finem habet. Mouetur aūt cœlum cū suis luminaribus secundū necessitatem. Nam astra ordine, et spatio ferunt de signo in signū, et nunc quidē occumbunt, nunc aūt oriuntur, et secundū tempora iter peragunt, ut perficiant æstatē, et hyemem, sicut est eis ordinatū a Deo, et pertranseant proprios terminos secundū ineuitabilem naturæ necessitatē cū cœlesti ornatu. Vnde manifestum est, non esse cœlum Deum, sed opus Dei. Qui aūt putant terram esse deam, errauerunt. Videmus enim illā ab hominibus contumeliā patientem, et dominationi eorū subiacentē, defossam, et conspersam, et inutilem factā. Nam si igne torreatur, efficit mortua, sicut uidemus, qp de testa nihil oritur. Insuper et si paulo amplius infundat, corrumpit et ipsa, et fructus eius. Conculcatur aūt ab hominibus, et cæteris animalibus, sanguine interfectorū inquinat, effoditur, et implet, mortuorū theca fit corpor. His ita se habentibus, non sequit terram esse deam, sed opus Dei ad utilitatem hominū. Qui aūt putant aquam esse deam, errauerunt. Nam & ipsa ad usum hominū facta est, & dominationi subiacet eorū. Polluitur, corrumpit, & immutat, calescit, & tingit coloribus, & frigore congelat, & cruoribus inquinat, et ad cunctarū sordium ablutionē assumit. Idcirco impossibile est aquā esse deam, sed opus Dei. Illi uero, q arbitrant ignem esse deum, errāt. Nam ignis factus est ad usum hominū, & subiacet illorū dominationi. Circunfertur de loco ad locū, & accendi tur ad elixandas, & ascandas carnes, adhuc aūt & mortuorum corpora cōburenda. Multis etiā modis corrumpit ab hominib⁹, & extinguit. Propter quod non est congruū, ignem deum æstimare, sed opus Dei. Qui aūt credunt uentorū flatum esse Deum, errant. Manifestū est qp seruit alīi, & ad gratiā hominū præparatus est a Deo ad conductū nauium, & ad uentilationem segetū, & cæteras hominū utilitates, secundū præceptū Dei. Quapropter non est equum, uentorum flatum esse Deum, sed opus Dei. Opinantes uero solem esse Deum, errant. Videmus.n. illum agitatū secundum necessitatē, & uolubilem, & translatū de signo in signum, occūbentem, & orientem, & calefacientē pullulantia plantaria ad usum hominū, insuper & diuisionem habentē cum cæteris astris, & multo minorē cœlo existentem, & defectū luminis patientem, & nullā in se potentiā habentem. Quapropter nō æstimes solē Deum esse, sed opus Dei. Qui aūt lunā putant esse deam, errant. Videmus enim illā secundum necessitatē motā, & conuertibilem, & translatā de signo ad signū, occumbentem, & resur-

gentem ad utilitatē hominum, & minorē esse sole, crescentemq́, et diminutam, et eclipsim patientē. Ideoq́ non debemus lunam putare Deam, sed opus Dei. Qui aūt hominem putant esse Deū, errant. Videmus quippe illū motum secundū necessitatem, et enutritū, ac senescentem, etiā se nolente. Et aliquando quidē lętat̄, et aliquando tristat̄. Indiget cibo, et potu, et uestitu. Est et iracundus, et inuidus, et auidus, et pœnitens, et minorationes multas habens. Corrumpit̄ etiam multis modis ab elementis, et aīalibus, uel īminēte sibi morte. Nō cōuenit ergo, hoīem ipse deū, sed op⁹ dei. Errore igit̄ magno errauerūt Chaldæi post opiniones suas. Colūt corruptibilia elemēta, et mortuas statuas, et non sentiunt ista deos faciētes.

Veniamus itaq́ ad Græcos, ut uideamus quid forte de Deo sentiant. Græci nanq́ dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, deterius chaldæis, introducētes plurimos deos factos esse, alios quidē masculos, et alios fœminas, omnium uitiorū, cunctorumq́ authores iniquitatū. Vnde ridicula, et fatua, et impia induxerunt Gręci, o rex, eos, qui non sunt deos appellantes, secundū maligna desideria sua, ut aduocatos istos, et patronos habentes suæ nequitiæ, adulterent̄, rapiant, occidant, et oīa mala faciant. Si enim dij illorū talia fecerunt, qūo et ijdem ipsi eadē non facient? Ex his igitur errorū adinuentionibus accidit hoībus bella habere frequentia et occisiones, et amaras captiuitates. Vnde si unumquēq́ deorū suorū uoluerimus sermone pertransire, plurimā intueberis horum malitiā. Inducit̄ enim ab eis ante omnes deos Saturnus, et huic sacrificant filios suos. Qui genuit pueros multos de Rhea, et insaniēs comedit filios suos. Aiunt aūt Iouem abscidisse sibi uirilia, et proiecisse ea in mare, Vnde uenus fabulose dicitur fuisse nata. Alligans ergo suum patrē Iuppiter, proiecit in tartarū. Cernis errorem, et luxuriā, quam inducunt aduersus Deum suū? Conuenit ergo, Deum esse uictū, et desertum. O insipientia. Quis mentē sanam habentiū hac dixerit? Secundus inducit̄ Iuppiter, quem ferunt regē esse aliorū deorum, et transformatū fuisse in aīalia, ut cū mortalibus mulieribus adulteria cōmitteret. Inducunt enim hunc transformatū in taurū propter Europam, et in auem propter Danaen, et in Cygnū propter Ledam, et in satyrum propter Antiopen, et in fulmē propter Semelen, et ita genuisse ex his filios multos, Liberū uidelicet, et Rhetū, et Amphionem, et Herculem, et Apollinem, et Arthemiam, et Perseum, Castoremq́ et Pollucem, et Helenam, et Minoem, et Rhadamanthum, et Sarpedonem, et nouē filias, quas appellauerunt musas. Deinde inducunt de Ganymede. Contigit ergo, o rex, hominibus imitari hæc oīa, ut fiant adulteri, et masculorū concubitores, et aliorū malorum operū patratores, secundum imitationem Dei sui. Quomodo ergo credit̄ deū esse adulterum, aut sodomitā, uel parricidā? Cum hoc uero & uulcanū quendam inducūt deū esse, & istū claudū, & tenentē malleū, & foccipes, et ferrariā artē exercentē uictus gr̄a. Ergo egenus erat, quod non conuenit deum esse, nec claudū. Deinde Mercuriū inducunt deum esse, cupidū, & furē, & auarū, & magum, & uersipellem, & sermonū interpretem. Sed non conuenit deum esse talem. Asclepium etiā inducunt deū esse medicū, et potiones conficientem, et emplastra componentem uictus gratia. Indigentiam enim patiebat̄. Nouissime uero fulmine ictus a Ioue, propter Darij Lacedęmonij filium, interijt. Si ergo Asclepius deus est, et fulmine ictus non ualuit sibimetipsi auxiliari, quomodo

alijs

alijs auxiliabit? Mars autem inducit deus belligerator, et zelotes, cupidi ouium, & aliarũ quarundam rerum. Nouissime uero adulterio perpetrato, cum uenere esse ferunt ligatũ a paruulo Cupidine, & a Vulcano. Quo modo deus ergo cupidus, et belligerator, et adulter, et uinctus? Bacchum uero inducunt deũ esse, nocturnas agentẽ festiuitates, et magistrum ebrietatis, et euellentem uxores proximorum, et furiosum, et fugitiuum. Nouissime autem a Titanis occisus est. Si ergo Bacchus occisus non potuit semetipsum adiuuare, q et ebriosus fuit, et furiosus, et fugitiuus, quomodo erat deus? Herculẽ uero inducũt ebriosum fuisse, & insanũ, et suos occidisse, et ad ultimum igne consumptũ interijsse. Sed quomodo de? erat ebriosus, et interfector filiorũ, et combustus? Aut qua ratione alios adiuuabit, q sibimetipsi auxilium præbere nõ potuit? Apollinẽ quoq; inducunt deũ esse zelotem, insuper arcum, et pharetram gestantẽ, aliquando uero citharam, et tibiam, et diuinantẽ hoibus mercedis gratia. Ergo indigebat. Sed non conuenit deũ indigentem esse, et zelotẽ, et citharistam. Dianam uero inducunt sororẽ illius fuisse uenatricẽ, & arcũ habuisse cũ pharetra, & hanc errare i montibus solam cũ canibus, ut caperet ceruum, aut capreã. Quomodo ergo erit dea, talis mulier uenatrix, et per montes uagabunda cum canibus? Venerem autem dicunt etiam deam esse adulteram. Nam aliquando habuit mœchum Martẽ, aliquando uero Anchisen, et aliquando Adonidem, cuius mortem deflet, querens amasium suum: quam dicũt etiam ad infernũ descendisse, ut redimeret Adonidem a Persephona. Vidisti, ò rex, maiorẽ hac dementiam, deã inducere adulterantẽ, & lamentantẽ, atq; flentẽ? Adonidẽ quoq; inducunt deũ esse uenatorẽ, & hunc uiolenter mortuum esse ab apro plagatum, et non potuisse auxiliari miseriæ suę. Qũo ergo corporum solicitudinẽ habebit mœchus, et uenator, atq; biothanatus? Hæc omnia, et multo plura, turpiora, et maligna inducunt Græci, o rex, de dijs suis, quæ neq; dicere congruit, neq; in memoriã omnino deferre. Vnde sumentes homines occasionẽ a dijs suis, perpetrant omnẽ iniquitatẽ, et luxuriã, et impietatẽ, polluentes terrã, et aerẽ prauis suis actib?.

Ægyptij uero sceleratiores, et stolidiores his existentes, deterius omnibus gentibus errauerunt. Non.n. contenti fuerunt Chaldæorũ, et Græcorum cultibus, sed insuper et bruta animalia induxerunt deos esse, terrena uidelicet, et aquatilia, et arbores, et germinantia, et cõtaminati sunt omni insania, et luxuria deterius omnibus gentibus, quæ sunt in terra. Nã in principio colebant Isin, habentẽ eundem, et fratrem, et maritũ Osirin, q interfectus fuit a fratre Typhone, et ideo fugit Isis cũ Oro filio suo in Byblũ Syriæ, quærendo Osirin, et amarissime lamentando, donec creuit Orus, et interfecit. Typhonem. Itaq; neq; Isis potuit adiuuare suũ fratrem, et maritum, neq; Osiris occisus a Typhone, ualuit subuenire sibimetipsi, neque Typhon fratricida perditus ab Oro, et Iside, quiuit se a morte eruere. Et cum in huiusmodi infœlicitatibus uixisse, et occubuisse sint cogniti, dij tñ a stultis Ægyptijs fuisse existimati sunt. Qui neq; his contenti, uel cæteris cultibus gentiũ, etiam bruta, et muta animalia induxerunt deos esse. Nam quidam illorũ coluerunt ouem, quidã uero hircum, alij aũt uitulũ, et porcum, nonnulli uero coruum, et accipitrem, et uulturem, et aquilam, alij uero crocodilum, quidam uero cattũ, et canem, et lupum, et simiã, et draconem, et aspidem, et alij cepas, et allia, et spinas, et cæteras creaturas. Et nõ

intellexerunt miseri de his omnibus, ꝙ nihil agere pręualent. Videntes.n. deos suos comestos, et interfectos ab alijs hominibus, et concrematos, et putrefactos, non intellexerunt de ipsis, quia non sunt dij. Errore ergo magno errauerunt Ægyptij, et Chaldæi, et Græci, tales introducentes deos, et statuas eorũ erigentes, et adorantes surda, et insensibilia idola. Et miror qũo uidentes deos suos ab artificibus factos, et dolatos, et detruncatos, et præuetustate temporis consumptos, et dissolutos, et conflatos, non sapuerunt de ipsis, quia non sunt dij. Qui.n. de sua salute nihil potuerunt agere, quomodo hominũ prouidentiã habebunt? Sed poetæ eorũ, et philosophi, Chaldæorum scilicet, et Græcorũ, et Ægyptiorum, uolentes poematibus suis, et scripturis uenerari deos suos, maiorẽ confusionem eorũ, et dedecus detexerunt, et nuda omnibus exposuerunt. Si enim corpus hominis cũ de multis constet partibus, non reijcit tñ aliquid membrorum suorum, sed erga omnia mẽbra indiscissam unitatem seruans, sibimetipsi cõsonat, qũo in natura dei pugna, et discordia tanta est? Si enim una natura deorum esset, non deberet deus deos persequi, nec occidere, nec affligere. Si autẽ dij a dijs insectati sunt, et occisi, et rapti, et fulmine icti, non iã una natura est, sed uoluntates diuisæ, oẽsq; malignæ. Itaq; nullus ex eis deus est. Manifestum est igit̃ o rex, errorem esse omnem de dijs physiologiam. Quomodo autẽ non intellexerunt philosophi, et rationabiles Græcorũ, qm̃ authores legum a suis legibus iudicant̃? Si.n. leges iustę sunt eorũ, qui iniqua egerunt, id est, inter se homicidia, et ueneficia, et adulteria, et furta, et ἀρσενοκοίτας, si bene fecerunt, istæ leges igit̃ iniustę sunt, aduersus deos decernentes. Nunc autẽ leges iustæ sunt, et bonę, bona laudantes, et mala fieri prohibentes: Opera autem ipsorũ deorũ, iniqua. Iniqui igitur sunt dij eorũ, et rei mortis uniuersi, et impij, q tales deos inducunt. Nã et si fabulosæ de ipsis sunt historiæ, nihil sunt nisi tm̃modo uerba Si ergo physicæ, nõ iam dij sunt, q ista fecerunt et passi sunt: Si aũt allegoricæ, fabulæ sunt, et non aliud aliqd. Ostensum est ergo, o rex, omnes istos multorũ deorum cultus, erroris opera, et perditionis esse. Non conuenit enim deos nominare, uisibiles, et nõ uidentes, sed inuisibilẽ omnia uidentem, cunctorumq; creatorem oportet Deum colere.

Veniamus ergo ò rex et ad Iudæos, ut uideamus quid sentiant et ipsi de Deo. Hi nanq; existentes de stirpe Abraham, Isaac, & Iacob, habitauerunt in Ægypto. Eduxit aũt illos Deus inde in manu forti, & brachio excelso ꝑ Mosen legislatorem ipsum, & prodigijs multis, & signis notam fecit illis uirtutẽ suam. Sed ingrati & ipsi apparuerunt, et perfidi. Nam sępi⁹ dijs gentium seruierunt, et missos ad se prophetas, et iustos interfecerunt. Deinde postq̃ complacuit filio Dei, ut ueniret in terram, negantes eum, tradiderunt pręsidi Pilato Romanorum, & crucifixerunt eũ, immemores benefactorũ eius, & innumerabilium miraculorum, quæ inter eos operatus est, & perierunt propria iniquitate. Colunt etiam nunc solum Deum omnipotentem, sed non secundum sciẽtiam. Nam Christũ negant filium dei, & sunt similes gentib⁹: licet appropinquare aliquo modo ueritati uideantur, a qua seipsos elongauerunt. Ista de Iudæis dicta sufficiant.

Christiani autem a Christo dicunt̃. Si enim filius Dei altissimi uocat̃, q de cœlo descẽdens propter salutẽ hominũ, de spiritu sancto ex Maria uirgine natus absque uirili semine, & salua matris integritate, carnẽ suscepit,

& hominibus apparuit, ut a multorum deorum errore ipsos reuocaret. Qui mirabili sua dispensatione per crucē morte gustata, spontanea uolun tate post tres dies resurgens, per quadraginta dies cū eis conuersatus, cœ los ascendit. cuius gloriam aduentus, ex ipsa sacra scriptura euangelica li cet tibi (si placet) rex agnoscere. Vbi inuenies, quia duodecim habuit di scipulos, q post eius in cœlum reditum, exierunt in oēs orbis prouincias, & docuerūt illius magnificentiam, quemadmodū unus ex eis nostras cir cuit regiones, dogma prædicans ueritatis. Vnde qui adhuc ministrant iu stitiæ prædicationis illorum, Christiani uocant. Et hi sunt, q super oēs gē tes terra inuenerunt ueritatē. Cognoscūt enim Deum creatorē, & autho rē omnium, in filio unigenito, et in spiritu sancto, & alium deum præter il lum non colunt. Habent mandata ipsius domini Iesu Christi cordib⁹ exa rata, et ista custodiunt, præstolantes resurrectionē mortuorū, & uitā futu ri seculi. Non adulterant, non fornicant, non falsum testimoniū dicunt, nō concupiscunt aliena, honorant patrē, & matrem, & proximos amant; iu sta iudicant: et quæcunque nolunt sibi fieri, non faciunt alijs, Nocentes se obsecrant, et amicos faciūt, inimicis benefacere student, mites sunt, et mā sueti; ab omni copula iniusta, et ab omni inuidia abstinent: uiduam non spernunt, orphanū non contristant; q habet, non habenti libenter tribuit. Peregrinum si uiderint, sub tectū introducunt, et gaudent in eo, quasi i fra tre uero. Non enim secundum carnē fratres seipsos uocant, sed secundum animam. Parati sunt pro Christo animas suas ponere. Nam præcepta il lius firmiter custodiunt, sancte, et iuste uiuentes, sicut dominus Deus eis præcepit, gratias agentes ei omni hora, in omni cibo, & potu, & cæteris bonis. Veraciter. n. hæc est uia ueritatis, quæ ambulantes per eā, in regnū perducit æternū, promissum a Christo in futura uita. Et ut noueris, rex, q non a meipso dico, scripturas intuēs Christianorū, inuenies nihil extra ue ritatem me dicere. Bene igit intellexit filius tuus, & iuste edoctus est ser uire Deo uiuenti, ut salutē ab eo in futuro seculo adipisci mereat. Magna enim, & mirabilia sunt, quæ a Christianis dicuntur, & agunt. Non autem hominū uerba loquunt, sed Dei. Reliquæ gentes errant, & semetipsos de cipiunt. Ambulantes. n. in tenebris, impingūt in seipsos quasi ebrij. Hacte nus ad te sermo meus, o rex, a ueritate in mente mea pronunciatus. Qua propter gescant stulti sapiētes tui aduersus Christū uana loqui. Expedit enim nobis Deum creatorē colere, & incorruptibilia illius auribus perci pere uerba, ut condemnationē euadentes, & tormenta, uitæ inextinguibi lis hæredes esse mereamini.

Vt aūt pertransiuit ista Nachor, rex quidē furore concitabat, rhetores uero illius, & sacerdotes idolorū muti stabant, non ualentes contradice re, nisi q infirma quædā, & nullius momenti uerbula musitabant. Filius aūt regis exultabat spiritu, & lætabunda facie glorificabat Deum, qui in inuio transitū fecit confidentibus in se. Nā per hostem, & inimicū uerita tis ueritatē defendit: & erroris princeps aduocatus recti sermonis mon stratus est. Rex quidē quanuis atrociter iratus fuisset Nachor, nihil tamē in eū exercere mali potuit, eo q coram omnibus iusserat ei, ut fiducialiter sine ullo timore ageret pro Christianis. Multū tamen ipse contradicens, subinferebat per ænigmata, ut cederet instantiæ disputandi, & pateretur se uinci a rhetoribus. Sed Nachor multo magis conualescebat, dissoluēs

omnes oppositiones eorũ, & syllogismos, & redarguens persuasionẽ erroris. Protracta uero fere usq; ad uesperam disputatione, iussit rex dissolui concilium, quasi sequenti die rursus de his tractaturus. Filius aũt ait regi: sicut in principio præcipisti iustum iudiciũ fieri dñe, iustitiam fini impone, de duobus alterũ faciendo: aut meũ magistrum permitte manere mecũ nocte ista, ut simul conferamus de his, quæ opus est cras respondere aduersarijs nostris: Tu aũt denuo tuos tecũ assumens, congrua uobis meditamini, prout uolueritis: aut tuis mihi permisis, accipe meũ ad teipsum. Si uero utriq; fuerint apud te, meus quidẽ erit in tribulatione, & timore, tui uero in gaudio futuri sunt, & requie. Et hoc mihi non uidetur iustũ esse iudicium, sed uiolentiã esse potestatis, & fœderis prꝙaricationem. Superatus denicq; rex euidentia sermonis, suis quidẽ philosophis, & sacerdotib⁹ penes se retentis, Nachor concesit filio, spem adhuc in illo retinens, & seruaturum, quæ promiserat, arbitrans.

Abijt igit regis filius ad palatium suũ, quasi quandam olympiacam uictoriam de aduersarijs reportãs, habens secũ Nachor. Quem singulariter aduocans, ait ad illũ: Ne putaueris me ignorare quis sis. Scio enim diligẽter te non esse sanctũ Barlaam, sed Nachor astrologũ. Et miror quomodo uisum est uobis talẽ simulare hypocrisim, & tantæ cæcitatis me putare esse, ut media die lupũ pro oue susciperẽ. Sed bene sermo cantat, qꝙ cor fatui uana cogitabit. Cogitatio igit uestra, inanis: & consiliũ illud, uanum fuit, & omnino fatuum: sed opus, quod operatus es, omni intellectu plenum est. Ideo gaude Nachor, et exulta. Plurimas tibi gratias refero, qꝙ defensor ueritatis factus es, et non contaminasti labia tua pollutis sermonibus, & dolosa simulatione, sed potius illa purificasti ab inquinationibus, errorẽ falsorũ redarguendo deorũm et ueritatẽ Christianorũ dogmatũ asserendo. Ego aũt fategi te mecum adducere duabus de causis, ne uidelicet rex seorsum te suscipiens, tormentis addiceret, eo qꝙ non sibi placita pronunciasti: & ut gratiã hanc, quam hodie operatus es, tibi recompensarem. Sed quæ est retributio? Ista scilicet, ut ostendã tibi declinare a uia mala, & lubrica, per quã hactenus incessisti, & ambules per rectã, & salutarem semitã, quam non ignoranter, sed scienter, & sponte male agendo effugisti, barathris, ac præcipitijs teipsum committendo. Intellige ergo Nachor intellectualis existens, et præ omnibus solum desidera Christum, ut apud ipsum absconditã uitã lucreris, fluxa ista, & corruptibilia despicies. Non enim per omne uiues seculũ: sed cũ sis talis, discedes hinc post modicum, sicut et omnes alij, qui ante nos fuerunt. Et uæ tibi, si graue peccati onus baiulans, ieris illuc, ubi iudiciũ iustum, & retributio operũ est, et nõ abieceris prius illud, cum facilis sit eius dispositio.

Nachor igit compunctus animo in uerbis istis, ait: Bene dixisti, rex, bene dixisti. noui enim & ego uerum, &, qui non mentit, Deum, per quẽ omnia facta sunt, & futurũ iudiciũ scio, quia ex multis scripturis hoc audiui: sed mala consuetudo ueteris inoleuit erroris, quæ oculos cæcauit cordis mei, & tenebras profundas asperxit cogitationibus meis. Nunc autem in uerbo tuo uelamentũ obscuritatis reijciens, ad lumen curro uultus domini. forsitan miserebit mei, & ianuam pœnitentiq aperiet seruo nequã apostatæ: licet impossibile uideat mihi, remissionẽ peccatorũ meorũ (quæ arena maris grauiora sunt) posse adipisci, quæ scienter, & ignoranter peccaui

ab infantia

ab infantia usque ad hanc ætatem. Hæc ut audiuit regis filius, mox spiritu sancto inflammatus, intrinsecus in corde concaluit, & cogitationem Nachor ad desperationē inclinatam releuare cœpit, et ad stabilitatē fidei Christi erigere, dicens. Nulla, ō Nachor, nulla fit tibi in hoc dubitatio, scriptum est enim: Possibile est Deo, & de lapidib⁹ istis excitare filios Abrahę. Quod quid aliud, q̄ hoc est, sicut pater ait Barlaam, de desperatis, & omnibus detentis iniquitatibus, saluari posse, & seruos fieri Christi? Qui propter summam benignitatis eminentiā omnib⁹ ad se conuersis cœlestē aperuit ianuā, nulli salutis denegans introitū, sed misericorditer pœnitentes recipit. Nam ideo & prima, & tertia, & sexta, & nona & undecima hora, æqualis omnibus merces reddit, sicut sacrū refert euāgelium. Itaq; licet hactenus in peccatis consenueris, si flagranti corde accesseris, eorum q̄ a iuuentute pondus diei, & æstus portauerūt, consortio dign⁹ efficieris.

Hæc, & alia multa de pœnitentia locutus sanctissimus iuuenis, in malis inueterato Nachor, & pollicitus remissionē peccatorū, promittensq; Christum fore propicium, & plurimis exemplis certificās, quia parat⁹ est semper ad suscipiendam pœnitentiam, languidā illius animam uelut quibusdā medelis refocillans, plene restituit sanitati. Ait enim confestim Nachor ad illum: Tu quidē, ō nobilissime anima pariter, & corpore, bene instructus his mirabilibus mysteriis, perseuera in bona confessione usq; ad finem: nullus modus, uel tēpus hanc de tuo corde amputet. Ego uero continuo uadā salutem meā quærere, et per pniam Deū placare, quem iritaui. non enim regis ulterius uidebo faciē, si tu tm̄modo uoluerīs. Lætus igitur uehementer effectus est regis filius, et gratanter uerbū suscipiens, cōplexatus eū osculatur, et attentissime pro eo oratione fusa, et cōmendans eū Deo, emisit de palatio. Egressus aūt Nachor cōpunctus corde, et ad profundissimam currendo, quasi ceruus, peruenit eremū, et monachi cuiusdā sacerdotali honore prædíti speluncā attigit, ubi ille absconsus latebat propter regis timorē. Cui humiliter prostratus, abluit pedes lachrymis, imitatus meretricē de euangelio, et diuinū postulabat baptismū. Sacerdos igitur, cū diuina plenus esset gratia, intellexit illud diuinitus fieri, et continuo (sicut mos erat) catechizans eū, et instruens diebus non modicis, demum baptizauit eū in nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Mansit itaq; Nachor cū eo, pniam agens de peccatis suis, et benedicens Deū, q̄ non uult aliquem perire, sed oium conuersionem expectat, et pœnitentes benigne suscipit. Mane aūt discessu Nachor cognito, rex decidit de spe, quā retinebat in illo. Videns aūt suos sapientes, et imprudentes rhetores ita facile superatos, in defectu erat maximo. Et illos quidem contumelijs plurimis, & dedecore affectos, quosdam et & neruis uehementer flagellatos, nonnullos oculis orbatos, eiecit a facie sua. Ipse aūt partim recognoscere cœpit falsorū deorū infirmitatem, licet perfecte lumen Christi respicere tunc noluerit. nā circumfusa caliginis spissa nebula, adhuc cordis illius uelabantur oculi. Veruntamen iā sacerdotes non honorabat, neq; festiuitates agebat, & libamina non exhibebat idolis, sed uacillantē utrobiq; mētem gestabat: hinc q̄dem infirmitates recognoscens deorū suorum, inde uero certitudinē, atq; diligentiam formidans euangelicæ conuersationis. Sed radicitus malignis tenebat moribus. Vehementer. n. uoluptatibus seruiebat corporis, & oīno uitijs more captiui inhiabat ebrius (sicut Esaias

ait) sed non a uino, & quasi chamo prauæ consuetudinis trahebat. Sic ergo rege cũ duabus luctante cogitationibus, nobilissimus eius filius, & uere imperialẽ possidens animã, in suo quiescebat palatio, naturæ suæ strenuitatem, ornatumq; atq; perfectũ operibus cunctis repræsentans. Theatrum nanq;, & cursus equorũ, & uenationis inductiones, meditationes, et omnis iuuentutis inania studia, & seductiones, quæ sunt imprudentiũ animarum illecebræ, pro nihilo cõputabant ab eo, sed omnino Christi mandatis instruebat, et ipsum sitiebat, uulneratã gestans aiam eius amore, ipsumq; desiderans uere desiderabilẽ, q; est tota dulcedo, & iusatiabilis suauitas. In memoriã uero reducens magistrũ Barlaam & illius speculans uitam, amore illius liquefiebat. Et ut ipsum aliqñ uidere posset, solicitudinẽ gerebat assiduã, & sermones illius in corde circunferebat indesinenter, similis ligno, quod plantatũ est secus decursus aquarũ, irrigatum assidue, et speciosos afferens fructus dño. Multas enim animas eripuit de principatu diaboli, & Christo saluãdas obtulit. Plurimi. n. ad ipsum uenientes, uerba hauriebant salutaria. Vnde non pauci errore derelicto, ueritatis uiã indeclinabiliter tenebant. Nõnulli etiam secularibus abrenunciantes, ere-

47 miticam subibant palæstrã. Ipse aũt orationibus uacabat, & ieiunijs, &
Iosaphat orationibus uacabat & ieiunijs. frequenter hãc emittebat uocẽ, dicens: Dñe domine rex meus, cui ego credidi, ad quẽ ego confugi, & per quẽ ab errore sum liberatus, retribue mercedem dignã seruo tuo Barlaã, qui mihi ad te reducto monstrauit uiã, & ueritatem, et uitã, & præsta mihi, ut citius uideã in corpore illũ angelum, quo mundus non est dignus, & cũ ipso peragam reliquũ uitæ meę, ut per uestigia conuersationis illius incedens, placeam tibi domino meo.

Secundũ tempus illud solennitas erat futura falsorũ deorum celeberrima in ciuitate illa. Solebat aũ rex interesse festiuitati, & sacrificiorũ largitate hanc exornare. Vnde metuebãt temploꝝ pontifices, cernentes eũ negligenter circa cultũ eorum, & tepide se habentẽ, ne forte ex toto subtraheret præsentiã suam a templis, & priuarent ipsi regali munificentia, quæ dabat eis, & cæteris oblationibus. Surgentes itaq;, adeunt antrũ in uastissima positũ eremo, ubi habitabat quidã uir magicis uacãs artibus, & idolorum erroris acerrimus defensor, Theodas nomine. Quẽ rex honorabat magnifice, & ut amicũ colebat, & magistrum, dicẽs, per ipsius diuinationem ad augmentũ, & profectum peruenisse suũ regnum. Vt ergo sordidi sacerdotes peruenerunt ad illũ, hunc in auxilium suum conuocant, & factam regi deorũ hæsitationẽ, manifestam faciunt, & qualia regis filius egerit, qualiterq; Nachor aduersus eos publice concionatus sit. Et qa nisi ipse (inquiunt) ueneris nobis auxiliaturus, tota spes nostra defecit, cũctiq; deorũ cultus perierunt. Tu. n. solus nobis derelictus es in aduersis consolatio, & in te spem nostrã ponimus. Surgit ergo Theodas cũ præsenti sibi diabolica malitia, & contra ueritatẽ armat, multosq; malignorum spirituum uocans, quos ad mala facienda nouerat promptissimos, & quibus ille ministris semper utebat, cũ his proficiscitur ad regem. Vt aũt nunciatus est regi aduentus eius, et intrauit quidẽ uirgam oliuæ baiulans, melote uero præcinctus, surrexit rex de sede sua: et procedens obuiã illi, osculatus est eũ, et allata sede, iuxta sedere fecit. Tunc Theodas ait regi: Rex in æternũ uiue, maximorũ deorum benignitate protectus. Audiui. n. te certamen magnum egisse aduersus Galileos, et splendidissimo uictoriæ diade-

mate esse coronatū. Ideoq; ueni, ut lætabundā solennitatē simul celebremus, iuuenesq; pulcherrimos, et decoras uirgines īmortalibus dīs sacrificemus, taurosq; centum, et animalia plurima his offeramus, ut habeam⁹ eos et deinceps adiutores inuictos, et per omnē uitam nostrā placabiles. Ad hæc rex ait: Non uicimus, o senior, nō uicimus, sed debiliter potius superati sumus: nā q pro nobis putabant esse, subito contra nos facti sunt: et bacchantē, et amentē, et infirmā nostrā inuenientes aciē, prorsus hāc deiecerunt. Nunc uero, siqua tibi uirtus adest, et fortitudo, ad auxiliandū depositæ sectę nr̄ę, et rursus hāc erigendā, annūcia mihi. Tūc Theodas talem dedit regi responsionem: Galileorū quidem cōgressiones, & uaniloqa noli rex formidare. nam quid sunt, quæ dicunt ab eis, aduersus uiros rationabiles, & sapientes? Quæ si mihi obuiauerint, multo facilius deīcient, q̄ folium quod a uento motū corruit. Neq; enim ante faciem meā uenire sustinebunt, nedū & sermonē mecū conferre, & interrogationes, & oppositiones facere. Sed ut istud propositum certamen, & totū quodcūq; uoluerimus, recte nobis eueniat, & secundū uotū res nobis procedat, exorna solennitatē hāc celeberrimam, & pietatē deorū, quasi quædam arma fortia indue, & bene tibi erit. Sic gloriabat potēs in malitia, tota die meditans iniquitatē, sicut ait Dauid: & cooperatione malignorum spirituū, ex toto regem fecit obliuisci uerba salutaria, quæ cor illius aliquantulum tetigerant, & ad consueta penitus reuocauit. Vnde literæ regales undique mox transmissæ sunt, ut conuenirent omnes ad execrandam solennitatē deorū. Tunc uideres confluentes multitudines populorū, oues, & boues, & diuersa adducentium animalia. Omnib⁹ itaq; congregatis, surgens rex, cū seductore Theoda ad templum abīt, tauris ad sacrificiū adductis centū uiginti, & alīs multis animalibus; & celebrant prophanā solennitatem, adeo quod resonaret quidē ciuitas a uocibus brutorum animalium, et ip se aer pollueretur nidore sacrificiorum.

His ita consummatis, & nequitiæ spiritibus ualde gloriantibus, super uictoria Theodæ, & gratias ei referentibus templorū sacerdotibus, rex iterū ad palatiū redīt, & ait Theodæ: Ecce sicut iussisti, totum impendimus studium in exornatione solennitatis, & sacrificiorū liberalitate. Iam ergo tēpus est ut promissa adimpleas, & filiū meum quia nostris discessit cultibus, ab errore Christianorum liberes, & clementib⁹ dīs reconcilies. Ego enim omnem artem, & manus agitans, nullā morbi huius inueni curationē, sed omnib⁹ potiorē eius reperi uoluntatē. Si mansuete eū aggressus sum, et leniter, nec sic mentē illius attendentē mihi uidi. Si uero austeritate usus sum, & contumelīs, ad superbiā magis, & pertinaciam declinantē considerauī. Tuæ de reliquo sapientiæ, quod mihi contigit infortunium, cōmitto. Si ergo ab hoc liberatus, per te rursus uidero filiū meū dīs seruientē, & delectationib⁹ uoluptuosæ uitę huius, & regni fruentē, statuā tibi erigens auream, sicut dīs sacrificabo illi, & ab omnib⁹ honorari te faciam per infinita tempora. Theodas igit aurem attente inclinās maligno, & ab illo edoctus consiliū malum, & exterminabile, lingua illius & os effectus, ait ad regē: Si recuperare tūū uis filium, et uanā illius peruicaciā deponere, inueni artē, cui non prealebit resistere, sed facile mollescet rigida eius cogitatio, sicut cera a facie ignis. Rex aūt uanū sic superuacue se iactā tem cernēs, ad delectationē mox, & alacritatē transpositus est, sperans im

pudicã illã, & audacẽ linguã circũuenire posse filiũ sui a deo doctã, & sapiẽtia plenã animã. Et discere uolens, quæ esset ars illa, interrogauit eũ. Tũc Theodas quasi nouaculam acutã præparat malitiã, & dirum condit ueneficiũ, & contemplatur sophisma artificiosum, & a maligno suggestionẽ, & ait: Cunctis, ò rex, assistentib⁹ filio tuo, et ministrantibus longe ab eo remotis, mulieres decoras, & ualde speciosas, & ornatas introduci p̃cipe, ut sint cũ eo assidue, & ministrent ei, conuersent, & morent cum eo. Ego autem de spiritib⁹ unum, qui ad huiusmodi mihi ordinati sunt, immittens, ei fortius libidinis ignẽ succendã. Et postq̃ coierit ipse cum una sola talium mulierũ, nisi omnia tibi concesserit pro uoto, despicabilis ero tibi, & de reliquo inutilis, et supplicijs dignus. Nihil.n. ut facies mulierũ, adducere, et seducere iuuenũ cogitationes præualet: et audi narrationẽ, meo sermoni testificantẽ: Quidã rex filios mares habere non poterat. Vnde uehementer tristis erat, et hoc infœlicitatẽ esse non modicã æstimabat. Qui cũ in huiusmodi esset anxietate, nascit̃ ei filius. Et sup̃ hoc gauisus est gaudio magno. Dixerunt aũt ei peritissimi medicorũ, q̃ si infra decem annos solẽ, uel ignem uiderit, omnino lumine priuabit̃. Hoc.n. oculorum illius positio significabat. Rex itaq̃ ut audiuit talia, fert̃ speluncam in quadã petra excidisse, et ibi filiũ cum nutricibus suis inclusisse, ut nullo modo usq̃ ad completionẽ decem annorũ, lucis claritatẽ uideret. Finitis aũt decem annis, de antro puer educit̃, nullam mundialiũ rerum per uisum habens notitiam. Tunc iubet rex omnia sibi secundũ genus exhiberi, et ostendi ei: uiros quidẽ in uno loco, alibi uero mulieres; hic aurũ, et argentum, ibi margaritas, et lapides pretiosos, uestes splendidas, et ornamenta, currus pretiosos cũ equis regalibus frena aurea habẽtibus, et purpura coopertis, et ascensores armatos, et armenta boum, et greges ouium. Et ut breuiter dicam, omnia secundũ ordinẽ, et genus ostenderunt puero. Interrogante uero ipso, q̃d horũ unumquodq̃ uocaret̃, regis ministri uniuscuiusq̃ appellationem indicauerunt. Cum autẽ mulierum nomen discere anxie quæreret, fert̃ spatarius regis ludendo dixisse, dæmones eas, esse quæ seducunt homines. Cor autẽ pueri illarum desiderio, plus q̃ cæteris rebus anhelabat. Ostensis igit̃ sibi omnibus, ad regẽ reduxerunt eũ. Tunc interrogat rex filium, q̃d amplius amaret èx oĩbus, quæ uiderat. Quid (inqt) pater aliud, nisi dæmones illos, q̃ seducunt homines? Nullus.n. horũ, quæ mihi hodie demonstrata sunt, sicut illorũ amicitia exarsit anima mea. Et miratus est rex ille in uerbo pueri. Et uide q̃ tyrannica res est amor mulieris. Et tu igitur non aliter putes superare te posse filiũ tuũ, nisi hoc modo. Suscipit uerbum rex libenter. Et adducunt̃ ei præelectæ puellæ, decoræ, et ualde speciosæ, quas & ornatu illustrat splendido, ut amplius ad captiuandũ puerum sint idoneæ. Famulos quidẽ, & ministros pueri omnes eiecit de palatio, illas uero in loco eorũ constituit. Itaq̃ ipsæ assident ei, circumplectuntur, ad execrandũ suum coitũ illiciunt, omni gestu, & uerbis inuitãtes ad libidinem. Nõ habebat aliũ, ad quem respiceret, aut cũ quo loquereť, uel cũ quo conuescereť. Ipsæ nanq̃ erant ei omnia. Et ista quidẽ rex faciebat.

Theodas uero rursus ad illam malignam speluncam suam red̃it, & libros suos respiciens, per quos talia operari poterat, unũ malignorũ accersiuit, & ad bellandũ contra Christi militem transmisit, ignorans miser qualem derisionẽ habebat sustinere, & quanta confusione repleri cũ tota

sua

sua cohorte diabolica. Malignus uero spiritus alios quoq; nequiores se secũ assumens dæmones, cubiculũ adijt fortissimi iuuenis, & irruit in eum, uehementissimũ carnis succẽdens caminũ. Et malignus quidẽ intrinsecus inflãmabat, facie aũt pulcherrimæ, sed anima turpissimæ puellæ, exterius diræ libidinis excitabant ardorẽ. Munda uero illa anima diaboli suggestiones sentiens, & bellũ cernens malarũ cogitationũ super se fortiter uenientiũ, turbatur, & solutionẽ tanti mali quærebat inuenire, mundumq; seipsum exhibere Christo, ne cœno uitiorũ macularet sanctã illam stolã, quam baptismatis illũ induit gratia. Mox uero amori libidinoso diuinũ amorem opposuit, & in memoriã reduxit seipsum illius pulcherrimæ, & ineffabilis gloriæ Christi, immortalis sponsi mundarũ animarum, & nuptiarũ, de quibus miserrime eñcient, qui nuptialem polluerunt tunicam, ligatis manibus, & pedibus, in tenebras exteriores. Hæc cogitans, & lachrymis perfusus, percutiebat pectus suũ, ut malignas inde cogitationes effugaret. Deinde surgens, & manus in cœlũ eleuans, flagrantissimis lachrymis, & gemitibus Deum inuocabat ad auxiliũ, & dicebat: Domine Deus omnipotens, misericors, & miserator, spes desperatorũ, & destitutorum adiutorium, recordare mei, indigni serui tui, in hac hora, & propicio me oculo respice, & libera a gladio dæmoniaco animã meam, & de manu canis unicam meam; & ne sinas me incidere in manus inimicorum meorum, ne supergaudeant mihi, qui oderunt me: ne derelinquas me corrumpi in iniquitatibus, & inquinare corpus meum, quod castũ tibi exhibere promisi. Te enim desidero, et te adoro patrẽ, & filium, & spiritũ sanctum, nunc et semper in secula seculorũ. Et cum dixisset, Amen, diuinã sensit consolationẽ cœlitus super se uenientẽ, et statim malignæ discesserunt cogitationes. Ipse uero usq; mane in oratione perstitit. Et agnitis machinamentis diaboli, cœpit corpus suũ amplius affligere fame, & siti, & alia contritione. Totis nanq; noctibus stabat super pedes suos, sibimetipsi reducens in memoriam, quæ promiserat Deo, & describens in animo hinc iustorum splendorem, & inde malorum ghennam cõmemorans assidue, ne ociosam, et uacuam suam inueniens hostis inimicus animã, cogitationes illi malas facile aspergeret, et mentis munditiam pollueret.

Vndiq; igit hostis destitutus, et omnino desperans seipsum taliter posse strenuum deñcere iuuenem, aliam uadit dirissimus hostis inuenire seductionem. Et cũ semper malignus sit ad nocendũ, et ad lædendũ callidus, nunc multo attentius satagebat, nihil omittens quatenus ad effectũ perduceret, quæ sibi a Theoda iuncta fuerant, et tale rursus conficit uenificium. Nam ingressus est unã iuuencularum illarũ, quę cunctis erat formosior, & regis erat filia, quę captiua de sua alienata est patria, & regi Auenniro, quasi quoddam munus eximium fuit oblata. Hanc eo q; esset pulcherrima, ad lapsum, et supplantationẽ filij pater transmiserat, eamq; seductor (ut dictũ est) ingressus, sermones ei suggerit, intellectum, atq; prudentiam sonantes illius intẽtionis. Omnia.n. ad malitiã pertinentia machinamẽta, facile, et cito malignus inuenit. Deinde regis filio a dextri corruẽs, cõpassionis charitatẽ erga puellam immittit ei, quasi sub obtentu intellectus, & ornamẽti mentis illius, q; esset ingenua, & de regali genere, patria etiã Syria; & gloria esset priuata. Cũ his, & cogitationes submittit ei, ut liberaret eam ab idolis, & Christianã faceret. Sed hæc oĩa fraudes erant

uersuti draconis. Sic enim animũ suum disponens regis filius, & nullã cogitationem sordidã, uel amorem uitiosum cernens in seipso erga puellam cõmotum, nisi tantũ compassionẽ, & misericordiam, tam captiuitatis illius, q̃ animæ perditionis, nequaq̃ hanc rem putabat esse tunc diabolicã seductionẽ. Nam diabolus cũ sit author tenebrarũ, aliquando se in angelum lucis transformat. Vt ergo loqui cœpit puellæ regis filius, & diuinæ notitiæ sibi uerba p̃ferre, dicens, o mulier cognosce uiuentẽ in secula deũ, & noli hoc errore idolorũ corrumpi, sed dominũ Iesum Christũ Intellige authorem esse omniũ rerum, & beata eris, desponsata immortali sponso: multaq̃ alia dicẽte illo, mox spũs malignus suggerit mulieri, ut seductionis expandat retia, et ad peccati foueam trahat Deo dilectã animam illã, quemadmodũ primum hominẽ decepit per Euam, & a beata, & immortali uita, & a Deo separans, a paradiso etiã extorrem in huius uitæ exiliũ præcipitauit. Vt enim audiuit puella uerba illa omni sapientia plena, stulta existens non intellexit, sed tales dedit responsiones, ceu lingua, & os diaboli facta, & ait: Si meæ salutis, domine mi, solicitudinẽ geris, & cupis Deo tuo me offerre, & humilem animã meam saluã facere, fac & ipse unã petitionem meã, & omnibus statim paternis dñs abrenuncians, tuo adhærebo Deo, usq̃ in finẽ uitæ meę seruitura ei, & mercedẽ recipies pro mea saluatione, & ad Deum conuersione. Tunc eo interrogante, quæ est postulatio tua, o mulier? illa habitũ, & gestum, & oculos, & totã semetipsam ad libidinẽ transformans, inquit: Coniungere mihi nuptiarũ copula, & ego præceptis tuis gaudens obediã. Cui ille: Inaniter, o mulier, talẽ mihi prætendis petitionẽ duram. Ego enim licet fortiter tuæ solicitudinẽ geram salutis, & de profundo perditionis desiderem te extrahere: inquinare tamen corpus meũ per turpem cõmixtionem graue mihi est, & omnino impossibile. Illa aũt totam cõplanans illi uiam, & iniungens: Quare, inquit, talia faris tu omni replete sapientia? Vt quid pollutam rem, & turpem, uocasti cõmixtionem? Non. n. & ego expers sum scientiæ Christianorũ librorum, sed multa uolumina legi, in patria mea, multosq̃ Christianos mecũ colloquentes audiui. Nonne scriptũ est in quodã librorum uestrorũ, Honorabiles nuptię, & torus imaculatus? Et, melius est nubere, q̃ uri? Et, quod Deus coniunxit, homo non separet? An non omnes antiquos iustos patriarchas, sed & prophetas, uxores habuisse docent scripturæ uestræ? Nonne Petrum illũ, quem principem Apostolorum dicis fuisse, coniugem scriptũ est habuisse? Quibus igit̃ authoritatibus fultus, nuptias pollutionẽ debes appellare? Valde mihi uideris a ueritate dogmatum uestrorũ errare. Cui ille respondit: Etiã mulier sic se habent ista, quẽadmodum dixisti. Nam permittit̃ uolentibus uxores ducere, sed non eis, qui semel p̃miserũt Christo uirginitatẽ illibatã seruare. Ego enim ex quo lauacro purificatus sum diuini baptismatis, a iuuẽtutis, & ignorãtiæ meæ delictis mundũ meipsum seruare Christo spopondi. Et qua ratione, quod Deo p̃misi, uiolare potero? At illa rursus ait: Sit & ista tua uoluntas, quẽadmodũ proposuisti. Aliam uero minimã quandam, & fere nullã petitionem meam perfice, si uis saluã facere animã meam: Concumbe mecũ hac nocte tantũ, & tua perfrui me patere pulchritudine, nec non & ipse meo satiare decore: & promitto tibi q̃ summo diluculo Christiana fiam, & omni abrenunciabo cultui deorũ. Et erit tibi non solũ indulgentia pro di-

48

Huc huc o hæretici oculos admouete, qui deo dicatas uirgines et sanctimoniales fœminas quæ uirginitatem profesſe sunt, monachos item sub nuptiarum prætextu ad incestum solicitatis. Videte hic friuolas rationes & sophismata uestra confutata, & impiorũ dogmatum uos esse fatores cognoscite, quæ non nisi a diabolo sunt, cuius estis ministri.

spensatione ista, sed insuper munerũ retributio pro salute mea a Deo tuo. Nam gaudiũ fit in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agente. Si ergo fit gaudiũ in cœlo propter conuersionẽ peccatoris, authori conuersionis nonne merces magna debet? Etiam ita est, & penitus indubitabile. Nonne plurima & principes religionis uestræ apostoli secundũ dispensationẽ egerunt, prætereuntes nonnunq; minus, propter maius, mandatũ? Nonne Paulus dicit circuncidisse Thimotheum propter meliorem dispensationem? Et licet execrabilis sit Christianis circuncisio, tamen ille nõ respuit hanc facere. Et multa talia in scripturis tuis inuenies. Si ergo secundũ ueritatem saluare quæris animã meam, modicũ istud meum cõple desiderium. Et ego quidẽ perfecta tibi copula nuptiarũ coniungi postulans, qm̃ mihi minime desiderabile est, ulterius te non cogã, quæ tibi placita sunt, omnia tamen factura. Ergo & ipse ne omnino me execreris, sed acquiescendo mihi semel in hoc, saluabis me a superstitioso idolorũ cultu liberans, & tu deinceps, quæ tibi uisa fuerint, facies omni tẽpore uitæ tuæ. Sic locuta est. Nã & habebat narratorẽ, cui & aures adhibebat ipsa occulte: & scripturarũ experiẽtissimus est, totius malitiæ author, & magister diabolus. Hæc igit̃ dicens, & blandiens, retiaq; & laqueos a dextris, & a sinistris circumplicãs, fortitudinẽ animæ illius cõmouere cœpit, rigoremq; deponere propositi illius, et deliberationẽ nutabundã efficere. Seminator aũt malitiæ, & iustorũ inimicus, uacillans illius cor considerans, gaudio magno repletus est, & qui secũ uenerant nequitię spiritus, mox aduocat, uociferans: Videtis qũo puella ista concussit, quẽ nos non potuimus cõmouere? Venite ergo, fortiter irruamus in eum. Aliud enim tẽpus non inuenimus ita congruum ad cõplendam uoluntatẽ illius, qui misit nos.

Hæc locutus uersipellis, & omni dolo plenus, cũ suis canibus unanimiter aggrediũt Christi militem, oẽsq; illius animæ uirtutes conturbant, & dirum amorẽ puellæ suggerentes, ignẽ uehementissimũ concupiscentiæ succederunt in eum. Cernens aũt ille seipsum fortiter inflãmatũ, et ad peccandũ captiuatũ, puellæ salutem, & ad Deum conuersionẽ, quasi hamo escã, propositæ actioni circũpositas, & occultantes ei nõ esse hostis submissiones, id est, peccatũ, pro salute animæ semel mulieri miscerí, inge miscens defactionẽ animæ pessundatæ, mox semetipsum ad orationẽ cõuertit, & flumina lachrymarũ ex oculis largiter profundẽs, clamabat ad Deum, qui saluos facit sperantes in se: In te dñe speraui non confundar in æternũ. Neq; irrideant me inimici mei tua protectũ dextera, sed adesto mihi in hac hora, et sc̃dm uoluntatẽ tuã dirige uiã meã, ut glorificẽ nomẽ tuũ sc̃tm̃, et gl̃riosũ, et terribile in me famulo tuo, q es bñdict9 in sc̃la. Am̃.

Per plurimas uero horas cũ lachrymis orans, & multas genuflexiones faciens, collocauit seipsum in pauimento. Et soporatus paululũ, uidet semetipsum a quibusdã terribilibus raptũ, & loca, quæ nunq; uiderat, pertranseuntem, & ad quoddã perductũ maximũ pratũ, decoris floribus, & bene redolentibus exornatũ: ubi arbores quidẽ cernit omnigenas, & uarias fructibus extraneis quibusdã, & mirabilibus oneratus: foliaq; arborum dulcẽ sonũ reddebãt, aura quadã grata agitata, & insatiabilẽ, & gratissimũ odorẽ emittebant: sedesq; positæ erant de mundissimo auro, & lapidibus preciosis fabricatæ, nimiũ splendorẽ reddentes: & lecti lucidi preciosissimis stramentis, quæ decore suo oẽm narrationẽ superant: aquę

49 *Orans cũ lachrymis per horas plurimas, & multas genuflexiones faciens.*

etiã præterfluunt lympidisſimæ,ipſos lætificantes oculos.Per mirabilem uero iſtũ & maximũ campũ terribiles illi deducẽtes illũ,in ciuitatẽ introduxerunt,ineffabili fulgore ſplendentẽ. Et ex auro qdẽ obrizo muri erãt, & de lapidibus quos nullus aliquando uidit,propugnacula altisſima. O quis illius referre præualet ciuitatis decorẽ,& claritatẽ? Lux aũt deſuper infuſa radijs ſuis,oẽs plateas ipſius illuſtrat, & ætherei quidam exercitus ſplendidi in ea conuerſanꝫ,canticũ cantantes, quod auris mortalis nunq̃ audiuit.Et uocem audiuit dicentẽ:Hæc eſt requies iuſtorũ,iſta eſt lætitia eorũ, qui placuerunt dño. Inde denicꝫ educentes illũ reuerendisſimi uiri illi,repedabant. Qui iucunditate illa,et gaudio totus perfuſus,ait:Ne priuetis me,rogo,ineffabili gaudio iſto,ſed cõcedite me in uno præclaræ ciuitatis huius angulo conuerſari. Illi aũt dicebant:Impoſsibile eſt te nunc hic eſſe,ſed labore multo,& ſudore uenies huc; ſi tamen tibimetipſi uim inferre potueris.His dictis, & maximũ illum campũ rurſum tranſeuntes, ad loca deduxerũt tenebroſa,& omni fœditate,& triſtitia,& tribulatione,& turbine plena,ubi fornax æſtuabat igne ſuccenſa,& uermiũ genus, atcꝫ ſerpentiũ ibi erat inter flãmas uiuens,& animas crucians.Et uox audita eſt,dicens:Iſte locus eſt peccatorũ.Iſta ſunt tormenta eorũ,qui prauis actibus, & turpibus ſemetipſos polluũt. Poſtea eduxerunt eum inde hi,qui eum introduxerunt:ſtatimcꝫ in ſemetipſum reuerſus,tremebundus erat totus,fluminacꝫ lachrymarũ decurrebant ex oculis eius. Omnis aũt pulchritudo illius impudicæ puellæ, & cæterarũ fœtidior ſtercore, atcꝫ putredine ei uidebat. Voluens aũt in animo eorũ,quæ uiderat,memoriã, deſiderio bonorũ,& timore malorum, ſuper lectũ infirmus decubuit,nequacꝫ ſurgere ualeus.Nunciat ergo regi ægritudo filij. Qui poſtcꝫ uenit, interrogat quidẽ,quod acciderat.Ille aũt refert ei per ordinẽ,quę uiderat, & ait:Vt quid laqueum pedibus meis pręparaſti, & deijcere animã meã uoluiſti? Niſi enim adiuuiſſet me dñs, paulo minus in inferno habitaſſet anima mea.Sed cꝫ bonus Iſrael Deus rectis corde, qui & meã eripuit humilitatẽ de medio catulorũ leonum,& dormiui cõturbatus.Sed uiſitauit me ex alto Deus ſalutaris meus,& oſtendit mihi qualibus priuauerunt ſe bonis, qui eum prouocant ad iracundiã, qualiumcꝫ tormentorũ pœnas ſuſtinebunt.Et nunc,o pater, qm̃ aures tuas obturaſti, ne audires uocem meam bona tibi ſuggerentẽ, ſaltẽ me ne prohibeas uiam rectã incedere. Hoc.n.deſidero, hoc ambio,id eſt,ab oibus terrenis liberari, & ad loca pergere,ubi Barlaam Chriſti famulus habitat, & cũ eo reſiduum præſentis uitæ meæ expendere. Si autem ut retinere me uolueris, uidebis me repente triſtitia & anguſtia mori, & neque tu pater de reliquo uocaberis, neque filium me ulterius habebis.

Iterũ ergo defectus apprædit regẽ, & rurſus tædet eum uitæ ſuæ: & male cõuerſus ad ſemetipſum,i ſuuũ abijt palatiũ.A Theoda uero qui miſſi fuerant nequitiæ ſpiritus aduerſus ſanctũ puerũ, redeuntes ad eum confuſi deiectionẽ confitent; & licet ſint mendacisſimi, tamẽ caſum ſuæ deiectionis aperte retulerunt. Ille aũt ſic ait:Vos infirmi, & miſeri, quomodo ab uno puero eſtis ſuperati? Tunc maligni ſpiritus diuina uirtute
50 compulſi,in lucẽ(licet inuiti)ueritatẽ protulerunt,dicẽtes: Non ualuimus
Signũ crucis Chriſti fugat dæmones. ſuſtinere,nec omnino reſpicere Chriſti uirtutẽ,& uexillum paſsionis eius, quod crucẽ uocant.Illo.n.ſigno rediuimus eneruati, fugientesq̃ exuſti o-

mnis aeris principes,& rectores tenebrarũ. Nã priuſq; perfecte eo ſignaretur iuuenis iſte,ſuper eũ irruentes fortiter,conturbauimus eũ. Vt autem Chriſtũ inuocauit in auxiliũ,& ſigno crucis armauit ſemetipſum,nos per ſecutus eſt cũ ira,& præſidium ſibimet tutiſsimũ poſuit. Meditãtes ergo inuenimus inſtrumentũ, per quod et protoplaſto locutus eſt aliqñ princeps noſter, & eũ ſuperauit. Sed nunc pro nihilo reputati ſumus a puero iſto,& irrita facta eſt ſpes,quam habuimus de illo. Nam inuocatus Chriſtus in auxiliũ,ignis ſupernæ iræ nos inflãmauit, & in fugam conuertit,ut amodo non audeamus appropinquare ei. Sic ergo maligni ſpiritus aperte nota fecere Theodæ, quæ facta fuerant.

Rex autem undiq; deſtitutus,Theodam iterũ aduocat;cui et dixit: Omnia quæ nos docuiſti,o ſapientiſsime cõplentes,nullam utilitatẽ conſecuti ſumus. Nunc aũt ſi quæ alia ars tibi reſidua eſt, & illius experientiã capiemus: forte inueniemus aliquã mali ſolutionem. Petente uero Theoda ad colloquiũ uenire filiñ,mane rex ſecũ aſſumens eũ, ad uiſitandũ pergit filiũ. Et ſedens rex loq cœpit,exprobrans,& repræhendens de inobedientia ſua,& pertinaci uoluntate. Illo uero denuo confirmante, & nihil prẽponendũ eſſe Chriſti charitati clamante, procedens in mediũ Theodas,ait: Quid cognouiſti,o Ioſaphat,in ĩmortalibus dñs noſtris,quod ab eorũ cultu diſceſsiſti, & patrẽ tuum regẽ ita ad iracundiam prouocaſti; odibilis factus omni populo? Nonne ab ipſis tibi præſtita eſt uitę? Nõne & ipſi exhibuerunt te patri,oratione eius exaudita, & de ſterilitatis eum uinculo liberauerunt? Plura autẽ uaniloquia,& inutiles nugacitates in malis inueteratus proponens,& ſyllogiſmos conſuens,de prędicatione euangeliñ uolẽs quidẽ iſtum deridere,idolorũ uero dogmata defendere, modicum ſuſtinens ſuperni regis filius, & urbis illius ciuis, quam fixit dñs, & non homo,ait ad Theodã: Audi erroris profunditas, & palpabiliũ tenebrarum fœtor,Babylonium ſemen,et Chaldemicæ turris conſtruentium proles,propter quam mundus cõfuſus eſt,uaniloque,ac miſerrime ſenex, cuius & igne,et fulgure concremata Pentapolis,leuiora ſceleribus operata eſt. Cur deridere conaris ſalutis prędicationẽ, per quam errabundi uiã inuenerunt,per quam perditi & male captiuati,reuocati ſunt? Quid melius eſt,dic mihi,Deo ſeruire omnipotenti,cũ filio ſuo unigenito, & ſpiritu ſancto,Deo increato,et ĩmortali,principio & fonti bonorũ, cuius imperium ineſtimabile,et gloria incõprehenſibilis, cui adſtant milia miliũ, & decies centena milia angelorum,et cœleſtiũ ordinum,& pleni ſunt cœli,et terra gloria eius,per quẽ omnia de nihilo facta ſunt,per quem omnia continentur,et gubernantur,et prouidentia illius regunt: an dæmonib⁹ perditis,et inanimatis idolis,quorũ gloria,et laus adulterium eſt, et puerorũ corruptio, & cætera impietatis opera, quæ de ueſtris dñs ſcripta ſunt in inſtitutionibus ſuperſtitionis ueſtrę? Non erubeſcitis miſeri, et ignis inextinguibilis cibus? Similitudo generis Chaldaici, non confundimini mortuas ſtatuas adorantes,manus humanæ opera? Lapidem.n. dolantes,uel lignum cędentes,deum appellatis. Deinde meliorẽ de armẽtis taurum tollentes,uel aliud, quod occurrerit decentiſsimum de animalibus, mortuo delubro ſacrificatis. Stulte,precioſius eſt tuo idolo animal,quod offertur ei. Nã idolum homo fecit,animal Deus creauit. Et ideo longe te rationali intellectualius eſt irrationabile animal. Nam illud cognoſcit nutrientem ſe,tu uero Deum ignoras,per quẽ de nihilo factus es,per quẽ uiuis;et con-

feruaris. Et appellas Deū, quem pauloante uidisti ferro cœsum, et igne cō flatum, et malleis pr oductū? Quem argento, et auro circūtexisti, et de ter ra eleuans in alto collocasti. Deinde corruens in terram, miserū lapidem miserior illo ador as, et non Deū, sed opera manuū tuarum mortua, et ina nimata imo neq; mo rtuum utique est iustū uocari idolū. Quo enim mor tuū est, quod nunq; uixit? Sed quo ddam nouū oporteret inueniri sibi no men, tamen fatuitate dignū: Nam lapideus puluis efficit; ligneus corrūpi tur; æneus fuscat; aureus, & argen teus conflat. Nec hoc solū, sed etiam di strahunt dñ tui, alij modico, alij precio multo: non enim diuinitas ineſt eis. Deus enim quis emit? Deū quis uendit? Quomodo deus uocat, qui non mouet? An nō cernis, qm qdē stans, nūq; sedet: sedēs uero, nūq; surgit. Eru bescе stulte, et manū pone sup os tuū fatue, talia laudās. Nā a ueritate alie nat⁹es, mēdacibusq; figuris seduct⁹, statuas fingēs, et opib⁹ manuū tuarū dei nomē iponēs. Euigila ifelicissime, et itelligeq; antiqor es tu deo a te fa cto. Ista plurimæ sunt insaniæ. Confidis. n. temetipsum, cū sis homo, deum posse facere. Et quomodo potest hoc fieri? Itaq; non deū facis, sed effigiē hominis, uel alicuius animalis, linguā non habentē, neq; guttur, neq; cere brū, neq; aliquid interius. Itaq; neq; hois similitudo, neq; animalis, sed om nino quiddam inutile, & uanitate plenū. Cur ergo insensibilib⁹ adularis? Cur immotis, & inutilibus assides? Nisi enim ars fuisset cæsoris lapidum, uel architecti, aut ferrarij, deū utiq; non habuisses. Nisi custodes assiderēt, utiq; deū tu perderes. Quem enim sæpius urbs populosa insipienter pre catur ut deū, ut ab eo custodiat, huic custodes pauci assident, ne a furib⁹ rapiat. Et si quidem aureus, uel argenteus fuerit, solerter custodiet: Si uero lapideus, aut luteus, uel alterius cuiuslibet uilioris materiæ, semetipsum custodiet. Forsitan robustior est luteus apud uos aureo. Non est igit congruum, uos insipientes, & cæcos, & sine intellectu, iustos subsannare, sed potius uosmetipsos deflere. Amentiæ quippe, non pietatis, sunt opera ue stra. Nam studiosus bellorum militaris aspectus, simile idolum erigens, uocauit Martē. Alius autem mulierum concupiscentia succensus, uitiū suū deū fecit, quē uocauit uenerē. Iste autem propter suam uinolentiam finxit idolum, quod uocauit Bacchū. Similiter uero & aliorū malorū concupi scentes, suorum uitiorū statuerunt idola. Nam passiones suas deū uocaue runt. Et ideo in delubris suis impudicæ fiunt ab eis saltationes, & luxurio sa cantica resonant, & furiosi in impetu fiunt. Quis aūt horum per ordinē abominabilem edicet actionē? Quis sustinebit, illorū turpitudines referen do, os suum inquinari? Sed omnib⁹ manifesta sunt, & si nos taceamus. Isti tui cultus sunt, ō Theoda, statuis insensibilior. Hæc me suades adorare? hæc colere? Tuæ ueraciter est malitiæ, & stultę uoluntatis tale consilium. Sed similes illis fiant tu, & omnes, qui cōfiditis in eis. Ego uero Deo meo seruiam, & sacrificabo totum meipsum Deo creatori, & prouisori uniuer sorū, per dominum nostrum Iesum Christum spem nostrā, per quē acces sum habemus ad patrē luminū in spiritu sancto, per quē redempti sumus de amara seruitute in sanguine eius. Nisi enim humiliasset semetipsum usq; ad formam serui, nunq; nos filiorum adoptione digni essem⁹. Humiliatus est ergo propter nos, nō rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Nā quod erat permansit: & quod non erat, assumpsit. Locutus est hoibus, a scendit in crucē carne sua, positus est in sepulchro trib⁹ diebus, descendit

in infernum, eduxit eos, quos uinctos tenebat sæuus mundi rector uenundatos sub peccato, resurrexit die tertia, ascendit in cœlū, inde uenturus iudicare uiuos, & mortuos. Quæ igit sibi ex his læsio facta est, quem subsannare uideris? An non cernis solē istū, quos, et quantis transmittit radiū suū locis inhonestis, et sordidis, et quanta corpora respicit fœtida, atq; putentia? Nunquid aliqua sibi ex his prouenit macula? Nonne potius sordida, & fœtentia, atq; saniem decurrentē desiccat, astringit, tenebrosa uero illuminat, & ille illæsus omnino, & intactus ab omni macula pmanet? Quid uero ignis? Nonne frigidū ferrum, & nigrum suscipiens in seipso, flammigerum totum, atq; ignitū efficit? Nunquid recipit ferri proprietates? Nunquid cæso ferro malleis, & concusso, patitur aliquid ignis, aut lęsionem ullo modo sustinet? Si ergo creaturas istas corruptibiles nihil ex societate uiliorum pati constat, qua ratione, o stulte, & lapidei cordis, reprehendere præsumis, dicēs, quia filius, & uerbū Dei, nullo modo discedens a paterna gloria, sed Deus existens, pro salute hominum suscepit corpus humanū, ut homines participes diuinæ, & intelligibilis naturæ faceret, & de inferno educeret substantiā nostrā, & cœlesti gloria donaret; ut principē tenebrarum seculi huius assumptione carnis illiciens subiiceret, & genus nostrū ab illius tyrannide liberaret? Vnde impassibilis sustinet passionē crucis, duas naturas manifestans suas. Nam ut homo crucifigit, sed sicut deus solem obscurat, commouet terram, & multa, qui dormierant, suscitauit corpora sanctorū de monumētis. Rursus ut homo moritur, sed sicut Deus resurgit, spolians infernū. Ideo clamat propheta: Infernus lætatus est, obuiā tibi deorsum. Nā exultabat, hominē putans se suscipere infirmū. Sed in Deū incidit, & inanis subito effectus est, & captiuus. Surgit ergo sicut Deus, & rediit in cœlū, unde nunq; discesserit, & naturā nostram, pri? despicabilē, & omnibus inferiorē, ingratam, & inhonoratā, omnibus superiorem effecit, & in throno gloriæ collocauit. Igit quæ ipsi de uerbo hoc facta est læsio, quod blasphemare non desinis? Quid. n. pulchrius, q̄ ista confiteri, & talē colere Deum bonū, ac benignū, q mandat iustitiam, constantiam imperat, munditiā iubet, misericordiam docet, fidē exhibet, pacē prędicat, ipsa ueritas nominat, & est ipsa Charitas, ipsa bonitas? Hunc melius est colere, q̄ deos tuos nefarios, & uitiosos, turpes pariter actib?, & nominibus. Væ nobis, q estis lapidibus duriores, & irrationabilibus irrationabiliores, filij perditionis, tenebrarū hæredes. Beatus uero ego, & omnes Christiani, Deū habentes bonū & benignum. Nā q ei seruiunt, & si modico tpe in hoc seculo mala sustinēt, sed imortalem retributionis fructum uindemiabunt in regno perenni, & diuinam beatitudinem.

Dixit aūt ad eum Theodas: Ecce manifestū est, q̄ nostram sectā multi, & magni sapientes, & narratores tā uirtute, q̄ scientia mirabiles, tradiderunt, & omnes reges terræ, & potentes, ceu bonā, & nihil falsitatis habentem susceperunt: Galilæorū uero, rustici quidā pauperes, & uiles homines prædicauerunt, & ipsi pauci numero, nec duodenariū supergrediētes. Quō ergo paucorum, & ignobiliū, atq; rusticorum prædicatio præponenda est multorū & magnorum, sapientia tanta splendentiū, traditionis? Quæ est aūt assertio, hos uera dicere, & illos mētiri? Rursus ergo regis filius respondit: Forsitan, Theoda, asinus es, lyrā rationis audiens, & sine intellectu permanens; uel potius aspis obturans aures, ne audias uocē in-

cantantiũ. Bene igiť propheta ait de te: Si mutauerit æthiops pellem suã, & pardus uarietatem suã, & tu poteris benefacere, cũ didiceris mala. Stulte, & ecce quomodo non reducis te in sensum ueritatis? Hoc.n. ipsum, ꝙ a multis quidem sapientia admirandis uestri cultus laudati sunt, & a multis regibus defensi; prædicatio uero euangelij a paucis, & ignomilibus uiris prædicata est, ostendit diuini cultus nostri uirtutem, & uestrorum malignorum dogmatum infirmitatem, & exterminium. nam uestra licet aduocatos habuerint sapientes, & defensores fortissimos, tamen extinguntur, & debilitantur: nostra uero nullo humano fulta auxilio, lucent splendidiora sole, & mundi obtinent plenitudinem. Si enim a rhetoribus, & philosophis exposita fides nostra fuisset, regesque, & potentes habuisset cooperatores, merito dicere posses humana uirtute totũ fieri. Nunc autem cernens a piscatorib⁹ quidẽ uilibus sanctũ compositũ euãgelium, ab omnib⁹ uero tyrannis persecutũ, & postea orbẽ implesse uniuersum: nam in oẽm terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorum: quid dicere potes aliud, ꝙ diuinã quandam esse, & inexpugnabilem uirtutẽ, pro salute hominũ semetipsam astruentẽ? Quam ergo assertionẽ requiris insensate, mentiri quidẽ tuos, uera aũt dicere nostros, his ꝙ dicta sunt, potiorẽ? Si enim non deliramenta essent, & mendacia omnia tua, nunc ꝙ tantam obtinentia ab omnibus fortitudinẽ, & defensionẽ, sic essent imminuta, & infirmata. Vidi enim (inquit) impiũ superexaltatũ, & eleuatũ, sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eũ, & nõ est iuentus locus eius. De uobis ista dixit propheta propugnatorib⁹ idololatriæ. Modicũ enim quantulumcũ ꝙ, & non inueniet locus uester, sed sicut deficit fumus deficiens, et quẽadmodum liquescit cera a facie ignis, sic peribitis. De euangelica uero, & diuina notitia inquit dominus: Cœlũ, & terra transibunt, uerba aũt mea non transibunt. Et iterũ psalmographus ait: Initio tu domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: Ipsi peribũt, tu aũt permanes, & omnes sicut uestimentũ ueterascẽt: Et sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabunť: tu aũt idem ipse es, & anni tui non deficient. Et ꝗdem diuini præcones aduentus Christi, sapientesq; orbis prędicatores, oẽs traxerunt de profundo erroris, quos nũc infœlix, & uere seruus peccati, despicis. Nã ipsi resplenduerũt signis, & prodigijs, & uarijs uirtutibus, uelut sol in mundo, cæcis lumen donantes, surdis aũt auditum, & claudis gressum, mortuis uitã exhibentes. nam umbræ illoꝝ solę, omnes languores hominũ curabãt. Dęmones, quos uos timetis quasi deos, non solũ ab hominum pellebant corporibus, sed ẽt ab ipso extirpauerunt mundo crucis signo, per quod omnẽ perdiderunt machinam, & omnia ueneficia, inefficatia esse fecerunt. Et illi quidẽ humanam ita sanantes infirmitatẽ Christi uirtute, & creaturã totam renouãtes, ceu ueritatis prędones, merito admirabiles uidebanť omnibus recta sapiẽtibus. Quid ergo potes dicere de sapientibus tuis, & rhetoribus, quorũ stultam fecit Deus sapientiam? Fautores diaboli ꝗd memoria dignum reliquerunt seculo? Quid potes dicere de ipsis, nisi irrationabilitatem, & turpitudinem, & artẽ uanam, ornatu uerborũ cœnum contegentem fœtentissimæ sectæ uestrę? Sed et ipsorũ poetarũ, quicunq; uisi sunt aliquo modo a multa resipuisse insania, quod uerius est dixerunt, ꝙ hi ꝗ dicuntur dij, homines fuerunt, & eo ꝙ ꝗdam illorũ ædificauerunt ciuitates, & regiones gubernauerunt,

runt,uel quodlibet aliud egregiũ facinus scdm seculum fecerũt,errantes homines,deos eos uocauerunt. Nã in initio Seruch ille dicit idola reperisse. In antiquis nempe temporibus qsquis uel fortitudinis,uel amicitiæ suæ, uel alicuius alterius industriæ opus memoria dignum ostendisset, statuis ferr̃,& imaginibus fuisse honoratus. Postea uero homines prædecessorũ suorum ignorantes intentionẽ,qꝫ propter memoriam solam eis,q aliquid fecerunt laudabile,statuas,& imagines erexerunt, paulatim errantes,diabolica seducti uersutia,quasi imortales, & incorruptibiles homines adorauerunt,& sacrificia eis,& libamina obtulerunt, certumcꝫ dæmonibus in idolis habitantibus ad se honorẽ,& sacrificia trahentibus. Nam illi eis, q non probauerunt Deũ habere in notitiã,persuaserunt deos se credi dua bus ex causis,ut illi qdem in appellatione ista gloriarent. Delectantur.n. nimirũ superbia,& arrogantia pleni,quasi dꝫ honorari, & ut eos, quos seduxerunt,in præparatũ sibi pertrahant ignẽ. Vnde omnem illos docuerunt impietatẽ,ac turpitudinem,ut suæ subderent ditioni. Ad hanc igitur eminentiam malorũ peruenientes homines,obtenebrati mẽte,unusquisqꝫ sui uitꝫ,& propriꝫ concupiscentiæ erexit statuam,& deũ nominauit,abominabiles errore,abominabiliores impietate eorũ, quos adorauerunt effecti,donec ueniens dñs per uiscera misericordiæ suæ liberauit nos, q credidimus in eũ,de maligno hoste,& perdito errore,& docuit uerã Dei notitiam. Non est.n. salus nisi in ipso,& non est alius deus neqꝫ in cœlo, neque in terra,nisi ipse solus omniũ factor,omnia portãs uerbo uirtutis. Verbo.n. Dei cœli firmati sunt,& spiritu oris eiꝰ omnis uirtus eorũ. Et omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil.

Theodas aũt his auditis sermonibus, qa sermo plenus erat diuinæ sapientiæ, quasi tonitrui fragore consternatus, sine uoce obstupuit. Sero autem & uix suã sensit miseriã. Tetigit aũt obtenebratos cordis illius oculos sermo salutaris. Multũ igit de prioribus actibus suis pniam gerens,& idolorũ errorẽ condemnans,ad lumen ueritatis cucurrit. Et ex illo tẽpore ita a maligna conuersatione discessit, & tm̃ seipsum execrandis uitꝫ,& magicis artibus hostẽ exhibuit, quantũ ante hoc tps erga illas amicitiam habuit. Tunc.n. in medio consilꝫ stans,rege præsidente,magna uoce clamauit: Vere,rex,spũs Dei habitat in filio tuo. Veraciter uicti sumus,& nullam ultra responsionem habemus, nec resistere his, quæ ab eo dicta sunt prævalemus. Vere magnus est Deus Christianorũ, magna fides eorũ,magna mysteria. Conuersus ergo ad filium regis,ait: Dic mihi,illuminata anima,suscipiet me Christus,si discedens a malis actibꝰ meis,conuertero me ad ipsum? Etiam,inqt ueritatis præco,et suscipiet te,& omnes, q conuertuntur ad ipsum. Suscipiet aũt non qualitercunqꝫ, sed sicut pater filio,qui de longinqua reuersus est regione,id est,de uia iniqtatũ conuersus est,obuiam exiuit, & hunc apprehendens osculatus est, & peccati confusione sublata,mox eũ ueste induit salutari, & stola splendidissima circundedit, mysticamcꝫ supernis uirtutibus lætitiã & solennitatẽ pro conuersione pditæ ouis exhibuit. Nam ipse dñs ait; gaudiũ fieri in cœlo super uno peccatore pniam agente. Et iterũ dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Deinde & per prophetam: Viuo ego,dicit dñs, nolo mortẽ impĩ,sed ut conuertat̃ de uia sua mala,& uiuat. Conuersione conuertimini de uia uestra mala,& quare moriemini domus Israel? Iniquitas

enim iniqui non nocebit ei. In quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua peccator, & fecerit iustitiã, & in præceptis uitæ ambulauerit, uita uiuet, & non morietur. Omnia peccata illius, quę peccauit, non recordabuntur. Quia iudicia iusticię fecit, in ipsis uiuet. Et rursus per aliũ prophetã clamat: Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationũ uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benefacere. Et si fuerint peccata uestra sicut phæniciũ, ut nix dealbabunt: & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Talibus ergo propositis a Deo promissionibus his, quad eum conuertunt, noli hæsitare, o homo, neq; ambigas, sed uni ad xpm benignum Deũ nostrum, & illuminare, & facies tua non confundet. Mox. n. ut descenderis in piscinam diuini baptismatis, omnis confusio ueteris hominis, & tota sarcina multorũ peccatorũ sepelietur in aqua, & in nihilũ defluent. Iuuenis uero tu inde, & ab omni sorde mundus exibis, nullã maculam, uel rugã peccati deferens tecũ. Et de reliquo in te erit, ut conserues tibimetipsi adeptam emundationẽ per uiscera misericordię Dei nostri. Teodas igit his instructus sermonibus, exit continuo, et execrabile illud antrũ repetens, & suæ magicæ artis libros assumẽs, uelut totius authores malitiæ, & mysteriorum dæmonicorum thesauros, igne cõbusit. Deinde uero speluncam adit sacratissimi illius uiri, ad quẽ Nachor uenit, & de se narrat omnia, puluerẽ super caput suũ aspergens, graues gemitus emittens, & abluens semetipsum lachrymis, per ordinem et seni execrandas suas referens actiones. Ille uero cũ ad saluandas animas, & de fraudulenti draconis faucibus rapiendas artificiosus esset, incantat illũ uerbis salutaribus, peccatorũ remissionem promittit, propiciũ spondet fore iudicẽ. Deinde catechizãs eũ, ieiunare multis diebus pro his, quæ deliquerat, mandauit, lachrymisq;, & gemitibus Deum pro illo exorãs.

51

Ecce ieiunium indictum pro peccatorum commissorum satisfactione cõtra nouos hæreticos.

His itaq; peractis, rex undiq; destitutus, uehementer tristis erat, et plurimã commotionẽ in animo ferebat. Conuocans autem rursus quotquot de consilio habebat, diligenter perquirebat ab eis, quid de reliquo suo faceret filio. Multa aũt consilia multis supponentib⁹. Arachis ille superius memoratus, illustrior ducatu, & primus consiliũ existens, ait regi: Quid oportebat, rex, filio tuo facere, & non fecim⁹, suadẽdo ei nostra seq dogmata, & nostris seruire dis? Sed ut uideo, ad impossibile nitimur. Nam ex natura inest ei, uel forte ex fato, contentio ista, atq; duritia. Igitur si tormentis eũ tradere uolueris & cruciatib⁹, tu hostis eris naturæ, & pater non uocaberis, & illũ amittes pro Christo mori cupientẽ. Restat igit istud adiiciendũ, id est ut diuidas ei regnũ, & in parte, quæ contigerit ei, regnare permitte. Et si quidẽ rerũ negocia, & cura secullariũ traxerint eũ ad nostrũ laborẽ sequendũ, & uitã, ex sententia nobis res proueniet. Nam mores fortiter in animo roborati facile deleri non possunt. Et ideo suasione potius, q̃ ui sunt transmutandi. Si aũt in secta permanserit Christianorũ, hoc ipsum, non amisisse te filium, erit tibi magnũ defectionis solatiũ. Hæc Arachi dicente, omnes laudauerunt suscipientes consilium. Consentit itaque rex sic ista disponi. Mane aũt facto, & accersito filio, rex ait ei: Iste mihi ultimus iam ad te sermo fili, cui nisi confestim obaudieris, & saltẽ in hoc cor meũ recreaueris, non ultra (bene scias) parcam tibi. Illo uero sciscitante, quæ uirtus est uerbi: Qm̃ quidẽ, inquit, multũ laborans inobedientẽ te ad omnia reperi, ut acquiescerес sermonib⁹ meis: ueni, iam regnũ diuidẽs,

in una parte te esse, & regnare te faciã, & erit tibi amodo licitum, quacunque desideras pergere uiam. Cognoscens autem illa diuina ueraciter anima, & istud ad lapsum suæ deliberationis proponere regẽ, tamen obedire consensit, ut ipsius manus euaderet, & desideratam sibi uiam ambularet. Suscipiens aũt ait regi: Ego quidẽ desiderabã diuinũ illũ quærere uirum, q̃ ostẽdit mihi uiam salutis, ut omnib⁹ abrenunciando terrenis, cum ipso residuum uitæ meæ expenderẽ: Sed q̃m me, pater, non permittis, ut deside rata peragam, in hoc obediam tibi. Nam in q̃bus non adiacet manifesta perditio, & a Deo alienatio, bonũ patri obedire est. Rex igit̃ maximo replet⁹ gaudio, diuidit statim in duas partes uniuersam sibi subiectã prouinciã, ordinat filiũ regẽ, ornat diademate, & omni hũc regali illustrans gloria, in designatũ sibi dirigit regnũ, cũ splendido comitatu, & decenti obsequio. Principib⁹ aũt, & ducibus, magistratibusq̃, & satrapis præcepit, licere omni uolenti abire cum filio suo rege: & ciuitatẽ quandã magnam, et populosam cõstituit ei in caput regni, & oĩa tribuit, q̃ erãt cõgruẽtia regi.

Tunc iam Iosaphat regni potestate percepta, cũ peruenit ad ciuitatẽ, in qua regnaturus erat, passionis quidẽ signum, id est, Christi crucẽ uenerandam in unaquaq̃ urbis turriũ posuit: Templa uero idolorũ, & delubra in statuis insequens destruit, & usq̃ ad fundamenta diruit, ipsaq̃ etiã fundamẽta effodit, nullas impietatis reliquias derelinquens. In medio aũt ciuitatis templũ magnũ, & speciosum domino ædificat Christo, & præcepit multitudini, ut ibi frequenter conueniant ad exhibendũ Deo cultũ per sanctæ crucis adorationẽ. Tunc in mediũ ante oẽs ipse præcedit, & intentissime se tradens orationi. Omnes aũt, qui sub ipsius erant potestate, admonet, obsecrat, oĩa facit impensius, quatenus a superstitioso dæmonum errore separet eos, & Christo reconciliet. Deceptionẽ ostendit idolo latriæ, & prædicationẽ insinuat euangelĩ; Dei uerbi descensionẽ, docet, & miracula, prædicat aduentũ eius, passionẽ notificat crucis, per quã saluati sumus, resurrectionis uirtutẽ, & ad cœlos ascensionẽ, metuendã cunctis denunciat diem terribilis illius aduentus, repositaq̃ fidelibus bona, & susceptura peccatores supplicia. Hæc oĩa suauibus moribus, & mellifluis pertransit sermonibus. Non enim tantũ eminentia potestatis, & regali munificentia ambiebat uenerabilis esse, & metuendus, quantũ humilitate, & mansuetudine. Et eo amplius trahebat oẽs ad se ipsum, quo erat quidẽ operibus mirabilis, mansuetus, & modestus moribus. Vnde potestas, humilitate, & mansuetudine magnis adiunctis sibi cooperatoribus, oẽs obedire suis facile persuasit sermonibus. Itaq̃ sic in breui tẽpore cunctus sibi subiectus populus, ciues scilicet, & ruricolæ, diuinis illius edocti sermonibus, ut abnegarent quidẽ multorum deorum errorem, & abrumperent̃ ab idolorũ sacrificijs, et abominationibus, rectæq̃ iungerent̃ fidei, et eius certissimis doctrinis Christo reconciliarent̃. Omnes, qui in mõtibus, et speluncis propter timorem patris illius incluſi fuerant, sacerdotes scilicet, et monachi, et eorum pauci, egressi de abditis suis, ad eum gaudentes ueniebant. Ipse aũt eos, qui propter Christũ in talibus deciderant malis, et tribulationibus, obuiam exeũdo honorifice suscipiebat, et in suũ introducebat palatiũ, pedes lauans, capita abluẽs, et omnimodo eos procurans. Deinde nouiter a se ędificatã ecclesiam dedicat, et quendã episcopum, qui multa propter fidẽ Christi mala passus fuerat, et sui episcopatus

52 *Templum magnũm & speciosum Iosaphat domino Christo ædificat, præcipit ut illuc omnes conueniant ad exhibendũ deo cultũ per sanctæ crucis adorationem. Quid hic dicent hæretici?*

53 *Dedicat ecclesiam Iosaphat a se ædificatã.*

Quod nota cõtra subuersores nostros qui Eccl siarum dedicationes dereident, ipsi magis deridendi, seu potius deflendi.

amiserat sedẽ, archiepiscopũ in hac cõstituit, uirũ sanctũ, & ecclesiasticis institutionibus eruditũ, zeloq; diuino ferentẽ. Piscinam aũt cõfestim prę parat, baptizari eos, qui ad Christũ conuersi fuerant, iubet. Et baptizantur principes prius, et quotquot in dignitate erant, deinde milites, et reliqua turba. Et baptizati nõ tantũ animarũ recipiebant sanitatẽ, sed etiam quanticunq; languoribus fuerant grauati corporalibus, et febribus uexati, oia deponentes, anima purificati, corpore roborati a diuino fonte egrediebantur, curatione adepta animarũ, simul et corporũ. Hinc et confluebant ad regẽ Iosaphat undiq; multitudines, pietatẽ ab eo discere quærentes, et omnia quidẽ subuertebant templa idolorũ. Tollebant uero omnes diuitiæ, et repositæ in phanis pecunię. Sacra aũt Deo templa ędificabant, et diuitias illas eis, et preciosa uestimenta, et thesauros rex Iosaphat reposuit, de execrabili, et superflua illa materia opus faciens bonũ, et utile. De tẽplis uero illis, ac delubris, in q̃bus prius cõuersabant sordidi dęmones, pśecutione atrocissima pellebant, et miseriã, quę eis superuenerat, in multorũ audientia uociferando flebant. Et liberata est tota regio illa a teterrima seductione eorũ, luceq; fulgebat immaculatæ fidei Christianorũ.

§ 4

Legant hæc hæretici qui templorum cultui tantopere aduersantur, & resipiscant quandoque ab erroribus suis.

Igitur & rex bonũ omnibus se præbebat exemplũ, & multos ad similem inflãmabat intentionẽ, & accendebat. Qualibus enim potestas conformatur, talibus semper subiectus sibi populus inhiant, & ambit illa, in quibus principem gaudere sentit. Hinc Deo cooperãte, pietas crescebat in eis, & confortabatur, qm̃ rex in mandatis Christi, & ipsius dilectione perfectus erat, dispensatorq;, & gubernator animarũ, ad portũ Dei eas perducendo. Sciebat enim, ante oia hoc regis opus esse, ut homines doceat deum timere, & iustitiã seruare: quod & faciebat, & semetipsum regendo, & uoluptates corporis domando, subiectosq; suos admonendo, sicut gubernator optimus solerter æquitatis tenens gubernacula. Hæc.n. ueri regis diffinitio est, uoluptates regere, et tenere, quod ille faciebat. De parentũ quippe nobilitate, & regali gloria, quæ inerat ei, nullo modo extollebat, sciens q; luteum habemus generis nostri primũ parentem, & de ipsius massa sumus diuites, & pauperes. In pfundo uero humilitatis mentem semper deprimebat, & futuræ beatitudinis memor, aduenã quidem seipsum hic reputabat. Illa aũt agnoscebat propria esse, quæ adepturus foret, postq; de hac uita migraret. Quoniã uero bene ista disposuerat, & oẽs qui sub illius erant ditione, ab antiquo liberatos errore paternarũ traditionũ, fecerat seruos illius, qui redemit nos de maligna seruitute pretioso sanguine suo, meditaẽ secundũ opus, misericordiæ uirtutẽ. Pudicitiam nempe, & iustitiã iam prius adeptus fuerat, & diademate pudiciæ coronatus, & purpura iustitiæ coopertus. Perpendebat denicq; terrenarũ diuitiarũ istabilitatẽ, fluminaliũ aquarũ imitari cursum. Quapp ibi studuit eas reponere, ubi neq; ærugo, neq; tinea demolit, & ubi fures nõ effodiũt, nec furant. Et cœpit oẽs pecunias paupib⁹ distribuere, nullo modo parcens eis. Sciebat.n. q; magnã potestatẽ assumẽs, datorẽ potentię secm̃ uirtutẽ debet imitari. In hoc autẽ maxime Deũ imitabaẽ, qđ nihil æstimabat misericordia pretiosius. Sup aurũ ergo, & lapidẽ pretiosum, misericordiæ diuitias sibimetipsi aggregabat. Et hic lætabaẽ spe futurę quietis, & ibi iucundabatur experientia separatæ beatitudinis. Hinc persecutabant ab eo carceres, & qui in metallis erant concluſi, & qui a creditoribus erant suffocati,

cati,& oĩbus omnia largiter miniſtrabat. Pater erat omniũ orphanorũ, & uiduarũ,& egenorum,pater amabilis,& benignus,ſibimetipſi putans beneficiũ impendere, cũ aliorum miſereret. Nã diues erat muneribus, et uere regalis animi. Omnibus dabat liberaliter indigentibus, multiplices ſperans pro his recõpenſationes in tẽpore operũ retributionis. Vbiq; aũt huiuſmodi illius fama in breui crebreſcente, uniuerſi ad eum, quaſi quodam odore unguenti tracti,per ſingulos dies confluebant,et per ora omnium uolitabat. Nam timor,& coactio minime trahebat populũ,ſed deſideriũ,& ad Chriſtũ ex corde uera dilectio;quę ex Deo,& eius pulcherrima conuerſatione, animis omniũ erat inſita. Tunc & illi,qui patri eius erant ſubditi,ei potius adhærebant; cunctumq; errorem abiicientes,ueritatem euangelixabant. Et domus quidem Ioſaphat creſcebat,& cõfortabatur:domus aũt Auennir minuebatur,& infirmabatur, quemadmodum de Dauid,& Saul Regnorũ narrat hiſtoria.

Iſta rex Auennir conſiderans,& uix atq; ſero in ſenſum rediens, ſuorũ recognouit falſorũ infirmitatem deorũ,& uanam ſeductionẽ: & iterum primos cõſiliũ conuocans,in lucẽ profert a ſe meditata. Omnibus aũt eadem confirmantibus(uiſitauerat enim eos oriens ex alto, ſalutaris exaudita oratione famuli ſui Ioſaphat) uiſum eſt regi, filio manifeſta facere. Scribit igit̃ ſequenti die epiſtolam Ioſaphat,continentem hunc modũ.

Rex Auennir dilectiſsimo filio Ioſaphat bene ualere. Cogitationes plurimæ,fili chariſsime, meam ſubintrantes animam,crudeliter conturbant. Nam noſtra omnia cernens deficientia,quemadmodũ fumus deficit,quę uero ſunt ſectæ Chriſtianorũ,ſuper ſolem reſplẽdentia,ſenſi uera eſſe,quę mihi ſemper a te dicebant. Et quia tenebræ nos peccatorũ profundæ, & impietatis operuerunt,ut hinc neq; ad ueritatẽ reſpicere, nec uniuerſorum authorem ualeremus recognoſcere, ſed & lucem ſic ſplendidã per te nobis oſtenſam,oculos claudentes,uidere noluimus. Multa tibi quidẽ mala oſtẽdimus,infœlicitercq;(heu)& Chriſtianorũ non paucos occidimus, qui cooperante ſibi inexpugnabili uirtute roborati, per mortẽ aduerſus noſtrã crudelitatem dimicauerunt. Nunc aũt craſſam illam nebulã de noſtris auferentẽ oculis,lucem quandã,licet modicam, ueritatis cernimus, & priorũ nobis pœnitentia ſubintrat malorũ. Sed & hanc lucem nubes alia malæ deſperationis interpellãs obtenebrare tentat, multitudinẽ opponens meorũ malorum,& q̃ abominabilis ego ſum Chriſto,& non ſuſcipiendus,ſicut apoſtata,& hoſtis illius factus. Quid igit̃ ad iſta dulciſſime fili,dicas,ipſe mihi manifeſtũ citius facito, & qd oporteat me facere tuum patrem edoce,& ad notitiam rei, quæ expedit,me pertrahe.

Hanc epiſtolã Ioſaphat ſuſcipiens, & quæ in ea continebant, legendo pertranſiens,& gaudio ſimul,& admiratione replebat. Moxq; ingreſſus in ſuũ cubiculum,ante dominicã imaginem in faciẽ corruit,& lachrymis terram rigans,gratias egit dño,ſimul & confitens, & labia exultationis mouens, hymnũ dixit:Exaltabo te Deus meus rex, & benedicã nomini tuo in ſeculũ ſeculi. Magnus es dñe,& laudabilis nimis, & magnitudinis tuæ non eſt finis. Et quis loquet potentias tuas, qui conuertiſti petram in ſtagna aquarũ,& rupem in fontes aquarũ? Ecce enim rupes iſta, & petra,duriſsimũ cor uidelicet patris mei,te uolente, quaſi cera effectum eſt molle.nam & poſſibile eſt tibi, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

55

Ante dominicã imaginem in faciem corruit,et lachrymis terram rigans, gratias egit domino. Nota ergo quod procumbere coram imagine Chriſti ad rogandũ eum, uel gratias illi agendas, opus bonum eſt & pium.

Gratias ago tibi dñe,amator hominũ,Deus misericordiæ, q̃ libenter sustinuisti,& patiẽter sustines excessus nostros,& hactenus nos impunitos dimisisti. Nos.n.eramus olim digni proꝫci a facie tua,& exẽplũ fieri in populo tuo,sicut Pentapolim habitantes facinorosi fuerũt,quos igne,et sulfure cõbusisti. Sed imensa tua patientia misericorditer effusa est sup nos. Gratias ago tibi humiles ego,& indignus,& si nõ sum sufficiens ad glorificandã bonitatem tuã: deprecor inæstimabiles tuas miserationes dñe Iesu Christe,fili,& sermo inuisibilis patris,qui oia uerbo deducis, & uoluntate continẽs:qui positus super lignũ, ligasti fortem, & sub illo ligatis æternã dedisti libertatẽ: ipse nunc extende manũ tuam in uisibilẽ,et omnium operatricẽ,& perfecte libera seruum patrẽ meũ de squa illa captiuitate diaboli,et ostende ei efficacissime, quia tu es qui semper uiuis Deus uerus,& rex solus,æternus,et imortalis. Vide contritionẽ cordis mei propicio,et misericordi oculo, et secundũ ueram propiciationẽ tuam adesto mihi cognoscenti,et confitenti te factorẽ,et prouisorẽ totius creaturæ. Influe in me tuam salientẽ aquam, et detur mihi sermo in adapertionẽ oris mei,et sensus bene fundatus in te summo angulari lapide,ut ualeam inutilis famulus tuus annunciare meo genitori,sicut oportet, mysteriũ dispensationis tuæ,et separare eum tua uirtute ab errore uano malignorũ dæmonum,et ad te adducere Deũ,et dñm, qui nõ uis mortẽ nr̃am,sed expectas conuersionẽ,et pœnitentiã,qui es glorios in secula seculorũ. Amen.

Sic orauit,et certitudinẽ accipiens consequendi a Deo,quod desiderabat,et in misericordia Dei confisus,tollens se inde,cũ regali officio ad regnum patris sui uenire festinauit. Vt aũt patri nunciatus est aduentus filiꝰ,egredit cõfestim obuiam illi, circumplectit,osculat,maximũ facit gaudium,et celebrẽ festiuitatẽ peragit in aduentu eius. Quid plura? Post hæc pariter considebant. Et quis dicet quæ disseruit patri filius,et cũ quanta philosophia? Sed quæ alia,nisi quæ sibi a sancto spiritu fuerant administrata, per quẽ piscati sunt xp̃o totũ mundũ piscatores,et illiterati sapientibus sapientiores ostensi sunt? Huius gratia et ipse locutus est patri, illuminans eum lumine scientiæ. Etenim prius multũ laborauit, ut traheret eum a superstitioso errore,quid non dicens, quid non faciens, ut abduceret eum? Sed inaniter canticum psallebat,quod in aure minime audientis dicebat. Quando aũt respexit dñs ad humilitatẽ serui sui Iosaphat, et deprecationem eius exaudiuit,clausam ianuã cordis patris sui mox arripuit, (uoluntatem enim, inquit, timẽtium se faciet, et deprecationem eorũ exaudiet) facile quæ dicebanꝫ a filio,rex itellexit. Itaq; Iosaphat Dei gratia opportuno tempore, quo insurgere deberet aduersus uictoriam malignorũ spiritum,q̃ dominati prius fuerant animæ patris sui, & de illorũ perfecte errore liberare eũ,salutare uero aperte notificare uerbũ, & in cœlis uiuenti Deo reconciliari. A principio.n. sermonem repetens, annunciauit ei, quæ nesciebat magna,& mirabilia,& auribus cordis non audierat. Multa quidem de Deo locutus est,& fidei pietatẽ ostendit, qa non est alius deus in cœlo sursum,neq; in terra deorsum,nisi unus Deus pater, & filius,& spũs sanctus. Plurima illi ẽt mysteria nota fecit theologiæ,& de uisibili creatura,qũo ex nihilo omnia creauit,& secundũ imaginem,& similitudinem suam formauit hominẽ,& hunc libero arbitrio donãs, in paradiso posuit,& omniũ bonorum participari licentiã dedit, abstinere uẽ-

ro ab uno solo prȩcipiens, quod erat dinoscens boni, & mali. Prævaricantem uero mandatū de paradiso expulit. Vnde de familiaritate, quam obtinebat apud Deū, elapsum genus humanū, in multos decidit errores, seruiens peccatis, & subditū morti per tyrannidē diaboli, q̄ subditos semel homines accipiens, ex toto obliuiscī facit Deū, & dūm, et sibi seruire persu asit idolorū execrabilem cultū. Misericordia igit̄ ductus, q̄ nos formauit Deus, ex uoluntate patris, & cooperatione spūs sancti, complacuit de sancta Maria uirgine apud nos nasci, & passibilis et mortuus est immortalis. Qui tertia die resurgens nos liberauit a mortuis, priorīq̄ honore, et sublimi gloria dignos effecit. Nam subleuauit nos secū in cœlum, ascendens unde descenderat. Quem et iterū uenturū credimus, ut plasma suum resuscitet, redditurumq̄ unicuiq̄ scd̄m opera sua, hoc est, electos cœlorū regnū suscepturos, et ineffabilia, bona malos uero æterna habituros tormenta, id est ignē inextinguibilem, tenebras exteriores, immortalem uermem, et quantacunq̄ alia sibi thesaurizauerūt supplicia, seruiendo peccatis. Hæc omnia uerbis plurimis, & abunde sibi inesse spūs sancti gratiam testificantibus, pertrāsiens, deinde & inuestigabile benignitatis Dei enarrans pelagus, & qūo paratus est semper ad susciendam pniam ad se cōuertentium: & q̄ non est peccatum uincens eius pietatis uiscera, si tantū uoluerimus pœnitentiam agere. Et multis hoc exemplis, & scripturarum confirmans testimoniis, sermoni imposuit finem.

Compunctus itaq̄ rex in hac a Deo docta sapientia, uoce magna, flagrantissimo animo saluatorē Christū confiteť, ab omni dæmoniorū errore discedens, signūq̄ uiuificæ crucis adorat sub aspectu omniū, & in cunctorū audientia Deum prædicat esse uerū dominū nostrum Iesum Christum, prioremq̄ suam confiteť impietatē, & propriam aduersus Christia nos crudelitatē, & homicida arguit: magnaq̄ portio ad pietatē efficiť, ut in eo quod dictū est a Paulo, opere completū esse uideať: Vbi abundauit iniquitas, ibi abundauit & gratia. Multa igit̄ sapientissimo Iosaphat his, q̄ conuenerant magistratibus, & satrapis, & omni populo de Deo, & de pietate eius fidei perorante, & quasi ignita lingua nouū canticū cantante, cum spiritus sancti gratia superueniens, omnes excitat ad glorificationem Dei, quasi ex una uoce turbis clamantib9: Magnus Deus Christiano rum: Non est alius Deus præter dūm nostrū Iesum Christū cum patre, & spiritu sancto glorificandū. Zelo itaq̄ diuino succensus rex Auennir, insurgit fortiter aduersus idola, quæ erant in palatio suo ex auro, et argento facta, et in pauimentū ea proiecit. Deinde perminute diuidens, egenis distribuens, proficuū sibi de inutilibus fecit. Postea et cū filio idolorū templa, et delubra oīa instanter usq̄ ad ipsa subruit fundamenta. Sacra aūt Deo oratoria, in loco ipsorū ædificat. Nō solū aūt in ciuitate, sed etiā in uniuersa regione miro studio eadē perficiūt. Maligni uero spūs, qui habitabant in delubris, eiulantes pellebanť, et inexpugnabilē esse Dei nostri uirtutē trementes confitebanť. Omnis aūt in circuitu regio, et uicinarū gentium multitudines, ad piam fidē Christi currebant. Tunc supra iam dicto episcopo ueniente, cathechizať rex Auennir, et diuino perfruiť baptismate, in nomine patris, et filij, et spūs sancti, et Iosaphat eum de diuino fonte susscepit, et carnali genitori spūalis regenerationis author effectus est. Nā cœlestis patris filius erat, et fructus ueræ diuinæ radicis sanctissimus, tadi

56 *Rex Auennir sub aspectu omnium uiuificæ Crucis signum adorat.*

57 *Sacra deo oratoria ædificat.*

58 ce illa clamante: Ego sum uitis, uos palmites. Ita renatus rex per aquã, et spũm sanctum, lætabat gaudio ineffabili. Cũ quo et tota ciuitas, et in circuito regio uniuersa diuinũ meruit baptisma accipere; et filij lucis effecti sunt, qui prius erant tenebræ. Cunctus aũt languor, et omnis dæmoniaca calamitas procul a credẽtib⁹ pulsa est, perfecti aũt et sani oẽs animabus, & corporibus erant. Et plurima alia miracula, ad confirmationem fidei peracta sunt. Ecclesiæ reædificabanť, & episcopi, q absconsi erant propter timorẽ, exibant, & suas recipiebant ecclesias, & alij de sacerdotibus, & monachis ordinabanť ad pascendum gregem Christi.

Ecclesiæ reædificabantur, episcopi pulsi suas recipiebant sedes, sacerdotes et monachi ad pascendum Christi gregem ordinabãtur. Quæ quandiu fieri nõ uides, nõ est receptæ Christianæ fidei signum.

59 Rex qdem Auennir, ita priore illa infœlici conuersatione: derelicta, & pniam agens de his, quę fecerat, totũ quidem regalem principatũ filio tradidit: ipse aũt apud seipsum solitariã uitam ducẽs, pulueremq; semper capiti aspergens, graues gemitus emittebat, lachrymis semetipsum abluendo, solus soli ubicq; præsenti colloquebať, indulgentiam ab eo suarũ postulans culparũ. In tantam uero compunctionis, & humilitatis abyssum semetipsum deposuit, ut non auderet nomen Dei suis nominare labijs, & uix hoc filij exhortatione præsumeret. Igit bona mutatione mutat⁹, ad uirtutem se deducentẽ perrexit uiã, ut supergrederet pietate priorũ iniqtatũ ignominiam. Per quatuor uero annos ita uiuens in pnia, & lachrymis, & omni uirtute, in ægritudinẽ decidit, de qua & mortuus est. Qũ & finis ei⁹ appropinquauit, cœpit timere, & tœdere, & sedulo in memoriã reducens mala, quæ fecerat. Iosaphat aũt uerbis consolatorijs alleuiabat tristitiã, et formidinẽ, quæ sibi contigerat, dicens: Quare tristis es pater; & quare temetipsum conturbas? Spera in Deo, & confitere ei, q est spes omniũ finiũ terræ, & in mari longe; sicut scriptũ est per prophetã, dicentẽ: Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum uestrarũ ab oculis meis, quescite agere peruerse, discite benefacere. Et si fuerint peccata uestra sicut phœnicium, quasi nix dealbabunť: si uero ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Noli ergo pater timere, noli dubitare. Non uincunt. n. peccata conuertentiũ se ad Deũ, inæstimabilem illius bonitatẽ. Ipsa qppe sub mensura sunt, & numero, quanta cunq; sint: Illa uero immensa est, & innumerabilis. Nõ enim potest, quod subiacet numero, imensum superare. Talib⁹ consolatorijs uerbis incantans ipsius animam, bonæ spei effecit. Deinde extendens pater manus, gratias agens, bona ẽt precabať illi, & diem benedicebat, in qua natus ipse fuit, dicens: Fili dulcissime non meus, sed cœlestis patris, quam retribuã tibi gratiã, qualibus te benedicam benedictionibus? Quã uero gratiarũ actionẽ referam Deo pro te? Perditus. n. eram, & inuentus sum per te. Mortuus erã peccatis, & reuixi. Inimicus Dei, & apostata fui, & reconciliatus sum. Quid ergo retribuã tibi pro his omnib⁹? Deus est, q dignas reddat tibi retributiones. Sic locut⁹ est, & frequenter dilectũ osculabatur filiũ. Deinde orauit, dicens: In manus tuas, benignissime Deus, cõmendo spiritum meum: & ita in pœnitentia dño animam reddidit.

Ecce qualẽ Rex egit pœnitentiam, & quo modo satisfactiõis operibus priora peccata compensauit. Non ergo satis fuit ei noua uita, ut docent pseudo Apostoli nostri.

60 Tunc filius eius Iosaphat lachrymis honorans patrem mortuũ, & exequias dignas illi exhibens, posuit corpus eius in monumento inter uiros sanctos: & non tñ operuit uestimento regali, sed pniæ texit cilicio. Stans aũt super monumentũ, manibus in cœlũ eleuatis, & flumina lachrymarũ ex oculis deducens, orauit ad dñm, dicens: Deus, gratias ago tibi rex gloriæ, solus potens, & imortalis, qa non despexisti deprecationẽ meam, lachrymas

Iosaphat exequias dignas patri exhibuit, collocans corpus eius in monumento inter uiros sanctos, & pœnitẽtiæ cilicio texit.

chrymas meas non spreuisti: qm̃ complacuit tibi, ut istum seruũ tuum, patrem meũ, conuerteres ab iniqtatibus, & ad teipsum traheres saluatorem uniuersorũ: separansq; a superstitione idolorũ, dignum fecisti, ut cognosceret te uerũ Deũ, & amatorem hominum. Et nunc dñe Deus, inuestigabilis, & imensæ bonitatis, colloca eũ in loco refrigerij, & iloco qetis, ubi lux splendet uultus tui, & ne memineris iniquitatũ illius antiquarum, & scdm magnam misericordiã tuam dele chirographũ peccatorum suorũ, & chartã illius scinde criminum, & sanctos tuos pacifica ei, quos igne, & gladio interemit, & præcipe illis ne contra eũ iram teneant. Omnia possibilia tibi sunt omniũ dño, nisi hoc solum, misereri eorũ q non conuertunt̃ ad te, hoc est tibi impossibile. Nam misericordia tua effusa est super omnes, & saluas inuocantes te dñe Iesu Christe, quia decet te omnis gloria in secula, Amen. Tales orationes, & deprecationes obtulit dño in totis septem diebus, nullo modo a monumento surgens, imemor penitus cibi, ac potus, nec qetis, somniq; particeps, sed lachrymis pauimentũ rigabat, gemitibusq; inenarrabilibus orando Deũ pulsabat. Octaua autem die ad palatiũ regressus, cunctas diuitias, & pecunias indigẽtibus distribuit, ita ut nullus iam relinqueretur inopiam patientium.

In paucis ergo diebus hmõi perficiens ministeriũ, & oẽs thesauros eua cuans, quatenus per angustã intraturũ portã, non impediret põdus pecuniarũ: quadraginta dies obit9 patris sui memoriã ei pficiens, cõuocat oẽs principes & militari p̃cinctos baltheo, & urbani ppli nõ paucos, sedensque pro tribunali, ait in audiẽtia omnium: Ecce sicut uidetis, rex Auennir pater meus, quasi unus de pauperibus mortuus est: neque diuitiæ, neque regalis gloria, neq; ego dilectus filius illius, neq; aliquis de cęteris amicis suis, & cognatis, adiuuare illum p̃ualuerunt, ut ineuitabilem sententiã prę teriret: sed abĳt ad illa iusta iudicia, rationẽ redditurus cõuersationis præsentis uitæ, nullũ de omnibus ducens secum adiutorẽ, nisi tm̃, quæ egit opera, qualiacunq; sint. Idipsum aũt & oibus humanã sortitis naturã contingere constat, nec aliter. Nunc ergo audite me, amici mei & fratres, populus domini, & hæreditas sancta, quos redemit Christus precioso sanguine suo, & de antiquo errore, & seruitute aduersarĳ eruit. Ipsi nostis inter uos conuersationem meam, quomodo ex quo Christum cognoui, & seruus eius esse merui, omnia habens odio, ipsum cõcupiui solum, & istud mihi erat desiderabile, ut a strepitu uitæ, & uana conturbatione subtrahẽ do me, solus sibi uacarẽ, & si in silentio, & quiete animi seruirẽ dño Deo. Sed impediuit me patris mei obstinatio, & mandatũ honorari præcipiẽs genitorẽ. Vnde dei gratia, & cooperatione, nõ frustra laboraui, nec in uanum tales dies expendi. Nam illũ Christo recõciliaui, & omnes uos hũc solum cognoscere uerũ deum, & dominum omnium, docui. Non aũt hęc ego feci, sed gratia Dei mecum, quæ & me de superstitioso errore liberauit, & de seruitute idolorũ eripuit, & uos populũ meũ de sæua captiuitate liberauit. Iam ergo tempus est, ut de cætero compleam, quæ promisi Deo, opera. Tempus est eundi, quo ipse deducet me, & reddã uota mea, quæ uoui ei. Nunc ergo uos considerate, qumecunque uelitis pręesse uobis, & regnare. Iam enim perfecti estis in uoluntate domini, & nihil uos latet præceptorũ eius. In istis ambulate, non declinãtes ad dexteram, uel ad sinistram, & Deus pacis erit uobiscum.

61 *Vide sanctum uirum orationẽ fundere pro anima patris sui defuncti. Iuuãtur ergo orationibus uiuorum mortuorum animæ.*

62 *Tũ qui dicis anniuersaria mortuorum, Trĩcenaria, & septenaria orandi pro defunctis, esse cupidorũ sacerdotum inuenta, nota hic obseruari a sanctissimo uiro septem dies in funderis præcibus pro patre mortuo.*

63 *Ecce & Quadragesimum seruatum diẽ in memoriam obitus patris.*

Hæc ut audiuit populus ille, & uirorũ congregatio, tumultus ilico, & planctus, & uox maxima, & confusio fit, flentib⁹ omnibus, & lamentantibus suam desolationẽ. Talia lamentantes, & cũ lamẽtationibus etiam sacramentis obtestabant, se non eũ dimissuros aliquatenus, sed comprehẽsuros, & discedere penitus non concessuros. Ita uociferãte populo, et principibus omnibus, rex turbã sedare uolens, silentio imperato, eorum se obedire promisit obstinationi. Contristatos tamen, & tristitiæ signa in uultu ferentes, domum remisit. Ipse autem unum de principib⁹, q̃ erat ei charus præ omnibus, & propter fidei pietatẽ, & pudicitiã uitæ admirandus, Barachiã nomine, quẽ & superius sermo demonstrauit, qñ Nachor Barlaam simulans, cũ philosophis disputauit, q̃ solus paratus fuit secũ astare, & decertare aduersus illos, zelo diuino succensus in corde, singulariter assumens, leniter alloquebat, & dulciter flagitabat, ut regnũ susciperet, & cum timore Dei, populum illius regeret, quatenus ipse desideratã a se uiã pergeret. Vt autẽ illum negantẽ uidit, et omnino respuentẽ, et dicentem: ò rex, quã iniustũ est iudiciũ tuum, quãq̃ non secũdum mãdatũ tuum, tuus est sermo. Si enim diligere proximũ tuũ sicut teipsum edoctus es, qua oratione onus, quod ipse deponere festinas, mihi conaris imponere? Nam si bonũ est regnare, ipse, quod bonũ est, tene. Si autem istud animæ scandalum, atque offendiculum, cur mihi imponis illud, & uis me supplantare? Postq̃ ergo talia dicentẽ, & asserentẽ uidit, a colloquio cessauit. Et ecce intempesta nocte, epistolam quidẽ ad populum scripsit, multa refertã philosophia, & oẽm pietatẽ pronunciantẽ, qũo deberent in domino gloriari, & qualem uitã ei offerre, qualesq̃ hymnos, & quas gratiarũ actiones: deinde non alium, cui Barachiam, præcepit in regalẽ principatũ eis assumere. Et in suo cubiculo chartam, in qua epistola erat scripta, derelinquens, clam omnibus de palatio egreditur. Sed penitus latere non potuit. Nam summo diluculo hoc auditũ est, & turbationẽ repentinã, & luctum populis exhibuit. Qui celeritate multa ad inquisitionẽ eius egrediunt, prę ripere fugam ei omni modo satagentes. Vnde nec ĩ uanũ cessit eis studiũ. Vt enim omnes præoccupauerunt uias, cũctosq̃ montes circũdederunt, & inuias circuierunt ualles, in torrente quodam hunc inuenerũt, manus in cœlum extensas habentẽ, & orationẽ sextæ celebrantẽ horę. Videntes autem eum, perfusi sunt lachrymis, rogantes & discessionẽ improperantes. Ille autem ait: Cur frustra laboratis? Non enim ultra me regem habere ualetis. Plurima uero illorũ constrictus instantia, reuertit ad palatium. Et congregatis omnib⁹, suum declarauit consilium. Deinde & iuramẽto cõfirmat sermonẽ, q̃ nec unam cũ ipsis diem de reliquo facturus esset. Ego enim, inquit, ministerium meum in uobis impleui, & nihil dimisi, neq̃ subterfugi utiliũ, quin annunciarẽ uobis, et docerẽ, testificans omnibus fidem domini nostri Iesu Christi, & pœnitentiæ uiam ostendens. Et nunc ecce ego pergo uiam, quam ex longo iam tempore desideraui, & amplius nõ uidebitis faciẽ meam uos oẽs. Propter quod testificor uobis hodie secundum diuinum Apostolum, q̃ ego mũdus sum a sanguine omnium uestrũ. Non enim subterfugi, quin annunciarẽ uobis omne consiliũ Dei.

64 *Ioſaphat extenſione manuum orationẽ ſextæ celebrabat horæ.*

Hæc audientes, & intentionis eius firmitatẽ scientes, qm̃ a proposito suo non ualerent eũ prohibere, mœrebant quidem desolationẽ suam, non poterant aũt omnino ipsũ suadere. Tunc rex Barachiam illũ, quem & su-

perior sermo demonstrauit, appræhendens, dixit: Fratres, hunc uobis ordino regem. Illo uero fortiter aduersus negociū repugnante, inuitū, atq; nolentem in regali principatu constituit, diadema capiti eius imposuit, annulumq; regalē misit in manu eius: & stans contra orientē, orationem pro eo fudit ad dñm, inconuertibilem sibi in Deū fidem seruari, & indeclinabilem scdm mandata Christi inuenire uiam. Orauit ēt & pro omni grege, & hæreditate, petitq; auxiliū a dño eis, et salutem, & omne quodcunque eis expediret ad utilitatē dispensandā. Ita oratione facta, conuersus dixit Barachiæ: Ecce tibi frater mando, sicut aliqñ Apostolus testificatus est: Attende tibi, & omni gregi, in quo te spūs sanctus posuit regem ad regendum populū domini, quem acquisiuit sanguine suo. Et sicut ante me cognouisti Deū, & seruisti ei munda conscientia, sic & modo ampliori studio placere satage illi. Nam quanto maiorem a dño adeptus es principatum, tanto potioris exactionis debitor existis. Et ideo retribue benefactori debitū gratiarum actionis, sancta illius custodiendo mandata, & ab omni declinando uia, quæ ducit ad perditionē. Sicut.n. in nauigantibus qñ quidem nauta fallit, modicā remigibus infert læsionem: qñ uero gubernator, totius efficit nauis perditionē: sic & in regibus. Si quis principum delinquit, non tm populo, quantum sibimetipsi nocet: Si uero rex ipse, omnis operat conuersationis detrimentum. Et ideo maximas sustinebit pœnas, si quid utilium spreueris. Quapropter cum multa diligentia custodi teipsum in bono, cunctā exosam habendo uoluntatem, ad peccatū te tra hentem. Ait.n. Apostolus: Pacē sectamini cū omnibus & sanctimoniā, sine qua nemo uidebit Deū. Cyclum attēde humanarū rerum, qūo currit, contrarioq; modo, & uano fert ipsas, & circūfert. Et in istarū ueloci permutatione, imutabilē serua piam cogitationem. Nam uariari rerum mutatione, mentis inconstantis indiciū est. Tu aūt fixus esto in bono, & omni no stabilis. Ne extollaris propter temporalē gloriā inani tumore, sed expiata cogitatione, ignobilitatē tuæ naturæ considera, breuitatemq;, & incertitudinem istius uitæ, & carni mortē copulatam. Et ista cogitans, in superbię non decides foueam, sed timebis Deū uerum, & cœlestem regem, & uere beatus eris. Beati.n. (inquit) omnes, q timent dñm, & qui ambulant in uijs eius. Et, Beatus uir, qui timet dñm, in mandatis eius uolet nimis. Quæ uero ante omnia debes seruare mandata? Beati misericordes, qm ipsi misericordiam consequent. Et, Estote misericordes, sicut pater uester misericors est cœlestis. Hoc.n. mandatū ante omnia debent seruare, q in maiore sunt principatu locati. Et certe maximam potestatē accipies, datorē potestatis iuxta possibilitatem debet imitari. In hoc aūt Deū maxime imitabit, si nihil iudicauerit, cū misereri, preciosius. Sed & obedientem nihil ita ad amicitiā Dei pertrahit, sicut beneficentiæ gratia indigenti bus exhibita. Nam propter timorē facta eleemosyna, adulationi est comparanda, ficto honoris nomine sibi attendentes decipiens, & non sponte subditū, resilire facit temporis occasione reperta. Vinculis uero amicitiæ astrictus, firmam habet ad id, ad quod tenet, affectionē. Idcirco beneficus esto indigentib9, & aperi aures pauperibus, ut inuenias auditū Dei tibi reseruatum. Quales enim nostris conseruis erimus, talem circa nos inueniemus dñm, & sicut audierim9, audiri merebimur: & sicut uidebim9, uidebimur a diuino, & oia cernente oculo. iferamus igit misericordiæ misericor

diam,ut pro simili similem accipiamus. Sed & aliud audi mandatũ consimile primo:Dimittite,& dimittet̃ uobis. Et si nõ dimiseritis hoĩbus peccata eorũ,neq; pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. Quapropter malitiæ memoriam non retinebis aduersus peccantes, sed ueniã postulans delictorum tuorũ,indulge & ipse in te peccantib⁹:qm̃ remissioni recompensat̃ remissio, & aduersus conseruos nostros reconciliatio,dominicæ iræ fit sedatio:& rursus duritia nostra erga peccantes, irremissibilia nobis facit nostra peccamina,sicut audis quid milium passus est debitor talentorum,erga proximũ immisericordia sibimet ad actum reuocãs huiusmodi debitũ. Propter quod diligenter nobis considerandum est,ne nos similia patiamur,sed dimittamus omne debitũ, et oẽm iram ex corde eĩciamus,ut & nobis dimittant̃ nostra delicta.In omnib⁹ aũt, & ante omnia bonũ custodi depositũ,piam uidelicet fidei rationẽ, quam didicisti, & omnis zizania hæresis non pullulet in uobis, sed mundũ & sine dolo semen conserua diuinũ,ut multiplicem fructũ dño consignes,quando uenerit rationẽ ponere cũ unoquoq; nostrum, & reddere unicuiq; iuxta opera sua:qñ iusti quidem fulgebũt sicut sol, peccatores uero tenebræ operient,& æterna confusio. Et nunc fratres cõmendo uos Deo, qui uos potest ædificare,& dare uobis hæreditatẽ in sanctificatis omnibus. Et hęc dicens,positis genibus suis,cũ lachrymis rursus orauit.Et conuersus, osculatus est Barachiã,quem regẽ ordinauerat,& omnes principes. Tũc iam fundunt̃ lachrymæ ueraciter ex corde.Circunstãtes enim eũ uniuersi,quasi animę illorũ ex illius penderẽt anima,& sine illo nullo modo uiuere possent,qd non compassione dignũ dixerunt? qualem lamentationis excellẽtiam dereliquerunt?Osculabant̃,& amplexabant̃; reuerentiæ obliuionẽ doloris passio fecerat.Væ nobis,clamabant,ab hac infœlicitate atrocissima.Deinde illũ uocabant patrem,saluatorẽ, benefactorẽ. Per te,inqunt, Deũ cognouimus. ab errore liberati sumus, & ab omnibus malis requiẽ inuenimus. Quid ergo erit nobis post tuũ discessum? Quæ nos mala non appræhendent?Talia dicentes,pectora percutiebant,& quę compræhẽderant eos,deflebant infortunia.Ille aũt in sermonibus consolationis plurimos gemitus illorũ compescuit,cum eis se spiritu futurũ promittens,qđ corpore iam esset impossibile.Talia dicens, omnibus uidentibus egredit̃ de palatio.Cum quo mox omnes exierunt, promittentes se ad ciuitatem non reuersuros,nec ẽt oculis eam amplius se uisuros. Vt aũt extra ciuitatẽ facti sunt, quia sermone blando ab illo nolebant discedere, increpatione auulsi sunt,& inuiti reuertebant̃. Frequenter eis cõuertentibus oculos,& in itinere pedibus offendentibus;quidã aũt feruentiores, mœrentes a longe sequebantur eum,quousq; nox superueniens, separauit eos ab inuicẽ.

65 *Positis genibus rursus orauit cum lachrymis.*

Egrediebatur ergo de regno suo fortis ille iuuenis gaudens,uelut qñ de longo exilio in suã aliquis reuertens patriam lætus ambulat & erat indutus extrinsecus quidem consuetis uestibus, intrinsecus uero laneo panno, quẽ Barlaam sibi dederat. Nocte itaq; illa in domuncula cuiusdã pauperis hospitatus,uestimentis suis exutis,ea pauperi tradidit,ultimã eleemosynam istã perficiens.Et sic tam illius,quã aliorũ multorum pauperũ orationibus procuratorẽ sui dñi acquirens, & ipsius gratiã, & auxiliũ quasi uestimentũ salutis,& indumentũ lætitię sibimet circumponens, ad eremiticam egressus est uitã,non panẽ secũ deferens, non aquã,non aliqd aliud

ad cibū pertinens, non uestimento indutus alio nisi duro illo panno tm̄, cuius pauloante memoriā fecimus. Desiderio.n. quodam incredibili, & amore diuino uulneratus animo imortalis regis Christi omnino desiderati, erat extra se factus totus eius liquefactus amore. Fortis enim, inquit, ut mors dilectio. Huiusmodi ipse a diuina charitate susceperat ebrietatē, ita exarserat siti secundum prophetā, dicentē: Quēadmodū desiderat cer uus ad fontes aquārū, ita desiderat anima mea ad te Deus fontem uiuum. Et quēadmodum uulnerata tali dilectione anima, clamat in cantico canticorū: Vulnerata charitate ego sum. Et alibi: Ostēde mihi faciē tuā, & fac me audire uocē tuam. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Huius ineffabilis pulchritudinis Christi amorē uelut ignē in corde suscipiēs apostolorum chorus, & martyrum populi, omnia spernebant, quæ uident, omnem scilicet uitā tēporalem. Mille tormentorū specie subibant amantes diuinā pulchritudinē, & circa nos Dei uerbi cogitantes dilectionē. Hunc ignē & bonus iste, nobilis quidē corpore, nobilior uero, & regalior anima, in seipso suscipiens, omnia simul terrena despiciebat, omnesq; conculcabat corporis uoluptates. Spernebat diuitias, & gloriā, et ab hominib⁹ honorē. Deponebat diadema, & purpurā, aranearū tela fragiliora ista cogitans. Ad omnia uero laboriosa, & tristia eremiticæ uitæ promptum semetipsum exhibuit, clamans: Adhæsit Christe, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Et ita inconuertibiliter ingressus est uastitatē eremi, & quasi onere quodā, & graui catena depositā rerū temporalium confusione, lætabat spiritu, & desideratū intuens Christū, clamabat ad eū quasi præsentem & uocē audientē, dicens: Bona mundi huius dñe ne uideat oculus meus, neq; eleuet amodo mens mea p̄senti uanitate, sed imple oculos meos lachrymis spiritualib⁹, dirige gressus meos, & ostende mihi famulū tuum Barlaam, ostende mihi eū, q mihi salutis tua gratia author factus est, ut eremiticæ uitæ huius per ipsius diligentiā addiscam exercitiū, ne pugnandi imperitia ab inimico supplanter. Da mihi dñe uiam inuenire, per quā ueniam ad te, qa uulnerata est anima mea amore tuo, & tesitio fontē uitæ, & salutis. Hæc uoluebat penes semetipsum semper, & Deo dicebat, per orationē ei, & contemplationē altissimam iunctus, & ita impensius iter suū peragebat, ad chorū sanctorū peruenire satagens, ubi Barlaā degebat. Edebat uero herbas, quæ per eremū nascebant. Nihil enim aliud deferebat secū, ut dictum est, nisi solū corpus suum, & pannū, quo coopertus erat. Sed & cibū quidem mediocrē, & paruū de herbis sumebat. Aquæ uero omnino penuriā patiebatur, inaquosa, & arida existēte eremo illa. Itaq; iā circa meridiē sole ardente uehementer, iter agendo uehementius ipse æstuabat siti, æstu perseuerante, & ultima affligebat mi seria. Sed uincebat desiderium naturam, & sitis, qua Deum sitiebat, flammam rorabat sitis aquæ.

66 Vide sancti uiri paupertatem & abstinētiam.

Inuidus uero, & osor hominū diabolus, non sufferēs in iuuene tale cernere propositū, & sic feruentissimā in Deo dilectionē, plurimas ei per eremum excitauit tentationes, summittens ei memoriā regalis gloriæ suę, & dudū assistentium ei splendidissmi obsequū amicorū, & cognatorū, atq; coætaneorū; & qa cunctorum animæ ex ipsius perficiebant anima, & alia uitæ refrigeria. Deinde asperitatē conuersationis proponebat ei, et plurimos illius sudores, corporisq; infirmitatē, & inconsuetudinē eius in tali

miseria,& tẽporis longitudinem, præsentisq; sitis necessitatẽ, & nusquã sperandam consolationẽ tanti laboris,uel finẽ. Et omnino multũ excitauit ei puluerẽ cogitationũ in mente, quemadmodũ scriptũ est de magno Antonio. Vt autẽ uidit semetipsum inimicus debilem aduersus illius prepositũ(Christum enim ipsum cogitans, & illius desiderio accensus,specq; bona confortatus,& fide stabilitus,pro nihilo illius submissiones reputabat)erubuit. Tunc a prima congregatione decidens,alterã peregit uiam. Multæ enim malitiæ eius semitæ, & phantasmatibus uariis, & inanibus eũ euertere tentabat,& in formidinẽ mittere. Aliquãdo uero gladiũ acutum tenens,insiliuit super eũ,& percutere minabat, nisi retro statim conuertereť. Alia uice bestiarũ diuersarum formas assumebat, frendẽs aduersus eũ,dirissimum edens mugitũ,& sonitũ. Deinde & in draconẽ, & aspidem,& basiliscum transformabat. Bonus uero ille, & fortissimus athleta,intrepidus erat aio,ceu q altissimũ sibimetipsi refugiũ posuerat. Mente uero uigilãs,& malignũ subsannãs,dicebat: Non latet me o seductor qs sis,q ista mihi excitas, q & ab initio cõtra gen⁹ hoium talia es fabricat⁹, & semp malign⁹es,& lædere nunq; cessas,& aptũ tibi habitũ, et familiarissimũ assumis,hoc est,bestias,et serpẽtes imitaris,bestialitatẽ cõsiliũ tui, ac prauitatẽ,uenenũq;,et læsionẽ intẽtionis tuæ demõstrãs. Cur ergo ad iposibilia conaris miserrime? Ex quo.n. agnoui tuæ esse negtiæ machinamenta ista,& terrores,mihi nulla de te cura fuit. Dominus mihi adiutor est,& ego despiciã inimicos meos. Et super aspidẽ, & basiliscũ ambulabo,quibus et similem te feciſti,te conculcabo et leonẽ,& draconẽ, uirtute Christi confortatus. Confundanť,& reuereanť oẽs inimici mei,auertantur,et erubescant ualde uelociter. Hæc dicens, & signũ crucis sibimet im-
67
Signum crucis arma inexpugnabilia.
primens arma inexpugnabilia, omnia diaboli phantasmata absentauit. Tunc enim bestiæ,ac serpentes,sicut deficit fumus, defecerunt, & sicut liquescit cera a facie ignis, sic perierunt. Ipse uero Christi uirtute munitus, ambulabat gaudens,& gratias agens domino. Sed et bestiæ plurimæ,et uariæ,& serpentiũ,atq; draconum diuersa genera, quæ eremus illa nutrit, obuiantia illi,non iam phantastice,sed in ueritate apparuerunt. Quocirca timore quidẽ erat plena uia,& labore. Ipse uero utraq; spernebat animo,timorẽ quidẽ dilectione(ut ait scriptura)foras mittente,laborẽ uero amore alleuiante. Ita ergo multis, ac uariis incõmodis,et miseriis fatigatus dieb⁹ non modicis,tandem peruenit ad eremum illã Sennaariticæ terræ,in qua Barlaam habitabat,ubi & aquam inueniens, flãmã sitis extinxit.

Mansit aũt Iosaphat duobus annis integris per eremi illius uastitatem uagabundus,et non inueniebat Barlaam,Deo & in hoc fortitudinem animi eius, & cogitationis stabilitatẽ probante. Et erat ita sub dio sole exustus per diem,& frigore per noctem congelatus, & inceſſanter quærens, uelut aliquẽ thesaurũ preciosum,uenerandũ senẽ. Plurimas uero sustinuit tẽtationes,& pugnas malorũ spirituũ,& multos labores,herbarũ indigẽtia,quibus in cibum utebatur:quia & istas,cum licca esset,eremus rarissimas ferebat. Sed amore domini inflãmata adamantina anima illa, & inuicta, facilius sustinebat tristia ista, q; uoluptates: Ideoq; superno non fuit priuatus adiutorio,sed secundũ multitudinẽ dolorũ ipsius,& laborẽ, a desiderato Christo fiebant consolationes nocte lætificantes animam. Cõpletis ergo duobus annis, Iosaphat quidẽ inceſſanter circuibat, quæ

rens desideratũ, & rogabat Deum, lachrymarũ flumina effundens, & clamabat: Ostende mihi domine, ostende mihi uiatorẽ tuę cognitionis, & tãtorum authorẽ bonorũ, & ne propter multitudinẽ peccatorũ meorũ bono tuo priues me, sed dignũ me fac uidere illum, & æqualem ei agonem conuersationis ponere.

Inuenit aũt Dei gratia spelunca, uestigia sequens illuc ambulantiũ, & monachorũ quendam reperit eremiticam uitam transigentẽ. Et hunc flagrantissime amplexatus, & osculatus rogabat ab illo sibi ostẽdi Barlaã habitaculum, & de seipso cuncta uiro illi manifesta fecit. Per ipsum itaq; didicit habitationẽ illius, quẽ quærebat. Peruenitq; celerrime, uelut quando uenator gnarus uestigia incurrit uenationis: & habens alia signa ab illo sene sibi demonstrata, ambulabat gaudens, & spe robustus, sicut paruulus ex longo tẽpore patrẽ cupiens uidere. Quando enim amor, qui secundũ deum est, in anima destillat, naturali multo est feruentior, atq; fortior. Stetit igit̃ ante ostium spelũcę, & pulsans, benedic pater, ait, benedic. Vt aũt uocem audiuit, exiit Barlaam de spelunca. Cognouerat enim per spm̃, quem secm̃ exteriorem aspectũ perfecte recognoscere non ualebat, propter mirabilẽ illam transfigurationem, & immutationẽ, qa immutatus, & transfiguratus erat ab aspectu illo priore, & decora, ac florida iuuentute. Nã denigratus erat ab ardore solis, comatusq; crinibus, exesam habens faciẽ, & oculos in profundũ habens demersos, & cilia exusta habens riuis lachrymarũ, & multa inopiæ afflictione. Sed Iosaphat spiritualem cognouit patrẽ, characterem uultus seruantẽ eundem. Stãs ergo mox contra orientẽ senex, orauit gratias agendo Deo. Et post orationẽ dicto Amen, appræhendentes se, & osculantes, feruentissimis alterutrũ amplexibus constringebant, & præ interno amore satiari non poterant. Vt autem sufficienter se uiderunt, osculati sunt inuicẽ, & propr̃js nominibus se salutauerunt, sedentesq; colloquebanť. Sermonem autẽ incipiens Barlaã, Bene ueneisti, dicebat, fili dei, & hæres cœlestis regni, per dm̃ nostrum Iesum Christũ, quem dilexisti, quẽ merito desiderasti super omnia temporalia, & corruptibilia. Et sicut prudens negociator, & sapiens omnibus uenditis, preciosissimã emisti margaritã, & thesauro absconditio in agro reperto mandatorũ domini, omnia dedisti, nulli parcens prætereuntium, ut agrũ illum emeres tibimetipsi. Donet tibi dñs pro temporalibus æterna, pro corruptibilibus incorruptibilia, & non ueterascẽtia. Dic ergo mihi, fili dulcissime, quo huc ueneisti, & quomodo post meum discessum factum est de te, & si cognouit Deũ pater tuus, aut si & hucusq; in prima p seuerans insipientia, ac dæmonum seductione captiuatur.

Hæc Barlaam interrogante, Iosaphat referre cœpit, quanta post illius abscessum facta sunt ei, et quo dominus oia in prosperitatem uertit, usq; ad præsentem eorundẽ coniunctionem. Senex aũt audiens ista cũ delectatione, et miraculo, prę gaudio lachrymatus dicebat: Gloria tibi Deus noster, qui semper ades, et auxiliaris diligentibus te. Gloria tibi Christe rex uniuersorũ, et Deus benignissime, quia cõplacuit tibi semen, quod in anima seminauí serui tui. Iosaphat, sic cẽtesimũ referre fructũ, dignũ quidem te agricola, et dño nostrarum animarum. Gloria tibi paraclete bone, sanctissime spũs, quia quam dedisti gratiã sanctis tuis apostolis, huius participem dignũ fieri fecisti seruũ tuũ, & innumeras hominũ multitudines a

superstitioso per ipsum errore liberasti, & uera illuminasti Dei notitia.

Sic sic ab ambobus deo gratiæ referunt, & talia colloquẽtibus, & Dei exultantibus gratia, superuenit uespera. Tunc ad orationes surgẽtes, consuetũ celebrarunt officiũ. Deinde cœnaturis ponit mẽsam Barlaam locupletem, spiritualibus plenã epulis, sensualis uero nequaq; participẽ consolationis. Olera enim fuerunt cruda, quorum senex ipse operator, & cultor fuit, & dactyli pauci, qui in ipsa eremo inueniebant, & syluestres herbæ. Gratias igit agentes, & apposita edentes, & aquã de fonte qui aderat, bibentes, aperienti manũ, & implenti omne animal denuo gratias egerũt. Rursus aũt surgentes, & nocturnas cõplentes orationes, spũale post orationem repetunt colloquium: sermones uidelicet salutis, et cœlesti plenos philosophia, per totã secum conferentes noctẽ, donec eos mane solitarũ iterum recordari orationũ fecis. Mansit aũt Iosaphat cũ Barlaam sic plurimis annis, mirabilem illã, et super hominem transigens cõuersatione m et quasi patri huic eruditori per oĩa obediens, et consentiens, omniq; subiectione, et humilitate se illi subĩciens, et ad oẽm uirtutis speciem semetipsum exercens, optimeq; instructus ad luctandum contra iniquissimos spũs. Hinc quidẽ passiones cũctas mortificat, prudentiã uero carnis subiecit, spiritui quasi seruum dño, deliciarũ, et requietionis penitus oblitus. Somno uero quasi malo præcipiebat dño. Et ut simpliciter dicam, tantus inerat ei labor cõuersationis, ut et ipse miraret, qui plurimos in hac expenderat annos, Barlaam, et perseueranti illius uincere instantia. Nan tantũ de illo duro, et inconsolabili cibo percipiebat, ut solũ posset uiuere, ne si uiolenter morere, mercedes amitteret bonarũ operationũ. Sic aũt ad uigilandũ naturam subdidit, quasi incorporeus aliquis, et sine carne. Orationis etiã illi, et intellectualis operis incessabile opus erat, et omne uitæ tẽpus in contemplationibus expendebat spiritualibus, et cœlestibus, ut nec horam, nec punctũ ipse perderet omnino, ex quo in illa eremo habitauit. Hoc enim opus uere monastici ordinis est, nunq; ociosum inueniri a spirituali operatione. Quod bene obseruauit ille fortis, et congruentissimus cursor stadĩ cœlesti itineris, et inextinguibilẽ calorẽ ipsi⁹ custodiuit: a principio usq; in finẽ ascensiones semper in corde disponens, et de uirtute in altiorem ascendens uirtutem, desideriũ desiderio, studiũ studio assidue iungens, donec peruenit ad separatam, et desideratã beatitudinem.

Sic aũt inuicem conuersantibus Barlaam, et Iosaphat, et bona coniunctione unitis, et extra solicitudinẽ, et uniuersam secularẽ existentibus perturbationẽ, purificatamq; mentẽ possidentibus, et expiatã ab omni confusione, post multos suos pro pietate labores, quadã die aduocauit senex spiritualem filiũ, quẽ per euangeliũ genuit, et tunc sermonẽ arripuit, et spirituale colloquium, ita dicens: Dilectissime Iosaphat, in hac te eremo habitare oportebat. Et hoc mihi Christus oranti de te ꝓmisit ante uitæ meæ obitum uidendũ. Vidi ergo, sicut desiderabã. Video enim te modo a mundo abstractũ, & ab his, quæ in mundo sunt; Coniunctũ uero Christo inseparabili mente, & in mensurã uenisse perfectionis plenitudinis ipsius. Nunc aũt quoniam iam mihi resolutionis tẽpus in ianuis est, & sociale, et coætaneum desideriũ esse cum Christo iam cõpletum est: tu quidẽ corpus meum terra operi, & puluerẽ trade puluери: Mane uero de cætero in hoc loco, spirituali adhærens conuersationi, & meæ memoriã faciens humilitatis.

68 *Ecce et Barlaam abstinentia, et ciborum delectus.*

69 *Vigiliæ & nocturnæ orationes, ac spiritualia colloquia ex more ueterũ Monachorum.*

70 *Vide hæretice sanctorum Monachorũ antiquorum quã arduũ institutum, & amplius ne dicito hoc nõ faciebãt antiqui Monachi.*

miltatis. Timeo enim, ne forte obscura dęmonum multitudo animæ meæ obsistat, propter multitudinē ignorantiarū mearū. Tu ergo, fili, ne timeas laborem conuersationis, neq; formides longitudinem tēporis, & uersutias dæmonū. Sed horum quidē infirmitatē, Christi uirtute munitus, audacter deride. Aduersus uero duritiā laboris, & temporis spatiū sic eris, quasi quotidie hinc migrationē expectans, & quasi initiū esse tibi conuersationis hanc diem, & finē existimans. Sic semper ea, quæ retro sunt obliuiscens, & ad ea quæ ante sunt, se extendens, secundū intentionem persequere ad brauiū supernæ uocationis Dei in Xp̄o Iesu. Quemadmodū sanctus Apostolus iubet, non deficiamus, dicens: Sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpat̄, tñ is, qui intus est, renouat̄ de die in diē. Nā momētaneū, & leue tribulationis nr̄æ, supra modū in sublimitate æternū glorię pōdus operat̄ in nobis, non contēplantibus nobis, quæ uident̄, sed quæ nō uident̄. Quę.n. uident̄, temporalia sunt: quæ aūt non uident̄, æterna. Ista cogitans, charissime, confortare, & esto robustus, & quasi bonus miles contende regi tuo placere. Et si cogitationes tibi pusillanimitatis malignus immiserit, & rigorem relaxare propositi studuerit, ne acquiescas eius uersutijs, dominicū considerans præceptū: In mundo tribulationē habebitis; sed cōfidite, qa ego uici mundū. Ideoq; gaude in dño semper, qa elegit te, & separauit de mundo, & posuit ante faciē suam. Ipse aūt, qui te uocauit uocatione sua sancta, adest tibi semper: nihil solicitus sis, sed in omni oratione, & obsecratione, cū gratiarū actione petitiones tuæ apud Deū innotescant. Ipse enim dixit: Non te deserā, neq; derelinquā. Sic ergo in duritia conuersationis, & pusillanimitate exercitꝫ tales possidens cogitationes, lætare memor dñi Dei nostri. Memor enim (inquit) fuit Dei, et delectatus sum. Quando aūt rursus alium deceptionis modū econtrario callide perquiret hostis, elatas supponens cogitationes, & gloriā multā regni quod dimisisti, & cætera, quæ in mundo sunt, salutarem appone sermonē quasi scutū, dicentem: cū feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecim⁹. Sed quis ex nobis ualet debitum persoluere, quod debemus dño, pro eo q; cū diues esset, pro nobis pauper factus est, ut nos illius paupertate ditaremur, et passus est impassibilis, ut a passionibus nos liberaret? Quæ enim est gratia seruo, similia dño pati? Nobis enim plura desunt de passionibus eius. Hæc meditare, cogitationes emundans, & oēm altitudinem extollentē se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatē ducentem redige oēm sensum in obedientiam Christi. Et pax Dei quæ superat omnem sensum, custodiat cor tuum, & intelligentias tuas, in Christo Iesu domino nostro.

His a beato Barlaam dictis, riui lachrymarū Ioasaphat mensuram non habebant, sed uelut de fonte multifluo scaturientes, eum totū, ac terram, in qua sedebat, rigabant. Deflens aūt separationem, uehementer rogabat, ut comes eius itineris moriendo fieret, & ne post se relinqueret illū in hac uita, dicens: Cur quæ tua sunt, tantū pater quæris, & non ea, quæ proximi sunt? Quomodo uero perfectam in hoc imples charitatem secundum eum, qui dicit, Diliges proximū tuum sicut teipsum? Ad requiem quidem ipse pergens, in tribulatione, ac miseria me derelinquis: & priusquā bene exercitatus sim laboribus conuersationis, & hostiū didicerim multimodas congressiones, ad monomachiam me ipsorū exponis: & quid fiet ali-

quid,nisi ut prosternar multimodis illorũ machinamentis, & moriar in anima(heu mihi) & æterna morte,quod inexpertis,& formidolosis contingere constat pugnatoribus? Sed deprecare dñm, quæso te,ut comitẽ me de hoc seculo tecũ assumas:etiã per ipsam spem, quã habes recipiendi laboris præmiũ, deprecare, ne uel unam diem post tuum discessum faciam hac in uita,& in uastitate huius deserti oberrem.

Hæc Iosaphat cũ lachrymis dicente,senex leniter, & plane respondit, dicens:Non debemus,fili,incõpræhensibilibus iudicijs Dei resistere. Ego enim plurimũ de hoc deprecatus sum dñm, ne separaremur ab inuicẽ: & edoctus sum a bonitate illius, quia non est congruum te nunc pondus deponere carnis,sed permanere oportet in exercitio,donec splendidiorẽ coronam tibimet cõponas. Non enim sufficienter adhuc decertasti ad eam, quæ tibi præparata est mercedis retributionẽ. Sed oportet te hic modicũ laborare,ut lætus intres in gaudium dñi tui. Ego enim fere centũ sum annorum. In hac uero eremo annos septuagintaquinq; peregi. Tibi autẽ licet non tantũ tempus sit constitutũ, sed tamen appropinquare oportet, sicut iubet dñs,ut consimilis ostendaris mihi,& nihil minus habẽs ab eis, qui portauerunt pondus diei,& æstus. Suscipe ergo charissime libenter, quæ a Deo decreta sunt. Nam ea,quæ ipse disposuit,quis hominũ sufficit mutarem. Vnde in his perseuera,eius custoditus gratia. Vigila aũt semper aduersus contrarias cogitationes,& munditiã mentis,quasi quendã thesaurum preciosum conserua,ad altiorẽ operationem: & contemplationẽ uegetans temetipsum quotidie, ut impleat in te, qđ amicis suis saluator promisit,dicens:Si quis diligit me,sermones meos seruabit; Et pater meus diliget eum,& ad eum ueniemus,& mansionẽ apud eum faciemus. Hæc dicens senex,& multo plura,sanctissima illius anima, & theologa lingua digna,contristatam Iosaphat animã consolatus est. Deinde ad quosdam transmittit eum fratres procul habitantes,ut afferret ei, quæ ad sacrã hostiam consecrandã erant necessaria. Tunc cõfortatus Iosaphat ualde,uelociter ministerium impleuit. Metuebat enim,ne forte se absente naturæ debitũ Barlaam solueret,& spũm domino traderet, detrimentumq; sibi discipulo inferret,non uerba tectatoria,non orationes,nõ benedictiones illius adepto. Ita ergo uiriliter ab illo longa uia peracta,& allatis pro quibus erat,offert Deo sacrificiũ sanctissimus Barlaam. Et cõmunicans ipse, tradidit & Iosaphat incõtaminata Christi mysteria, & exultauit spiritu. Deinde consuetũ percipientes cibum,ędificatorijs uerbis animam rursus Iosaphat alebat, dicens: Non iam nos dilectissime fili in unũ congregat esus,& mensa in hac uita. Ingredior enim iam uniuersalem uiam patrum meorũ. Oportet ergo te erga me dilectionẽ per custodiã mandatorũ Dei, & in hoc loco usq; in finem perseuerantiã ostendere,conuersans quemadmodum didicisti,& edoctus es, memor semper humilis, & negligentis animæ meæ. Gaudio igiꝝ gaude,& in Christo exultatione lætare: qa pro terrenis,et corruptibilibus accipio æterna,et incorruptibilia,et qa appropinquat merces operũ tuorũ,& mercedis retributor iam adest, qui uenit uineam inuisere,quã coluisti,et plenius tibi mercedẽ operis tui exhibebit. Fidelis sermo,et omni acceptione dignus,sicut sanctꝰ clamat Apostolus Paulus:Nam si cõmorimur,et conuiuemus:Si sustinemus, et conregnabimus in regno æterno,et infinito,luce splendentes inaccessibili,et splendo-

71 *Non sufficiẽte decertasti ad eam quæ tibi præparata est mercedis retributionem.*

72 *Ecce dico Missam sacrificium, & sacram Eucharistiam,incontaminata Christi mysteria.*

73 *Notã hæretice quotiens iteretur mercedis nomen? Additur etiã,retributor mercedis, merces operis tui.*

te digni effecti beatæ, et indiuisæ trinitatis.

Talia quidē Barlaam usq; ad uesperā, & per totam noctē Ioſaphat lo quebat ineffabili dolore detento, & ſeparationē non ferenti. Mox uero il lucescente die, ad eum collocutionē finiens, eleuatis in cœlū manibus, & oculis, & gratiarū actionem referens Deo, ait: Domine Deus meus, qui ubiq; præſens es, & oīa imples, gratias ago tibi, quia reſpexiſti humilita tē meam, & in orthodoxa confeſſione, & in uia mandatorū tuorum di gnum me feciſti curſum conſummare huius incolatus mei. Et nunc opti me dñe, & miſericordiſſime, ſuſcipe me in æterna tua tabernacula, & ne recorderis peccata, q̄ tibi peccaui ſciēter, & ignorāter. Cuſtodi ēt et hunc fidelē famulū tuū, cui p̄eſſe me uoluiſti indignū famulū tuū. Erue eū ab oī uanitate, & tentatione aduerſarij, & altiorē illū facito perplexis laqueis, quos in laqueū poſuit malignus oībus, qui ſalui fieri uolunt. Diſperde op̄s oēm uirtutē ſeductoris a facie ſeruī tui, & da ei ptātē cōculcandi nequiſſi mū caput hoſtis aīarū noſtrarū. Mitte ex alto gratiā ſācti ſpūs tui, et cor tobora illū aduerſus inuiſibiles hoſtes, ut uictoriæ mereat a te coronā ac cipere, & magnificēt nomē tuū in ipſo: qa te decet gl'ia, & la⁹ in ſcla, Amē.

Finita oratione, paterno affectu amplexatus Ioſaphar, oſculatus eſt eū in oſculo ſancto; ſignoq; crucis ſemetipſum ſignans, & pedibus extēſis, exhilarato uultu quieuit in pace, ſenex, et plenus dierū. Tūc Ioſaphat cor ruens ſuper eum, fletibus, atq; ſuſpiriſ, gemitibusq; dolori ſatisfaciens, et lachrymis corpus abluens, ac laneo panno, quē dederat ei in palatio, in uoluens, decantabat pſalmos, per totā diem, & totā noctem pſallens, pa riter & lachrymis uenerandū beati madefaciens corpus. Sequenti uero die ſepulchrū faciens prope ſpeluncam, & religioſe ualde, & cū ſumma reuerentia ſacram glebā deferens, in monumento depoſuit ſpiritualē pa trem bonus, ac uenerabilis filius, & flagranti animo ad intentiſſimā exten dens ſe orationē, ait: Domine deus meus, exaudi orationē meam, qua cla mauī ad te, miſerere mei, & exaudi me: qm̄ te ex toto corde meo quæro. Exquiſiuit te facies mea. Ne auertas faciē tuam a me, ne declines in ira a ſeruo tuo. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, neq; deſpicias me Deus ſalutaris meus. Quoniā pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dñs autem aſſumpſit me. Legē pone mihi domine in uia tua, et dirige me in ſe mita recta propter inimicos meos. Ne traderis me in animas tribulantiū me: qm̄ in te proiectus ſum ex utero, de uentre matris meę Deus meus es tu, ne diſceſſeris a me, qm̄ præter te non eſt, qui adiuuet me. Ecce enim in multitudine miſerationū tuarum ſpem poſui animæ meæ: guberna uitam meam, qui oēm creaturam ineffabili ſapientiæ prouidentia regis. Et no tam fac mihi uiam, in qua ambulem; & ſaluum me fac, quoniam bonus es amator hominū, orationibus, & intercesſione famuli tui Barlaā. Quia tu es Deus meus, et te glorifico patrē, & filiū, & ſpūm ſanctū. Amen.

74
Ecce quomodo Ioſaphat ſuper corpus defuncti decātabat pſalmos, et per totā diem ac noctem pſallebat. Qui chriſtianus mos eſt.

75
Orationibus et interceſſione famuli tui Barlaam. Ergo ſancti poſt mortē orant & intercedunt pro nobis.

Finita oratione, iuxta ſepulchrum ſedebat flens, et ſedens obdormiuit. Et uidit terribiles uiros illos, quos et prius uiderat uenientes ad ſe, et dedu centes in maximū illum et mirabilē campum, deinde ad glorioſiſſimā, & ſplendiſſimā introduxerunt ciuitatē. Ingrediente uero illo, alij obuiabant multo fulgentes lumine, coronas in manibus ferentes ineffabili decore re ſplendentes, et quales humani oculi nunq; uiderunt. Interrogante uero Io ſaphat, cuius ſunt coronæ gloriæ ſplendidiſſimæ, quas cerno, reſponde-

runt: Tibi quidē una propter multas animas quas saluasti, præparata est, exornanda uero nunc amplius pro exercitatione eremitica, quā peragis, si tamen uiriliter in hac in finem usq; perduraueris. Altera uero tua quidē et ipsa, sed patri tuo oportet te exhibere eā, qui per te a uia mala declinando, et pœnitentiam ueraciter agendo, reconciliatus est domino.

Iosaphat itaq; hoc audito, hæsitanter & mœste hoc accepit, & dixit: Quō possibile est, non impar mihi, q tanta sustinui, patrem meū adipisci donū pp solam pniam? Dixit hęc, & Barlaā confestim æstimabat se uidere, quasi exprobrantē sibi, & dicentem: Isti sunt sermones mei, Iosaphat, quos aliqñ dicebam tibi, & qa cū prædiues fueris, non beneficus eras, & ipse hæsitabas in uerbo. Nūc aūt quomodo contristatus es de æquali honore, tibi uidelicet, & patri, et non potius lætatus es animo, q̄ exaudita est tua multa pro ipso oratio? Iosaphat aūt, prout mos erat ei semper dicere: Ignosce, ait, pater ignosce, & ubi habitas ostende mihi. In hac (inqt senex) speciosa, & magna ciuitate habitationem habere merui, in media urbis platea, luce fulgentē eximia. Rogare uero iterū Iosaphat Barlaā se putabat, ut eū induceret in habitaculū, & effectuose in hospitio suo reciperet. Sed nondū tēpus uenisse dicebat ille, quo ad illa peruenire posset habitacula, adhuc humani subiectus corporis ergastulo. Si ergo uiriliter perseueraueris, quemadmodū mandaui tibi, uenies paulopost, & eisdem dignus efficieris mansionibus, & eandē gloriam consequeris, & eodē gaudio frueris, & in æternū simul erimus. Excitatus uero a somno Iosaphat, luce illa, & ineffabili gloria habebat animam adhuc satiatā, & cum multa admiratione domino gratiarum referebat hymnum.

Mansit aūt usq; ad finem uitæ suę, angelicam ueraciter in terra ducens conuersationē, & duriore exercitatione post transitū senis utens. Ætatis quidē suæ uicesimoquinto anno terrenū deseruit regnū, & eremiticum subīt laborē, triginta uero & quinq; annos in hac eremo cōuersatus est. Multas prius animas hominū diabolo surripuit, & Deo saluandas obtulit, & in hoc perficiendo apostolicā gratiam promeruit. Erat aūt martyr uoluntate. Nam cū fiducia magna Christū in conspectu regū, & tyranno rum confessus est, & prædicator eius magnitudinis eximius claruit. Multos ēt spiritus nequitię in eremo luctando prostrauit, & omnes Christi superauit uirtute, cœlestisq; particeps muneris diutius extitit, & gratię. Insuper & mundū animæ oculū ab omni terrena caligine habuit, & ualde præsentia, futura cōtemplabaī, & Christus erat ei pro omnibus, Christū desiderabat, Christū quasi præsentē cernebat, Christi decorē assidue speculabaī, scd'm prophetam dicentē: Prouidebam dñm in conspectu meo semper, qm̄ a dextris est mihi, ne commouear. Et iterum: Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Adhæsit. n. uere anima illius post Christū, coniunctione indissolubili illi copulata. Non. n. defecit a mirabili ista operatione, nec imutauit rigorē conuersationis suæ a principio usq; in finē, ęqualem seruans promptitatē a puero usq; ad tantam ętatē: immo ad altiorē in dies profecit uirtutē, & mundiorē promeruit contemplationem: Deniq; tali peracta conuersatione, & ita dignā sua uocatione operationem retribuens ei, q se uocauit, crucifigens mundū sibi, & seipsum mūdo, in pace ad Deū pacis uadit, & ad eū, quem desiderauit semper, profi-

ciscitur dñm, & uultui domini nitide, & munde præsentaī, illiusq; gloriæ

iam

am ante promissa sibi corona exornat, & Christū cernere dignus efficitur, & cum Christo esse meretur, Christi decore semper exultat. Cuius in manus animam suam commendans in uiuentium transmigrauit regionē, ubi sonus epulantium, ubi lætantium omnium habitatio.

Preciosum uero corpus illius qdam uir sanctus, qui habitationem suā non procul ab eo fecerat, qui & ad Barlaam iter illi prius ostenderat, diuina quædam edoctus reuelatione, ipsa hora eius dormitionis aduenit, et sacris laudibus honorificans illum, lachrymasq; effundens signū erga illum dilectionis, & omnia alia perficiens, quæ Christianis sunt legitima, in sepulchro patris Barlaam posuit eū. Nam decebat eorū simul esse corpora in terra, quorum in cœlis perenniter erant animæ iunctæ. Præcepto etiam cuius terribili per uisionē fortiter illū in mente contestantis, acquiescens eremita, qui eū sepelierat, ad regnum Indorū pergere contendit, & ad regem Barachiam peruenit, omniaq; sibi manifesta de beato Iosaphat facit. Ille aūt non negligens, ilico pergit cū multitudine magna, & uirtute, & ad speluncam peruenit. Monumentū aspicit, & superlachrymatus, tollit operculū, & uidet Barlaam, & Iosaphat, habentes mēbra secundū proprietatem speciei utriusq; posita, & corpora nil a priore colore imutata, syncera uero, & omnino integra cū suis indumentis. Tunc illa sancta rum animarū tabernacula multā odoris suauitatem emittebant, nihil penitus fœditatis retinentia. Quæ rex in thecis preciosis reposita, in suam reportauit patriam.

76 *Vide hæretice quod sanctorum corpora habitaculum fuere spiritus sancti, et ideo nō fœtorem, sed odoris suauitatē exhalant, quæ Rex Barachias thecis preciosis reposita, in suam reportat patriam.*

Vt autē ad aures peruenit populi quod factū fuerat, multitudo innumerabilis ex omnibus ciuitatibus, & in circuitu regionibus, ad adoranda & uidenda beatorū illorum uirorum corpora confluebant honorifice, cum hymnis, & cantícis, & lampadibus, & cereis ardentibus. Vnde quidam ibi congruenter satis, & ualde idonee dixit: Luminaria circa luminis filios, & hæredes. Splendide uero simul, & magnifice in ecclesia, quam Iosaphat ab ipsis fundamentis erexerat, deposita sunt corpora. Pluríma ergo miracula, & sanitates in translatione, & depositione, et deinceps per sanctos suos famulos operatus est Christus, ad laudē, & gloriam nominis sui. Et uidit rex, & omnis turba uirtutes, quæ per eos fiebant. Et plurímæ gentes, quæ erant in circuitu, infidelitate languentes, & Dei ignorantia, per ea, quæ ad sepulchrū fiebant signa, crediderunt. Et omnes uidentes, & audientes angelicā Iosaphat conuersationem, et a pueritia inæstimabilem eius ad Deum amorem, mirabantur, glorificātes in oibus Deū, q cooperat diligentibus se, et maximis illos glorificat donis, et uirtutib⁹.

77 *Ecce cum quanto honore suscipiuntur sanctorum corpora, simul & cum hymnis & canticis & lampadibus & cereis ardentibus.*

Hucusq; finis præsentis laboris, quem secundū uirtutem meam scripsi, sicut accepi a uenerabilibus uiris, qui ueraciter illum tradiderunt mihi. Contingat igitur uobis legentibus, et audientibus utilem animarum narrationem, ut in parte sanctorum, qui ab initio placuerunt domino, computarí mereamur, precibus, et intercessione Barlaam, ac Iosaphat beatorum, de quibus est narratio, in Christo Iesu domino nostro, cui est decus, honor, et imperiū, gloria et magnificentia, cum patre, et spiritu sancto, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

78 *Plurima sanctorū miracula in translatione & depositione eorum, necnon ad illorū sepulchra patrata. Ad confusionem hæreticorum.*

79 *Precibus & intercessione Barlaam ac Iosaphat Beatorum.*

Habetur libro primo historiæ eius de persecutione Vandalorum.

VITA PAPINIANI, MANSVETI, QVODVVLTdeuse piscoporum, Sebastiani Comitis, & aliorum plurimorum episcoporum & martyrum sub Geiserico rege Vandalorum passorum, per D. Victorem episcopum Vitensem scripta.

Exagesimus nunc ut clarum est, agitur annus, ex quo populus ille crudelis ac sæuus Vandalicæ gentis Africæ miserabilis attigit fines, transuadens facili transitu per angustias maris, qua inter Hispaniam Africamq; æquor hoc magnũ et spacioſum bissenis milibus, angusto se limite coartauit. Transiens igit quantitas uniuersa calliditate Geiserici ducis, ut famã terribilem suæ faceret gentis, ilico statuit oẽm multitudinẽ numerari usq; ad illã diẽ, quã huic luci uterus profuderat uentris. Qui reperti sunt senes, iuuenes, paruuli, serui uel domini octoginta milia numerati. Quæ opinio diuulgata usque in hodiernũ a nescientib⁹ armatorũ tantus numer⁹ æstimat, cũ sit nũc exiguus & infirmus. Inuenientes igit pacatã quietãq; prouinciam, speciositatẽ totius terræ florentis quaqua uersum impietatis agminib⁹ impendebant, deuastando depopulabant, incẽdio atq; homicidijs totũ exterminantes. Sed nec arbustis fructiferis omnino parcebant, ne forte quos antra montiũ aut prærupta terrarũ, uel secluſa quęq; occultauerant, post eorum transitũ illis pabulis nutrirent. & sic eadẽ atq; iterũ tale crudelitate furentib⁹, ab eorũ contagione nullus remanſit locus immunis. Præsertim in ecclesijs basilicisq; & cœmiterijs & monasterijs sceleratus sæuiebant, & cũ maiorib⁹ incendijs domus orationis magis quã urbes cũctaq; oppida concremarent, ubi forte uenerabilis aulæ clausas repererunt portas, certatim ictibus dextralium aditum reserabant, ut recte tunc diceret: Quasi in silua lignorũ securib⁹ conscidere ianuas eius in idipsum, in securi & ascia deiecerũt ea, incenderunt igni sanctuariũ tuũ, & in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

I

Et nostro tempore hæretici in Ecclesias, Oratoria, Altaria, & Cemiteria sceleratius sæuierũt, ut cognoscant qualibus hominibus se similes reddiderunt, nẽpe Vandalis, hæreticis Arianis.

Quanti tunc ab eis præclari pontifices & nobiles sacerdotes diuersis pœnarũ generibus extincti sunt, ut traderent si quid auri uel argenti proprium uel ecclesiasticũ haberent? Et dũ hæc quæ erant urgentib⁹ pœnis facilius proderent, iterũ crudelib⁹ tormentis oblatores urgebant, autumantes quandã partẽ nõ totũ esse oblatũ, & quãto plus dabant, tãto amplius quẽpiam habere credebant. Alijs palorũ uectibus ora reserãtes, fœtidũ cœnũ ob confessionẽ pecuniæ faucibus ingerebant. Nõnullos in frõtibus & tibijs neruis remugientibus torquendo cruciabant. Plerisq; aquã marinã, alijs acetũ, amurcã, liquamenq;, & alia multa atq; crudelia tanq; utribus imbutis ori impositis sine misericordia porrigebãt. Nõ infirmior sexus, non consideratio nobilitatis, non reuerentia sacerdotalis crudeles animos mitigabat: quin immo ibi exaggerebant ira furoris, ubi honorem conspexerant. Quantis sacerdotibus, quãtisq; illustribus, onera ingentia ut camelis uel alijs generibus iumentorum imposuerint nequeo enarrare, quos stimulis ferreis ad ambulandũ urgebant, quorum nonnulli sub fascibus miserabiliter animas emisere. Senilis maturitas atq; ueneranda canities, quæ cæsariem capitis ut lanã candidã dealbarat, nullã sibi ab hospitibus misericordiã uindicabat. Sed etiam paruulos ab uberib⁹ rapiens maternis Barbarus furor, insontẽ infantiã elidebat ad terrã. Alij paruulũ pe-

dibus tenentes, a meatu prorsus naturali usq; ad arcẽ capitis dissipabant, quando tunc forte Sion captiua cantabat: Dixit inimicus incendere fines meos, interficere infantes meos, & paruulos meos elisurũ ad terram.

In ædificijs nonnullis magnatũ ædiũ uel domorũ ubi ministeriũ ignis minus ualuerat, tectis admodũ despicatis pulchritudinẽ parietum solo æquabant, ut nunc antiqua illa spatiositas ciuitatũ, nec quia fuerit prorsus appareat. Sed et urbes quamplurimæ, aut raris aut nullis habitatoribus incolunt. Nam et hodie si qua supersunt, subinde desolant, sicut ibi cartha gineo dignã theatro ædem Memorię, et uiã quam Cœlestis uocitabant, funditus deleuerunt. Et ut de necessarijs loquar, basilicã maiorem ubi corpora sanctarũ martyrum Perpetuæ atq; fœlicitatis sepulta sunt, Celerinę uel Scillitanorũ, et alias quas non destruxerunt, suæ religioni licentia tyrannica mancipauerunt. Vbi uero munitiones aliquę uidebant, quas hostilitas Barbarici furoris oppugnare nequiret, cõgregatis in circuitu castrorum innumerabilibus turbis, gladijs feralib⁹ cruciabant, ut putrefactis cadaueribus quos adire non poterant arcente murorũ defensione, corporũ liquescentium enecarent fętore.

Quanti et quam numerosi tunc ab eis cruciati sunt sacerdotes explicare quis poterit? Tunc etenim nostræ ciuitatis uenerabilis Papinianus antistes, candentis ferri laminis toto adustus est corpore. Similiter et Mansuetus Vricitanus, in porta incensus est Fornitana. Qua tẽpestate Hipponeregiorum obsessa est ciuitas, quam omni laude dignus beatus Augustinus librorũ multorũ confector, põtifex gubernabat. Tunc illud eloquentiæ quod ubertim per omnes campos ecclesię decurrebat, ipso metu sicca tum est flumen, atq; dulcedo suauitatis dulcius propinata, in amaritudinem absinthĩ uersa est, ut Dauidicũ præconium conueniret: Dũ consisteret peccator aduersum me, obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis'. Vsq; ad illud tempus. cc. iam. xxx. et duos confecerat libros., exceptis innumerabilibus epistolis, uel expositione totius Psalterij et Euangeliorũ, atq; tractatibus popularibus, quas Græci Omelias uocant, quorum numerum compræhendere satis impossibile est.

Quid multa? Post has crucis impietates insaniæ, ipsam urbem maximã Carthaginẽ Geisericus tenuit et intrauit', et antiquam illã ingenuã ac nobilem libertatẽ in seruitutem redegit. Nam et senatorũ urbis non paruã multitudinem captiuauit. Deinde proponit decretũ, ut unusquisq; auri, argenti, gemmarũ, uestimentorumq; precioſorũ quodcunq; haberet offerret, & ita in breui auitas atq; paternas opes tali industria abstulit rapax. Disponens quoq; singulas quasq; prouincias, sibi Bizacenã, Abaritanam atq; Getuliam & partem Numidię reseruauit, exercitui uero Zeugitanã uel proconsularẽ funiculo hæreditatis diuisit, Valentiniano adhuc Imperatore reliquas licet iam exterminatas prouincias defendente. Post cuius mortẽ totius Africæ ambitum obtinuit, necnon & insulas maximas, Sardiniam, Siciliã, Corsicam, Ebusum, Maioricã, Minoricam, uel alias multas, superbia sibi cõsueta defendit. Quarũ unam illarũ idest Siciliã Odoacro Italiæ regi postmodũ tributario iure cõcesit, ex qua eis Odoacer singulis quibusq; temporibus, ut dominis tributa dependit, aliquam sibi tamen reseruantibus partem.

Præterea prȩcipere nequaquam cunctatus est Vandalis, ut episcopos

atq; laicos nobiles de suis ecclesijs & sedibus nudos penitus aufugeret. Quod si optione proposita exire tardarent, serui perpetui remanerent. Quod et in plurimis factū est, multos.n. episcopos & laicos claros atq; honoratos uiros, seruos esse nouimus Vandalorū. Tunc uero memoratæ urbis ep̄m id est, carthaginis, deo & hominib⁹ manifestū, nomine Quoduultdeus, & maximam turbā clericorū nauibus fractis impositam, nudos atq; expoliatos expelli præcepit. Quos dñs miseratione bonitatis suę prospera nauigatione Neapolim campaniæ perducere dignatus est ciuitatē. Senatorum atq; honoratorū multitudinē primo exilio crudeli contriuit, postea transmarina in parte proiecit. Pulso nanq; episcopo ut præfati sumus, cū clero uenerabili, illico ecclesiam nomine Restitutā, in qua semper episcopi cōmanebant, suæ religioni mancipauit, atq; uniuersas quæ intra muros fuerant ciuitatis, cū suis diuitijs abstulit. Sed etiam quæ foras muros erant, quascunq; uoluit occupauit, & præcipue duas egregias & amplas sancti martyris Cyprianī, unā ubi sanguinem fudit, aliam ubi eius sepultū est corpus, q̄ locus Mappalia uocitat. Quis uero sustineat atq; possit sine lachrymis recordari, dū præciperet nostrorum corpora defuncto-
2 rum, sine solennitate hymnorū cum silentio ad sepulturam perduci? Addidit adhuc, ut & pars clericorum quæ remāserat, pœnali exilio truderetur.

Vide si non etiam in hoc hæretici nostri tē poris impios istos imitantur, qui defunctorum suorum corpora sine solennitate hymnorum cum silētio ad sepulturā perducunt.

Et dum ista gerunt, qui supererant magni sacerdotes atq; insignes uiri memoratarū prouinciarum quas diuiserat uandalis, cogitauerunt supplicandi gratia regē adire. Qui dū, ut moris est, ad Massilitanū litus exisset, quod ligula uulgi consuetudine uocitat, amissis iam ecclesijs & rebus occurrere uisi sunt supplicantes, ut ad consolandū populum dei saltē habitādi facultas, Vandalis iam dominātibus, concederet. Quibus ille per internuntium rabido respondisse ore probat. Decreui ego de nomine & genere uestro nullum dimittere, & uos audetis talia postulare? Quos et uicino mari uoluit eadē hora demergere, nisi a suis diu ne hoc faceret rogaretur. Recedentes illi tristitia & mœrore confecti, cœperunt qualiter poterant & ubi poterant, ablatis ecclesijs diuina mysteria celebrare. Subinde aūt crescente opibus regno, maior cœpit, & superbia propagari.

Referam factū, quod ipso gestū est tēpore. Fuit comes quidam Sebastianus, famosi illius gener comitis Bonifacij, acer cōcilio, & strenuus in bello. Cuius Geisericus sicut consilia necessaria habebat, ita & præsentiā formidabat. Cupiens autem illum extinguere, occasionē mortis de religione quæsiuit. Cogitauit rex ut præsentibus episcopis atq; domesticis suis, Sebastianū taliter conueniret: Sebastiane, inquit, Scio quia fidē nobis adhæsisse iurasti, cuius ueritatē sacramenti, labores tui uigilantiaque demonstrant. Sed ut nobis connexa semper iugisq; maneat amicitia tua, hoc placuit præsentibus sacerdotib⁹ nostris, ut eius efficiaris cultor religionis, quā & nos & noster populus uenerat. Cui Sebastianus rem inueniens miram multisq; necessariā, pro tempore acute respondit: Quæso domine rex, ut nunc unus panis mundissimus ac similaceus afferat. Quē cū ignorasset Geisericus Sebastiani uictoriā, illico iussit afferri. Apprehendēs itaq; Sebastianus mundissimum panē, ita effatus est. Hic enim panis ut ad tantū decorē splendoris uenisset, & mensæ regiæ necessarius haberet, discussa spuria furfuris ex massa similaginis conspersus per aquā transiuit & ignē, idcirco & aspectu clarus, & esu suauis habet. Ita et ego mola catholicæ

tholicæ matris commolitus, et cribro examinationis ut similia mūda purgatus, rigatus sum aqua baptismatis, et igne sancti spiritꝰ coctus. Et ut hic panis de furno, ita & ego per officia sacramentorū diuinorū, artifice deo de fonte mundus ascendi. Sed fiat si uelis, ut ipse propono: Iste panis confringat̄ in frusta, madidet̄ aqua, & iterū conspergat̄, mittat̄ in furnū: si melior exierit, faciā quæ hortaris. Quā propositionē Geisericus cū omnibus q̄ aderant cū audisset, ita ligatus est, ut se soluere omnino non posset. Quē alio generis argumento, postea bellicosum uirum occidit.

Mirabile exemplum etiam cōtra nostri tē poris dogmatistas faciens.

Et ut ad id redeamus unde digressi sumus, terret prȩceptis feralibus, ut in medio Vandalorū nostri nullatenus respirarent, neq; usq; orādi aut immolandi concederet gementibus locus, ut manifeste tunc prophetiæ uaticiniū compleret, Non est in hoc tēpore princeps aut propheta uel dux, neq; locus ad sacrificandū nomini tuo. Nam & diuersæ calumniæ nō derant quotidie etiam illis sacerdotibus qui in his regionibꝰ uersabant̄, quæ regiones palatio tributa pendebant: & si forsitan quispiam ut moris est, dum dei populum admoneret, Pharaonē, Nabuchodonosor, Holofernē, aut aliquē similē nominasset, obȷciebat̄ illi quod in personā regis ista dixisset, & statim exilio trudebat̄. hoc enim persecutionis genus agebat̄ hic aperte, alibi occulte, ut piorū nomē talibꝰ insidijs interiret. Qua de re plurimos sacerdotū tunc nouimus relegatos, sicut Vrbanū Girbensem, Crescentē Metropolitanū Aquitanæ ciuitatis qui. cxx. episcopis, Habet deū Teudalensem, Eustratiū Sufetanū, & Tripolitanos duos, Vicessabratenum, & Cresconiū Eensem, & Adrumetinæ ciuitatis Felicem episcopū, ob hoc quod susceptisset quendā Ioannem monachū transmarinū, sed & alios multos quos longū est enarrare. Quibus tñ in exilio positis dū obitus aduenisset, non licebat alios eorū ciuitatibus ordinari. Inter hęc tamē dei populus in fide consistens, ut examen apum cęreas ædificans mansiones, crescendo melleis fidei calculis firmabatur, ut impleretur illa sententia, Quanto eos affligebant, tanto magis multiplicabantur, & inualescebant nimis.

VITA DEOGRATIAS EPISCOPI CARTHAGInensis, agonesq; & martyria Martiniani, Saturiani, Maximæ Valeriani episcopi, Armogastis, Masculæ & Saturi confessorum, per D. Victorem episcopum Vitensem scripta.

Habetur hæc libro 1. eiusdem de persecutione Vandalorum.

S Vpplicante Valentiniano Augusto Geiserico regi, Carthaginensi ecclesiæ post longū desolationis ep̄m ordinari, nomine Deogratias, factū est ut is ordinaret. Cuius si nitat̄ quisquam quæ per illum dominus fecerit paulatim excurrere, ante incipient uerba deficere, quā ille aliquid ualeat explicare. Illo igit̄ episcopo constituto, factū est peccatis urgentibus, ut urbē illam quondam nobilissimam atq; famosam xv. regni sui anno Geisericus caperet Romam. Et simul exinde regū multorū diuitias cū populis captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanū attingeret litus, diuidentibus Vandalis & Mauris ingentē populi quantitatem, ut moris est Barbaris, mariti ab uxoribus, liberi a parentibus separabantur. Statim sategit uir deo plenus & charus, uniuersa uasa ministerij aurea

uel argentea distrahere, & libertatē de seruitute Barbarica liberare, & ut coniugia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderent. Et qa loca nulla sufficiebant ad capessendā multitudinē tātam, basilicas duas nominatas & amplas Fausti & Nouarū, eorum lectulis atq; straminib⁹ deputauit, decernens per singulos dies quantū quis pro merito acciperet. Et qa plerosq; insuetudo nauigij & crudelitas captiuitatis afflixerat, non paruus inter eos fuerat numerus ægrotorū, quos ille beatus antistes ut nutrix pia per momenta singula cū medicis circuibat sequentibus cibis, ut inspecta uena qd cui opus esset illo præsente daret. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere misericordiæ feriebat, sed pergebat excurrens per singulos lectos, sciscitans qualiter quisq; haberet: ita se tradiderat omnino labori, ut nec defessis mēbris, nec carioſæ iā senectuti parceret. Quo liuore Ariani succensi, dolis eū quamplurimis uoluere sæpius enecare. Quod credo prævidens dñs, cito passerē suū de manibus accipitrū uoluit liberare. Cuius exitū ita Vrbici captiui planxerūt, ut tunc se putarent magis tradi manibus Barbarorū, quando ille perrexit ad cœlū. Functus est aūt sacerdotio annis tribus. Cuius amore & desiderio populus ardentius potuerat membra digni corporis rapere, nisi consilio prudenti dum auocatur, nescientē multitudine sepeliretur.

1 *Sancti quando decedunt pgunt ad cœlū.*

Et qa tacendū semper non est de impietatibus hæreticorū, nec uerecundum poterit esse quod ad laudē proficit patientis: ordinator quondā memorati sacerdotis nomine Thoma, dū uarijs ab eis insidijs sæpius artaretur, quodā tempore uenerabilem senem in publica facie catomis ceciderunt. Quod ille non ad opprobriū sed ad mercedē computans gloriæ suę, in dño lætabatur. Vnde factū est, ut post obitū episcopi carthaginis, Zeugitanæ & proconsulari puinciæ episcopos interdiceret ordinandos, quorum erat numerus clxiij. Qui paulatim deficientes, nunc q; simul ipsi superstes tres tm̄ esse uidentur, Vincentius Gigitanus, Paulus Sinnaritanus, uere merito & nomine Paulus, & alius Quintianus. Qui nunc persecutionē fugiens, apud Edessam Macedoniæ ciuitatē commanet peregrinus. Sed et martyria quāplurima esse probant, confessorū autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua narrare tentabo.

Erant tunc serui cuiusdā Vandali (fuit hic Vandalus de illis quos Millenarios uocant) Martinianus, Saturianus, & eorū duo germani, erat & cōserua eorū quædam egregia Christi ancilla, nomine Maxima, corpore simul & corde decora. Et qa Martinianus armifactor erat, & dño suo satis uidebat acceptus, & Maxima uniuersæ domui dominabat: credidit Vandalus ut fideles sibi magis memoratos faceret famulos, Martinianū Maximamq; coniugali consortio sociare. Martinianus adolescentulorū secularium more coniugiū affectabat: Maxima nanq; iā deo sacrata, humanas nuptias refutabat. At ubi uentū est ut cubiculi adirent secreta filētia, & Martinianus nesciens qd de illo decreuerat deus, maritali fiducia quasi cū coniuge cuperet cubitare, uiua ei uoce memorata famula Christi respondit: Christo ego, o Martiniane frater mēbra mei corporis dedicaui, nec possum humanū sortiri coniugiū, habens iam cœlestē & uerum sponsum. Sed dabo consiliū: si uelis poteris & ipse tibi præstare cū licet, ut cui ego concupiui nubere, delecteris & ipse seruire. Ita factū est domino procurante, ut obediens uirgini, et adolescens suam animā lucraret. Nescien-

2 *Non refutasset quidē nuptias, et si deo sacrata fuisset, si Luthe ranos habuisset magistros. Verum quia sanctissimos patres habuit præceptores, ideo refutauit.*

te igit̃ Vandalo, compunctus atq; spiritualis secreti commerciũ mutuat⁹ Martinianus, ẽt suis fratribus persuasit, ut thesaurũ quem inuenerat habe rent, utpote germani cõem. conuersus est itaq; cũ tribus fratrib⁹ suis. Dei puella comitante nocte clã egredientes, Tabraceno monasterio cui præ erat tunc nobilis pastor Andreas sociantur. Illa uero haud procul monasterium incoluit puellarum.

Notent hæretici qui nubere palam docent deo dicatas uirgines, & nolentes quoque compellunt.

Sciscitante igit̃ barbaro inquisitionib⁹ & muneribus crebris, quod gestũ erat cælari non potuit. Inueniens itaq; iam non sua sed Christi mancipia, conijcit in uinculis, & uarijs tormentis dei famulos insectat̃, agens cũ eis non tantũ ut pariter miscerent̃, sed quod grauius est, per rebaptizationis cœnum fidei suę ornamenta turparent. Peruenit hoc ipsum usq; ad notitiam Geiserici. Decernit rex, ut tãdiu implicabilis ferus seruos affligeret, quãdiu illius succumberent uoluntati. Iubet in modũ serarũ fustes robustos ueluti palmatos cũ stirpib⁹ fieri, qui quatientibus tergis non solũ ossa confringerent, sed etiã terebrantes aculei intrinsecus remanerent. Quidum sanguis efflueret, & dissipatis carnibus uiscera nudarent̃, sequẽti die Christo medente incolumes reddebant̃. Hoc sæpius ac multo factum est tempore, & nulla plagarũ uestigia uidebant̃, sancto spiritu subinde curante. Post hoc artat̃ Maxima duræ custodiæ, cuspidiq; crudele extẽdit̃. Cui cum dei seruorum non deesset frequentia uisitantium, uidentib⁹ cũctis ingentium lignorũ putrescens soluta est fortitudo. Miraculũ hoc & uoce omnium celebratur, & nobis ad quem custodia pertinebat, cum sacramẽto testatus est ita fuisse.

Ast ubi Vandalus uirtutẽ neglexit cognoscere diuinam, cœpit in domo eius uindicatrix ira grassari. Moritur ipse simul te filij, familiæ atq; animalium quæcũq; optima erant pariter intereunt. Remãsitq; domina uidua, marito, filijs, & substantia destituta seruos Christi cognato regis Sesaoni gratia muneris offert. Qui cũ res eos utpote oblatos cũ gratulatione nimia suscepisset, filios & domesticos sanctorũ merito male cœpit dæmon uarijs motibus agitare. Ex ordine ille cognatus ut gestũ erat suggerit regi. Decernit statim rex, cuidã gẽtili regi Maurorũ, cui erat nomẽ Capsur, relegandos debere transmitti. Maximam uero Christi famulam confusus & uictus propriæ uoluntati dimisit, quæ nunc superest uirgo, mater multarum uirginum dei, nobis etiam nequaq̃ ignota. Perueniẽtes aũt tradũtur memorato regi Maurorum, commanenti in parte eremi, quæ dicit̃ caprapicti. Videntes igitur Christi discipuli multa apud gentiles & illicita sacrificiorũ sacrilegia, cœperunt prædicatione & conuersatione sua ad cognitionẽ domini dei nostri Barbaros inuitare: & tali modo ingentẽ multitudinẽ gentilium Barbarorũ Christo domino lucrauerunt, ubi antea nulla fama Christiani nominis fuerat diuulgata. Tunc deinde cogitatur qd fieret, ut ager iã cultus & egraminatus uomere prædicationis euangelicũ susciperet semen, & imbre sacri baptismatis rigaretur. Mittunt legatos ꝑ itinera distenta deserti: peruenitur tandẽ ad ciuitatẽ Romanam. Rogatur episcopus, ut presbyterũ & ministros credenti populo destinaret. Explet cũ gaudio quod petebatur pontifex, dei constituitur ecclesia, baptizatur multitudo maxima Barbarorũ, & de lupis grex fœcundus multiplicatur agnorũ. Hoc Geiserico relatione sua nunciat Capsur. De qua re surgẽs inuidia iubent famulos dei ligatis pedibus post terga currentiũ quadri-

garũ,inter ſpinoſa loca ſyluarũ pariter interire, ut ducta atq; reducta dumoſis lignorũ aculeis innocentiũ corpora carperẽtur,ita deligans,ut exitum ſuũ inuicẽ peruiderent. Qui cũ e uicino currentibus Mauris ſeſe mutuo conſpicerent,uale ſibi in anguſto fugæ unuſquiſq; ita dicebãt:Frater ora pro me,impleuit deus deſideriũ noſtrũ, taliter peruenitur ad regnum cœlorũ. Itaq; orando atq; pſallendo, gaudentibus angelis pias animas emiſere. Vbi uſq; in hodiernum diem non deſinit ingentia mirabilia Ieſus Chriſtus dñs noſter operari. Nã nobis beatus quondam Fauſtus Buronitanus epiſcopus atteſtatus eſt,cæcam quandam mulierem illuminatã fuiſſe,ubi ipſe aderat præſens.

Accendit propter hæc aduerſus dei eccleſiam Geiſericus. Mittit Proculum quendã in prouinciam Zeugitanã, q coartaret ad tradendũ miniſteria diuina uel libros cunctos dñi ſacerdotes, ut primo armis nudaret, & ita facilius inermes hoſtis callidus captiuaſſet. Quibus ſe nõ poſſe rradere clamantibus,ipſe rapaci manu cuncta depopulabat, atq; de pallijs altaris pro nefas,camiſias ſibi & femoralia faciebat. Qui tñ Proculus huius rei executor,fruſtatim ſibi comedens linguã, in breui turpiſsima conſumptus eſt morte. Tunc.n. ſanctus Valerianus Abenſis ciuitatis epiſcopus, dũ uiriliter ſacramenta diuina ne traderet dimicaſſet,foras ciuitatẽ ſingularis iuſſus eſt pelli,& ita pręceptũ eſt, ut nullus eũ neq; in domo neq; in agro dimitteret habitare. Qui in ſtrata publica multo tempore nudo iacuit ſub aere:annorum erat plus lxxx. quem nos tunc indigni, in tali exilio meruimus ſalutare.

4 *Vide dei ultionem cõtra prophanum hominem rebus ſacris abutentem.*

4 *Nota paſchalem ſolẽnitatem.*

Quodam tpe paſchalis ſol ennitas agebatur, & dũ in quodam loco q Regia uocitat, ob diẽ paſchalis honoris noſtri ſibimet clauſam eccleſiam reſerarent,compererunt Ariani. Statim qdam presbyter eor Andiot nomine, congregata ſecũ armatorũ manu ad expugnandã turbam accendit innocentũ,Introeunt euaginatis ſpatis,arma corripiunt, alijq; quoq; tecta conſcendunt,& p feneſtras eccleſiæ ſagittas ſpargunt.Et tunc forte & canente populo dei,lector unus pulpito ſiſtens,alleluiaticũ melos canebat. Quo tpe ſagitta in gutture iaculatus,cadente de manib9 codice,mortuus poſt cecidit ipſe. Nã & alij quamplurimi ſagittis & iaculis in medio crepidinis altaris probant occiſi. Nam q gladijs tunc interempti nõ ſunt, poſtea pœnis attriti,regio iuſſu omnes pene necati ſunt, præſertim maturioris ætatis. Alibi nanq; ſicut Thunazudæ cõtigit,Galibus,uico Ammoniæ,uel alijs in locis,tpe quo ſacramenta dei populo porrigebant, introeuntes maximo furore corpus Chriſti & ſanguinẽ pauimentis ſparſerunt, & illud pollutis pedib9 calcauerunt. Ipſe.n.Geiſericus præceperat, ita perſuadentibus epiſcopis ſuis,ut intra aulam ſuã filiorumq; ſuorũ non niſi Ariani per diuerſa miniſteria ponerent. Inter alios uentũ eſt tunc ad Armogaſtem noſtrũ. Cuius cũ diu ac ſæpius tibias torquendo tumentibus conſtringerent cordis,& frontẽ in qua Chriſtus uexillũ ſuę fixerat crucis,rugatam magiſq; aratã deſcendentes atq; mugientes oſtenderent nerui,ut fila aranearũ ſancto cœlũ reſpiciente crepabant. At ubi tortores neruicas cordas diſruptas eſſe uiderunt,allatis crebrius fortiorib9 cordis atq; cannabinis,illo nihil aliud niſi Chriſti nomen inuocante, illa omnia uaneſcebant. Sed & capite deorſum dũ ad unum penderet pedẽ, dormire quaſi ſuper lectũ plumis ſtratũ omnibus uidebat. Quem cũ Theodoricus regis

filius q̄ eius dominus erat, pœnis non ualentibus capite truncari iussisset, a suo prohibeť Iocundo presbytero, dicente sibi: Poteris eũ diuersis afflictionibus interficere. Nam si gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare. Tũc Theodoricus in Byzacenã prouinciam ad fodiẽdas eũ condemnat scrobes. Postea quasi ad maius opprobrium haud procul carthagine ubi ab oĩbus uideretur pastorẽ eum pręcepit esse uaccarum.

Inter hæc dño reuelante cũ dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quendã Felicem uenerabilem Christianũ, procuratorem dom⁹ filĩ regis, q̄ Armogastem ut apostolũ uenerabať, dicitq; illi: Tẽpus meæ resolutionis aduenit, obsecro te per fidẽ quã utriq; tenemus, ut sub hac siliquæ arbore me sepelire digneris, redditurus domino nostro nisi feceris rationẽ: non quod ille curaret ubi aut qualiter suũ sepeliret corpus, sed ut illud demonstrareť, quod seruo suo reuelauerat deus. Respondet Felix & dicit: Absit a nobis confessor uenerabilis, sed sepeliã te in una basilicarum cũ triumpho & gratia quã mereris. Cui beatus Armogas: non, sed quod dixi facturus es. Ille timens dei hominẽ contristare, ueraciter quod ingesserat promisit esse facturũ. Statim intra pauciss̃imos dies comes bonæ cõfessionis de hac uita migrauit. Festinauit Felix sibi delegatum sub arbore fodere sepulchrũ. Cui cũ intextæ radices & soliditas aridæ telluris morã facerent, & labore angereť quod tardius sancti mẽbra corporis humarentur, tandẽ absciscis radicibus multo altius terram cauans, cõspicit sarcofagum splendidiss̃imi marmoris præparatũ, qualem fore nullus omnino habuit regum. Sed nec quendã archimimũ nomine Masculan debeo præterire. Qui cũ multis insidĩs premereť, ut catholicã omitteret fidẽ, ipse eũ rex postea blandiendo affatibus secularib⁹ mutabat, promittens multis eũ diuitĩs cumulandũ, si uoluntati eius auditũ facilẽ cõmodasset. Qui cũ fortis atq; inuictus maneret, iubet eũ subire sententiã capitalem, ita tamen callidus occulte præcipiens, ut si in illa hora uibrãtis gladĩ pertimesceret ictũ, magis eũ occideret, ne martyrẽ glorioſum fecisset. Si aũt fortẽ in confessione conspiceret, a gladio tẽperaret. Sed ille ut colũna immobilis Xp̃o solidante fortis effectus, confessor reuertiť glorioſus. Et si martyrem inuidus hostis noluit facere, confessorũ tũ nostrũ nõ potuit uiolare.

5 *Sepeliam te cum triũpho & gratia quam mereris.*

Nouimus & aliũ ea tẽpestate nomine saturũ. Qui cum lucidũ esset mẽbrũ ecclesiæ Christi, & prauitatẽ Arianorũ libertate catholica frequẽter argueret (fuit hic procurator domus Hunerici) conueniť accusante Mariuado quodã diacono, quem Hunericus ĩsauſtus singulariter honorabat, ut fieret saturus Arianus. Promittunť honores & diuitiæ multæ si faceret, præparanť supplicia dira si nollet. Hac optione proposita, ut si regalibus iussis non obediret, primo facta discussione, & ante amissa domo uel substantia, distractis omnib⁹ mancipĩs ac filĩs, uxor eius ipso pręsente camerario in coniugium traderet. Quod ille plenus deo magis ut uelociter ꝓueniss̃et, impios prouocabat. Ob quã causam uxor eius inducias uisa est ab his qui exequebanť, nesciente marito petisse. Accedit ad maritum alia Eua, consilio magistrata serpentis. Sed ille Adam non fuit, qui illecebrosa uetitæ arboris poma contingeret, quia non indigens sed Saturus uocabať, saturatus ab ubertate domus dei, & torrente deliciarũ eius potatus. Aduenit mulier ad locũ ubi maritus singularis orabat, conscisis uestib⁹ crineq; soluto, secum comitantib⁹ filĩs, unamq; infantulam quæ tunc la-

ctabat̃ manib⁹ gestans, quæ nescientis proijcit̃ ad pedes mariti. Etiã ipsa suis genua complectit̃ ulnis, sibilans uociferatiõe draconis: Miserere mei dulcissime simul & tui, miserere communibus liberis quos conspicis ipse. Non subiaceant conditioni seruili, quos claros prosapia reddidit generis nostri. Non subijciar ego indigno & turpi coniugio uiuente marito, quæ mihi semper inter coæuas plaudebam de Saturo meo. Cognoscit Deus quia inuictus facturus es hoc, quod forte uoluntarie aliquanti fecerunt. Cui ille Iob sancti uoce respondit: Tanq̃ una ex insipientibus mulieribus loqueris. Formidarẽ mulier, si sola esset huius uitæ amara dulcedo, artificio coniunx diaboli ministraris. Si diligeres maritũ, nunq̃ ad secundam mortẽ attraheres propriũ uirum. Distrahant filios, separent uxorem, auferant substantiã, mei dñi ego securus de promissis uerba tenebo: si qs non dimiserit uxorẽ, filios, agros aut domũ, meus non poterit esse discipulus. Quid ultra? discedente muliere cũ filijs refutata, confortat̃ saturus ad coronam, discutit̃, expoliatur, pœnis conterit̃, mendicus dimittitur. Interdicitur ei prodeundi accessus, totum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt.

6 *Simile factum est in multis Germaniæ partibus a nouis hæreticis.*

Post hæc Geisericus ecclesiam carthaginis claudi præcepit, dissipatis atq̃ dispersis per diuersa exiliorũ loca, quia episcopus non fuerat, presbyteris & ministris. Quæ uix reserata est Zenone principe supplicante per patriciũ seuerum, & sic uniuersi ab exilio redierũt. Quæ uero in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutijs, Lucania, Epiro uel Hellada gesserit, melius ibi ipsi q passi sunt miserabiliter lugenda narrabunt. Sed etiam persecutionis nostræ a Geiserico quãto sublimiter, tanto crudeliter gestæ, iste sit finis. Durauit autem in regno annis xxxvij. mensibus tribus.

Habetur libro secundo Historiæ eiusdem de persecutione Vandalica.

VITA EVGENII EPISCOPI CARTHAGINENSIS & Cypriani Vnizibirensis, ac Læti martyris, & aliorum sanctorum sub Hunerico Rege passorum, per D. Victorem Vitensem Episcopum Scripta.

Mortuo Geiserico Vandalorum rege, Hunericus maior filius patri succedit. Qui primordio regni ut habet subtilitas Barbaroꝝ, cœpit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem nostrã, ut etiã ubi antea sub rege Geiserico pręiudicatum fuerat, ne spiritales fierent conuentus, conuenticula concurrerent populorum. Et ut se religiosum ostenderet, statuit sollicitius requirendos hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendit, plurimos aũt distraxit nauibus transmarinis, quos pene oẽs Manichæos suæ religionis inuenit, & pręcipue presbyteros & diaconos Arianę hæreseos. Vnde magis erubescens, amplius in illos exarsit. De quibus repertus est unus nomine Clementianus monachus illorũ scriptum habens infemore, Manichæus discipulus Christi Iesu. Propter quod magis laudabilior memoratus uidebat̃, in uno displicens, q̃a cupiditati insatiabili uehementius inhiabat, & prouincias regni sui uarijs calumnijs atq̃ indictionibus onerabat, ut de illo pręcipue diceret̃, Rex egens, magnus est calumniator. Dedit aũt licentiam Zenone Imperatore atq̃ Placidia relicta Olibrij ro-

gantibus, ut Carthaginēsis ecclesia sibi quem uellet episcopū ordinaret, quæ iam per.xxiiij. annos tali ornamēto fuerat destituta. Mittit ergo tūc ad ecclesiam Alexandrū illustrem, huiusmodi legationē ferentem, ut præsentia eius catholicus populus dignū sibi peteret sacerdotē, destinās quoque per notariū suū nomine Vuitared edictū, quod publice legereť, hunc continens modū. Iusit uobis dñs dici: quia Imperator Zenon, & nobilissima Placidia, & per Alexandrū uirum illustrē scripserunt, petentes ut ecclesia Carthaginis, religionis uestræ proprium episcopū habeat, hoc fieri præcepit atq; eis rescripsit, uel legatis ab eis directis dici iussit, ut sicut petierunt uobis episcopū quem uolueritis ordinetis: eo sub tenore, ut nostræ religionis episcopi qui in Constantinopoli sunt, & per alias prouincias orientis, ex eius præcepto episcopi, liberū arbitrium habeant in ecclesijs suis, qbus uoluerint linguis populo tractare, & legē Christianam colere quemadmodū uos hic uel in alijs ecclesijs quæ in prouincijs Africanis constitutæ sunt, liberū arbitriū habetis in ecclesijs uestris missas agere uel tractare, & quæ legis uestræ sunt, quemadmodū uultis facere. Nam si hoc circa eos non fuerit obseruatū, tam episcopus qui ordinatus fuerit uel clerici, et sed alij episcopi cū clericis suis qui in Africanis puincijs sunt, iubentur inter Mauros mitti. Quod edictū dum nobis præsentibus.xiij. Kalendarū Iuliarum uniuersæ ecclesiæ legereť, gemere cœpimus musitantes, eo quod meditantibus dolos, malorū esset futura persecutio præparata. Et ita legato dixisse probamur: Si ita est interpositis his conditionibus periculosis, hæc ecclesia episcopū non delectatur habere. Gubernat eam Christus, qui semper dignať gubernare. Quam suggestionē legatus accipere neglexit. Simul & populus ut tunc fieret ut ignis exarsit, cuius erat clamor intolerabilis, qui nulla posset ratione sedari.

Ordinato itaq; episcopo Eugenio uiro sancto, deoq; accepto, sublimis nata est lætitia, & gaudiū cumulatum est ecclesię dei. Exultat multitudo catholica sub Barbara dominatione, de ordinatione pontificis reparati. Nam maximus iuuenū numerus atq; adolescentularū sibimet in cōmune congaudens attestabať, quod nunq; uidisset episcopū in throno sedentem. Porro ille uir dei sacerdos Eugenius, cœpit per cōuersationem operū bonorū uenerabilis & reuerendus haberi etiā ab eis qui foris sunt, & ita esse ab oībus gratus, ut si fas esset, animā suam pro eodem uniuersos ponere delectaret. Eleemosinas quoq; tales per eum dñs dignatus est facere, ut incredibile uideať tanta eum impendere, ubi ecclesia totū Barbaris tenentibus, ne huius nummi habere cognoscīť facultatē. Humilitatem in illo, charitatē, pietatem, diuinitus condonatā, si quisq; incipiat, nō poterit explicare. Pecuniā apud eum mansisse nō probať, nisi forte tali hora offerretur, quando iam sol diei explicans cursum, nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Vnde tantum reseruabat, quantum diei sufficeret, non quantum cupiditas expetisset, deo nostra subinde quotidie ingentia & maiora donante.

Sed cū fama eius esset celebris atq; manifesta, cœperunt exinde Arianorum episcopi inuidia graui torqueri, quotidianis & præcipue cū Cyrila calumnijs insectantes. Quid primū? suggerunt de illo, ut suum nequaq; sederet thronū, neq; dei populo uerbū faceret consuetum. Deinde, quoscunque mares uel fœminas in habitu Barbaro incedentes in ecclesia cō-

ſpiceret,prohiberet.Ille reſpondit ut decuit: Domus dei oĩbus patet, intrantes nullus poterit repellere,maxime quia ingens fuerat multitudo noſtrorum catholicorũ,in habitu illorũ incedentiũ, ob hoc quod dñi regiæ ſeruiebant.At ubi ab homine dei tale reſponſum accepit, ſtatuit in portis eccleſiæ collocare tortores. Qui uidentes fœminam uel maſculũ in ſpecie ſuæ gentis ambulantes,ilico palis minoribus dentatis iactis in capite,crinibuſq; in eiſdem colligatis ac uehementius ſtringentes, ſimul cũ capillis oẽm pelliculã capitis auferebant. Nonnulli dum hoc fieret,ſtatim oculos amiſerunt,alĩ ipſo dolore defuncti ſunt. Mulieres uero poſt hanc pœnam capitibus pelle nudatis,præcone pręeunte per plateas ad oſtenſionem totius ciuitatis ducebanť. Quod ſibi magis quæ patiebanť, lucrum maximũ computabant. Quorũ nos plurimos nouimus, nec ſcimus eorũ aliquem tunc etiã pœnis urgentibus a recto itinere deſtitiſſe.

At ubi iſto modo fidei infringere nõ ualuit murũ,cogitat ut noſtræ religionis homines in aula eius conſtituti,neq; annonas neq; ſtipendia ſolita potirenť, addidit quoq; & laboribus eos conterere ruſticanis. Dirigit uiros ingenuos & admodũ delicatos ad campũ uticenſem, ut ſub ardentis ſolis incendio ceſpites menſium deſecarent,ubi omnes cũ gaudio pergentes,in dño lætabanť. In quorũ contubernio quidã fuit aridam habens manũ,quę per annos quamplurimos nullũ ei pręſtiterat obſequium. Qui cũ ueraciter excuſaret ſe operari non poſſe,magis uiolenter iuſſus eſt pergere. Sed ubi ad locũ uentũ eſt, & præſertim pro eo orando ingemuerũt oẽs,pietate diuina illa arida incolumis conſeſſoris reſtituta eſt manus.

Hinc iam Hunerici perſecutio doloris atq; parturitionis noſtræ ſumpſit initium. Ipſe aũt qui ſeſe iam dudum oĩbus lenem oſtenderat, deſiderans poſt obitũ ſuum quod non contigit,regnũ ſtatuere,Theodoricũ fratrem filioſq; eius, Gentonisq; fratris nihilominus filios crudeliter cœpit inſequi. Quorũ nullum dimitteret, niſi ei mors deſiderĩ ſui uoluntatẽ auferret. Primo ſciens uxorẽ Theodorici fratris aſtutã, credo ne forte maritum aut maiorẽ filium qui prudens et ſapiens uidebať, conſiliĩs acrioribus aduerſus tyrannũ armaſſet, crimine appoſito gladio eam interfici iubet. Poſt occidit & ille filius magnis literis inſtitutus,cui ſecundũ conſtitutionem Geiſerici,eo quod maior oĩbus eſſet, regnũ inter nepotes potiſſimũ debebať. Accendit adhuc crudelius aliquid perpetrare. Aſtante uulgo in media ciuitate pro gradibus plateæ nouæ, epiſcopũ ſuæ religionis nomine iocundũ,quem Patriarchã uocitabant,præcepit incendio concremari, ob hoc quod in domo Theodorici germani regis acceptiſſimus habebatur,cuius forte ſuffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impietatis ſcelere futurũ nobis adeſſe proſpeximus malũ, aientes ſinguli inuicẽ nobis:qui in ſuo ita crudelis effectus eſt ſacerdote, quando noſtræ religioni uel nobis parciturus eſt iſte? Tunc & Gentonis maiorẽ filium nomine Godagiſum cũ uxore abſq; ſolatio ſeruuli aut ancillæ, crudeli exilio delegauit. Fratrẽ uero Theodoricum poſt occiſionẽ uxoris & filĩ, nudum atq; deſtitutũ ſimiliter exulauit. Poſt cuius mortem filiũ qui ſupererat infantulũ,duasq; filias eius adultas,impoſitas afinis lõgius affligendo proiecit. Sed & comites quamplurimos & nobiles gẽtis ſuæ obiectionibus falſis infectans,ob hoc quod germano ſauerent,alios incendit, alios iugulauit,imitator exiſtens Geiſerici patris,qui ſui fratris uxorẽ liga

to pondere.

to pondere lapidū, in Amſagam fluuium Cirtenſem famoſum iactando demerſit, & poſt necē matris etiā filios interfecit. Sed & multos ei Geiſericus pater moriens, ſacramento interpoſito cōmendauerat. Quos ille immemor fidei & ſacramenti uiolator, diuerſis pœnis & incendijs trucidauit. Nam Heldicam quē pater eius præpoſitū fecerat regni, iam ueteranum atq; annoſum cū dedecore capite detruncauit, eiusq; uxorem cū alia nomine Theucaria in medio ciuitatis incendit. Quarum corpora per uicos & plateas trahi mandauit, quæ tota die iacentia, rogatus a ſuis epiſcopis uix ueſpere ſepeliri conceſſit: Gamuthnamq; Heldicæ fratrem, quia ad eccleſiam eorū confugerat, ocidere non potuit, quē tamen in loco latrinarum obſceno concluſit, tēporeq; multo eum ibi degere ſtatuit. Poſtea cū caprario quodam & ruſtico ad faciendas ſcrobes uineis profuturas condēnauit, quos etiā duodecies per annū, id eſt, per ſingulos menſes flagellis crudelibus diſſipabat, uix modico aquæ, cibarioq; pane conceſſo. hoc per quinque uel amplius perpeſſi ſunt annos, quibus hæc ſupplicia proficere poterant ad æternam mercedem, ſi catholici fuiſſent, & fidei ſuæ merito iſta perferrent. Sed ideo iſtud ſilere nequiuimus, ut impietatem regis etiā in ſuis minime ſileremus: qui non ſolū epiſcopum ſuū iocundum ut ſuperius domonſtrauimus, flammis adusſit, ſed & presbyteros & diaconos ſuos, id eſt Arianos quamplurimos incendit, nec non & beſtijs mancipauit.

Amputatis igit in breui omnibus quos timebat, & ſolidans ſibi ut putabat regnū quod breue fuerat & caducū, omni ex parte ocioſus atq; ſecurus, uniuerſa tela furoris in perſecutionē eccleſiæ Catholicæ rugiens ſicut leo conuertit. Ante perſecutionis tamen tempeſtatē, multis præeuntibus uiſionibus & ſignis imminens demonſtratū fuerat malū. Nam ferme ante bienniū quam fieret, uidit quidā Fauſti eccleſiam ſolito in ornatu fulgentē: & dum lætareť tanti fulgoris candore, cereis quoq; fulgentibus, pallijsq; uelaminū ac lampadibus rutilantē, ſubito ait luminis illius concupiſcibilis extinctus eſt fulgor, ac tenebris ſuccedentibus aduerſarius naribus natus eſt fœtor, omnisq; illa beatorū turba expellentibus quibuſdā Æthiopibus minata eſt foras, ob hoc iugiter lamentantū quod eam in claritate priſtina nequaq; uiderit iterū reſtitutam. Nam uiſionem iſtam nobis præſentibus ſancto retulit Eugenio. Vidit & quidā presbyter ipſam Fauſti eccleſiam refertā turbis inumerabiliū populorū, & poſt paululum euacuatā & repletam porcorū multitudine atq; caprarū. Item alius uidit aream triticeam uentilationi paratā, granis adhuc uentilationis iudicio necdum a palea ſeparatis, & dum ingentis maſſæ licet confuſæ magnitudinē miraretur, ſubito ecce turbo ueniens tēpeſtatis ſoniuago flatu cœpit aduentū ſuum ſurgente puluere demonſtrare. Cuius impetu palea illa omnis oīno uolauit, remanentibus granis. Poſt hæc uenit quidam procerus ſplendido uultu habituq; nitido fulgens, & cœpit grana uacua, macilenta atq; ſimilaginī reproba purgando proijcere. Quæ diu examinans, uix magnitudinē illius maſſæ licet probatę, ad aceruum tamē perduxit exiguū. Item alius ait: Stabat quidā præcelſus ſuper montē qui Ziquenſis dicit, & clamabat dextra leuaq; i: Migrate, migrate. Alius conſpicit rugiente cœlo atq; turbato ſulphureas nubes, quæ ingentes cœperunt lapides iaculari. Qui lapides dum cecidiſſent in terrā, plus accende-

bantur,& maioribus flāmis ardebant,atq; intrantes in penetralia domo rum,quos inuenerant incendebant. Qui aūt uidit ait,cū se in quodā cubiculo abscondisset,miseratione diuina ad eum flāma non potuit peruenire. Reor ut illud propheticum cōpleretur, Claude ostium tuū, & absconde te pusillum aliquantulū,donec transeat ira dei. Vidit & uenerabilis Paulus episcopus arborē usq; ad cœlos ramis florentibus extensam, quæ etiā dilatatione sua oēm pene Africam opacabat. Et cū uniuersi eius magnitudine & speciositate gauderent:ecce subito,inquit,uenit asinus uiolentus, qui defricans ceruicē suam super robur radicū eius,impulsu suo cū ingenti sonitu illā mirabilem arborē elisit ad terram. Sed & Quintianus honorabilis episcopus uidit se super quendā montem stare, de quo conspiciebat gregē innumerabilium ouium suarū: & in medio gregis duæ erant ollæ nimiū bullientes. Aderant aūt ouium occisores, quarū carnes ollis bullientibus demergebant. Et cū ita fieret,omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas ollas Sicca ueneria & Laribus duas esse ciuitates,in qbus multitudo prima fuerat congregata, e quibus incendiū initium sumpsit:aut Hunericū regem,& Cirilā episcopū eius. Sed de multis uisionibus quia breuitati consulendū fuit,hæc dixisse sufficiat.

Quid ultra? Censet primo tyrannus iussione terribili, ut nemo in eius palatio militaret, neq; publicas ageret actiones, nisi sese Arianū fecisset. Quorū ingens numerus uigore inuictus ne fidē perderet,militiā temporalem abiecit. Quos postea domibus proiectos, omniq; substantia expoliatos,in insulas Siciliam & Sardiniā relegauit. Quodā tempore statuere p totā Africam festinauit, ut nostrorū episcoporū defunctorū fiscus sibi substantiā uendicasset. Qui aūt defuncto succedere poterat, non ante ordinaret,nisi fisco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc ædificium ubi cōstruere uisus est diabulus,statim illud destruere dignatus est Christus Suggerunt ei domestici sui dicētes:Si istud firmauerit præceptio uestra,nostri episcopi in partib9 Traciæ & aliis regionibus cōstituti peiora incipiēt pati. Præcepit deinde sacras uirgines cōgregari dirigēs Vandalos cū suæ gentis obstetricibus ad inspicienda & contrectanda cōtra iura uerecundiæ uerecunda pudoris, ubi nec matres aderant,nec aliqua matronatū. Quas cremantes graui suspendio atq; ingētia pondera pedibus colligantes,laminas ferri ignitas dorso,uentri,māmillis & lateribus apponebant,quibus inter supplicia dicebaī: Dicite qūo episcopi uobiscū concūbunt & clerici uestri. Quarū acerbitate pœnarum plurimas tunc scimus extinctas. Aliæ quæ remanserunt, cutibus arescentibus factæ sunt curuæ. Nitebatur enim semitam inuenire, per cuius aditum publicam sicut fecit faceret persecutionem. Et ita faciens nullo modo inuestigare potuit quomodo Christi ecclesiam macularet.

Quibus aūt prosequar fluminibus lachrymarū, qñ epos, presbyteros diaconos,& alia ecclesiæ mēbra,id est,quatuor milia D CCCCLXVI. ad exiliū eremi destinauit:in quibus erant podagri quamplurimi, alij per ætatem annorū a lumine temporali priuati. In quorū erat numero beatus Felix Abdiritanus episcopus, habens iam in episcopatu. xliij. annos. Qui paralisi morbo percussus,nec sentiebat quicq;,nec penitus loquebaī. De qno nos maxime cogitantes quod non posset iumento portari, suggessimus ut a suis rex peteret, ut saltem eum propere moriturū carthagi-

ni esse iussisset, quod ad exiliũ nulla posset ratione perduci. Cui ita fertur tyrannus cũ furore dixisse: Si aĩali sedere non potest, iungant̃ boues indomiti qui eũ colligatis funibus trahẽdo perducant ubi ego præcepi. Quẽ ex transuerso super burdonẽ uinctum quasi quendã ligni truncum toto itinere portabamus. Congregant̃ uniuersi in Siccensem & Larensem ciuitates, ut illuc occurrentes Mauri sibi traditos ad eremũ perduxissent. Superuenientes igitur comites duo subtilitate damnabili, blandis sermonibus cũ dei confessoribus agere cœperunt: Quid uobis, inquiunt, uidet̃ ut ita pertinaces sitis, & dñi nostri præceptis minime obtemperetis, qui esse poteratis in couspectu regis honorabiles, si eius festinetis facere uoluntatem? Statim illis clamantibus & dicentibus ingenti uociferatione, Christiani sumus, Catholici sumus, Trinitatem unũ Deum inuiolabilẽ confitemur: includunt̃ grauiori quidẽ sed adhuc latiori custodia, ubi nobis copia dabat̃ & introire, & uerbũ admonitionis fratribus facere, & diuina mysteria celebrare. Ibi & infantuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno sequebat̃ affectu, aliæ gaudentes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant se martyres peperisse, alię morituros diluuio rebaptizationis nitebantur a confessione fidei reuocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta uicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinauit ad terram. Nam quædã quid tunc fecerit anus, breuiter referre delectat.

Dum iter ageremus cũ dei exercitu comitãtes, et forte magis noctibus promoueremur propter solis ardorẽ, conspicimus mulierculam sacculũ & alia uestimenta portantẽ manu, infantulum una tenentẽ, atq; in his sermonibus cõsolantem: Curre dñe meus, uides uniuersos sanctos qũo pergunt & festinant hilares ad coronas? Quam nos cum increparemus, qd̃ importuna uideret̃ aut uiris pro sexu iungi, aut exercitui Christi sociari, Respondit: Benedicite benedicite, & orate pro me & pro isto nepote paruulo meo, quia & si peccatrix, filia sum quondam Quritanæ ciuitatis episcopi. Cui nos: Et quare ita abiecte ambulas, & qua ratione de tam longo itinere huc pergere demonstraris? Quæ respondit: Cum hoc seruo uestro paruulo ad exilium pergo, ne inueniat eum solum inimicus, & a uia ueritatis reuocet ad mortem. Ad hæc uerba repleti lachrymis nihil dicere ualuimus, nisi ut uoluntas fieret dei.

Sed ubi aduersarius qui iã forte dicebat: Participor spolia, replebo animam meam, iterficiam gladio meo, dominabit̃ manus mea, nullũ potuit occupare: inqrit angusta & deterrima loca in quorũ conclauibus dei exercitum coartaret. Tunc eis etiam uisitationis humanæ negata consolatio, puniunt̃ & custodes fustibus, & grauiter affliguntur, iactant̃ confessores Christi superinuicẽ angustia coartante, unus super alium ut agmina locustarũ, & ut proprie dicat̃, ut grana preciosissima frumentorum. In qua cõstipatione secedendi ad naturale officiũ nulla ratio sinebat loci, sed stercora & urinã urgente necessitate ibidem faciebant, ut ille tunc fœtor & hortor uniuersa pœnaꝝ genera superaret: ad quos aliqñ dantes ingentia munera Mauris, dormientibus Vandalis uix clã admissi sumus intrare. Qui introeuntes ueluti in gurgite luti usq; ad genua cœpimus mergi, illud tũc Hieremiæ uidentes fuisse completum, q nutriti sunt in croceis, amplexati sunt stercora sua. Quid multa? præcepti sunt undiq; perstrepentib⁹ Mauris, ad iter ubi destinati sunt præparari. Exeuntes itaq; die dñica linita ha

bentes ſtercoribus ueſtimenta, facies ſimul & capita, a Mauris tamen crudeliter minabant, hymnū cum exultatione domino decantātes, Hæc eſt gloria omnibus ſanctis eius. Aderat.n. ibi tunc beatus pontifex Cyprianꝰ Vnizibirenſis epiſcopus conſolator egregius, qꝫ ſingulos pio & paterno fouebat affectu, non ſine fluminibꝰ currentiū lachrymarū paratus pro fratribus animā ponere, & ſe ultroneū ſi dimitteret talibus paſsionibus dare, qꝫ totū quod habuit, egentibꝰ fratribus, nulla tunc neceſsitate expēdit. Quærebat.n. occaſionem qualiter confeſſoribus ſociaret, ipſe animo & uirtute confeſſor: qui poſtea per multos agones & ſqualores carceris, ad exiliū quod deſiderabat, cum exultatione perrexit.

Quantæ tunc multitudines de diuerſis regionibus & ciuitatibus, ad uiſendos dei martyres occurrerint populorū, teſtant uiæ uel ſemitę: quæ cū agmina uenientiū nequaqꝫ caperent, per uertices montiū & uallium concurrens turba fideliū inæſtimabilis deſcendebat, cereos manibus geſtantes: ſuoſqꝫ infantulos ueſtigꝫs martyrū proꝫcientes, iſta uoce clamabāt: Quibus nos miſeros relinquitis, dum pgitis ad coronas? q hos baptizatu

I

Ecce quo Epiſcopi & ſacerdotes ſoluunt a uinculis peccatorum, Dant ſepulturæ mortuos cum ſolennibus orationibus, Exhibēt ritum conſuetum diuini ſacrificij, hoc eſt Miſſas celebrant. Qd notent fideles contra nouos hæreticos.

ri ſunt paruulos fontibus aquæ perennis? q nobis pœnitentiæ munus collaturi ſunt, & reconciliationis indulgentia obſtrictos peccatorꝫ uinculis ſoluturi? quia uobis dictū eſt: Quæcunqꝫ ſoluerītis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Qui nos ſolēnibus orationibus ſepulturi ſunt moriētes? a qbus diuini ſacrificij ritus exhibēdus eſt cōſuetus? uobiſcū & nos licebat pergere, ſi liceret ut tali modo filios a patribꝰ nulla neceſsitas ſepararet.

In his uocibus & lachrymis nullus iam pergere admiſſus eſt conſolator, ſed artabat multitudo ad currendū, ut ubi cannaua erat præparata, laborioſam caperet manſionē, qui cū ſenes deficerēt, & alij forte & ſi iuuenes delicati, cœperunt haſtilium cuſpidibus ad currendū & lapidibꝰ tundi: unde magis deficientes, ampliꝰ laſſabant. Poſt uero imperatū eſt Mauris, ut eos qꝫ ambulare non poterant, ligatis pedibus ut cadauera animalis mortui traherent per dura & aſpera lapidum loca, ubi primo ueſtimēta, poſtea membra ſingula carpebant. Quibus per gladios acutos petrarum huic caput conterebat, alij latera findebant, & ita inter manus trahētium ſpiritū exhalabant: quorū numerum nequaquam ualuimus colligere, multitudine coercente. Exaltatur tamen per totum aggerem publicū uilis ſepultura ſanctorum, loquentibꝰ tumulis. Reliqui habiliores ad ſolitudinis loca perueniunt, in quibus collocati hordeū ad ueſcendū ut iumēta accipiunt. Vbi etiam uenenatorum animalium atqꝫ ſcorpionum tanta eſſe dicitur multitudo, ut ignorantibus incredibilis uideat, quæ ſolo flatu etiam procul poſitis ueneni uirus infundat: ab ſcorpij aūt percuſſu, nullū dicunt aliqū euaſiſſe. Quorū feritas uirulēta uſqꝫ ad præſens tps Chriſto defendente, nullū ſeruorum eius nocuiſſe docet. Sed cum illic alunē hordeaceis granis, poſtea & hoc ablatū eſt, quaſi non poterat deus qui pluerat patribus manna, paſcere & nunc tali exilio mancipatos.

Cogitat acriora aduerſus eccleſiam dei, ut qꝫ membra aliqua abſcideret, totū laniando perderet corpus. Nā die Aſcenſionis dñi legatus Zenonis imperatoris regina prę ſente legendū in media Eccleſia epiſcopo Eugenio dirigit præceptū, quod ēt uniuerſæ Africæ ueredis currentibꝰ deſtinauit. Rex Hunericus Vādalorū & Alanorū uniuerſis epīs Omouſianis. Nō ſemel ſed ſæpius cōſtat eſſe phibitū, ut in ſortibꝰ Vandalorū ſacerdo

tes ue-

tes uestri conuentus minime celebrarẽt,ne sua seductione animas subuer terent Christianas. Quã rem spernentes plurimi reperti sunt contra interdictum missas in sortib⁹ Vandalorũ egisse, asserentes se integrã regulam Christianæ fidei tenere. Et qa in prouincijs a deo nobis concessis scandalum esse nolumus,ideo dei prouidentia cũ consensu sanctorũ episcoporũ nostrorꝫ hoc nos statuisse cognoscite, ut ad diẽ Kalendarũ Februariarũ proxime futurarũ,amissa omni excusatione formidinis,omnes Carthaginem ueniatis,ut de ratione fidei cũ nostris uenerabilib⁹ episcopis posſitis inire conflictũ,& de fide Omousianorꝫ quã defenditis,de diuinis scripturis proprie approbetis,quo possit agnosci si integrã fidem teneatis.Hui⁹ aũt edicti tenorẽ uniuersis episcopis tuis per uniuersam Africã constitutis direximus. Data sub die xiij Kaleñ.Iunias,anno vij.Hunerici.

Cognoscentibus igit̃ q aderamus, simulq; legentibus contrita sunt ex tẽplo corda nostra,& contenebrati sunt oculi nostri,& uere tunc dies festi nostri conuersi sunt in luctũ,& cantica in lamentationẽ,dũ edicti tenor indicaret futuræ persecutionis furorẽ. Et præsertim ubi dixit in prouincijs nostris a deo nobis concessis scandalũ esse nolumus:quasi diceret,in prouincijs nostris catholicis esse nolum⁹. Tractatũ est quid fieret. Nullũ inuenit remediũ imminẽs calamitas,nisi a sancto Eugenio rationabilis,si cor barbarũ molliret,suggerenda daret̃ tali textu conscripta. Quoties animæ uel uitæ æternæ ac fidei Christianæ causa tractat̃ intrepide, sicut regalis prouidentia compromisit,necesse est quod cõpetit suggerat̃. Nuper potestas regia per Vuitaredũ notariũ paruitatem meam admonere dignata est,qui nobis de merito ac religiõe fidei præceptũ eius in ecclesia præsente clero & plebe recensuit. Ex cuius tenore cognouimus ad omnes coepiscopos meos præceptũ regium similiter emanasse, ut die cõstituta pro disputatione fidei ueniat̃. Quod nos uenerabiliter accepisse suggessim⁹, cui præfato notario humilitas mea suggesserit,debere ẽt transmarinarũ omniũ partiũ qui nobis sunt in una religione uel cõione consortes agnoscere, qa ubicꝫ regno eius obtemperant uniuersi,maxime quod totius mundi causa non specialis prouinciarũ Africanarꝫ tm̃modo.Et quia secũdo respondendã me promisi oblaturũ, merito suppliciter peto magnificentiam tuã,ut ad dñi & clementissimi regis aures memoratã suggestionem meã pferre digneris,quo eius clementia dignanter agnoscat, nos disputationem legis cũ adiutorio dei nullatenus declinare uel fugere, sed sine uniuersitatis assensu nos non debere asserendæ fidei nostræ causas assumere. Quod petimus ut benignitate quãtus est, & iustitia sapientiæ suæ digneẽ annuere. Data ab Eugenio episcopo ecclesiæ catholicæ Carthaginis.

Sed cum hæc suggestio a beato Eugenio offerret̃,ille iam q conceperat dolorẽ, urgebatur iniquitatẽ grauid⁹ parturire:& ita sancto uiro episcopo Eugenio per Obadum præpositũ regni sui mandasse uidetur. Subde mihi uniuersum orbẽ terrarũ,ut sub potestate mea totus mũdus redigat̃,'& facio ò Eugeni quod dicis. Ad quod beatus Eugenius respondit ut potuit. Quod rationem,inquit,non habet, dici nõ debuit. Sic est hoc, quomodo si dicat̃ homini ut per aera ferat̃ & uolitet, quod moris non est humanæ naturæ. Dixi enim si nostram fidem quę una & uera est, potestas regis cognoscere desiderat, mittat ad amicos suos:scribam & ego fratrib⁹ meis, ut ueniant coepiscopi mei,qui uobis nobiscũ communem fidem nostram

2 ualeant demonstrare, & præcipue ecclesia Romana, quæ caput est om-
Ecclesia Romana a sanctissimo & probatissimo Carthaginensi Episcopo dicitur esse omnium Ecclesiarum caput. Quid dicis hic hæretice, qui impudenter mentiris Papam nunquã fuisse super Ecclesias Africæ, etiã primatum Petri non probari nisi per decreta Romanorum pontificum?
nium ecclesiarũ. Ad hæc obadus: Ergo tu & dominus meus rex similes estis? Eugenius episcopus dixit: Ego non sum similis regis, sed dixi: Si uerã cognoscere desiderat fidem, scribat amicis suis ut dirigant nostros catholicos episcopos, & ego scribo coepiscopis meis, quia catholicæ uniuersæ una est cura. Hoc agebat Eugenius, non quia deessent in Africa qui aduersariorum obiecta refellerent. Sed ut illi uenissent, q alieni ab eorum dominatu, maiorem fiduciam libertatis haberẽt, pariterq; oppressionis nostræ calumnias uniuersis terris & ppls nũtiarent. Ille autem qui nectebat dolos audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, ut quoscũque episcoporum audierat eruditos, uarijs insectationibus agitaret. Iam ad exilium Vibianensem secũdo Donationum impositis cl. fustibus miserat episcopum, nec non & Sufetulensem Præsidiũ, uirum satis acutum. Tunc & uenerabiles, Mansuetũ, Germanũ, Fusculũ, & multos alios fusti gauit. Dum hæc gerunt, imperat ut cũ nostræ religionis uiris, illorũ mensam nullus communem haberet, neque cum catholicis omnino uersarentẽ: quæ res non ipsis aliquod præstitit beneficiũ, sed nobis maximum contulit lucrum. Nam si sermo eorum dicente Apostolo, sicut cancer consuescit serpere, quanto magis communis mensa ciborum poterit inquinare, cum dicat idem Apostolus: Cum nefarijs nec cibũ habere communem? Sed cum ignis iam persecutionis accenderet, & flamma infestantis ubiq; regis arderet, ostendit deus noster quoddam miraculum per seruum suũ fidelem Eugeniũ, quod præterire non debeo.

Fuit in eadem ciuitate, id est Carthagine quidam cæcus ciuib9 ciuitatiq; notissimus, nomine Felix. Hic uisitat a dño, dicturq; ei nocte per uisum, dies enim Epiphaniorum illucescebat, surge uade ad seruum meum
3 Eugenium episcopum, & dices ei: Quia ego te ad illum direxi. Et illa hora qua benedicit fontem ut baptizentẽ accedentes ad fidem, continget oculos tuos & aperientẽ, & uidebis lumen. Qui tali uisitatione commonitus, putans se quomodo assolet deludi per somnium, surgere noluit cæc9. Sed cum iterum uergeret in somnos, similiter ut ad Eugenium pergeret cõpelliẽ. Rursus negligit, tertioq; festinanter & grauiter increpatur. Excitat puerum, qui solitus erat manum porrigere. Pergit ueloci agilitate ad Faustι basilicam, orat uenies cum ingentib9 lachrymis, suggerit cuidam diacono nomine peregrino, ut eum episcopo nunciaret, indicans se habere aliquod secreti genus intimandum. Audiens episcopus iussit hominẽ introire. Iam enim ob celebritatem festiuitatis, hymni nocturni per totam
4 ecclesiam canente populo concrepabant. Indicat cæcus antistiti ordinẽ uisitationis suæ, dicitq; illi: Non te dimittã, nisi mihi sicut a domino iussus es reddideris oculos meos. Cui Eugenius sanctus: Recede a me frater, peccator sum & indignus, & super omnes homines delinquens, utpote qui & in hæc tempora seruatus sum. Ille aũt tenens genua eius, aliud non dicebat, nisi illud quod iam dixerat: sicut iussum est, redde mihi oculos meos. Attendens quoq; Eugenius inuerecundã credulitatẽ, & qa iam tẽpus urgebat, pergit cũ eo comitante officio clericorũ ad fontem. Vbi fixis genibus cũ ingenti gemitu, pulsans singultib9 cœlũ, crispãtem benedixit alueũ fontis, & cũ completa surrexisset oratione, ita cæco respondit: Iam tibi dixi frater Felix, peccator homo ego sum, sed q te uisitare dignatus, est præ-
Ecce solennes uigiliæ cum hymnis nocturnis canente populo in Ecclesia ob celebritatem festi Epiphaniorum. Quod nõ aduertunt miseri hæretici, qui pios ritus & consuetudines Ecclesiæ cum moderatis etiã & deuotis cantibus æquiter admanant.
Benedictiones fontiũ derident hostes Ecclesiæ, quam non faceret sanctissimus uir, si ex more Ecclesiæ antiquo nõ desideret.

ſtet tibi ſcdm fidem tuam, & aperiat oculos tuos. Simulq; uexillo crucis conſignante oculos eius, ſtatim cæcus uiſum dño reddente recepit. Quẽ ſecũ quouſq; uniuerſi baptizarent ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus, uirũ contereret qui receperat lumen. Fit poſtea manifeſtũ eccleſiæ uniuerſæ. Procedit ad altare cũ Eugenio ſicut moris eſt qui fuerat cæcus, ſuæ ſalutis oblationẽ domino redditurus. Quã epiſcopus accipiens altari impoſuit. Fit ſtrepitus gaudio metante inreuocabilis populorũ, ſtatim nuntius pergit ad tyrannũ. Rapit Felix, inquirit ab eo quid factum ſit, qualiterq; receperit lumen. Dicit illi ex ordine totũ, dicuntq; Arianorũ epiſcopi, hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppreſsi conſuſione non poterant nubilare, eo quod Felix uniuerſæ ciuitati manifeſtus eſſet & notus, tñ uolebant eum ſi fas eſſet necare, qũo Iudæi ſuſcitatum Lazarum cupiebant occidere.

5 *Scis quare tantũ miraculum poſt benedictionem fontis operari dignatus eſt dominus? Vt confunderet eorum ſuperbiam & arrogantiam, qui dicere audent aquæ, panis, candelarum, campanarum & palmarum benedictiones, ritus eſſe ſuperuacaneos et ſuperſtitioſos.*

Appropinquabat iã futurus dies ille calumnioſus kalendarũ Februariarũ, ab eodem ſtatutus. Conueniunt non ſolũ uniuerſæ Africæ, uerumetiam inſularũ multarũ epiſcopi, afflictione & mœrore confecti. Fit ſilentiũ diebus multis, quouſq; peritos quoſq; & doctiſsimos uiros exinde ſepararet, calumnijs appoſitis necandos. Nam unũ ex ipſo choro doctorũ nomine Lætũ, ſtrenuũ atq; doctiſsimũ uirũ, poſt diuturnos carceris ſqualores incendio concremauit, æſtimans tali exemplo timorem incutiens reliquos eliſurũ. Tandem uenit ad diſputationis cõflictũ, ad locum ſcilicet quem delegerant aduerſarij. Euitantes igit noſtri uociferationis tumult9, ne forte poſtmodũ Ariani dicerent, quod eos noſtrorũ oppreſſerit multitudo, eligunt de ſe noſtri qui pro omnibus reſponderẽt decẽ. Collocat ſibi Cyrila cũ ſuis ſatellitib9 in loco excelſo ſuperbiſsimũ thronũ, aſtantibus noſtris, dixeruntq; noſtri epiſcopi: Illa eſt ſemper grata collatio, ubi ſuperba non dominat elatio: ſed ex conſenſu communi uenit, ut cognitoribus decernentib9, partibus agentibus, quod uerũ eſt agnoſcat. Nunc qui erit cognitor, q examinator, uel libra iuſtitiæ, ut bene prolata confirmet, aut praue aſſumpta refellat? Et cũ talia & alia dicerent, notarius regis reſpondit: Patriarcha Cyrila. Dictũ fuit, legat nobis quo concedente iſtud ſibi nomen Cyrila aſſumpſit. Et exinde ſtrepitũ concitantes, calũniari aduerſarij cœperunt. Et qa hoc noſtri petierant, ut ſaltem ſi examinare non licebat, prudenti multitudini uel expectare liceret, iubent uniuerſi filij catholicæ eccleſiæ q aderant, centenis fuſtib9 tundi. Tũc clamare cœpit beatus Eugenius: Videat deus uim quam patimur, cognoſcat afflictionẽ perſecutionũ quam a perſecutorib9 ſuſtinemus: conuerſiq; noſtri, Cyrilæ dixerunt: Propone quod diſponis. Cyrila dixit: Neſcio latine. Noſtri epiſcopi dixerunt: ſemper te latine eſſe locutũ manifeſto nouimus, modo excuſare non debes, præſertim qa tu huius rei incendiũ ſuſcitaſti. Et uidens catholicos epiſcopos ad conflictũ magis fuiſſe paratos, omnino audientiã diuerſis cauillationib9 declinauit. Quod ante noſtri prouidentes, libellũ de fide conſcripſerant, ſatis decenter ſufficienterq; conſcriptũ, dicentes: ſi noſtram fidẽ cognoſcere deſideratis, hæc eſt ueritas quam tenemus.

Qui cũ noſter libellus legeret oblatus, ueritatis lumen nequaq; ſufferre cæcis oculis potuerunt, inſanientes uocib9 inferendis, grauiterq; ferentes quare nos nomine noſtro catholicos dixerimus. Statimq; mentientes ſuggerunt regi de nobis, eo quod ſtrepitũ fecerimus, audientiam fu-

gientes. Qui eadem hora accensus & credens mendacio, festinauit facere quod uolebat. Et iam conscriptū habens, & occulte cū eodem decreto per diuersas prouincias suos homines dirigens, episcopis Carthagine positis, una die uniuersæ Africæ ecclesias clausit, uniuersamq; substantiam episcoporū & ecclesiarū, suis episcopis munere cōdonauit. Nescíens quo que qd loqueret, neq; de quibus affirmabat, legem quam dudū Christiani imperatores nostri contra eos & contra alios hæreticos pro honorificentia ecclesiæ catholicæ promulgauerunt, aduersum nos illi proponere non erubuerunt, addentes multa de suis, sicut placuit tyrānicę potestati.

VITA ET AGONES HORTVLANI ET FLORENtiani episcoporum, Dionysiæ, Maiorici, Victoriæ & Victoriani, Dagilæ, Murittæ, Eugenij & Habetdeum episcoporum, necnon Liberati & uxoris eius, aliorumq; plurimorum sanctorum martyrum & confessorum sub Hunnirico Vandalorum Rege passorum, per D. Victorem episcopum Vitensem scripti.

Habetur lib. 3. historiæ eiusdem de persecutione Vandalorum.

POst feralia edicta contra Christianos proposita, iubet Rex Hunnirícus Geiserici filius, cunctos episcopos qui Carthagíne fuerant congregati, quorum iam ecclesias, domos & substantiam cęperat, in hospitijs quibus erant expoliari, & expoliatos foras muros propelli, non animal, non seruus, non mutanda quæ ferebant uestimēta penitus dimittunt, addens adhuc, ut nullus quempiam illorū hospitio recíperet, aut alimoniam præstitisset. Qui autem hoc miserationis causa facere tentasset, cū uniuersa domo sua incendio cremaret. Sapienter tunc etiam proiecti episcopi fecerunt, ut licet mendicantes exinde non abirent, quia si recederent, non tantum uiolenter omnino reuocarent, sed & mentirent eos sicut mentiti sunt fugisse conflictū, maxime quia ubi reuerterent, iam nequaq; fuerat ecclesijs substantia, uel domibus occupatis. Dum ergo gemētes in circuitu murorum nudo sub aere iacerent: factū est ut rex impius ad piscinas exisset. Cui uniuersi occurrere maluerunt dicentes: Vt quid taliter affligimur? pro quibus malis forte commissis ista perpetimur? Si ad disputationem congregati sumus, quare expoliati? quare traducimur? quare differimur? & sine ecclesijs & domibus nostris foras ciuitatē fame & nuditate laborātes, medijs stercoribus uolutamur? Quos ille toruis oculis aspiciēs, priusquā suggestionē eorū audisset, iussit super eos cū sessoribus equos dimitti, ut tali uiolentia possent nō solū conteri, uerumetiā necari. Quorū tunc multi cōtriti sunt, & præcipue senes & infirmi.

Tunc deinde iubentur ad quendam locū qui dicitur ædes Memoriæ, illi uiri dei ocurrere, fraudem sibi nescientes aptatā. Vbi cū uenissent, charta eis ostēditur inuoluta, dicturq; illis ista subtilitate serpentis. Dominus noster rex Hunnerichus, licet doleat quod fueritis contemptores, & adhuc eius uoluntati obedire tardetis, ut eius efficiamini religionis cuius est ipse, nunc tamen bonū de uobis cogitauit. Si iuraueritis ita, ut quod ista charta continet faciatis, dimittit uos ecclesijs & domibus uestris. Ad qđ uniuersi episcopi responderunt: Semper dicimus & diximus, & dicturi sumus:

mus: Christiani sumus, episcopi sumus, apostolicam fidem unam & uerã tenemus. Factoq; post confessionẽ fidei silentio modico, illi qui a rege fuerant destinati, festinabant extorquere episcopis sacramentum.

Tunc beati uiri Hortulanus & Florentinianus episcopi, pro omnibus & cũ omnibus, dixerunt: Nunquid animalia nos irrationabilia sumus, ut nescientes quid charta cõtineat, facile aut temere iuremus? Accelerauerũt quoq; illi a rege destinati scripturæ eis propalare tenorem, qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat. Iura te si post obitũ domini nostri regis, eius filiũ Hilderichum desideratis esse regem: uel si nullus uestrũ ad regiones transmarinas epistolas diriget: qa si sacramentũ huius rei dederitis, restituet uos ecclesijs uestris. Cogitauit tunc multorũ pia simplicitas, etiam contra prohibitionem diuinã sacramentum dare, ne dei populus in posterũ diceret, quod uitio sacerdotum qui iurare noluerunt, non fuerint ecclesiæ restitutæ. Alij quoq; astutiores episcopi sentientes dolũ fraudis, ne quaq; iurare uoluerunt, dicẽtes prohibitum fuisse euangelica autoritate, ipso dño dicente: Non iurabis in toto. Quibus ministri regis, secedant in parte, inquiunt, qui iurare disponũt. Qui cũ secederent, notarijs scribentibus quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset exceptũ est. Similiter factum est & de illis qui minime iurauerunt. Statimq; pars utraq; custodiæ mancipat̃. Post uero fraus quæ celabatur apparuit. Iurantibus dictũ est: Quare contra prẽceptũ euangelij iurare uoluistis? Iusit rex ad ciuitates atq; ecclesias uestras nunq; uideatis, sed relegati, colonatus iure ad excolendũ agros accipiatis: ita tamen ut non psallatis neq; oretis, aut ad legendũ codicem in manib⁹ gestetis. Non baptizetis, neq; ordinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus ait: Quia regnum filij domini nostri non optatis, idcirco iurare noluistis. Ob quam causam iussi estis in Corsicanam insulam relegari, ut ligna profutura nauibus dominicis incidatis.

Addidit itaq; bestia illa, sanguinẽ sitiens innocentũ, episcopis necdum adhuc in exiliũ directis, per uniuersas Africane terræ prouincias, uno tempore tortores crudelissimos destinari: ut nulla remãsisset dom⁹ & locus, ubi nõ fuisset eiulatus & luctus, ut nulli etati, nulli parceret sexui, nisi illis qui eorũ succumberẽt uoluntati. Hos fustib⁹, illos suspendio, alios ignib⁹ concremabant. Mulieres & prẽcipue nobiles contra iura naturæ rendas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus unã nostram Dionysiam, cursim ac breuiter nominabo. Cũ uiderent eam non solũ audacẽ, sed etiã matronis cæteris pulchriorẽ, ipsam primo nisi sunt fustibus expoliatam aptare. Quæ cũ peteret, diceretq; de dño suo secura, qualiter libet crucia te, uerecunda tamen mẽbra nolite nudare: Amplius illi magis furientes, celsiori loco uestimentis exutã constituunt, spectaculũ eam oibus facientes. Quæ inter ictus uirgarũ dum riuuli sanguinis toto iam corpore fluita rent, libera uoce dicebat, Ministri diaboli, quod ad opprobriũ meum facere cõpotatis, ipsa est laus mea. Et quia erat scripturarũ diuinarũ scientia plena, artata pœnis, & ipsa iam martyr, alios ad martyriũ cõfortabat. Quæ suo sancto exẽplo uniuersam suam patriã liberauit. Quæ cũ suũ unicum filiũ admodum adhuc teneræ ætatis & delicatũ, timore pœnarũ formidolosum conspiceret, uerberans eum nutibus oculorum, & increpans autoritate materna ita confortauit, ut matre multo fortior redderet. Cui

inter crudelia uerbera constituto, ita dicebat: Memento fili mi, quia in nomine trinitatis in matre catholica baptizati sumus, non perdamus indumentū nostræ salutis, ne ueniens inuitator uestem non inueniat nuptialē, & dicat ministris: Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorū, & stridor dentiū. Illa pœna timenda est quæ nunc̄ finitur. Illa desideranda uita, quæ semper habetur. Talibus itaq; filiū solidans uerbis, uelociter martyrem fecit. Venerabilis uero adolescens Maioricus nomine, in certamine confessionis spūm reddens, cursum palmiferū cōsummauit. Amplexansq; illā hostiam suā, quantis potuit uocibus dño gratias agens, ad gaudiū spei futuræ in sua domo maluit sepelire, ut quotiens super sepulchrū eius trinitati preces effundit, alienā se a filio nunc̄ esse confidat.

1 *Super sepulchra martyrum fundūtur Trinitati preces, Ergo ueneranda eorū sepulchra, contra nouos ex ueteribus hæreticos.*

Quanti igitur per eam in illa ciuitate ut fati sumus, acquisiti sunt deo, longū est enarrare. Nam & eius germana nomine Datiua, atq; Leontia filia sancti Germani epi, cognatusq; Datiuę uenerabilis Emeli?, medic?relligiosus quoq; tertius trinitatis confessione præclarus, uel Sibidensis Bonifacius quanta pertulerint, qualibusq; cruciatibus euisceratæ uel euiscerati sint, qualet ex ordine dicat. Serui quoq; Tuburbitanæ ciuitatis maioris generosus & nobilis uir, pro Christo quas pertulit quis explicet pœnas? Qui post cædes innumerabiliū fustium, trocleis frequentibus eleuatus, dum tota præ urbe penderet, nunc in sublime se tollēte ictu celeri, dimissis iterū cannabiuis, super silices platearū pondere corporis ueniens, ut lapis super lapides corruebat. Sed & sæpius tractū, & lapidibus acutissimis defricatū, & cutibus separatis, pelles corporis lateribus dorsoq; uideres et uentre pendere. Iste iam tēporibus Geiserici non ualde dissimilia pertulerat, ne amici cuiusdam sui secreta nudaret: quanto magis nunc ut suæ fidei sacramenta muniret? Et si hominis gratiæ fideliter exhibuit fidem, quantū debet illi, qui redditurus est pro fide mercedem?

In ciuitate uero Culusitana non ualeo quæ gesta sunt nuntiare, quia & ipsam quantitatē martyrum uel etiā confessorum impossibile est homini supputare. Vbi quędā matrona auctrix sui nominis Victoria, dum in conspectu uulgi cōtinuato suspendio cremaretur, a marito iam perdito, filiis præsentibus taliter rogabat. Quid pateris coniunx? Si me despicis, uel horum quos genuisti miserere impia paruulorū. Quare obliuiscēris uteri tui, & pro nihilo ducis quos cū gemitu peperisti? Vbi sunt fœdera coniugalis amoris? Vbi societatis uincula quæ inter nos dudū honestatis iure tabulæ cōscriptę fecerūt? Respice ꝙso filios ac maritū, & regiæ iussionis īplere festina p̄ceptū, ut & īminētia adhuc tormēta lucreris, siī & mihi doneris et liberis nr̄is. Sed illa nec filiorū flet?, nec serpētis audiēs blādimēta, affectū multo altius eleuans a terra mundū cum suis desiderijs contēnebat. Quā cum iam continuatione suspendij uulsis humeris, etiam qui cruciabant conspicerent mortuam, deposuerunt prorsus omni parte exanimem. Quę postea retulit quandam sibi uirginem astitisse, atq; tetigisse membra singula, & ilico fuisse sanatam.

Qualiter aūt Adrumentinæ ciuitatis ciuem Victorianū tunc proconsulem Carthaginis prædicem, nescio deficientibus uerbis. Quo in Africæ partibus nullus ditior fuit, qui etiā apud impium regē pro rebus semper sibi cōmissis fidelissimus habebat. Mandatur ei a rege familiariter dicturq;, quod eū habiturus esset præ oībus, si eius præcepto facilem cōmo-

dasset assensum. Sed ille uir dei missis ad se tale dedit cũ fiducia magna responsum: Securus de Deo & Christo dño meo, dico quæ regi dicatis. Subrigat ignibus, adigat bestijs, excruciet generibus omniũ tormentorũ, si consensero, fruſtra iam in ecclesia catholica baptizatus. Nã si hæc præsens uita sola fuisset, & aliã quæ uere est non speraremus æternam, nec ita feciſſem ad modicũ atq; temporaliter gloriari, & ingratus existere, qui suam fidẽ mihi contulit creditori Ad quod tyrannus excitatus, quantorũ tẽporũ, & quãtis eũ afflixerit pœnis, humanꝰ sermo nõ poterit explicare. Qui tripudians in dño, feliciterq; cõsumans, martyrialẽ coronã accepit.

Apud Tambaiensem quoq; ciuitatẽ gesta, quis queat certamina martyrũ explicare? Vbi duo germani Aquisregiensis ciuitatis, sibi securi de dño inuicem iurauerunt, & rogauerunt tortores, ut una pœna pariq; supplicio torquerentur. Et dum primo suspendio molibus lapidũ pedibus alligatis tota die penderẽt unus illorũ petiuit sese deponi, & sibi inducias dari. Cui frater alius metuens ne fidẽ negaret, de suspendio clamabat: Noli noli frater, non ita iurauimus Christo. Accusabo te cũ ante thronũ eius terribilem uenerimus: quia super corpus eius & sanguinem iurauimus, ut pro eo inuicem patiamur. Ista dicens & alia multa, confortauit germanũ ad prẽliũ passionis. Qui clamans ingenti uoce dicebat: Adigite supplicijs quibus uultis, & pœnis Christianos artate crudelibus. Quod frater meus facturus est, hoc etiã ego. Quantis iam laminis ignitis adusti sunt, qualibꝰ unguliſ exarati, quibus cruciatibus torti, ipsa res docet, & quod eos ipsi tortores a sua facie proiecerunt dicentes: Istos imitaẽ uniuersus populus, ut nullus ad nram religionem pœnitus conuertaẽ, & præcipue quia nulli liuores, nulla pœnarum uestigia in eis pœnitus uidebantur.

In Typasensi uero quod gestũ est Mauritanię maioris ciuitate, ad laudem dei insinuare festinemus. Dum suæ ciuitati Arianũ episcopum ex notario Cyrilã ad perdendas animas ordinatũ uidissent: omnis simul ciuitas cuectione nauali de proximo confugit, relictis paucissimis qui aditũ non inuenerant nauigandi. Quos Arianorũ episcopus primo blandimentis, postea minis cõpellere cœpit, ut eos faceret Arianos. Sed fortes in domino, non solũ suadentis insaniam irriserũt, uerumetiã publice mysteria diuina in domo una congregati celebrare cœperunt. Quod ille cognoscens, relationẽ occulte Carthaginem aduersus eos direxit. Quæ cũ regi innotuisset, comitem quendam cũ iracundia dirigens, præcepit ut in medio foro congregata illuc omni prouincia, linguas eis & manus dextras radici tus abscidisset. Quod cũ factum, spũ sancto præstante, ita loquuti sunt & loquunt, quomodo antea loquebant. Sed si quis incredulus esse uoluerit, pergat nunc Constantinopolim, & ibi reperiet unũ de illis subdiaconem Reparatum, sermones politos sine ulla offensione loquentem. Ob quam causam uenerabilis nimium in palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipue regina mira eum reuerentia ueneratur.

Sed quis congruo sermone possit exequi aut coaceruare diuersitates pœnarum, quas ex iussu regis sui, etiã ipsi Vandali in suos homines exercuerunt? In ipsa quoq; quæ gesta sunt Carthagine, si nitaẽ scriptor singillatim astruere etiã sine ornatu sermonis, nec ipsa nomina tormentorũ poterit edicere. Quæ res hodieq; posita in prõptu demõstrat. Alios sine manibus, alios sine oculis, alios absq; pedibus, alios truncos naribus auri-

busq; intendas, aliosq; uideas nimio suspendio pilis euulsis, caput quod eminere solebat in medio scapularũ fuisse demersum, dum iugiter in altis ædibus suspendio cruciantes, impulsione manuũ funibus agitatis, per uacuum aerem huc atq; illuc faciebant uagari pendentẽ. Qui nonnunq; diruptis funibus de illa altitudine suspensionis ictu ualido corruentes, plurimi arcem cerebri cũ oculis amiserunt: alij confractis ossibus spũm continuo reddiderunt, alij post paulũ exhalauerunt. Sed qui hoc fabulosum putat, Vranium Zenonis legatũ interroget, cuius præsentia præcipue gesta sunt, illa scilicet causa, quia ueniens Carthaginem, sese pro defensione ecclesiarum catholicarũ uenisse iactabat. Et ut illi ostenderet tyrannus neminem formidare, in illis plateis uel uicis plures tortores & crudeliores statuit, in quibus legatis moris est ascendendo ad palatiũ & descendẽdo transire, ad opprobrium uidelicet reipublicæ ipsius, & in nostri iam deficientis tẽporis fecem. Tunc igit̃ & quædam uxor cuiusdam cellaritæ regis nomine Dagila, quæ tẽporibus Geiserici multoties iam confessor extiterat, matrona, nobilis ac delicata, flagellis & fustibs uomnino debilitata, exilio arido & inuio relegat̃, ubi nullus hominũ forte consolationis gratia ueniendi haberet accessum, relidquens cũ gaudio domũ, maritum simul & filios. Cui postea oblatum esse dicit̃, ut in mitiorẽ er emũ translata, frueret̃ si uellet solatio sociorũ. Illa uero ingens sibi adesse credẽs gaudium, ubi nullus humanus esset consolantis affectus, ne fieret supplicauit. Tunc etiam Eugenio pastore iam in exilio constituto uniuersus clerus ecclesiæ Carthaginis cœde inediaq; macerat̃, fere quingenti uel amplius Inter quos quamplurimi erant lectores infantuli, qui gaudentes in domino, procul exilio crudeli traduntur.

Sed libertatem tunc dũ media urbe cederent̃, Maurittæ diaconi, cæteris liberiorem tacere non debeo. Fuit qdam Elpidoforus nomine, nimiũ crudelis & ferus, cui fuerat delegatũ membra confessorũ Christi supplicijs grassantib⁹ laniare. Hic enim dudũ fuerat apud nos in ecclesia Fausti baptizat⁹, quem uenerabilis Mauritta diaconus de alueo fontis susceperat generatũ. Post uero dũ apostataret, tantæ extitit feritatis aduersus ecclesiam dei, ut superior omnibus executor persecutionis fuisset inuentus. Quid multa? Dũ primo presbyteri supplicijs macerandi ordine citarent̃, post archidiaconũ salutarem, artat̃ pœnis memorat⁹ Mauritta. Fuit enim secũdus in officio ministroꝝ. Qui cũ Elpidoforo sedente & fremente, honorabilis senior cœpisset extendi, priusq; exueret̃, clã furto nescientib⁹ cunctis, illa qbus eũ suscipiens de fonte dudũ texerat sabana baiulabat. Quibus uentilatis, simulq; in ostensione cunctorũ extentis, in his uerbis totã ad fletũ & lachrymas commouisse dicit̃ ciuitatem. Hęc sunt linteamina Elpidofore minister erroris quæ te accusabunt, dũ maiestas uenerit iudicantis, custodiente diligentia mea ad testimoniũ tuæ perditionis, ad demergendũ te in abysso putei sulphurantis. Hæc te immaculatũ cinxerãt de fonte surgentem. Hęc te acrius persequent̃, flammantem gehennam cũ cœperis possidere, qa induisti te maledictionem sicut uestimentũ, scindẽs atq; amittens ueri baptismatis & fidei sacramentũ. Quid factur⁹ es miser, cũ serui patrisfamilias ad cęnam regiam congregare cœperint inuitatos? Tunc te aliqñ uocatũ, terribiliter indignat⁹ exutũ stolam rex conspiciet nuptialem, dicetq; tibi: Amice, qũo huc uenisti uestem non habens nuptia

lem? Non uideo quod contuli, nõnosco quod dedi. Perdidisti militię chlamydem, quam in tela uirgineorũ membrorũ decem mensib⁹ texi, & tendi culas crucis quas extendens aquam mũdaui, et purpura mei sanguinis decoraui, non conspiciũt oculi mei: caracterem non uideo trinitatis, talis interesse non poterit epulis meis, ligate eũ pedib⁹ & manibus funiculis suis, qa se ipse uoluntarie separare uoluit a catholicis dudũ fratrib⁹ suis. Ipse funes extendit continuatos in laqueũ, qbus & semetipsum uinxit, & alios ne ad istud uenirent conuiuiũ impediuit. Iuxta semitam multis scandalũ posuit, quem nunc cũ rubore perpetuo, & dedecore sempiterno de conuiuio meo proieci. Hæc & alia Muritta dicente: igne cõscientiæ ante ignẽ æternũ obmutescens Elpidoforus torrebat. Parantes itaq; uniuersi dorsa sua uerberib⁹, alacres ad exiliũ pergunt. Quib⁹ adhuc in itinere longioris uiæ constitutis, destinant episcopis Arianorũ suggerentib⁹ homines immisericordes ac uiolenti, ut illud quod eis forte miseratio Christiana uictui contulerat profuturũ, crudeliter auferret, quando unusquisq; eorũ libenti⁹ forte cantabat: nudus exiui de utero matris meę, nudũ me oportet ad exiliũ pergere, qa dñs nouit esurientibus cibũ porrigere, & in deserto uestire. Vandali nanq; duo sub Geisericho sæpius confessores, comitante matre, contemptis omnib⁹ diuitijs suis, cũ eisdem clericis ad exilium perrexerũt.

De multitudine aũt pergentiũ confessorum, id est, ecclesijs Carthaginis clericorũ, suggerente quodam ex lectore Teuchario perdito, quos ille nouerat uocales, strenuos atq; aptos modulis cantilenæ, designatione sua debere dicit duodecim infantulos separari, quos ipse dũ catholicus esset tunc discipulos habuit. Statim illo suggerente, sub festinatione uiro dimittunt, & ui barbarici furoris bis senus numer⁹ puerorũ de itinere reuocatur. Segregant corpore non spiritu a grege sanctorũ. Qui timentes præcipitium, cũ suspitijs lachrymarũ ne diuellerent constringebant manib⁹ genua socior. Quos uiolentia tamen hæretica minacib⁹ separans gladijs, Carthagini reuocauit. Sed cũ eis quasi cũ tali ætate non blanditijs agere tur, superiores suis inuenti sunt annis, & ne obdormirent in morte, lucernam sibi euangelici luminis accenderunt. Indignant ob hoc grauiter Ariani, & se superatos a pueris erubescunt. Vnde accensi subdi fustib⁹ iubent, quos iam ante paucissimos dies uarijs uerberib⁹ dissipauerant. Imprimuntur uulnerib⁹ uulnera, & rursum pœna restaurata crudescit. Factũ est domino confortante, ut nec ætas minor deficeret in dolore, & magis anim⁹ cresceret roborat⁹ in fide. Quos nũc Carthago miro colit affectu, & qua si duodecim apostolorum, chorum conspicit puerorum. Vna degunt, simul uescuntur, pariter psallunt, simul in domino gloriantur.

Illis dieb⁹ & duo negociatores Frumentius & alius Frumentius eiusdẽ urbis, egregio martyrio coronati sunt. Tunc & septem fratres non natura sed gratia, simul in monasterio commanentes, confessionis certamine expleto, immarcescibilem peruenerũt ad coronam, id est Liberatus abbas, Bonifacius diacon⁹, Seruus subdiacon⁹, Rusticus subdiaconus, Rogatus monachus, septimus monach⁹, & Maximus monachus. Nam illo tẽpore crudelius Arianorũ episcopi, presbyteri, & clerici, quam reges & Vandali sæuiebant. Nam ad persequendũ ipsi cũ suis clericis ubiq; gladijs accincti currebant: sicut quidam episcopus inter illos cæteris crudelior Antonius nomine, qui tam nepharia & incredibilia in nostros exercuit,

ut narrari non queant.

Fuit iste in quadã ciuitate proxima eremo q̃ Tripolitanę prouinciæ uicinat̃. Qui ut bestia insatiabilis, catholicorũ sitiens sanguinẽ, huc illucq; ad rapiendũ fugiẽtes excurrebat. Nã ipius Huneric⁹ sciẽs Antonĩ ferocitatẽ, in ipsis eremi partibus uoluit sanctũ Eugenium relegare. Quem dum custodiendum Antonius accepisset, ita eum artiori custodia cinxit, ut nullũ ad eum introire permitteret: insuper uarijs insidiarum atq; pœnarum supplicijs extinguere cogitauit. Sed Eugenius sanctus dum nostræ persecutionis defleret incommoda, & asperitate cilicij senile attereret corpus, nudamq; super humũ cubitãs, stratum sacci sui rigaret imbribus lachrymarum, aliquando sensit infestum paralisis morbum. Quo nuntio in gaudia conuersus Arianus, pergit festinus ad cubile eximij hominis dei. Et cũ uideret urgente passione uerum pontificẽ balbutiẽtia uerba producere, cogitauit simul extinguere, quem superesse nolebat. Præcepit ut acetũ asperum nimisq; acerrimum quærereť. Cui cũ fuisset allatum, uenerabilis senis recusantib⁹ & nolentib⁹ faucibus ingerebat. Nam si communis domin⁹ qui ad hoc uenerat ut potaret, cum gustasset noluit bibere, quanto magis iste seruus & confessor fidelis omnino nollet, nisi hæretica feritas ingessisset? Ex quo aceto præsertim ille passionis noxiæ morbus, accipit augmẽtum. Cui pietas Christi misericorditer subueniens postea sanũ exhibuit.

Alio autem nostro episcopo Habetdeum similiter relegato, Tamallumensis ciuitatis in qua Antonius fuerat, quantum potuerat infestari res ipsa demõstrat. Nam cum diuersis eum persecutionibus affligeret, nec posset eũ facere Arianum, uideretque Christi militem semper in confessione constantem, promiserat suis dicens: Nisi eum nostræ fecero religionis, nõ sit Antonius. At ubi in sua promissione minor inuentus est, suggerente sibi diabolo cogitat aliud. Pedibus manibusque ligatis, uinculis ingentib⁹ artat episcopum, oreque obturato ne lingua clamaret, aquam corpori ut putabat rebaptizationis spargit: quasi ualeret conscientiam ligare cũ corpore, aut non adesset qui audit gemitus compeditorũ, & cordis secretari matur, uel superare posset aqua mendax, tantæ uoluntatis propositũ, qđ iam homo dei metantibus lachrymis miserat legatũ in cœlum. Exuit statim uirum uinculis, & tali quasi gaudens prosequit̃ uoce. Ecce iam frater Habetdeũ noster Christianus effectus es, Quid ultra facere poteris, nisi ut uoluntati consentias regis? Cui Habetdeum. Illa est impie Antoni mortis damnatio, ubi uoluntatis tenet̃ ascensio. Ego fidei meæ tenax, uocibus confitens crebris quod credo & credidi, clamando defendi. Sed & postea quam catenis uinxisti, & oris ianuam oppilasti, in prętorio cordis uiolentiæ meæ scribentibus angelis gesta confeci, & lectitanda imperatori meo transmisi.

Erat quidem generalis ista uiolentia tyrannorum. Nam Vandali pro hac re ubiq; fuerant destinati, ut transeuntes itinera sacerdotibus suis adducerent iugulandos Ac ubi eos fallacis aquæ gladio peremissent, indiciũ eis perditionis scriptura teste tradebant, ne alibi sua uiolentia trahereť tur, quia non licebat siue priuatis, siue negociatoribus alicubi transire, nisi scriptam caracteris indicio, suam miseri ostendereť mortẽ. Quã per reuelationẽ sermo suo Ioanni olim ostenderat Christus, ubi dicit: nulli licebit aliquid emere uel uẽdere, nisi q̃ habuerit caracterem bestiæ in fronte sua

& in manu sua. Nam & episcopi atq; presbyteri illorũ cũ armatorũ manu nocturnis temporibus uicos & oppida circuibant, & sic despicatibus ianuarũ aquam gladiumq; gestantes, animarum prædones intrabant: & quos domi repererant, alios forte in lectulis soporatos imbre igneo atq; fulmineo respergentes, dæmonica uociferatione Christianos suos ipsi pariter uocitabant, ut ludũ prorsus suæ hæreseos, quam aliquam religionẽ ostenderent. In quo minus capaces & ignaui, impletũ in se pollutionis sacrilegiũ putabant: prudẽtiores uero nihil sibi quod nolentibus atq; dormientibus ingestũ est, obesse gaudebant. Nam & multi eadem hora cinerem capitibus suis iniecerunt, alij sese uel quia factũ est cilicio lugubri texerunt, nonnulli cœno fœtido linierunt, & linteamina uiolenter imposita per fila conciderunt, atq; in latrinis fœtidisq; locis manu fidei piecerũt.

Tali uiolentia nobis uidentib⁹, ibi Carthagine filius cuiusdam nobilis annoq; circiter septem, iussu Cyrillæ a parentib⁹ separatus est, matre sine uerecũdia matronali solutis crinib⁹ post raptores tota urbe currẽte infantulo clamante ut poterat: xp̃ianus sum, xp̃ianus sum, xp̃i ann⁹ sum. Cui & os obturãtes, isontẽ infantiã in suũ gurgitẽ demerserũt. Ita de filijs medici uenerabilis Liberati, factũ esse, pbat. Nã cũ iussu regis cũ uxore & liberis ad exiliũ mitti iubereť, cogitauit impietas Arriana a parẽtib⁹ filios paruulos separare, quo posset per pietatis affectũ, etiam uirtutẽ prosternere genitorũ. Disiunguñ tenera pignora filiorũ. Qui cũ uellet lachrymas emittere, autoritate uxoria increpať, & in ipso meatu exitus sui ilico lachrymæ siccauerunt. Ait enim ei coniunx: En propter filios Liberate perditurus es animam tuam? Computa eos nõ fuisse natos. Nam & ipsos omnino uindicaturus est xp̃s. Nonne uides eos clamantes & dicẽtes, xp̃iani sumus?

Sed hæc mulier qd in conspectu iudicũ egerit, tacendũ non est. Nam cũ ipsa & maritus licet seorsum, carceris tamen custodia tenerenť, ita ut se penitus non uiderent: mandať mulieri, diciturq; illi: solue iam duritiam tuam. Ecce uir tuus paruit imperio regis, & noster fact⁹ est Christianus. Aitq; illa: Videam illũ, & faciam ego quod uoluerit deus. Educta igiť de carcere, inuenit uirũ suum stantem cũ ingenti multitudine pro tribunalibus connexũ: & uerũ æstimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram uestimentorũ eius gutturi proximam, uidentib⁹ omnibus suffocabat eũ dicens: Perdite & reprobe, gratiæ dei & misericordiæ eius indigne, quare uoluisti ad modicũ gloriari, & in æternũ perire? Quid tibi proderit aurũ? qd argentum? nunqd liberabunt te de camino gehennæ? Dixit & alia multa. Cuius marit⁹ respondit: Quid pateris mulier? qd tibi uideť? aut quid forte de me audire potuisti? Ego in nomine Christi catholicus permaneo, nec amittere potero aliqñ quod teneo. Tunc hæretici mendacij sui conscij & detecti, fallaciam suã colorare minime potuerũt.

Et qa superius de uiolentia immanitatis eorũ breuiter diximus, hanc plurimi metuentes, alij se in speluncis, alij in desertis locis uiri uel fœminæ nullo sibi conscio sese claudebant, & ibidem nulla succurrente sustentatio ne ciborũ, fame uel frigore uicti, contritũ & contribulatum spiritũ exhalabant, inter hæc afflictionis incommoda inuiolatæ secũ fidei securitatẽ portantes. Sic enim Cresconius presbyter Mizentinę ciuitatis, in spelũca Ziquensis montis repertus est, putrescente iam solutus cadauere.

Et qa de sancto Habetdeũ præfati iam sumus, pergit tunc ad Carthagi

nem,adire censuit nefariũ regẽ,ut conscientiã suam quam semper familia rem trinitas habuit & amicam,etiam hominibus faceret manifestã. Nec eum retinere potuit Antonius,propter uerecũdiam suam. Offert impijssimo regi libellum in hac similitudine uerborũ. Quid quæso iam cum proiectis habetis? quid cum eis quos exilio relegastis quotidie dimicatis? Abstuliſtis substantiam,ecclesijs,patria domibusque priuatis,sola anima remansit,quam captiuare contenditis. O tempora,o mores, uniuersus hæc mundus intelligit,& ipse qui persequitur uidet. Si fides dicit quam tenetis, quid ueræ fidei membra tantis persecutionibus agitatis? Quid uobis cum exilio nostro? quid uobis cum egenis in seculo, quorum est uita semper in Christo? Liceat saltem gaudere consortio bestiarum,eis quos abiecistis a facie omnium populorum. Dum hæc & his similia pontifex dixisset,sceleratus tyrannus hoc ei mandasse perhibet. Vade ad episcopos nostros,& quod tibi dixerint sequere,quia ipsi huius rei habere noscunt̃ per omnia. potestatẽ. Sed neq; Antonium hæc res ab insania potuit reuocare,sciens se magis imperio regis ob hoc multum posse placere, Habet deũ uere episcopum gaudentẽ bono conscientiæ suæ, ad locum exilij maluit remeare. Sed quid ad tot tantasq; impietates respondebunt? Si disputare nitebat de fide nobiscum barbara ferocitas & hæresis Ariana,rationabiliter disputaret. Sed quando tenuit rationem, quæ a patre deo deum filium separat saluatorem? Quare dolis & calumnijs egerunt, & uelut spiritus tempestatis procella sui furoris totum subuertere uoluerũt? Si disputatio necessaria fuerat episcopalis,quare suspẽdia, quare ignes, quare ungulæ,simul & cruces? quare Arianorum serpentina proles,contra innocentes genera talia tormentorum inuenit,qualia nec ipse Mezentius exquisiuit? Dimicauit contra innocentiam cupiditas furoris, & auaritia crudelitatis,ut & animas perderet,& substantiam harpagaret. Si collatio desiderabat,quare rapinæ rerum alienarum,non tantum sacerdotum, uerum etiam omniũ laicorum? Sed illi expoliati lætati sunt,& rapinam rerũ suarum cum gaudio susceperunt. Asit iam quæso omnis ætas, omnis sexus, omnisq; conditio. Asit obsecro omnis turba catholici nominis, quę gremio materno toto orbe gestat, quę sola germanũ commodare nouit affectum,quę didicit a Paulo magistro,& gaudentibus collætari, & cũ lugẽtibus lamentare. Conueniant simul ad domũ nostri doloris, & paribꝰ oculis fundamus flumina lachrymarũ, quia causæ & fidei nostræ unũ est negotium. Nullum uolo ad condolendũ mecum hæreticum conuenire,q forte addere cõcupiscit super dolorem uulnerũ meorum, & gratulat quotidie malis meis. Nolo nolo ego extraneum, sed fraternũ quęro affectum. Nolo aliquem filiorũ alienorum,quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iuiquitatis: qa filij alieni senper mentiti sunt mihi, quia inueterauerunt & claudicauerunt a semitis suis. Isti dicũt mihi quotidie: Vbi est deus tuus, dum affligit populus precioso agni sanguine comparatus. Inter quorum opprobria ego ad flagella paratus,cantare non desisto domino flagellanti: Amoue a me flagella tua,quia defeci non a fortitudine manus tuæ,sed a persecutione hæresis Arianæ.

Adueniant omnes q mecũ angustæ uiæ carpunt iter,& propter uerba labiorũ dei uias custodiunt duras, & uideãt si est dolor sicut dolor me?. Qm̃ uindemiata sum in die furoris domini, aperuerunt super me os suum

omnes

omnes inimici mei,ſibilauerunt & fremuerunt dentibus,dixerunt deuora uimus eam.En iſta eſt dies quã expectauimus,inuenimus,uidimus. Adeſtote angeli dei mei, qui nunquam deeſtis conſtituti in miniſterio ueſtro, propter eos qui hæreditatem capeſſuri ſunt æternæ ſalutis, & uidete Africam totam dudũ tantarum eccleſiarũ cuneis fultam,nũc ab omnibus deſolatam, tantis ordinibus ſacerdotũ ornatam, modo ſedentem uiduam & abiectam. Sacerdotes eius & ſeniores in deſertis locis & inſulis defecerunt quærendo ſibi eſcas ad manducandũ,& non inueniunt. Conſiderate & uidete,qa Sion ciuitas dei noſtri facta eſt uilis, facta quaſi polluta mẽſtruis inter inimicos ſuos. Manũ ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius,quia uidit gentes inuadere & ingredi atria ſua, de quibus præceperas ne introirent eccleſiam tuam. Vię eius lugent, eo quod nemo ueniat in die feſto. Egreſſus eſt a facie omnis decor & delitiæ, didicerunt uias aſperas ambulare,uirgines & iuuenes eius in aulis educati monaſteriorũ, abierunt in captiuitatem Maurorũ, dum lapides ſancti eius diſpergunt, non tm in capitibus omniũ platearum, ſed etiam in locis ſqualidis metallorum. Dicite deo noſtro ſuſceptori, & habentes fiduciam ſupplicandi, quoniam tribulat,& uenter illius turbatus eſt a fletu eius, quia ſedit inter gentes,& requiem non inuenit,nec eſt qui conſoleť eam. Quæſiuit a patribus orientis qui ſimul contriſtareť,& non fuit:conſolantem, & non inuenit:dũ manducaret in eſca ſua fel, & in ſiti ſua potareť aceto, ſponſi & domini ſui paſsiones imitando, qui idcirco paſſus eſt pro ea,ut ſequatur ueſtigia eius. Deprecamini patriarchæ, de quorꝝ ſtirpe generis nata eſt,quæ nunc laborat in terris. Orate ſancti prophetæ, cognoſcentes afflictam,quam antea uaticinante pręconio ceciniſtis. Eſtote apoſtoli ſuffragatores eius,quam ut congregaretis, uniuerſum orbem aſcendente in uobis domino,ut equelociſsimi curſitaſtis. Præcipue tu Petre beate, qua re ſiles pro ouibus & agnis,a communi domino magna tibi cautela & ſolicitudine commendatis? Tu ſancte Paule gentiũ magiſter, q ab Hieruſalem uſqꝫ ad Illyricum prædicaſti euangeliũ dei, cognoſce quid Vandali faciunt Ariani,& filij tui gemunt lugendo captiui. Vniuerſiqꝫ ingemiſcite ſancti ſimul pro nobis apoſtoli. Sed ſcimus qa indignum eſt uobis pro nobis orare, qa iſta quæ uenerunt nobis non ad probationem qũo ſanctis,ſed malis meritis ſupplicia debebant. Sed & pro malis orate iam filijs,qa & Chriſtus orauit etiam pro inimicis Iudæis. Sufficiant caſtigationi quæ iuſte illata ſunt nobis, & iam iamqꝫ delinquentibꝰ uenia poſtuleť. Dicatur angelo percutienti, ſufficit:iam cohibe manũ tuam. Quis ignoret hæc nobis probrorũ noſtrorũ ſcelera,procuraſſe aberrantibus a mandatis dei,& in lege eius nolentibus ambulare? Sed proſtrati rogamus,ut non ſpernatis ueſtros miſeros peccatores, per eũ qui uos ad apoſtolicum culmen prouexit humiles piſcatores.

Tenuit ſceleratiſsimus Hunnerichus dominationem regni annis ſeptẽ, menſibus decem, meritorum ſuorũ mortem conſumans. Nam putrefactum & ebulliens uermibus,non corpus, ſed partes corporis eius uideńt eſſe ſepultæ. Sed & ille legis dator & tranſuerſor ex Donatianorum hæreſi ad eos ueniens quondam Nicaſius,in breui ſimili morte periit.

2

Ex hoc loco uides quam ſit falſum neotericorum hæreticorũ dogma dicentiũ,blaſphemiã eẽ in Xp̃m, imo idololatriam, ſanctos iuocare,poſt mortem illos nõ orare pro nobis, ignorare etiã quæcunq; circa nos agũtur, priſcos patres deũ interpellaſſe non ſanctos,et infinita huiuſmodi. Cum tamen hic ſanctus pater,uir alioquin religioſiſsimus, tam humiliter ad ſanctos recurrat, & pro Africana eccleſia interceſſores apud deum adhibeat, ſimul quæ mala tunc Eccleſiam premerẽt ſcire eos euidenter oſtendens.

Posita est in fine Historiæ eiusdē de persecutione Vādalorum.

VITA ET PASSIO BEATISSIMORVM septem martyrum qui apud Carthaginem passi sunt sub imperio Regis Hunerici sexto Nonas Iulij, per D. Victorem Episcopum Vitensem Scripta.

I

Ergo sancti erant pro nobis ad dominū post martyria, contra profanas nostri temporis nouitates.

Præcaturus triumphos martyrū beatorum, ad enarranda quæ gesta sunt, auxiliū exposco diuinū, ut qui illis præstitit superandi uictoriam, mihi indigno & immerito quantulacū que uerborū porrigat ornamenta. Tunc etenim ualebo quæ desiderata sunt indicare, si ipsi dignentur pro me misero domino supplicare. Septimus nanq; agebat annus crudelissimi atq; impijssimi regis Hunerici, & ecce antiquus hostis ueternosus utiq; anguis, trisulcæ linguæ uenena uibrans, Chirila quodam Arriomanitarū episcopo ministro usus est, subuertens & obtinens animum regis cruenti, ut ita suaderet non posse eū peccatum atq; longęuū obtinere regnū, nisi nomen perderet innocentū. Qui tamen dei iudicio post non multos dies turpissima morte pręuentus, scatens uermib⁹ expirauit. Insectari cœpit ore cruento omnem catholicorū multitudinem, quę per totam prouinciam Africa nam in modum sicut prædictū est Abrahæ patriarchæ arenæ maris fuerat multiplicata: ut eam rebaptizationis sauciaret machera, atq; stolam illam singularis & puri baptismatis, quam Christus uino carnis suæ purificans, prælo exprimens crucis fecerat dealbatam, tetræ nigredinis turparet illuuiæ sordidulenta.

Accipiens quoq; tyrannus ut erat ducibilis & ferus serpentinam suggestionem, feralib⁹ edictis uno tempore totam cœpit Africam commouere. Primo sacerdotū & ministrorū copiosissimam & maximam turbam, in longinquis & extremis regionibus exilio crudeli detrusit. Quibus bis acutū genus frumenti, quod iumentis solis edere concessum est, nequaq; industria molari contritū, sed manente furfuris cortice loricatū, pro miseratione dare præcepit. Post uero crescente impietatis insania, etiā hoc auferri crudelissimus imperauit. Post modicū quoq; temporis, uniuersas simul ecclesias præiudicatis uenerabilibus portis, cemētis ingentibus claudi mandauit. Vniuersa nanq; monasteria uirorū uel puellarum sanctarū, gentibus, id est, Mauris cū habitatoribus donare præcepit. Vnus fuit omnibus eiulatus, unus pro Christo moriendi integer & plenus affectus. Paria currebant flumina lachrymarum, quia permiserat dñs cibari eos pane lachrymarū, & potari eos in lachrymis mensurarū, aut forsitan sine mēsura. Et si reperta est exiens de arca inhians cadaueribus mortuis pars aliqua pereuntium coruorum, maior est tamen in nomine trinitatis numerus feliciū columbarum. Quanti nobiles & optimi uiri, ampli & lati cespitis domini, terram cū cœlo commutauerunt, & simul corpus cum substātia tradiderunt: atq; delicatę & nobilissimæ fœminę contra uerecundiam naturę spectante uulgo uirgis cæsæ, uarijsq; tormentis cruciatæ, uictricia trophea portarunt. Quanti infantuli irridentes edicta feralia, ante mundum contempserunt, quam illecebrosam eius semitam introirent.

Tunc apprehensi sunt & septem fratres, quantū pertinet ad concordiā dominicæ seruitutis, in monasterio habitantes in unū: quia bonum est &

iucundum,habitare fratres in unũ. Id est Bonifacius diaconus,seruus sub diaconus,Rusticus subdiaconus,Liberatus abbas,Rogatus monachus, septimus monachus,& Maximus monachus,in numero scilicet Machabęorum germanorũ. Quos una mater ecclesia catholica genuerat,& per uiscera fontis ęterni salubriter pepererat,de territorio Capsẽsis ciuitatis, cui præfuit sanctus Vindemialis sacerdos egregius,& Christi fidelis antistes. Quibus attractis ad urbem Carthaginensem, primo eis illecebrosis blandimentis serpens uoluit sibilare, promittens honores caducos,& diuitias ingentium uoluptatũ,necnon & regis amicitias,uel alia multa quę solent insipientium animas aucupante diabolo, uisco mundiali captare. Sed hæc omnia milites dei ac sĩ contagia respuerunt, clamantes uno ore: Vnus dominus,una fides,unum baptisma. Nec poterit in nobis adiuuante domino iterari, quod in sancto euãgelio semel præceptum est dari: qa qui semel lotus est, non habet necesse iterum lauari, quia mundus est totus. Facite quod uultis,inferte pœnas corporibus nostris. Melius est temporalia ad modicum sufferre supplicia, quã æterna pendere & subire tormenta. Habete quæ promittitis,cũ ipsis diuitijs post paululũ perituri. Nobis uero nullus de postibus frontiũ ualebit euellere,qđ in uno baptismate artifex trinitatis dignatus est titulare.

Quid multa? Deum tali constantia diuinitus munirentur, iussi sunt carcerali custodiæ mancipari. Et ita crudelius onerati ferri ponderibus,tenebrosis deputati sunt locis, ubi nulla miseratio arrideret lenitatis. Sed populus ille memoratæ urbis in domino semper fidelis, dato munere carcerarijs,die ac nocte Christi martyres frequentabat, & ita ab eis doctrina & uirtute fidei roborabatur, ut talia etiam ipsi pro Christi nomine plena delectatione perferre cuperent,& capulo persequentis facilia supponerẽt colla. Hoc aũt tyrannicas peruenit ad aures. Qui ebrietate furoris accensus,iubet eos adhuc inauditis supplicijs adigi, & maioribus uinculis onerari,nauimq; imperat lignorũ aridorum manipulis adimpleri, atq; in eadẽ omnibus alligatis in medio pelago igne subposito concremari. Eductisque illis de custodia, multitudo populi dei, bellatores trinitatis quasi agnos innocuos ad uictimam deducebat,& rigentium pondera catenarũ quasi quædam monilia peruidebat,quia non fuerunt illa uincula, sed potius ornamẽta. Incedebant itaq; cũ fiducia ad suppliciũ, quasi ad epulas concurrentes,una uoce per ambitus platearũ domino decantantes: Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Votiua nobis hæc dies est, & omni festiuitate festiuior. Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis, quando pro fide domini dei nostri perferimus præparatum suppliciũ, ne amittamus acquisitæ fidei indumentũ. Sed & populus publica uoce clamabant: Ne timeatis o populi dei, neq; formidetis minas atq; terrores præsentiũ tribulationum, sed potius moriamur pro Christo,qũo ipse mortuus est pro nobis, redimens nos precio sui sanguinis salutaris. Vnum tamen uehementi conatu qui inter eos infantulus uidebatur, nomine Maximũ, cupiebant authores malorũ a sanctorũ eõsortio separare dicentes: Infantule qđ festinas ad mortem? dimitte eos, insaniunt,& audi consiliũ nostrũ, ut possis inuenire uitæ remediũ,& tanti regis adire Palatium. Tunc ille ætate quidẽ puerili,senili tamen maturitate clamabat: Nemo me separat a sancto patre meo Liberato abbate,

& fratribus meis, qui me in monasterio nutrierũt. Cum ipsis fum in timore dei conuersatus, cum ipsis desidero passionem susc̃ipere, cum quibus credo me & futuram gloriam inuenire. Nolite putare, quia potestis sedu cere puerit̃iam meã. Simul nos dominus septem uoluit congregare, simul dignabit̃ omnes uno martyrio coronare. Quomodo nemo perire potuit de septenario illo numero felicium Machabæorũ, ita etiam septenus nostræ congregationis numerus, nullum inueniet detrimentũ. Nam si negauero eũ, & ipse negabit me, quoniam ab ipso dictũ est: q̃ me negauerit coram hominibus, negabo & ego eũ coram patre meo qui est in cœlis. Et q̃ me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis.

Perducti itaq; cũ festinatione ad nauale suppliciũ pro uoluntate infandi regis, uel crudeliũ ministrorum, extensis manibus & pedibus clauati feruntur potius quam ligati. Qui dũ ignis fuisset lignis iniectus, statim imperio diuino uidentibus cunctis extinctus est. Et dum sæpius renouantur nutrientibus pabulis, iterũ atq; iterũ extinguebant̃ rogus globo flammarum. Et cũ exinde magis tyrannus furore simul esset & rubore repletus, iussit eos remorũ uectibus enecari, & ita singulos in modum canũ cerebris comminutis extingui. Qui tali genere mortis, debitũ spiritũ feliciter domino reddiderunt. Nec expauerunt lignis quatientibus mortificari, q̃bus semper fuit spes omnis in ligno. Sed cũ in mari uenerabilia corpora iactarentur, ilico qnod conta naturam est ȩquoris, eadem hora illæsa corpora pelagus littori reddere maturauit: nec ausum fuit, ut moris est triduana dilatione in profundo retinere, ne præcepto dominico minime paruisset. Ad quod miraculi genus, & ipse tyrannus licet impœnitens, ut fertur expauit. Gaudens autem quæ aderat multitudo, corpora sanctorũ martyrum diligenti tradidit sepulturæ præeunte clero uenerabili Carthaginẽsis eccl̃iæ. Vbi etiam & prædicandi diacones, tertio iam confessores effecti, salutaris & Muritta, geruli reliquiarũ affuerunt. Humatæ sunt igitur cũ hymnis solennibus lipsanæ beatæ sanctorũ, in monasterio Biguæ continuo basilicæ quæ dicitur Celebrinæ. Et sic in confessione trinitatis beatissimi martyres passi sunt. & speciosum cursum certaminis sui coronãte domino perfecerunt. Cui est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

2 *Ecce ueterem morẽ tumulandi Christianorũ corpora, præcedẽte uidelicet clero, & cũ hymnis solẽnibus. Qui contra hoc faciũt hodie, ipsi se hæreticos esse produnt.*

Habetur Tomo primo Epistolarũ fol. 7.

VITA NEPOTIANI PRESBYTERI QVONDAM militis secularis, per Diuum Hieronymum ad Heliodorum eius auunculum Scripta.

GRandes materias, ingenia parua nõ sustinẽt, & in ipso conatu ultra uires ausa, succumbũt: quantoq; maius fuerit, quod dicendũ est: tanto magis obruit̃, qui magnitudinem rei uerbis nõ potest explicare. Nepotianus meus, tuus, noster, imo Christi: & quia Christi, idcirco plus noster, reliquit senes: desiderũ sui iaculo uulneratos, & intolerabili dolore confectos, Quẽ hæredem putauimus, funus tenemus. Cui iam meum sudabit ingenium: Cui literulæ placere gestient? Vbi est ille ἐρυσολιώχτης noster, & cygneo cանore uox dulcior? Stupet animus, manus tremit, caligant oculi, lingua balbutit. Quicquid dixero, quia ill e non audit mutum uidetur. Stilus ipse

quasi

quasi dissentiens, & cera subtristior, uel rubigine, uel situ obducitur. Quotiescunq; nitor in uerba prorũpere, & super tumulũ eius epithaphij huius flores spargere, totiẽs iplenť oculi & renouato dolore totꝰ in funere sum.

Moris quondam fuit, ut super cadauera parentũ defunctorum in concione pro rostris laudes liberi dicerent, & instar lugubrium carminũ ad fletus, & gemitus audientiũ pectora concitarent. En rerũ in nobis ordo mutatus est & in calamitatem nostram perdidit sua iura natura. Quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus senes; Quid igitur faciam? Iungam tecũ lachrymas? Sed Apostolus prohibet, Christianorum mortuos dormiẽtes uocans. Et dñs in euangelio: Non est, inquit, mortua puella, sed dormit. Lazarus quoq; quia dormierat, suscitatus est. Lætor & gaudeam, quia raptus est, ne malicia mentẽ eius mutaret, quia placuerat deo anima illius? Sed inuito & repugnanti per genas lachrymæ fluunt, & inter præcepta uirtutũ, resurrectionisq; spem credulam mentẽ, desiderij frangit affectus. O mors quæ fratres diuidis: & amore sociatos, crudelis ac dura dissocias. Adduxit urentem uentũ dominus de deserto ascendentem, qui siccauit uenas tuas, & desolauit fontem tuũ. Deuorasti quidem Ionam, sed & in utero tuo uiuus fuit. Portasti quasi mortuũ, ut tempestas mundi conquiesceret: & Niniue nostra, illius præconio saluaretur. Ille, ille te uicit: ille te iugulauit. Fugitiuus propheta, qui reliquit domũ suam, dimisit hereditatem suam, dedit dilectam animã in manibus querentiũ eum: Qui per Osee quondam tibi rigidus minabať: Ero mors tua, o mors: ero morsus tuus inferne. Illius morte tu mortua es illius morte nos uiuimus. Deuorasti, & deuorata es: Dumq; assumpti corporis solicitaris illecebra, & auidis faucibus prędam putas: interiora tua aduncodente confossa sunt. Gratias tibi Christe saluator, tua agimꝰ creatura, qđ tam potentem aduersariũ nostrũ dum occideris, occidisti. Quid ante mi serius homine, qui æternæ mortis terrore prostratus: uiuendi sensum ad hoc tantũ acceperat, ut periret? Regnauit enim mors ab Adam usq; ad Moysem, etiam super eos qui non peccauerunt in similitudinẽ prævaricationis Adæ. Si Abraham, Isaac, & Iacob in inferno, quis in cœlorũ regno? Si amici tui sub pœna offendentis Adam, et qui non peccauerant, alienis peccatis tenebanť obnoxij: quid de his credendũ est, qui dixerunt in cordibus suis, non est deus? Qui corrupti & abominabiles facti sunt in uoluntatibꝰ suis? Qui declinauerũt: simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, non est usq; ad unũ? Quod si Lazarus uideť in sinu Abrahę, locoq; refrigerij: qd simile infernꝰ & regna cœlorũ? Ante Christũ Abrahã apud inferos: post Christũ latro in paradiso. Et idcirco in resurrectione eiꝰ, multa dormientiũ corpora surrexerũt, uisaq; sunt in cœlesti Hierusalẽ, tuncq; impletũ est illud elogiũ: Surge qui dormis, & eleuate, & illuminabit te Christus. Ioãnes Baptista in eremo personat; Pœnitẽtiã agite: Appropinquauit enim regnũ cœlorũ. A diebꝰ enim Ioannis Baptistę regnũ cœlorũ uim patiť, & uiolenti diripiũt illud. Flãmea illa romphęa custos paradisi, & præsidentia foribꝰ cherubim, Christi restincta, & reserata sunt sanguine. Nec mirũ hoc nobis in resurrectione promitti, cũ omnes qui in carne, non secundũ carnem uiuimꝰ, municipatũ habemꝰ in cœlo: & hic adhuc positis dicať in terra, Regnũ Dei intra uos est. Adde qđ ante resurrectionem Christi, notus tantũ in Iudæa erat deus; in Israel magnũ nomen eiꝰ.

I

Si Apostolus mortuos Christianos dormientes appellat, quare sanctos hæretici mortuos appellant & emuortuos?

Et ipſi qui nouerant eũ, tamen ad inferos trahebant. Vbi tunc totius orbis homines ab India uſq; ad Britanniam: a rigida ſeptentrionis plaga uſq; ad feruores Atlantici oceani, tam innumerabiles populi, & tantarũ gentiũ multitudines? Quam uariæ linguis, habitu, tam ueſtis & armis: piſciũ ritu ac locuſtarũ, & uelut muſcæ & culices conterebant (abſq; noticia enim ſui creatoris, omnis homo pecus eſt) nũc paſſionem Chriſti & reſurrectionem eius, cunctarũ gentiũ & uoces & literę ſonant. Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis, quas nationes ſuæ crucis titulo dñs dedicauit. Immortalem animã, et poſt diſſolutionem corporis ſubſiſtentẽ, quod Pytagoras ſomniauit: Democritus nõ credidit, in conſolationẽ damnationis: ſuæ Socrates diſputauit in carcere, Indus, Perſa, Gottus, Ægyptius philoſophant. Beſſorũ feritas, et pellitorũ turba populorũ, qui mortuorę quondam inferijs homines immolabant, ſtridorem ſuũ in dulce crucis fregerunt melos, & totius mundi una uox Chriſtus eſt.

Quid agimus anima? Quo uos uertim⁹? Quid primũ aſſumim⁹? Quid tacemus? Exciderũt ne tibi precepta rhetorũ? & occupata luctu, oppreſſa lachrymis, prępedita ſingultib⁹, dicendi ordinẽ non tenes? Vbi illud ab infantia ſtudiũ literarũ, & Anaxagorę, ac Telamonis ſemper laudata ſententia? Sciebam me genuiſſe mortalem. Legimus Crantorem, cuius uolumen ad conſouendũ dolorem ſuũ ſecutus eſt Cicero, Platonis Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Poſidonij ad ſedandos, luctus, opuſcula percurrimus, qui diuerſis ętatibus, diuerſorũ luctũ uel libris, uel epiſtolis, minuere ſunt conati, ut etiam ſi noſtrũ areret ingeniũ, de illorũ poſſet fontib⁹ irrigari, Proponunt innumerabiles uiros, & maxime periclẽ & Xenophontem Socraticũ, quorũ alter amiſſis duob⁹ filijs, coronat⁹ in cõcione diſſeruit: Alter cũ ſacrificans filiũ in bello audiſſet occiſum, depoſuiſſe coronam dicit, & eandem capiti repoſuiſſe, Poſtq; fortiter in acie dimicãtem reperit concidiſſe. Quid memorẽ Romanos duces quorũ uirtutib⁹ quaſi quibuſdam ſtellis, latinæ micant hiſtoriæ? Puluillus capitoliũ dedicans, mortuũ ut nunciabat ſubito filiũ, ſe Iuſſit abſente ſepeliri. L. Paulus ſeptẽ dieb⁹ inter duorũ exequias filiorũ triumphans urbem ingreſſus eſt. Prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Piſones, Brutos, Scæuolas, Metellos, Scauros, Marios, craſſos, Marcellos atq; Aufidios, quorũ non minor in luctu quam in bellis uirtus fuit, & quorũ orbitates in conſolationis libro Tullius explicauit, ne uidear potius aliena quã noſtra quæſiſſe; Quanquam & hæc in ſugillationem noſtri breuiter dicta ſint, ſi non præſtet fides, Quod exhibuit infidelitas. Igit ad noſtra ueniamus. Non plãgam cũ Iacob, & Dauid filios in lege morientes. Sed cũ Chriſto in euangelio recipiam reſurgentes. Iudæorũ luctus, Chriſtianorũ gaudiũ eſt. Ad ueſperam demorabit fletus, & ad matutinũ lætitia. Nox præceſſit, dies aũt appropinquauit. Vnde & Moyſes moriens plangit, Ieſus aſq; funere & lachrymis in monte ſepelit. Quicquid de ſcripturis ſuper lamentatione dici poteſt, in eo libro, quo Paulam Romæ conſolati ſumus, breuiter explicauimus. Nunc nobis per aliam ſemitam ad eundem locũ perueniendũ eſt, ne uideamur præterita & abolita quondam calcare ueſtigia.

2 *Scimus Nepotianum eſſe cum Chriſto, & Sanctorum mixtum Choris.*

Scimus quidem Nepotianũ noſtrũ eſſe cũ Chriſto, & ſanctorũ mixtũ choris, quod hic nobiſcũ eminus rimabat in terris, & æſtimatione quærebat, ibi uidentem cominus dicere. Sicut audiuimus, ſic & uidimus in ciui-

late dñi uirtutũ, in ciuitate dei nostri: Sed desideriũ absentiæ eius ferre nõ possumus: non illius, sed nostrã uicem dolentes, Quanto ille felicior, tanto amplius nos in dolore, qđ tali carem⁹ bono. Flebant & sorores Lazarũ, quẽ resurrecturũ nouerant. Et ut ueros hominis exprimeret affectus, ipse saluator plorauit quem resuscitaturus erat. Apostolus quoq; eius qui dixit: Cupio dissolui & esse cũ Christo. Et alibi: Mihi uiuere Christus est, & mori lucrũ: gratias agit, Quod Epaphras de mortis sibi uicinia redditus sit, ne haberet tristitiam super tristitiã, non incredulitatis nutu, sed desiderio charitatis Quanto magis tu & auunculus & episcopus, hoc est, & in carne, & in spũ pater, doles abesse uiscera tua, & quasi a te diuulsa suspiras? Sed obsecro, ut modũ adhibeas in dolore, memor illius sententiæ, Ne quid nimis: Obligatecq; parũper uulnere, audias laudes eius cuius sem per uirtute lætatus es. Nec doleas, qd talem amiseris, sed gaudeas qđ talem habueris. Et sicut hi qui in breui tabella terrarũ situs pingunt, ita in paruo isto uolumine cernas adumbrata, non expressa signa uirtutũ, susciasq; a nobis non uires, sed uoluntatem.

Hæc præcepta sunt rhetorũ, ut maiores eius, qui laudãdus est, & eorũ gesta altius repetant, sicq; ad ipsum per gradus sermo perueniat: Quo uidelicet, auitis paternisq; uirtutib⁹ illustrior fiat, & aut non degenerasse a bonis, aut mediocres ipse ornasse uideat. Ego carnis bona, quæ semper & ipse contempsit, in animæ laudib⁹ non requiram: Nec me iactabo de genere, id est, de alienis bonis, cũ & Abraham & Isaac sancti uiri, Ismaelem, & Esau peccatores genuerint. Et e regione, lepte in Cathalogo iustorũ, Apostoli uoce numeratus, de meretrice sit natus. Anima, inquit, quæ peccauerit, ipsa morietur. Ergo quę non peccauerit, ipsa uiuet. Nec uirtutes, nec uitia parentũ, liberis imputant. Ab eo tempore censemur, ex quo in Christo renascimur. Paulus persecutor ecclesiæ, & mane lupus rapax, Beniamin, ad uesperam diuidit escam, Ananiæ oui submittens caput. Igitur & Nepotianus noster, quasi infantulus uagiens, & rudis puer, subito nobis quasi de Iordane nascat. Alius forsitan scriberet, qđ ob salutẽ illius orientem eremumq; dimiseris, & me charissimũ sodalem tuũ, redeundi spe lactaueris, ut primũ, si fieri posset sororem cũ paruulo uiduam deinde si cõsiliũ illa respueret, saltem nepotem dulcissimũ conseruares. Hic est enim ille de quo tibi quondam uaticinatus sum: licet paruulus ex collo pendeat nepos. Referret, inquam, alius, qđ in Palatij militia, sub chlamyde, & candenti lino, corpus eius cilicio tritũ sit: Quod stans ante seculi potestates, lurida ieiunijs ora portauerit: Quod adhuc sub alterius indumentis, alteri militauerit: & ad hoc habuerit cingulũ, ut uiduis, pupillis, orphanis, oppressis, miserisq; subueniret. Mihi non placent dilationes istæ imperfectæ seruitutis dei: Et Centurionem Cornelium, ut lego iustũ, statim audio baptizatũ. Veruntamen uelut incunabula quædam nascentis fidei comprobem⁹, ut q sub alienis signis deuotus miles fuit, donandus laurea sit, postq; suo regi cœperit militare. Baltheo posito, habituq; mutato, qcquid castrensis peculij fuit, in pauperes erogauit. Legerat enim: Qui uult perfectus esse: uendat omnia quæ habet, & det Pauperib⁹, & sequat̃ me. Et iterũ: Non potestis duob⁹ dominis seruire, deo, & mãmonæ. Excepta uili tunica, & operimento pari, quo tecto tantũ corpore, frigus excluderet, nihil sibi amplius reseruauit. Cultus ipse, prouinciæ morem sequens,

3 *Adhuc secularis, cilicio inuit corpus, et ora ieiunijs lurida portauit.*

4 *Audisne tu qui blateras paupertatẽ euãgelicam non esse dessertionem rerum & O impostoram.*

5

Nepotiani conuersi tunica uilis fuit, & par operimentū, quo tectum tantū corpus frigus excluderet. Quod nota cōtra eos qui uictus & uestitus Monachorū dicūt esse nænias, res ridiculas, et recenter inuentas, ipsi improbi et mēdaces apostatæ.

nec mundicijs, nec sordib⁹ notabilis erat. Cunctis ardent quotidie, aut ad Ægypti monasteria pergere, aut Mesopotamia inuisere choros, uel certe insularū Dalmatiæ quæ Altino tantū freto distant, solitudines occupare: auunculū pontificem deserere non audebat, tot in illo cernens exempla uirtutū, domicq; habens unde disceret. In uno atq; eodē, & imitabat monachū, & episcopū uenerabat. Non ut pleriscq; accidere solet, assiduitas familiaritatem, familiaritas, cōtemptū illius fecerat, sed ita eum colebat, quasi parentem: ita admirabat, quasi quotidie nouū cerneret. Quid multa? fit clericus, & per solitos gradus presbyter ordinat. Iesu bone, qui gemitus, qui eiulatus, quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorū omniū? Tum primū & solū auunculo iratus est. Quærebat se ferre non posse, & iuuenilem ætatem incongruam sacerdotio causabat. Sed quanto magis repugnabat, tanto magis in se studia omniū concitabat, et merebat negando, quod esse nolebat, eoq; dignior erat, quo se clamabat indignū. Vidimus Timotheum nostri temporis, & canos in sapientia electumq; a Noyse presbyterū, quum ipse sciret esse presbyterum.

6

Fit clericus, et per solitos gradus p̄sbyter ordinatur. Vides ea in sacramēto ordinis etiam tunc obseruata, quæ nunc Ecclesia catholica seruat, ut per gradus debitos ad sacerdotiū ascendatur? At nō sic apud hæreticos, qui omnes ex æquo dicūt esse sacerdotes, etiam mulieres.

Igitur clericatū non honorem intelligens sed onus, primam curam habuit, ut humilitate superaret inuidiam. Deinde ut nullam obscœni in se rumoris fabulam daret, ut qui mordebant ad ætatē eius, stuperent ad continentiam, subuenire pauperib⁹, uisitare languentes, prouocare hospitio, lenire blanditijs, gaudere cū gaudentib⁹, flere cū flentib⁹. Cęcorū baculus, esurientiū cibus, spes miserorū, solamen lugentiū fuit. Ita in singulis uirtutib⁹ eminebat, quasi cæteras nō haberet. Inter presbyteros & coęquales, primus in opere, extremus in ordine. Quicquid boni fecerat, ad auunculum referebat. Si quid forte aliter euenerat quam putarat, illū nescire, se errasse dicebat. In publico episcopū, domi patrem nouerat: grauitatem morū, hilaritate frontis temperabat. Gaudiū in risu, non cachinnū intelligeres. Virgines & uiduas Christi, honorare ut matres, hortari ut sorores, cū omni castitate, Iam uero postq; domū se cōtulerat, & relicto foris clerico duritię se tradiderat monachorū: creber in orationib⁹, uigilans in precando, lachrymas deo, non hominib⁹ offerebat, ieiunia in aurigæ modū prolassitudine & uirib⁹ corporis attemperabat. Mensæ auunculi intererat, & sic apposita quęq; libabat, ut & superstitionem fugeret, & continentiam seruaret. Sermo eius per omne conuiuiū de scripturis aliqd proponere, libenter audire, respondere uerecunde, recta suscipere, praua non acriter confutare, disputantem contra se magis docere, quam uincere. Et ingenuo pudore, q ornabat ætatem, qd cuius esset. Simpliciter confiteri. Atq; in hunc modū eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud aiebat, Tertulliani, istud Cypriani, hoc Latantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix, ita Victorinus, in hūc modū est locutus Arnobi⁹. Me quoq; qa pro sodalitate auunculi diligebat, interdū proferebat in medium. lectioneq; assidua, & meditatione diuturna, pectus suū bibliothecam fecerat Christi. Quotiens ille transmarinis epistolis deprecatus est, ut aliqd ad se scriberem? Quotiens nocturnū de euangelio petitorem, & interpellatricem duri iudicis mihi uiduam exhibuit? Cunctis ego silentio magis quam literis denegarem, & pudore reticentis, pudorem suffunderem postulantis, auunculū mihi oppositi precatorem, q & liberius pro alio peteret, & pro reuerentia sacerdotij facilius impetraret. Feci ergo qđ uoluit,

7

Nepotianus presbyter factus, seruabat continentiā. Mirum profecto quod nō duxerit uxorem. Sed secundum uerę ecclesiæ regulas uixit, nō secundum synagogæ malignantium obscœnitates.

8

Tu qui dicis Monachismū nostrum nouitium esse, & antiquos monachos nō habuisse præsentium ritus, uide quid hic dicat Hieronymus de orationibus, uigilijs,

uoluit, & breui libello, amicitias nostras æternæ memoriæ consecrauit. Quo suscepto, Cræsi opes, & Darij diuitias se uicisse iactabat. Illū Oculis, illū manibus, illū sinu, illum ore tenebat. Cunctis in stratu frequenter euolueret, sæpe super pectus soporati, dulcis pagina decidebat. Si uero peregrinorū, si amicorū quispiam uenerat, lætabat nostro super se testimonio. Et quicquid minus in opusculo erat, distinctione moderata, & pronūtiationis uarietate pensabat, ut in recitando illo ipse uel placere quotidie, uel displicere uideret. Vnde hic feruor, nisi ex amore dei? Vnde legis Christi indefessa meditatio, nisi ex desiderio eius quē legē dedit? Alij nummū addant nummo, & marsupiū suffocantes, matronarū opes uenent obsequijs: sint ditiores monachi quam fuerant seculares: Possideant opes sub Christo paupere quas sub locuplete diabolo non habuerant: & suspiret eos Ecclesia diuites quas tenuit mundus ante mendicos. Nepotianus noster aurum calcans, Sehedulas consectatur. Sed sicut fui in carne cōtemptor est, & paupertate incedit ornator, ita totū anime inuestigat ornatum.

lachrymis, ieiunijs, et abstimentia Nepotiani monachi. Et quomodo appellet morē illum uiuendi, duritiam monachorū.

Ad comparationem quidem superiorū modica sunt quæ dicturi sumus, sed & in paruis idem animus ostendit. Vt enim creatorem nō in cœlo tm̄ miramur, & terra, sole, oceano Elephantis, Camelis, equis, bubus, pardis, Vrsis, leonibus, sed & in minutis quoq; animalibus, formica, culice, muscis, uermiculis, & istiusmodi genere quorū magis scimus corpora quam nomina, eandemq; in cunctis ueneramur solertiam ita mens Christo dedita, æque & in maioribus & in minoribus intenta est, sciens etiam pro ocioso uerbo reddendam esse rationem. Erat ergo solicitus, si niteret altare, si parietes absq; fuligine, si pauimenta tersa, si ianitor creber in porta, uela semper in ostijs, si sacrariū mundū, si uasa luculenta, & in omnes cerēmonias pia solicitudo dispositā, non minus, non maius negligebat officiū. Vbicū que eū quæreres, in Ecclesia inuenires. Nobilem uirū Qu. Fabiū mirat antiquitas, q etiam Romanę scriptor historiæ est, sed magis ex pictura quam ex literis nomen inuenit: & Beselehel nostrū plenum sapientia & spiritu dei, scriptura testat. Hyram quoq; filiū mulieris Tyriæ, quod alter tabernaculi, alter templi, supellectilem fabricati sint. Quo enim lætę segetes et uberes agri, interdū culmis, aristisq; luxuriant; ita pclara ingenia, & mens plena uirtutibus, in uariarū artiū redundat elegātiam. Vnde & apud Græcos philosophus ille laudat, q omne quo uterer usq; ad pallium & anulum, manu sua factū gloriatus est. Hoc idem possumus & de isto dicere, qui basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula, diuersis floribus, & arborum comis, Vitium q; pampinis adumbrauit: ut quicquid placebat in ecclesia, tam dispositione, quam usu, presbyteri laborem & studiū testaretur. Macte uirtute, cuius talia principia, qualis finis erit?

9

Quid dicent hic qui tēplorum cultibus detrahunt, & Ecclesiæ catholicæ ceremonias omnes auferre conantur? Laudaret ne D. Hieronymus sanctissimum iuuenem eundemq; presbyterum pariter et monachum in his, si deo hæc displicerent, uel res essent superstitiosæ, ut hi malignum falso asserere præsumunt?

10

Basilius Ecclesiæ, & martyrium cōciliabula, diuersis floribus, et arborum comis, uitiū que pampinus adumbrauit.

O miserabilis humana conditio, & sine Christo uanū omne quod uiuimus. Quid te subtrahis? Quid tergiuersaris oratio? Quasi enim mortem illius differre possimus, & uitam facere longiorem, sic timemus, ad ultimum peruenire. Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius, quasi flos fœni. Vbi nunc decora illa facies, ubi totius corporis dignitas, quo ueluti pulchro indumēto, pulchritudo animæ uestiebat? Marcescebat proh dolor flante austro liliū, & purpura uiolæ, in pallorem sensim migrabat. Cunctis febribus æstuaret, & uenarū fontes hauriret calor, lasso anhelitu tristē auunculum consolabat. Lætus erat uultus, & uniuersis circa plorantibus, so-

lus ipſe ridebat. Proſcere palliũ, manus extendere, uidere quod alĩ nõ uidebant, & quaſi in occurſum ſe erigens, ſalutare uenientes. Intelligeres illum non emori, ſed emigrare: & mutare amicos; non relinquere. Voluunt per ora lachrymæ, & obfirmato animo, non queo dolorem diſſimulare quem patior. Quis crederet in tali illũ tempore noſtræ neceſsitudinis recordari, & luctante anima, ſtudiorũ ſcire dulcedinem? Apprehenſa auunculi manu, hanc, inqt, tunicam, qua utebaṫ in miniſterio Chriſti, mitte dilectiſsimo mihi, ætate patri, fratri collegio: & qcquid a te nepoti debebatur affectus, in illũ transfer, quem mecum pariter diligebas. Atq; in talia uerba defecit, auunculi manũ, mei recordatione contrectans. Scio quod nolueris amorem in te ciuiũ ſic probare, & affectũ patrię magis quæſiſſe in proſperis. Sed huiuſcemodi officiũ in bonis iucundius eſt: in malis gratius. Tota hunc ciuitas, tota planxit Italia. Corpus terra ſuſcepit, anima Chriſto reddita eſt. Tu nepotem quærebas: Eccleſia ſacerdotem. Præceſſit te ſucceſſor tuus. Quod tu eras, ille poſt te iudicio omniũ merebaṫ. Atque ita ex una domo duplex pontificatus egreſſa eſt dignitas, dũ in altero gratulatio eſt, quod tenuerit: in altero mœror, qđ raptus ſit, ne teneret.

Platonis ſententia eſt, omnem ſapientiũ uitam, meditationem eſſe mortis. Laudant hoc philoſophi, & in cœlũ uſq; ferunt. Sed multo fortius Apoſtolus: Quotidie, inqt, morior per gloriam noſtram. Aliud eſt enim conari, aliud agere: aliud uiuere moriturũ, aliud mori uicturum. Ille moriturus eſt ex gloria, iſte moriẽ ſemper ad gloriam. Debemus igiṫ & nos animo præmeditari, quod aliqñ futuri ſumus: & quod uelimus nolimus, abeſſe longius non poteſt. Nam ſi nongentos uitæ excederem? annos, ut ante diluuiũ uiuebat humanum genus, & Mathuſalem nobis tempora donarentur, tamen nihil eſſet præterita longitudo, quæ eſſe deſiſſet. Etenim inter eum, qui decem uixit annos, & eũ qui mille, poſtquam idem uitę finis aduenerit, & irrecuſabilis mortis neceſsitas, tranſactũ oẽ tantundẽ eſt: niſi qđ ſenex magis onuſtus peccatoꝝ faſce ꝓficiſciṫ. Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui, Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus, Et labor & duræ rapit inclementia mortis. Neuius Poeta: Pati, inquit, neceſſe eſt multa mortalem mala. Vnde & Niobam quia multum fleuerit, in lapidem & diuerſas beſtias commutatam finxit antiquitas. Et Heſiodus natales hominum plangens, gaudet in funere: prudẽterq;. Ennius plebes, ait, in hoc regi anteſtat loco, licet lachrymare plebi regi honeſte non licet. Vt regi, ſic epiſcopo, imo minus epiſcopo quam regi. Ille enim nolentibus præeſt, hic uolentibus: Ille terrore ſubĵcit, hic ſeruituti donaṫ, ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas ſeruat ad uitam. In te oculi omniũ diriguntur, domus tua, & conuerſatio, quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publice diſciplinæ. Quicquid feceris, id ſibi omnes faciendũ putaret. Caue ne committas, quod aut qui reprehendere uolunt, digne laceraſſe uideanṫ: aut q imitari, coganṫ delinquere, Vince quantũ potes, imo etiam plus quam potes molliciem animi tui, & ubertim fluentes lachrymas reprime, ne grandis pietas in nepotẽ, apud incredulas mentes deſperatio putẽ in deũ. Deſiderandus eſt tibi quaſi abſens, nõ quaſi mortuus: ut illum expectare, non amiſiſſe uidearis.

Verum quid ago, medens dolori, quem iam reor, & tempore & ratione ſedatam, ac non potius replico tibi uicinas regum miſerias, & noſtri

temporis calamitates, ut non tam plangendus sit, qui hac luce caruerit, quam gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit? Constantius Arianæ fautor hæreseos, dum contra inimicũ paratꝰ, & concitus fertur ad pugnã: in Mopsi uiculo mouens, magno dolore hosti reliquit imperium. Iulianus proditor aiæ suæ, & Christiani iugulator exercitus, Christũ sensit in Media, quem primum i Gallia denegarat, dumq; Romanos propagare uult fines, perdidit propagatos. Iouinianus gustatis tantum imperialibus bonis, fœtore prunarum suffocatus interijt: ostendens omnibus, quid sit humana potentia. Valentinianus uastato genitali solo, & inultam patriam derelinquens uomitu sanguinis extinctus est. Huius germanus ualens Gothico bello uictus in Thracia, eundem locum & mortis habuit & sepulchri. Gratianus ab exercitu suo proditus, & ab obuijs urbibus non receptus, ludibrio hosti fuit, cruentæq; manus uestigia, parietes tui lugdune testantur. Adolescens Valentinianus & pene puer, post fugam, post exilia, post recuperatũ multo sanguine imperiũ, haud procul ab urbe fraternæ mortis conscia, necatus est: & cadauer exanime suspendio infamatũ. Quid loquar de Procopio, Maximo, Eugenio, q utiq; dum rerũ potirentur, terrori gentib⁹ erant? Omnes capti steterunt ante ora uictoꝝ, et (quod potentissimis quondam miserrimum est) prius ignominia seruitutis, quã hostili mucrone confossi sunt.

Dicat aliqs: Regum talis conditio est, feriuntq; summos fulgura montes. Ad priuatas ueniam dignitates, nec de his loquar, q biennũ excedũt, atq;, ut cæteros pretermittam, sufficit nobis triũ nuper consulariũ diuersos exitus scribere. Abundantius egens Pityunte exulat. Ruffini caput pilo Constantinopolim gestatũ est, & abscissa manus dextera ad dedecus insatiabilis auaritiæ, ostiatim stipem mendicauit. Timasius præcipitatus repente de Altissimo dignitatis gradu, euasisse se putat, quod Assæ uiuit in glorius. Non calamitates miseroꝝ, sed fragilem humanæ conditionis narro statũ. Horret animus tempoꝝ nostrorũ ruinas persequi. Viginti & eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim, & alpes Iulias, quotidie Romanus sanguis effundit. Scythiam, Thraciam, Macedoniã, Dardaniam, Daciam, Thessalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiã, cunctasq; Pannonias, Gotthus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni, uastant, Trahunt, rapiunt. Quot matronæ, Quot uirgines dei, & ingenua nobiliaq; corpora, his beluis fuere Ludibrio? capti episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorũ officia clericorum. Subuersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrũ effossæ reliquiæ. Vbiq; luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamẽ ceruix nostra erecta non flectit. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedemonios, Arcadas, cunctamq; Græciam, quibus imperant barbari? Et certe paucas urbes nominaui, in qbus olim fuere regna non modica. Immunis ab his malis uidebat oriens, & tm̃ nuncijs consternatus. Ecce tibi anno præterito ex ultimis caucasi rupibus immissi in nos, non iam Arabiæ, sed septentrionis lupi tantas breui prouincias percurrerunt. Quot monasteria capta? Quantæ fluuiorũ aquæ humano cruore mutatæ sunt? Obsessa Antiochia & urbes reliquæ quas Halis, Cydnus, Orõtes, Euphratesq; præterfluunt: Tracti greges captiuorũ: Arabia: Phœnice, Palæstina, Ægyptus timore captiuæ. Non mihi si linguæ centum sint,

11 *Dum dicit diuersorũ officia clericorum, loquitur de minoribus ordinibus. Quod notamus contra eos qui dicunt olim non fuisse in usu alios ordines quam Episcopatum, presbyteratũ & Diaconatum.*

12 *Nec ista defuerũt nostro tempore.*

oraq; centum: ferrea uox, omnia pœnarū percurrere nomina posſim. Neque enim hiſtoriam propoſui ſcribere, ſed noſtras breuiter flere miſerias: Alioquin ad hæc merito explicanda, & Thucydides & Saluſtius muti ſint. Felix Nepotianus, qui hæc non uidet: felix q hæc non audit. Nos miſeri, q aut patimur, aut patientes fratres noſtros tanta perſpicimus. Et tamen uiuere uolumus, eosq; qui his carent, flendos potius quã beatos putamus. Olim offenſum ſentimus, nec placamus, deũ. Noſtris peccatis Barbari fortes ſunt. Noſtris uitiis Romanus ſuperat exercitus, & quaſi non hæc ſufficerent cladibus, plus pene bella ciuilia, quam hoſtilis mucro cõſumpſit. Miſeri Iſraelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſeruus dei dicit. Infelices nos, qui tm̃ diſplicemus deo, ut per rabiem barbarorum, illius in nos ira deſeuiat. Ezechias agit pniam, & centumoctuagintaquinq; milia Aſſyriorũ ab uno Angelo una nocte deleta ſunt. Ioſaphat laudes Domini concinebat, & dñs pro laudante ſuperabant. Moyſes contra Amalech, non gladio, ſed oratione pugnauit. Si erigi uolumus, proſternamur. Proh pudor & ſtolida uſq; ad incredulitatẽ mens, Romanus exercitus, uictor orbis & Dñs, ab his uincit, hos pauet, horum terret aſpectu, q ingredi non ualent. Qui ſi terram tetigerint, ſe mortuos arbitrãtur. Et non intelligimus prophetarũ uoces: fugient mille, uno perſequẽte. Nec amputamus cauſas morbi, ut morbꝰ pariter auferat: ſtatimq; cernamus, ſagittas, pilis, tiaras, galeis: caballos, equis cedere.

Exceſsimus conſolandi modũ, et dum unius mortem flere prohibemꝰ, totius orbis mortuos planximus. Xerſes ille rex potentiſsimus, q ſubuertit montes, maria conſtrauit, cũ de ſublimi loco infinitam hominũ multitudinem, & innumerabilem uidiſſet exercitũ: fleſſe dicit, quod poſt centum annos nullꝰ eorũ, quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet. O ſi poſſemus in talem aſcendere ſpeculam, de qua uniuerſam terrã ſub noſtris pedibus cerneremus. Iam tibi oſtenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus, & regnis regna colliſa, alios torqueri, alios necari, alios abſorberi fluctibus, alios ad ſeruitutem trahi: hic nuptias, ibi planctũ, illos naſci, iſtos mori: alios affluere delitiis, alios mendicare, & non Xerſis tm̃ exercitum, ſed totius mundi homines q nunc uiuunt, in breui ſpatio defuturos. Vincit ſermo rei magnitudine, & minus eſt omne quod dicimus. Redeamus igitur ad nos, & quaſi e cœlo deſcendentes, pauliſper noſtra uideamus. Sentis ne obſecro te, Quando infans, Qñ Puer, Quando iuuenis, quando robuſtæ ætatis, Qñ ſenex factus ſis? Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tm̃ æternos nos eſſe credimus. Hoc ipſum quod dicto, quod ſcribitur, quod relego, quod emendo, de uita mea tollit. Quot puncta notariꝰ, tot meorũ damna ſunt temporũ. Scribimus atq; reſcribimus, tranſeũt maria epiſtolæ, & ſcindente ſulcũ Carina, per ſingulos fluctus ætatis noſtræ momenta minuunt. Solum habemus lucri, quod Chriſti nobis amore ſociamur. Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non zelat, non agit perperã, non inflat, omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat, omnia patitur. Charitas nunq; excidit. Hæc ſemper uiuit in pectore, ob hãc Nepotianus noſter abſens præſens eſt, & per tãta terrarũ ſpacia diuiſos, utraq; complectit manu. Habemus mutuæ obſidem charitatis. Iũgamur ſpiritus: ſtringamur affectu, & fortitudinem mentis, quam beatus Papa Chromatius oſtendit in dormitione germani, nos imitemur in filio. Illũ noſtra pa-

gella decantet, illum nostræ literæ sonent. Quem corpore non ualemus, recordatione teneamus. Et cum quo loqui non possumus, de eo loqui nunquam desinamus.

VITA NEBRIDII IVVENIS NOBILISSIMI, PER D. Hieronymum ad Saluinam eius uxorem scripta.

Tomo 1. epistolarum folio 26.

Ereor ne officium putetur ambitio: & quòd illius exemplo facimus, qui ait: Discite a me, quia mitis sum & humilis u corde: gloriæ facere appetitione dicamur: & non uiduam alloqui in angustia constituam, sed aulæ nos insinuare regali: & sub occasione sermonis, amicitias potentium quærere. Quod liquido putabit, qui scierit esse præceptũ, Personam pauperis nõ accipies in iudicio: ne sub prætextu misericordiæ, quod iniustũ est iudicemus. Vnusquisq; enim non hominum, sed rerum pondere iudicandus est. Nec diuiti obsunt opes, si eis bene utaꝫ: nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiã peccata non caueat. Ad utriusq; nobis rei testimoniũ, & Abrahã patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant: quorum alter in summis diuitijs amicus dei fuit, alij quotidie in sceleribus deprehensi, pœnas legibus soluunt. Alloquimur igit diuitẽ pauperem, ut nesciat ipsa quæ possidet. Neq; enim marsupiũ eius discutimus, sed animæ puritatẽ. Loquimur ad eã, cuius faciẽ ignoram⁹, & uirtutes nouimus, quã nobis fama commendat: cuius uenerabiliorẽ pudicitiã adolescentia facit. Quæ mortẽ iuuenis mariti sic fleuit, ut exẽplum coniugij dederit. Sic extulit, ut eũ profectũ crederes, nõ amissum. Orbitatis magnitudo, religionis occasio fuit. Nebridium suũ sic quærit absentẽ, ut in Christo præsentem nouerit. Cur ergo ad eã scribimus, quã ignoram⁹? Triplex nimirũ causa est. Prima, qa pro officio sacerdotij omnes Christianos filiorũ loco diligimus, & profectus eorum nostra est gloria. Altera, qa pater defuncti intima mihi necessitudine copulat⁹ fuit. Extrema, quæ & ualidior, quod filio meo Auito reganti, negare nihil potui: y crebris literis interpellatricem duri iudicis superans, & multorum mihi ad quos ante super eadem materia scripseram, exẽpla proponens, ita suffudit pudorem negantis, ut plus considerarem quid ille cuperet, quã quid me facere conueniret.

Alius forsitan laudet Nebridiũ, quod de sorore generatus Augustæ, & in materteræ nutritus sinu, inuictissimo principi ita charus fuit, ut ei coniugem nobilissimam quæreret, & bellis ciuilibus Africã dissidentẽ, hac uelut obside sibi fidam redderet. Mihi a principio statim illud est prædicandum, quod quasi uicinæ mortis præscius, inter fulgorẽ palatij, & honorũ culmina, quæ ætatem anteibant, sic uixit, ut se ad Christum crederet profecturũ. Sacra narrat historia, Corneliũ centurionẽ cohortis Italicæ intantum acceptum deo, ut angelum ad eũ mitteret, & omne mysterium, quo Petrus de circũcisionis angustijs transferebaꝫ ad præputij latitudinẽ, ad illius merita pertineret: q primus ab Apostolo baptizatus, salutẽ gentium dedicauit. Scriptumq; est de eo: Erat uir quidã in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicit Italica, religiosus, & timens deũ cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & orãs deum semp. Quic quid de illo dicit, hoc nomine commutato, in Nebridio meo uendi-

co. Sic religiosus fuit, & amator pudicitiæ, ut uirgo sortiretur uxorẽ: Sic timens deũ cum omni domo sua, ut oblitus dignitatis, omne consortiũ cũ monachis haberet & clericis: tantasq; eleemosynas faceret in populis, ut fores eius pauperum ac debilium obsiderent examina. Certe sic semper orans deũ, ut illi quod optimũ esset, eueniret. Raptus est, ne malitia mutaret mentem eius, qa placita erat anima illius Deo. Vnde & ego possum super eo uere abuti Apostoli uoce, dicentis: In ueritate cognoui, quoniam non est personarũ acceptor deus, sed in omni proposito, qui timet deũ, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Nihil nocuit militanti paludamentũ, & baltheus, & apparitorũ caterue: qa sub habitu alteri, alteri militabat. Sicut ecõtrario aliis nihil prodest uile palliolũ, furua tunica, corporis illuuies, & simulata paupertas, si nominis dignitatẽ operibus destruant. Legim & in Euangelio de alio centurione domini testimoniũ: Nec in Israel tantã fidem inueni. Et ut ad superiora redeamus, Ioseph, q in egestate & in diuitijs dedit experimenta uirtutũ, q & seruus & dominus, docuit animę libertatem: nonne post Pharaonẽ regijs ornatus insignib, sic deo charus fuit, ut super omnes patriarchas duarũ tribuũ pater fieret? Daniel & tres pueri sic præerant Babyloniæ opibus, & sic erant inter principes ciuitatis, ut habitu Nabuchodonosor, deo mente seruirent Mardochæus & Hester inter purpurã, sericũ, & gemmas superbiã humilitate uicerunt, tanticq; fuere meriti, ut captiui uictoribus imperarent. Hæc illuc tendit oratio, ut ostendã iuuenẽ meũ cõiunctionis sanguinẽ regalis, & affluentiam diuitiarũ, atq; insignia potestatis, materiam habuisse uirtutũ, dicẽte Ecclesiaste: Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia.

1 *Non damnat hic Hieronym. simpliciter in Monachis uile palliolum, furuam tunicã, corporis illuuiem, uoluntariam paupertatem, sed cum operibus malis hæc omnia destruunt. Quod si professioni & factare spondeant, tunc est cõ sequens omnia supra dicta esse commendatione digna.*

Nec statim illud huic testimonio putemus aduersum: Amen dico uobis, difficile diues intrabit in regnũ cœlorũ. Et rursum dico uobis: facilius est camelũ per foramen acus transire, quam intrare in regnũ cœlorũ. Alio quin Zachæus publicanus, quẽ ditissimũ commemorat scriptura, contra hanc sententiam saluatus uidebit. Sed qũo quod apud homines impossibile est, apud deũ possibile fiat, Apostoli consiliũ docet scribentis ad Timotheũ: Diuitibus huius seculi præcipe, non superbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ suarũ, sed in deo uiuo, q præstat nobis omnia abundãter ad fruendum. Benefaciãt, sint diuites in operibus bonis, facile tribuãt: communicent, thesaurizent sibi bonũ fundamentũ in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Didicimus quomodo camelus introire possit per foramen acus: quomodo animal tortuosum, deposito pondere sarcinarũ, assumat sibi pennas columbe, & requiescat in ramis arboris, quę de Sinapis semente succreuit. Legimus in Esaia, camelos Madiam & Epha & Saba, aurum & thus ad urbem domini deportantes: in typo horũ camelorum. Ismahelite negociatores, stacten & thymiama, & resinam, quæ nascitur in Galaad, & cutem uulneribus obducit, Aegyptijs deferunt: tantę que felicitatis sunt, ut emant & uendant Ioseph, & mercimoniũ eorũ mũdi salus sit. Docet & Aesopi fabula, plenũ muris uentrẽ per angustũ foramen egredi nõ ualere. Ergo Nebridius meus quotidie illud reuoluẽs: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueũ diaboli, & desideria multa. Quicquid & Imperatoris largitio, & honoris infulę dederant, in usus pauperũ conferebat. Nouerat enim a domino esse præceptum, si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ue-

2 *Tũ qui dicis desertionem facultatum non habere mandatũ dei nec consilium ad perfectum.*

ni sequere me. Et quia hanc sententiam implere non poterat, habens uxorem & paruulos liberos, & multam familiam, faciebat sibi amicos de iniquo mammona, qui se reciperent in æternã tabernacula. Nec semel abiiciebat sarcinam, quod fecerunt apostoli, patrẽ, rete, & nauiculam relinquentes: sed ex æqualitate, aliorũ inopiæ suam abundantiam communicabat, ut postea illorũ diuitiæ huius indigentiã sustentarent. Scit ipsa cui libellus hic scribit, me non nota, sed audita narrare: nec ex aliquo in me beneficio, scriptorũ more Græcorũ, gratiam lingua reddere. Procul a Christianis ista suspicio. Habentes uictum & uestitũ, his contenti sumus. Vbi uile oluscul um, & cibarius panis, & cibus potusq; moderatus: ubi diuitię superuacuę, ibi nulla adulatio, quę uel prę cipue fructũ respicit. Ex quo colligitur, fidele esse testimoniũ, quod causas non habet mentiendi.

Ac ne quis putet me solas in Nebridio prædicare eleemosynas, quanq; & has exercuisse sit magnũ, de quibus dicit: sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatũ: ad cęteras uirtutes eius ueniã, quas singulas in paucis hominibus deprehendimus. Quis fornacem regis Babylonij sine adustione ingressus est? Cuius adolescentis Ægyptia domina pallium non tenuit? Quę uxor Eunuchi nullos creat liberos uoluptate transacta? Quem hominũ disputatio illa non terreat: Video aliam legem in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuũ me ducentem in lege peccati, quę est in membris meis? Mirũ dictu est, nutritus in palatio, contubernalis & condiscipulus Augustorũ, quorũ mensæ ministrat orbis, & terrę ac maria seruiunt, inter rerum omniũ abundantiam, in primo ętatis flore tantę uerecundię fuit, ut uirginalem pudorem uinceret, & ne leuem quidem obscœni rumoris in se fabulam daret. Deinde purpuratorũ propinquus, socius, consobrinus, ijsdem cum ambobus studijs eruditus (quę res etiam externorum mentes sibi conciliat) non est inflatus superbia, nec cęteros homines adducta fronte contempsit: sed cunctis amabilis, ipsos principes amabat ut fratres, uenerabat ut dominos: & in illorũ salute, suã salutem positam fatebat. Ministros autem eorum, & uniuersum ordinẽ palatij, quo regalis frequentatur ambitio, sic sibi charitate sociarat, ut qui merito inferiores erant, officijs se pares arbitrarentur. Difficile factu est, gloriam uirtute superare: & ab his diligi, quos præcedas. Quæ uidua non huius auxilio sustentata est? Quis pupillus non in eo repperit patrem? Totius orientis episcopi ad hunc miserorũ preces, & laborantium desideria conferebant. Quicquid ab Imperatore poscebat, eleemosyna in pauperes, precij captiuorum, misericordia in afflictos erat. Vnde & ipsi principes libenter præstabant, quod sciebant, non uni, sed pluribus indulgeri.

Quid ultra differimus? Omnis caro fœnũ, & ois gloria eius quasi flos fœni reuersa est terra in terrã suam: dormiuit in domino, & appositus est ad patres suos, plenus dierũ ac luminis, & nutritus in senectute bona. Cani enim hominis sunt sapientia eius. In breui ætate tempora multa compleuit. Tenemus pro eo dulcissimos liberos. Vxor hæres pudicitiæ precium est. Nebridius pusio, patrem quærentibus exhibet. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Scintilla uigoris paterni lucet in filio: & similitudo morum per speculũ carnis erumpens, ingentes animos angusto in pectore uersat. Iungitur ei germana, rosarum & liliorũ calathus, eboris ostrique cõmerciũ. Sic refert ore patrem, ut ad uenustatem propensior sit. Sic

fectionem tendentibus, uellem abs te scire quid est quod hic dicit Hiero. Nouerat enim a domino esse præceptum, si uis perfectus esse &c. Nisi forte argutulus & sciolus ut subterfugere uidearis, aliud dicas esse mandatum, & aliud præceptum. Quæ quam uana sit hoc in loco distinctio, uel puerulus cognoscere possit.

3

Heus bone uir qui garris paupertatẽ euangelicam non esse desertionem rerum, sed non esse auarum, non considere opibus, uide an hoc modo intellexerint illã Apostoli cum reliquerunt patrem, rete, & naiculam. Quid non audeat humana prauitas, ubi semel mentiri cœperit?

4

Ciborum delectus apud Hieronymum.

matrem mixta pingit similitudine, ut in uno corpore utrunque agnoscas. Ita suauis est, & mellitula, ut honor sit omniũ propinquorũ. Hanc tenere non dedignaẽ Augustus: hanc fouere in sinu, regina lætaẽ. Certatim ad se omnes rapiunt. Pendet ex collo, hæret in brachijs singulorũ. Garrula atq; balbutiens, linguę offensione sit dulcior. Habes igit Saluina quos nutrias, in qbus uirũ absentem tenere te credas. Ecce hæreditas dñi, filij merces, fructus uentris. Pro uno homine duos filios recepisti, auctus est numerus charitatis. Quicqd debebas marito, redde filijs. Amore præsentiũ, absentis desideriũ tempera. Non est parui apud deũ meriti, bene filios educare. Audi apostolũ commonentem: uidua eligaẽ non minus annorũ sexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in bonis operib⁹ habens testimoniũ, si filios educauit, si hospitalis fuit, si sanctorũ pedes lauit, si afflictis abũdanter prębuit, si omne opus bonũ subsecuta est. Didicisti catalogũ uirtutum tuarũ, qd debeas nomini tuo, qbus meritis scdm pudicitiæ gradũ possideas.

Tomo 1. Epistolarum. folio. 39.

VITA ASELLÆ VIRGINIS PER D. HIERONYMUM AD MARCELLAM SCRIPTA.

n

Emo reprehendat quod in epistolis, aliquos aut laudamus, aut carpimus, cũ & in arguendis malis, sit correptio cæterorũ: & in optimis prędicandis, bonorũ ad uirtutẽ studia concitentur. Nudiustertius de beatæ memorię Lea aliqua dixeramus. Illico pupugit animũ, & mihi uenit in mentem, nõ debere nos tacere de uirgine, qui de secundo ordine castitatis loquuti sum⁹. Igit Asellæ nostrę uita breuiter explicanda est: cui quæso ne hanc epistolam legas. Grauaẽ quippe laudibus suis, sed his potius, quæ adolescentulę sunt, legere dignare: ut ad exemplum eius se instituentes, conuersationem illius perfectæ uitæ normam arbitrentur.

Prætermitto in matris utero benedicit ei, anteq; nascatur: quod in phiala nitentis uitri, & omni speculo purioris patri uirgo tradit per quietem. Quod adhuc infantiæ inuoluta pannis, & uix annũ decimum ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis consecraẽ. Sit gratię omne, quod ante laborum fuit: licet deus præscius futurorũ, & Hieremiam sanctificet in utero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare, & Paulũ ante constitutionem mundi, separet in euangeliũ filij sui. Ad ea uenio, quæ post duodecimum annũ fudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœpit, impleuit. Vni⁹ cellulæ clausa angustijs, latitudine paradisi fruebaẽ. Idem terrę solum, & orationis locus extitit & quietis. Ieiuniũ pro ludo habuit, inediã pro refectione. Et cũ eam non uescendi, sed humana confectio ad cibum traheret: pane & sale, & aqua frigida concitabat magis esuriem, quam restinguebat.

1 *Vide tu qui quæreris aliquos religioni adactos ante pubertatis annos. Asella hic decennis uirgo domino consecratur.*

2 *Quid hic nõ habes lector contra uouis, seu potius ueteribus mendacijs cõturbantes Ecclesiam? Clausuram uirginis, locum orationis, ieiunium, inediã, abstinentiã, ciborum delectum.*

Et qa pene oblitus sum, quod in principio debui dicere: Cum primum hoc propositũ arripuit, aurum colli sui, quod quidem murenulam uulgus uocat, quod scilicet metallo in uirgulas lentescente, quædam ordinis flexuosi catena contexit, absq; parentibus uendidit, & tunicam fusciorem, quam a matre impetrare non poterat induta, pio negociationis auspicio, se repente domino consecrauit, ut intelligeret uniuersa cognatio, non posse aliud ei extorqueri, quæ iam seculũ damnasset in uestibus. Sed ut dicere cœperamus, ita se semper moderate habuit, & ítra cubiculi sui secreta custodiuit,

stodiuit,ut nunc̄ pedem proferret in publicū, nunquam uiri nosset alloquium. Et quod magis sit admirandū sororem uirginem amaret potius, quam uideret. Operabaꝫ manibus suis, sciens scriptū esse: Qui non operatur,non manducet. Sponso aut orans loquebaꝫ,aut psallens. Ad martyrū limina pene inuisa properabat. Et cum gauderet proposito suo:in eo uehementius exultabat,quod se nullus cognosceret. Cumq; per omnem annum,iugi ieiunio pasceret,biduo triduoq; sic permanens, tū uero in quadragesima,nauigij sui uela tendebat, omnes pene hebdomadas uultu lætante coniungens. Et quod impossibile forsitan est hominibus ad credēdum,deo autem præstante possibile est, ita ad quinquagenariam peruenit ætatem,ut non doleret stomachus, non uiscerū cruciaret iniuria, non sicca humus iacentia membra confringeret,non sacco asperata cutis, fœtorem aliquem situmq; contraheret:sed sana corpore, anima sanior,solitudinem putaret esse delicias,& in urbe turbida, inueniret eremum monachorum. Et hæc quidem tu melius nosti,aqua pauca didicimus, & cuius oculis durities de genubus camelorū in illo sancto corpusculo prę orandi frequentia obcalluisse perspecta est. Nos quod scire possum⁹,explicam⁹. Nihil illius seueritate iucundius, nihil suauitate tristius, nihil tristicia suauis. Ita pallor in facie est,ut cum continentiam indicet,non redoleat ostentationem. Sermo silens,& silentiū loquēs. Nec citus,nec tardus incessus. Idem semper habitus. Neglecta mūdicies, & inculta uestis:cultus ipse sine cultu. Sola uitæ suæ ęqualitate promeruit,ut in urbe pompę, lasciuiæ, delitiarum,in qua humilem esse miseria est,& boni eam prædicēt, & mali detrahere non audeant. Viduę eam imitentur & uirgines. Maritatę colant,noxię timeant,suspiciant sacerdotes.

3 *Tunicam fusciorem induit.*

4 *Ergo uestes uiliores signum sunt in sanctis uiris damnati seculi.*

5 *Sponso loquebatur,id est deo,aut orans aut psallens.*

6 *Toto anno iuge ducebat ieiunium, in Quadragesima autem nauigij sui uela tendebat.*

7 *Genua Asellæ præorandi frequentia in camelorum d.. tiem obcalluerant.*

8 *Ecce uerus Virginis habitus & cultus. Tomo 1. Epistolarum folio. 33.*

VITA LEÆ ABBATISSÆ PER D. HIERONYMUM SCRIPTA AD MARCELLAM.

c Vm hora ferme tertia hodiernæ diei,septuagesimū secundū psalmum,id est, tertij libri principiū legere cœpissemus, & docere cogeremur, tituli ipsius partem ad finem secundi libri,partem ad principium tertij libri ptinere: quod scilicet, defecerunt hymni Dauid,filij Iesse,finis esset prioris: psalm⁹ uero Asaph,principiū sequentis,& usq; ad eū locū peruenissemus,in quo iustus loquit: Dicebam,si narrabo sic, ecce generationē filiorū tuorū præuaricatus sum:quod in latinis codicibus non ita habem⁹ expressum,repēte nobis nunciatū est sanctissimam Leam exisse de corpore. Ibiq; ita te palluisse conspexi,ut uere aut pauca,aut nulla sit anima, quæ fracto uase testaceo,non tristis erumpat. Et tu q̄dem,nō quod futuri incerta esses dolebas, sed quod triste funeri obsequium non dedisses. Denique in medijs fabulis, rursum didicimus reliquias eius iam Ostiam fuisse delatas.

Quæras,quo pertineat ista replicatio? Respondeo tibi uerbis Apostoli,multū per omnem modum. Primum,quod uniuersorum gaudijs prosequenda sit,quæ calcato diabolo,coronam iam securitatis accepit. Secundo,ut eius uita breuiter explicet. Tertio, ut designatū consulē de suis secularibus detrahentē, esse doceamus in tartaro.

Et quidem conuersationem Leæ nostræ,quis possit digno alleuare prę

1 *Tria hic habes per ordinem.*

Quod tempore Hieronymi erant Monasteria Virginũ.

Quod uestitus austeritas nõ est res noua in Monasterijs.

Quod iam tũc insomnes orationibus noctes ducebantur.

Quæ tria abominantur nostri hæretici modo.

2

Inculta uestis Vilis cibus Neglectũ caput.

conio? Ita eam totam ad dominum fuisse conuersam, ut monasterij princeps, mater uirginum fieret, post molliciem uestiũ sacco membra triuisse, insomnes orationibus duxisse noctes, & comites suas plus exemplo docuisse quam uerbis. Humilitatis fuit tantæ tamq; subiectæ, ut quondã domina plurimorũ, ancilla omnium putaret: nisi quod eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominũ non putat. Inculta uestis, uilis cibus, neglectũ caput: ita tamen, ut cũ omnia faceret, ostentationẽ fugeret singulorũ, ne reciperet in præsenti seculo mercedem suam. Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruit, excipit angelorũ choris: Abrahæ sinib⁹ confouet, & cũ paupere quondam Lazaro, diuitẽ purpuratũ & non palmatum consulem, sed atratum, stillam digiti minoris cernit inquirere.

O quanta rerum mutatio: Ille quem ante paucos dies dignitatũ omniũ culmina pręcedebant: qui, quasi de subiectis hostibus triumpharet, Capitolinas ascendit arces, quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit, ad cuius interitũ urbs uniuersa commota est, nunc desolatus & nudus, non in lacteo cœli palatio, ut uxor mentitur infelix, sed in sordẽtibus tenebris continet. Hæc uero quã unius cubiculi secreta uallabant, q̃ pauper uidebat & tenuis, cuius uita putabat amẽtia, Christũ sequit, & dicit: Quæcũq; audiuimus, ita & uidimus in ciuitate dei nostri: & reliqua.

Quapropter moneo, & flens gemensq; contestor, ut dum huius mundi uiam currimus, non duabus tunicis, id est, duplici uestiamur fide. Non calciamentorum pellibus, mortuis uidelicet operibus prægrauemur: Nõ diuitiarũ nos pera ad terram premat. Non uirgæ, id est, potentiæ secularis quæratur auxilium: nõ pariter, & Christũ uelimus habere, & seculum, sed pro breuibus & caducis, æterna succedant: & cum quotidie (secũdũ corpus loquor) præmoriamur, in cæteris non nos perpetuos existimem⁹, ut possimus esse perpetui.

Thomo primo Epistolarum folio. xl.

VITA MARCELLÆ VIDVÆ PER D. HIERONYMUM ad Principiam Virginem Scripta.

S Æpe & multũ flagitas uirgo Christi Principia, & memoriã sanctæ fœminæ Marcellæ literis recolam, & bonũ quo diu fruiti sum⁹, etiam cæteris noscendũ imitandumq; describã. Satis doleo, quod hortaris sponte currentẽ, et me arbitraris indigere precibus, qui ne tibi quidem in eius dilectione concedam: multoq; plus accipiam, quam tribuam beneficij, tantarũ recordatione uirtutũ. Nam ut hucusq; reticerem & bienniũ pręterirem silẽtio, non fuit dissimulationis, ut male existimas, sed tristitiæ incredibilis, quæ ita meum oppressit animum, ut melius iudicarem tacere impræsentiarũ, quam nihil dignum illius laudibus dicere.

Neq; uero Marcellam tuam, imo meam: & ut uerius loquar, nostram: omniumq; sanctorũ, & propriæ Romanæ urbis inclytũ decus, institutis rhetorum prædicabo, ut exponam illustrem familiam, alti sanguinis decus, & stẽmata per proconsules & præfectos pręterio decurrentia. Nihil in illa laudabo, nisi quod propriũ est, & eo nobilius, quod opibus & nobilitate contempta, facta est paupertate & humilitate nobilior. Orba patris morte: Viro quoq; post nuptias septimo mẽse priuata est. Cunq; eam

Cerealis(cuius clarũ inter consules nomen est) propter ætatẽ & antiquitatem familiæ: & insignem (quod maxime uiris placere consueuit) decorem corporis,ac morũ temperantiã ambitiosus peteret, suasq́ longæuus polliceret diuitias: & nõ quasi in uxorem, sed quasi in filiam uellet donationem transfundere: Albinaq́ mater tam clarũ pręsidiũ uiduatæ domus ultro appeteret,illa respondit:Si uellem nubere,& non æternæ me cuperem pudicitiæ dedicare. Vtiq́ maritũ quærerem,non hæreditatem. Illoq́ mandante,posse & senes diu uiuere,& iuuenes cito mori, eleganter lusit, Iuuenis quidem potest cito mori,sed senex diu uiuere non potest. Qua sententia repudiatus,exemplo cæteris fuit,ut eius nuptias desperarent. Legimus in Euangelio secundũ Lucam: Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis de tribu Aser:Et hæc prouectæ ætatis in dieb⁹ plurimis. Vixeratq́ eum uiro suo annis septẽ a uirginitate sua, & erat uidua annis octoginta quatuor,nec recedebat de templo: Ieiunijsq́ & obsecrationib⁹ dño seruiens nocte ac die. Nec mirũ,si uidere meruit saluatorem,quem tanto labore quærebat. Conferam⁹ septem annos,septem mensib⁹:sperare Christum,& tenere:natũ confiteri, & in crucifixũ credere:paruulũ nõ negare, & uirũ gaudere regnantẽ. Nõ faciõ ullã inter sanctas fœminas differẽtiã, qđ nõnulli inter sctõs uiros & ecclesiarũ principes,stulte facere cõsueuerunt:sed illo tendit assertio, ut quarũ unus est labor, unum & præmiũ sit.

Difficile est in maledica ciuitate,& in urbe,in qua orbis quondã populus fuit,palmaq́ uitiorũ,si honestis detraherent, & pura ac munda macularent,non aliquam sinistri rumoris fabulam contrahere. Vnde quasi rem difficillimam,& pene impossibilem optat propheta, potiusq́ præsumit dicens, Beati immaculati in uia,qui ambulant in lege dñi. Immaculatos in uia huius seculi appellat, quos nulla obscæni rumoris aura macularit: qui opprobriũ non acceperint aduersus proximos suos. De quibus saluator in euangelio: Esto,inquit,beneuolus: siue bene sentiens de aduersario tuo,dum es in uia cũ illo. Quis unq́ de hac muliere,qđ displiceret,audiuit,ut crederet? Quis credidit,ut non magis se ipsum malignitatis & infamiæ condemnaret? Ab hac primũ confusar gentilitas est, dum omnibus patuit quæ esset uiduitas Christiana,quam & conscięntia & habitu promittebat. Ille enim solent purpurisso & ceruſa ora depingere, sericis nitere uestibus, splendore gẽmis,aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis,rubri maris preciosissima grana suspendere,fragrare musco mure, maritos ita plangere ut tandem dominatu eorũ se caruisse lætentur, quærantq́ alios,non quibus iuxta dei sententiã seruiant,sed quibus imperent. Vnde & pauperes eligunt,ut nomen tantũ uirorũ habere uideant: qui patienter riuales sustineant:si musitauerint,ilico proȝciendi. Nostra uidua talibus usa est uestibus,quibus arceret frigus, non membra nudaret:aurũ usq́ ad anuli signaculũ repudians,et magis in uentibus egenorũ,quam in marsupijs recondens. Nusq́ sine matre. Nullũ clericorũ, aut monachorũ (quod amplæ domus interdum exigebat necessitas) uidit absq́ arbitris. Semper in comitatu suo uirgines,ac uiduas,& ipsas graues fœminas habuit: sciens ex lasciuia puellarum sæpe de dominarum moribus iudicari: & qualis quæq́ sit, talium consortio delectari.

Diuinarũ scripturarũ ardor erat incredibilis:semperq́ cantabat: In corde meo abscondi eloquia tua:ut non peccem tibi. Et illud de perfecto ui-

ro: Et in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabit die ac nocte. Meditationem legis non in replicando, quæ scripta sunt, ut Iudæorũ existimant pharisei, sed in opere intelligens, iuxta illud Apostolicũ, siue comeditis, siue bibitis, siue quid agitis: omnia in gloriam dñi facientes. Et prophetæ uerba dicentis: A mandatis tuis intellexi: Vt postq̃ mandata cõplesset, tunc se sciret mereri intelligentiam scripturarũ. Quod & alibi legimus: Quia cœpit Iesus facere & docere. Erubescit enim quamuis pręclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia. Frustraq́ eius lingua prædicat paupertatem, & docet eleemosynas, qui Cræsi diuitijs tumet: Vbiq́ opertus pallio, pugnat contra tineas uestiũ sericarũ. Moderata ieiunia, carniũ abstinentia: Vini odor magis, quam gustus: propter stomachũ & frequentes infirmitates. Raro procedebat ad publicũ, & maxime nobiliũ matronarũ uitabat domos: ne cogeret uidere quod contẽperat. Apostolorũ & martyrũ basilicas secretis celebrans orationib⁹, & quæ populorũ frequentiam declinarent. Matri intantũ obediens, ut interdum faceret, quod nolebat. Nam cũ illa suũ diligeret sanguinẽ, & absq́ filijs & nepotibus, uellet in fratris liberos uniuersa cõferre: ista pauperes eligebat, & tamen matri contraire non poterat: monilia, & quicquid supellectilis fuit, diuitibus peritura concedens, magisq́ uolens pecuniam perdere, quam parentis animũ contristare. Nulla eo tempore nobiliũ fœminarũ nouerat Romæ propositũ monachorũ, nec audebat propter rei nouitatem, ignominiosum, ut tunc putabat, & uile in populis nomen assumere. Hæc ab Alexandrinis sacerdotibus, papaq́ Athanasio, & postea Petro, qui persequutionem Arianæ hæreseos declinantes, quasi ad tutissimũ cõmunionis suæ portũ Romam confugerant, uitam beati Antonij adhuc tunc uiuentis, monasteriorumq́ in Thebaide Pachumij & uirginum ac uiduarũ didicit disciplinam. Nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. Hanc multos post annos imitata est Sophronia, & aliæ quibus rectissime illud Ennianũ aptari potest: Vtinam ne in nemore Pelio. Huius amicitijs fruita est Paula uenerabilis. In huius cubiculo nutrita Eustochium uirginitatis decus, ut facilis æstimatio sit, qualis magistra, ubi tales discipulæ.

1 *Qui opere implet mãdata dei, meretur intelligentiam scripturarum, propterea nõ mireris si nostri temporis hæretici illã nõ habeant, cum nulla operum, sed tantum fidei apud eos fiat consideratio.*

2 *Vide in sancta fœmina ieiunia, abstinentiam, & ciborum delectum.*

3 *Orabat in basilicis Apostolorum & Martyrum.*

4 *Roma tutissimus Christianæ communionis portus.*

5 *Prima Marcella Romæ monachatũ instituit & professa est, quem cognouit Christo placere,*

Rideat forsan infidelis lector, me in mulierculariũ laudibus immorari: qui si recordet sanctas fœminas, comites dñi saluatoris, quę ministrabãt ei de sua substantia, & tres Marias stantes ante crucẽ, Mariamq́ proprie Magdalenen, quæ ob sedulitatem & ardorem fidei, turritæ nomen accepit, & prima ante apostolos, Christũ uidere meruit resurgẽtem, se potius superbiæ, quam nos condemnabit ineptiarũ: qui uirtutes non sexu, sed animo iudicam⁹: contẽptæq́ nobilitatis ac diuitiarũ maiorẽ gloriã ducim⁹. Vnde & Iesus Ioannem euangelistam amabat plurimũ: qui propter generis nobilitatem erat notus pontifici, & Iudæorũ insidias non timebat: intantũ, ut Petrũ introduceret in atriũ, & staret solus Apostolorũ ante crucem: matremq́ saluatoris in sua reciperet, ut hæreditatem uirginis domini, uirginem matrem filius uirgo susciperet.

6 *Ioãnes Apostolus & Euangelista, Virgo,*

Annis igitur plurimis sic suam transegit ætatem, ut ante se uetulam cerneret, quam adolescentulam fuisse meminisset, laudans illud platonicũ, qui philosophiam meditationem mortis esse dixit. Vnde & noster Apostolus: Quotidie morior propter uestram salutem. Et dñs iuxta antiqua

exemplaria:

exemplaria: Nisi quis tulerit crucem suã quotidie, & sequutus fuerit me, non potest meus esse discipulus. Multoq; ante per prophetam spūs sanctus: Propter te mortificamur tota die, æstimati sum⁹ ut oues occisionis. Et post multas ætates illa sententia: Memento semper diem mortis, & nunq; peccabis. Disertissimiq; præceptū Satyrici: Viue memor læti, fugit hora, hoc quod loquor, inde est. Sic ergo (ut dicere cœperamus) ætatem duxit: & uixit ut semper se crederet esse moriturã. Sic induta est uestib⁹, ut meminisset sepulchri, offerens hostiã rationabilem uiuã placentem deo.

Denicq; cũ & me Romam cũ sanctis pontificibus, Paulino & Epiphanio, ecclesiastica traxisset necessitas: quorũ alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit ecclesiam, & uerecunde nobiliũ fœminarum oculos declinarem: ita egit secundũ Apostolũ importune opportune, ut pudorem meum sua superaret industria. Et quia alicuius tũc nominis esse existimabar super studio scripturarũ, nunq; conuenit, quin de scripturis aliqd interrogaret: nec statim acquiescerem, sed moueret e contrario quæstiones, non ut contẽderet, sed ut quærendo discerem earũ solutiones, quas opponi posse intelligebat. Quid in illa uirtutũ, quid ingenij, quid sanctitatis, quid puritatis inuenerim, uereor dicere: ne fidem credulitatis excedã, & tibi maiorem dolorẽ incutiam, recordanti quanto bono carueris. Hoc solũ dicam, quod quicquid in nobis longo fuit studio congregatũ, & meditatione diuturna, quasi in naturã uersũ, hoc illa, libauit, hoc didicit, atq; possedit: ita ut post profectionem nostrã, si de aliquo testimonio scripturarũ esset oborta contentio, ad illam iudicem pergeret. Et quia ualde prudens erat, & nouerat illud, quod appellant philosophi τὸ πρέπον, id est, decere quod facias, sic ad interrogata respondebat, ut etiã sua non sua diceret, sed uel mea, uel cuiuslibet alterius: ut in eo ipso quod docebat, se discipulam fateret. Sciebat enim dictũ ab Apostolo: Docere aũt mulieri nõ permitto, ne uirili sexui, & interdũ sacerdotibus, de obscuris & ambiguis sciscitantibus, facere uideret iniuriam. In nostrũ locum statim audiuimus te illius adhæsisse consortio, & nunq; ab illa ne transuersum quidem unguem, ut dicit recessisse. Eadem domo, eodem cubiculo usam, ut omnib⁹ in urbe clarissima notũ fieret, & te matrem, & illã filiã repperisse. Suburbanus ager uobis pro monasterio fuit, & rus electũ pro solitudine. Multoq; ita uixistis tempore, ut exemplo uestri, conuersatione multarũ gauderemus Romam factã Hierosolymam. Crebra uirginũ monasteria, monachorũ innumerabilis multitudo, ut pro frequẽtia seruientiũ deo, qđ prius ignominiæ fuerat, esset postea gloriæ. Interim absentiam nostri mutuis solabamur alloquijs, et qđ carne non poteramus, spiritu reddebam⁹. Semper obuiare epistolis, superare officijs, salutationibus præuenire. Nõ multum perdebat absentia, quæ iugibus sibi literis iungebatur.

In hac tranquillitate, & dñi seruitute, hæretica in his prouincijs exorta tempestas, cuncta turbauit: & in tantam rabiem concitata est, ut nec sibi, nec ulli bonorũ parceret. Et quasi parũ esset, hic uniuersa mouisse, nauem plenã blasphemiarũ Romano intulit portui. Inuenitq; protinus patella operculũ, & Romanæ fidei purissimũ fontem, cœno lutosa permiscuere uestigia. Nec mirũ si in plateis & in foro rerũ uenaliũ, fictus hariolus stultorũ uerberet nares, & obtorto fuste dentes mordentiũ quatiat: cũ uenenata spurcaq; doctrina Romæ inuenerit quos induceret. Tunc librorũ

περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio, tũc discipulus ὁλόβιος, uere nominis sui, si in talem magistrũ non impegisset. Tunc nostrorũ δογματικῶν contradictio, & pharisæorũ turbata est schola. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationẽ quippiam facere uideret, postq; sensit fidem Apostolico ore laudatã in plerisq; uiolari, ita ut sacerdotes quoq; & nonnullos monachorũ, maximeq; seculi homines in assensum sui traheret: ac simplicitati illuderet episcopi, qui de suo ingenio cæteros æstimabat, publice restitit: malens deo placere, quam hoĩbus. Laudat saluator in Euangelio uillicũ iniquitatis, quod contra dñm quidem fraudulenter, attamen pro se prudenter fecerit. Cernentes hæretici de parua scintilla maxima incendia concitari: & suppositã dudum flãmam, iam ad culmina peruenisse: nec posse latere, quod multos deceperat, petunt & impetrant ecclesiasticas epistolas: ut cõmunicantes ecclesię discessisse uiderentur. Non multũ tempus in medio, succedit in Pontificatũ uir insignis Anastasius, quem diu Roma habere nõ meruit, ne orbis caput sub tali episcopo truncaret. Imo idcirco raptus atq; translatus est, ne semel latã sententiam, precibus suis flectere conaret, Dicente dño ad Hieremiam. Ne oraueris pro populo isto, neq; deprecẽris in bonũ, Quia si ieiunauerint, non exaudiam preces eorũ. Et si holocausta & uictimas obtulerint, non suscipiam eas. In gladio enim & fame & pestilentia ego consumã eos. Dicas, quid hæc ad laudem Marcellæ? damnationis hæreticorũ hęc fuit principium: dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi, & postea ab hæretico fuerant errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorũ, dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit uolumina, quæ emendata manu scorpij monstrabant: dum acciti frequentibus literis hęretici, ut se defenderent, uenire nõ sunt ausi: tanto q; uis conscientiæ fuit, ut magis absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint. Huius tam gloriosæ uictoriæ origo Marcella est: tuq; caput horum & causa bonorũ, scis me uera narrare: quæ nosti uix de multis pauca me dicere, ne legenti fastidiũ faciat odiosa replicatio, & uidear apud maleuolos sub occasione laudis alterius stomachũ meum digerere. Pergam ad reliqua.

De occidentis partibus ad Orientẽ turbo transgressus, minitabat plurimis magna naufragia. Tũc impletũ est: Putas ueniens filius hominis fidem inueniet super terram? Refrigerata charitate multoq;, pauci qui amabant fidei ueritatem, nro lateri iungebant, quoq; publice petebat caput, contra quos opes omnes parabant, ita ut Barnabas quoq; duceret in illam simulationem: imo apertũ paricidiũ, quod non uiribus, sed uoluntate cõmisit. Et ecce uniuersa tẽpestas dño flante deleta est, expletumq; uaticinium prophetale: Auferes spũm eorum & deficient, & in puluerem suũ reuertent. In illa die peribũt oẽs cogitationes eorũ. Et illud Euãgelũ: Stulte, hac nocte auferet anima tua a te: quæ aũt præparasti cuius erunt?

Dum hæc agunt in Iebus, terribilis de Occidente rumor affert, obsideri Romam, & auro salutem ciuiũ redimi: spoliatosq; rursum circundari, ut post substantiam, uitã quoq; perderent. Hæret uox, & singultus interrupit uerba distantis. Capit urbs, quę totũ cœpit orbem: imo fame perit anteq; gladio, & uix pauci qui caperent inuenti sunt. Ad nefandos cibos erupit esurientiũ rabies, & sua inuicem mẽbra lamiarunt, dum mater non parcit lactenti infantiæ: & recipit utero, quem paulo ante effuderat.

Nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius. Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuã, polluerunt templũ sanctum tuũ. Posuerunt Hierusalem in pomorũ custodiam: posuerunt cadauera sanctorũ tuorũ escas uolatilibus cœli, carnes sanctorũ sicut aquam in circũitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Quis cladem illius noctis, quis funera fando explicet, aut possit lachrymis æquare dolorem? Vrbs antiqua ruit, multos domínata p annos, Plurima perq; uias sparguñ inertia passim corpora, perq; domos, & plurima mortis imago. Cũ interim, ut in tanta confusione rerum, Marcellæ quoq; domũ cruentus uictor ingredi. Sic mihi fas audita loqui, imo a sanctis uiris uisa narrare, qui interfuere prẽsentes, qui te dicũt in periculo quoq; ei fuisse sociatam. Intrepido uultu excepisse dicit introgressos. Cumq; poscereť aurũ, & defossas opes uili excusaret tunica, non tamen fecit fidẽ uoluntariæ paupertatis. Cæsam fustib⁹ flagellisq;, aiunt non sensisse tormenta: Sed hoc lachrymis, hoc pedibus eorũ prostratam egisse, ne te a suo consortio separarent: ne sustineret adolescentia, qđ senilis ætas timere non poterat. Christus dura corda molliuit, & inter cruentos gladios inuenit locũ pietas. Cunq; & illam & te ad apostoli Pauli basilicam barbari deduxissent, ut uel salutẽ uobis ostenderent, uel sepulchrũ: in tantam lætitiam dicit erupisse, ut gratias ageret deo, quod te integram sibi reseruasset: quod pauperem illã non fecisset captiuitas, sed inuenisset: quod egeret quotidiano cibo, quod saturata Christo, non sentiret esuriẽ: quod & uoce & opere loquereť, Nuda exiui de utero matris meæ, nuda & redeam. Sicut domino uisum est, & ita & factũ est: Sit nomen domini benedictũ. Post aliquot dies, sano, integro, uegetoq; corpuscolo obdormiuit in dño: et te paupertatulę sugę, imo per te pauperes reliquit hęredes, claudens oculos in manibus tuis reddens spũm in tuis osculis, dum inter lachrymas tuas illa rideret conscientia uitæ bonæ, & præmijs futurorũ.

Hæc tibi Marcella uenerabilis, & tibi Principia filia, una & breui lucubratione dictaui, non eloquij uenustate, sed uoluntate in uos animi gratissimi, & deo & legentibus placere desiderans.

VITA BLESILLÆ VIDVÆ ADOLESCENTIS Romanæ per D. Hieronymum ad Paulam Scripta.

Thomo primo epistolarum folio. 54.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo: non ut Hieremias ait, uulneratos populi mei: nec ut Iesus miseriam Hierusalẽ: sed plorabo sanctitatem, misericordiam, innocẽtiam, castitatẽ: plorabo omneis pariter in unius morte defecisse uirtutes. Nõ quod lugenda sit illa quæ abijt, sed quod nobis impatientius sit dolendũ, qui talem uidere desiuimus. Quis enim siccis oculis recordeť, uiginti annorũ adolescentulam tam ardenti fide crucis leuasse uexillũ, ut magis amissam uirginitatẽ, quam mariti doleret interitũ? Quis sine singultibus transeat orandi instãtiam, nitorem linguę, memorię tenacitatem, acumen ingenij? Si Græce loquentem audisses, Latine eam nescire putares. Si in Romanum sonũ lingua se uerterat: nihil omnino peregrini sermo redolebat. Iam uero, quod in origine quoq; illo, Græcia tota mirať, in paucis non dicam mensibus, sed diebus, ita Hebreæ linguę uicerat difficultates, ut in discendis canen-

disq; psalmis, cũ matre contenderet. Humilitas uestiũ non (ut plerisq; solet) tumentes animos arguebat, sed cũ interiori se mẽte deiecerat, inter ancillarum uirginũ cultum dominamq; nihil mediũ, nisi quod in eo facilius dignoscebat, quod negletius incedebat. Vacillabãt ægrotatione gressus, & pallentem ac trementẽ faciem, uix collũ tenue sustinebat, & tamẽ aut prophetam, aut Euangeliũ semper in manibus tenebat. Lachrymis ora complent, singultus occupat uocem: & hærentem linguam, uiscera cõmota non laxant. Cum sanctũ corpusculũ febriũ ardor excoqueret, & semianimæ lectulũ uallaret circulus propinquorũ, hæc in extrema uerba mandabat: Orate dñm Iesum ut mihi ignoscat, quia implere non potui quod uolebam. Secura esto mi Blesilla: confidimus, probas uera quę dicimus: Nunquam est sera conuersio. Vox hæc primum dedicata est in latrone: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

1 *Exequiæ parãtur de more Blesillæ. Cur ergo a sciolis nostris reprehenduntur?*

Postq; autem sarcina carnis abiecta, ad suũ anima reuolauit autorem, & in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit: ex more parant exequię, & nobilium ordine præeunte, aureum feretro uelamen obtenditur. Videbatur mihi tunc clamare de cœlo: Non agnosco uestes, amictus iste non est meus, hic ornatus alienus est.

Sed quid agimus? Matris prohibituri lachrymas, ipsi plangimus. Confiteor affectus meos, totus hic liber fletibus scribit. Fleuit & Iesus Lazarum, quia amabat illũ. Non est optimus consolator, quem proprij uincũt gemitus, cuius uisceribus emollitis, fracta in lachrymis uerba desudant. Testor mi Paula Iesum, quem Blesilla nũc sequit: testor sanctos angelos, quorum consortio fruit, eadem me dolorũ perpeti tormenta quę pateris: patrem esse spiritu, nutriciũ charitate, & interdum dicere: Pereat dies illa, in qua natus sum. Et, hei mihi mater, ut quid genuisti me uirũ, qui dicerer discrimen omni terræ. Et illud: Iustus es domine, ueruntamen iudicia loquar ad te. Quid est, quod uiæ peccatorũ prosperantur? Et, mei quoq; pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorũ uidens. Et dixi: Quomodo cognouit deus, & si est scientia in excelso: Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Sed rursus illud occurrit si narrauero sic, ecce generationẽ filiorum tuorum præuaricatus sum.

2 *Iesum nunc sequitur Blesilla, & Angelorum cõsortio fruitur, Ergo anima eius est in cœlo.*

Nunquid & in meam mentẽ, non hic sæpius fluctus illidit? Quare senes impij, seculi diuitijs perfruunt? quare adolescentia rudis, & sine peccato pueritia, immaturo flore metit? Quid causæ est, ut sæpe bimuli, trimulicq;, & ubera materna lactentes a dæmonio corripiant, repleantur lepra, morbo regio deuorent? & econtrario, impij, adulteri, homicidę, sacrilegi, uegeti, atq; securi de sua sanitate, in deũ blasphement? Præsertim cũ iniustitia patris non redundet ad filium: & anima quæ peccauerit, ipsa moriatur. Aut si manet uetus illa sententia, peccata patrum in filios oportere restitui, iniquum sit longæui patris innumera delicta in innocentẽ infantiam repensare. Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas, & factus sum flagellatus tota die. Sed cũ hæc cogitarẽ, statim didici cum propheta: Et suscipi, ut cognoscerẽ: hic labor est in conspectu meo, donec ingrediar sanctuariũ dei, & intelligam in nouissima eorum. Iudicia enim domini abyssus multa. Et, o, profundum diuitiarũ sapiẽtiæ & scientiæ dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles

uiæ

uiæ eius. Bonus est deus, & omnia quę bonus facit, bona sint necesse est.

Mariti orbitas irrogat̃, plango quod accidit. Sed quia sic placet domino, æquo animo sustinebo. Vnicus raptus est filius: durũ quidem, sed tolerabile, qa sustulit ille, qui dederat. Si cæcus fuero, amici me lectio consolabitur. Si auditũ quoq; surdæ aures negauerint, uacabo a uitijs: nihil aliud, nisi dñm cogitabo. Imminebit sup hæc & dura pauperies, frigus, lãguor, & nuditas: extremam expectabo mortem, & breue putabo malũ, quod finis melior subsequat̃. Consideremus quid Ethicus ille psalmus sonet: Iustus es domine, & rectũ iudicium tuũ. Hoc non potest dicere, nisi ille, qui ad uniuersa quæ patit̃, magnificat dñm, & suo merito imputans, in aduersis de eius clementia gloriat̃. Exultauerunt enim filiæ Iudæ in omnibus iudicijs domini. Si Iuda confessio interpretat̃: confitens aũt omnis anima credentis est: necesse est, ut q se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudicijs gaudeat. Sanus sum, gratias refero creatori. Langueo, et in hoc laudo domini uoluntatẽ. Quando enim infirmor, tunc fortis sum, & uirtus spũs in carnis infirmitate perficit̃. Patitur & apostolus aliquid quod non uult, pro quo ter dñm deprecat̃. Sed dicit̃ ei: sufficit tibi gratia mea, qa uirtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationum humiliandam superbiam, monitor quidam humanæ imbecillitatis apponit̃, in similitudinem triumphantiũ, quibus in curru retro comes adhærebat per singulas acclamationes ciuiũ, dicens: Hominem te esse memento. Cur aũt durum sit, quod quandoq; patiendũ est? Et cur dolemus quemq; mortuũ? Ad hoc enim nati sumus, ut maneamus æternit̃? Abraham, Moyses, Esaias, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus electionis uas, & super omnia filius dei, morit̃: & nos indignamur aliquem exire de corpore, qui ad hoc forsitan raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius? Placita enim erat anima eius deo. Propter hoc properauit educere eam de media iniquitate ne longo uitæ itinere, de uijs oberraret anfractibus.

Lugeat̃ mortuus, sed ille quem gehenna suscipit̃, quem tartarus deuorat, in cuius pœnam æternus ignis æstuat. Hos quorũ exitum angelorum turba comitat̃, quibus obuiam Christus occurrit: grauemur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus. Quia quandiu hic moramur, peregrinamur a domino. Illa illa nos cupido teneat: Hei mihi, qa peregrinatio mea prolongata est a me, habitaui cum habitantibus Cedar, multũ peregrinata est anima mea. Si cedar tenebræ sunt, & mundus iste sunt tenebræ, qa lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt: sa ueamus Blesillæ nostræ, quę de tenebris migrauit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem, consummati operis percepit coronam. Reuera si seculare desideriũ: &, quod deus a suis auertat, delitias uitæ huius cogitantem, mors immatura rapuisset: plangenda erat, & omni lachrymarũ fonte ploranda. Nunc uero cũ, propitio Christo, ante quatuor ferme mẽses, secundo quodammodo propositi se baptismo lauerit, & ita deinceps uixerit, ut calcato mundo, semper monasterium cogitarit, non uereris, ne tibi saluator dicat: Irasceris Paula, qa tua filia, mea facta est filia? Indignaris de iudicio meo, & rebellib9 lachrymis facis iniuriam possidenti? Scis enim quid de te, quid de cæteris tuis cogitem.

Cibum tibi denegas, non ieiuniorũ studio, sed doloris. Non amo frugalitatem istam, Ieiunia ista aduersarij mei sunt. Nullam animam recipio,

quæ me nolente: separat a corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres, habeat Zenonem, Cleombrotũ, uel Catonem. Super nullũ requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietũ, & trementẽ uerba mea. Hoc est quod mihi in monasterio promittebas? Quod habitu a matronis cæteris separato, tibi quasi religiosior uidebaris? Mens ista quæ plangit, sericarũ uestium est. Interciperis & emoreris, & quasi non in meas manus uentura sis crudelem iudicẽ fugis. Fugerat quondam & Ionas animosus propheta, sed in profundo maris meus fuit. Si uiuentem crederes filiam, nunc̃ plangeres ad meliora migrasse. Hoc est quod per Apostolũ meum iusseram, ne pro dormientibus in sititudinem gentiũ tristaremini. Erubesce, ethnicæ comparatione superaris. Melior diaboli ancilla, quã mea est. Illa infidelem maritũ translatũ fingit in cœlum, tu mecum tuam filiã commorantem, aut non credis, aut non uis.

4 *Reprehendit Paulã non credentem filiã suam mortuam uiuere, aut cum deo commorari, quod utrunq; est contra quosdã hæreticos hæc de sanctis negantes.*

Sed dicis: quõ lugere me prohibes, cum & Iacob Ioseph in sacco fleuerit: congregatisq; ad se omnibus propinquis noluerit cõsolari, dicens: Descendam ad filiũ meum lugens in infernũ? Et Dauid Absalon cooperto capite planxerit, repetens: Filius meus Absalon, Absalõ filius meus? Quis dabit ut moriar pro te filius meus Absalon? Moysi quoq; & Aaron, cæterisq; sanctorũ solemnis sit luctus exhibitus? Perfacilis ad ista respõsio est, Iuxisse Iacob filiũ, quem putabat occisum, ad quem & ipse erat ad inferos descensurus, dicens: Descendam ad filiũ meum lugens in infernũ, qa necdũ paradisi ianuam Christus effregerat, nec dum flammeam illã romphæam & uertiginẽ præsidentiũ Cherubim, sanguis eius extinxerat. Unde & Abraham licet in loco refrigerij, tamen apud inferos cũ Lazaro fuisse scribitur. Et Dauid iuste fleuisse filiũ parricidam, qũ alitũ paruulũ, postquam ut uiueret impetrare non potuit, qa sciebat non peccasse, nõ fleuit. De Moyse uero & Aarõ, quod eis ex ueteri more sit planctus exhibitus, non mirandũ est, cum & in Actis apostolorũ iam Euangelio coruscante, Stephano fecerint Hierosolymæ fratres planctũ magnum: Et utiq; planctus magnus, non in plangentiũ exanimatione, ut tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarũ frequentia intelligẽdus sit. Denicp̃ de Iacob scriptura sic loquit: Et ascendit Ioseph sepelire patrem suũ, & ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & seniores omnis terræ Ægypti, & omnis domus Ioseph & fratres eius. Et post paululum: Et ascenderunt cũ eo quadrigæ & equites, & facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde: Et planxerunt eũ planctu magno, & forti nimis. Planctus iste solemnis, non longas Ægyptijs imperat lachrymas, sed funeris monstrat Ornatũ. Iuxta quem modũ Aaron quoq; & Moysen, fletos esse manifestum est. Nequeo satis scripturæ laudare mysteria, & diuinũ sensum, in uerbis licet simplicibus admirari, quid sibi uelit quod Moyses plangitur, & Iesus Naue uir sanctus sepultus refertur, & tamen fletus esse non scribitur. Nempe illud quod in Moyse, id est, in lege ueteri sub peccato Adã omnes tenebant elogio, & ad inferos descendentes, consequenter lachrymę prosequebant, secundũ Apostolum, qui ait: Et regnauit mors ab Adã usq; ad Moysen, etiam super eos qui non peccauerunt. In Iesu uero, id est, in Euangelio: per quem paradisus est apertus, mortẽ gaudia prosequunt, flentesq; hodie Iudæi, & nudatis pedibus in cinere uolutati, sacco incubant. Ac ne qd desit superstitioni, ex ritu uanissimo phariseorum, primum

5 *O hæretice qui derides pomposos funerũ apparatus, qui sepulturæ exequias magis ex sacerdotum cupiditate quã ex scriptura dicis inuectas, uide quid dicat hic Hieronymus de pompa funeris & exequiarum frequentia circa corpus sancti protomartyris Stephani iam Euangelio coruscante.*

cibum lentis accipiunt, uidelicet ostendentes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito, qa in resurrectionem domini non credentes, Antichristi præparant aduentui. Nos uero qui Christū induimus, & facti sumus, iuxta Apostolū, genus regiū & sacerdotale, non debemus sup mortuos contristari. Et dixit, ingt, Moyses ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios eius, qui relicti erant: Caput uestrū non denudabitis, & uestimenta uestra non scindetis, ne moriamini, & super omnem synagogā ueniat ira. Nolite, inquit, scindere uestimenta uestra, & luctū exhibere gentilem, ne moriamini. Mors nostra peccatū est: Et, quod forsitan crudele alicui uideatur, sed fidei necessariū est, in eodem Leuitico scribit: quomodo sacerdos magnus ad patrem, matrē, fratresq́, uel liberos mortuos prohibeat accedere: ne uidelicet anima dei sacrificijs uacans, & tota in illius mysterijs occupata, aliquo impediat affectu. Nonne alijs uerbis idipsum in Euāgelio præcipit, ut non renunciet domui discipulus, ut mortuo patri nō exhibeat sepulturam? Et de sanctis, ingt, non exiet, & non contaminabit sanctificatio dei eius, quia sanctū oleum unctionis a deo super eū est. Certe postq́ credimus in Christum, & oleo unctionis eius accepto, illū portamus in nobis, non debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano: non foras egredi, incredulitati uidelicet gentiliū commisceri, sed esse semper intrinsicus, id est, uoluntati domini ministrare.

Hæc idcirco dicimus: ne ignorantia scripturarū autoritatem tibi præberet in luctu, & uidereris rationabiliter errare. Et adhuc sic loquut? sum, quasi unam de turbis conuenerim Christianam. Nunc uero cū sciam toti te renunciasse mundo, & abiectis calcatisq́ delitijs seculi, orationi, ieiunijs, lectioni uacare quotidie, cū ad exemplum Abraham cupias exire de terra tua, & de cognatione tua, ut & Chaldæis & Mesopotamia derelictis, terram repromissionis introeas, cū omnem substantiolam, aut pauperibus dilargita sis, aut filijs ante mortem mundo mortua dederis: miror te ea facere, quæ si facerent cęterę, reprehensione dignæ uiderentur.

Redit tibi in memoriā confabulatio eius, blanditiæ, sermo, consortiū: & quod his careas, pati nō potes. Ignoscimus matris lachrymis, sed modum quærimus in dolore. Si parentē cogito, non reprehendo quod plangis. Si Christianam & monacham, istis nominibus mater excludit. Recēs uulnus est, & tactus iste quo blandior, non tam curat, quā exasperat. Attamen quod tempore mitigandū est, cur ratione non uincit? Nam & Noemi famem fugiens in terra Moab, & maritū perdidit & filios. Et cū suorum auxilio esset destituta, Ruth alienigena ab eius latere non recedit. Vide quanti meriti sit desertæ præstitisse solatiū. Et eius semine Christus oritur. Respice Iob, quanta sustinuit, & uidebis & nimium delicatam, illum erectis in cœlū oculis, inter ruinas domus, pœnas ulceris, innumeras orbitates, & ad extremum uxoris insidias, inuictam tenuisse patientiam.

Scio qd responsura sis: Hoc illi quasi iusto ad probationem euenisse. Ettu e duobus elige, quod uelis: aut sancta es, & probaris: aut peccatrix, & iniuste quereris, minora sustinens, quam mereris. Quid uetera replicē? Præsentia exempla sectare. Sancta Melania nostri temporis inter Christi anos uera nobilitas, cū qua tibi dominus, mihiq́ cōcedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necdū humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed teste Christo, nō

falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, ueste conscissa, lacerũ pectus inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis: & ad pedes aduoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit. Expeditius, ingt, tibi seruitura sum domine, quia tãto me onere liberasti. Sed forsitan superatur in cæteris. Quinimo qua illos mente contẽpserit, in uni

6 co postea filio probat: cui omni quam habebat possessione concessa, in-
Parce filiæ cum Christo iam regnanti. gruente iam hyeme, Hierosolymam nauigauit. Parce quæso tibi, parce filiæ cũ Christo iam regnanti: parce saltem Eustochio tuæ, cuius parua adhuc ætas, & rudis pene infantia, te magistrante dirigit. Sæuit nunc diabolus, & quia unam cernit de tuis liberis triumphantẽ, obtritũ se esse condolens quærit in remanente uictoriam, quam in præeunte iam perdidit. Grãdis in suos pietas, impietas in deum est. Abraham unicum filium lætus interficit, & tu unam de pluribus quęreris coronatam.

7 Non possum sine gemitu eloqui, qđ dicturus sum. Cũ de media põpa
Cum de media pompa funeris te referrent exanimem. funeris, te exanimem referrent, hoc inter se populus musitabat: Nonne illud est quod sæpius dicebamus? Dolet filiam ieiunijs interfectã, quod nõ uel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quousq; genus detestabile monachorũ non urbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præci-

8 pitatur in fluctus? Matronam miserabilẽ seduxerunt, quæ quã monacha
Verba ipsa nostrorũ hæreticorũ contra Monachos. esse noluerit, hinc probatur, quod nulla gentiliũ ita suos unquam fleuerit filios. Qualẽ putas ad istas uoceș Christũ habuisse tristiciam? Quomodo exultasse Satanam, qui nunc tuam animã eripere festinans, & põ tibi proponens doloris illecebram: dum ante oculos tuos, filiæ semper imago uersatur, cupit matrem simul necare uictricis, & solitudinem sororis inuadere relictæ. Non ut terream loquar, sed ut mihi testis est dominus, quasi ante tribunal eius assistens, in hæc te uerba conuenio. Detestandæ sunt istæ lachrymæ, plenę sacrilegio, incredulitate pleniss imę, quæ non habent modũ, quæ usq; ad uiciniam mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quasi

9 quibusdã facibus accensa, quantũ in te est, tui semper homicida es. Sed
Ecce ubiq; sancti dicuntur uiuentes, & nostri scioli uolũt eos esse mortuos. ad talẽ clemẽs ingredit Iesus, & dicit: Quid ploras? Nõ est mortua puella, sed dormit. Irrideant circunstantes. Ista infidelitas Iudęorũ est. Te quoque, si ad sepulchrũ filiæ uoluerís uolutari, angelus increpabit: Quid quæris uiuentẽ cũ mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalene, postquam uocem domini se clamantis agnouit, ad eius prouoluta pedes, audit: Ne tetigeris me, nec dnm enim ascendi ad patrem meum: id est, non mereris tangere resurgentẽ, quẽ mortuũ existimas in sepulchro.

Quas nunc existimas Blesillam nostrã pati cruces, quæ ferre tormenta, quod tibi Christũ uideat subiratũ? Clamat nunc illa lugenti, si unquã me amasti mater, si tua ubera suxi, si in tuis institutа summonitis, ne inuideas gloriæ meæ: nec hoc agas, ut a nobis in perpetuũ separemur. Putas me esse solam? Habeo pro te Mariam matrẽ dñi. Multas hic uideo quas ante nescieb̃. O quanto melior est iste comitatus. Habeo Annam quondam in Euangelio prophetantẽ: &, quo magis gaudeas, tantorũ annorũ labores, ego in tribus mensibus consequuta sum. Vnam palmã castitatis accepim⁹. Misereris mei, quia mũdũ relig? At ego uestri sortẽ doleo, quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidie in acie põliantes, nunc ira, nũc auaritia, nunc libido, nunc uariorum incentiua uitiorũ, pertrahunt ad ruinam. Si uis, ut mater mea sis: cura placere Christo. Non agnosco matrẽ,

meo domino displiceñt. Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te dominum rogat, mihiq; ut de eius mẽte securus sim, ueniam impetrat peccatorũ: quod monui, quod hortatus sum, quod inuidiã propinquorũ, ut salua esset, excepi. 10 *Blesilla mortua rogat dominũ pro matre, & ueniam peccatorum impetrat, Hieronymo. Quid hic dicis hæretice?*

Itaq; dum spiritus hos artus tegit, dũ uitæ huius fruimur cõmeatu, spõdeo, promitto, polliceor, illam mea lingua resonabit, illi mei dedicabunt labores, illi meũ sudabit ingeniũ: Nulla erit pagina, quæ non Blesillam sonet. Quocũq; sermonis nostri monumenta peruenerint, illa cũ meis opusculis peregrinabit. Hanc in mea mente defixam legent uirgines, uiduæ, monachi, sacerdotes. Breuis uitæ spatium, æterna memoria compensabit. Quæ cũ Christo uiuit in cœlis, in hominũ quoq; ore uictura est. Transibit & præsens ætas, sequent secula post futura, quæ sine amore, sine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Eustochiiq; nomen media ponetur. Nũq; in meis moritura est libris. Audiet me semper loquentẽ cũ sorore, cũ matre. 11 *Blesilla cum Christo uiuit in cœlis. Quid potest dici charius?*

VITA PAVLINÆ PAMMACHII VXORIS AD eundem per D. Hieronymum scripta.

Tomo 1. Epistolarũm fol. 55. Fac. secunda.

SAnato uulneri & in cicatricẽ superducta cuti, si medicina colorẽ reddere uoluerit, dũ pulchritudinẽ corporis quærit, plagã doloris instaurat. Ita & ego serus consolator, ne importune per biennium tacui, uereor ne nunc importunius loquar, & attrectans uulnus pectoris tui, quod tẽpore & ratione curatũ est, cõmemoratione exulcerẽ. Quæ enim aures tam duræ, quæ de silice excisa præcordia, et Hyrcanarũ tigriũ lacte nutrita, possunt sine lachrymis Paulinæ tuæ audire nomen? Quis parturientẽ rosam & papillatũ corymbũ, anteq; in calathũ fundat orbis, & tota rubentiũ foliorũ pandat ambitione, imaturæ demessum æquis oculis marcescere uideat? Fractũ est pretiosimũ margaritũ. Virens smaragdi gemma contrita est. Quid boni habeat sanitas, languor ostendit. Plus sentimus quod habuimus, postquam habere desiuimus.

In agro terræ bonæ, tres fructus legimus, centesimũ, sexagesimũ, & tricesimũ. In tribus mulieribꝰ & sanguine & uirtute coniunctis, tria Christi præmiare cognosco. Eustochiũ uirginitatis flores metit. Paula laboriosam uiduitatis areã terit. Paulina castũ mrimoniũ cubile seruat. Tali filiarum mater fulta comitatu, totũ sibi in terris uindicat quod Christus promisit in cœlo. Et ut quadrigã domus una emitteret sanctitatis, & fœmina rũ uirtutibus responderent uiri, addit comes Pãmachius, uerũ Ezechielis Cherubim, cognatus, gener, maritus, imo frater amantissimus, quia sancti consortia spiritus uocabula non tenent nuptiarũ. Huic quadrigæ Iesus præsidet. De his equis & Abacuc canit: Ascende super equos tuos, & eqtatio tua salus. Impari cursu, pari animo ad palmam tendit. Discolores equi, sed uoluntate concordes, unũ aurigæ iugum trahunt, non expectantes flagelli uerbera, sed ad uocis hortamenta feruentes.

Dicamus aliquid & de philosophis. Quatuor uirtutes describunt stoici, ita sibi inuice uexas, & mutuo cohærentes, ut qui unam non habuerit, omnibus careat: prudentiam, iusticiam, fortitudinem, temperantiã. Has omnes sic habetis singuli, ut tamen emineatis in singulis. Prudentia in te,

in matre iustitia,in uirgine fortitudo,in nupta temperãtia prædicat. Quid enim eo sapientius,q contempta mundi stultitia, Christum sequutus est, dei uirtutem & dei sapientiam? Quid matre iustius,quæ inter liberos opi bus distributis,docuit diuitias contemnendo, quid filĩ amare deberent? Quid Eustochio fortius,quæ nobilitatis portas, & arrogantiam generis cõsularis,uirginali proposito fregerit,& in urbe prima,primũ genus subiugauerit pudicitiæ? Quid Paulina tẽperantius,quæ legens illud Apostoli:Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatũ,nec sororis felicitatem,nec matris continentiã ausa appetere,maluit in humiliorib? tuta pergere,quã pendulo gradu in sublimioribꝰ fluctuare? Quanquã illa semel inito matrimonio,nihil aliud dieb? ac noctibus cogitauerit,nisi ut reddito fructu nuptiarum,secundũ castimoniæ gradum arriperet, & tanti dux fœmina facti,uirũ proposito suo iungeret,non relinquens salutis comitẽ, sed expectans. Dumq; crebris abortĩs,& experta fœcunditate conceptuũ, nõ desperat liberos,& socrus auiditatẽ,maritiq; tristiciã præponit imbecillitati suæ,passa est aliq̃d de Rachelis exemplo. Pro filio doloris, dexteræ uirum,desiderĩ sui peperit hæredẽ. Certisq; autoribus didici illam,non primæ sententiæ dei: crescite & multiplicamini,& replete terrã, nec officio coniugali seruire uoluisse: sed ad hoc optasse filios, ut Christo uirgines pareret. Legimus & uxorẽ sacerdotis Phinees audita captiuitate arcẽ domini,subito uteri dolore correptã, ædidisse filiũ Ichabod, & inter manus & officia fœminarũ,animam emisisse cũ prole. De prima, Beniamin,hoc est filius uirtutis ac dexteræ. De secunda inclytus sacerdos dei, ex arcẽ cognomine nasciẽ. Nobis post dormitionẽ somnũq; Paulinæ: Pammachiũ monachum Ecclesia peperit post humũ, & patris & coniugis nobilitate patriciũ,eleemosynis diuitẽ,humilitate sublimẽ. Apostolus scribit ad Corinthios:uidete fratres uocationẽ uestrã,q̃a non multi sapientes,non multi nobiles. Hoc nascentis Ecclesiæ rudimenta poscebant,ut granũ sinapis paulatim in arborẽ cresceret,ut sensim Euangelĩ fermentũ, totam Ecclesiæ massam altius eleuaret. Nostris tẽporibus Roma possidet,quod mundus ante nesciuit. Tunc rari sapientes,potentes,nobiles, Christiani: Nunc multi monachi sapientes,potẽtes,nobiles. Quibus cunctis Pammachius meus sapientior,potentior,nobilior:magnus in magnis,primus in primis, ὁ ἀρχιστρατηγὸς monachorũ. Tales Paulina morte sua nobis liberos dedit,quos uiuens concupierat possidere.

Lætare sterilis quæ non paris,erumpe & clama,quæ nõ parturis,q̃m quot Romæ sunt pauperes,tot filios repente genuisti. Ardentes gemmæ, Quibus ante collũ & facies ornabant, egentiũ uentres saturant. Vestes sericæ,& aurũ in fila lentescens,in mollia lanarũ uestimenta mutata sunt, Quibus repellat frigus, non quibus nudetur ambitio. Delitiarũ quondã supellectilẽ,uirtus insumit. Ille cęcus extendens manũ, & sæpe ubi nemo est,clamitans: hæres Paulinę,cohæres Pammachĩ est. Illũ truncum pedibus,& toto corpore se trahentẽ,teneræ puellę sustẽtat manus. Fores quę prius salutantiũ turbas uomebant,nunc a miseris obsidẽt. Alius tumenti aqualiculo mortẽ parturit: alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens unde roget,magis rogat,dum rogare non potest. Hic debilitatus a paruo,non sibi mendicat stipem. Ille putrefactus morbo regio,superuiuit cadaueri suo. Non mihi si linguę centũ sint,oraq; centum: Omnia pœna-

1 *Vide hic uestimentũ laneum & simplex esse conueniens Monachi indumentum.*

ſum percurrere nomina poſsim. Hoc exercitu comitatus incedit, in his Chriſtum conſouet, horum ſordibus dealbatur. Munerarius pauperũ, & egentium candidatus, ſic feſtinat ad cœlum.

Cæteri mariti ſuper tumulos coniugum ſpargunt uiolas, roſas, lilia, floresq́ purpureos: & dolorem pectoris, his officijs conſolantur. Pãmachius noſter ſanctã fauillam oſſaq́ ueneranda, eleemoſynę balſamis rigat. His pigmentis atq́ odoribus fouet cineres quieſcentes, ſciens ſcriptũ: ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatũ. Quantas uires habeat miſericordia, & qbus donanda ſit præmijs, beatus Cyprianus grandi uolumine executus, & Danielis conſiliũ probat: Qui regem impijſsimũ ſi ſe audire uoluiſſet, ſciret pauperum ſuſtentatione ſaluandũ. Gaudet huiuſcemodi filiæ mater hęrede. Non dolet opes ad alium peruenisse, quas cernit ijſdem. Quib⁹ ipſa uoluerat, erogari. Quin potius gratulat abſq́ labore ſuo, ſua uota compleri. Non. n. ſubſtantiæ diminutio, ſed oparij cõmutatio eſt.

2 *Rigat ſanctam famil lam oſſaq́ uenerãda eleemoſynæ balſamis.*

Vides quod eleemoſyna extinguit etiã mortuorum peccata.

VITA PAVLÆ NOBILISSIMÆ VIDVÆ ROmanę per D. Hieronymũ ad Euſtochiũ eius filiam conſcripta.

Thomo primo Epiſtolarum folio. 58.

S I Cuncta corporis mei mẽbra uerterent in linguas, & omnes artus humana uoce reſonarent, nihil dignũ ſanctę ac uenerabilis Paulę uirtutibus dicerẽ. Nobilis genere, ſed multo nobilior ſanctitate: potens quondam diuitijs, ſed nunc Chriſti paupertate inſignior. Gracchorũ ſtirps, ſobdes Scipionum, Pauli hæres, cuius uocabulũ trahit, Martiæ Papyriæ matris Africani uera & germana progenies, Romæ prætulit Bethlehem: & auro tecta fulgentia, informis luti utilitate mutauit. Non mœremus quod talem amiſimus: Sed gratias agimus, qđ habuimus, imo habem⁹. Deo enim uiuunt omnia: & quicquid reuertit ad dominũ, in familiæ numero computatur. Quanq́ amiſsio illius, cœleſtis domus habitatio ſit: quæ quandiu in corpore fuit, peregrinata eſt a dño, & uoce ſemper flebili querebatur, dicens: Heu mihi, qa peregrinatio mea prolungata eſt, habitaui cũ habitantibus Cedar, multũ peregrinata eſt anima mea. Nec mirũ ſi planxerit ſe uerſari in tenebris (hoc enim Cedar interpretat) cum mundus in maligno poſitus ſit: & ſicut tenebræ illius, ita & lumen eius, luxq́ in tenebris luceat, & tenebræ eam non cõprehenderũt. Vnde & illud crebrius inferebat: Aduena ſum & peregrina ſicut omnes patres mei. Et iterũ: Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Quoties aũt infirmitate corpuſculi (quam incredibili abſtinentia, & duplicatis contraxerat ieiunijs) uexabat, hoc in ore uoluebat: Subijcio corpus meum, & in ſeruitem redigo: ne alijs prædicans, ipſa reproba inueniar. Et: bonũ eſt uinũ non bibere, & carnem non manducare. Et: Humiliaui in ieiunio animã meam, & totũ lectum meũ uerſaſti in infirmitate mea, & uerſata ſum in miſeria, dum mihi configit ſpina. Atq́ inter doloris aculeos, quos mira patientia ſuſtinebat, quaſi apertos ſibi cœlos aſpiceret, loquebat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & uolabo, & requieſcam? Teſtor Ieſum & ſanctos eius, ipſumq́ propriũ angelum, qui cuſtos fuit & comes admirabiles fœminæ, me nihil in gratiam, nihil more blandientiũ loqui: Sed quicquid dicturus ſum, pro teſtimonio dicere: & minus eius eſſe meritis, quam totus orbis canit: ſacerdotes mi-

1 *Si habemus paullam cum ſit corpore mortua, ergo male ſancti a quibuſdã emortui nuncupãtur, qui deo ſpiritu uiuunt.*

2 *Ergo ieiuniũ & abſtinentia non eſt res ſuperſtitioſa, ut quidam modo nugãtur.*

rañ,uirginũ chori desiderant,monachorũ & pauperũ turbæ deplangũt. Vis lector eius breuiter scire uirtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirũ, de ꝓximis & familiola quã in utroq; sexu de seruis & ancillis in fratres sororesq; mutauerat,ista proferre:cũ Eustochiũ uirginem,& deuotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic cuditur,procul a nobili genere,sola fide & gratia diuitem reliquerit.

Carpamus igitur narrandi ordinem. Alĩ altius repetant, & a cunabulis eius,ipsisq;(ut ita dicam)crepundis matrẽ Blesillam, & Rogatũ proferant patrem:quorũ altera Scipionũ Grꝛccorumq; progenies est: alter per omnes ferre Græcias usq; hodie stẽmatibus & diuitijs, ac nobilitate Agamẽnonis fertur sanguinem trahere, qui decennali Troiam obsidione deleuit. Nos nihil laudabimus,nisi quod propriũ est,& de purissimo sanctæ mentis fonte proferẽ. Quanq; dominus atq; saluator in euangelio doceat Apostolos,scitãtes quid sibi redditurus sit, qui sua pro nomine eius dimiserunt,centuplũ in prꝛsentiarũ recepturos,& in futuro uitam ꝛternã. Ex quo intelligimus,nõ laudis esse possidere diuitias,sed pro Christo eas contẽnere:nõ tumere ad honores,sed pro dei fide eos paruipendere. Vere quod pollicitus est seruis suis & ancillis saluator, reddidit in præsenti. Nam quæ unius urbis contempsit gloriã,totius orbis opinione celebrat: quam Romæ habitantem,nullus extra Romam nouerat:latentẽ in Bethlehem,et Barbara et Romana terra mirat. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non ueniunt? Quis aũt in sanctis locis præter Paulam, quod plus inter homines miraret,inuenit? Hæc sicut inter multas gẽmas precio sissima gẽma micat,& iubar solis paruos igniculos stellarũ obruit et obscurat: ita cunctorũ uirtutes & potentias sua humilitate superauit, minimaq; fuit inter omnes,ut omniũ maior esset. Et quanto se plus deĩciebat, tanto magis a Christo subleuabat. Latebat,& non latebat. Fugiẽdo gloriam,gloriam merebat: quæ uirtutem quasi umbra sequit,& appetitores sui deserẽs, appetit contemptores. Sed quid ago, narrandi ordinem prætermittens? Dum in singulis teneor, non seruo præcepta dicendi.

3 *Qui sua pro nomine eius dimiserunt, nota uerbũ, dimiserũt, tu hæretice, qui nouam inuexisti ad hoc dictũ domini ex tuo capite conflctam expositionẽ,hanc intelligi debere sententiã de uiolenta bonorum desertione, quãdo ad eam adigit tyrãnus, non de uolũtaria quæ propria est Apostolorum Christi et eis similium. O super omnem impietatẽ excogitatum mẽdaciũm.*

Tali igitur stirpe generata:iuncta est uiro Toxotio, qui Æneæ & Iuliorũ altissimũ sanguicem trahit. Vnde etiam filia eius Christi uirgo Eustochiũ Iulia nuncupat,& ipse Iulius a magno demissum nomen Iulo. Et hæc dicimus,non quod habentibus grandia sint, sed quo contẽnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos, qui his pollent priuilegijs. Nos laudamus, qui pro saluatore ista despexerint: & mirũ in modũ quos habentes paruipendim9, si habere noluerint contẽnentes,prædicamus. His (inquam)orta maioribus,et fœcunditate ac pudicitia probata: primũ uiro,deinde propinquis,et totius urbis testimonio, cũ quinque liberos edidisset,Blesillam,super cuius morte eam Romæ consolatus sum. Paulinam,quæ sanctũ et admirabilem uirũ, et propositi et rerũ suarum Pãmachium reliquit hæredẽ: ad quẽ super obitu ei9 paruulũ libellũ ædidimus: Eustochiũ, quæ nunc in sanctis locis uirginitatis et ecclesiꝛ monile precio sum est:Ruffinam,quæ imaturo funere piũ matris animũ consternauit: Et Toxotiũ,post quẽ parere desijt, ut itelligeres eam nõ diu seruire uoluisse officio coniugali,sed mariti desiderio,qui marẽ optabat, liberos ædisse.

Postq; uir mortuus est,ita eum planxit, ut prope ipsa moreretur: ita se conuertit ad domini seruitutẽ,ut eius mortem uideret optasse. Quid ego

referam

referam, amplæ & nobilis domus, & quondam opulentissimæ, omnes pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimũ animum & bonitatem etiã in eos, quos nunc̃ uiderat euagantem? Quis inopum moriens, non illius uestimentis obuolutus est? Quis clinicorũ non eius facultatibus sustentatus est? Quos curiosissime tota urbe perquirẽs, damnũ putabat, si quisc̃ debilis & esuriens cibo sustentaret alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis hæreditatẽ, Christi misericordiã, dimittere loquebat. Nec diu potuit excelsi apud seculũ generis, & nobilissimæ familiæ uisitationes & frequentiam sustinere. Mærebat honore suo, & ora laudantiũ declinare ac fugere festinabat. Cunc̃ Orientis & Occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romã Imperiales literæ contraxissent, uidit admirabiles uiros, Christic̃ pontifices, Paulinũ Antiochenæ urbis episcopũ, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc constantia dicit, quorum Epiphanium etiam hospitẽ habuit: Paulinũ in aliena manentẽ domo, quasi proprium, humanitate possedit. Quorũ accensa uirtutibus, per momenta patriã deserere cogitabat. Non domus, non liberorũ, nõ familiæ, non possessionũ, non alicuius rei, quæ ad seculũ pertinet, memor: Sola (si dici potest) & incomitata, ad eremum Antoniorũ atc̃ Paulorũ pergere gestiebat. Tandemc̃ exacta hyeme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, & ipsa uoto cũ eis ac desiderio nauigauit. Quid ultra differo? Descendit ad portũ, fratre, cognatis, affinibus: & (qđ his maius est) liberis prosequentibus, & clementissimã matrem pietate uincere cupientibus. Iam carbasa tendebant̃, & remorũ ductu nauis in altũ protrahebatur, Paruus Toxotius supplices man9 tendebat in littore; Ruffina iam nubilis, ut suas expectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat. Et tamen illa siccos tendebat ad cœlũ oculos, pietatem in filios, pietate in deum superans. Nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam. Torquebant̃ uiscera, & quasi a suis mẽbris distraheret̃, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, quod magnam uinceret charitatẽ. Inter hostiũ manus & captiui tatis duram necessitatẽ nihil crudelius est, quam parentes a liberis separari. Hoc cõtra iura naturæ plena fides patiebat, imo gaudens animus appetebat: & amorem filiorũ maiore in deum amore contẽnens, in sola Eustochio, quæ & propositi & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim nauis mare, & cunctis qui cũ ea uehebant̃ littora respicientib9, ipsa auersos tenebat oculos, ne uideret quos sine tormẽto uidere non poterat. Fateor, nulla sic amauit filios q̃bus antec̃ p̃ficisceret̃ cũcta largita est: exhęredans se in terra, ut hæreditatem inueniret in cœlo.

Delata ad insulã Pontiam, quã clarissimę quondam fœminarũ sub Domitiano principe pro confessione nominis Christiani, Flauiæ Domicillæ nobilitauit exiliũ: uidẽsc̃ cellulas in quibus illa longũ martyriũ duxerat, sumptis fidei alis, Hierosolymam & sancta loca uidere cupiebat. Tardi erant uenti, & omnis pigra uelocitas. Inter Scyllã & Charybdim Adriatico se credẽs pelago, quasi p stagnũ uenit Methonẽ, ibic̃ refocillato paululum corpusculo: Et sale tabentes artus in littore ponens, Per Maleam, & Cytherã sparsasc̃ per æquor Cycladas, & crebris freta concita terris: Post Rhodũ & Lyciam, tandem uidit Cyprũ: ubi sancti & uenerabilis Epiphanij pedib9 ꝓuoluta, decẽ ab eo dieb9 retenta est: non in refectio

nem,ut ille arbitrabat̃,sed in opus dei,ut re comprobatũ est.Nam omnia illius regionis lustrans monasteria,prout potuit,refrigeria sumptuũ fratribus dereliquit,quos amor sancti uiri de toto illuc orbe conduxerat.Inde breui cursu transfratauit Seleuciã,de qua ascendens Antiochiã,sancti confessoris Paulini modicũ charitate detenta,media hyeme,calẽte ardore fidei,fœmina nobilis,quæ prius eunuchorũ manibus portabat̃,asello sedens profecta est.Omitto Cœles Syriæ & Phœnices inter (neq; enim hodœporicon eius disposui scribere) ea tantum loca nominabo,quæ sacris uoluminibus continentur.

Beryto Romana colonia,et antiqua urbe Sidone derelicta,in Sareptę littore Heliæ est ingressa turriculã:in qua adorato domino saluatore:per arenas Tyri,in quibus genua Paulus fixit peruenit ad coth,quæ nũc Ptolemais dicit̃:& per cãpos Mageddo,Iosiæ necis conscios,intrauit terram Philistĩm.Mirata ruinas dor,urbis quondam potentissimæ:& uersa uice Stratonis turrim ab Herode rege Iudææ in honorẽ Cæsaris Augusti Cæsareã nũcupatã,in qua Cornelĩ domũ,Christi uidit Ecclesiã,& Philippi ædiculas,& cubicula quatuor uirginũ prophetarũ. Deinde Antipatrida semirutũ oppidulũ,quod de patris nomine Herodes uocauerat:& Lyddã uersam in Diospolim,Doreadis atq; Aeneæ resurrectione ac sanitate inclytã.Haud procul ab ea Arimathiã uiculũ Ioseph,q dominũ sepeliuit: & Nobe urbẽ quondã sacerdotũ,nunc tumulũ occisorũ.. Ioppen quoq; fugientis portũ Ionæ:& (ut aliqd perstringã de fabulis poetarũ)religatæ ad saxũ Andromades spectatricẽ.Repetitoq; itinere Nicopolim,quæ prius Emaus uocabat̃,apud quã in fractiõe panis cognitus domin9,Cleophæ domũ in Ecclesiã dedicauit.Atque inde proficiscẽs,ascẽdit Bethorũ inferiorũ & superiorẽ,urbes a Salomone conditas,sed uaria postea bellorũ tẽpestate deletas:ad dexterã aspiciens Haialon & Gabaon,ubi Iesus filius Naue contra quinq; reges dimicans,soli imperauit & lunæ:& Gabaonitas ob dolos & insidias fœderis impetrati,in aquarios lignariosq; dãnauit.In Gabaon urbe usq; ad solũ diruta,paululum substitit,recordata peccati eius,& concubinæ in frusta diuisæ,& tribus Beniamin trecentos uiros propter Paulum apostolum reseruatos.

Quid diu moror?Ad leuã mausoleo Helenæ derelicto,quæ Adiabenorũ regina in fame populum frumento iuuerat,ingressa est Hierosolymã urbẽ trinominẽ,Iebus,Salẽ,Hierusalẽ,quæ ab Helio postea Hadriano,de ruinis,& cineribus ciuitatis in Heliam suscitata est.Cũq; proconsul Palestinæ,qui familiã eius optime nouerat,præmissis apparitorib9 iussisset parari prætorũ,elegit humilẽ cellulã:Et cũcta loca tanto ardore ac studio circũiuit,ut nisi ad reliqua festinaret,a primis non posset abduci.Prostrataq; ante crucẽ,quasi pendentem dñm cerneret,adorabat.Ingressa sepulchrũ,resurrectionis obsculabat̃ lapidẽ,quẽ ab ostio monumenti amouerat angelus.Et ipsum corporis locũ in quo dominus iacuerat,quasi sitiẽs desideratas aquas,fideli ore lambebat.Quid ibi lachrymarũ,quantũ gemitũ,qd doloris effuderit,testis est cũcta Hierosolyma:testis est ipse dominus,quẽ rogabat.Vnde egrediens ascendit Sion,quæ in arcẽ uel spelunca uertit̃.Hanc urbẽ quondã expugnauit & reædificauit Dauid.De expugnata scribit̃:Vę tibi ciuitas Ariel,id est,leo dei:& quõdã fortissima,quã expugnauit Dauid.De ea quæ edificata est,dictũ est;Fundamenta eius in

montibus sanctis: diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillã & cinerẽ dissolutas: sed portas, quib⁹ non prævalet infernus, & p quas credentiũ ad Christum ingredit multitudo. Ostendebat illi columna Ecclesiæ porticũ sustinens, infecta cruore domini, ad quã uinctus dicit & flagellatus. Monstrabat locus, ubi super centũ uiginti credentiũ animas spiritus sanctus descẽdisset, ut Iohelis uaticiniũ cõpleret. Deinde facultatula sua pauperib⁹ atq; conseruis distributa, perrexit ad Bethlehem, & in dextera parte itineris stetit ad sepulchrũ Rachel, in quo mater Beniamin, non ut uocauerat moriens, Benoni, hoc est, filius doloris mei: Sed ut pater prophetizauit in spiritu, filiũ dexteræ procreauit. Atq; inde Bethlehem ingressa, & in specum Saluatoris introiens: postq; uidit sacrũ uirginis diuersoriũ, & stabulum in quo agnouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe domini sui: ut illud impleret, quod in eodẽ propheta scriptũ est: Beatus qui seminat super aquas, ubi bos & asinus calcant: me audiẽte iubilabat, cernere se oculis fidei infantem pannis inuolutũ: uagientem in præsepi dñm. Magos adorantes, stellam fulgentẽ desuper, matrem uirginẽ, nutriciũ sedulum, pastores nocteuenientes, ut uiderent uerbũ quod factum erat: & iã tunc euangelistæ Ioannis principiũ dedicarent: In principio erat uerbũ & uerbũ caro factũ est: Paruulos interfectos, Herodem fœuientem, Ioseph & mariã fugientes in Ægyptum, Mixtisq; gaudio lachrymis, loquebatur.

Salue Bethlehem domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cœlo descẽdit. Salue Ephrata regio uberima, atq; καρποφόρε, cuius fertilitas deus est. De te quondã Michæas uaticinatus est: Et tu Bethlehem dom⁹ Ephrata, non minima es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israel: & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Propterea dabis eos usq; ad tempus parientis. Pariet, & reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Israel. In te enim natus est princeps, qui ante luciferũ genitus est: cuius de patre natiuitas, omnẽ excedit ætatem. Et tamdiu in te Dauidici generis origo permansit, donec uirgo pareret, & reliquiæ populi credẽtis in Christũ, conuerterentur ad filios Israel, & libere prædicarent: Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei: sed qm̃ repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Dixerat n. deus: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Et eo tẽpore Iacob super eo uerba completa sunt: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius: donec ueniat, cui repositũ est, & ipse erit expectatio gentiũ. Bene Dauid iurabat, bene uota faciebat, dicens: Si introiero in tabernaculũ dom⁹ meæ, si ascendero in lectũ strati mei: si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitionẽ, & requiem temporibus meis, donec inueniã locum domino, tabernaculũ deo Iacob: & statim qd desideraret exposuit, atq; oculis prophetalibus, quẽ nos uenisse iam credimus, ille uenturũ esse cernebat. Ecce audiuimus eũ in Ephrata, inuenimus eũ in campis syluæ. Vau quippe sermo Hebraicus, ut te docente didici, non Mariam matrẽ domini, hoc est, αὐτὴν sed ipsum, id est, αὐτὸν significat. Vnde loquitur confidenter: Introibimus in tabernaculũ eius, adorabimus in loco ubi steterũt pedes eius. Et ego misera atq; peccatrix, digna sum iudicata deosculari præsepe, in quo dominus paruulus uagiit? Orare in spelunca, in qua uirgo puerpera dñm fudit infantẽ? Hæc requies mea, quia domini mei patria est.

Hic habitabo,qm̃ saluator elegit eam. Parauí lucernam Christo meo. Anima mea illi uiuet,& semen meum seruiet ipsi.

Haud procul inde descendit ad turrim Ader,id est,gregis:iuxta quam Iacob pauit greges suos, & pastores nocte uigilantes audire meruerunt. Gloria in excelsis deo,& super terram pax hominibus bonæ uoluntatis, Dumq; seruant oues, inuenerunt agnũ dei puro & mundissimo uellere, quod in ariditate totius terræ cœlesti rore completũ est:& cuius sanguis tulit peccata mundi,& exterminatorẽ Ægypti, litus in postibus fugauit. Statimq; concito gradu,cœpit per uiã ueterẽ pergere,quæ ducit Gazam ad potentiã uel ad diuitias dei,& tacita secũ uoluere,quomodo eunuch⁹ Æthiops gentiũ populos præfigurans, mutauerit pellẽ suam:& dũ uet⁹ relegit instrumentum,fontẽ reperit Euangelĩ. Atq; inde ad dexterã transit. Abethsur uenit Escol,quæ in botrũ uertitur. Vnde in testim oniũ terræ fertilissimę,& in typũ eius qui dicit: Torcular calcaui solus,& de gentib⁹ non est uir mecũ: exploratores botrũ miræ magnitudinis portauerunt. Nec post longũ spatiũ intrauit Saræ cellulas, uidens incunabula Isaac,& uestigia quercus Abrahã,sub qua uidit diem Christi,& lætatus est. Atq; inde consurgens,ascendit Chebron:hęc est Cariath arbe, ideſt, oppidum uirorũ quatuor, Abraham,Isaac,Iacob,& Adam magni,quẽ ibi conditũ, iuxta librũ Iesu Naue Hæbrei autumant:licet plericq; Caleb quartum putent,cuius ex latere memoria monstrat. His inspectis, noluit pergere ad Cariathsephor,id est,uiculũ literarum: quia contemnens occidentẽ literam,repererat spiritum uiuificantẽ. Magisq; mirabatur superiores & inferiores aquas quas Othoniel filius Iephone, Zenez pro australi terra & arida possessione susceperat:& aquarum ductu, siccos prioris instrumenti agros faciebat irriguos:ut redemptionẽ ueterũ peccatorum,in aquis baptismi reperiret Altera die,orto iam sole, stetit in supercilio Caphar Barucha,id est,uillæ benedictionis:quem ad locũ Abraham dñm prosequutus est. Vnde latam despiciens solitudinem,ac terram quondam Sodomę & Gomorræ,Adamæ,& Seboim, contemplata est balsami uineas in Engaddi,& Segor uitulam conternantẽ,quę prius Bala uocabat:& in Zoaram,id est,paruulam,Syro sermone translata est. Recordabat speluncæ Lot,& uersa in lachrymas, uirgines socias admonebat, cauendũ esse uinum,in quo est luxuria,cuius opus Moabitę sunt & Ammonitę.

Diu hęreo in meridie, ubi sponsa cubantẽ reperit sponsum,& Ioseph inebriatus est cũ fratribus suis. Reuertar Hierosolymã,& per Thecuam atq; Amos rutilantem montis Oliueti crucem aspiciam, de quo saluator ascendit ad patrem. In quo per annos singulos uacca ruffa in holocaustũ domino cremabat,& cuius cinis expiabat populũ Israel:in quo iuxta Ezechielem Cherubim de templo transmigrantes,ecclesiam domini fundauerunt. Post ingressa sepulchrũ Lazari,Marię, & Marthę uidit hospicium,& Bethphagę uillam sacerdotaliũ maxillarũ:& locum in quo pullus lasciuiens gentium, dei frena susceperit:apostolorumq; stratus uestib⁹, mollia terga prębuit ad sedendũ. Rectoq; itinere descendebat Hiericho, recogitans illũ de euangelio uulneratũ,ac sacerdotibus & leuitis, mentis feritate prętereũtibus,Clementiam Samaritę, id est, custodis:qui seminecem suo iumento impositũ, ad stabulum Ecclesię deportauit. Et locum Adomim, quod interpretat sanguinũ, quia multus in eo sanguis crebris

latronum

latronum fundebatur incursibus. Et arborem sycomorũ Zachæi, id est, bona pœnitentiæ opera, quibus cruenta dudum & noxia rapinis, peccata calcabat: excelsumq; dñm de excelso uirtutum intuebaẽ. Et iuxta uiã cæcorũ loca, qui receptis luminibus utriusq; populi credentis, in dominũ sacramenta præmiserant. Ingressa Hiericho, uidit urbem quam fundauit Hazel in Abiram primogenito suo, & cuius portas posuit in Segub nouissimo filiorũ. Intuita est castra Galgalæ, & aceruũ præputiorum, & secundæ circuncisionis mysteriũ: & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alueo, duodecim apostolorũ fundamenta firmauerant: & fontẽ quondam legis amarissimũ & sterilem, quẽ uerus Helisæus sua condiuit sapientia, & in dulcorẽ ubertatemq; conuertit. Vix nox transierat, feruentissimo æstu uenit ad Iordanẽ. Stetit in ripa fluminis, & orto sole, solis iustitiæ recordata est, quomodo in medio amnis alueo sicca sacerdotes posuerint uestigia; & ad Heliæ & Helisæi imperiũ, stantibus ex utraq; parte aquis, iter unda præbuerit: pollutasq; diluuio aquas, & totius humani generis interfectione maculatas, suo dominus mundauerit baptismate.

Longum est si uelim de ualle Achor dicere, id est, tumultus atq; turbarum, in qua furtũ & auaricia condemnata est: & de Bethel domo dei, in qua super nudam humũ, nudus & pauper dormiuit Iacob: & posito subter caput lapide, qui in Zacharia septẽ oculos habere describitur: & in Esaia lapis dicit angularis: uidit scalã usq; ad cœlũ tendentem, in qua dominus desuper innitebatur, ascendentibus porrigens manũ, & negligẽtes de sublimi præcipitans. Sepulchra quoq; in monte Ephraim Iesu filij Naue, & Eleazari filij Aaron sacerdotis, e regione uenerata est: quorũ alter conditus est in Tannathsare a septentrionali parte montis Gaas: alter in Gabaa filij sui Phinees: satisq; mirata est, q; distributor possessionũ sibi montana & aspera delegisset. Quid narrem silo, in qua altare dirutũ hodieq; monstratur, & raptũ sabinarum a Romulo, tribus Beniamitica præcucurrit. Transiuit Sichem, non ut plerisq; errantes legunt Sichar, quæ nũc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim extructã circa puteum Iacob intrauit Ecclesiam: super quo residens dominus, sitiensq;, & esuriens, Samaritanæ fide satiatus est quæ quinq; Mosaicorũ uoluminum uiris, sextoq;, quẽ se habere iactabat, errore Dosithei derelicto, uerũ Messiam, et uerũ reperit Saluatorem. Atq; inde diuertens, uidit duodecim patriarcharum sepulchra: & sebasten, id est, Samariã: quæ in honorẽ Augusti ab Herode Græco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt Helisæus & Abdias prophetæ: & (quo magis inter natos mulierũ non fuit) Ioannes Baptista. Vbi multis intremuit consternata mirabilibus: nanq; cernebat uarijs dæmones rugire cruciatib⁹, & ante sepulchra sanctorũ ululare homines more luporũ, uocibus latrare canũ, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorũ. Alios rotare caput, & post tergũ terram uertice tangere: suspensisq; pede fœminis, uestes defluere in faciẽ. Miserebaẽ omniũ, & per singulos effusis lachrymis, Christi clementiã deprecabaẽ. Et sicut erat inualida, ascendit pedibus montẽ: in cuius duabus spelũcis, persequutionis & famis tẽpore, Abdias propheta centũ prophetas aluit pane, & aqua. Inde cito itinere percucurrit Nazareth nutriculã domini, Chanaan & Capharnaũ, signorum eius familiares. Lacũ Tyberiadis, nauigante domino sanctificatũ: & solitudinem, in qua multa populorũ milia pau-

4

Si tot mirabilia fiunt ante sepulchra sanctorum, et Dæmones uarijs cruciatibus ululant, tantusq; fit illuc populorum et languentium hominum concursus, ergo falsa nostrorum hæreticorum doctrina, sanctos nil posse post mortẽ.

superstitionē esse ad eorū sepulchra peregrinari, abusum magnum credere deum citius exaudire apud ossa martyrum quā alibi, malam consuetudinem apud emortuos auxilium quærere, nuocare sanctos esse blasphemiam.

cis saturata sunt panib⁹ & de reliquijs uescentiū repleti sunt cophini duo decim tribuū Israel. Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus est dominus. Aspiciebat procul montes Hermon & Hermoniū, & campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara & omnis exercitus eius, Barach uincente, prostratus est. Torrens Cison, qui mediam planitiē diuidebat, & oppidum iuxta Naim, in quo uiduæ suscitatus est filius, monstrabatur. Dies me prius quam sermo deficiet, si uoluero cuncta percurrere, quę Paula uenerabilis fide incredibili peruagata est.

Transibo ad Aegyptū, & in Sochoth atq; apud fontē Sampson, quē de molari maxillæ dente produxit, subsistam parūper: & arentia ora colluā, ut refocillatus uideā Morasthim, sepulchrū quondā Micheæ prophetæ, nunc Ecclesiā. Et ex latere derelinquā Chorreos, & Getheos, Maresa, Idumæā, & Lachis: & per arenas mollissimas pergentiū uestigia subtrahentes, latamq; eremi uastitatē, ueniā ad Aegypti fluuiū Sior, qui interpretatur turbidus: & quinq; Ægypti transeā ciuitates, quæ loquunt̄ lingua Chananitide, & terrā Gessen, & campos Taneos, in qbus fecit deus mirabilia. Et urbē No, quæ postea uersa est in Alexandriam: & oppidū domini Nitriam, in quo purissimo uirtutū nitro sordes lauant̄ quotidie plurimorum. Quod cū uidissem, occurrēte sibi sancto ac uenerabili episcopo Isidoro confessore, & turbis innumerabilib⁹ monachorū, ex quib⁹ multos sacerdotalis & leuiticus sublimabat gradus: lætabat̄ quidē ad glorīā domini, sed se indignā tanto honore fatebat̄. Quid ego narrē Macarios, Arsenias, Serapionas, & reliqua colūnarum Christi nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorū pedibus non aduoluta est? Per singulos sanctos Christū se uidere credebat: & quicqd in illos contulerat, in dominū contulisse lætabat̄. Mirus ardor, & uix in fœmina credibilis fortitudo. Oblita sexus & fragilitatis corporeæ, inter tot milia monachorū cū puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan cunctis eā suscipientib⁹ impetrasset ni maius sanctorū locorū retraxisset desideriū. Atq; propter feruentissimos æstus de Pelusio Maiomā nauigatione perueniens, tanta uelocitate reuersa est, ut autem putares. Nec multo post in sancta Bethlehem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitiolo, donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta uiam conderet mansiones, in qua Maria & Ioseph hospicium non inuenerant.

5

Ecce quō laudat D. Hiero. Monachos, & nostri tēporis subuersores, eos reprehendunt, ac de terra uiuentium tollere omnino affectant.

6

Legisti prolixam sanctæ fœminæ peregrinationem, quo multo igitur, quoue colore hæc a neotericis hæreticis damnari potest?

Hucusq; iter eius descriptū sit, quod multis uirginibus & filia comite peragrauit. Nūc uirtus latius describat̄, quæ ipsius propria est, & in qua exponenda, deo iudice ac teste, profiteor me nihil addere, nihil in maius attollere more laudantiū: sed ne rerū excedā finē, multa detrahere: & ne apud detractores & genuino me semp dentes rodentes fingere puter, & cornicē Aesopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Christianorū uirtus est, tanta se humilitate deiecit, ut qui eam non uidisset, & pro celebritate nominis uidere gestisset, ipsam esse non crederet, sed ancillularū ultimam. Et cū frequentibus choris uirginū cingerē, & ueste & uoce & habitu & incessu minima omnium erat: nunq; post uiri mortē usq; ad diem dormitionis suæ cū ullo comedit uiro, quāuis eum sanctū, & in pontificali sciret culmine constitutū. Balneas, nisi periclitans, non adijt. Mollia, etiā in grauissima febre, lecturi strata non habuit, sed super durissimā humū, stratis ciliciolis quiescebat, si tamen illa quies dicēda est, quæ iugibus pe-

ne orationibus dies nocteſq; iungebat: illud implens de pſalterio: Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. In qua fontes crederes lachrymarũ, ita leuia peccata plangebat, ut illã grauiſsimorũ criminũ crederes reã. Cũq; a nobis crebrius moneretur, ut parceret oculis, & eos ſeruaret euangelicæ lectioni, aiebat: Turpãda eſt facies, quã contra dei præceptũ purpuriſſo & ceruſſa & ſtibio ſæpe depinxi. Affligendũ corpus, quod multis uocauit delitijs. Longus riſus, perpeti compenſandus eſt fletu. Mollia linteamina & ſerica precioſiſsima, aſperitate cilicij cõmutanda. Quæ uiro & ſeculo placui, nunc xpõ placere deſidero.

Si inter tales tantaſq; uirtutes caſtitatẽ in illa uoluero prædicare, ſuperfluas uidear: in qua etiam cũ ſecularis eſſet, omniũ Romæ matronarũ exẽplum fuit: quæ ita ſe geſsit, ut nunquã de illa etiã maledicorũ quicquã auderet fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non appetebat potentes: nec tamen ſuperbos & gloriolã quærentes, faſtidio deſpiciebat. Si pauperẽ uidebat, ſuſtentabat: Si diuitẽ, ad benefaciendũ hortabatur. Liberalitas ſola excedebat modum. Et uſuras tribuens, uerſurã quoq; ſæpius faciebat, ut nulli ſtipem rogantiũ denegaret. Fateor errorẽ meũ: Cum in largiendo eſſet profuſior, arguebam: illud proferens de Apoſtolo: Nõ ut alijs ſit refrigeriũ, uobis aũt tribulatio: ſed ex æqualitate in hoc tempore, ut ueſtra abundantia ſit ad illorũ inopiã, et illorũ abũdantia ſit ad ueſtram inopiam. Et hoc de euangelio ſaluatoris: Qui habet duas tunicas, det alterã non habenti. Et prouidendum eſſe, ne quod libenter faceret, ſemper facere non poſſet: multaq; huiuſcemodi, q̃ illa mira uerecũdia, & ſermone parciſsimo diſſoluebat: teſtẽ inuocãs deũ, ſe pro illius nomine cuncta facere: & hoc habere uoti, ut mendicans ipſa moreretur: ut unũ nummum filiæ non dimitteret, & in funere ſuo aliena ſindone inuolueret. Ad extremum inferebat: Ego ſi petiero, multos inueniã qui mihi tribuant: iſte mendicans ſi a me non acceperit, quæ ei poſſum ẽt de alieno tribuere, & mortuus fuerit, a quo eius anima requiret? Ego cautior in re familiari eſſe cupiebam, ſed illa ardentior fide, toto ſaluatori animo iungebatur: & pauperẽ dominũ, pauper ſpiritu ſequebatur, reddens ei qd̃ acceperat, pauper pro ipſo effecta. Denicq; cõſequuta eſt quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit, quod hucuſque debens non ſuis uiribus, ſed Chriſti ſe confidit miſericordia reddituram.

Solent pleræq; matronarũ buccinatoribus ſuis dona cõferre, & in paucos largitate profuſa, manũ a cæteris retrahere: quo illa omnino carebat uitio. Ita enim ſingulis ſuam pecuniam diuidebat, ut ſingulis neceſſarium erat, non ad luxuriã, ſed ad neceſsitatẽ. Nemo ab ea pauperum uacuus reuerſus eſt. Quod obtinebat, non diuitiarũ magnitudine, ſed prudentia diſpenſandi: Illud ſemper replicans: Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiam conſequent̃. Et: Sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Et: facite uobis amicos de iniquo mãmona, qui uos recipiant in æterna tabernacula. Et: Date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt uobis. Et uerba Danielis, regem Nabuchodonoſor monentis, ut eleemoſynis redimeret peccata ſua. Nolebat in his lapidib⁹ pecuniam effundere, qui cũ terra & ſeculo tranſituri ſunt: ſed in uiuis lapidibus, qui uoluuntur ſuper terram, de quibus in Apocalypſi Ioannis, ciuitas magni regis extruitur: quos in ſaphirum & ſmaragdum & lapidẽ, & cæteras gẽmas eſſe uer

7 *Si dominus Ieſus xp̃s ſatisfecit pro ea, & proinde operum noſtrorum ſatisfactiones non neceſſariæ ſunt & inutiles, ut blaterãt peſtiferi noſtri nouatores, igitur damnanda Paula nõ prædicanda, quæ hoc modo pro peccatis ſe affligebat. O impoſturam.*

tendos, scriptura cõmemorat. Verũ hæc possunt esse cõmunia cũ paucis: & scit diabolus, non in summo uirtutũ culmine posita. Vnde loquitur ad dominum, post amissam Iob substantiam, post euersam domũ, post liberos interfectos, coriũ pro corio, & omnia quæ habuerit homo, dabit pro anima sua. Sed extende manum tuam, & tange ossa eius & carnes, nisi in faciem benedixerit tibi. Scimus plerosq; dedisse eleemosynã, sed de proprio corpore nihil dedisse: porrexisse egentibus manũ, sed carnis uoluptate superatos: dealbasse ea quæ foris erant, & intus plenos fuisse ossibus

8 mortuorũ. At non Paula talis: quæ tantæ continentiæ fuit, ut prope mensuram excederet, & debilitatem corporis nimijs ieunijs ac labore contraheret. Quæ, exceptis diebus festis, uix oleũ, in cibo caperet: ut ex hoc uno æstimetur, quid de uino & liquamine, & piscibus, & melle, & ouis, & reliquis quæ gustui suauia sunt, iudicarit. In quibus sumendis quidã se abstinentissimos putant: & si his uentrẽ ingurgitauerint, tutã pudicitiam suspicantur. Semper quidẽ uirtutes sequit inuidia, feriuntq; summos fulgura montes. Nec mirũ si hoc de hominibus loquar, cũ etiam dominus noster pharisæorũ zelo sit crucifixus, & omnes sancti æmulos habuerint: in paradiso quoq; serpens fuerit, cuius inuidia mors introiuit in orbẽ terrarum. Suscitauerat ei dominus Adad Idumæũ, qui eam colaphizaret, ne se extolleret: & quasi quodã stimulo carnis sępius admonebat, ne magnitudo uirtutũ altius raperet, & aliarũ uitijs fœminarũ, se in excelso crederet constitutam. Ego aiebam, liuori esse cedendũ, & dandũ insanię locum: quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo inimicorum Saul: quorũ alter in Mesopotamiã fugerit, alter se Allophylis tradiderit, malens hostibus quã inuidis subiacere. At illa respondebat: Iuste hæc dicere, si diabolus contra seruos dei, & ancillas, non ubiq; pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet: si non sanctorũ locorũ amore retinerer, & Bethlehem meam in alia reperire possem parte terrarũ. Cur.n. non patientia liuorem superem? Cur non humilitate frangã superbiam, & percutienti maxillã offerã alteram? Dicente apostolo Paulo: uincite in bono malũ. Nonne apostoli gloriabant, quando pro domino sunt passi contumeliam? Nonne ipse Saluator humiliauit se, formam serui accipiens, & factus est obediens patri usq; ad mortem, & mortẽ crucis, ut nos sua passione saluaret? Iob nisi certasset, & uicisset in prælio, non accepisset coronam iustitiæ, nec audisset a domino: Putas me aliter loquutũ tibi, quam ut appareres iustus? Beati dicuntur in euangelio, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Secura sit conscientia, quod non propter pecca ta patiamur: & afflictio in seculo, materia præmiorum est.

Vide hic ieiunia & ciborum delectũ, contra præsentis temporis hæreticos.

Si quando procacior fuisset inimicus, & usq; ad uerborũ iurgia prosiliisset, illud psalterij decantabat: Cum consisteret aduersum me peccator, obmutui & silui a bonis. Et rursus: Ego autẽ quasi surdus non audiebam, & quasi mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes. In tentationibus, Deuteronomij uerba uoluebat: Tentat uos dñs deus uester, ut sciat si diligatis dominum deũ uestrum de toto corde uestro, & de tota anima uestra. In tribulationibus & angustijs, Esaiæ replicabat eloquia: Qui ablactati estis a lacte, qui abstracti ab ubere, tribulationem super tribulationẽ expectate, spem super spem, adhuc pusillũ propter malitiam labiorũ, propter linguã

malignam.

malignam. Et scripturæ testimoniũ in consolationem suã ediſſerebat: Ablactatorum esse, eorũ scilicet, qui ad uirilẽ ętatem peruenissent, tribulationem super tribulationẽ sustinere, ut spem super spem mereanť accipere. Scientes qm̃ tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationẽ, probatio uero spem, spes autẽ non confundit. Et, quod si is qui foris est homo noster corrumpať, ille qui intus est innouetur: & in prę̃sentiarũ leue & momentaneũ tribulationis uestræ, ętern̄ę gloriæ pondus operať in uobis: non aspicientibus quæ uidenť, sed quæ non uidenť. Quæ enim uidenť, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Nec longũ fore tẽpus, etiam si humanæ impatientiæ tardũ uideatur, quin dei statim uideať auxilium, dicentis: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxilia tus sum tibi. Nec dolosa labia & linguas iniquorũ esse metuendas, cũ domino adiutore lætemur, & ipsum debeamus audire per prophetam monentem: Nolite timere opprobria hominũ, & blasphemias eorũ ne metuerit̃s. Sicut enim uestimentũ, sic comedit eos uermis: & sicut lanam, sic deuorauit eos tinea. Et: Per patientiam uestram possidebitis animas uestras. Et: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabiť in nobis. Et alibi: Tribulationem super tribulationẽ sustinete, ut patienter agamus in omnibus quæ acciduntnobis. Patiens enim uir multũ prudens. Qui aũt pusillanimis est, uehementer insipiens. In languoribus & crebra infirmitate dicebat: Qn̄ infirma sum, tunc fortis sum. Et: Habemus thesaurũ istum in uasis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem, & corruptiuũ hoc uestiať incorruptione. Et iterum: sicut superabundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundauit & consolatio. Ac deinde: ut socij passionũ estis, sic eritis & cõsolationis. In mœrore cantabat: Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in deo, qm̃ adhuc confitebor illi, salutare uultus mei, & deus meus. In periculis loquebatur: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequať me. Et iterũ: Qui uult animam suam saluã facere, perdet eã. Et: Qui perdiderit animã suã propter me, saluam eam faciet. Qn̄ dispendia rei familiaris & euersio totius patrimonij nuntiabať, aiebat: Quid.n. prodest homini si totũ mundũ lucrifecerit, & aiæ suę dãnũ habuerit? aut quã dabit homo cõmutationẽ pro aia sua? Et: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & redeã. Sicut dño placuit, ita factũ est. Sit nomẽ dñi benedictũ. Et illud: Nolite diligere mũdũ, neq; ea quæ sunt in mundo. Qm̃ omne quod in mundo est, desiderium carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitæ huius: quæ non est ex patre, sed ex mundo. Et mundus transit & concupiscentia eius. Scio enim scriptas infirmitates grauissimas liberorũ, & maxime Toxotij sui, quem diligebat plurimũ. Cumq; illud uirtute complesset, turbata sum, & non sum loquuta, in hæc uerba prorupit: Qui amat filium aut filiam plus quã me, non est me dignus. Et orans ad dominum, loquebatur: Possideo dñe filios mortificatorum, qui pro te quotidie mortificant corpora sua.

Noui susuronem quendã (quod genus hominũ uel pernicioſissimũ est) quasi beneuolũ nunciasse, qđ pro nimio, feruore uirtutũ quibusdam uideretur insana, & cerebrũ illius dicerẽt confouendũ. Cui illa respõdit: Theatrum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Et: Nos stulti propter Christũ, sed stultum dei sapientius est hominibus. Vnde & saluator loqui

tur ad patrem: Tu scis insipientiam meã. Et iterũ: Tanquam prodigiũ factus sum multis & tu adiutor fortis: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecũ. Quem in euangelio & propinqui quasi mentis impotẽ ligare cupiebant, & aduersarij fugillabant, dicentes: Dæmoniũ habet, & Samaritanus est. Et: In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Sed nos audiamus Apostolũ cohortantem: Hæc est gloria nostra, testimoniũ cõscientiæ nostræ: qm̃ in sanctitate & synceritate, & in gratia dei conuersati sumus in mundo. Et dominum dicentem ad Apostolos: ideo mundus odit uos, quoniã non estis de mundo. Si enim essetis de mundo, amaret utiq; mundus quod suũ erat. Et ad ipsum dominũ uerba uertebat: Tu nosti cordis abscondita, & hæc omnia uenerunt super nos, nec sum⁹ obliti tui, neq; inique egimus in testamẽto tuo, nec auersum est retrorsum cor nostrũ. Et: Propter te mortificati sum⁹ tota die: reputati sum⁹ ut oues occisionis. Sed dominus auxiliator meus, nõ timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili honora dominũ, et confortaberis, & extra dñm nullũ timueris. His & talibus testimonijs, quasi armatura dei, & aduersus omnia quidẽ uitia, sed præcipue instruebat se contra inuidiam sæuientẽ: & patiẽdo iniurias, furorẽ rabidi pectoris mitigabat. Denicq; usque ad diẽ mortis, & huius patientia, & aliorũ zelus omnib⁹ patuit: qui suum rodit autorem, & dum æmulum lædere nitit̃, in semetipsum proprio furore bacchat̃.

9

Obsecro Christiane lector, ut diligenter consideres totum hũc locum in quo de institutis monasteriorum Paulæ agitur, ut demum luce clarius p̃sentis hæresis mẽdacia cognoscere et euitare possis, quæ dicit, Ceremonias omnes q̃ in uictu uestitu q; & aliis obseruantijs monachorum & monialium modo exhibentur, nenias, res ridiculas, & recenter confictas esse.

Dicam & de ordine monasterij, quomodo sanctorum continentiam in suum uerterit lucrum. Seminabat carnalia, ut meteret spiritualia: dabat terrena, ut cœlestia tolleret: breuia cõcedebat, ut pro his ęterna mutaret. Post uirorum monasterium, quod uiris tradiderat gubernandum, plures uirgines quas e diuersis prouincijs cõgregarat, tam nobiles, quã medij & infimi generis, in tres turmas monasteria q; diuisit: ita duntaxat, ut in opere & in cibo separatæ, psalmodijs & orationibus iungerent̃. Post alleluia cantatũ (quo signo uocabant̃ ad collectã) nulli residere licitũ erat. Sed prima seu inter primas ueniens, cæterarũ operiebat̃ aduentũ, pudore & exẽplo ad laborẽ eas prouocans, non terrore. Mane hora tertia, sexta, nona, uespere, noctis medio, per ordinem psalteriũ cantabãt. Nec licebat cuiquam sororum ignorare psalmos, & non de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. Die tantũ dominico ad Ecclesiam procedebant, ex cuius habitabant latere. Et unumquodq; agmen matrẽ propriã sequebat̃: atq; inde pariter reuertentes, instabant operi distributo, & uel sibi, uel cæteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non permittebat̃ de domo sua habere comitẽ, ne ueterũ actuum memor, & lasciuientis infantiæ errorẽ refricaret antiquũ, & crebra confabulatione renouaret. Vnus omniũ habitus. Linteamine ad tergendas solũ manus utebant̃. A uiris tanta separatio, ut a spadonibus quoq; eas seiungeret, ne ullã daret occasionem linguæ maledicæ, quæ sanctos carpere solita est in solatiũ delinquendi. Si qua uel tardior ueniebat ad psalmos, uel erat in opere pigrior, uarijs eam modis aggrediebat̃. Si erat iracunda, blanditijs: Si patiens, correptione: illud Apostoli imitans: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in spiritu lenitatis & mansuetudinis? Exceptu uictu & uestitu, nullã habere quicq; patiebat̃, dicente Paulo: Habentes uictũ & uestitũ, his contenti sumus: ne consuetudine plus habẽdi præberet locũ auariciæ, quę nullis explet̃ opibus: & quanto amplius habuerit, plus requirit: & neq; copia, neq; inopia

minuit. Iurgantes inter se, sermone lenissimo fœderabat. Lasciuientē adolescentularū carnem crebris & duplicatis frangebat ieiniis, malens eis stomachū dolere, quam mentē. Si uidisset aliquam cōptionē, contractione frontis, & uultus tristitia arguebat errantē, dicens: Mundiciā corporis atq; uestitus, animæ esse immundiciā. Et turpe uerbū atq; lasciuum, nunq; de ore uirgineo proferendū: quibus signis libidinosus animus ostenditur & per exteriorem hominē, interioris hominis uitia demonstrant. Quam linguosam, garrulam, ac procacē, rixisq; perspexerat delectari: & sæpius cōmonitam nolle conuerti, inter ultimas & extra conuentū sororū, ad fores triclinij orare faciebat, & separatim cibū capere: ut quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor. Furtū quasi sacrilegiū detestabat. Et qđ inter seculi homines, uel leue putat, uel nihil: hoc in monasterijs grauissimū dicebat esse delictū. Quid memorem clementiā & sedulitatē in ægrotantes, quas miris obsequijs, & ministerijs confouebat? Cumq; alijs languentibus, large præberet omnia, & esum quoq; exhiberet carniū: Si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebat, & in eo inæqualis uidebat, quod in alijs clementiā, in se duritiam cōmutabat. Nulla iuuenū puellarū sano & uegeto corpore, tantæ se dederat continentiæ, quantę ipsa fracto et senili debilitatoq; corpusculo. Fateor i hac re pertinacior fuit, ut sibi nō parceret, & nulli cederet admonenti. Referam quod expertus sum. Mense Iulio seruentissimis æstibus incidit in ardorē febris, & post desperationem cū dei misericordia respirasset, & medici persuaderent ob refectionem corporis uino opus esse tenui & parco, ne aquā bibens in hydropē uerteret, et ego clam beatū papam Epiphaniū rogarem, ut eam moneret, imo cōpelleret uinū bibere: illa ut erat prudens & solertis ingenij, statim sensit insidias: & subridens, meum esse quod ille diceret, intimauit. Quid plura? Cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quærenti mihi quid egisset, respōdit: Tantū profeci, ut seni homini pene persuaserit, ne uinū bibam. Hæc refero, nō quod incōsideranter, & ultra uires sumpta onera probem: monente scriptura: Superet te onus ne leuaueris: Sed quod mentis eius ardorem, & desideriū fidelis animæ, ex hac quoq; probare uelim perseuerantia, decantantis: Sitiuit anima mea in te, quam multiplicer tibi caro mea.

Difficile est modū tenere in omnibus. Et uere iuxta philosophorū sententiam, μεσότης ἀρετή, κακία, ὑπερβολὴ τελεται, id est, modus uirtus est, uitiū nimietas reputat. Quod nos una & breui sententiola exprimere possumus: Ne quid nimis. Quæ in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciā: in luctu mitis erat, & suorū mortibus frangebat, maxime liberorū. Nam & in uiri & filiarū dormitione, semper periclitata est. Et cū os stomachumq; signaret, et matris dolorē, crucis niteret impressione lenire: superabat affectu, & credulam mentē, parentis uiscera consternebant: animoq; uincēs, fragilitate corporis uincebat. Quam semel languor arripiens, longo tēpore possidebat, ut & nobis inquietudinē, & sibi discrimina offerret. In quo illa lætabat, per momenta cōmemorans: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector, pro laudibus me uituperationē scribere. Testor Iesum, cui illa seruiuit, & ego seruire cupio, me utranq; in partē nihil fingere, sed quasi Christianū de Christiana, quæ sunt uera, proferre, id est, historiam scribere, non pa-

negyricum: & illius uitia, aliorum esse uirtutes. Vitia loquor, secundum animum meum, & omnium sororum ac fratrum desiderium, qui illam diligimus, & absentem quærimus.

Cæterum illa impleuit cursum suum, fidemq; seruauit, & nunc fruitur corona iustitiæ: sequiturq; agnũ quocunq; uadit. Saturatur, quia esuriuit, & læta decantat: Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate domini uirtutũ, in ciuitate dei nostri. O beata rerũ cõmutatio, fleuit, ut semper rideret: Despexit lacus contritos, ut fontem dominũ reperiret. Vestita cilicio est, ut nunc albis uestimentis uteret, & diceret: Scidisti saccum meum, & induisti me lætitia. Cinerem sicut panẽ manducabat, & potionem suam cum fletu miscebat, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, ut in æternum pane angelorũ uesceret, & caneret: gustate & uidete, qm̃ suauis est dominus. Et, Eructauit cor meum uerbũ bonum, dico ego opera mea regi. Et Esaiæ, imo dñi per Esaiam in se cerneret uerba cõpleri. Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, uos aũt esurietis. Ecce qui seruiũt mihi bibent, uos aũt sitietis. Ecce qui seruiunt mihi lętabunt, uos aũt confundemini. Ecce qui seruiunt mihi exultabunt, uos aũt clamabitis ob dolorem cordis, & propter contritionem spiritus ululabitis.

10 *Non ergo Paula solũmodo credidit ut saluaretur, sed bona et opera patrauit. Videsne quam falsa sit & insana nostrorum hæreticorum doctrina, dicentium, opera saluando nõ esse necessaria, sed solam fidem sufficere?*

Dixeram lacus eam semper fugisse contritos, ut fontem dñm reperiret, ut posset lęta cantare: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Quando ueniã et apparebo ante facie dei? Tangam ergo breuiter quomodo hęreticorũ cœnosos deuitauerit lacus, & eos instar habuerit ethnicorũ. Quidam ueterator callidus, atq; ut sibi uidebaẽ, doctus & sciolus, me nesciente cœpit ei proponere quæstiones, & dicere: Quid peccauit infans, ut a dæmone corripiaẽ? In qua ætate resurrecturi sumus? Si in ipsa qua morimur: ergo nutricibus post resurrectionem opus erit. Sin aliter, nequaquã erit resurrectio mortuorũ, sed transformatio in alios. Diuersitas quoq; sexus maris ac fœminæ erit, aut non erit? Si erit, sequenẽ & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio. Si non erit, sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent: aggrauat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitamen, sed tenuia erunt & spiritualia, dicente Apostolo: Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam uitia, & antiqua peccata in corpora esse delapsas: & pro diuersitate & meritis peccatorũ tali uel tali conditione generari, ut uel corporũ sanitate gauderent, & parentũ diuitijs ac nobilitate, uel in morbidas carnes & domus inopũ uenientes, pœnas pristinorũ luerent delictorũ, & præsenti seculo atq; corporibus, quasi carcere clauderenẽ. Quod cũ audisset, & ad me retulisset, indicans hominẽ, mihiq; incubuisset necessitas nequissimæ uiperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi, de quibus psalmista cõmemorat, dicens: Ne tradas bestijs animas confitentiũ tibi: Et, increpa dñe bestias calami, qui scribentes iniquitatẽ, loquuntur contra dominũ mendacium, & eleuant in excelsum os suũ: conueni hominẽ, et orationibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione concluſi. Vtrũ crederet futuram resurrectionem mortuorũ, an non? Qui cũ se credere respondisset, intuli: Eadem resurgent corpora, an altera? Cũ dixisset, eadem: sciscitatus sum, in eodem sexu, an in altero? Ad interrogata reticẽti, & instar colubri huc atq; illuc transferenti caput, ne ferireẽ: quia inquã taces, Ego mihi pro te

respondebo,& consequentiam inferã: Si non resurget mulier,neq; masculus,ut masculus: non erit resurrectio mortuorũ, quia sexus mẽbra habet, mẽbra autem totũ corpus efficiunt. Si aũt sexus & mẽbra non fuerint,ubi erit resurrectio corporũ,quæ sine sexu non constant & membris? Porro si corporũ non fuerit resurrectio, nequaquã erit resurrectio mortuorũ. Sed & illud quod de nuptijs obijcis: Si eadem mẽbra fuerint, se qui nuptias,a saluatore dissoluit dicente, Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutẽ dei: In resurrectione.n. mortuorũ,nõ nubent neq; nubentẽ,sed erunt similes angelorũ. Vbi dicit̃ non nubent,neq; nubent̃, Sexuũ diuersitas demonstrat̃. Nemo enim de lapide & ligno dicit,non nubent neq; nubent̃,quæ naturam nubendi non habent: sed de his qui possint nubere, & gratia Christi ac uirtute non nubant. Quod si opposueris, quomodo ergo erimus similes angelorum: Cum inter angelos,non sit masculus & fœmina? Breuiter ausculta: Non substantiam nobis angelorũ,sed conuersationem, & beatitudinem dñs repromittit. Quomodo et Ioannes Baptista anteq; decollaret̃,angelus appellatus est,& oẽs sancti ac uirgines dei,etiã in isto seculo uitam in se exprimunt angelorũ. Quando enim dicit̃: Eritis similes angelorũ,similitudo promittit̃,non natura mutat̃. Simulq; responde: quomodo illud interpreteris,qđ Thomas dñi resurgentis tetigerit manus,& uiderit lancea latus eius perforatũ? Et Petrus in littore stantem uiderit dominũ, & partem assi piscis, ac fauum mellis comedentem? Qui stabat, profecto habebat pedes. Qui monstrauit latus uulneratum,utiq; & uentrem,& pectus habuit, sine qbus non sunt latera uentri & pectori cohærentia. Qui loquutus est, lingua & palato ac dentibus loquebat̃. Sicut.n. plectrum cordis,ita lingua illidit̃ dentibus,et uocalem reddit sonum. Cuius palparæ sunt manus,cõsequenter & brachia habuit. Cum igit̃ omnia membra habuisse dicat̃, necesse est,ut totũ corpus habuerit quod conficitur ex mẽbris: nõ utiq; fœmineũ,sed uirile,id est,eiusdẽ sexus,i quo mortuus est. Quod si obtenderis,ergo et nos post resurrectionẽ comedemus? Et quomodo clausis ingressus est ianuis,contra naturam pinguium,& solidorum corporum? Audies: Noli propter cibum resurrectionis fidẽ in calumniã trahere. Nam & archisynagogi filiæ resuscitatæ iussit cibũ dari. Et Lazarus quatriduanus mortuus,cũ ipso scribit̃ inisse conuiuiũ,ne resurrectio eorũ phantasma putaret̃. Sin autem clausis ingressus est ianuis, & idcirco spirituale & aereũ corpus niteris approbare,ergo & anteq; pateret̃,quia contra naturã grauiorũ corporum super mare ambulauit, spirituale corpus habuit: & apostolus Petrus,qui & ipse super aquas pendulo incesit gradu,spirituale corpus habuisse credẽdus est,cũ potentia magis & uirtus ostendat̃ dei,quando fit aliquid contra naturã. Et ut scias in signorũ magnitudine,non naturæ mutationẽ,sed dei omnipotentiam demonstrari: Qui ambulabat fide, cœpit ifidelitate mergi,nisi eũ manus domini subleuasset,dicentis: Modicæ fidei: quare dubitasti? Miror autẽ te obdurare frontẽ loquente dño: Infer digitũ tuum huc, & tãge manus meas: & porrige manum tuã, & mitte in latus meũ,& noli esse incredulus, sed fidelis. Et alibi: Videte manus meas,& pedes meos,qa ipse ego sum. Palpate & uidete,qa spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cũ hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Ossa audis & carnem, & pedes, & manus: & globos mihi stoicorũ,atq; aeria quędam de-

liramenta confingis. Porro si quæris: cur infans a dæmone corripiat, qui peccata non habuit: aut in qua ætate resurrecturi simus: cũ diuersa ætate moriamur: ingratis suscipies iudicia dei abyssus multa. Et: o altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut q cõsiliari9 eius fuit? Ætatum aũt diuersitas non mutat corporũ ueritatẽ. Cum enim quotidie corpora nostra fluant, & aut crescant, aut decrescant: ergo tot erimus homines, quot quotidie cõmutamur? aut alius fui cũ decem annorum essem, alius cũ triginta, alius cũ quinquaginta, alius cum iam toto cano capite sum? Igit iuxta ecclesiarũ traditiones: & Apostolũ Paulum, illud est respondendũ: quod in uirum perfectũ, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus, in qua & Adam Iudæi cc n litũ autumant: Et dñm saluatorem legimus surrexisse, & multa alia quæ de utroq; testamento in suffocationẽ hæretici protuli. Ex quo die ita cœpit hominẽ detestari, & omnes qui eiusdem dogmatis erant, ut eos uoce publica, hostes domini proclamaret. Et hæc dixi, non ut breuiter hæresim confutarem, cui multis uoluminib? respondendũ est: sed ut fidem tantæ fœminæ ostenderem, quæ maluit inimicitias hominũ subire perpetuas, quam dei offensam, amicitijs noxijs prouocare.

Dicam ergo ut cœperã, nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat ad loquendũ, uelox ad audiendũ: memor illius præcepti: Audi Israel, & tace. Scripturas sanctas tenebat memoriter. Et cũ amaret historiam, & hoc ueritatis diceret fundamentũ: magis tamen sequebat intelligentiam spiritualem: & hoc culmine, ædificationẽ animæ protegebat. Denicq; compulit me: ut uetus & nouũ instrumentum, cũ filia, me differente, perlegeret. Quod propter uerecundiã negans, propter assiduitatẽ tamen & crebras postulationes eius præstiti, ut docerem quod didiceram: non a meipso, id est, a præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus ecclesiæ uiris. Sicubi hæsitabam, & nescire me ingenue confitebar, nequaquã mihi uoluit acquiescere, sed iugi interrogatione cogebat ut, e, multis uarijsq; sententijs, quæ mihi uideret probabilior, indicarem. Loquar & aliud, quod forsitan æmulis uideat incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab ado lescẽtia multo labore ac sudore ex parte didici, & insatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea deserar, discere uoluit: & consequuta est: ita ut psalmos Hebraice caneret, & sermonem absq; ulla latinæ linguæ proprietate personaret. Quod quidem usq; hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus, quæ ita semper adhęsit matri, & eius obediuit imperijs, ut nunquam absq; ea cubaret, nunquam procederet, nũquam cibũ caperet, ne unũ quidem nummũ haberet potestatis suę, sed & paternam & maternam substantiolam, a matre distribui pauperibus lætanter, & pietatem in parentẽ, hæreditatem maximam & diuitias crederet. Non debeo silẽtio prætereire, quanto exultauerit gaudio, quod Paulam neptẽ suam ex Læta & Toxotio genitam, imo uoto & futuræ uirginitatis repromissione conceptam: audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare: auiæq; & amitæ nomina, dimidiatis uerbis frangere. In hoc solo patriæ desiderũ habuit: ut filiũ, nurum, neptẽ, renunciasse seculo, & Christo seruire cognosceret. Quod et impetrauit ex parte. Nam neptis Christi flã meo reseruat. Nurus æternæ se tradẽs pudicitiæ, socrus opera, fide & elee

11 *Vides quõ doctissimus uir fatetur se docuisse scripturam, nõ ex eo quod didicerat a seipso, hoc est, pessimo præceptore ipsum ptione, sed ab illustribus Eccl. uiris. Quomodo ergo dicũt quidam hoc tempore scripturam esse claram & apertam, seipsam exponere, ac posse quemlibet per seipsum eã intelligere?*

12 *Si consideres neptem Paulæ ex uoto & futuræ uirginitatis repromissione cõceptã, cognosces uouere ca-*

mosynis sequitur, & Romæ conatur exprimere, quod Hierosolymis illa compleuit. Quid agimus anima? Cur ad mortẽ eius uenire formidas? Iamdudũ prolixior liber cudit̃, dum timemus ad ultima peruenire, quasi tacentibus nobis, et in laudibus illius occupatis, differri possit occubitus. Hucusq; prosperis nauigauimus uentis, & crispantia maris æquora labẽs carina sulcauit. Nunc in scopulos incurrit oratio, & tumentibus fluctuum motibus, præsens utriq; nostrũ intentat̃ naufragium, ita ut cogamur dicere: Præceptor saluos nos fac, perimus. Et illud: Exurge, ut qd obdormis domine? Quis enim possit siccis oculis Paulam narrare morientẽ? Incidit in grauissimam ualetudinẽ, imo quod optabat inuenit, ut nos desereret, & plenius domino iungeret̃. In quo languore Eustochij filiæ probata semper in matre pietas, magis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidere lectulo, flabellam tenere, sustentare caput, puluillum supponere, fricare pedes, manu stomachũ cõfouere, mollia strata componere, aquam callidã temperare, mappulam apponere, omniũ ancillarum præuenire officia, & quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractũ. Quibus illa precibus, qbus lamentis & gemitu, inter iacentem matrem & specum domini discurrit, ne priuaret̃ tanto contubernio, ne illa absente uiueret: ut eodẽ feretro portaret̃? Sed o mortalium fragilis, & caduca natura, & nisi Christi fides nos extollat ad cœlũ, & eternitas animæ promittat̃, cum bestijs ac iumentis, corporũ una conditio est. Idẽ occubitus iusto & impio, bono & malo, mundo ac immundo, sacrificanti & non sacrificanti. Sicut bonus, ita & qui peccat. Sicut qui iurat, ita & is qui iuramentum metuit. Similiter & homines & iumenta, in fauillam & cinerem dissoluuntur.

Quid diu immoror, & dolorẽ meũ differendo facio longiorẽ? Sentiebat prudentissima fœminatũ adesse mortẽ, & frigente alia parte corporis atq; membrorum, solum animæ teporẽ, in sacro pectore palpitare, & nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosq; desereret, illos uersiculos sussurrabat: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Et, quam dilecta tabernacula tua domine uirtutũ, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Et, elegi abiecta esse in domo dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorũ. Cumq; a me interrogaret̃, cur taceret, cur nollet respondere, an doleret aliquid: Græco sermone respondit, nihil se habere molestiæ, sed omnia quieta & tranquilla perspicere. Posthæc obmutuit, & clausis oculis quasi mortalia despiceret, usque ad expirationẽ animæ, eosdẽ repetebat uersiculos: ut quod dicebat, uix audire possemus. Digitumq; ad os tenens, crucis signũ pingebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhelabat in mortẽ. Animaq; erũpere gestiẽs, ipsum stridorẽ, quo mortaliũ uita finitur, in laudes domini conuertebat. Aderant Hierosolymarũ & aliarũ urbiũ episcopi, & sacerdotũ inferiores gradus, ac leuitarũ innumerabilis multitudo. Omne monasteriũ, uirginũ & monachorũ chori repleuerant. Statimq; ut audiuit sponsum uocantẽ: Surge, ueni proxima mea, speciosa mea, columba mea: Qm̃ ecce hyems transijt & recessit, pluuia abijt sibi: Læta responsit: Flores uisi sunt in terra, tempus sectionis aduenit. Et, credo uidere bona dñi in terra uiuentiũ.

Ex hinc non ululatus, nõ planctus: ut inter seculi homines fieri solet, sed psalmorum linguis diuersis examina concrepabant. Transierunt episcoporum manibus, & cernicẽ feretro subijcientibus, cum alij pontifices lã-

stitatem esse rẽ laudabilem, non nouum inuentum ad iactantiam excogitatum, non illicitum aut præsumptuosum, tunquã de re quæ non sit in nostra potestate, ut somniãt noui subuersores.

13

Vides hic Christianã sepeliẽdi mortuos morem, nempe primum

padas cęterosq; præferrent, alij choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncæ saluatoris est posita. Tota ad funus eius, Palæstinarum urbium turba conuenit. Quem monachorũ latentium in eremo cellula sua tenuit? Quã uirginũ cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, q non tali fœminæ ultimum reddidisset officium. Viduæ & pauperes in exẽplum Dorcadis, uestes ab ea præbitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrẽ, & nutritiam se perdidisse clamabat. Quodq; mirũ sit, nihil pallor mutauerat faciẽ, sed ita dignitas quædã & grauitas ora compleuerat, ut eam putares non mortuã, sed dormientẽ. Hebræo, Gręco, Latino, Syroq; sermone psalmi in ordine personabant: non solum triduo, donec subter Ecclesiam, & iuxta specũ domini conderet̃: sed per omnẽ hebdomadam, cũctis qui uenerant, suũ funus, & proprias credentib⁹ lachrymas. Venerabilis uirgo filia eius Eustochiũ, quasi ablactata super matrẽ suã, abstrahi a parente non poterat: deosculari oculos, hærere uultui, totũ corpus amplexari, & se cum matre uelle sepeliri.

cum psalmis hymnis & orationibus, cum lampadibus et cæreis comitantibus sacerdotibus in media Ecclesia ponuntur, dein loco competenti cõduntur. Et dum mortuus est super terram, non cessatur a psalmis. Quæ omnia sunt contra nouorum hæreticorum instituta, qui sepultura asini sepeliunt mortuos suos.

14 Testis est Iesus, ne unũ quidẽ nummũ ab ea filiæ derelictũ: sed ut ante iam dixi: derelictũ magnũ æs alienũ: &, quod his difficilius est, fratrũ & sororũ immensam multitudinem, quos sustẽtare arduũ, & abijcere impiũ est. Quid hac uirtute mirabilius, fœminam nobilissimæ familię, magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, ut ad egestatẽ pene ultimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in corbonam dei ęra congesta, funalibusq; aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quam quę sibi nihil reseruauit. Nunc illa diuitijs fruit̃, & his bonis, quę nec ocul⁹ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nostram uicẽ dolemus, & inuidere potius glorię eius uidebimur, si uoluerimus diutius flere regnantem. Secura esto Eustochium, magna hęreditate ditata es. Pars tua dominus, & quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solũ enim effusio sanguinis in confessione reputat̃, sed deuotę quoq; mentis seruitus immaculata, quotidianũ martyrium est. Illa corona de rosis & uiolis plectit̃, ista de lilijs. Vnde & in cantico scribit̃ canticorum: Fratruelis meus candidus & rubicundus: & in pace, & in bello, eadem pręmia uincentibus tribuens. Mater (inquã) tua audiuit cũ Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in terram quam ostẽdam tibi. Et per Hieremiam dominum pręcipientem: Fugite de medio Babylonis, & saluate animas uestras. Et usq; ad diem mortis suæ non est reuersa in Chaldæam: nec ollas Ægypti, & uirulentias carniũ desiderauit, sed Choris commitata uirgineis, ciuis est saluatoris effecta: & de paruula Bethlehẽ, Cœlestia regna conscendens, dicit ad ueram Noemi: Populus tuus, populus meus: Et deus tuus, deus meus.

Tũ qui funerum apparatus, & celebres damnas exequias, ac diei septimi orandi ꝑ mortuis consuetudinem, dicis ex sacerdotũ cupiditate esse inuentam, uide si hæc omnia in obitu Paulæ clarissimæ mulieris interuenerunt.

Hunc tibi librũ ad duas lucubratiunculas, eodem quẽ tu sustines dolore, dictaui. Nam quotienscunq; stilũ figere uolui, & opus exarare promissum: totiens obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elãguit. Vnde & inculta oratio uotũ scribentis absq; ulla elegantia & uerborũ lepore testat̃.

15 Vale, o, Paula, & cultoris tui ultimam senectutem, orationibus iuua. Fides & opera tua Christo te sociant, præsens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentũ tuum ære perennius, quod nulla destruere possit uetustas. Incidi elogiũ sepulchro tuo, qd̃ huic uolumini subdidi, ut quocunq; nr̃ sermo ꝑuenerit, et laudatã, te ĩ Bethlehẽ cõditã lector agnoscat.

Ergo sancti post mortem pro nobis orant. Ergo non sufficit sola fides, sed & opera requiruntur. Quid ad hæc dicis hæretice?

Sequitur

Sequitur titulus sepulchri.

Scipio quam genuit, Paulæ fudere parentes:
Gracchorum soboles, Agamemnonis inclyta proles:
Hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores:
Eustochiũ genetrix: Romani prima senatus,
Pauperiem Christi & Bethlehemitica rura sequuta.

In fronte speluncæ.

Aspicis angustum, præcisa rupe sepulchrum?
Hospitium Paulæ est, cœlestia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamq; relinquens:
Diuitias, sobolem, Bethlehemiti conditur antro.
Hic præsepe tuum Christe, atque hic mystica magi
Munera portantes, hominiq; deoq; dedere.

Dormiuit sancta & beata Paula, septimo Kalendarum Februariũ, tertia sabbati post solis occubitũ. Sepulta est quinto Kaleñ. earundem. Honorio Augusto, & Arestino consulibus. Vixit in sancto proposito, Romæ annos quinq;, Bethlehem annos uiginti. Omne uitæ tempus impleuit, annis quinquaginta sex, mensibus octo, diebus uiginti.

VITA LVCINII BETICI PER D. Hieronymum ad Theodoram eius Coniugem Scripta.

Habetur Tomo 1. Epistolarum fol. 66.

VGubri nuncio consternatus super sancti & uenerabilis mihi dormitione Lucinĩ, uix breuem epistolam dictare potui. Non quod eius uicem doleam, quẽ scio ad meliora transisse, dicẽte Moyse: Transiens uidebo uisionẽ hanc magnam: sed quo torquear desiderio, non meruisse me eius uiri uidere faciem, quẽ in breui tempore huc uenturũ esse credebam. Verũ est illud super necessitate mortis prophetale uaticiniũ, quod fratres diuidat, & charissima inter se nomina crudelis & dura dissociet. Sed habemus consolationem, quia domini uoce iugulat, per quem ad eam dicit̃: Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Et in consequentibus: Adducet urentem uentũ dominus de deserto descendentẽ, qui siccabit omnes uenas eius, & desolabit fontem illius. Exiuit enim uirga de radice Iesse, & flos de uirginali frutice pullulauit. Qui loquit̃ in Cantico canticoꝝ: Ego flos campi, & liliũ conuallium. Flos noster mortis interitus, ideoq; & mortuus est: ut mors illius morte moreret̃. Quod aũt de deserto dicitur adducendus, uirginalis uterus demonstrat̃, qui absq; coitu & semine uiri, deũ nobis fudit infantẽ: qui calore spiritus sancti exiccaret fontes libidinũ, & caneret in psalmo: In terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.

Aduersum ergo mortis duritiam & crudelissimã necessitatẽ hoc solatio erigimur, quod breui uisuri sumus eos, quos dolemus absentes. Neq; enim mors, sed dormitio & somnus appellat̃. Vnde & beatus Apostolus uetat de dormientibus contristari: ut quos dormire nouimus, suscitari post se credamus: & post digestũ saporem uigilare cũ sanctis, & cum angelis dicere: Gloria in excelsis deo, & super terram pax hominibus bonæ uoluntatis. In cœlo, ubi nõ est peccatũ, gloria est, & perpetua laus, & inde-

1 *Male ergo a quibus-dam sancti uocantur mortui, qui spiritu deo uiuunt, & nos*

post digestum soporẽ mortis, habemus uigilare cum illis.

fessa præconia. In terra aũt, ubi seditio, bella atq; discordiæ, pax imprecanda est: & pax non in omnibus, sed in his qui bonę uoluntatis sunt: & salutationem audiunt Apostolicam: Gratia uobis & pax a deo patre, domino nostro Iesu Christo multiplicet: ut in pace sit locus eius, & habitatio eius in Sion, id est in specula, in sublimitate dogmatũ atq; uirtutum, in anima credentis: cuius quotidie angelus uidet faciem dei, & reuelato uultu gloriam dei contemplatur.

Vnde obsecro te, & currentẽ ut aiunt, impello, ut Licinĩ, tuum desideres qdem ut fratrem, sed gaudeas regnare cũ Christo: qa raptus est, ne malitia immutaret mentẽ eius. Placita enim erat deo anima illius, & in breui spatio tempora multa compleuit. Nos dolendi magis, q quotidie stamus in prælio peccatorũ, uitijs sordidamur, accipimus uulnera, & de ocioso uerbo reddituri sumus rationẽ. Ille iam securus & uictor te aspicit de excelso, & fauet laboranti: & iuxta se locũ præparat, eodem amore & eadẽ charitate, qua oblitus officij cõiugalis: in terra quoq; sororẽ te habere cœperat: imo tu illũ fratrem: quia casta coniunctio, sexũ non habet nuptialẽ. Et si adhuc in carne positi & renati in Christo, non sumus Græcus & Barbarus, seruus & liber, masculus & fœmina, sed omnes in eo unũ sum?: quãto magis cũ corruptiuum hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, non nubent, neq; nubent, sed erũt sicut angeli in cœlis? Qũ dicit, non nubent neq; nubent, sed erunt sicut angeli in cœlis: non natura & substantia corporũ tollit, sed gloriæ magnitudo monstrat. Neque enim scriptũ est, erunt angeli: sed, sicut angeli. Vbi similitudo promittitur, ueritas denegatur. Erunt, inquit, sicut angeli, id est, similes angelorũ: ergo homines esse non desinent. Inclyti qdem, & angelico splẽdore decorati, sed tñ homines: ut Apostolus sit, & Maria Maria: & confundat hęresis, q ideo incerta & magna ꝓmittit, ut q̃ certa & moderata sunt, auferat.

Et quia hæreseos semel fecimus mentionẽ, qua Lucinius noster dignæ eloquentiæ tuba prædicari potest, qui spurcissima per Hispanias Basilidis hæresis seuientæ, & instar pestis & morbi, totas intra Pyræneum & Oceanũ uastantes ꝓuincias, fidei ecclesiasticæ tenuit puritatẽ, nequaquã suscipiens, Armagil, Barhelon, Abraxas, Balsamũ, & ridiculũ Leusiborã, cæteraq; magis portenta quã nomina: quæ ad imperitorũ & mulierculorum animos concitandos, quasi de Hebraicis fontibus hauriunt, barbaro simplices quoq; terrentes sono: ut quod non intelligunt, plus mirẽtur. Refert Irenæus, uir Apostolicorũ temporum, & Papiæ auditoris Ioannis Euangelistæ discipulus, episcopus Ecclesiæ Lugdunensis: quod Marcus quidam de Basilidis gnostici stirpe descẽdens, primũ ad Gallias uenerit: & eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluunt, sua doctrina maculauerit: maximeq; nobiles fœminas, quædam in occulto mysteria repromittens, hoc errore seduxerit: magicis artibus, & secreta corporũ uoluptate, amorem sui concilians. Inde Pyrenæũ transiens, Hispanias occuparit, & hoc studio habuerit, ut diuitũ domus, & in ipsis fœminas maxime appeteret: quæ ducunt uarijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Hoc ille scripsit ante annos circiter trecentos. Et scripsit in his libris, quos aduersus omnes hæreses doctissimo & eloquentissimo sermone composuit.

Ex quo perpendat prudẽtia tua, qua Lucinius noster laude sit dignus:

qui clauſit aurē, ne audiret iudiciū ſanguinis: et oēm ſubſtātiā ſuā diſperſit & dedit pauperibus, ut iuſtitia eius maneret in æternū. Nec patriæ ſuę largitate contentus, miſit Hieroſolymarum & Alexandrinæ Eccleſię tantū auri, quanto multorū poſsit inopiæ ſubueniri. Quod cum multi mirent & prædicent, ego in illo magis laudabo feruorē & ſtudiū ſcripturarū: quo ille deſiderio opuſcula noſtra flagitauit, & miſsis ſex notariis (quia in hac prouincia latini ſermonis ſcriptorūq; penuria eſt) deſcribi ſibi fecit, quæcunq; ab adoleſcentia uſq; in præſens tempus dictauim⁹. Non nos honorauit, qui paruuli & minimi Chriſtianorum oīum ſumus, & ob conſcientiam peccatorū, Bethlehemitici ruris ſaxa incolimus: ſed Chriſtū, q honoratur in ſeruis ſuis: & Apoſtolis repromittit, dicens: Qui uos recipiūt, me recipiunt. Et qui me recipiunt, recipiunt eū qui me miſit. Itaq; chariſsima filia, hanc epiſtolam amoris mei in illum habeto epitaphiū: & quicquid poſſe me ſcieris in opere ſpirituali, audacter impera: ut ſciant ſecula poſt futura, eū qui dicit in Eſaia: Poſuit me ut ſagittam electā, in pharetra ſua abſcondit me, duos uiros tantis maris atq; terrarū inter ſe ſpatiis ſeparatos, ſuo acumine uulneraſſe, ut cum mutuo in carne ſe neſciant, amore ſpiritus copulent. Subſcriptio: ſanctam te corpore & ſpū ſeruet ille ſamarites, id eſt ſeruator & cuſtos: de quo pſalmo ſcribit: Non dormitabit neq; dormiet q cuſtodit Iſrael: ut Hir qui interpretat uigil, q deſcendit ad Daniel, ad te quoq; ueniat, & poſsis dicere: Ego dormio, & cor meū uigilat.

VITA FABIOLÆ NOBILISSIMÆ MATRONÆ Romanæ per D. Hieronymum ad Oceanum Scripta.

Habetur in Tliomo primo epiſtolarum eius folio. 67.

PLures anni ſunt, quod ſuper dormitione Bleſillę, Paulam uenerabilem fœminā, recenti adhuc uulnere, conſolatus ſum. Quartæ æſtatis circulus uoluitur, ex quo ad Heliodorū epiſcopum Nepotiani ſcribens epitaphiū, quicquid habere potui uiriū, in illo tunc dolore conſumpſi. Ante hoc ferme biennium, Pāmachio meo pro ſubita peregrinatione Paulinæ, breuem epiſtolam dedi, erubeſcens ad diſertiſsimū uirum pluraloqui, & ei ſua ingerere: ne non tam conſolari amicū uiderer, quam ſtulta iactantia docere perfectum. Nunc mihi fili Oceane uolenti, & ultro appetenti debitū munus imponis: quo pro nouitate uirtutū, ueterem materiā nouam faciā. In illis enim uel parentis affectus, uel mœror auunculi, uel deſiderii mariti temperandū fuit: & pro diuerſitate perſonarū, diuerſa de ſcripturis adhibenda medicamina. In præſentiarū tradis mihi Fabiolam, laudē Chriſtianorum, miraculū gentilium, luctū pauperum, ſolatiū monachorū. Quicquid primum arripuero, ſequentium comparatione uileſcit.

Ieiunium prædicē? Sed pręualeſcunt eleemoſynæ. Humilitatē laudem? Sed maior eſt fidei ardor. Dicā appetitas ſordes, et in condemnationē ueſtium ſericarū plebeium cultū & ſeruilia indumenta quæſita? plus eſt animum depoſuiſſe quam cultū. Difficilius arrogantia, quā auro caremus et gēmis. His enim abiectis, interdū gloriosis tumemus ſordibus, & uendibilem paupertatē populari auræ offerimus. Cælata uirtus, & conſcientię fota ſecreto, deum ſolū iudicem reſpicit. Vnde nouis mihi eſt offerenda

præconijs: & ordine rhetorum prætermisso,tota de confessionis ac pœnitentiæ incunabulis assumenda.

Alius forsitan scholæ memor, Q. Maximũ,unus qui nobis cunctando restituit rem, & Fabiorũ gentem proferret in mediũ:diceret pugnas: describeret prælia: & per tantę nobilitatis gradus Fabiolã uenisse iactaret: & quod in uirga non poterat,in radicibus demonstraret. Ego diuersorij Bethlheuitici,& præsepis dominici amator,in quo uirgo puerpera deum fudit infantẽ, ancillam Christi, non de nobilitate ueteris historiæ, sed de ecclesiæ humilitate producam.

Et quia statim in principio,quasi scopulus quidã,& procella mihi obtrectatorũ eius opponit:quod secundũ sortita matrimoniũ, prius relinquerit:non laudabo conuersam,nisi prius ream absoluero. Tanta prior maritus uitia habuisse narrat,ut ne scortũ quidem & uile mancipiũ ea sustinere posset. Quæ si uoluero dicere,perdã uirtutem fœminæ:quæ maluit culpam subire dilidij,quã corporis sui infamare partẽ, & maculas eius detegere. Hoc solũ proferam, quod uerecundæ matronæ & Christianæ satis est. Præcepit dñs uxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis:& si dimissa fuerit,manere innuptã. Quicquid uiris iubet, hoc consequenter redundat in fœminas. Neq; enim adultera uxor dimittenda est, & uir mœchus tenendus. Si quis meretrici iungit,unũ corpus facit: ergo & quæ scortatori impuroq; sociat, unum cũ eo corpus efficit. Aliæ sunt leges Cęsarũ,aliq; Christi:aliud Papinianus,aliud Paulus noster præcipit. Apud illos uiris impudicitiæ frena laxant: & solo stupro atq; adulterio condẽnato,passim per lupanaria & ancillulas libido permittit: quasi culpam dignitas faciat, non uoluntas. Apud nos, quod non licet fœminis, æque non licet uiris:& eadem seruitus pari conditione censet. Dimisit ergo,ut aiunt,uitiosum:dimisit illius & illius criminis noxium:dimisit(pene dixi)quod clamante uicina,uxor sola non prodidit.

1 *Si ex uirtute Euangelij(uiris etiam ex causa fornicationis dimissis)nõ licet fœminis illis uiuẽtibus alteri nubere,male docent quidam hoc tempore, facto diuortio licere utriq; coniugum nouas inire matrimonias, quanuis legitimus coniux adhuc uiuat.*

Sin aũt arguit,quare repudiato marito, non innupta permanserit:facile culpã fatebor,dum tamen referã necessitatem. Melius est,inquit Apostolus,nubere quã uri. Adolescentula erat, uiduitatẽ suam seruare non poterat. Videbat aliã legem in mẽbris suis repugnantẽ legi mentis suæ, & se uinctã & captiuam ad coitũ trahi. Melius arbitrata est aperte confiteri imbecillitatẽ suam,& umbrã quandam miserabilis subire coniugij,quã sub gloria uniuiræ opera exercere meretricũ. Idem Apostolus uult uiduas adolescentulas nubere, filios procreare, nullã dare occasionẽ aduersario maledicti gratia. Et protinus cur hoc uelit,exponit. Iam enim quędã abierunt retro post satanam. Igit & Fabiola,quia persuaserat sibi,& putabat a se uirũ iure dimissum:nec Euangelij uigorẽ nouerat,in quo nubendi uniuersa causatio uiuentibus uiris fœminis amputat: dum multa diaboli uitat uulnera,unũ incauta uulnus accepit.

2 *Si licuisset Fabiolæ uiro repudiato alterũ ducere,ut noui doctores somniant,ad quid egisset publicam pœ-*

Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpã, cuius pœnitentiã ipsa confessa est? Quis hoc crederet, ut post mortẽ secundi uiri in semet reuersa:quo tẽpore solent uiduæ negligentes, iugo seruitutis excusso,agere se liberius, adire balneas, uolitare per plateas, uultus circunferre meretricios: Saccũ indueret,ut errorem publice fateret:& tota urbe spectante Romana, ante diem Paschæ in basilica quondã Laterani,qui Cæsariano truncatus est gladio,staret in ordine pœnitentium,

episcopo,

episcopo,presbyteris, & omni populo collachrymantibus: sparsum crinem,ora lurida,& squalidas manus,sordida colla submitteret? Quę peccata fletus iste non purget? Quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant? Petrus trinam negationē trina confessione deleuit: Aaron sacrilegiū & conflatum ex auro uituli caput,fraternæ correxere preces. Dauid sancti & mansuetissimi uiri homicidiū pariter & adulteriū,septem dierū emendauit fames. Iacebat in terra, uolutabat in cinere: & oblitus regiæ potestatis, lumen quærebat in tenebris. Illumq; tantū respiciens quē offenderat,lachrymabili uoce dicebat. Tibi soli peccaui,& malū coram te feci. Et: Redde mihi lætitiā salutaris tui,& spiritu principali confirma me. Atq; ita factū est,ut qui me prius docuerat uirtutib⁹ suis,quomodo stans non caderem: doceret per pœnitentiam,qūo cadens resurgerē. Quid tam impiū legimus inter reges quam Achab, de quo scriptura dicit: Non fuit alius talis ut Achab: qui uenundatus est,ut faceret malū in conspectu domini? Hic cū propter sanguinem Nabuthæ correptus fuisset ab Helia, & audisset iram dñi per prophetam: Occidisti,& insuper possedisti: & ecce ego inducam super te malū,& demetam posteriora tua, & reliqua: scidit uestimenta sua,& operuit cilicio carnem suā: ieiunabatq; in sacco,et ambulabat demisso capite. Tūc factus est sermo dei ad Heliam Thesbyten dicens: Nonne uidisti Achab humiliatū coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malū in diebus eius. O felix pœnitentia, quæ ad se dei traxit oculos: quæ furentem sententiam dei, confesso errore mutauit. Hoc idem & Manasses in Paralipomenon, & Niniuen fecisse legimus in propheta,publicanū quoq; in Euangelio. E quib⁹ primus non solū indulgentiam,sed & regnū recipere meruit,altera impendentem dei fregit iram. Tertius pectus uerberans pugnis, oculos non leuabat ad cœlum. Et multo iustificatior recessit publicanus humili cōfessione uitiorū. quam pharisæus superba iactatione uirtutum.

Non est loci huius ut pœnitentiā prædicem,& quasi contra Montanū Nouatumq; scribens,dicam illā hostiam domino esse placabilem. Et,sacrificiū deo,spiritū contribulatū: Et,malo pœnitentiam peccatoris,quam mortem: Et,exurge,exurge Hierusalem: & multa alia, quæ prophetarum clangunt tubæ. Hoc unū loquar,quod & legentibus utile sit, & præsenti causæ conueniat. Non est confusa dñm in terris, & ille eam nō confundet in cœlo. Aperuit cūctis uulnus suū, & decolorem in corpore cicatricem, flens Roma conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput,clausum os. Non est ingressa ecclesiā dñi, sed extra castra cū Maria sorore Moysi separata consedit: ut quam sacerdos eiecerat,ipse reuocaret. Descendit de solio delitiarū suarum,accepit molā, fecit farinam, & discalciatis pedib⁹ transiuit fluenta lachrymarum. Sedit super carbones ignis. Hi ei fuere in adiutoriū. Faciem per quam secundo uiro placuerat,uerberabat, oderat gemmas,linteamina uidere non poterat, ornamenta fugiebat. Sic dolebat, quasi adulterium commisisset, & multis impendijs medicaminum unum uulnus sanare cupiebat.

Diu morati sumus in pœnitentia, in qua uelut in ualidosis locis resedimus,ut maior nobis & absq; ullo impedimento se laudū eius cāpus aperiret. Recepta sub oculis omnis ecclesiæ cōmunione, quid fecit? Scilicet in die bona maiorū non oblita est: & post naufragiū rursum tētare noluit

Ddd

penitentia

nitentiam? Aut quomodo appellaret hic Hieronymus culpā, quæ culpa non erat?

3

Vide p hæc pœnitētiæ exempla, quot impia modernorum hæreticorum dogmata confutentur. Primum, Optimam pœnitentiam non esse nouam uitam duntaxat, sed alia etiā ad eam requiri. Secundum, Nō deridere a Michea pheta qui per opera pœnitētiæ deo satisfacere uoluit. Tertiū, satisfactiones esse necessarias ad culpæ uel pœnæ remissionē. Quartum, nō esse superfluum superaddere nostras satisfactiones, quamuis Christus abunde pro peccatis nostris satisfecerit.

4

Cōsidera hæretice ac hæc fuerint opera satisfactionis necne, et confundere.

pericula nauigãdi. Quin potius omnem censum quẽ habere poterat (erat aũt amplissimus, & respondens generi eius) dilapidauit, ac uendidit: & in pecuniam congregatũ, usibus pauperum, præparauit, & prima omniũ νοσοκομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atq; inedia miserorũ membra foueret. Describam ego nunc diuersas hominũ calamitates, truncas nares, effossos oculos, semiustos pedes, luridas manus, tumentes aluos, exile femur, crura turgẽtia, & de exesis ac putridis carnibus, uermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pedore confectos humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit purulentam uulnerũ saniem, quam alius aspicere non ualebat? Prębebat cibos propria manu, & spirans cadauer sorbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos ob stomachi angustiam exercere huiusmodi misericordiã per aliena ministeria, & clementes esse pecunia, non manu. Quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: sed sicut infirmitati stomachi ueniam tribuo, sic perfectę mentis ardorem in cœlũ laudibus fero. Magna fides ista contemnit. Scio quid in Lazaro diues purpuratus aliquando non fecerit, quali superba mens retributione damnata sit. Ille quẽ despicimus, quẽ uidere non possumus, ad cuius intuitũ nobis uomitus erumpit, nostri similis est, de eodem nobiscũ formatus est luto, ijsdem cõpactus elementis. Quicquid patitur, & nos pati possumus. Vulnera eius existimemus propria: & omnis animi in alterũ duritia, clemẽti in nosmetipsos cogitatione franget. Nõ mihi si linguæ centũ sint, oraq; centũ, Ferrea uox, Omnia morborũ percurrere nomina possim, Quæ Fabiola in tanta miserorũ refrigeria cõmutauit, ut multi pauperum sani, languentibus inuiderent.

Quanquã illa simili liberalitate erga clericos & monachos ac uirgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatũ est? Quem nudũ & clinicũ non Fabiolæ uestimenta texerunt? In quorũ se indigentiam nõ effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordię eius Roma fuit. Peragrabat ergo insulas & totũ Ethruscum mare, uolscorumq; prouinciam, & reconditos curuorũ littorum sinus, in quibus monachorũ consistunt chori, uel proprio corpore, uel transmissa per uiros sanctos ac fideles munificentia circumibat. Vnde repente, & contra opinionem omniũ Hierosolymam nauigauit, ubi multorũ excepta concursu, nostro parumper usa est hospitio: cuius societatis recordans, uideor mihi adhuc uidere quam uidi. Iesu bone, quo illa feruore, quo studio intenta erat diuinis uoluminibus? & ueluti quandam famem satiare desiderans, per prophetas, Euangelia, psalmosq; currebat: quæstiones & proponens, & solutas recondens in scriniolo pectoris sui. Nec uero satiabaẽ audiendi cupidine, sed addens scientiam, addebat dolorem: & quasi oleum flammæ adieceris, maioris ardoris fomenta capiebat.

Quodã die cũ in manibus Moysi Numeros teneremus, & me uerecundè rogaret, quid sibi uellet nominũ tanta congeries: cur singulæ tribus in alijs atq; alijs locis uarie iungerent: qũo Balaã ariolus sic futura Christi mysteria prophetarit, ut nullus propemodũ prophetarũ tam aperte de eo uaticinatus sit: respondi ut potui, & uisus sum interrogationi eius satisfacere. Reuoluens ergo librũ, peruenit ad eũ locum, ubi catalogus describitur omniũ mansionũ, per quas de Ægypto egrediens populus, per-

uenit usq; ad fluenta Iordanis. Cumq; causas quæreret & rationes singularum, in quibus dã hæsitaui, in alijs inoffenso cucurri pede, in plerisq; simpliciter ignorantiã cõfessus sum. Tunc uero magis cœpit urgere, & quasi non mihi liceret nescire, quod nescio, expostulare: ac se indignã tantis mysterijs dicere. Quid plura? Extorsit mihi negandi uerecũdiam, ut propriũ ei opus huiuscemodi disputatiunculæ pollicerer, quod usq; in præsens tẽpus, ut nunc intelligo, domini uoluntate dilatũ, recidet memoriæ illius: ut sacerdotalibus prioris ad se uoluminis induta uestibus, per mundi huius solitudinem gaudeat se ad terram repromissionis aliquando uenisse. Verum quod cœpimus prosequamur.

Quærentibus nobis dignũ tantæ fœminæ habitaculum, cũ illa ita solitudinem cuperet, ut diuersorio Mariæ carere nollet: ecce subito discurrentibus nuncijs, oriens totus intremuit ab ultima Mæotide inter glacialem Tanain, & Massagetarũ immanes populos, ubi caucasi rupibus feras gẽtes Alexandri clausura cohibent, erupisse Hunorũ exanima, quæ pernicibus equis huc illucq; uolitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, & bellis ciuilibus in Italia tenebatur. Hanc gentẽ Herodotus refert sub Dario rege Medorũ uiginti annis Orientem tenuisse captiuũ, & ab Ægyptijs atq; Æthiopibus annuũ exegisse uectigal. Abigat Iesus ab orbe Romano tales ultra bestias. Insperati ubiq; aderant, & famam celeritate uincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non uagientis miserebantur infantię. Cogebãtur mori, qui nondũ uiuere cœperant. Et nescientes malũ suũ, inter hostiũ manus ac tela ridebant. Consonus inter omnes rumor, petere eos Hierosolymam, & ob nimiam auri cupiditatẽ ad hãc urbẽ percurrere. Muri neglecti pacis incuria sartiebant: Antiochia obsidebat. Tyrus se uolens a terra abrumpere, insulam quærebat antiquam. Tunc & nos compulsi sumꝰ parare naues, esse in littore, aduentũ hostiũ præcauere, & sequentibus uentis, magis barbaros metuere quam naufragium, non tam propriæ saluti quam uirginum castimoniæ prouidentes.

Erat in illo tempore quędam apud nos dissensio, & barbaroꝝ pugnã, domestica bella superabant. Nos in Oriente tenuerunt iam fixę sedes, & inueteratũ locoꝝ sanctorum desiderium. Illa quę tota in sarcinis erat, & in omni urbe peregrina, reuersa est ad patriam, ut ibi pauper uiueret, ubi diues fuerat: manens in alieno, quę multos prius hospites habuit: & (ne sermonem longius protraham) in conspectu Romanę urbis pauperibus erogaret, quod illa teste uendiderat. Nos hoc tantũ dolemus, quod preciosissimum de sanctis locis monile perdidimus. Recepit Roma quod amiserat, & procax ac maledica lingua gentilium, oculorum testimonio confutata est. Laudent cęteri misericordiam eius, humilitatem, fidẽ: ego ardorem animi plus laudabo. Librum quo Heliodorũ quondam iuuenis ad eremũ cohortatus sum, tenebat memoriter: & Romana cernens mœnia, inclusam se esse plangebat. Oblita sexus, fragilitatis immemor, ac solitudinis tantũ cupida, ibi erat, ubi animo morabat. Non poterat teneri consilijs amicorũ: ita ex urbe, quasi de uinculis, gestiebat erumpere. Dispensationem pecunię, & cautam distributionẽ genus infidelitatis uocabat. Nõ alijs distributionẽ eleemosynarũ tribuere, sed suis pariter effusis, ipsa pro Christo stipes optabat accipere. Sic festinabat, sic impatiens erat mora-

tum,ut illam crederes profecturam.Itaq; dum semper paratur,mors eam inuenire non potuit imparatam.

5 *Nota ex hoc loco quo modo Fabiola sua bona elargita sit pauperibus Monachis, faciens sibi amicos de Mammona iniquitatis, qui eam orationũ suarum,& bonorum operum suffragijs in æterna tabernacula receperunt. Vbi habes mortuos iuuari posse orationibus uiuentium.Habes etiã ueram intelligentiã uerborum Domini: Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis &c. quæ Purgatorij ueritatem comprobant.*

Inter laudes fœminæ subito mihi Pammachius meus exoritur. Paulina dormit,ut iste uigilet. Præcedit maritũ, ut Christo famulum derelinquat. Hic hęres uxoris,& hęreditatis alĩ possessores.Certabant uir & fœmina, quis in portu Abrahę tabernaculũ figeret:& erat hæc inter utrunq; contentio,quis humanitate superaret.Vicit uterq;, & uterque superatus est. Ambo se uictos & uictores fatentẽ,dum quod alter cupiebat, uterq; perfecit.Iungunt opes,sociant uoluntates: ut quod æmulatio dissipatura erat,concordia crescret.Necdũ dictum,iam factũ.Emĩt hospitium, & ad hospitiũ turba cõcurrit.Non est enim labor in Iacob, nec dolor in Israel. Adducunt maria,quos in gremio suo terra susciat.Mittit Roma properantes,quos nauigaturos littus molle confoueat:Quod publius semel fecit in insula Mytilene erga unum Apostolũ,&(ne contradictioni locum tribuam)in unam nauim,hoc isti & frequenter faciunt & in plures:nec solum inopũ necessitas sustentat,sed prona in omnes munificentia aliqd & habentibus prouidet. Xenodochiũ in portu Romano situ, totus pariter mundus audiuit. Sub una ætate didicit Britannia, quod Ægyptus & Parthus nouerant. Vere:Quod scriptũ est,Timẽtibus dñm omnia cooperantur in bonũ, in obitu tantæ fœminæ uidimus comprobatũ. Quodã præsagio futurorũ ad multos scripserat monachos,ut uenirent,& se graui onere laborantẽ absoluerent,faceretq; sibi de iniquo mammona amicos, q eam reciperent in æterna tabernacula.Venerunt,amici facti sunt,dormiuit illa quomodo uoluit:& deposita tandem sarcina,leuior uolauit ad cœlum. Quantũ haberet uiuentis Fabiolæ Roma miraculũ, in mortua demonstrauit.Necdũ spiritum exhalauerat,necdũ debitam Christo reddiderat animam:Et iam fama uolans, tanti prænuncia luctus totius urbis populum ad exequias congregabat. Sonabant psalmi,& aurata templorũ, reboans in sublime quatiebat alleluia.Hic iuuenũ Chorus, ille senum,qui carmine laudes fœmineas & facta ferant. Non sic Furius de Gallis, Non Papyrius de Samnitibus,non Scipio de Numantia,non Pompeius de Põtigentibus triumphauit.Illi corpora uicerant,hęc spirituales neqtias subiugauit.Audio præcedentiũ turmas,& cateruatim in exequijs eius multitudinem confluentẽ.Non plateæ,non porticus, non imminentia desuper tecta capere poterant prospectantes. Tunc suos in unũ populos Roma conspexit: fauebant sibi omnes in gloria pœnitentis. Nec mirũ si de eius salute homines exultarent,de cuius conuersione angeli lętabunt in cœlo.

6 *Hoc quod circa Fabiolam mortuam gestũ est,quorundam sciolorum,aut ut uerius dicamus infidelium, fatuitates dãnat, Mortuorum scilicet cadauera negligenda esse,ingratum cinerem non egere sepulturæ ceremonijs. Ad quid exequias & populorum frequentiã? Cõfunduntur & perfidi illi qui nostro tempore sine psalmis & orationibus mortua corpora in terram defodiunt.*

Hoc tibi Fabiola ingenij mei senile munus, has officiorũ inferias dedi. Laudauimus sæpe uirgines,uiduas,ac maritatas,quarũ semper fuere candida uestimenta,quæ sequuntur agnum quocunq; uadit.Felix præconiũ, quod nulla totius uitæ sorde maculatur. Procul liuor facessat, absit inuidia.Si paterfamilias bonus est,quare oculus noster malus est? Quę incide rat in latrones, Christi humeris reportata est. Multæ mansiones sunt apud patrem.Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Cui plus dimittitur,plus amat.

Vita

VITA BONOSI EREMITÆ PER D. HIERONYMUM AD RUFFINUM SCRIPTA.

Habetur Tomo 1. epistolarum eius fol. 7.

B Onosius tuus, imo meus: & ut uerius dicam, noster, schalã præsagatam Iacob somniante iam scendit: portat crucẽ suã: nec de crastino cogitat, nec post tergũ respicit. Seminat in lachrymis, ut in gaudio metat. Et sacramento Moysi serpẽtem in eremo suspendit. Cedant huic ueritati, tam Græco quam Romano stilo, mendacijs ficta miracula. Ecce puer honestis seculi nobiscũ artibus institutus: cui opes affatim, dignitas apprime, inter æquales erat: contempta matre, sororibus, & Charissimo sibi germano, insulã pelago circumsonante naufragam, cui asperæ cautes & nuda saxa, & solitudo terrori est, quasi quidã nouus paradisi colonus insedit. Nullus ibi agricolarum: nullus monachorũ: ne paruulus quidem, quem nosti, Onesimus, quo uelut fratre in osculo fruebatur, in tanta uastitate adhæret lateri comes, solus ibi, imo iam Christo comitante nõ solus: uidet gloriam dei, quam etiam Apostoli, nisi in deserto non uiderant. Non quidem conspicit turritas urbes, sed in nouæ ciuitatis censu, dedit nomen suum. Horrent sacco membra deformi. Sed sic melius obuiam Christo rapietur in nubibus. Nulla euriporum amænitate perfruit, sed de latere dñi aquam uitę bibit.

I *Tu qui rides in Reliquijs rigorem uestitus, uide Bonosi uestem, saccũ deformẽ.*

Proponatur tibi ante oculos amice dulcissime, & in præsentiam rei totus animo ac mente conuertere. Tunc poteris laudare uictoriam, cum laborem prælianti agnoueris. Totam circa insulam fremit insanũ mare, & sinuosis montiũ illisum scopulis æquor reclamat. Nullo terra gramine uiret, nullis uernans campus densat umbraculis. Abruptę rupes, quasi quẽdam horrore carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus, & totus de Apostolo armatus: nunc deum audit, dum diuina relegit: nunc cũ deo loquitur cum dominũ rogat: & fortasse ad exemplum Ioannis aliquid uidet, dum in insula commoratur.

Quas nunc diabolum nectere credis tricas? quas parare arbitraris insidias? Forsitan antiquæ fraudis memor, famẽ suadere tentabit. Sed iam illi responsum est: Non in solo pane uiuit homo. Opes forsitan gloriamq; proponet. Sed dicetur illi: Qui cupiunt diuites fieri incidunt in muscipulã & tentationes. Et: Mihi gloriatio omnis in Christo est. Fessa mẽbra ieiunijs, morbo grauante concutiet, sed Apostoli repercutietur eloquio: Quãdo enim infirmor, tunc fortior sum. Et uirtus in infirmitate perficitur. Minabitur mortem, Sed audiet: Cupio dissolui, & esse cũ Christo. Ignita iacula uibrabit, sed excipientur scuto fidei. Et ne multa replicem: impugnabit Satanas, sed tutabitur Christus.

Gratia tibi domine Iesu, quod in die tua habeo, qui pro me te posit rogare. Scis ipse (tibi enim patent pectora singulorũ, qui cordis arcana rimaris: qui tantæ bestiæ aluo incluſum prophetam in profundo uides) ut ego & ille pariter a tenera infantia ad florentem usq; adoleuerimus ætatẽ: ut ẽdem nos nutricũ sinus, ẽdẽ amplexus fouerint baiulorũ. Et cũ post Romana studia ad Rheni semibarbaras ripas, eodẽ cibo, pari frueremur hospitio, ut ego primus cœperim uelle te colere. Memento quæso hunc bellatorem tuũ, mecũ quondam fuisse tyronem. Habeo promissum maiestatis tuæ, Qui docuerit & non fecerit, minimus uocabitur in regno cœlorũ.

Qui aũt docuerit & fecerit, maximus uocabitur in regno cœlorũ. Fruaẽ ille uirtutis corona, & ob quotidiana martyria stolatus agnũ sequaẽ. Mul
2 tæ enim sũt mansiones apud patrem. Et: stella a stella differt in claritate.
Ecce hic meritum & præmium. Quid dicis hæretice? Mihi concede, ut inter sanctorũ calcanea caput possim leuare: ut cũ ego uoluerim, ille perfecerit: mihi ignoscas, qa implere non potui: illi tribuas præmium quod meretur.

Habetur lib. 10. Historiæ Tripartitæ. Cap. primo.

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI CONstantinopolitani Episcopi per Cassiodorũ senatorem scripta.

Ocrates. Defuncto Theodosio, in Imperiũ filij successerunt. Arcadius in Oriente, Honorius aũt in Occidente. Hoc tem
S pore in Romana Damasus præsidebat ecclesia, in Alexandria Theophilus, Hierosolymis Ioannes, Flauianus Antiochenam tenebat sedem, Constantinopolitanamq; Nectarius. Igitur circa octauũ diem Nouembris mensis eodem Consulatu, cor
1 pus Theodosij delatũ cũ solenni honore ab Arcadio filio sepulturę con-
Corpus Theodosij ab Arcadio filio solenni honore sepulturæ cõtraditur. tradit. Post paucos uero dies, id est, uicesimo septimo eiusdẽ mensis die, etiam exercitus qui cum Imperatore Theodosio fuerat contra tyrannũ, reuersus est: Et cũ Imperator Arcadius secundũ consuetudinẽ ad portas occurrisset exercitui redeunti, tunc milites Ruffinum Præfectũ Imperatoris peremerunt. Erat enim suspectus quasi tyrannidem posset assumere. Dicebaẽ autem Hũnos ipse in Romanorũ prouincias euocasse, qui tunc Armeniam, & partes Orientis ualde uastabant.

Theodoritus. Honorius itaq; suscipiens Occidentis Imperiũ, monomachias, quæ iam olim Romæ celebrabanẽ, huiusmodi de causa remouit. Quidam Telemachus conuersationis monasticæ, hac de causa ab Oriente uenit Romam. Cumq; nephandũ illud spectaculum agereẽ, etiam ipse intrauit stadiũ, & descendens nitebaẽ pugnantes inter segladijs separare. Cũ quę spectatores aduersus eũ sęuirent, & in effusione sanguinis grassarenẽ, prouisorem pacis lapidibus occiderunt. Hoc ubi cognouisset mirabilis Imperator, illũ quidem inter uictores martyres numerauit, nephandũ uero spectaculum prorsus sustulit.

Socrates. Cum uero modicũ tempus transisset, etiam Nectarius Constantinopolitanus episcopus defunctus est, consulatu Cæsarij & Atticj, septimo & uicesimo die Septembris mensis. Mox ergo studia generanẽ in episcopatũ, alijs alium ordinare cupientibus. Nouissime uero placuit, ut ab Antiochia Ioannes euocareẽ, ecclesiæ presbyter. Erat enim eius doctrinæ fama mirabilis. Intra modicũ ergo tẽpus cõmuni decreto omniũ clericorum & laicorũ Imperator Arcadius euocauit eum. Et propter dignitatem ordinis cũ adessent ex Imperiali iussione plurimi episcopi, etiam Theophilus uenit Alexandrinus, qui studebat quidẽ Ioannem detrahere, & Isidorũ suum presbyterũ ordinare. Diligebat enim eum, quod aliquando sustinuisset pro ipso tale periculũ. Cum Imperator Theodosius aduersus Maximũ Tyrannum decertaret, Theophilus per Isidorũ xenia misit Imperatori, & duplices misit epistolas, mandans ut alteras literas non uincenti daret: porro uictori & munera & alteras porrigeret literas. Has cũ Isidorus portasset, Romam ueniens uictoriam expectabat. Sed

non diu latuit. Quidam enim lector radiens epistolas demonstrauit Imperatori. Quamobrem Isidorus terrore correptus, in Alexandriam fugit, celare uolens quod fuerat ei mandatū. Ob quam causam Isidorū Theophilus diligebat. Verū palatij iudices proposuere Ioannem. Cumq; multi Theophilū accusarent, libellos aduersus eum pro diuersis causis præsentibus episcopis obtulerunt. Tunc Præpositus Palatij Eutropius nomine, sumens accusationes scriptas ostendit Theophilo, dicens, aut ordina Ioannem, aut accusationes uenient ad examen. Hinc perterritus Theophilus, Ioānem ordinauit episcopū, qui suscepit episcopatū sextodecimo die Februarij mensis, Cōsulatu Honorijs Imperatori, & Euthychiani Præfecti. Quod uero Ioannes uir fuerit oīno præclarus, ex libris quos reliquit, cognoscit. Cuius uitam, genus, conuersationem, & quemadmodū sit depositus & post mortem magis honoratus, exponam.

Ioannes itaq; fuit Antiochenus, filius secundi & Anthusæ nobiliū personarum, discipulus Sophistę Libanij, & auditor Audragatij philosophi. Cumq; se ad aduocationē præpararet, considerans molestias litigantiū, iniustumq; uitæ propositū, potius elegit quietem. Et hoc fecit æmulatus Euagrium, qm̄ & ille quum ijsdem studijs esset usus, quietē magis sequutus est uitam. Mox ergo mutato cultu pariter & incessu, diuinis lectionibus incumbebat, & frequentius ad sanctam concurrebat ecclesiam. Hęc agens persuasit etiā Theodoro & Maximo, qui fuerant cōdiscipuli ipsius apud Sophistam Libaniū, ut pomposam relinquerent uitam, & simplicē sequerent. Quorū Theodorus postea episcopus Mopsuestiensis ordinat ecclesiæ; Maximus aūt Seleuciæ Isauriæ. Tum itaq; isti fiebant discipuli in lectione diuina Diodori atq; Carterij, qui eo tempore sacris monasterijs præsidebant. Sed Diodorus postea Tarsi ordinatus episcopus, multos conscripsit libros sacras ad literā intuens scripturas. Porro Ioannem degentem cū Basilio, qui tunc a Melitio factus erat diaconus, & postea Cæsaria Cappadociæ Præsule constituto, Zeno episcopus a Hierosolymis reuertens, lectorem in ecclesia Antiochena constituit. In quo adhuc officio positus librū ædidit contra Iudęos. Post modicū uero tempus etiā Diaconatū a Melitio promerens, De sacerdotio aliū fecit librū, aliosq; plurimos explanauit. Postea uero Melitio in Constantinopolitana urbe defuncto, recedens Ioannes a Melitianis, & neque Paulino, cōmunicans, tribus annis continue sub quiete degebat. Mortuo uero Paulino, ab Euagrio eius successore presbyter ordinat. Ante episcopatū itaq; hoc modo conuersatus est. Fuit enim uir (ut aiunt) propter zelum castitatis seuerior, & amplius quam habebat a iuuentute sua furori magis quam reuerentiæ se præbebat, & propter uitæ rectitudinem incautus prospicere de futuris. Propter simplicitatē uero, oris libertate profusus, apud colloquentes nō mediocriter utebat. Docēdo præcipuus erat, utilis ad corrigēdos audientium mores. In confabulatione uero arrogans a nescientibus putabat.

Cum ergo talis moribus esset, episcopatu suscepto, maiori fastu quā debuerat utebat, clericorum suorū corrigere uitam uolens. Mox igitur in ipso initio quum clericis asper uideret ecclesiæ, erat plurimis exosus, & ueluti furiosum uniuersi declinabant. Cōpellebat enim eum, ut uelut omnes offenderet, serapio diaconus eius, qui aliquando præsentibus clericis hunc protulit magna uoce sermonem: Nunq; poteris o episcope, hos cor-

rigere, nisi uno baculo percusseris uniuersos. Quo dicto maiora contra eum odia concitata sunt. Non post multũ uero temporis plurimos clericorũ pro diuersis exemit causis. At illi conspirantes aduersus eum, etiã derogationibus apud populũ utebant: quarum rerũ faciebant maximam fidem, eo quod nec ullũ secum comedere pateret, nec ipse ad aliũ inuitatus

2 *Excellens ciborũ abstinentia in Ioanne.*

accederet. Dicunt enim quidam, propterea noluisse eum cũ quoquã comedere, eo quod turpiter manducaret, escasq; perciperet. Alij uero, ppter excellentem ciborũ abstinentiam hoc eum facere prædicabant.

Sozomenus. Ego tamen, quodam uiro ueraci referente audiui, quod propter abstinentiam capite & stomacho sæpe dolebat, & ideo prandiorum epulas euitabat.

Socrates. Porro populus propter sermones, quos in ecclesia faciebat, diligebat eum, paruipendens accusatorũ uoces. Quales uero sint eius libri, non oportet nunc dici: qm̃ legentibus poterunt indicari. Igitur cũ clero tantummodo esset exosus, machinationes contra eum non omnino ualuerũt. Cum uero etiam plurimos Procerũ obiurgare cœpisset, tunc in uidia contra eũ maior accensa est. Et plurima quidem dicebantur: multa quoq; faciebant audientibus fidem.

Eius derogationibus dedit argumentũ homilia contra Eutropiũ tunc prolata. Eutropius enim Eunuchus Præpositus Imperatoris, & habens Consulis dignitatẽ, uolens in quosdam, qui ad ecclesiam confugerant, animaduertere, operã dedit ut ab Imperatoribus lex poneret, iubens ut nullus ad ecclesias confugeret, imo qui dudũ confugerant, traherent. Sed dei

3 *Vide miram dei ũ dictam contra infringentẽ priuilegia ecclesiæ.*

sequutũ est repente iudicium. Erat ergo proposita lex. Post paucos uero dies cũ ipse Eutropius offendisset Imperatorem, inter refugas erat apud ecclesiam. Episcopus uero Eutropio sub altari iacente, nimioq; percusso timore, residens super ambonem, ubi solebat prius facere consuete sermonem, homiliam increpatoriã fecit aduersus eũ. Vnde plurimos magis offendebat, eo quod hominem in infelicitate positũ, non solũ non miseraret, sed etiam ne obiurgare quidẽ desisteret. Igit̃ Eutropi ̃ tunc consulatus dignitatem habentis, propter quędam crimina caput Imperator iussit amputari, & ex ordine Consulũ eius nomen penitus aboleri. Quamobrem Theodori solummodo, qui cũ eo consul fuit, nomen adscriptum est. Pro diuersis igitur causis multos sæpius bibere obiurgabat, & plurimis erat exosus. Vnde Theophilus Alexandrinę ciuitatis episcopus, mox post ordinationem causas eius deiectionis quæsiuit, & quibusdã præsentibus ei latenter obloquebat̃, multis etiam longe positis scribebat. Contristabat̃ enim non solũ propter libertatem illã, sed quod etiam Isidorũ presbyterũ suum episcopũ Constantinopoleos ordinare non ualuisset.

Theodoritus. Sacerdotibus igit̃ Ioannes eps̃ supplicabat, ut secundum ecclesiasticas uiuerent sanctiones, quas qcunq; prꝑuaricari præsumerent, eos ad templũ prohibebat accedere. Dicebat enim, quod nec deberent frui honore sacerdotij ̃, qui eorũ uitam contemnerent imitari. Non solũ autem prouidentiam urbis Constantinopoleos habebat, sed etiam totius Thraciæ, quæ sex Præfecturis est diuisa, & Asiæ totius, quæ ab undecim Præsidibus regitur. His legibus ornabat etiam Ponticam regionem, quæ totidem iudicibus gubernari dinoscitur. Cumq; cognouisset in Phœnice adhuc dæmonibus sacrificia ministrari, electos monachos & imperiali-

bus sanctionibus coarmatos aduersus cultores destinauit idolorū, dans pecunias tēplorū destructorib⁹ rogandas,nō ex ęrario publico,sed quas a fidelissimis mulierib⁹ oblat⁹ liberaliter excipiebat sic ab ipso persuasis.

Videns uero etiam cohortem Celticā Arianis retibus illaqueatam, & cogitans de eorū capienda salute, consiliū huiusmodi uenationis inuenit. Eiusdem nanq; linguæ presbyteros,diaconos,atq; Lectores fecit, & unā eis ecclesiam dedit. Qua occasione multos eorū cœpit,cū & ipse frequenter illuc iret,& per interpretem Celticū diuinas lectiones exponeret. Hęc ergo intra ciuitatem crebro faciens, & plurimos eius gentis Arianorū ad Apostolica dogmata reuocauit. Apud Scythas aūt quidam erant salutis desideriū habentes,quo non poterant peruenire. Quod Ioannes cognoscens,quæsiuit uiros Apostolico zelo feruentes,eosq; misit,& desiderantibus salutis gratiam ministrauit.Ego aūt etiam literas eius legi ad Leontium Ancyre Præsulem, Quibus indicauit Scythas fuisse conuersos in nostra prouincia.Et cognoscens in quibusdam uicis Marcionis creuisse languorem,scripsit eius loci pastoribus,ut eos pellerent. Insuper etiam Principis pro hac causa proferri petiit sanctionē. Quod igit ecclesiarū curam in animo habuerit,secundū diuinum Apostolū,satis hæc docuerint.Licet autem etiam aliunde illius libertatem intelligere.

Gainas quidam genere Celticus, consilio Barbarus, studio tyrannico uehementer elatus,eo tempore cū esset magister militū, multos suæ gentis,multos etiam Romanorū sub suo magisterio habens, terrorem plurimis,etiam ipsi Principi meditatione tyrannidis inferebat.Eratq; Arianus. Is ergo rogauit Imperatorem,ut intra ciuitatem ei unā daret ecclesiam. At ille eum se placare promisit. Tum euocans Ioannē, eiq; potentiam illius meditatamq; tyrannidem dicens,petebat ut data ecclesia,eius refrenaret intentionē. At ille uirtute fortissimus: Noli,inquit, o Imperator hæc promittere, neq; sanctū canibus dare. Non enim potero deo benedicentes expellere, & sanctū templū blasphemantibus iniuste contradere. Neq; hunc Barbarum metuas Imperator, sed ambos nos iube uocari, & sub silentio inter nos quæ dicuntur audi. Ego nanq; linguam illius sic frenabo, ut non præsumat petere, quæ dari non expedit. Hoc audiens Imperator gauisus est,& utrunq; altero die uocauit. Tunc Gainas petitionem suam poscebat,Ioannes contradicebat,dicens.Non licet Imperatori pietatem custodienti,aliquid contra mandata diuina tentare.Cumq; responderet ille quod oratoriū & ipse habere deberet, Ioannes ait: Vbiq; tibi diuina domus aperta est,& nullus te uetat orare.At ille sed ego, inquit, alterius sectę sum,& cū meis unū templū habere deposco.Multos enim pro Romana republica labores assumpsi, & nō debeo in mea petitione contemni.Cui Ioannes:Plurima,inquit,prędia,& quę transcendunt tua certamina percepisti, magister mihtū factus, Consulari toga insuper exornatus. Et oportet te considerare quis pridē fueris, & qualis modo cōspiciaris, & quæ prisca paupertas,& quæ p̄sens subst̄atia.Quib⁹ uestib⁹ usus fueris anteq; Histrū trāsisses, & qbus nūc utaris.Cōsidera igit paucos labores maxima tibi præmia cōtulisse,& circa honorantē te nō sis ingrat⁹.His sermonibus tātus ille doctor obstruxit os Gainæ, eumq; cōpulit ut taceret.

Sozomenus. Igitur cū Gainas adipisci desideraret Imperiū, qui pridē de sua fide apud beatā martyrem Euphemiā in Chalcedone Imperatori

Arcadio promisisset, diuersa consilia reuoluebat, & in sua intentione semper instabat. Cumq; per diem nihil in urbe Constantinopolitana agere potuisset, machinatus est ut noctu Barbaros mitteret, qui palatiū concremarent. Tunc uero aperte monstratū est, quomodo Deus custodiat ciuitatem. Missis enim ab eo Barbaris ad incendiū atq; prædas, angelorū turba apparuit armatorū ingentia corpora habentiū. Illi uero putantes esse milites, abscesserunt. Cumq; hoc Gainę fuisset nuntiatū, incredibile uisum est. Nouerat enim omnem exercitū per ciuitates constitutū. Quapropter denuo sequenti nocte alios destinauit. Cumq; idem ei renunciatū fuisset (denuo enim angeli eandem uisionē Barbaris ostēdebant) nouissime ipse egressus cū multitudine, miraculi sumpsit experimentū arbitratus reuera, quod per diem quidē lateret exercitus, noctu uero pro eius custodia ponneretur. Et ita cū intra urbem nihil posset implere, egressus ad Thraciam, aperte hostilem monstrauit intentionem.

Theodoritus. Cū igitur aliquantū transisset tempus, diu meditatā tyrannidem Gainas patefecit. Collecto nanq; exercitu, per Thracias uniuersa uastabat. Hoc cognoscētes & iudices & populi, terrebant: & neq; repugnare illi quisq; audebat, neq; apud eum Legatione fungi, dum asperitatem Barbaricā formidarent. Tum ergo alios omnes tanq; metuentes relinquentes. Ioanni uiro sanctissimo onus Legationis imposuerunt. At ille neq; illius insultationis memor, neq; inimicitiarū, quæ hinc exortæ uidebantur, alacriter est profectus ad Thraciam. At ille cognoscens Legatum eiusq; fiduciam pro pietate animo se assumptam, occurrit ei longe itinere, eiusq; dexteram suis oculis circumposuit: insuper etiam suos filios sacra eius genua osculari præcepit. Huius ergo uirtutis Ioannes fuit, ut etiā ualde terribiles humiliari cogeret, & timere.

4 *Ioannes primus in nocturnis hymnis orationes auxit.*

Socrates. Ioannes itaq; episcopus Constantinopolitanus doctrina florebat, & apud cunctos fauorabilis habebat. Auxitq; primus in nocturnis hymnis orationes ob huiusmodi causam. Ariani (sicuti dictū est) extra ciuitatem collectas agebant. Sabbato aūt atq; Dominica intra portas & porticus congregati, hymnos & antiphonas ex Ariano dogmate compositas decantabant. Et hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cū ipsis antiphonis per mediam ciuitatem egressi portam, ad suā ecclesiam cōcurrebant. Cumq; hoc crebro quasi ad uituperationem orthodoxorū facere non cessarent, frequenter enim etiam hoc cantabant. Vbi sunt qui dicunt tria uirtute unū? Tum Ioannes metuens ne simplices huiusmodi cantibus traherentur, instituit suum populū, ut & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, ut & illorū obscuraret opus, & fideliū professio firmaret. Studiū ergo Ioannis ualde utile cū turba periculisq; finitū est. Nam cum clariores hymni homousianorū noctu apparerent (fecerat enim etiā cruces argenteas, quæ cū argenteis cereis portabant, expensas ad hæc Eudoxia Augusta præbente) tum Ariani zelo tracti, usq; ad cædem insurgunt. Vna ergo nocte, facta congressione, lapide in fronte percussus est Brison Eunuchus Augustæ, qui ad hymnos exercendos fuerat deputatus. Sed etiam quidā ex populo utriusq; partis extincti sunt, in his motus Imperator, prohibuit Arianos hymnos publice decantare.

5 *Fecit & Cruces argenteas quæ cum argenteis cereis portabantur, expēsas præbente Augusta. Intelligis ne hæc hæretice?*

Sozomenus. Fertur uero, quod inter alia Ioannes etiam propter Seuerianum Gabalensem episcopū, odium Augustæ sibi conflauerit. Is enim

Seuerianus & Antiochus Ptolemaidos, ambo eloquẽtissimi erant, & coram ecclesia docere instructi. Veniens ergo prius Antiochus Constantinopolim eloquẽtia promotus, atq; pecunijs ditatus, in suam reuersus est ciuitatem. Quem æmulatus Seuerianus postea uenit, uidens quod Ioannes frequenter in ecclesia sermone facto mirabilis apparebat. Eratq; honorabilis apud multos Proceres, & apud ipsum Imperatorem pariter & Augustam. Itaq; cũ Ioannes profectus fuisset in Asiam, huic cõmendauit ecclesiam. Credebat enim eius blandimentis, quod se reuera diligeret. At ille magis se auditoribus cõmendabat. Quod cũ Ioannes audisset, Serapione nunciante, æmulari cœpit. Reuersoq; ab Asia Ioanne contigit transeunte Seueriano, ut studio non assurgeret Serapio. At ille exasperatus clamauit: Si Serapio clericus mortuus fuerit, Christus inhumanatus non est. Ob hanc rem accusatus a Serapione uelut iniurioſus, & in deum blasphemus, ciuitate pulsus est a Ioanne. Quod Augusta cognoscens per familiares Seuerianj, mox eum a Chalcedone fecit reuocari. Porro Ioannes multis rogantibus, eũ uidere refugiebat, donec in Apostolorũ ecclesia in eius genibus poneret Augusta Theodosium filiũ suũ, supplicans & sæpe adiurans, ut Seuerianum ipsius reconciliaret affectui.

Socrates. Interea monachi ab eremo Constantinopolim ueniunt cum Dioscoro & fratribus, cum quibus Isidorus qui Theophilo amicissimus pridem, ob huiusmodi causam postea fuerat inimicus. Petrus quidam archipresbyter Alexandrinæ fuit ecclesiæ. Hunc Theophilus ab ecclesia ex odio proiecit, culpans eum, quasi mulierẽ quandã Manichæam, nõ prius abrenunciantem hæresim, in cõmunionem sacrã suscepisset. Cumq; Petrus diceret se eam iussu Theophili suscepisse, illo negante, Isidori testimonium Petrus implorabat, quod hoc actum non ignorasset episcopus. Eo tempore Isidorus Romæ agebat, a Theophilo missus ad Damasum, ut ei Flauianũ Antiochiæ reconciliaret episcopũ. Verũ reuersus Isidorus Petri responsionem uerã esse firmauit, dicens quod mulier Manichæa cũ episcopi fuisset iussione suscepta. Hinc accensus Theophilus, ambos expulit ab ecclesia. Ob hanc ergo causam Isidorus cũ Dioscoro & reliquis Constantinopolim uenit, ut Principi & Ioanni eius facta narraret. Hec Ioannes cognoscens, honorabat principio uiros, eorumq; fruebat orationibus. Cõmunione uero sacra cũ eis ante causæ cognitionem participare nõ uoluit. His ita gestis, peruenit ad Theophilũ sermo falsus, tanq; Ioannes illis cõmunicasset, ut eis ferret auxiliũ. Parabatq; ut non solũ de Dioscoro & Isidoro se ulciscereť, sed etiam Ioannem episcopatu deponeret. Misit ergo ad singularũ episcopos ciuitatũ epistolas, celans intẽtionem suã, culpans tamen Origenis libros. Deinde Epiphaniũ Cypri fecit amicum, cũ prius eius fuisset inimicus, tanq; de deo minus bene saperet, eumq; formã hominis habere iudicaret. Tunc ergo quasi ex pœnitentia, eius se professus est sequi sectam, egitq; ut synodus episcoporũ Cypri celebrareť, ut libri dãnarentur Origenis. Porro Epiphanius propter nimiã sui reuerentiã atq; simplicitatem circumuentus, constituta synodo lectionem librorũ Origenis interdixit. Misitq; literas ad Ioannem, monens ut ab Origeniana lectione abstineret: & synodo congregata quæ placuerant, etiã ipse firmaret. Theophilus igit famigeratum illũ Epiphanium circumueniens, & cognoscens sua uota proficere, etiã ipse collectis episcopis libros dãnauit Ori-

genis,qui pene ante ducentos defunctus erat annos:non quod huiusmodi haberet intentionẽ,sed studes Dioscoro eiusq; nocere sequacibus.Ioānes aũt paruipẽdens quę ab Epiphanio & Theophilo fuerant nunciata,in doctrina ecclesiastica laborabat & in ea quidẽ florebat, Nihil tamẽ de his, quę cõtra eũ cogitabant sępe,curabat.Cumq; Theophilus iam manifestudere uideret,ut Ioannem episcopatu deponeret:tunc etiã inimici Ioannis Theophilũ sunt sequuti:& multi clerici, multi ꝓcerũ palatij tẽpus inuenientes opportunũ, nitebantur ut synodus Constantinopoli fieret cõtra Ioannem. Et hoc tam per epistolas sibiꝑsis, quam per uerba mandabant. Auxit igitur odium Ioanni causa Seueriani & Antiochi episcoporum,quæ supra relata est.

Post paucũ uero tempus episcopus Epiphanius Constantinopolin uenit,portans damnationem librorũ Origenis. Quibus non quidem ipsum Origenem excõmunicatũ decreuerant, sed libris tantũmodo derogauerant,Egressus ergo ad Basilicam sancti Ioannis miliario ab urbe septimo constitutam:& collecta ibidẽ celebrata,ordinatoq; diacono rursus uenit in ciuitatẽ, & inuitationem quidẽ Ioannis declinauit causa Theophili: in propria uero mansione habitare magis elegit. Et uocans tunc præsentes episcopos damnationem librorũ Origenis legebat eis. Et quidã habentes Epiphanij reuerentiã subscribebant, plurimi aũt hoc facere recusabãt. Quorũ fuit etiam Theotimus Scythiæ præsul,qui ita respondit. Ego,inquit,o Epiphani,neq; ei,qui pridẽ bene requieuit,iniurias infero,neq; rem blasphemã tentare præsumo, damnans ea quæ priores nostri respuere noluerunt. Proinde neq; malũ doctrinam in libris Origenis esse conspicio. Tunc proferẽs libros Origenis legit, & ecclesiasticas expositiones ostendit,ac postea procedens dicebat:Qui his contumelias inferunt, nesciunt se ipsos. Hæc ergo Theotimus uitæ rectitudine nobilissimus Epiphanio respondisse fertur.

Ioannes igitẽ Constantinopoleos indignatus nõ est,quod præter regulas in ipsius ecclesia ordinationem fecisset Epiphanius,sed tamẽ rogabat ut inter episcopos cũ eo maneret. At ille nec manere se cũ eo,nec orare respondit,nisi Dioscorũ & qui cũ eo erant,urbe depelleret, & ipse in librorum Origenis damnatione subscriberet.Ioanne hæc facere differẽte & dicente, nõ oportere ante catholicam cognitionẽ aliquid facere petulanter; ad hoc consiliũ ab inimicis Ioannis Epiphanius instigat.Quũ esset in Apostolorũ ecclesia celebranda collectio, procedere faciunt Epiphaniũ,& coram omni populo Origenis damnare libros, & adiudicare Dioscorum eiusq; sequaces,simul quoq; derogare Ioanni uelut eorũ defensori. Hæc Ioanni nunciant. Altero uero die quum iam uenisset Epiphanius ad ecclesiam, hæc per Serapionẽ uerba mandauit:contra regulas multa gessisti o Epiphani,Primũ quidem,quod ordinationẽ fecisti in ecclesia sub meo iure constituta:deinde quia me non iubente,in ea, authoritate propria sacra celebrasti.Rursus quod inuitatus excusasti,& nunc denuo in teipsum cõfidis.Quapropter obserua ne turbatio nascat in populo,& huius rei periculum ipse suscipias.Hæc enim audisset Epiphanius,ab ecclesia formidãs abscesit.Quumq; reuersurus esset ad Cyprũ,ferunt quidã hæc eum mandasse Ioanni:Spero quod nõ morieris episcopus.At ille remandauit:Spero te ad tuam patriam non rediturum. Hæc utrum uera dicta sint,nescio;

ambo

ambo tamen hunc habuere finem. Nam nec Epiphanius uniꝰ peruenit ad Cyprum, ſed in naui defunctus eſt, & Ioannes paulopoſt ab epiſcopatu depoſitus eſt.

Cumq; Epiphanius diſceſsiſſet, perlatū fuit ad Ioannem, & quod Eudoxia Auguſta eum contra Ioannem armaſſet: & hinc accenſus, linguæ ubertate ſermonē fecit ad populū cunctarū mulierum uituperatione plenum. Hunc ſermonē populus omnis arripuit quaſi cōtra Auguſtam prolatus eſſet, & ita peruenit ad aures Imperatoris. Quod Auguſta cognoſcens, ueluti iniuriam ſuā narrauit Imperatori, dicens illius magis eſſe contumeliam quæ ipſius uxori fieret. Quamobrem factū eſt, ut Theophilus contra eum per quam uelociter ſynodū celebraret. Quod etiā Seuerianus ſimul agebat: erat enim adhuc inimicus. Inter hęc Theophilus uenit, multos ſimul epiſcoporū mouens. Confluebant igitur plurimi Ioannis inimici. Aderant etiā, quos ab epiſcopatu remouerat. Omnes ergo cōcorditer in Chalcedone conuenerunt, ubi tunc erat epiſcopus Cyrinus multa contra Ioannem loquens, impiū eum ſuperbumq; uocans. Epiſcopi uero delectabant talibus. Porro Maruthas Meſopotamenus epiſcopus, inuitus Cyrini calcauit tunc pedem. At ille dolore conſtrictus Conſtantinopolim cū epiſcopis tranſire non potuit: aliꝫ uero ſunt tranſuecti.

Sozomenus. Poſtea uero cū dolore laboraret eius crus continue, eſt abſciſſum: quia putredo pene omne corpus eius inuaſerat, & in pedē aliū iam ſerpebat. Is ergo poſt paululū temporis eſt defunctus.

Socrates. Theophilo aūt ab Alexandria uenienti nullus occurrit, nec ſolenni honore potitus eſt. Erat enim apertiſsimus inimicus. Sed Alexandrini nautæ, qui tunc uenerant cū frumentis, occurrentes eum fauorabiliter ſuſceperunt. Cumq; ueniſſet Cōſtantinopolim, refutauit in eccleſiam introire, ſed in una domo Auguſtarū, uocabulo Placidiana, tūc habitauit. Hinc ergo cœperunt contra Ioannem mouere cauſas: & nō iam de libris Origenī, mentio ferebatur, ſed has accuſationes illicitas excitabant. His ita præparatis, conuenientes epiſcopi in ſuburbano Chalcedonēſi, quod Rufini nomine uocitaē, ubi eſt in honore Petri & Pauli Apoſtolorū Baſilica conſtituta, euocauerunt Ioannem ſatisfacturū, pro quibus accuſabaē: iuſſeruntq; ut cū eo uenirent Serapion, et Tigrius eunuchus presbyter, & Paulus lector. Iſti enim ſimul accuſabanē. Cumq; Ioannes euocantes uelut inimicos refugeret, uniuerſalem ſynodū fieri proclamauit. At illi nihil morati quater eum euocauerunt. Qui cū noluiſſet occurrere, ſed ſynodū fieri proclamaret, damnauerunt eum, in nullo culpantes, niſi quod uocatus noluiſſet obedire. Cumq; hoc fuiſſet circa ueſperam nunciatū, populus ad ſeditionem maximā excitatus eſt: & noctu cōcurrentes, eum trahi ab eccleſia non ſinebant, ſed clamabant, ut apud maius conciliū de eo agi tareē examen. Porro iuſsio Principiꝫs urgebat, uelociter eum eiꝫci, & in exilium deportari. Hoc cognoſcens Ioannes tertio dānationis die circa meridiem ſeipſum populo ignorante cōtradidit. Cogitabat enim ne ulla propter ipſum ſeditio naſcereē. Et ille quidē in exiliū ducebaē. In populo aūt ſeditio enormis eſt exorta, ita ut etiā multi inimicorum eius miſericordia mouereē, dicentes eum calumniā paſſum, quem pauloante deſiderabant uidere depoſitū. Quamobrem clamabant omnes contra Principem atq; conciliū ſacerdotū, & maxime cōtra Theophilū. Non enim eius machi-

6 *Vbi eſt in honore Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilica conſtituta.*

7 *Concilij uniuerſalis autoritas.*

natio iam poterat latere, quæ multis quidem indicijs apparepat, maxime quod Dioscoro eiusq́ fratribus mox post Ioannis deiectionem cõmunicauerat. Tum igit̃ etiam Seuerianus in ecclesia docens Ioanni derogabat, dicens: Et si in nullo alio uituperãdus Ioannes est, eius tamen superbia crimen est ad damnationẽ sufficiens. Omnia nanq́ peccata remittunt̃ hominibus, superbis autem deus resistit sicut sanctæ scripturæ docent.

Orta igit̃ immensa seditione, populo discurrente, & ad ipsa regalia ꝓclamante, Augusta permota rogauit Imperatorem, ut eum reuerti præciperet. Misso igit̃ tũc eunucho Bresone, etiam necessitas Ioanni inuito, ut in ciuitatem ingrederet̃, imposita est. Cũ uero redisset, cum multo eius honore ad ecclesiam plebs occurrit. Et mox ut Ioannes ingressus est, rogabant ut in episcopali sede resideret, & populo orationem pacis impenderet. Quod cũ refutaret atq́ diceret, quod hoc oporteret iudicio fieri synodali, & eos qui damnauerant, suam sententiam reuocare, accendebantur omnes eũ uidere in loco proprio residentẽ, & uerba doctoris audire. Qui licet diu tardaret, pręualuit tamen populus, & eum in sede residere episcopali coegit, & consuete orationem præbere pacis. Coactus etiam sermonem fecit ad populum. Hæc causa aliam præbuit inimicis occasionem Et primũ quidem de Heraclidę ordinatione contra eum mouere dicebatur Theophilus quæstionem, ut Ioannem huius rei occasione deponeret. Verum Heraclides non aderat, iudicabat̃ aũt ueluti præsens quasi quosdam iniuste cæcidisset, catenisq́ uinctos misisset in pompã Ephesi per mediã ciuitatem. Cumq́ pars Ioannis diceret auditorium debere iuste cõstitui, Alexandrini contendebant ut Heraclidis accusatores susciperent̃. Hinc ergo seditio & cædes inter Constantinopolitanũ populum & Alexandrinum uehemens est exorta. Ob quam rem plurimi uulnerati, pauci etiam mortui sunt. Hæc uidens Theophilus, repente diffugit Alexandriam. Qd̃ etiam alij fecerunt episcopi, præter paucos, qui personam Ioannis amplectebant̃. His ita gestis, reprehensibilis Theophilus, est inuentus. Cuius auxit inuidiam, quod rursus Origenis libris incumberet. Qui cũ a quodam fuisset interrogatus, qũo ea, quę damnauerat rursus amplecteret̃, ita respõdit: Origenis libri similes sunt prato floribus uniuersis pleno: quicquid ergo in eis bonum inuenero, hoc decerpo. Si qd uero mihi spinosum occurrerit, hoc quasi pũgat, omitto. Hæc ergo Theophilus ait, non cõsiderans Salomonis sapientissimi uerba dicentis, quod uerba sapientũ sicut aculei sunt. Ob hanc ergo causam apud omnes Theophilus reprehensibilis uidebat̃. Porro Dioscorus Hermopoleos episcopus paulo post fugam Theophili mortuus est, claraq́ sepultus in basilica apud ilicem constituta: Vbi propter Ioannem synodus fuerat celebrata.

Theodoritus. Missus ergo tũc Ioannes in exiliũ, apud ostiũ habitabat Ponti, quod uocat̃ Hieron. Quũq́ per noctem terræ motus ciuitatem regiam inuasisset, Legati mane mittebant̃ ad eũ, rogãtes ut uelociter reuerteret̃ ad ciuitatem, & orationibus suis pericula remoueret. Sed et alij post illos, & rursus alij destinati sunt, ita ut legatis Bosphorus repleret̃. Quod quum fidelissimus populus cognouisset, fluctus Propontidos manibus est opertus, Omnes enim occurrerunt cereos & lampades accendentes pro reuersione pastoris.

8 *Nota usum cereorum & lampadarum accensarum in ostensionem gaudij.*

Sozomenus. Interea cũ Theophilus nauigio Hierapolim aduenisset,

mortuo eius ciuitatis episcopo, Nilammonem monachū elegerūt ciues. At ille cū crebro refugeret, ei Theophilus suadebat, ne sacerdotiū refutaret. Tū ille promisit, dicens: Cras quod domino placet, implebit. Altero uero die uenientes ad cellam eius, cogebant eū. Tū Nilammon prius, inquit, oremus. Quod cū Theophilus laudasset, simul orabat. Nilammon autem repente finem uitæ cum illa oratione suscepit.

Socrates. Ioannes itaq; doctrinis occupabat, ordinauitq; Serapionē Heracliæ Thracēsis episcopū. Vnde contra eū maius odiū excitat. Nam paulo post hæc contigisse nosc unt. Augustæ Eudoxiæ statua argentea cōstituta est in columna Porphyretica chlamyde circūamicta: eratq; posita nec proxime nec longe ab ecclesia Sophia, quam plateæ tantūmodo diuidebat iter. Illic ergo consuete ludus publicus occurrebat. Porro Ioannes iniuriam hoc arbitratus esse ecclesiæ, consueta fiducia rursus suam armauit linguam. Et cū oporteret principes supplicationis uerbo deflectere, ut a tali ludo recederet, hoc non fecit, sed impetu suæ usus eloquentiæ, iubētes fieri talia obiurgabat. Augusta uero rursus ad suam hæc trahebat iniuriam, & denuo præparabat, ut aduersus eū synodus celebraret episcoporum. Hoc sentiens Ioannes, illam notissimam in ecclesia protulit homiliam, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursusq; turbat: denuo saltat, denuo caput Ioannis in disco concupiscit accipere. Quod factū, amplius ad iram accendit Augustam.

Sozomenus. Interea quidam homo comprehensus est, qui Ioannē uolebat occidere, traditusq; ad supplicium Præfecto, a Ioanne ne perimeret erep tus est. Postea uero Elpidij presbyteri seruus, cursu in episcopū irruens, eū interimere nitebat. Et dum a quodam teneretur, & ipsum repente percussit, simul & aliū adstantem, & tertiū. Tū clamore facto & multis conuenientibus plurimos interemit: nouissime tentus & traditus est. Ex illo tpe Ioannem populus custodiebat die noctuq; eius circūsidentes domū.

Socrates. Paulo post aderant episcopi, Leontius Ancyræ Galatię, Ammonius Laodiciæ, Breson Thraciæ Philippensis, Acacius Berœæ Syriæ, & alij quidam. His præsentibus accusatores priores denuo mouebantur. Ioannes itaq; confidebat in talibus, rogans ut accusatio decenter flagitaret. Cumq; superuenisset festiuitas Natalis Saluatoris, Imperator solenni 9
ter ad ecclesiam non uenit, sed mandauit Ioanni, quod ei non communica *Festiuitas Natalis Saluatoris.*
ret, nisi criminibus prius exueret. Cumq; pro securitate Ioannis accusatores eius ualde terrerent, presentes episcopi nihil aliud requirebant, nisi qd post depositionem non decreto concilij resedisset in sede. Cūq; ille respon
deret, quod sexaginta quinque episcopi communicantes ei decreuissent, Leontius & alij reclamabant, dicentes: Sed plurimi te o Ioannes deposue
rūt. Cūq; denuo Ioannes hanc regulam non orthodoxorū ecclesiæ, sed es
se firmaret Arianorū: nam in Antiochia congregati pro damnatione fidei de consubstantialitate prolatę, odio Athanasij hanc regulam protulerūt: Tum illi non recta satisfactione condemnauerūt eū, non intelligentes qd dum hac regula uterent, Athanasiū quoq; deponerent. Hæc acta sunt circa festiuitatem paschæ. Mandauitq; Imperator Ioāni, non se posse ad ec- 10
clesiam uenire, quod eū duo concilia condemnassent. Vacabat ergo Ioan *Festiuitas paschæ.*
nes, & nequaquam in ecclesiam descendebat. Moxq; omnes ei fauentes ab ecclesia recedentes, Pascha quidem in Thermia quæ Constantinianæ

uocanť,celebrauerunt.Cũ quibus plurimi episcoporum,presbyterorũ,& sacri ordinis clericorũ commoti sunt,collectiones seorsum per loca diuersa celebrantes:unde etiam Ioannitæ uocati sunt. Porro Ioannes duobus mensibus nusquam processit,donec Princeps eũ duci iuberet in exilium Et illic quidem tractus ab ecclesia,ducebatur.Quidam uero Ioannitarum eo die ecclesiam incenderunt.Qua ardente flans uentus etiam basilicam Senatus pariter comprehendit.Quod actum est uicesimo Ianuarij mensis,Consulatu Honorij sexto & Aristhenis.Ob quam rem Optatus Præfectus urbis,cum Paganus esset,odio Christianorum plurimos Ioannitarũ diuersis tormentorum generibus laniauit.

Theodoritus.Ioannes igiť non solum e ciuitate pulsus est,sed etiam in quoddam exiguum oppidum atq; desertum Armeniæ Cucuson destinatus est.Inde rursus ad Pityuntem,ubi fines sunt Ponti Imperijq; Romani, quæ loca crudelibus Barbaris sunt uicina.Sed clemens dominus nõ permisit uictorem athletam per loca talia diu morari.

Sozomenus.Inter hæc Innocentius Romanus antistes audiens de Ioãne,& moleste ferens,uolensq; generale celebrari concilium,scripsit Ioanni & clero Constantinopoleos,quod non oporteret Ioanni succesſorem dari,nec eius clerum alij parere pontifici,quas prolixitatis causa non transtuli.Aiunt uero Ioannem cum in exilium duceret per uisionem cognouisse diem,quo moriturus esset,ostensum sibi a Basilisco martyre in Comanis:ubi cum esset itinere fatigatus,dolorem capitis nõ ferens & ardorem solis,uitam languore finiuit.

Socrates. Quartodecimo die Septembris mensis,Consulatu Honorij septimo,& Theodosij secundo.

Theodoritus. Huius igitur iniustitiæ causas abhominati sunt præcipue Europæ Pontifices: ab eorum nanque se suspenderunt communione:pariter omnes Illyrici eius partis effecti sunt. Orientales autem plurimi quidem iniustitiam declinauerunt,corpus tamen ecclesiæ diuidere noluerunt.Verum mortuo illo omnium doctore terrarum,non prius occidẽtales episcopi Aegyptiorum & Orientalium,Bosphoresium atq; Thracensium sunt amplexi communionem,quam illius sacratissimi uiri nomẽ inter prędecessores ponerẽt episcopos.Et Arsacium quidem,qui post eũ ordinatus est,ne alloquio quidem dignati sunt.Atticum uero Arsacij successorem,legationem crebro mittentem,& pacis pignora postulantem, in διπτύχοις scripto Ioannis nomine,postea susceperunt.

Socrates. Transactis itaq; diebus paucis,Arsacius Constantinopoleos ordinať episcopus,Nectarij frater,ualde longæuus,& plusq; octuaginta annos habens,qui mansuetissime admodum regebat episcopatũ.

Sozomenus. Cuius opinioni derogauit postea,quod cum Ioannis fautoribus agebať.Nam cum Arsacio communicare nollent,nec orationem hŕe cõem,sed (sicuti dictum est) seorsum per loca secreta ultima ciuitatis,sacra celebrarent,hæc ille renunciauit Imperatori. Cumq; iussisset ut eos manu militari turbaret,lapidibus atq; fustibus ppľm conuertit in fugam.Nobiliores autem et magis propensos in amorem Ioannis coniecit in carcerem. Porro milites (ut fieri solet) accepta licentia,prædam circa mulierũ ornamẽta faciebãt,zonas aureas,dextraria,monilia,lauatoria, annulos,diademata,& cum ipsis auribus earum auferentes inaures. Ob

quam

quam rem turba maxima & gemitus in ciuitate prodiit. Nec sic tamen illi affectum deposuere Ioannis, uerum publice plurimi conuenire, nec in platea, nec in balneo præsumebant. Quibusdam etiam erat domi quoq; manere periculosum, ita ut ciuitatem declinarent, multi siquidem uiri plurimæq; mulieres nobili genere procreatæ, uirginitate atque uirtute uitæ laudabiles fugerunt.

Socrates. Eo tempore etiam grando uehemens Constantinopoli & circa eius suburbana descendit. Quod factum est Consulatu eodem Honorij sexto, & Aristeneti, die trigesimo Septembris mensis, quod dicebãt dei ira factum, eo quod sine iudicio Ioannes fuisset cõdemnatus. Quibus uerbis crementum dedit mors Angustæ continuo subsequuta. Quarto nanque die post grandinem est defuncta.

Sozomenus. Tum uero Cyrinus Calcedonensis episcopus, qui Ioannem crebro lacerauerat, secto pede defunctus est.

Socrates. Alij tamen dicebant, Ioãnem hoc iuste perpessum, eo quod multas ecclesias Nouatianorum, Quartodecimanorum, & aliorum tulisset hæreticorum.

Sozomenus. Eo tempore quidam lector Eutropius est detentus, quasi & ipse in ecclesiam misisset ignem. Qui cum multa fuisset tormenta perpessus, coniectus in carcerem, paulo post est defunctus. Quid autem de eo contigerit existimo esse memorandum. Quidam uidit in somnis adstitisse altari uirum pulchritudine & magnitudine decoratum, quasi in honore martyris Stephani consistentem, & quasi cogitantem eo quod bonj uiri nusquam inuenirentur, atque totam se circumire ciuitatem, & nisi Eutropium nullum penitus inuenisse. Cumq; is, qui uiderat, experrectus fuisset, somnium retulit fidelibus uiris. Deinde requirens eos, qui a Præfecto comprehensi fuerant, & uerberibus macerati, inuenit Eutropiũ, eiq; retulit uisionem. At ille flens, orationẽ sibi dari ab eo, qui uiderat, implorauit. Cumq; diuersos Præfectus torqueret, nec personas incendij reperiret, etiam mulieres quasdam tenẽs suadebat, ut episcopi communionem amplecterentur Arsacij: & multæ quidem declinauerunt. Olympias autem iniustum credens malitiæ satisfacere dixit: Adhõc mihi calumniatores, & uiolentiam maiorem impone: mihi uero phas non est communicare, & ea facere, quæ pijs non licet perpetrare. Quam cum nequisset flectere Præfectus ut communicaret Arsacio, tum dimissam & paulo post tentam, multo nudauit auro, hoc modo credens ipsius frangi constantiam. Eo tempore Tigrius presbyter ueste nudatus, & dorso cæsus, ita tensus est, ut pedum eius ac manuum articuli soluerentur.

Socrates. Arsacius itaq; quum modicum uixisset tempus, defunctus est. Consulatu sequenti Stilliconis secundo, & Anthemij, undecimo die Nouembris mensis. Quo mortuo, de episcopatu Constantinopolitano magna cœpit esse contentio. Et propterea cum quatuor uacassent menses, sequenti Consulatu Arcadij sexto, & Probi, Atticus ordinatur episcopus, genere Armenius, habitu monachus, a iuuentute sua naturali sapientia decoratus.

Theodoritus. Ea tempestate Cyrillus Theophili consobrinus, Alexãdrinum suscepit episcopatum. Hierosolymorũ ecclesiæ præsidebat Ioannes uir mirabilis successor Cyrilli. Antiochiæ autem Alexander, uir ser-

mone doctus,& uirtutem oſtendens magnis operibus. Is enim Porphyrio ſuccedens,qui poſt Flauianum fuerat ordinatus, multa reliquit monimenta clementiæ. Flauianus equidem ſapientiæ ſubtilitate florebat. Porro ſacratiſsimus Alexander cõuerſatione ſummoq; philoſophiæ eloquio, & plurima donorum copia abundabat. Is nanq; etiam partem Euſtathij (quam pridem Paulinus flectere non potuit,nec poſt illum Euagrius)precibus uſus reliquo corpori copulauit, egitq; feſtiuitatem, cuius ſimilem nemo potuit aliquando uidere. Nam quum omnes fideles ſumpſiſſet ſacerdotes ſimul & populum,uenit ad locum, ubi Euſtathiani congregabãtur. Apprehendenſq; pſallentes, & unum canticum ſub quadam concrucia prædicantes,a porta ultima ciuitatis uſq; ad maiorem eccleſiam totam plateam compleuit hominibus, & oſtendit fluuium rationalem, inſtar fluminis decurrentis. Hæc Iudæi uidentes & Ariani, & paruæ reliquiæ Paganorum,ingemuerũt, uidentes alios fluuios in mare eccleſiæ cõcurrentes. Is ergo Pontifex,Ioannis magni uocabulum eccleſiaſticis ἀιτυχείς primus inſeruit.

II. *Ecce cantum Eccleſiaſticum.*

Huius doctoris reliquiæ ſequenti tempore in regiam deuectæ ſunt ciuitatem. Rurſumq; fideliſsimus populus per pelagus quaſi per terram currens undas Boſphori lampadibus & cereis obuelauit. Hunc ergo thesaurum in illa ciuitate recondidit Imperator. Qui ſui aui & uocabulum ſortitus eſt,& pietatem ſeruat inuiolabilem. Is in eius loculum defigens oculos atq; frontem,pro Arcadio et Eudoxia genitoribꝰ ſupplicauit,ut ignoranter delinquentibus ueniam condonaret. Pridem enim mortuis ſunt eius parentes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum & progenitorum deus,experientiam pupilli eum ſentire non pertulit. Nam & pie nutriri fecit,& ſine concuſsionis metu cuſtodiuit eius imperium, atq; tyrannorum conſilia refrenauit. Is enim beneficiorum ſemper memor, honorabat beneficij largitorem, habebatq; participes hymnorum ſorores ſeruantes conuerſatione uirginitatem,& delicias maximas iudicantes ſacrorum meditationes eloquiorum, theſaurum inauferibilem exiſtimãtes manus egentium. Verum ipſe Princeps multis etiam alijs adornatur, maxime uero clementia,manſuetudine, animi tranquillitate nunquam recipiens tempeſtatem fide uera atq; probabili. Cuius iudicium nos conuenit oſtendere manifeſtum. Quidam uir conuerſationis quidem monachicæ,ſed aſperior conſilio, adijt Imperatorem pro quadam cauſa rogans. Cum hoc crebro feciſſet,nec ea quæ poſtulauerat impetraſſet,eum ab eccleſiaſtica communione prohibuit,& impoſito ei uinculo diſceſsit. Verũ fideliſsimus Imperator ad palatium reuerſus, tempore prandij præſentibus conuiuis ait,non ſe ſumpturum cibum, niſi prius eius uinculum ſoluetur. Ob quam rem miſit ad ciuitatis epiſcopum,rogãs ut iuberet ei, qui ligauerat,ut ipſius uincula ſolueret. Cumq; dixiſſet epiſcopus,non debere a quolibet obligationem recipi, & mandaſſet quod ſolutus eſſet: ille tamen eius non ſuſcepit ſolutionem,donec qui ligauerat multo labore requiſitus,ei communionem quam prohibuerat,reddidiſſet.

12. *Vide in honorem reliquiarum Ioannis accendi cereos & lampades.*

Vide uenerationem ab Imperatore ſancti loculo exhibitam.

Vide demum humilem eius ſupplicationem ut parentibus ſuis ueniam condonaret.

Quæ omnia ſunt contra falſa præſentium hæreticorum dogmata.

13. *Nota quam reuerentiam excommunicationi impẽderit Theodoſius iunior, cum tamen a ſuo iudice non eſſet lata, & forte nec ob iuſtam cauſam.*

VITA ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOpolitani per Cassiodorum Senatorem scripta.

SOcrates. Arsacius episcopus Constantinopolitanus cum modicum uixisset tempus, defunctus est, Consolatu sequenti Stilliconis secundo & Anthemij, undecimo die Nouembris mensis. Quo mortuo, de episcopatu Constantinopolitano magna cœpit esse contentio. Et propterea quum quatuor uacasset menses, sequenti consolatu Arcadij sexto & Probi, Atticus ordinatur episcopus, genere Armenius, habitu monachus, a iuuẽtute sua naturali sapientia decoratus. *Habetur libro. x. historiæ Tripartitæ. Cap. xxij.*

Imperatore autem Theodosio iuniore octauum annum agente, iam tribus annis Atticus habebat episcopatum, uir clarus & eruditus, uenerabilis atq; prudens. Vnde etiam ecclesias sub eo magnum sumere contigit incrementum. Non enim solis propriæ fidei personis munificus erat sed etiam hæreticis miraculum suæ sapientiæ demonstrabat, quos uexare quidem nolebat. Cum uero eos terrere tentasset, denuo mansuetudinẽ ostendebat, & inter hæc non negligebat eloquentiam. Laborabat enim circa ueterum lectiones, noctu eis incumbens. Quapropter non eum mouebant Philosophicæ aut Sophisticæ lectiones. Erat enim & confabulantibus gratus, & cum tristibus mœstus, & absolute (secũdum Apostolũ) omnibus omnia factus est. Primo quidem eum presbyter esset, libros faciebat, & meditatos coram ecclesia recitabat. Postea uero etiam fiduciã eum labore sortitus, sub oculos doctrinam laudabilem proferebat. Non tamen tales erant eius sermones, ut etiam ab auditoribus scripturæ traderentur. Quæ uero eius temporibus memoranda acciderint narrabo. *Ex lib. xi. historiæ tripartitæ. cap. x.*

In Synnada Pacatianæ Phrigiæ ciuitate Theodosius quidam erat episcopus, & Macedonianos, cum illic plures essent, insequebatur, & non solum eos e ciuitate, sed etiam ab agris nimia crudelitate pellebat, cum Orthodoxorum ecclesia persequutiones inferre non soleat. Quod ille nõ zelo rectę fidei, sed pro pecuniarum amore faciebat. Contra quos uniuersos tam clericos, quam iudices prouinciales armabat, & præcipue Agapitum eorum turbabat episcopum. Quumq; iudices prouinciæ ad inferenda tormenta, sibi sufficere non putaret, Constantinopolim est profectus, & præfectorum auxilia mereretur. Ibiq; posito Theodosio propter huiusmodi, Agapitus Macedonianorũ episcopus ad meliorem se contulit partem, habitoq; tractatu cũ omni clero, & euocans totum populum sibi subiacentem, suasit eis, ut consubstantialitatis susciperent fidem. Hoc facto, repente cum maxima multitudine, immo eum omni (ut ita dixerim) ciuitate ad Orthodoxorum ecclesiam uenit, & oratione facta, sedem in qua Theodosius præsidere solebat, obtinuit. Tum ueniens populum, & deinceps fidem consubstantialitatis docẽs, ecclesiam tenuit Synnadensem. His ita gestis, non post multum temporis Theodosius cũ Præfectianorum uenit auxilio, & nihil sciens horum, quæ fuerant gesta, ad ecclesiam properauit. Ex qua ab omnibus expulsus, rursus Constantinopolim remeauit, & apud episcopum Atticum, quę fuerant contra eum gesta, deposuit, quemadmodum iniuste episcopatu fuisset expulsus. Atticus autem cognoscens utilem causam ecclesiæ accidisse, Theodosium q-

dem uerbo consolatus est, ut patienter ferret. Præponens autem causis personalibus generalem utilitatem, scripsit Agapito, ut teneret episcopatum, nihilq; de inimicitijs Theodosii cogitaret.

Hoc igitur unum est rerum utilium, quæ Attici temporibus in ecclesia acciderunt. Sed neque miraculorum, aut sanitatum his defuit causa temporibus. Quidam nanq; Iudæus quum paralyticus esset, plurimis annis in lecto iacebat. Cumq; omnis medicina ei fuisset adhibita, & cunctorũ Iudæorũ nihil oratio præualeret: nouissime ad baptismatis christiani gratiam confugit huic soli ueritatis medicamini se committens. Hoc uelociter episcopo Attico nuntiatur. Quem cathecumenum factum, & spem Christi promittentem deportari cum lecto præcepit ad baptismum. Verum Iudæus paralyticus baptismum uera fide suscipiens, cũ de fonte fuisset leuatus, statim morbo caruit, & deinceps sanus fuit. Hanc igitur curã uirtus Christi etiam nostris temporibus demonstrauit. Qua ex causa plurimi paganorum credentes baptizati sunt. Iudæos autem licet signa quærentes, hęc tamen non prouocauerunt ad fidem. His ita apud christianos gestis, plurimi parui pendentes, in sua nequitia permanserunt. Et non solũ Iudæi tantis prodigijs repugnabant, sed etiam sequaces eorum similia sapuisse conuicti sunt.

Ex eiusdem historiæ libro. xij. Cap. i.

Atticus ergo episcopus causas ecclesiæ sapientia mirabiliter disponebat, doctrinis quæ populum ad uirtutis studium prouocabat. Cumq; uideret diuisam ecclesiam, cum Ioannitæ seorsum apud seipsos sacra solemnia celebrarent, iussit ut in orationibus memoria Ioannis haberetur, sicut aliorum dormientium episcoporum fieri consueuit: per hoc sperans

1.

Iussit Atticus Ioannis Chrysostomi memoriam haberi in orationibus, sicut aliorum dormiẽtium episcoporum fieri consueuit.

plurimos ad ecclesiam reuocari. Adeo autem largus erat, ut non solũ pauperibus suarum parœciarum, sed etiam in uicinas ciuitates multas pecunias pro egentiam subsidio transmitteret. Calliopio nanq; presbytero ecclesiæ Nicenæ trecentos aureos mittens hæc scripsit.

Calliopio Atticus in Domino salutem.

Cognoui decem milia esurientium in ciuitate, a pijs exhibenda egere misericordia. Decem milia uero cum dico, multitudinem intelligo, non perfectum numerum comprehendo. Quia igitur ego quidem præceptũ numerum datum ab eo, qui manum habet munificam, & præbet congruis dispensationibus, & contigit aliquos indigere non habentes, nec acquirere scientes, suscipiens o charissimum mihi caput, hos trecẽtos solidos expende sicut uolueris, & maxime illis, quos petere pudet, & non eis, qui propter uitæ uentrem magis negociantur ex talibus. Noli igitur uel religionem in hac parte considerare, sed unam tantummodo rem obserua, ut nutrias indigentes, nec cogites si quæ nostra sunt, sapere non uidentur.

Sic igitur Atticus etiam procul indigentium habebat curam, sed & superstitionem quorundam studebat abscindere. Audiens etenim Nouatianos Iudaicum Pascha sequentes, propter sabbatium fuisse diuisos, eiusque corpus ab insula Rhodi, ubi mortuus fuerat, trãslatum, & plurimos ad tumulum eius orare, noctu mittens, in aliud sepulchrum corpus sabbatĩ iussit abscondi. At illi consuete uenientes, effossum, quæ reperientes tumulum, deinceps eum locum colere quieuerunt.

Erat uero circa nomina locorum studiosus. Nam cum quidam portus in ore ponti Euxini constitutus, ex antiquo φαρμακὸς appellaretur, id est uenenarius,

uenenariũs, mutato nomine eum locum Senatorium nominauit, ne dum ibi collectæ prædicarentur, nomine blasphemo locus ipse designaretur. Sed & alium locũ ἀργυροπολιν pro huiusmodi causa nominauit. Χρυσόπολις item in capite Bosphori constituta est. Huius multi antiquorum faciunt mentionem. De qua ciuitate Xenophon in primo libro Helladicorum dicit, quod eam muro cinxerit Alcibiades, & in ea cõstituerit, ut qui nauigarent de Ponto, decimas ibi præberent. Videns ergo Atticus locum in contraria ripa Χρυσοπόλεως positum delectabilem & decorum (ait, ἀργυρόπολις nominetur: qui locus eius repente cognomen obtinuit. Igit quibusdam dicentibus ei) non debere. Nouatianos intra ciuitatem missas facere: Nescitis, inquit, quantum nobiscũ in persecutione Constantĩ atq; Valentis fuerint passi, qui etiam testes sunt nostræ fidei. Nam quum prædem ecclesia fuisset diuisa, isti circa fidem nihil innouauerunt.

2 *Nouatiani intra ciuitatem Constantinopolitanam Missas faciebant. Nota ergo Missæ uocabulum non esse nouum inuentum, ut hæretici mentiuntur.*

Pro episcopi ordinatione aliquando ueniens in Nicæam, Asclepiadem Nouatianorum uidit episcopum ualde senem, interrogauitq; quot in episcopatu annos haberet. Quo respondente, quinquaginta: Felix, inquit, homo es, tanto tempore boni operis curam habens. Super hæc ait: Ego quidem Nouatum laudo, Nouatianos nõ approbo. Tum Asclepiades: quomodo hoc dicis episcope? Verum Atticus: illum, inquit, laudo, quoniam his, qui sacrificauerant, communicare noluit, hoc etiam ego ipse feciſſem: Nouatianos autem non laudo, quod pro leuibus uitijs laicos a gratia cõmunionis excludunt. Asclepiades dixit: extra sacrificandi peccatũ etiam alia plurima sunt delicta secundum scripturas, quæ dicunt ad mortem, propter quæ uos quidem clericos, nos autem communicare etiam laicos prohibemus, Deo soli eorum remissionis iudicium committentes.

Atticus uero etiam suam præsciuit mortem. Nam cum a Nicæa discederet, Calliopio præsbytero dixit: Ante autumnum Constantinopolim uenire festina, si uiuum me denuo uidere desideras. Si tardaueris, non uidebis. Quo dicto, mentitus non est. Anno nanq; uigesimo primo sui episcopatus, decimo die mensis Octobris est mortuus, consulatu Theodosij undecimo, & Valentiniani Cæsaris primo.

Porro Theodosius Imperator a Thessalonica reuertens, eius exequias non inuenit. Ante unum nanq; diem, quam ingrederet, ille sepultus est.

VITA EVNONII THEODOSIANI EPISCOPI, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur libro. x. historiæ Tripartitæ capi. 16.

THeodoretus. Theodosius Iunior Imperator templa, quę fuerant derelicta, a fundamentis dirui fecit, ut posteri ne uestigium quidem erroris pristini reperirent, hunc enim sensum etiam in sua lege conscripsit. Quando igitur Roilas dux scythiæ transiuit Histrum, & eum innumero exercitu uehementer Thracias populatus est, ipsamq; regiã ciuitatem obsidere, & subuertere minabat, supernis iaculis atq; fulminibus eum maiestas diuina perterruit, & ipsum & omnem simul concremauit exercitum.

Tale aliquid a domino eius consolatore etiam Persico prælio gestum est. Nam cum illi Romanos uacare cognouissent, & ciuitates in confinio constitutas debellarent, pacisq; pacta transcenderent uastatis finibus, ne

mo ferebat auxilium. Imperator nancq; de pace præsumens, duces & milites ad alia bella miserat. Tunc ergo imbre uehementissimo, & grandine demissa, ulterius eos deus accedere non permisit, eorumq; ligauit cursum, ita ut uiginti diebus totidem ambulare stadia non ualerent. Duces uero uenientes congregarunt exercitum, & in priori bello obsidentes urbem Imperatoris uocabulo nominatam, ridiculos ostendit. Cum.n. plusquam triginta diebus Gororanes rex, prædictam undiq; obsideret ciuitatem, & multa machinamenta construeret, & turres contra muros ciuitatis excelsas ædificaret, solus Eunomius sacratissimus eius ciuitatis episcopus restitit, & impetum molimínis eorum machinasq; destruxit. Et licet duces nostri hostibus bellando cessissent, & obsessi ciues resistere nõ auderent, iste solus pugnando a uastatione præseruauit ciuitatem.

Vnus itaq; partis hostilis uir dum cõsuete blasphemaret, & Rapsacis atq; sennacherib uerba profunderet, & cum uesania minaret, sacrum se cõ crematurum templum, ille uir sanctissimus non ferens huius insaniam, iussit balistam poni iuxta propugnaculum, quæ Apostoli Thomæ habebat uocabulum: & maximo in eam lapide coaptato: In nomine, inquit, eius, qui est blasphematus, lapidem tenso arcu dimittite. Tũ lapis emissus ueniens usq; ad faciẽ nephandissime blasphemantis, uultum eius ualde corrupit, caput contriuit, cerebrumq; in terram dispersit. Hoc cum Dux exercitus cognouisset, qui se ciuitatem capturum esse minabat, siluit, & rebus ipsis uictum se esse professus est, et metuens quæsiuit pacem. Sic ergo Rex omnium fidelissimum hunc principem conseruauit, cũ & iste seruitutem profiteatur, & competens offerat domino ministerium.

Habetur libro. x. historiæ Tripartitæ capitu. 29.

VITA ABDÆ APVD PERSAS EPISCOPI, HORmisdæ & sannis confessorum, necnon Beniamin diaconi & martyris, per Cassiodorum senatorem scripta.

THeodoretus. Arcadij Imperatoris tempore Isdigerdes Persarum Rex contra ecclesias huiusmodi de causa bella commouit. Abdas quidam erat Episcopus plurimis uirtutibus adornatus. Is non mediocriter usus zelo diuino, πυρεῖον, id-est, focum eorum seu uestam destruxit. πυρεῖα nancq; illi uocant templa, in quibus ignem seruant: deũ enim arbitrant ignẽ. Hoc cum rex cognouisset a Magis, euocauit Abdam: & primo quidem mansuete culpauit factum, præcipiens ut πυρεῖον rursus ædificaret. Illo resistente, et hoc nequaquam facere confirmante, uniuersas se rex destructurum interminatur ecclesias: cuius interminationem completio subsecuta est. Nam prius illum uirũ occidi præcipiens, destrui quoq; ecclesias imperauit. Ego sane destructionem τὸν πυρεῖον non reor opportune commissam, neque enim sanctus Apostolus cum uenisset Athenas, & ciuitatem repletam Idolis conspexisset, aras ab illis honoratas destruxit, sed ratione ignorantiam redarguit, & ueritatis iura monstrauit. Quod uero destructum templum reædificare noluerit, sed necem magis elegerit, ualde admiror, et plurimis eum honorandum coronis existimo. Tale est enim ignem adorare, quale eius ædificare templum. Hinc ergo sumens tempestas initium, sæuissimæ atq; ferociter circa pietatis alũnos intumuit, & triginta iugiter annis flu-

ctuatio dura permansit, a Magis ueluti quibusdam procellis agitata. Magos enim appellant Persæ eos, qui elementa deificant. Quorum fabulas in alia conscriptione monstrauimus, in qua horum interrogationibus dignas solutiones obtulimus. Gororanes itaq; filius Isdegerdis, post patris mortem cũ Imperio etiam contra Christianam pietatem bella suscepit. Quas enim tormentorũ species, & supplicioꝝ adinuentiones pñs intulerit, non est facile nunc narrare. Alioꝝ nanq; manus excoriauerunt, alioꝝ dorsa aliorum capita, a fronte inchoantes usq; ad ceruices nuda cute reliquerunt. Alios sectis per medium calamis, nudos operientes (& ipsas sectiones calamorũ carnibus aptantes) a capite usq; ad pedes funibus strin gentes, postea calamos ex eorũ membris uiolenter trahebant, ut acutæ sectiones calamorũ, cum traherentur, eorũ carnes secarent, & tormentum amarissimi doloris inferrent. Deinde fodientes lacus, & eos undiq; obturantes, soricum maiorũ greges in eos immiserunt, eisq; pabulum athletas dederunt, impie ligantes manus eorum & pedes, ne possent a se bestias remouere. Sed & alia tormenta sceuiora ualde exercuerunt, habentes doctorem ueritatis inimicum. Sed non potuerunt athletarũ deuincere fortitudinem. Sponte nanq; currebant, ut occasione huius mortis incorruptibilis uitæ dona perciperent. Duorũ tamen aut trium faciam mentionem: ut per hos reliquorum fortitudo monstretur.

Hormisdes quidam ualde nobilis apud Persas erat, qui patrem Præfectum habuerat. Hunc cum rex cognouisset esse Christianũ, deduci fecit, & imperauit, ut salutarem negaret deum. At ille. Nec iustum inquit, nec utile præcipis, Imperator. Nam qui docetur, ut deum omnium facile contemnat ac neget, facillime quoque spernit Imperatorem, cũ & ipse sit particeps naturæ mortalis. Etsi summo supplicio dignus est, qui tua sceptra contempserit Imperator, multiplicibus tormentis subdendus est, qui cunctorum negauerit creatorem. At Imperator cum debuisset mirari prudẽtiam, fortissimũ diuitiꝝ & dignitate nudauit athletam, iussitq; ut nudus traheret camelos exercitus. Quũq; plurimi transissent dies, respiciẽs de superioribus Imperator, uidit illũ eminentissimũ uirũ solis radiꝝ inflammatum, & puluere squallore repletũ, patriæq; nobilitatis memor, eũ ad se iussit adduci, & lineis uestibus operiri. Deinde putans quod tam præcedenti afflictione, quam exista clementia molliret, uel nunc inquit, illa obstinatione exutus nega filiũ fabri. At ille dei zelo repletus dirupit uestem & proiecit, dicens: Si propter hoc me putas a pietate recedere, habe donũ cũ impietate, quam possides. Hanc eius fortitudinem contemplatus, nudum eum a suo expulit Imperio.

Sannen quoq; mille famulorũ dominũ, resistentem sibi, & negare creatorem omniũ nolentem, requirens quisnam seruorũ eius esset sæuissimus, illi aliorũ seruorum tradidit dominatum. Cui ipsum quoq; dominũ seruire præcepit, simul & eius uxorem, per hoc putans propugnatorem se flectere ueritatis. Sed spe sua deceptus est. Habebat enim ille domum in petra constructam.

Beniamin etiam diaconũ comprehendens clausit in carcere. Cumque duo transissent anni, superuenit legatus Romanorũ pro aliꝝ causis acturus. Et cũ hæc cognouisset, postulauit a rege, ut dimitteretur Diaconus. Porro rex iussit ut promitteret Beniamin, quod nulli Magorũ doctrinã

Christianam prædicare tentaret, & dimitteret exire. Tum legatus quidē custodire Beniamin, quæ rex præceperat, compromisit. Beniamin autem audiens monita legati: impossibile est, inquit, non me participare lumen alijs, quod ipse percepi. Quanto enim supplicio dignus sit, qui talentū absconderit, sacra euangeliorū testatur historia. Sed rex horū tū nihil cognoscens, iussit eum absolui a uinculis. At ille prædicare nullatenus cessabat: & capiens eos, qui ignorantiæ caligine tenebantur, intelligibili luci iugiter offerebat. Dumq; transisset annus, regi gesta illius nunciant. Tum deductum ad se negare iussit, quem adorabat deū uerum. Ille quæsiuit a rege dicens. Quo dignus honore est, qui suū derelinquens regnum, inuadere studuerit alienū? Cūq; dixisset rex: Morte ultimoq; supplicio: Sapientissimus ille respondit: quid ergo non iuste patiatur homo, qui factorē mū dicq; creatorem, nutritorem, ac saluatorem deserens, unū conseruorū suorum deificare uoluerit, & debitum illi cultum isti magis obtulerit?

His sermonibus rex accensus, uiginti calamos acui, & totidem unguibus digitorū eius manuū atq; pedū præcepit infigi. Cumq; hoc supplicii ab eo derideri conspiceret, aliū rursus calamū acutum in eius femur unde humana origo descēdit, iussit immitti. Cumq; crebro eiiceretur & rursus inducerē, ineffabiles ei dolores excitabat. Post hoc uero supplicium impius atq; ferox uirgam grandem spinis undiq; plenā, per eius meatū iussit induci, & hoc modo spiritū fortissimus decertator emisit. Sed & alia multa ab illis impijs sunt tentata. Nec tamen mirandū, quod illorū ferocitatē & impietate longanimiter deus omniū patiatur, quando ante Imperium Maximi Constantini quicunq; fuerunt Romanorū Imperatores, contra ueritatis ministros uehementer insanierint. Diocletianus nanq; passionis salutaris die in omni Imperio Romanorū destruxit ecclesias. Sed nouem transactis annis istæ quidem denuo refloruerunt, & multiplicem magnitudinem susceperunt. Ille uero post rabiem suæ impietatis extinctus est. Nam & bella huiusmodi futura dominus prædixit, & ecclesiæ uictoriam prædicauit. Nos tamen ipsæ quoq; res edocent, quod magis nobis utilia sunt bella, cēq; pax: quia pax delicatos nos facit, remissos & timidos: porro bellum & mentē acuit, & præsentia quasi transeūtia contemnere persuadet. Sed hæc quidem etiam in alijs operibus crebro diximus.

1 *Diocletianus Imperator Passionis salutaris die in omni Imperio Romano destruxit ecclesias, sed illæ paulopost refloruerant.*

Habetur libro. xi. historiæ Tripartitæ capitu. 8.

VITA MARVTHÆ EPISCOPI MESOPOTAMENI, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Socrates. Iunioris Theodosij tempore apud Persas est Christianismus dilatatus. Inter Romanos enim & Persas semp
S propter diuersas causas mittuntur legationes. Tū ergo causas attulit ut Maruthas Mesopotamenus episcopus (cuius dudum meminimus) a Romanorū Imperatore ad Persarū destinaretur regem, qui mulcā reuerentiam apud Maruthā inueniens, eū decenter honorabat, & tanquam diuinū respiciebat uirū. Hoc factū mor
1 debat Magos metuentes, ne regē Christianū fieri suaderet. Nam cū dolore capitis multo tempore torquereī, Magis eum curare non ualentibus, Maruthas orationibus fecit incolumē. Ob hanc ergo causam moliti sunt quandam Magi fallaciam.

Maruthas Regē Persarum a dolore capitis orationibus fecit incolumem.

Et quoniam Persæ ignē colūt, consueuitq; Rex in quadam domo ignē ardentem perpetuo suppliciter adorare: Magi sub terra hominē quendā abscondentes tempore, quo rex solebat adorare, eum talia clamare fecerunt: Mitte foras Regem: impie enim egit, quod sacerdotem Christianorum iudicat esse uenerandum.

Hæc audiens Isdigerdes Persarū rex, licet reuerentiam haberet, tamen Maruthā abijcere cogitabat. Porro Maruthas uere Deo uenerabilis homo, uacabat orationibus per quas inuenit dolū Magicis artibus fabricatū. Veniēsq; ad Regē: Noli, inquit, illudi Rex, sed ingressus cū audieris uocē, fodi iube, & doli causas inuenies. Non enim ignis loquitur, sed hoium molimina huiusmodi esse noscuntur. Hoc dicto, flexus est Persarum rex: & rursus ingressus ubi ignis inextinguibilis seruabatur, cū audisset uocem, iussit fodi locū. Tum qui mittebat quasi diuinā uocem, inuentus arguitur. Iratus itaq; Rex, Magorū genus usq; ad decimā iussit imminui portionē. Hoc facto Maruthæ dixit, ut templa quæ uellet ædificaret. Ex hoc apud Persas sumpsit Christianismus incrementum. 2 *Vide Christianitatis indicium, templorū ædificationem.*

Tū igitur Maruthas a Persis Constantinopolim remeauit. Et non longo post tēpore rursum destinatus est. Iterumq; Magi machinabantur ne eū susciperet Rex. Feceruntq; fœtorem quendā in loco, unde Rex transire solebat, & quasi a Christianis id factū fuisset derogabant. Cumq; Rex suspectos iā habens Magos hoc cū studio requisisset, denuo ab eis concinnatū esse cognouit. Quamobrē plurimos eorū supplicijs tradidit Maruthā uero potiori honore coluit, & Romanos ualde dilexit, eorumq; amplexus est pacē. Qui pene Christianus fieri potuit, cū aliud miraculū per Maruthā & Ablatē Persidos episcopū, pueniſſet. Ambo nanq; molestū dæmonem a regis filio propulerunt, orationibus uacantes atq; ieiunijs.

Post hæc Isdigerde defuncto anteq; fieret Xpianus, ad eius filiū peruenit Imperiū. Cuius tēpore inter Persas atq; Romanos pacta soluta sunt.

VITA ACACII AMIDÆ CIVITATIS EPISCOPI, & Theodosij iunioris Imperatoris, per Cassiodorū senatorē scripta.

Habetur lib. II. Historiæ Tripartitæ. Cap. XV.

SOcrates. Defuncto Isdegerde rege Persarū, eius filius Barabanes ei successit. Hic instigatus a Magis, crudelibus torquebat supplicijs Christianos. Cumq; Christiani apud Persas opprimerentur, confugiunt ad Romanos, eorū petentes auxilium. Quod Atticus episcopus libēter accipiēs, eosq; quantum erat possibile fouens, quę gesta fuerant Theodosio nunciauit Imperatori. Eo quoq; tēpore etiam alia causa acciderat, quæ Romanos Persis faciebat infestos: Quoniā Persæ aurifossores, quos a Romanis ad mercedem acceperant, reddere contemnebant: & quod onera negociatorū Romanorum uiolenter abstulissent. Cū illa ergo ingratitudine, etiam Christianorum ad Romanos confugientiū est adiecta. Mox ergo Persarū rex Legatos mittit, repetens fugiētes. Porro Romani nequaq; ad se confugientes reddere uoluerunt, non solū supplices liberare studentes, sed pro Christianissimo libenter omnia sustinere. Quamobrem pugnare, quam peritos Christianos tradere, potius elegerūt. Solutis igit propter hoc pactis, bellū crudele cōmissum est. De quo absurdū non est pauca narrare.

Romanorum igitur Imperator misit exercitũ, cui præfuit militiæ magister Ardaburus. Is enim Persicam regionẽ per Armeniæ fines ingrediens, unam eius prouinciã Azamensem ualde uastauit, cui cũ plurimo exercitu Narseus dux Parthorũ regis occurrit. Factaq; congressione deuictus est. Quo facto cogitauit Mesopotamiam Romanorũ prouinciam sine custodia consistentem inuadere, & hoc modo de Romanis ulcisci. Sed Romanorũ ducem, Narsei consiliũ latere non potuit. Deprædatus enim Azazenam uelociter regionẽ, & ipse in Mesopotamiam uenit. Et ideo Narseus licet ingentem haberet exercitũ, Romanorũ terras introire nõ potuit, sed ueniens ad Nisibin Persarũ ciuitatem in confinio constitutam, Ardaburo mandauit, ut diem & locũ statueret pręliorũ. At ille uenientibus: Nunciate, inquit, Narseo, quod non quando tu uolueris, Romanorũ pugnabunt Imperatores. Verũ Imperator deo soli spem cõmittens destinauit exercitum. Et quod fideliter deo supplicans, repente impetrauerit auxiliũ, hinc datur cognosci. Cũ enim Constantinopoli pro euentu bellorũ æstuatio magna, consurgeret, angeli dei iter agentibus per Bithyniam ad urbem Constantinopolim, se demonstrauerunt, iubentes ut confiderent & orarent, & deo crederent quod Romanos uictoria sequereẽ, dicentes se mediatores belli missos a deo. Hoc auditũ, non solũ ciuitatẽ, sed etiam milites confortauit. Cumq; ad Mesopotamiam bellũ fuisset de Armeniæ regione translatum, Romani Persas Nisibi clausos fortiter obsidebant, ligneas turres, facientes aduersus eos, easq; contra muros applicantes, & plurimos de muris contra se pugnantiũ perimentes.

1 *Si oratio nõ esset deo accepta & grata sed superflua & uana ut dixerunt aberrantiũ quidã, Angeli hic nõ iuberẽt ut fierẽt orationes. Sed quid de Angelis loquimur? Nonne & ipse dei filius Saluator noster, infallibilis ueritas docuit nos, Quoniã oportet semper orare, & non deficere? Luc. 18.*

Porro Barabanes Persarũ rex, audiens Azazenam regionẽ ab eis fuisse uastatam, & eos, qui in Nisibi clausi uidebantur, obsessos, seipsum cũ magno exercitu præparauit ut occurreret. Miratusq; Romanorũ uirtutem, Sarracenorum auxilia postulauit. Quorũ tunc erat rex Alamundarus uir fortis & præliator: qui cũ multa milia Sarracenorũ haberet, Persarũ regi uictoriam promittebat, seq; ei Antiochiã Syriæ traditurũ: Sed non contigit quod putauit. Deus enim omnibus Sarracenis quendam enormem metũ latenter iniecit, ita ut putarent sibĩpsis Romanos insistere. Turbatiq; nec habentes quo fugerent, in fluuium Euphratẽ seipsos armati proĩciebant, ubi plusq; centũ milia uirorũ necata atq; cunsumpta sunt. Cum hæc ita euenissent, Nisibin obsidẽtes cũ audirent Persarũ regem plurimos elephantos adducere, perterriti cuncta quidẽ obsidionis machinamenta concremauerunt, & ad propria loca reuersi sunt. Quę uero congressiones postea acciderint, & quomodo Ariobindas alter Romanorũ magister militũ, fortissimum Persarũ monomachum interemerit: Aut quomodo Ardaburus septem fortissimos Persarum duces insidĩs captos occiderit: uel quomodo Beatianus alter dux Romanorũ reliquos Sarracenos extinxerit, prętereundũ est, ne uidear multũ a proposita relatione digressus. Quæ tũc igitur gerebanẽ, uelociter Imperatori Theodosio nunciata sunt. Quomodo aũt hæc cito cognouerit, indicare non piget.

Inuenit quendã uirũ animi corporisq; habitu fortissimũ nomine Palladium, qui tanta uelocitate ueredos agebat, ut trib⁹ diebus perueniret ad terminos Romanorũ atq; Persarum, & rursus totidẽ remearet ad Constantinopolim ciuitatem. Is uero etiã alios Romani Imperĩ terminos uelociter transibat. De quo quidam eloquentissimus sic ait: Iste uir cũ sit la-

ta Romana respublica, eam paruam sua uelocitate demonstrat. Quem etiam Persarũ rex sæpius admiratus est.

Romanorũ igitur Imperator licet uideret aperte. Sibi collatam a deo uictoriam prouenisse, tamen pacẽ non dissimulauit expetere, misitq; Helionem uirũ prudentem & honoratũ, ut cum Persis de pace loqueretur. Qui cũ uenisset in Mesopotamiam, ubi erant fossæ Romanorũ, misit pro pace petenda Legatũ quendam Maximũ uirum eloquentissimum, Ardaburi militiæ magistri consiliariũ: qui pro pace ueniens ad Persarũ regẽ missum se non ab Imperatore, sed a ducibus asserebat, dicẽs, quod hoc bellũ pro sui contemptu ne peruenisset quidẽ ad principẽ. Cumq; Persa paratus esset ut legati uerba susciperet, qđ fame ipsius laboraret exercitus, ueniens Numerus, qui apud ipsos immortaliũ appellat (est enim decem miliũ uirorũ ualde fortissimorũ) non prius dixerunt pacem cũ Romanis esse facendã, quam ipsi eos sine custodia constitutos inuaderent. Quibus uerbis persuasum est regi, ut a pace abstineret. Tum Legatũ quidẽ clausum seruari fecit, & misit Numerũ immortaliũ ut pugnaret contra Romanos. Qui uenientes, in duas acies diuisi, medios habuere Romanos. Porro Romani unam Persarũ uidentes aciem, contra eam se pręparabant, aliam non uidebant: quæ paulatim accessit ad pugnam. Quumq; ergo iam congressio pene esset in opere, dei prouidẽtia ex quodã colle exercitus alter apparuit Romanorũ cũ duce Procopio. Qui cũ uideret socios in periculo, instabat a dorso Persarũ. Tum in medio conclusis, qui circumdederant primo Romanos, in momento ab eis extincti sunt. Quo facto; Romani ad alios, qui erant in subsidijs positi, concurrerunt, eosq; fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immortales appellabant, omnes mortales apparuerunt, pœnas exigente Christo de gente Persarũ, eo quod plurimos eius famulos occidissent. Porro rex Persarũ infortunij sui causam cognoscens, simulabat se nescire quod gestũ esset, Suscepitq; Legationẽ, dicens Legato Romanorũ: Non bello cedens pacẽ amplector, sed tibi præstare uolens, quod omniũ Romanorũ te sapientissimũ esse cognoscã. Et hoc modo bellũ propter Christianos exortũ de Parthorum regione cessauit. Contigit autem Consulatu Honorij tertiodecimo, & Theodosij decimo.

Tum uero Acaciũ Amidæ ciuitatis episcopũ facinus optimũ reddidit clariorem. Cũ enim Romani milites captiuos Persarũ de Azazena regione uastata, reddere regi Parthorũ nullo modo uellent, captiui fame consumebant, cũ essent circa septem milia: Quod Persarũ regem non mediocriter contristabat. Tum igitur Acacius conuocans clericos sibi subiectos: Viri inquit, fratres, deus noster nec discis nec calicibus opus habet: nam nec comedit, nec bibit. Et quia multa uasa aurea & argentea, ecclesia nostra ex oblationem Christianorũ habet, conuenit ex his liberari exercitum captiuorũ, egentibusq; cibos offerri. Hæc & his similia cum dixisset, conflauit uasa, & militibus dedit precium captiuorũ. Quos cũ recreasset cibis, datis sumptibus ad regẽ propriũ destinauit. Ad hoc mirabile opus Acacij Persarũ rex magis obstupuit, quod et bello Romani, & beneficijs Acacij se uicissent. Aiunt enim, quod etiam desiderium habuerit Persarũ rex ut uideret Acaciũ, sed hoc Theodosius prohibuerit Imperator.

Ob uictoriã uero auxilio dei collatã, Romanorũ plurimi pollentes eloquentia cõscribebant laudes Imperatoris. Cui? uxor Heroico metro poe-

2 *Vide casum in quo licet alienare uasa ecclesiæ, Redemptio scilicet captiuorum.*

3 *Ecclesia Amidẽsis ex oblatione Christianorum habebat multa uasa aurea & argentea. Ergo secundũ te o hæretice, illi Chri-*

stiani erant criminosi? Et sancti illi episcopi deo pleni, permittebant passim populos suos crimina incurrere offerendo talia? Obsecro prudens lector cognosce horum imposturas.

mata multa confecit. Erat enim eloquēs, filia Leontij Sophistæ Atheniensis, a patre omnibus lectionib⁹ erudita. Quam cū Imperator ducturus esset uxorē, Christianam Atticus fecit episcopus, & in baptismate cū prius uocaret̄ Athenais, Eudociæ nomen imposuit. Multi ergo (sicuti dixi) uolentes innotescere, alij suā facundiam demonstrare, pręconia Imperatoria conscripserunt. Ego uero nec innotescere cupiens, nec facundiam sermonis ostendere, cum ueritate Imperatoris bona memorare studebo, quod sit damnosum, si taceantur.

4

Nota ieiunium quartæ & sextæ feriæ antiquū esse, & ex more Christianismi.

Si dātur Regalia ad instar Monasteriorū, ergo monasteria quid erant insigne, maxime honestum, & ab omnibus habebantur in reuerentia.

Primū itaq; regaliter natus atq; nutritus, nihil habuit tepidū, sed adeo fuit sapiens, ut inter confabulanteis experimentū omniū crederet̄ habere causarū. Perdurabat in frigore, similiter & in æstu. Plerunq; ieiunabat, & maxime quarta feria & sexta studio Christianismi, nec aliudq̄ monasteriū Regalia uidebant̄. Ipse nanq; mane ad suas sorores proficiscens, diuinas dicebat laudes. Quamobrem etiā sacras literas sine codice recitabat. Loquentibus episcopis uelut olim sacerdos factus, ex diuina lectione respondebat. Congregabatq; sacros codices, & quoscunq; illorū interpretes seu expositores cōscripsisse uidebant̄, plusq̄ Ptolemæus studuerat Philadelphus. Patientia atq; clementia uniuersis hominibus eminebat. Nam Iulianus Imperator licet philosophus diceret̄, non tamē Antiochensium tulit iniuriā, sed maxima Theodoro tormenta indignatus imposuit. Porro Theodosius multū gaudēs syllogismis Aristotelis, philosophiam exercebat operibus, iram, tristitiā, libidinemq; deuincēs, & in nullo se ulcisci desiderans. Cū igitur a quodam familiariū interrogaret̄, cur nullum se lædentiū morti subijceret: Vtinam, inquit, esset mihi possibile ad uitam etiā mortuos reuocare. Quem cū alius pro ea causa interrogaret: Nō est, inquit, magnū, neq; difficile hominē mori, quia neq; deo soli semel mortuum ex pœnitentia suscitare. Adeo enim fuit clemens, ut si quando quispiam dignū aliquid morte cōmitteret, ne usq; ad ciuitatis quidem portas moriturus perueniret, sed ex eius clementia continuo reuocatio sequeret̄.

5

Vide miram Imperatoris erga sanctos deuotionem.

Cum quodā tempore ipse in Amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus: Crudeli bestiæ artifex πραβόλοις pugnet At ille: Nescitis, inquit, quod consueuimus nos spectare clementer? Tanta uero pietate præcelluit, ut omnes quidem deo consecratos honoraret, pręcipue tamen quos audiebat ueneranda actione pollere. Fertur autem, quod cū Constantinopoli episcopus Chebronensis fuisset mortuus, sagū eius ualde sordidū quęsierit, eoq; circumamictus sit, credens se aliquid ex defuncti sanctitate promereri. Cū aliquando aëris tēpestas esset, & ille Circū propter populū expectaret, pleno Circo tempestas uehementias agebat̄ multo imbre diffuso. Cumq; hoc fieret, suā uoluntatē Imperator aperuit, fecitq; per præconē clamari, quod melius esset spectaculū contēnere, & omnes rogare deum, ut illæsi ab iminente tempestate seruarent̄.

6

Habes hic orationes, hymnos et psalmodiā in communi.

Quo dicto cuncti deo magno gaudio supplicantes, hymnos concorditer offerebant, et tota ciuitas uelut una psallebat ecclesia. In medio aūt horū Imperator existens priuato cultu properabat. Nec spe sua frustratus est. Repente nanq; aër ad serenitatem diuina clementia reuocatus, annū præbuit frugibus uniuersis uberrimum. Si quando bella mouerentur, secundum Dauid confugiebat ad deum, sciens eum præliorum autorem; inimicos orationibus superabat.

Post

Post modicum itaq; tempus Persici belli defuncto Imperatore Honorio, Consulatu Asclepiodoti & Mariani Augusto mense, quomodo Ioannem tyrannum deo se committens superauerit, enarrabo. Sicut enim tũc sub Moyse hebræis contigit rubrum transire mare, talia etiam eius ducibus euenerunt, cum eos mitteret contra tyrannum. Defuncto siquidem (sicuti diximus) Honorio principe, cognoscens Theodosius cœlauit factum, & alia dicendo, diuersorum suspitionibus obuiauit. Inter hæc mittit magistrum militum in Salonas ciuitatem Dalmatiarum, ut si qua bellorum cõmotio proueniret, circa partes Hesperias uicinus adiutor esset. Quo facto, mortem patrui patefecit. Inter hęc Ioannes primo imperialiũ conscriptorum non ferrens suam felicitatem, imperium contendit arripere. Misitq; legatos ad Imperatorem Theodosium, petens ut eius susciperet imperium. At ille legatos quidem retrusit in carcerem, misitq; magistrum militum Ardaburium qui multum laborauerat apud Persas: hic Salonam ueniens, inde nauigauit Aquileiam. Contigitq; uentum aduersum flare, ita ut in tyranni manibus incideret. Quo capto sperabat ad necessitatem peruenire Theodosium, ut per hoc ipsum decerneret Imperatorem, si uellet magistrum militum liberare. Imperator tamen ut audiuit factum, æstuabat ne quid mali Ardaburius sustineret. Aspar uero Ardaburĩ filius, cognoscens patrem a tyranno teneri, & multa milia Barbarorum præsidio tyranni consistere, quidnam faceret, ignorabat. Qui tunc Imperatoris oratione ꝑualuit. Angelus enim dei sub figura pastoris educebat Asparem, & omnes qui cum eo erant: ac per paludem adiacẽtem Rauennæ, ad loca separata peruenerunt. In ea nanq; ciuitate tyrannus degens habebat exercitum, unde nullus aliquando transisse fertur. Tum ergo deus inadibilem terram fecit adibilem. Transeuntes nanq; per siccam paludis aquam, apertasq; inuenientes ciuitatis portas, tyrannum quoq; detinuerunt. Tum ergo pĩssimus Imperator reuerentiam, quam circa diuinitatem habebat, ostendit. Cum enim circum expectaret, nunciatum est ei, tyrannum fuisse peremptum. Quamobrem sermonem fecit ad populum, dicens: Venite si placet relinquentes hoc propositũ, & proficiscẽtes ad ecclesiam gratificos deo soluamus hymnos, cuius manus tyranni præsumptionibus obuiauit. Quo dicto, spectaculo cessante, per medium circum cuncti cum eo concorditer gratias agentes, ad ecclesiam conuenerunt, ita ut tota ciuitas una uideretur ecclesia. Venientesq; ad locũ orationis, iugi die gratias domino retulerunt.

7 *Tu quĩ dicis ecclesiã non esse orationis & gratiarum actionis, sed tantum sacramẽtorũ percipiendorũ & prædicationis audiende locum, lege quod hic dicitur, & confundere de tua ignorantia, si nõ uis dicam malitia. Cum aperte dicat dominus, Domus mea domus orationis uocabitur.*

VITA SISINNII EPISCOPI CONSTANTINOpolitani per Cassiodorum Senatorem scripta.

Socrates. Post obitum Attici Constantinopolitani episcopi fit maxima de episcopi ordinatione contentio, aliis alium postulantibus: quidam Philippum presbyterum quærebãt alĩ prochlum item presbyterum. Sed omnis populus communiter desiderabat ordinari Sisinnium, qui & ipse presbyter quidem erat. In nulla tamen ciuitate ordinatus, sed in suburbano Constantinopoleos, cui nomen Oliua est, ministrabat. Hoc suburbanum est positum contra faciem ciuitatis, ubi dies Ascensionis saluatoris solenni-

Habetur libro. xij. Historiæ Tripartitæ. Cap. iij.

ter celebratur. Hunc ergo uirum omnes laici diligebant propter ipsius reuerentiam, & maxime quia fouebat pauperes ultra sui mensuram. Præua luit ergo uotum laicorũ, & Sisinnius ordinatus est uicesimo octauo die februarij mensis, Consulatu sequenti Theodosii duodecimo, & Valentiniani iunioris secundo.

Vbi dies Ascensionis dominicæ solenniter celebratur.

Philippus autẽ presbyter, cui prælatus fuerat Sisinnius, in historia christiana, quam triginta sex libris, ipse conscripsit, ordinationem Sisinnij valde lacerauit, derogans ordinato & pariter ordinantibus, & maxime laicis. Is enim Philippus a Ioanne episcopo diaconus ordinatus, multa quoque conscripsit contra Iulianum Imperatorem, cuius tamen historia mihi multam uidetur habere confusionem, & non satis prodesse legentibus.

Sisinnio igitur ordinato, contigit, episcopum obire Cyzicenum. Tunc Sisinnius, Proclum in Cyzico consecrauit, qui antequam proficisceretur Cyzicũ, ciues præcedentes, Dalmatiũ Monachũ episcopũ sibimet ordinarunt, paruipendentes regulam, qua iubetur, præter Constantinopolitanũ pontificem ordinationem fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quod Attico soli hæc lex personaliter præstita uidebatur. Mansit ergo Proclus non habens ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiarum Constantinopoleos ualde florebat.

Igitur Sisinnius cum duos in episcopatu cõpleuisset annos, defunctus est, Consulatu Hierij & Hardaburij, uicesimoquarto die Decembris mensis, uir celeberrimus castitate & rectitudine uitæ suæ, mansuetus moribus sine ullo figmento, remotus a causis. Quamobrem curiosis uiris tristis, & ineficax uidebatur.

2

Vir celeberrimus castitate & rectitudine uitæ.

VITA PROCLI CONSTANTINOPOLITANI Episcopi per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur libro. xij. Historiæ Tripartitæ. Cap. j.

SOcrates. Sisinnio Constantinopolitano episcopo ordinato, cõtigit, episcopum obire Cyzicenum. Tunc Sisinnius, Proclum in Cyzico consecrauit, qui antequam proficisceretur Cyzicum, ciues præcedentes, Dalmatium Monachũ episcopum sibimet ordinarunt, paruipendentes regulã qua iubetur, præter Constantinopolitanum pontificem, ordinationem fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quod Attico soli hæc lex personaliter præstita uidebatur. Mansit ergo Proclus non habens ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiarũ Constantinopoleos ualde florebat.

Post damnationem uero Nestorij, qui Sisinnio successerat, dura Constantinopoli turba contra ecclesiam facta est. Diuisus est nanq; populus propter tepidum eius, sicut dixi, tractatum. Clerici tamen omnes communi decreto eum anathematizauerunt. Sic enim nos christiani contra blasphemos prolatum solemus appellare decretum, quando id ueluti in marmore scriptum, manifestum cunctis ostendimus.

His ita prouenientibus, de electione episcopi quæstio rursus exorta est, & multi Philippum (cuius iam feci mentionem) plurimi Proclum eligebãt. Potuitq; Proclus tenere pontificatum, nisi quidam procerum prohibuissent, dicentes, regulam ecclesiasticam non permittere eum qui alterius ci-

uitatis episcopus nominatus est, ad alteram migrare ciuitatem: quod dictum populum reuocauit. Cumq; quatuor transissent menses, post Nestorij damnationē, Maximianus ordinatur episcopus, in monachica quidem uita, presbyterorum tamen collegio constitutus. Is enim opinionē reuerendi uiri olim habuerat, eo quod proprijs sumptibus monumenta fabricaret, ut in eis religiosorum corpora sepeliret. Erat enim idiota sermone, & sub quiete uiuere potius eligebat.

Quia uero quidam dicebant ecclesiasticam regulā prohibere, ne Proclus Constantinopolitanam teneret ecclesiam, cum Cyrici fuisset ordinatus, uolo pro hac re pauca narrare. Non enim mihi hoc uere dixisse uidentur, sed aut inuidia faciente, aut ignorantes ecclesiasticā sanctionem prohibuerunt, quæ frequenter in ecclesijs utiliter facta noscuntur. Eusebius itaq; Paphili in sexto ecclesiasticæ historiæ libro, Alexandrū unius Cappadociæ ciuitatis episcopum refert, cum uenisse causa orationis Hierosolymam, detentum fuisse ab eius ciuibus, & in locum Narcisi episcopi cōstitutū, & deinceps omni uita sua ipsi ecclesię præsedisse. Sic igitur apud ueteres sine ulla differentia, de ciuitate ad aliam migrabat episcopus, cū utilitas euocaret. Oportet autem etiam regulam huic operi copulari, ut ostendatur mentitos esse, qui Proclum in thronizare prohibuerunt. Regula. xyiij. Siquis episcopus ordinatus ad paræciam, in qua ordinatus est, minime proficiscitur, non sua culpa, sed siue populo respuente, aut propter quam libet aliam causam non necessitate factam, hunc honore ministerioq; participari tantum, nec eū miscerī rebus, in qua collectas celebrat ecclesiæ, sed sustinere qđ prouinciæ synodus suo iudicio definierit. Hæc itaq; regula est. Quod uero plurimi episcoporum ex alijs ciuitatibus ad alias propter utilitates temporum migrarint, nomina eorū, qui sunt mutati, subdidimus. Perigenes in patris ordinatur episcopus, & quoniam ciues eius eum suscipere noluerunt, Romanæ ciuitatis episcopus iusit eum inthronizari in Corinthometropoli, defuncto eius episcopo: eiq; donec uixit ecclesiæ præfuit. Gregorius Nazianzenus prius unius Cappadociæ ciuitatis fuit episcopus, deinde in Nazianzo cōstitutus est. Melicius prius Sebastenæ ecclesiæ præfuit, & postea Antiochiæ præsul est constitutus. Dositheum Seleuciæ episcopum Alexander Antiochenus episcopus, in Tarsum Ciliciæ transtulit. Reuerentius ab Arcis Phœniciæ, in Tyrum translatus est. Ioānes de Gordo Lydiæ mutatus est in Proconesum & in ea præsidet ecclesia. Palladius ab Helenopoli mutatur in Asponam. Alexander ab Helenopoli in Adrianos mutatus est. Theosebius ab Apamia Asiæ trāsfertur in Eudoxiopolim, quæ prius Salambria uocabatur. Polycarpus de urbe Antapristena Mysiæ, in Nicopolim Thracię mutatus est. Herophilus de Trapezapoli phrygiæ, translatus est in plotinopolim Thraciæ. Optimus ab Argadamia phrygiæ in Antiochiam pisidiæ transfertur. Syluanus a philippopoli Thraciæ mutatur in Troada. Tot igitur, quot ad præsens inuenimus, ex proprijs ciuitatibus ad alias migrasse, nos memorasse sufficiat.

1 *Facit contra illos qui garriunt Romanum pontificem nunquam potestatem suam in Græcorum ecclesias exercuisse.*

Maximianus igitur cum duos annos & sex menses ecclesiam gubernasset, defunctus est, Consulatu Ariobindæ & Asparis, die duodecimo mensis Aprilis, in septimana maiore ieiuniorum, feria quinta. Tum igitur Theodosius Imperator sapienter causæ prospexit, ne rursus de episcopa-

2 *Vide quod in maiori hebdomada tunc ie-*

iunahatur, & appellabatur septimana ieiuniorum.

tu seditionis quæstio, aut tumultus in ecclesia nasceretur. Cum adhuc ergo corpus Maximiani iaceret, pñtibus episcopis præcepit inthronizari proclū. Quod etiam Romani episcopi Celestini literæ firmauerūt, quas ad Cyrillum Alexandriæ destinauit episcopum, & ad Ioannem Antiochenum & Ruphum Thessalonicensem dicens, quod nihil prohiberet alterius ciuitatis existentem episcopum in aliam demigrare. Inthronizatus igitur proclus exequias Maximiani corporis celebrauit: de quo tempus ut pauca dicamus.

3

Et hic uide confirmationem episcopi Constantinopolitani factam per literas Romani pontificis.

4

Nota etiam exequiarum celebrationem. Non ergo cupidorum sacerdotum recessus inuentum.

Proclus ab ætate prima lector fuit, apud doctores tamen obseruans studiosus quoq; Rhetoricæ: qui cum ad perfectam uenisset ætatem, plerunq; cum Attico erat episcopo exceptor sermonem eius. Et cum proficeret, ab Attico diaconus ordinatur, postea presbyter. A Sisinnio uero Cyzici consecratur episcopus. Hæc quidem ei primo acciderunt, postea thronum Constantinopolitanæ sortitur ecclesiæ. Erat enim uir moribus optimis: & ab Attico utiliter eruditus, omnia eius imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidem hæreticis se terribilem opportunæ monstrabat, iste uero omnibus mitis erat, & sic eos potius quã uiolenter flectere nitebatur, nullã hæresim uexare uolens, in hac parte Theodosium imitatus Imperatorem. Ille nanq; iudicabat, cõtra culpabiles imperiali non uti potestate: hic autem parui pendebat, si quis de deo non ita saperet sicut ipse. In his igitur Imperator laudabat eum, cum & ipse ueros sacerdotes imitaretur, & nequaquam persequi uolentes admitteret. Ego tamen audacter dico, quod mansuetudine omnes uiros euicerit. Ob quam causam hostes suos citra belli certamina subiugabat, sicut ostenditur in Ioanne tyranno, & facta post hoc perditione Barbarorum.

Post interitū nanq; tyranni, Barbari quos ille contra Romanos suum euocauerat in auxiliū, parati erant Romanorū fines inuadere. Hęc audiēs Imperator consuete hanc solicitudinē deo cõmisit, & orationibus occupatus cito promeruit, quod quæsiuit. Quę enim acciderint Barbaris enarranda sunt. Dux eorū nomine Rugas, fulmine percussus, interiit. Secutaq; pestis, maximã partem eorū hominū interemit. Et non solū hoc sufficit, sed etiã ignis de cœlo descendens, plurimos qui uidebant remansisse consumpsit. Quæ res Barbaros in formidine magna cõstituit, non solū quod contra gentē Romanorū fortissimã arma leuare ausi fuissent, sed quod sic eos a forti deo iuuari conspicerent. Tum Proclus episcopus de prophetia Ezechielis corã ecclesia faciens sermonem, de collata salute, ab oibus est laudatus. Cuius prophetiæ uerba sunt hæc: Et tu fili hominis prophetiza in Gog principe Mosoch & Tubal. Iudico enim eũ morte & sanguine & imbre diluuiñ, & lapidibus grandinis, & ignē & sulphur pluã super eum, & oēs qui eum eo sunt. Et post pauca: Et scient quia ego sum dñs.

Theodosius igitur Imperator pro beneficijs a deo sibi collatis, gratias agebat, plurimis honoribus Christo sua uota cõpensans, coniugemq; suã Eudociam Hierosolymã destinauit Hoc enim & ipsa uotũ habuerat, si filiam uideret nuptam. Quæ tam Hierosolymis ecclesias cõstitutas, quam per singulas ciuitates positas, honorauit: & quum illuc proficisceretur, & cum inde rediret.

Proclus autem episcopus eodem tẽpore septimo decimo Imperatoris Theodosij cõsulatu, rem mirabilẽ operatus est, quam nullus priorũ fecit episcoporũ.

episcoporũ. Cũ enim Firmus episcopus Cæsariæ Cappadociæ mortuus fuisset, aderant Cæsarienses petentes episcopũ. Cumq; cogitaret, quẽ eis ordinare deberet, contigit ut ad eum salutandum die Sabbato Senatores uniuersi uenirẽt, inter quos Thalassius, qui Prꝛfecturæ Illirici administrauerat dignitatẽ. Cũq; futurũ esset (sicut habebat fama) ut Orientalẽ regeret prꝛfecturã, missa manu Proclus pro prꝛfecture dignitate episcopatũ ei Cæsarianæ ciuitatis iposuit. Hæc quidẽ in ecclesia illo tẽpore gerebant.

VITA D. AVGVSTINI HIPPONENSIS EPIscopi, per Possidonium Calamensem Episcopum eius discipulum Scripta.

Habetur Tom. I. operũ D. Augustini episcopi.

I NSpirante rerum omniũ factore & gubernatore deo, mei memor propositi, quo per gratiã Saluatoris omnipotentis, ac per diuinæ trinitatis fidẽ seruire decreui, & antea in uita Laicorum, & nunc in officio episcoporũ, studens ex qualicunq; accepto ingenio & sermone ędificationi prodesse sanctæ ac ueræ Christi domini catholicæ ecclesiæ, de uita ac moribus prædestinati, & suo tẽpore præsentati sacerdotis optimi Augustini, quę in eodẽ uidi, ab eodemq; audiui, minime reticere debeo. Id enim etiã ante nos sanctitatũ fuisse a religiosissimis sanctæ matris ecclesiæ catholicæ uiris legimus & cõperimus, qui diuino afflati spiritu, sermone proprio atq; stylo, & auribus & oculis scire uolentiũ dicendo & scribendo similia, studiosorũ notitiæ intulerunt, quales quantiq; uiri ex cõmuni domini gratia in rebus humanis, & uiuere, & usq; in finem obitus perseuerare meruerunt. Idcirco ipse quoq; dispensatorũ omniũ minimus, fide non ficta, quæ domino dominantiũ omnibusq; bonis seruiendũ & placendũ est fidelibus, de prædicti uenerabilis exortu uiri & procursu & debito fine, quæ per eũ didici & expertus sum quamplurimis annis eius inhærens charitati, ut dominus donauerit explicandũ suscepi. Verũ summam quæso maiestatem, quo munus huiusmodi a me arreptũ ita geram & peragã, ut nec patris luminum offendã ueritatem, nec bonorũ ecclesiæ filiorũ ulla ex parte fraudare uidear charitatẽ. Nec enim attingã ea omnia insinuare, quæ idẽ beatissimus Augustinus in suis confessionum libris de semetipso, qualis ante perceptã gratiã fuerit, qualisq; iam sumpta uiueret, designauit. Hoc enim facere uoluit, ut ait Apostolus: Ne de se quisq; hominũ supra quam se esse nouerat, aut de se auditum fuisset, crederet uel putaret, humilitatis sanctæ more utens, & iam nullũ fallens, sed laudẽ non suã sed sui domini de propria liberatione ac munere querens, ex ijs uidelicet quæ iam perceperat, & fraternas preces poscens de ijs quæ accipere cupiebat. Sacramentum igitur regis, quod angelica authoritate prolatũ est, bonũ est abscondere: opera aũt domini reuelare & confiteri, honorificum est.

Igitur beatissimus Augustinus ex prouincia Aphricana ciuitate Thagastensi, de numero curialiũ, parentibus honestis & Christianis progenitus erat, alitusq; ac nutritus eorũ cura ac diligẽtia impensisq; secularibus literis eruditus apprime, omnibus uidelicet disciplinis imbutus, quas liberales uocant. Nam & Grãmaticam prius in sua ciuitate, & Rhetoricã in Aphricę capite Carthagine postea docuit. Consequenti etiã tẽpore trans

1 *Augustinus omnibus disciplinis quas libe-*

tales uocant, imbutus fuit, contra nostros hæreticos qui illas detestantur.

mare in urbe Roma, & apud Mediolanū, ubi tunc temporis Imperatoris Valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus. In qua urbe tunc episcopatū administrabat acceptissimus deo, & in optimis uiris præclarissimus sacerdos eximius Ambrosius. Huius interea uerbi dei prædicatoris frequentissimis in ecclesia disputationibus astans in populo, intendebat suspensus atq; affixus. Verū aliquando Manichęorū apud Carthaginem Adolescens fuerat errore seductus: & ideo cæteris suspensior aderat, ne quid uel pro ipsa, uel contra ipsam hæresim diceret. Sed prouenit dei liberatoris clementia sui sacerdotis Ambrosij cor per tractantis, ut contra illum errorē incidentes legis soluerent quæstiones, atq; ita edoctus sensim atq; paulatim, hæresis illa miseratione diuina eius ex animo pulsa est. Protinusq; ipse in fide catholica cōfirmatus est, proficiendi in religione eidē amoris ardor tantus innatus est, ut propinquantibus diebus sanctis Paschæ, salutis aquā perciperet. Et factū est diuina præstante opitulatione, ut per illū talem ac tantū antistitem. Ambrosium, & doctrinā salutarem ecclesiæ catholicæ, & diuina Augustinus perciperet sacramenta.

Moxq; ex intimis cordis medullis ad deū conuersus, spem omnē quā habebat in seculo dereliquit, iam non uxorē, non filios carnis, non diuitias non honores seculi quærens: sed soli deo cū suis seruire statuit in illo & ex illo pusillo grege esse studens, quē dominus alloquitur, dicens: Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri uestro dare uobis regnū: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam: Facite uobis sacculos nō ueteraścentes, thesauros non deficientes in cęlis. Et illud quod iterū dicit dominus, idē uir sanctus facere cupiens: si uis esse perfectus, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlis, & ueni seque re me. Et super fidei fundamentū ædificare desiderans, non ligna, fœnum, stipulam, sed aurū, argentū, & lapides preciosos. Et erat tunc annis maior triginta, sola superstite matre, nomine Monica, sibiq; adhærente, & de suscepto eius proposito seruiendi deo amplius quā de carnis nepotibus exultante. Nam eius Pater Patritius nomine, iā antea functus erat. Renuntiauit etiam scholasticis quos Rhetoricen docebat, ut sibi magistrum alium prouiderent, eo quod seruire deo ipse decreuisset.

2 *Ieiunijs, orationibus bonisq; operibus in lege domini meditans die ac nocte.*

Ac placuit ei precepta baptismi gratia cum alijs ciuibus & amicis suis deo pariter seruientibus ad Aphricā & propriā domū agroscq; remeare. Ad quos ueniens, & in quibus constitutus ferme triennio, & a se iā aliena tis curis secularibus, cū ijs qui eidē adhærebant, deo uiuebat, ieiunijs, orationibus, bonisq; operibus, in lege domini meditās die ac nocte. Et de ijs quæ sibi deus cogitanti atq; orāti intellecta reuelabat, & præsentes & absentes sermonibus ac libris docebat. Contigit forte eodē tempore, ut quidā ex ijs quos dicunt agentes in rebus, apud Hipponē regiū constitutus, bene Christianus deūq; timens, cōperta eius bona fama atq; doctrinā, desideraret atq; optaret eū uidere, promittens se posse mundi huius omnes contemnere cupiditates atq; illecebras, si aliquando ex eius ore dei uerbum audire meruisset. Quod cū ad se fideli fuisset relatione delatum, liberare animam cupiens ab huius uitæ periculis, morteq; æterna, ad memoratam ultro atque confestim uenit ciuitatē, & hominem uisum allocutus frequentius atq; exhortatus est, quantū deus donabat, ut quod deo uouerat, redderet. Hæc se ille facturū de die in diem pollicebatur, nec tamē in-

3 *Vt quod deo uouerat redderet.*

eius tunc hoc impleuit præsentia. Sed uacare utique & inane esse non potuit, quod per tale uas mundum in honore utile, domino ad omne opus bonum paratum, in omni loco diuina gerebat prouidentia.

Eodem itaq; tẽpore in ecclesia Hipponensi catholica, Valerius sanctus Episcopatũ gerebat. Qui cũ flagitante ecclesiastica necessitate, de prouidendo, & ordinando presbytero ciuitatis dei plebem alloqueretur, & exhortantur iã scientes catholici sancti Augustini propositũ, & doctrinam, manu iniecta, quoniã & idẽ in populo securus & ignarus quid futurum esset actabat. Solebat aũt laicus, ut nobis dicebat, ab eis tantũ ecclesijs quę non haberent episcopos, suã abstinere præsentiã. Eum ergo tenuerunt, & ut in talibus consuetũ est, episcopo ordinãdũ intulerunt, omnibus id uno consensu & desiderio fieri, perficiq; petentibus, magnoq; studio, & clamore flagitantibus, ubertim eo flente: nonnullis quidẽ lachrymas eius, ut nobis ipse retulit, tunc superbe interpretantibus, & tanquam eũ consolãtibus ac dicentibus: quia locus presbyterij, licet ipse maiore dignus esset, appropinquaret tamen episcopatui. Cum ille homo dei, ut nobis retulit, maiori consideratione intelligeret, & gemeret, quam multa & quam magna suæ uitæ pericula de regimine et gubernatione ecclesiæ impendere, ac prouenire spectaret, atque ideo fleret. Et eorum tunc, ut uoluerunt completum est desiderium.

Factus ergo presbyter monasteriũ intra ecclesiã mox instituit, & cum dei seruis uiuere cœpit secundũ modũ & regulam sub sanctis Apostolis cõstitutã. Maxime ut nemo quicquã propriũ in illa societate haberet, sed eis essent oĩa cõia, & distribueretur unicuiq; pro ut cuiq; opus erat, quod iã ipse prior fecerat, dum de trans marinis ad sua remeasset. Sanctus uero Valerius ordinator eius, ut erat uir pijssimus & deũ timens, exultabat, & deo gratias agebat, suas exauditas a domino fuisse preces, quas se frequẽtissime fudisse narrabat: scilicet ut sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset uerbo dei & doctrina salubri ecclesiã dei ędificare: cui rei se homo natura Græcus, minusq; latina lingua & literis instructus, minus utilẽ peruidebat. Et eidẽ presbytero potestatem dedit corã se in ecclesia Euangeliũ prædicandi ac frequentissime tractandi, contra usum quidẽ & consuetudinem Aphricanarũ ecclesiarũ. Vnde etiam ei nonnulli episcopi detrahebant. Sed ille uir uenerabilis ac prouidus, in Orientalibus ecclesijs id ex more fieri sciens, utilitati ecclesiæ consulens, obtrectatorũ non curabat linguas, dummodo factitaretur a presbytero, quod a se episcopo impleri minime posse cernebat. Vnde accensa & ardens eleuata super cãdelabrũ lucerna, omnibus qui in domo erant lucebat. Et postea currente & uolante huiusmodi fama, bono præcedente exemplo, accepta ab episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram Episcopis populis tractare cœperunt uerbum Dei.

4 *Augustinus monasterium intra ecclesiam instituit, & cœpit uiuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutã. Præsertim autem ut nemo in societate sua quicquã haberet proprij, sed omnia illis essent communia, et distribueretur ꝓut cuique opus erat.*

Quod cum obseruent etiam ueri monachi nostro tempore, quid habẽt hœretici quod tantopere contra eos insurgunt, & tollere uolunt de mundo, nisi quod omnes secundum Apostolicam regulam uiuentes, hi maximo odio prosequuntur?

Sane tunc in illa Hipponensi urbe Manichæorum pestilentia quãplurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducente & decipiente eiusdem hæresis quodam presbytero nomine Fortunato, ibidem conuersante atq; morante. Interea Hipponenses ciues et peregrini Christiani, tam catholici quam etiã Donastitæ adeunt Augustinũ presbyterũ, atq; deposcunt, ut illũ hominem Manichæorũ presbyterum, quem doctũ credebant uideret, & cum eodem de lege tractaret. Quod idem ut scriptum

est,paratus ad responsionem omni poscenti se rationem de fide et spe quę in Deo est, potensq; exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere,minime renuit. Sed utrum etiam hoc Fortunatus fieri uellet scisci tus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatū id detulerunt,petentes et exhortantes ac flagitantes,quod id minime recusaret. Sane quoniam idem Fortunatus iam apud Carthaginem sanctū nouerat Augustinū adhuc in eodē secum errore constitutū,cum eodem congredi pauitabat. Veruntamen suorū maxime instantia coactus,ac uerecundatus,promisit cominus se esse uenturū,certamenq; disputandi subiturum. Vnde condicto die et loco conuenerunt in unū,concurrentibus quamplurimis uiris studiosis turbisq; curiosis,& apertis notariorū tabulis,disputatio est cepta primo,& secundo finita est die. In qua ille Manichæus præceptor,ut gestorum continet fides:nec Catholicam assertionē potuit euacuare, nec Manichæorū sectam subnixa ueritate ualuit comprobare: Sed deficiens responsione,ultimo collaturum se cum suis maioribus ea quæ refellere non potuit prosecutus est,& si sibi forte de his satis minime fecissent,suæ animæ consulturū,atq; ita ab omnibus apud quos magnus & doctus uidebatur,nihil ualuisse in suæ sectæ assertione iudicatus est. Qua ille confusione affectus, & sequenti tempore de Hipponensi ciuitate profectus,ad eandē amplius nō remeauit: Ac sic per memoratū dei hominem omnibus cordibus, uel quiaderant,uel qui absentes illa quæ gesta sunt cognouerant,error ille ablatus,catholicaq; est intimata ac comperta syncera religio.

Et docebat ac prædicabat ille priuatim et publice,in domo & in ecclesia salutis uerbū cū omni fiducia aduersus Aphricanas hęreses,maximeq; contra Donatistas,Manichæos,& Pelagianos,libris confectis,ac repetitis sermonibus, ineffabiliter admirantibus Christianis & colletantibus, & hoc ipsum ubi poterant non tacentibus,sed diffamantibus. Siccq; adiuuāte domino,leuare in Aphrica ecclesia Catholica exorsa est caput, quæ multo tempore illis conualescentibus hæreticis,præcipueq; rebaptizante Donati parte maiorem multitudinē Aphroq; seducta & oppressa iacebat. Libros uero eiusdem,siue tractatus mirabili dei gratia procedentes ac profluentes,instructos omni rationis copia, atq; authoritate sanctarū scripturarū,ipsi quoq; hæretici concurrentes,cū Catholicis ingenti ardore audiebant: & quisquis ut uoluit & potuit notarios adhibens, etiam ea quæ dicebantur excepta descripsit. Et inde iam per totū Aphricæ corpus præclara doctrina odorq; suauissimus Christi diffusa & manifestata est, congaudente hoc quoq; comperto Ecclesia dei transmarina. Quoniam sicut dum patitur unū membrū,compatiuntur omnia mēbra, ita etiam cū glorificatur unū membrū,congaudent omnia membra. Per idem tempus coram Episcopis hoc illi iubentibus qui plenarium totius Aphricæ concilium Hippone agebant, de fide & symbolo presbyter adhuc Augustinus disputauit.

Ille uero beatus senex Valerius cæteris ex hoc amplius exultās, & deo gratias agens de concesso sibi speciali beneficio,metuere cœpit, ut est humanus animus,ne ab alia Ecclesia sacerdos probatus ad Episcopatū quę reretur,& sibi auferretur. Nam & id proueniisset,nisi & hocidem Episcopus cognito,ad locū secretū cū transire curasset,occultatumq; a quærentibus minime inueniri fecisset. Vnde amplius formidans idem uenerabilis

senex,

senex,& sciens se corpore & ætate infirmissimū, egit secretis literis apud Primatem Episcopū sedis Carthaginensis, allegans imbecillitatem corporis sui,ætatisq; grauitatē,& obsecrans,ut Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus,qui suæ cathedræ nō tam succederet, sed consacerdos accederet Augustinus. Quæ igitur beatus Valerius optauit & rogauit, fatagens rescripto impetrauit. Postq; petitionem ad uisitandum aduenientead Ecclesiam Hipponensem tunc Primate Numidiæ Megalio calamensi Episcopo,& Valerius Antistes,Episcopis qui tunc aderant,et clericis omnibus Hipponensibus & uniuersæ plebi inopinatam cunctis suam insinūt tunc uoluntatē:omnibusq; audientibus & gratulantibus,atq; id fieri perficiq; ingenti desiderio clamantibus,Episcopatum suscipere contra morē Ecclesiæ suo uiuente Episcopo presbyter Augustinus recusabat. Dumq; id fieri solere ab omnibus suaderetur,atq; id ignaro trāsmarinis & Aphricanis Ecclesiæ exemplis probaretur,compulsus atq; coactus succubuit, & Episcopatus curam,& maioris loci ordinationem suscepit. Quod in se ipso postea fieri non debuisse,ut uiuo suo episcopo ordinaretur,& dixit et scripsit,propter concilij uniuersalis uetitum,quod iam ordinatus didicit: nec quod sibi factum esse doluit,alijs fieri uoluit. Vnde etiā fategit,ut concilijs constitueretur Episcoporum,ab ordinatoribus deberi ordinandis, uel ordinatis omniū statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda.

Atq; ita factū est,ut episcopatu suscepto multo instantius ac feruētius maiore authoritate,non adhuc in una tantum regione,sed ubicunq; rogatus uenisset,uerbū salutis æternæ alacriter ac suauiter pullulante,atque crescente domini Ecclesia prædicabat,paratus semper poscentibus reddere rationem de fide & spe,quæ cū deo est. Et eius dicta atq; excepta, maxime Donatistæ in eadem Hipponensi uel uicina manentes ciuitate ad suos Episcopos deferebant. Quæ cum audissent,& econtra forte aliquid dicerent,aut a suis refellebaṫ,aut eadē res ad sanctū Augustinū deferebaṫ, eaq; comperta patienter ac leniter,ut scriptū est, cū timore & tremore salutē omniū operabatur: Ostendens,quod nihil illi refellere uoluerint ac ualuerint,quamq; uerū manifestāq; sit quod Ecclesiæ dei fides tenet & docet. Et hæc diebus ac noctibus ab eodē iugiter agebaṫ. Nā & epistolas priuatas ad quascunq; eiusdē erroris Episcopos,& eminentes scilicet laicos dedit,ratione reddita admonens atq; exhortans,ut uel ab illa se prauitate,corrigerent,uel certe ad disputationes uenirent. Illi uero causa diffidentiæ nihil unquam rescribere uoluerunt,sed irati furiosa loquebaṫ,atq; seductorē deceptorēq; animarū Augustinū esse, & priuatim & publice cō clamabant: & uelut lupū occidendum esse in defensionem gregis, scilicet sui,docebant & tractabant,omniaq; peccata a Deo indubitanter esse credendum posse dimitti ijs qui hoc facere ac perficere potuissent, nec deum timentes,nec homines erubescentes. Et ut eorū causa diffidentiæ cunctis innotesceret elaborauit,& publicis gestis conuenti,non sunt ausi cōferre.

Habebant etiam ijdē Donatistæ per suas pene omnes ecclesias inaudi tum hominū genus peruersum ac uiolentū,uelut sub professione continē tium ambulantes,qui circuncelliones dicebantur. Et erant in ingenti numero & turba,per omnes fere Aphricanas regiones constituti. Qui malis,imbuti doctoribus audacia superba & temeritate illicita,nec suis, nec alienis aliquando parcebant,cōtra ius fasq; in causis interdicentes homi-

nibus: & nisi obedissent, damnis grauissimis & cędibus afficiebant, arma ti diuersis telis, bacchantes per agros uillasq́, usq́ ad sanguinis effusionē accedere non metuentes. Sed dum uerbū dei sedulo prædicaretur, & cum ijs qui oderunt pacē pacis ratio haberet, illi pacem loquentē debellabant gratis. Cumq́ aduersus eor̄ dogma ueritas innotesceret, qui uolebāt & poterant, sese inde uel eripiebant uel subducebant, & paci atq́ unitati ec clesiæ cū suis quibus poterant cohærebant. Vnde illi sui erroris congrega tionem minui uidentes, atq́ augmentis Ecclesiæ inuidentes, accensi exar- descebant ira grauissima, & intolerabiles persecutiones unitati ecclesiæ compacti faciebant. Ipsisq́ sacerdotibus catholicis et ministris aggressio nes diurnas atq́ nocturnas, direptionesq́ rerum omniū ui inferebant. Nā & multos dei seruos cædibus debilitauerunt. Aliquibus etiam calcem cū aceto in oculos miserunt, aliosq́ occiderūt. Vnde etiam suis ijdem Dona- tistæ rebaptizatores in odium ueniebant.

5 *Sancti serui dei Cle rici Augustini cres- cebant in monasterio continentia & pau- pertate profunda.*

Proficiente uero doctrina diuina, sub sancto & cum sancto Augustino in monasterio deo seruientes, Ecclesiæ Hipponensi clerici ordinari cœpe- runt. Ac deinde innotescente & claresccnte de die in diem ecclesię catho licæ prædicationis ueritate, sanctorumq́ seruorū dei propositō, continen tia & paupertate profunda, ex monasterio quod per illum uenerabilē ui- rum & esse & crescere cœperat, magno desiderio poscere atq́ accipere episcopos & clericos pax ecclesiæ atq́ unitas, & cœpit primo, & postea consecuta est. Nam ferme decē quos ipse noui sanctos ac uenerabiles ui- ros continentes & doctissimos, beatus Augustinus diuersis ecclesijs non- nullis quoq́ eminentioribus rogatus dedit. Similiterq́ & ipsi ex illorum sanctorum proposito uenientes, domini ecclesijs propagatis, & monaste ria instituerunt, & studio crescente ædificationis uerbi dei, cæteris eccle- sijs promotos fratres ad susciendum sacerdotiū præstiterunt. Vnde per multos & in multis salubris fidei, spei, & charitatis ecclesiæ innotescente doctrina, non solum per omnes Aphricanas partes, uerumetiam in trans- marinis & per libros æditos atq́ in Græcū sermonem translatos, ab illo uno homine, & per illū multis fauente deo multa innotescere meruerunt. Atq́ hinc, ut scriptum est, peccator uidens irascebatur, dentibus suis fren debat & tabescebat, serui autem Christi, ut dictum est, cū ijs qui oderunt pacem erant pacifici, & cum loquerentur, debellabantur gratis ab eis.

Aliquoties uero etiam uias armati ijdem circuncelliones contra famu lum dei Augustinū obsederunt, dum forte iret rogatus ad uisitandas, in- struendasq́ & exhortandas catholicas plebes, quod ipse frequentissime faciebat. Et aliquando contigit ut illi succenturiati hactenus perderent ca ptionem: euenit quidem dei prouidentia, sed ductoris hominis errore, ut per aliam uiam cum suis comitibus sacerdos quo tendebat uenisset, atq́ per hunc quem postea cognouit errorē, manus impias euasisset. Et cum in omnibus liberatori deo gratias egisset, illi omnino suo more nec laicis nec clericis pepercerunt, sicut publica testantur gesta. Interea silendū nō est quod ad laudem dei per illius tam egregij in ecclesia uiri studium do- musq́ dei zelum aduersus prædictos rebaptizatores Donatistas, gestum & perfectum est. Cum forte unus ex ijs quos de suo monasterio & clero episcopus ecclesiæ propagauerat, ad suam curam pertinentem Calamen sis ecclesiæ diocesim uisitaret, ut quæ didicerat pro pace ecclesię contra il-

Iam hæresim prædicaret, factũ est, ut in medio itinere eorũ insidias incurrisset, & peruasum cum omnibus illi comitantibus, sublatis animalibus & rebus, iniurijs & cæde grauissima eũ affecissent. De qua re ne pacis ecclesiæ amplius impediret profectus, defensor ecclesiæ inter leges nõ siluit. Et præceptus est Crispinus, qui hisdem Donatistis in Calamensi ciuitate & regione episcopus fuit, prædicatus scilicet, & multi temporis, & edoctus, ad mulctam teneri auraríam publicis legibus præsentatus cõtra hæreticos constitutam. Qui resultans legibus, cum præsentatus apud Procõsulem se negaret hæreticum, oborta est necessitas, ut illi, recedente ecclesiæ defensore, a catholico episcopo resisteretur & conuinceretur, quod ei se se fuisse negauerat: Quoniam si ab eodem dissimularetur, forte Catholicus Episcopus ab ignorantibus crederetur, illo se quod erat negante, atq; ita ex hac desidia infirmis scandalum nasceretur. Et memorabili Augustino antistite omnimodis instante, ad controuersiam ambo ipsi Calamenses episcopi uenerunt, & de ipsa diuersa communione tertio conflictu secum egerunt, magna populorum Christianorum multitudine causæ exitum, & apud Carthaginem, & per totam Aphricam expectante, atq; ille Crispinus Proconsulari & libellari sententia est pronũciatus hæreticus. Proq; illo apud cognitorem catholicus episcopus intercessit, & ne auraria mulcta exigeretur, ei beneficium est impetratum. Vnde cum ingratus ad pñsimum principem prouocasset, ab Imperatore relationi deditũ est responsum solutum: & consequenter præceptum, nullo prorsus loco hæreticos Donatistas esse debere, & eos ad uim legum omnium contra hæreticos latarum ubiq; teneri debere. Ex quo & iudex propter officium, & idem Crispinus quod minime fuerat exactus, præcepti sunt duas auri libras fisci iuribus inferre. Sed protinus opera data est per Catholicos episcopos, præcipue per sanctæ memoriæ Augustinum, ut illa omnium condemnatio principis dimitteretur indulgentia. Et domino adiuuante perfectum est. Qua diligentia & sancto studio multum creuit sancta ecclesia.

Et his omnibus pro pace ecclesiæ gestis Augustino dominus et hic palmam dedit, & apud se iustitiæ coronam reseruauit: ac magis magisq; iuuante Christo de die in diem augebatur, & multiplicabatur pacis unitus, & ecclesiæ dei confraternitas. Et id maxime factum est post collationem quæ ab uniuersis episcopis catholicis apud Carthaginem cum eisdẽ Donatistarum episcopis facta est, adiuuante glorioſissimo & religioſissimo Imperatore Honorio, propter quod perficiendum etiam a suo latere Tribunum & notarium Marcellinum ad Aphricam iudicem miserat. In qua controuersia illi omnibus modis confutati, atq; de errore a catholicis conuicti, sententia cognitoris notati sunt, & post eorum appellationem pñsimi regis responso, iuste inter hæreticos condemnati sunt. Ex qua ratione notati sunt solito amplius eorum Episcopi, qui cum suis clericis & plebibus non communicauerunt, & pacem tenentes catholicam, multas eorum persecutiones, usque ad membrorum amputationem & internicionem pertulerunt. Et totum illud bonum, ut dixi, per sanctum illum hominem consentientibus nostris, episcopis satagentibus, & cœptum, & perfectum est.

Porro autem post illam quæ cum Donatistis facta est collationẽ, non defuerunt qui dicerent, permissos non fuisse eosdem episcopos apud po-

teſtatem quæ cauſam audiuit dicere omnia pro ſuis partibus, quoniã catholicæ communionis cognitor ſuæ fauebat eccleſię: licet hoc deficientes & uicti ad excuſationem iactarent, quandoquidem & ante controuerſiã ĩdem hæretici catholicæ communionis eandem eſſe nouerant, & cum ab eodem conuenirentur publicis geſtis, quod ad collationem occurrerent, & ſe eſſe factoros proſecuti ſunt. Poterant utiq; ſuſpectum eum habentes recuſare congreſſum: tamen omnipotentis Dei præſtitit auxiliũ, ut poſtea in cæſarienſi Mauritaniæ ciuitate conſtitutus uenerabilis memoriæ Auguſtinus, quo eum uenire cum alĩs epiſcopis ſedis Apoſtolicæ literæ compulerunt, ob terminandas uidelicet alias eccleſiæ neceſsitates hac ergo occaſione prouenit, ut emeritum eiuſdem loci Donatiſtarũ epiſcoporum, quem ſuæ ſectæ præcipuum in illa collatione habuerũt defensorem, uideret, & cum eodem publicæ in eccleſię populo aſtante diuerſa communionis ex hoc ipſo diſputaret, & prouocaret geſtis eccleſiaſticis: ut quod forte ſicut dicebant proſequi potuit in collatione, ſed permiſſus non fuerat, in præſenti ſine alicuius poteſtatis prohibitione aut potentia ſecurus dicere minime dubitaret, & in ſua ciuitate ſuis omnibus præſentibus ciuibus fiducialiter propriam defendere communionem non denegaret. Ille nec hac hortatione, nec ſuorum parentum & ciuium inſtanti petitione id facere uoluit, qui ei pollicebantur ſe ad eius redituros cõmunionem, etiam cum diſcrimine patrimoniorum, ſalutiſq; ſuæ temporalis, ſi modo catholicam ſuperaret aſſertionem. At ille amplius dicere illis geſtis nihil uoluit, nec ualuit, niſi tantum, iam illa, inquit, geſta continentur apud Carthaginem inter epiſcopos confecta, utrum uincerimus, an uicti facerimus. Et dũ a notario alio loco ut reſponderet admoneretur & reticeret, eius cunctis manifeſtata diffidentia, eccleſia dei augmẽta ac firmamenta prouenerunt. Quiſquis ergo diligentiã & operã beatiſsimæ memoriæ Auguſtini pro eccleſiæ dei ſtatu cognoſcere plenius uoluerit, etiã illæ percurrat geſta: & inueniet quæ uel qualia protulerit, quibus illũ doctum, eloquentem & prædicatum hominem prouocaret, hortatuſq; fuerit, ut pro ſuæ defenſione partis qđ uellet ediceret, illũq; uictũ cognoſcet.

Scio ego non ſolum ipſe Poſsidonius præſul, qui uitam hanc conſcripſi, uerum etiam alĩ fratres, & conſerui qui nobiſcum tunc intra Hipponenſem eccleſiam cum eodem ſancto uiro uiuebant, nobis pariter ad mẽſam conſtitutis eum dixiſſe: aduertiſtis hodie in eccleſia meum ſermone, eiuſq; initium & finem contra meam conſuetudinem proceſsiſſe, quoniã non eam rem terminatam explicuerim quam propoſueram, ſed pendentem reliquerim. Cui reſpondimus: ita nos in tempore miratos ſcimus & recognoſcimus. At ille: credo ait quod forte aliquem errantem in populo dominus per noſtram obliuionem & errorem doceri & curari uoluerit. In cuius manu ſunt & nos & ſermones noſtri. Nam cum propoſitæ quæſtionis latebras pertractarem, in alium ſermonis excurſum perrexi, atq; ita non concluſa uel explicata quæſtione, diſputationem terminaui magis aduerſum Manichæorum errorem, unde nihil dicere decreueram, diſputans, quam de ĩs quæ aſſerere propoſueram. Et poſt hæc, niſi fallar, ecce alia die uel poſt biduum uenit quidam Firmus nomine, negociator, & intra monaſterium ſedente ſancto Auguſtino coram nobis, ad pedes eius genibus peruolutus ſeſe iactauit, lachrymas fundẽs & rogans, ut pro eius

delictis sacerdos cum suis dominum deprecaretur, confitens quod Manichæorum sectam secutus fuisset, & in ea quamplurimis annis uixisset, & propterea pecuniam multam ipsis Manichæis, uel eis quos dicunt electos, incassum erogasset: ac se in ecclesia per Dei misericordiam fuisse eius tractatibus nuper correctum, atq; catholicum factum. Quod & ipse uenerabilis Augustinus, & nos qui tunc aderamus, ab eodem diligenter inquirentes ex qua re potissimũ in illo tractatu sibi fuerit satisfactũ, & referente eo, nobis quæ omnibus sermonis seriem recognoscentibus, profundũ consiliũ dei pro salute animarũ admirantes & stupentes, glorificauimus sanctũ eius nomen & benediximus: qui cũ uoluerit, & unde uoluerit, & qũo uoluerit, & perficientes & per nescientes animarũ operatẽ salutẽ. Ex eo ille homo proposito seruorũ dei adhærens, negociatoris dimisit actionem, & proficiens in ecclesiæ mẽbris, in alia regione ad presbyterũ quoq; dei uoluntate petitus & coactus offm̃ accessit, temens atq; custodiens propositi sanctitatem: & forte adhuc usq; nunc in rebus humanis uiuit transmare constitutus.

Apud Carthaginẽ quoq; dũ per quendã domus regiæ procuratorem noie Vrsum fidei catholicæ hominẽ, ad quosdam Manichæorũ quos electos dicunt blasphemis operibus præsentes peruenirẽt, atq; ad ecclesiam ab eodẽ deducerentur & perducerentur ab episcopis, ad tabulas auditi sunt, inter quos etiã sanctæ memoriæ Augustinus fuit, qui prę cæteris illã execrabilẽ sectã nouerat, & eorũ prodens eiusmodi dãnabiles blasphemias ex locis liberorũ quos ille accipiunt Manichæi, usq; ad confessionẽ earundẽ blasphemiarũ eos perduxit: & quæ inter se illi suo more malo indigna & turpia facere consueuerunt, a fœminearũ illarũ uelut electarũ proditione, illis ecclesiasticis gestis declaratã est. Atq; ita pastorũ diligẽtia dñico gregi, & augmentũ accessit, & aduersus fures atq; latrones defensio cõpetens procurata est. Cum quodam etiam felice de numero eorum quos electos dicunt ẽdem Manichæi, quicq; Hipponem uenerat eũdem seminaturus errorem, publicæ in Hipponensi Ecclesia notariis excipientibus disputauit beatus Augustinus populo astante, et post secundã uel tertiã collationẽ ille Manichæus frustrata uanitate & errore illius sectæ ad nostrã conuersus est fidẽ atq; ecclesiã, sicut eadẽ relecta docere poterit scriptura.

Præterea cũ quodã etiã pascentio comite domus regiæ Arriano, qui per auctoritatẽ suæ psonæ fisci uehemẽtissimus extor, fidẽ catholicã atrociter ac iugiter oppugnabat, & quãplurimos sacerdotes dei simpliciori fide uiuentes, dicacitate ac potestate exagitabat & perturbabat, præsentibus honoratis & nobilibus uiris, apud Cartaginẽ ab illo prouocatus corã contulit. Sed idẽ hæreticus tabulas atq; stilũ, quod magister noster & ante conquestũ & in congressu instantissime fieri uolebat, ut adessent oĩmodo recusauit: & dũ id pernegasset, dicens quod legũ metu publicarũ periclitari tabulis scriptis nollet interpositis stilo & tabulis Augustinus episcopus cũ suis qui aderant consacerdotibus, & absq; ulla scriptura priuatim disputarent, collationem suscepit prædicens quod postmodum contigit, quod post solutum conuentum esse cuiq; posset liberũ arbitrium forte dicere, nullæ scripturæ documento, se dixisse quod forte nõ dixerit, uel non dixisse quod dixerit. Beatus Augustinus miscuit eum eo-

dem sermonem atq; asseruit quid crederet, & ab illo quid teneret, audiuit, & uera ratione atq; authoritate scripturarum probata docuit, & ostendit nostræ fidei firmamenta. Illius autem asserta nulla ueritate, nulla scripturarum sanctarum authoritate suffulta docuit & frustrauit. Et ut a sein uicem partes digressæ sunt, ille magis magisq; iratus & furens, mendacia multa pro fide sua falsa iactabat, uictum esse a seipso proclamans multorum ore laudatum Augustinum. Quæ eum illum uenerabilem uirum minime laterēt, coactus est ad ipsum scribere pascentium, propter illius metum omissis nominibus conferentium, & in eis literis quicquid inter partes dictum uel gestum fuerat fideliter intimauit, ad ea si negarentur probanda magna testium habens copiam, clarissimos scilicet atq; honorabiles qui tunc aderant uiros. Atq; ille ad duo sibi directa scripta, unum uix reddidit rescriptum, in quo magis iniuriam facere quam suæ sectæ rationem ualuit declarare. Quod a uolentibus & a ualentibus legere comprobatur. Cum ipsoq; quoq; Arrianorū episcopo quodam Maximo cū Gothis ad Aphricam uenient, apud Hipponem quamplurib⁹ uolentibus atq; petentibus, & præclaris interpositis uiris, contulit, & quid singulæ asseruerint partes, scriptum est. Quæ si studiosi diligenter legere uoluerint, proculdubio indagabunt, & quid callida & irrationabilis hæresis ad seducendum & decipiendum profiteatur, & quid ecclesia catholica de diuina teneat & prædicet trinitate. Sed qm̄ ille hęreticus de Hippone rediens ad Carthaginem, de sua multa in collatione loquacitate uictorē se de ipsa collatione recessisse iactauit, & mentitus est, quæ utique non facile a diuinæ legis ignaris examinari & diudicari possent, a uenerabili uiro Augustino sequenti tempore stylo & illius totius collationis de singulis obiectis & reponsis facta est recapitulatio: & quam nihil ille obiectis referre potuerit, nihilominus demonstratum est, additis supplementis quæ in tēpore collationis angusto cuncta inferri & scribi minime potuerunt. Id enim egerat nequitia hominis, ut sua nouissima prosecutione multum longissima, totum quod remanserat diei spatium occuparet.

Aduersus pelagianistas quoq; nouos nostrorū temporū hæreticos & disputatores callidos, arte magis subtili noxia scribentes, & ubicūq; poterant publice & per domos loquentes, per annos ferme decem laborauit, librorū multa condens & ædens, & in ecclesia populis ex eodem errore frequentissime disputans. Et qm̄ ñdem peruersi sedi Aphricæ per suā ambitionem eandem perfidiam persuadere conabantur, instantissime ēt concilijs Aphricanis sanctorū episcoporū gestum est, ut sancto papæ urbis Romæ, & prius uenerabili Innocētio, & postea sancto Zozimo eius successori persuaderetur, quod illa secta catholica fide & abhominãda & damnanda fuisset. At illi tantæ sedis antistites, suis diuersis temporib⁹ eosdem notantes, atq; a membris ecclesiæ præcidentes, datis literis ad Aphricanas Orientis & Occidentis ecclesias, eos anathematizandos & deuitandos ab omnibus catholicis censuerunt. Et hoc tale de illis ecclesię catholicæ prolatum iudicium, etiam pñsimus Imperator Honorius audiens ac sequens, suis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere constituit. Vnde nonnulli ex eis ad sanctæ matris ecclesiæ gremiū unde resilierant, redierunt, & adhuc alij redeunt, innotescente & prævalescente aduersus illum detestabilem errorem rectæ fidei ueritate. Et erat ille

memorabilis uir Augustinus præcipuum dominici corporis membrũ, ca uniuersalis ecclesiæ utilitatem solicitus semper ac peruigil Et illi diuini tus donatum est, ut de suorũ laborũ fructu, etiam in hac uita gaudere pro uenisset, prius quidem in Hipponensi ecclesia & regione, cui maxime prę sidebat unitate ac pace perfecta, deinde in alijs Aphricæ partibus, siue p seipsum siue per alios, & quos ipse dederat sacerdotes pullulasse, & multiplicatã fuisse dñi ecclesiam peruidens, illosq; Manichæos, Donatistas, Pelagianistas, & Paganos ex magna parte defecisse, et ecclesiæ dei socia tos esse congaudens. Profectibus quoq; & studijs fauens erat & exultatis, bonorũ omnium indisciplinationem pie ac sanctæ tolerans fratrũ, ingemiscensq; de iniquitatibus malorũ, siue eorũ qui intra ecclesiã, siue eorũ qui extra ecclesiam sunt constituti, dominicis ut dixi lucris semper gaudens, & dãnis mœrens. Tanta autem ab eodẽ dictata & ædita sunt, tan taq; in ecclesia disputata excepta atq; emẽdata, uel aduersus diuersos hæ reticos conscripta, uel ex canonicis libris exposita ad ædificationem san ctorũ ecclesię filiorũ, ut ea omnia uix quisq; studiosorũ nosce & perlegere sufficiat. Veruntamen ne ueritatis auidissimos in aliquo fraudare uideamur statui deo prestante in huius opusculi fine etiam eorundem librorum tractatuum & epistolarum indiculum adiungere. Quo lecto qui magis dei ueritatem quam temporales amant diuitias, sibi quisq; quod uoluerit ad legendum & cognoscendum eligat, & id ad scribendum uel de Bibliotheca Hipponensis ecclesiæ petat, ubi emendatiora exemplaria forte potuerit inuenire, uel unde ualuerit inquirat, & inuenta describat & habeat, & petenti ad scribendum sine inuidia etiam ipse tribuat.

Secundum Apostoli quoq; sententiam, dicentis: Audet quisq; uestrũ aduersus alterum negocium habens iudicari ab iniquis & non apud sanctos? An nescitis quia sancti mundum iudicabunt? Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis iudicijorũ minimorũ. Nescitis quia Angelos iudicabimus, nedum secularia? Secularia igit̃ iudicia si habueritis inter uos, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam uobis loquor. Sic non est inter uos quisq; sapiens qui possit inter fratrem suum diiudicare, sed frater cũ fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Interpellatas ergo beatus Augustinus a christianis, uel a cuiuscunq; sectæ hominibus causas audiebat diligenter ac pie: cuiusdam uero sententiã ante oculos habens, dicentis se malle inter incognitos, quã inter amicos causas audire: eo quod de incognitis pro quo arbitrata eqta te iudicaretur, amicum posset acquirere: de amicis uero unum esset, cõtra quem sententia proferretur, perditurus. Et eas aliquando usq; ad horam refectionis, aliquando autem tota die ieiunans, semper tamen noscebat & dirimebat, intendens in eis christianorũ momenta animorũ, quantum quisq; uel in fide bonisq; operibus proficeret, uel ab ijs deficeret, atq; cõpertis rerum opportunitatibus, diuinæ legis ueritate partes docebat, eãq; illis inculcabat, & eos quo adipiscerentur uitam ęterña edocebat & admonebat, nihil aliud quęrens ab ijs quibus ob hoc narrabat, nisi tantum obedientiam & deuotionem christianam, quę & deo debetur & homini bus, peccantes coram omnibus arguens, ut cęteri timorem haberent. Et faciebat hoc tanquam speculator a domino constitutus domui Israel prę dicans uerbum atq; instans opportune importune, arguens, hortãs, incre

pans, in omni longanimitate & doctrina, pręcipueq; operã dans instruere eos qui essent idonei & alios docere. Rogatus quoq; a nonnullis in eorum temporalibus causis, epistolas ad diuersos dabat. Sed hanc suam a melioribus occupationem tanquam angariam deputabat, suauem semp habens de hijs quę dei sunt uel allocutionem uel collocutionem fraternæ ac domesticę familiaritatis.

Nouimus quoq; eum a suis charissimis litterarũ intercessum apud seculi potestates postulatũ non dedisse, dicentem cuiusdã sapientis seruandam esse sententiã, de quo scriptũ esset, quod multa suæ famę contemplatione amicis non pręstitisset. Et illud nihilominus suũ addens, quoniã plerunq; potestas quę pręstat, premit. Cũ uero intercedendũ esse rogatus uidebat, tam id honeste ac tẽperate agebat, ut non solũ onerosus ac molestus non uideretur, uerũ etiam mirabilis extitisset. Nam dum exorta necessitate suo more apud quendã Aphricæ uicariũ nomine Macedonium pro supplice literis interuenisset, atq; ille paruisset, hoc modo rescriptũ misit: Miro modo afficior sapientia tua, & in illis quę ædidisti, & in ijs quæ interueniens pro reis mittere non grauaris. Nam & illa tantũ habent acuminis, scientiæ & sanctitatis, ut nihil supra sit: & hęc tantũ uerecundiæ, ut nisi faciam quod mandas, culpã penes me remanere non in negocio esse dijudicem, domine merito uenerabilis & suscipiende pater. Non enim instas quod plerique homines istius loci ut faciũt, ut quodcunq; sollicitus petitor uoluerit, extorqueas: sed quod tibi a iudice tot curis obstricto petibile uisum fuerit, admones & rogas subseruiente uerecundia, quę maxima difficiliũ inter bonos efficacia est. Proinde statim cõmendatis effectũ desiderij tribui. Nam sperandi uiam ante patefeceram.

Sanctorum concilia sacerdotũ per diuersas prouincias celebrata, cum potuit frequentauit, non in eis quę sua sunt, sed quę Iesu Christi quęrens, ut uel fides sanctę ecclesię catholicę inuiolata maneret, uel nonnulli sacerdotes & clerici siue per fas, siue ꝑ nefas excõmunicati, uel absoluerent̃, uel abijcerent̃. In ordinandis uero sacerdotibus & clericis consensum maiorẽ Christianorũ, & consuetudinem ecclesiæ sequendam esse arbitrabat̃.

Vestis eius & calceamenta & lectualia ex moderato & cõpetenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimũ: quia his plerunq; uel iactare se insolenter homines solent, uel abijcere, ex utroq; non quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt idem quærentes. At iste beatus, ut dixi, medium tenebat, neq; in dexterã, neq; in sinistram declinans. Mensa usus est frugali, & parca, quę quidẽ inter olera & legumina, etiã carnes aliquando propter hospites, uel quosq; infirmiores continebat. Semper aũt uinũ habebat, quia nouerat, & docebat, ut Apostolus dicit, quod omnis creatura dei bona sit, & nihil abijciendũ quod cũ gratiarum actione percipit̃, sanctificatur enim per uerbũ dei & orationem. Et ut idem Augustinus in suis confessionũ libris posuit, dicens: Non ego immunditiã obsonij timeo, sed immunditiã cupiditatis. Scio enim Noe omne genus carnis quod cibo esset usui, manducare permissum. Heliam cibo caruis refectũ, Ioannem mirabili abstinentia præditũ, animalibus, hoc est locustis in escam cedentibus, non fuisse pollutũ. Scio & Esau lenticulæ concupiscentia deceptũ, & Dauid propter aquę desideriũ a seipso reprehensum, & regem nostrũ, nõ de carne sed de pane esse tentatũ. Ideoq; & populus in eremo, nõ quia

carnes

carnes desiderauit,sed quia esce desiderio contra deum murmurauit,meruit improbari. De uino aũt sumendo Apostoli extat sentẽtia ad Thimotheum scribentis,ac dicentis: Noli usq; adhuc aquã bibere, sed uino modico utere propter stomachũ & frequentes tuas infirmitates. Cochlearibus tantum argenteis utens,cętera uasa quibus mensæ inferebantur cibi, uel testea uel lignea uel marmorea erant: non tamen necessitatis inopia, sed proposito uoluntatis. Sed & hospitalitatẽ semper exhibuit. Et in ipsa mensa magis lectionẽ uel disputationẽ,quã epulationẽ potationemq; diligebat: & cõtra pestilẽtiã humanę cõsuetudinis in ea ita scriptũ habebat:

Quisquis amat dictis absentum rodere uitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Et ideo omnem cõuiuam a superfluis & noxijs fabulis & detractionibus sese abstinere debere admonebat. Nam & quosdam suos familiarissimos coepiscopos illius scripturæ oblitos,& contra eam loquentes,tam aspere aliquando reprehendit cõmotus, ut diceret, aut delendos esse illos de mẽsa uersus,aut se de media refectione ad suũ cubiculũ surrecturũ. Quod ego & alij qui illi mensæ interfuimus,experti sumus.

Pauperum uero semper memor erat,eisq; inde erogabat, unde & sibi suisq; omnibus secũ habitãtibus erogabat, hoc est uel ex redditibus possessionũ ecclesiæ,uel etiam ex oblationibus fideliũ. Et dum forte,ut assolet,de possessionibus ipsis inuidia clericis fieret, alloquebat plebem dei, malle se ex collationibus plebis dei uiuere,quam illarũ possessionũ curã uel gubernationem pati,& paratũ se esse illis cedere, ut eo modo oẽs dei serui & ministri uiuerent,quo in ueteri testamento legunt altari deseruientes de eodem cõparticipari. Sed nunq; illaici susc̃ipere uoluerunt.

Domus ecclesiæ curã oẽmq; substantiã ad uices ualentioribus clericis delegabat & credebat. Nunq; clauẽ, nunq; annulũ in manu habẽs,sed ab eisdẽ domus prępositis cũcta & accepta & erogata notabant. Quæ anno cõpleto eidẽ recitabant, quo sciret quantũ acceptũ quantũq; dispensatũ fuisset,uel quicqd indispẽsatũ uel dispensandũ remãsisset,& in multis titulis magis illius prępositi pomus fidẽ sequens,quã probatũ manifestatũq; cognoscens,Domũ uero uel agrum seu uillam nunq; emere uoluit. Verũ si forte ecclesiæ a quoquã sponte tale aliquid uel donaret, uel titulo legati dimitteret,non respuebat,sed susc̃ipi iubebat. Nam & aliquas eum hæreditates recusasse nouimus, non quia pauperibus inutiles esse possent, sed quoniã iustum & æquũ esse uidebat,ut a mortuorũ uel filijs uel parẽtibus uel affinibus magis possiderent, quibus ab eis deficiẽtes dimittere noluerunt. Quidam etiã ex honoratis Hipponensium apud Carthaginẽ uiuens, ecclesiæ Hipponensi possessionẽ donare uoluit,& confectas tabulas sibi usufructu retento,ultro eidem sanctæ memorię Augustino misit. Cuius ille oblationẽ libenter accepit, congratulans ei quod æternæ suæ memor esset salutis. Verũ post aliquot annos nobis forte cũ eodem cominus cõstitutis,ecce ille donator literas per filiũ suum mittens,rogauit ut ille donationũ tabulæ suo filio redderent, pauperibus uero erogandos direxit solidos centũ: Quo ille sanctus cognito,ingemuit hominẽ,uel finxisse donationem,uel eum de bono opere pænituisse, & quanta potuit deo suggerente cordi eius condolenti animo ex eadẽ refragatione dixit, in illius scilicet increpationem & correctionem. Et tabulas quas ille sponte miserat,

6 *Vides hic hæretice q̃ donata uel legata ecclesiæ non respuebat Augustinus,quod fecisset, si ea deo nõ placere credidisset.*

7 *Si est bonum opus dimittere ecclesiæ possessiones suas, & qui*

hoc faciũt memores sunt suæ salutis ut supradixit. D. Augustinus, cur ista nunc taxantur a nouis hæreticis?

nec desideratas, nec exactas cõfestim reddidit, pecuniamq; illam respuit: atq; rescriptis eundem sicut oportuit & arguit & corripuit, admonens ut de sua simulatione uel iniquitate cũ pœnitentiæ humilitate deo satisfaceret, ne cũ tam graui delicto de seculo exiret. Frequẽtius uero dicebat, magis securius ac tutius ecclesiam legata a defunctis dimissa debere suscipere, quam hereditates forte sollicitas & damnosas, ipsaq; legata magis offerenda esse quã exigenda. Cõmendata uero quæq; ipse non suscipiebat, sed uolẽtes suscipere clericos non prohibebat. In his quoq; q̃ ecclesia habebat & possidebat intentus amore, uel implicatus cupiditate non erat, sed maioribus magis & spiritalibus suspensus & inhærens rebus, quix aliquando seipsum ad ista tẽporalia ab æternorũ cogitatione relaxabat & deponebat. Quibusq; ille dispositis & ordinatis, tanq; a rebus mordacibus & iam molestis, animi recursum ad interiora mentis & superiora faciebat, quo uel de inueniẽdis rebus cogitaret, uel de iam inuentis aliquid dictaret, aut certe ex iam dictatis atq; transcriptis aliquid emendaret. Et id agebat in die laborans, & in nocte lucubrans. Et erat tanq; illa religiosissima Maria, typũ gestans supernæ ecclesiæ, de qua scriptũ est quod sederet ad pedes domini, atq; intenta uerbũ eius audiret: De qua soror conquesta quod ab eadem circa multũ ministerium occupata non adiuuaretur, audiuit: Martha Martha solicita es: Elegit optimã partem Maria quę non auferet ab ea. Nam fabricarũ nouarum nunq; studiũ habuit, deuitãs in eis implicationẽ sui animi, quem semper liberũ habere uolebat ab omni molestia tẽporali. Nõ tamen illa uolentes & ædificantes prohibebat, nisi tantũ imoderatos. Interea dum ecclesiæ pecunia deficeret, hoc ipsum populo Christiano denunciabat, non se habere quod indigentibus erogaret. Nam & de uasis dominicis propter captiuos & quamplurimos indigentes, frangi & conflari iubebat, & indigentibus dispensari. Quod non cõmemorassem, nisi contra carnalem sensum quorundam fieri peruiderem. Et hoc ipsum etiã uenerabilis memoriæ Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendũ & dixit & scripsit, sed & inde deneglecto a fidelibus gazophrylacio & secretario, unde altari necessaria inferunt, aliquando in ecclesia loquens admonebat, quod etiã beatissimũ Ambrosiũ se præsente in ecclesia tractauisse nobis aliquando retulerat.

Cum ipso semper clerici, una etiã domo ac mensa sumptibusq; cõmunibus alebant & uestibant. Et ne quisq; facili iuratione etiã ad periurium decidisset, & in ecclesia populo prædicabat, & suos instituerat, ne quis iuraret, nec ad modicũ quidem. Quod si prolapsus fuisset, unam de statutis perdebat potionẽ. Numerus enim erat suis secũ cõmorantibus & conuiuantibus poculorũ præfixus. Indisciplinatiões quoq; & transgressiones suorũ a regula recta & honestate, & arguebat & tolerabat, quantũ decebat & oportebat: in talibus præcipue docens ne cuiusq; cor declinaret in uerba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Et dum quisq; offerret munus suũ ad altare, & illic recordatus fuisset quod frater suus haberet aliquid aduersus illũ, relinquendũ esse munus ante altare, atq; eundem fratrem esse reconciliandũ, & tunc ueniendũ, & munus ad altare offerendũ. Si uero ipse aduersus fratrem suũ aliquid haberet, corripere eum debere in parte, & si eum audisset, Lucratus esset suũ fratrẽ, si minus, adhibendum esse unũ aut duos. Quod si & ipsos contemneret, ecclesiã adhi-

bendam. Si uero & huic non obediret, esset illi ut ethnicus & publicanus. Et illud addens, ut fratri peccanti & ueniam petenti, non tantũ septies, sed septuagies septies delictum relaxetur, sicut quisque a domino quotidie sibi postulat relaxari.

Fœminarum aũt intra domũ eius nulla unq̃ conuersata est, nulla mansit, nec quidẽ germana soror, quæ uidua deo seruiens multo tẽpore usq̃ in diem obitus sui præposita ancillarũ dei uixit. Sed neq̃ patrui sui filiæ, & fratris sui filiæ quę pariter deo seruiebant: Quas personas sanctorũ episcoporũ cõcilia in exceptis posuerũt. Dicebat uero, qa & si de sorore & neptibus secum cõmorantibus, nulla nasci possit mala suspitio, tamen quoniã illæ personæ sine alijs necessarijs secumq̃ manentibus fœminis esse non possent, & quod ad eas etiam aliq̃ afforis intrarent, de ijs posse offendiculum aut scandalũ infirmioribus nasci, & illos qui cum episcopo uel quolibet clerico forte manerent, & illis omnibus fœminarũ personis una cõmorantibus aut aduentantibus, tentationibus humanis posse perire, aut certe malis hominũ suspitionibus pessime diffamari: ob hoc ergo dicebat nunq̃ debere fœminas cũ seruis dei etiã castissimis in una manere domo, ne ut dictũ est, aliquod scandalũ uel offendiculũ hoc tali exemplo poneretur infirmioribus. Et si forte ab aliquibus fœminis ut uideret uel salutaretur, rogabat, nunq̃ sine clericis testibus ad eas intrabat, uel solus cũ solis unquam est locutus, nisi secretorũ aliquid interesset.

In uisitationibus, uero modũ tenebat ab Apostolo definitũ, ut non nisi pupillos & uiduas in tribulationibus constitutas uisitaret. Et si forte ab ægrotantibus ob hoc peteretur ut pro eis in pręsenti deum rogaret, eisq̃ manus imponeret, sine mora pergebat. Fœminarum aũt monasteria non nisi urgentibus necessitatibus uisitabat. Seruandũ quoq̃ in uita & moribus hominis dei referebat, quod in institutis sanctę memorię Ambrosij cõpererat, ut uxorẽ cuiquã nunq̃ posceret, neq̃ militare uolentẽ ad hoc cõmendaret, neq̃ in sua patria petitus iret ad conuiuiũ. De singulis rebus pręstans causas, scilicet, ne dum inter se coniugati casu iurgarent, & cum maledicerent per quẽ coniuncti essent. Sed plane ad hoc sibi iam illis cõsentientibus petitũ interesse debere affirmabat sacerdotẽ, ut uel eorũ iam pacta & placita firmarent, uel benedicerent. Et ne militiæ cõmendatus suam culpã male agens suffragatori tribueret. Et ne per frequentiã in patriæ conuiuijs, cõstitutus tẽperantię amitteret modus. Indicauerat quoq̃ nobis se prædicti & beatę Memorię uiri in ultimo uitæ constituti audisse sapientissimũ & pijssimũ responsum, & multũ laudabat ac prædicabat. Nam cũ ille uenerabilis ultima iaceret ægritudine, & a fidelibus honoratis lecto eius astantibus & uidẽtibus eum de seculo migraturũ ad deum, & ob hoc mœrentibus tanti ac talis antistitis ecclesiam posse priuari uerbi & sacramenti dei dispensatione, cũ lachrymis rogaret ut sibi a domino uitę poscere cõmeatũ, eum illis dixisse: Non sic uixi ut me pudeat inter uos uiuere, sed nec mori timeo, quia bonũ dominũ habemus. Et in his noster Augustinus senex elimata ac librata admirabat & laudabat uerba. Ideo enim eum dixisse intelligendũ est, nec mori timeo, quia bonũ dominũ habemus, ne crederet pręfidens de suis purgatissimis moribus pręsumpsisse, Nõ sic uixi ut me pudeat inter uos uiuere. Hoc dixerat ad illud quod homines de homine noscere poterant. Nam sciens examen æquitatis

8

Notent hoc nostri temporis hæretici qui a mulierculariũ cõuictu & conuersatione nolunt auelli, hiq; imprimis, qui apud eos & sacerdotes & concionatores agunt.

diuinæ de bono domino se dicit magis quã de meritis suis confidere, cui etiã in oratione quotidiana dominica dicebat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cuiusdam quoq; coepiscopi & familiarissimi sui amici, in extremis uitæ de talibus frequentissimum referebat dictũ: ad quem quũ uisitandũ iam morti appropinquantẽ uentitasset, & ille manus gestu se de seculo exiturũ significaret, atq; a se illi esset respõsum, adhuc eũ ecclesiæ necessariũ uiuere posse, illũ ne putaret huius uitę teneri cupiditate respõdisse ei: Si nunq;, bene. Si aliquãdo, quare non modo? Et talẽ sententiam mirabat & laudabat hominẽ protulisse deum quidẽ timentem uerũtamen in uilla natum & nutritũ, sed nõ multa lectionis eruditũ scientia. Illud etiam cuiusdã ægrotantis dictũ afferebat episcopi, de quo sanctus in epistola sua quam de mortalitate scripsit martyr Cyprianus ita retulit, dicens: Cũ quidem collegis & cũ sacerdotibus nostris infirmitate defessus, & de appropinquante morte solicitus cõmeatum sibi precaret, astitit deprecanti, & iam pene morienti iuuenis honore & maiestate uenerabilis, statura celsus, & clarus aspectu, quem astantem sibi uix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quod talem uidere iam poterat de seculo recessurus. Atq; ille non sine quadam animi & uocis indignatione infremuit & dixit: Pati timetis, exire non uultis, quid faciam uobis?

Ante proximũ uero diem infirmitatis obitus sui a se dictatos & ęditos recensuit libros, siue eos quos primo tẽpore cõuersionis suę adhuc laicus, siue quos presbyter, siue quos episcopus dictauerat, & quęcunq; in his recognouit aliter quã se se haberet ecclesiastica regula a se fuisse dictata & scripta, cũ adhuc ecclesiasticũ usum minus sciret, minusq; intelligeret, a semetipso & reprehensa & correcta sunt. Vnde etiam duo conscripsit uolumina, quorũ est titulus, de recensione librorũ. Præceptos etiã sibi quosdam libros ante diligentiorẽ emendationẽ a nõnullis fratribus cõquerebatur, licet eos postmodũ emendasset. Imperfecta etiã quædam librorũ suorũ prœuentus morte dereliquit. Quicq; prodesse omnibus uolens, & uolentibus multa librorũ legere & non ualentibus, ex utroq; diuino testamento ueteri & nouo prœmissa prœfatione, prœcepta diuina seu uetita ad uitę regulam pertinentia excerpsit, atq; ex his unũ codicem fecit: ut qui uellet legere, atq; in eo uel qũę obediens deo inobediens ue esset agnoscere: & hoc opus uoluit Speculũ appellare. Verũ breui consequenti tẽpore diuina uoluntate & potestate prouenit, ut manus ingens diuersis telis armata & bellis exercitata, immaniũ hostium Vuandalorũ et Alanorum cõmixtam secũ habentes Gothorũ gentem, aliarumq; diuersarũ gentiũ personas ex Hispaniæ partibus transmarinis nauibus Aphricæ influxisset & irruisset uniuersaq; per loca Mauritaniarũ etiam ad alias nostras transiens prouincias & regiones, omni sæuiens crudelitate & atrocitate, cuncta quę potuit expoliatione, cędibus diuersisq; tormẽtis, incendiis, aliisq; innumerabilibus & infandis malis depopulata est, nulli sexui, nulli parcens ætati, nec ipsis dei sacerdotibus uel ministris nec ipsis ecclesiarũ ornamentis seu instrumentis uel ædificiis. Et hanc ferocissimã hostiũ grassationem & uastationem ille homo dei, & factam fuisse & fieri non ut cæteri homines sentiebat & cogitabat: Sed altius & profundius ea considerans, & in his animarũ præcipue uel pericula uel mortes prœuidens, so-

9

Hoc morem hæreticorum, sœuire præcipue in seruos dei & in sanctas eius ecclesias.

lito

lito amplius quam ut scriptū est. Qui apponit scientiā, apponit dolorem, & cor intelligens quasi tinea ossibus, fuerunt ei lachrymæ panes die ac nocte, amarissimamq; & lugubrem præ cæteris suæ senectutis iam pene extremam ducebat ac tolerabat uitam. Videbat enim ille homo dei ciuitatis excidio perditas pariter cū ædificijs, uillarumq; habitatores, alios hostili nece extinctos, alios effugatos atq; dispersos. Ecclesias sacertotibꝰ ac ministris destitutas, uirgines q; sacras & quosq; continentes ubiq; dispatos: & in his alios deficisse tormentis, alios gladio interemptos esse, alios in captiuitate perdita animi & corporis integritate ac fidei, malo more ac duro hostibus deseruire. Cernebat etiam hymnos dei & laudes de ecclesijs deperisse, ędificia ecclesiarū quamplurimis locis ignibus concremata esse, solennia quoq; quę deo debentur de propriis locis defecisse sacrificia, ac sacramenta diuina uel non quæri, uel quęrenti qui tradat non facile reperiri: in ipsas montiū syluas & cauernas petrarū & speluncas confugiētes, uel ad quascunq; munitiones, alios fuisse expugnatos & interfectos, alios necessarijs sustentaculis euolutos atq; priuatos, ut fame contabescerent: ipsosq; ecclesiarū præpositos & clericos, qui forte dei beneficio uel eos non incurrerant, uel incurrentes euaserant, rebus omnibus expoliatos atq; nudatos egentissimos mendicare, nec eis oībus ad omnia quibus fulciendi essent subueniri posse. Vix tres superstites uidebat ex innumerabilibus ecclesijs, hoc est, Carthaginensem, Hipponensem, & Circensem, quæ dei beneficio excisę non sunt, & earum permanet ciuitates, & diuino & humano fultæ præsidio, licet post eius obitū urbs Hippo nensis incolis destituta, ab hostibus fuerit concremata. Et se inter hęc mala cuiusdam sapientis sententia consolabatur, dicentis: Non erit magnus magnū putans quod cadunt ligna & lapides, & moriunt mortales. Hęc ergo omnia ille, ut erat alte sapiens, quotidie ubertim flebat. Accreuitq; mœroribus & lamentationibus eius, ut etiam adhuc in suo statu consisten tem ad eandem Hipponensium regionū ciuitatem ab eisdem hostibus ue niretur obsidendam. Quoniā in eius tunc defensione fuerat cōstitutus comes quidam Bonifacius cū Gothorum quondam fœderatus exercitu, quā urbem ferme quatuordecim mensibus cōclusam obsederunt. Nam & littus illi marinū intercluſione abstulerunt. Quo etiam nos ipsi de uicino cū alijs nostris coepiscopis confugeramus, in eademq; omni obsidionis tempore fuimus. Vbi nobiscū super his infortunijs sępissime colloquebamur, & dei tremenda iudicia præoculis nostris posita considerabamus dicentes. Iustus es domine, & rectū iudicium tuum. Pariterq; dolentes, gementes & flentes orabamus miserationū patrem & deum omnis consolationis, ut de eadem nos tribulatione subleuare dignaretur.

10 *Et hæc ipsa in Germania & alibi per hæreticos perpætrata, & audiuimus, & propriis oculis uidimus, ac quotidie experimur.*

Et forte prouenit ut una cū eodem ad mensam constitutis, & inde cōfabulantibꝰ cœperit coram nobis dicere: Noueritis me hoc tēpore nostrę calamitatis deum rogare, ut aut hanc ciuitatem ab hostibus circūdatam liberare dignetur, aut si aliud ei uidetur, suos seruos ad perferēdam suam uoluntatem fortes faciat, aut certe ut me de hoc seculo ad se accipiat. Quę ille dicens nosq; instruens, deinceps cū eodem & nos cum nostris omnibus, & ipsi qui in eadem fuerant ciuitate a summo deo similiter petebamus. Et ecce tertio illius obsidionis mense decubuit lecto febribus fatigatus, & illa ultima exercebatur ęgritudine. Nec suum sane dominus fa-

mulum fructu suę prȩcis fraudauit. Nam & sibi ipsi et eidem ciuitati quod lachrymosis depoſcit prȩcibus, in tempore impetrauit. Noui quoq; eundem & presbyterũ & epiſcopum pro quibuſdam energumenis petentibus ut oraret rogatũ eumq; in oratione lachrymas fundentem deum rogaſſe, & dȩmones ab hominibus receſiſſe eumq; ad ęgrotantem & lecto uacantem quendam cũ ſuo egroto ueniſſe, & rogauiſſe ut eidem manum imponeret ut ſanus eſſe poſſet: eumq; reſpondiſſe, ſi aliquid in his poſſet, ſibi hoc utiq; primitus prȩſtitiſſet: & illũ dixiſſe uiſitatũ ſe fuiſſe, ſibiq; per ſomniũ dictum eſſe, Vade ad Auguſtinũ epiſcopũ, ut eidem manũ imponat, & ſaluus erit. Quod dum cõperiſſet, facere non diſtulit, & illũ inſtimum continuo dominus ſanũ ab eodem diſcedere fecit.

Interea reticendũ minime eſt, cũ memorati impenderent hoſtes, a ſancto uero quoq; noſtro coepiſcopo Thabennenſis eccleſiæ Honorato, literis ſuiſſe conſultũ, utrum nam illis aduentantibus ex eccleſijs epiſcopis, uel clericis recedendũ eſſet, an non. Eiq; reſcriptis inſinuaſſe quid magis ab illis Romaniæ euerſoribus eſſet metuendũ. Quam eius epiſtolam huic ſcripturæ inſerere uolui. Eſt enim ſacerdotũ dei & miniſtrorum moribus ualde utilis & neceſſaria. Iſto modo reſcriptũ eſt ad eundem ab eodem ſancto fratri & coepiſcopo Honorato. Auguſtinus in domino ſalutem. Charitati tuæ miſſo exemplo epiſtolæ quem fratri. Quod uult deo noſtro coepiſcopo ſcripſi, putabã me hoc onere caruiſſe quod mihi impoſuiſti, quærendo conſiliũ, quid in his periculis quæ in tempora noſtra uenerunt facere debeatis. Quamuis enim epiſtolam, &c.

Sane ille ſanctus in uita ſua prolixa pro utilitate ac fœlicitate ſanctæ eccleſiæ catholicæ diuinitus condonata, uixit annis ſeptuagintaſex, in clericatu autem uel epiſcopatu annis ferme quadraginta. Dicere aũt nobis inter familiaria colloquia conſueuerat poſt perceptũ baptiſmũ etiam laudatos Chriſtianos & ſacerdotes abſq; digna & competenti pœnitentia exire de corpore nõ debere. Quod etiam ipſe fecit ultima qua defunctus eſt ægritudine. Nam ſibi iuſſerat Pſalmos Dauidicos qui ſunt pauciſsimi de pœnitentia ſcribi, ipſosq; quaterniones iacens in lecto contra parietẽ poſitos diebus ſuæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter ac uehementim flebat. Et ne intentio eius a quoquam impediretur, cauebat. Ante dies ferme decem quam exiret de corpore, a nobis poſtulauit præſentibus ne quis eum ingrederetur niſi his tantũ horis quibus medici ad inſpiciendũ intrarent, uel eum ei inferretur refectio. Et ita obſeruatũ ac factum eſt, & omni illo tempore orationi uacabat. Verbũ dei uſq; ad ipſam ſuam extremam ægritudinem imprætermiſſe, alacriter & fortiter ſana mente ſanoq; conſilio in eccleſia prædicauit. Mẽbris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu atq; auditu, & ut ſcriptũ eſt, nobis aſtantibus & uidentibus, ac cũ eu pariter orantibus, abdormiuit in pace cũ patribus ſuis, enutritus in bona ſenectute: & nobis coram poſitis pro eius commendanda corporis depoſitione, ſacrificiũ deo oblatũ eſt, & ſepultus eſt. Teſtamentum aũt nullum fecit, quia unde faceret pauper Chriſti non habuit. Eccleſiæ bibliothecam & omnes codices diligẽter poſteris cuſtodiendos ſempiter iubebat. Siquid uero eccleſia, uel in ſumptibus uel in ornamentis habuit, fideli presbytero qui ſub eodem domus eccleſiæ curam gerebat, dimiſit. Nec ſuos conſanguineos uel in propoſito uel extra cõſtitutos, in ſua

11 *Vide qũo moriantur ueri Chriſti fideles.*

12 *Vide etiam quomodo ſepeliantur, nẽpe cũ miſſæ celebratiõe, q^d ſacrificium appellat.*

uita & morte uulgi more tractauit. Quib⁹ dū adhuc supereſſet id ſi opus fuit, quod & cæteris erogauit, non ut diuitias haberent, ſed ut aut non, aut minus egerent. Clerū ſufficientiſsimū & monaſteria uirorū ac fœminarū continentiū cum ſuis præpoſitis plena eccleſiæ dimiſit, una cū bibliothecis libros, & tractatus uel ſuos uel aliorū ſanctorū habētibus, in q̄bus dono dei qualis quantusq; in eccleſia fuerit noſcit, & in his ſemper uiuere a fidelibus inueniē. Iuxta qđ etiā ſeculariū qdā poëtarū, ſuis iubēs quo ſibi tumulū mortuo in aggere publico collocarēt, p epigrāmata finxit, dicēs.

13 *Monaſteria uirorum & fœminarum continentiū cū ſuis præpoſitis plura, eccleſiæ dimiſit moriēs D. Auguſtinus.*

Viuere poſt obitum uatem uis noſce uiator?
Quod legis ecce loquor, uox tua nempe mea eſt.

Et in ſuis quidē ſcriptis ille deo acceptus & clarus ſacerdos quantum lucente ueritate uidere concedit, rectę ac ſanę fidei, ſpei, & charitatis catholicæ eccleſię uixiſſe manifeſtat. Quod agnoſcunt qui eundē de diuinis ſcribentē legentes proficiunt. Sed ego arbitror plus ex eo proficere potuiſſe qui eum & loquentē in eccleſia præſentem audire & uidere potuerūt, & eius præſertim inter homines conuerſationē non ignorauerunt. Erat enim non ſolū eruditus ſcriba in regno cœlorū, de theſauro ſuo proferens noua & uetera, & unus negociatorū qui inuentā pretioſam margaritā quę habebat uenditis cōparauit, uerumetiam ex ijs ad quos ſcriptū eſt. Sic loquimini, & ſic facite, & de quib⁹ ſaluator dicit. Qui fecerit & docuerit ſic homines, hic magnus uocabit in regno cœlorū. Peto aūt impendio ueſtram charitatē, qui hęc ſcripta legitis, ut mecū omnipotenti deo gratias agatis, dominumq; benedicatis, qui tribuit mihi intellectū ut hęc in notitiam & præſentiū & abſentium præſentis temporis & futuri hominū, & uellem deferre, & ualuiſſem: & mecum ac pro me oretis, ut illius quondam uiri cū quo annis ferme quadraginta dei dono abſq; amara ulla diſſenſione familiariter ac dulciter uixi, & in hoc ſeculo æmulator & imitator exiſtā, & in futuro omnipotentis dei promiſsis cum eodem perfruar. Amen.

Finis Tertij Libri.

COLENDISSIMO PATRI DOMINO IOANNI BERNARDO EPISCOPO CALAGVRITANO A. Epiſcopus Veronenſis.

DVo præcipua ſunt Præſul digniſsime, quæ Eccleſiam dei mirum in modū hodie perturbant atq; affligunt, & quē admodum nauigium in medio maris poſitum, alij poſt alios undarū fluctus exagitant, ut niſi cito dominus pro ſua bonitate eam ex alto reſpexerit, iam iā collapſura merito puſillis uideri poſsit. Primum quidem hæreticorū inſania, quæ dei cultum per omnes retro generationes obſeruatum penitus euacuat, & nouum colendi ritum annunciat. Alterum uero, impura Eccleſiaſticorum noſtrorum uita, quæ adeo effrenis hodie reperitur, ut paſsim ſine pudore peccare cuilibet impune liceat, neq; id modo, ſed ſi uirum aliquem probum offenderit (quæ tamen rara nūc in terris auis eſt) qui deo per omnia placere ſtudeat, illico tanquam contra nebulonē quendam & ſycophantam acclametur ab iſtis, publice dilacereſ, et digitis quodammodo oſtendatur. Atq; in tantū ualuit corruptela iſta, ut uiuere Chriſtia-

ne Christianum uirum, hodie hypocrisim et seductionem appellent. Quis autem animo sit usq; adeo ferreo et adamantino, quis ita plane omnis cõ miserationis expers & immitis, qui cum uideat Ecclesiam dei his tam atrocibus malis impeti, & opprimi, non condoleat mente, inque terrã præ luctu deflectatur, & immensis istis curis omnino tabefiat? Sed scio Reuerendissime Domine has duas calamitates, quibus hodie circũuoluimur, non tibi nouas uideri, ut pote qui optime noueris duo hæc solita esse mor borum genera, quæ semper in dei Ecclesiam quotiescunq; manus domini contra eam desæuierit, debachata sint. Prodeat Magnus ille Basilius, & aureo suo ore, quid lugens & mœrens de sui temporis hæresibus lamẽtetur, proferat. Ita enim ait is ad occidentales Episcopos scribens; Porro tribulationes nostrę uel nobis tacentibus, uobis sunt cognitę, ut quę in totum orbem sunt euulgatę. Patrũ dogmata contemnuntur, apostolicę traditiones annihilantur, recentiorum hominum inuenta ecclesijs inseruntur. Homines in posterũ de artibus, non de deo disserunt. Mundi sapientia primas tenet, crucis gloriam abominans Pastores abiguntur, lupi graues introducuntur, qui Christi gregẽ discerpunt. Domus oratoriæ deseruntur a cœtu, solitudines refertæ sunt plorantibus. Seniores ingemiscunt, dum uetera præsentibus comparant. Iuuenes miserabiliores, qui nõ uideant qualibus priuati sint. Et hæc quidem Basilius. Quod uero mali ecclesiastico rum mores ecclesiam dei iam inde ab initio deuastauerint, arbitror te legisse quid D. Hieronymus in secundum & tertium Micheæ caput super hac re scripserit. Nonne ibi dolet maxime sanctus pater Ecclesię principes delitijs affluere, & inter epulas atq; lasciuias Pudicitiam seruare se credere, quos eñciendos omnino ait de spacioſis domibus lautisq; cõuiuijs, & multo labore cõquisitis epulis, propter malas cogitationes & opera sua? Nonne ibi opprobrium & confusionẽ illam magnam detestatur, Iesum Crucifixum magistrum pauperem atq; esurientem, farsis prędicare corporibus, ieiuniorumq; doctrinam rubentibus buccis, tumentibusq; oris proferre? Quod sanctorum successores Apostolorum, conuersationem eorũ & abstinentiam non imitentur, sed propter immunditiã corruptione corrupti sint, iniustas ordinationes celebrantes, uoces domini uenditantes, & omnia propter pecuniam facientes? Quod denicq; Sion ædificent in sanguine, & Hierusalem in iniquitate? Aduersus igitur hæc duo tam pernitiosa mala duo itidem nobis ad præsens uidentur prędentanea afferri posse remedia. Contra primum quidem, quod cõstans ac fidelis semper seruetur animus noster, & fidei nostræ in Christum robur custodiatur immotum. Id indefesso studio prædicetur, quod publice in Ecclesia didicimus, nec philosophorum argumenta sectemur, aut dialecticorum tendiculis capiamur, sed sanctorum Apostolorum & præcedentium patrum simplicitati acquiescamus, illosq; tanquam eximios duces nostros boni discipuli sequamur, ac iuxta benedictionẽ Moysi ex ipsis arcanis cordis nostri ac bonis thesauris uetera ueterum, & quæ ante faciem iuniorum antiquitatẽ redoleant, proferamus, scientes illud scriptum, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentiũ reprobabo. Item & illud, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos. Aduersus secundum uero, quod puritati cordis & synceritati mentis inhærentes, & semper in omni bono opere fructificantes, deum omnipotentem & pientissimum patrem nostrum fu-

sis pre-

sis precibus deprecemur, ut non in æternum obliuiscatur nostri, sed oculis misericordiæ suæ super nos aspicere, & ad nauiculam suã in medijs fluctibus laborantem uenire, suaq; potentissima manu, sæuientes tempestates compescere, & flantes uentos sedare dignetur. Et non solum eam de præsentibus periculis eruere, sed & benigne concedere, ut in aliam quandam formam breui tempore immutatam, & ad pristinum decorem, puritatemq; restitutam uideamus. Quod proculdubio faciet, si nos in orationibus desides & negligentes nõ fuerimus. Tuq; imprimis deo digne Antistes, qui ueteris Ecclesiæ dei in teipso fidei & probitatis experimentũ exhibes. Nec defuturos apud deum hac in re etiam suis intercessionibus sanctos hos arbitramur, quos tibi in quarto hoc uolumine legendos nunc exhibemus. Vale in Christo colendissime atq; amantissime pater, & nostri semper & ubiq; meminisse dignare.

VITA HONORATI ABBATIS MONASTERII FVNDENSIS, ET LIBERTINI MONACHI EIVSDEM, PER D. GREGORIVM PAPAM SCRIPTA.

GREGORIVS. Venanciũ quõdam patriciũ in Samniũ partibus uilla fuit, in qua colonus eius filium Honoratũ nomine habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorẽ cœlestis patriæ per abstinentiam exarsit. Cumq; tam magna conuersatione polleret: sequeiam ab otioso quoq; sermone restringeret: multumq; ut præfatus sum, per abstinentiã carnem domaret: die quadam parentes eius uicinis, suis conuiuium fecerunt: in quo ad uescendum carnes paratæ sunt: quas dum ille ad esum cõtingere per abstinentiæ amorem recusaret: cœperunt cum parentes eius irridere: ac dicere. Comede: nunquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus? Illo uero in loco pisces audiri consueuerant: non uideri. Sed cũ his sermonibus Honoratus irrideretur: repente in conuiuio aqua ad ministerium defuit: & cum situla lignea (sicut illic moris est) mancipium ad fontẽ perrexit. Dumq; hauriret aquam: piscis situlam intrauit. Reuersumq; mancipium ante ora discumbentiũ piscem cum aqua fudit: qui ad totius diei uictum potuisset Honorato sufficere. Mirati sunt omnes: totaq; illa parentum irrisio cessauit. Cœpere nanq; in Honorato uenerari abstinentiam: quam ante deridebant: si cq; a dei homine irrisionis deterſit opprobria piscis allatus de fonte. Qui cum magnis uirtutibus cresceret, a prædicto domino suo libertate donatus est: atq; in eo loco qui fundis dicit, monasterium construxit: in quo ducentorum ferme monachorũ pater extitit: ibiq; uita illius circũquaq; exempla eximiæ conuersationis dedit. Nam quadã die ex eo mõte qui eius monasterio in excelso præminet: ingentis saxi moles eruta est: quæ per deuexum montis latus ueniens totius ruinam cellæ: omniumq; fratrum interitum minabatur. Quam cum uenientem desuper uir sanctus uidisset: frequenti uoce nomen Christi inuocans, extensa mox dextera signum ei crucis opposuit: eamq; in ipso deuexi montis latere cadentem fixit: sicut religiosus uir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat quo inhærere potuisset: aspicitur ita, ut nunc usq; montem cernentibus: casura pendere uideatur.

Ex libro primo Dialogi capitulo primo.

I

Cõsidera miraculum pro cõseruatiane pro positi delectus ciborum & abstinentiæ.

Quid hic dicere possunt hæretici?

Petrus. Putamus hoc:tam egregius uir ut post magister discipulorum fieret:prius habuit magistrum?

Gregorius. Nequaquam hunc fuisse cuiusquam discipulum audiui: sed lege non constringitur sancti spiritus donum. Vsus quidem rectæ conuersationis est,ut præesse non audeat,qui subesse non didicerit:nec obedientiam subiectis imperet:quã prælatis non nouit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli qui ita per magisterium spiritus intrinsecus docentur, ut & si eis exterius humani magisterij disciplina desit:magisterij intimi censura non desit. Quorum tamen libertas uitæ ab infirmis in exemplum non est trahenda:ne dum se quisq; similiter sancto spiritu impletum præsumit: discipulus hominis esse despiciat:& magister erroris fiat. Mens autem quæ diuino spiritu implet̃,habet euidentissima signa sua,uirtutes.s.& humilitatẽ: quæ si utraq; perfecte in una mente conueniunt:liquet quod de præsentia sancti spiritus testimonium ferat. Sic quippe etiam Ioannes baptista magistrum habuisse non legit̃:neq; ipsa ueritas quæ corporali præsentia apostolos docuit,eum corporaliter inter discipulos aggregauit. Sed quem intrinsecus docebat:extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo edoctus mandatũ ab Angelo didicit: quod per hominẽ non cognouit. Sed hæc(ut prædiximus)infirmis ueneranda sunt,non imitãda.

Petrus. Placet quod dicis,sed peto ut mihi dicas:si tantus hic pater aliquem sui imitatorem discipulum reliquit.

Gregorius. Vir reuerentissimus Libertinus' qui tempore Totilæ regis Gothorum eiusdem fundensis monasterij præpositus fuit,in discipulatu illius conuersatus atq; eruditus est. De quo quamuis uirtutes multas plurimorum narratio certa uulgauerit,prędictus tamen Laurentius religiosus uir qui nunc supereſt:& ei ipso in tempore familiarissimus fuit:multa mihi dicere de illo consueuit:ex quibusea quę recolo pauca narrabo.

In eadem prouincia Samnij (quam supra memoraui) idem uir pro utilitate monasterij carpebat iter. Dum Darida Gothorum dux cum exercitu in loco eodẽ uenisset:dei seruus ex caballo quo sedebat ab hominibus eius proiectus est. Qui iumenti perditi damna libenter ferens,etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit dicens, Tollite ut habeatis qualiter hoc iumentum minare ualeatis. Quibus dictis protinus se in orationem dedit. Cursu autem rapido prędicti ducis exercitũ peruenit ad fluuium qui uocatur uulteranus,ibiq; equos suos cœperunt singuli hastis tũdere:& calcaribus cruentare:sed tamen equi uerberibus cęsi: calcaribus cruentati,fatigari poterant:moueri non poterant:sicq; aquã fluminis tangere quasi mortale pręcipitium pertimescebant. Cumq; diu cędendo sessores singuli fatigarent̃:unus eorũ intulit, quia ex culpa quam seruo dei in uia fecerant,illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reuersi post se libertinum reperiunt in oratione prostratum. Cui cũ dicerent: surge tolle caballum tuum:ille respondit:Ite cum bono, ego caballi opus non habeo. Descendentes uero inuitum eum in caballũ de quo depositi fuerant leuauerunt:& protinus abscesserunt. Quorũ equi tanto cursu illud qđ prius non poterant transire,flumen transierunt: acsi ille fluminis alueus aquam minime haberet. Sicq; factum est,ut cum seruo dei unus caballus reddit̃: omnes a singulis reciperentur.

Eodem uero tempore in Campaniæ partibus Bucellinus cum Francis-

uenit. De monasterio uero præfati uiri famuli dei rumor exierat, quod pecunias multas haberet. Ingressi oratorium Franci cœperunt sæuientes Libertinum quærere: Libertinum clamare: ubi in oratione ille prostratus iacebat. Mira ualde res: quærentes sæuientesq; Franci ingredientes, in ipso impingebant, & ipsum uidere non poterant, sicq; sua cæcitate frustrati, a monasterio sunt uacui reuersi.

Alio quoq; tempore pro causa monasterij abbatis iussu qui Honorato eius magistro successerat: Rauēnam porgebat. Pro amore uero eiusdem uenerabilis Honorati quocunq; libertinus ibat: eius semper caligulam in sinu portare consueuerat. Itaq; dum pergeret, accidit ut quædam mulier extincti filij corpusculum ferret. Quæ dum seruum dei fuisset intuita, amore filij succensa iumentum suum per frenum tenuit: atq; cum iuramento dixit, Nullatenus recedes, nisi filium meum suscitaueris. At ille inusitatū habens tale miraculum, expauit petitionem illius: iuramenta declinare mulieris uoluit: sed nequaquam præualens, animo hæsit. Considerare libet quale quantumq; in eius pectore certamen fuerit. Ibi quippe pugnabat inter se humilitas conuersationis, ac pietas matris: timor ne inusitata præsumeret: dolor ne orbatę matri non subueniret: sed ad maiorem dei gloriam uicit pietas illud pectus uirtutis: quod ideo fuit ualidum, quia uictum: uirtutis enim pectus non esset: si hoc pietas non uicisset. Itaq; descēdit: genua flexit: ad cœlum manus retendit, caligulam de sinu protulit, & super extincti pueri corpus posuit. Quo orante, anima pueri ad corpus redijt, quem manu comprehendit: ac flenti matri uiuentem reddidit, atque iter quod cœperat peregit.

Petrus. Quidnam hoc esse dicimus: uirtutem tanti miraculi Honorati egit meritum: an petitio Libertini?

Gregorius. In ostensione tam admirabilis signi cum fide fœminæ uirtus conuenit utrorunq;: ideo libertinum existimo ista potuisse: quia plus didicerat de magistri, quam de sua uirtute confidere. Cuius enim caligulam in pectus extincti corpusculi posuit: eius nimirum animam obtinere quod petebat æstimauit. Nam Heliseus quoq; magistri palliū ferens: atq; ad Iordanē ueniens: percussit semel: & aquas minime diuisit. Sed cum repente diceret: ubi est deus Heliæ etiam nunc, percussit fluuiū magistri pallio: ac inter aquas fecit. Perpendis petre quantum in exhibēdis uirtutibus humilitas ualet? Tunc exhibere magistri meritum uirtutem potuit: quando magistri nomē ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem sub magistro redijt: quod magister fecerat, & ipse fecit.

Petrus. Libet quod dicis: sed quęso te, est ne aliquid aliud quod adhuc de ipso ad nostram ædificationem narres?

Gregorius. Est plane: sed si sit qui uelit imitari. Ego enim uirtutem patientiæ tanti patris signis & miraculis maiorem credo. Quadam nanq; die is qui post uenerabilis Honorati exitū, monasterij regimen tenebat, contra eundem uenerabilem Libertinū in graui iracundia exarsit, ita ut eum manibus cęderet. Et quia uirgam qua eum ferire posset minime inuenit: cōprehenso scabello suppedaneo, faciem ei ac caput tutudit: totumq; illius uultū tumentem ac liuidum reddidit. Qui uehementer cęsus ad stratum propriū tacitus recessit. Die uero altera erat pro utilitate monasterij causa constituta. Expletis igitur hymnis matutinalibus Libertinus ad le-

ctum abbatis uenit: orationem sibi humiliter petijt. Sciens uero ille quantum a cunctis honoraretur: quantumq; diligeretur: pro iniuria quã ei ingressserat: recedere eũ a monasterio uelle putabat: atq; requisiuit dicens. Vbi uis ire? Cui ille respondit. Monasterij causa constituta est pater: quã declinare nequeo, qa hesterno die me hodie iturũ promisi: illuc ire disposui. Tunc ille a fundo cordis considerans asperitatem & duritiam suam: humilitatem ac mansuetudinem Libertini: ex lecto prosilijt: pedes Libertini tenuit, se peccasse: seq; reum testatus est: qui tanto taliq; uiro tam crudelem facere contumeliam præsumpsisset. At contra Libertinus se se in terram prosternens: eiusq; pedibus prouolutus: suæ culpæ, non illius sęuitiæ fuisse referebat quod pertulerat. Sicq; actum est, ut ad magnam mansuedinem duceretur pater: & humilitas discipuli, magistra fieret magistri. Cumq; pro utilitate monasterij ad constitutionem causæ egressus fuisset: multi uiri noti ac nobiles qui eũ ualde honorabant, uehementer admirati: sollicite requirebant quidnam hoc esset, quod tam tumentẽ ac liuidam haberet faciem. Quibus ille dicebat: hesterno die sero peccatis meis exigentibus, in scabello suppedaneo impegi: Atq; hoc pertuli. Sicq; uir sanctus seruans in pectore honorem ueritatis & magistri: nec patris prodebat uitium: nec falsitatis incurrit peccatum.

Petr⁹. Putas ne uir iste uenerabilis libertin⁹ (de quo tot signa et miracula retulisti) in tã ampla cõgregatione imitatores suos in uirtutib⁹ nõ reliqt?

Gregorius. Felix qui appellabatur curuus: quem ipse bene nosti: qui eiusdem monasterij nuper prępositus fuerat: multa mihi de fratribus eiusdem monasterij admiranda narrabat. Ex quibus aliqua quæ ad memoriam ueniunt supprimo: quia ad alia festino. Sed unũ dicam quod ab eo narratũ prætereundum nullo modo æstimo.

In eodem monasterio quidã magnæ uitæ monachus erat hortulanus. Fur uero uenire consueuerat: et per sepem ascendere, & occulte olera auferre. Cumq; ille multa plantaret quæ minus inueniret: & alia pedibus conculcata: alia direpta conspiceret: totum hortum circuiens: inuenit iter unde fur uenire consueuerat. Qui in eodem horto deambulans: reperit etiã serpentem: cui præcipiens dixit. Sequere me, atq; ad aditum furis perueniens, imperauit serpenti, dicens, In nomine Iesu præcipio tibi ut aditum istum custodias: ac furem huc ingredi non permittas. Protinus serpens totũ se in itinere in transuersum tetendit: & ad cellã monachus redijt. Cumq; meridiano tempore cuncti fratres quiescerent, more solito fur aduenit: ascendit sepem. Et cũ in hortum pedem poneret: uidit subito quia extensus serpens clausisset uiã: & tremefactus post semetipsum concidit: eiusq; pes per calciamentum in sude sepis inhæsit, sicq; dum hortulanus rediret: deorsum capite pependit. Consueta hora uenit hortulanus: pendentem in sepe furem reperit: & serpenti dixit. Gratias deo: implesti quod iussi: recede mõ. Qui statim abscesit, Ad furẽ uero pueniẽs ait. Quid est fr̃a tra didit te mihi de⁹: q̃re in labore monachor̃ furtũ totiẽs facere p̃sumpsisti? Qui hęc dicẽs, pedẽ illi⁹ a sepe in qua inhęserat soluit, eũq; sine læsione deposuit. Cui dixit, Seq̃re me. Quẽ sequentẽ duxit ad horti aditũ: & olera q̃ furto appetebat auferre, ei cum magna dulcedine prebuit, dicẽs. Vade & post hoc furtum nõ facias: sed cum necesse habes, huc ad me ingredere: & quæ tu cum peccato laborabas tollere: ego tibi deuotus dabo.

VITA EQVITII ABBATIS PER D. Gregorium Papam scripta.

Ex libro. i. Dialogi. Cap. 4.

GRegorius. Fortunati uiri uenerabilis abbatis Monasterij q̃ appellatur Balneum Ciceronis: aliorumq́ etiam uirorum uenerabiliũ didici relatione quod narro. Vir sanctissimus Eqtus nomine in Valeriæ prouinciæ partibus, pro uitæ suæ merito apud oẽs illic magnæ admirationis habet̃: cui Fortunatus idem familiariter notus fuit. Qui nimirum Eqtius pro suæ magnitudine sanctitatis multoꝝ in eadem prouincia Monasterioꝝ pater extitit. Hũc eum iuuentutis suæ tempore acri certamine carnis incentiua fatigarent: ipse suæ tentationis angustiæ eum ad orationis studium solertiorem fecerũt. Cumq́ hac in re ab omnipotenti deo remediũ continuis precib⁹ quæreret: nocte quadam assistente angelo eunuchizari se uidit: eiusq́ uisioni apparuit quod omnem motum ex genitalib⁹ eius abscinderet: atq́ ex eo tempore ita alienus extitit a tentatione, ac si sexũ non haberet in corpore. Qua uirtute fretus ex omnipotẽtis dei auxilio & uiris ante pręerat, ita cœpit postmodum etiam fœminis præesse: nec tamen discipulos suos admonere cessabat, ne se eius exemplo in hac re facile crederent: & casuri non tentarent domum quod non accepissent.

1. *Cõtinuis precibus obtinuit adeo equitius extinctionem motus libidinis ex genitalibus.*

Eo autem tempore quo malefici in hac sunt Romana urbe deprehensi. Basilius (qui in magicis operib⁹ primus fuit) in monachico habitu Valeriam fugiens petijt. Qui ad uirum reuerendissimũ Castosium Amiterninæ ciuitatis episcopum pergens: petijt ab eo ut eum Equitio abbati committeret: ac sanandum Monasterio illius commendaret. Tunc ad Monasterium uenit episcopus: secũq́ Basiliũ Monachũ deduxit: & Equitiũ dei famulũ rogauit ut eũdem Monachũ in congregationem susciperet. Quẽ statim uir sctũs intuens ait, Hũc quem mihi commendas pater: ego nõ uideo Monachum esse: sed diabolum. Cui ille respondit, occasionem, quæris: ne debeas præstare quod peto. Ad quem mox Dei famulus dixit, ego quidem hoc eũ esse denũcio quod uideo: ne tamen nolle me obedire existimes: facio quod iubes, susceptus itaq́ in monasterio est. Post non multos uero dies idem dei famulus pro exhortandis ad desideria superna fidelibus paulo longius acella digressus est. Quo discedente contigit ut in Monasterio uirginum in quo eiusdem patris cura uigilabat: una earũ quę iuxta carnis huius putredinem speciosa uidebat̃ febricitare inciperet: & uehementer anxiari: magnisq́ uocibus cum stridore clamare, Modo moritura sum, nisi Basilius Monachus ueniat: & ipse mihi per suæ curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris absentia accedere quispiam Monachoꝝ in cogregationem uirginum non audebat: quanto minus ille qui nouus aduenerat: eiusq́ adhuc uitam congregatio fratrum nesciebat. Missum repente est, & Dei famulo Equitio nũciatum: quod sanctimonialis illa immensis febribus æstuaret, & Basilij Monachi uisitationẽ anxie quæreret: quo audito uir sctũs dedignando subrisit: atq́ ait, Nunquidnam dixi quod diabolus est iste, nõ Monachus? Ite, & eum de cella expellite. De ancilla autem dei quæ anxietate febrium urget̃, nolite esse solliciti, quia ex hac hora neq́ febribus laboratura est: neq́ Basilium quę situra. Regressus est Monachus: & ea hora saluti restitutam dei uirginẽ

2. *Monasterium uirginum.*

agnouit, qua eandem salutem illius Dei famulus Equitius longe positus nũciauit, in uirtute. s. miraculi: exemplũ tenens magistri, qui inuitatus ad filium Reguli eum solo uerbo restituit saluti: ut reuertens pater ea hora filium restitutũ uitæ cognosceret: qua uitam illius ex ore ueritatis audisset. Omnes autem Monachi iussionem patris sui implentes, eũdem Basilium ex Monasterij habitatione repulerũt. Qui repulsus dixit frequenter se cellam Equitij margicis artib⁹ in aera suspendisse: nec tamen ei⁹ quempiam lædere potuisse. Qui non post longũ tempus in hac Romana urbe exardescente zelo christiani populi igne crematus est.

3 *Oblita benedicere lactucam signo crucis.*

Quadam uero die una dei famula ex eodem Monasterio uirginũ hortum ingressa est: quæ lactucam conspiciens concupiuit, eamq; signo crucis benedicere oblita auide momordit, sed arrepta a diabolo protinus cecidit. Cumq; uexaretur: eidem patri Equitio sub celeritate nũciatum est ut ueniret concitus: & orando succurreret. Moxq; hortum idem pater ut ingressus est: cœpit ex eius ore quasi satisfaciens ipse qui hanc arripuerat diabolus clamare, dicens, Ego quid feci? ego quid feci? Sedebam ibi sup lactucam: uenit illa, & momordit me. Cui cum indignatione uir Dei præcepit ut discederet, & locum in omnipotentis Dei famula non haberet. Qui protinus abscessit, nec eam ultra contingere præualuit.

Quidam uero Felix nomine Nursię prouincię nobilis: pater huius Castorij, qui nũc nobiscum in Romana urbe demoratur: cum eũdem uenerabilem uirum Egtium sacrũ ordinem non habere conspiceret, & per singula discurrere, atq; studiose prędicare: eum quadam die familiaritatis ausu adijt, dicens, qui sacrũ ordinem non habes, atq; a Romano pontifice sub quo degis prædicationis licentiam non accepisti, prædicare quomodo præsumis? Qui eius inquisitione compulsus uir sctũs indicauit prędicationis licentiam qualiter accepit: dicens, ea quę mihi loqueris: ego quoq; tecum ipse pertracto. Sed quadam nocte speciosus mihi per uisionem iuuenis astitit: atq; in lingua mea medicinale feramẽtum, ideſt fleubotomiũ posuit, dicens, Ecce posui uerba mea in ore tuo: egredere ad prędicandũ. Atq; ex illo die etiam cum uoluero: de Deo tacere non possum.

4 *Hoc speciale in equitio firmat regulam in contrarium, quod qui non est in sacro ordine cõstitutus nec sui superioris habet licentiam prædicare uerbum dei non debeat. Quod nota contra prædicatores hæreticorum, qui coniugati, & artes mechanicas etiam exercentes sacris, ne dum initiati, & contra Rom. pontificis christi Vicarij mandatum, passim populis concionantur.*

Petrus. Vellem etiam patris huius opus agnoscere, qui fertur talia dona a deo percepisse.

Gregorius. Opus Petre ex dono est: non donũ ex opere, alioquin gratia iam non est gratia. Omne quippe opus dona præueniũt, quamuis ex subsequenti operę ipsa etiam dona succrescũt. Ne tamen uitę eius cognitione frauderis: bene hanc reuerendissimus uir Albinus Reatinę antistes ecclesię cognouit, & adhuc supersunt multi qui scire potuerũt. Sed quid plus queris operis: quando concordabat uitę mũditia cũ studio prędicationis, Tantus q̃pe illũ feruor ad colligẽdas Deo aias accenderat: ut sic Monasterijs præesset, quaten⁹ per ecclesias: per castra, per uicos, per singulos quoq; fideliũ domos circũquaq; discurreret, & corda audientiũ ad amorem patrię cœlestis excitaret. Erat uero ualde uilis in uestib⁹: atq; ita despectus, ut siquis illũ fortasse nesciret: salutatus etiam resalutare despiceret, & quotiens alia tendebat ad loca, iumento sedere consueuerat: quod esse despectabilius omnibus iumentis in sella potuisset: in quo etiã capistro pro freno: & uerue cum pellib⁹ pro sella utebat. Per semetipsum sacros codices in pelliceis sacculis missos dextro leuoq; portabat late-

5 *Hæc est uera prædicatio, quando cum uerbis cõcordat uitæ mũditia. Quod perraro uideas in hæreticis.*

re, & quocunq; peruenisset: scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium.

Huius quoq; opinio prædicationis ad Romanæ urbis notitiam perue nit, atq; ut est lingua adulantium, auditoris sui animum amplectendum necans: eo tempore clerici huius apostolicæ sedis antistiti adulando que sti sunt, dicentes, Quis est iste uir Rusticus, qui auctoritatem sibi prædica tionis arripuit, & offm̃ apostolici nostri domini sibimet indoctus usurpa re præsumit? Mittatur ergo si placet, qui huc eum exhibeat: ut quid sit ecclesiasticus rigor agnoscat. Sicut autem moris est, ut occapato in multis animo adulatio ualde subrepat, si ab ipso cordis ostio nequaq; fuerit citiꝰ repulsa, suadentibus clericis consensum pontifex præbuit, ut ad Romanã urbem duci debuisset: & quænam sua esset mensura cognosceret. Iulianũ tamen tũc defensorem mittens, qui Sabinensi ecclesiæ postmodũ in episcopatu præfuit: hoc præcepit, ut cum magno eum honore deduceret: ne quicq; dei famulus ex conuentione eadem iniuriam sentiret. Qui parere de eo clericoꝝ uotis concitus uolens, festine ad eius Monasterium cucurrit, ibiq; absente illo antiquarios scribentes reperit: ubi abbas esset requisiuit. Qui dixerũt, in ualle hac quę Monasterio subiacet fœnũ secat. Idem uero Iulianus superbum ualde atq; contumacem puerum habuit: cui uix poterat uel ipse dominari. Hunc ergo misit, ut ipsum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proteruo spũ pratum uelociter ingressus, ho minesq; illic intuens fœnum secantes: requisiuit quisnam esset Equitius. Moxq; ut audiuit quis esset: eum adhuc longe positus aspexit: & immẽso timore correptus cœpit timere, lacescere: sequi ipm nutanti gressu uix portare posse, qui tremens ad dei hominem peruenit, atq; ulnis humiliter submissis eiꝰ genua deosculans strinxit, suũq; dñm ei occurrisse nũciauit. Cui resalutato Dei famulus p̃cepit, dicens, leua fœũ uiride: porta pabulũ iumentis in qbus uenistis, ecce ego (quia parum superest) operæ expleto te subsequor. Is autem qui missus fuerat Iulianus defensor mirabatur ual de quidnam esset quod redire moraretur puer. Cumq; reuertentem puerum conspicit: atq; in collo fœnum ex prato deferentem: uehementer iratus cœpit clamare, dicens. Quid est hoc? ego te misi hominem deducere, non fœnum portare. Cui puer respondit, Quem quæris ecce subsequitur. Et ecce uir Dei eleuatis calciatus caligis falcem fœnariam in collo deferens ueniebat. Quem adhuc longe positum puer suo domino quia ipse esset quem quæreret, indicauit. Idem uero Iulianus repente ut uidit dei famulum, ex ipso habitu despexit: eumq; qualiter deberet alloqui proterua mente præparabat. Mox uero ut seruus Dei cominus affuit: eiusdem Iuliani animum intolerabilis pauor inuasit, ita ut tremeret: atq; ad insinuãdum hoc ipm pro quo uenerat: uix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato mox spũ ad eius genua cucurrit: orationem pro se fieri petijt, & quia pater eius apricus pontifex cũ uidere uellet indicauit. Vir autẽ uenerandus Equitius cœpit immensas gratias omnipotenti deo agere: asserens quod se per summum pontificem gratia superna uisitasset. Illico uocauit fratres: præcepit hora eadem iumenta præparari, atq; executorem suum cœpit uehementer urgere ut cito abire debuissent. Cui Iulianus ait, hoc fieri nul latenus potest, quia lassatus ex itinere hodie non ualeo abire. Tũc ille respondit, contristas me fili, quia si hodierna die non egredimur, iam crasti-

6

Vilibus uestibus indue batur.

na non eximus. Dei itaq; famulus executoris sui lassitudine coactus, in Monasterio suo eadem nocte demoratus est. Sequenti uero die sub ipso lucis crepusculo uehementer equo in cursu fatigato ad Iulianum puer cū epistola peruenit: in qua præceptum est ei ne seruum Dei contingere uel mouere de Monasterio auderet. Quem cum ille requireret cur sententia esset mutata: cognouit quia nocte eadem in qua ipse executor illuc missus est, per uisum pontifex fuerat uehementer exterritus, cur ad exhibendum Dei hominem mittere præsumpsisset. Qui protinus surrexit, seq; uenerandi uiri commendans orationibus ait, Rogat pater noster ne fatigari debeatis. Cumq; hoc Dei famulus audiret, contristatus ait, nūqd non die hesterno dixi tibi: quia si statim non pergeremus, iam pergere minime liceret? Tūc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella detinuit: eiq; laboris sui commodū coacto renitentiq; dedit. Cognosce igitur Petre in quanta Dei custodia sunt qui in hac uita seipsos despicere nouerūt, cum q̄bus intus ciuibus in honore numerant, qui despecti foris hominibus esse non erubescūt, quia & contra in Dei oculis non iacent, q̄ apud suos & proximoq; oculos per inanis gloriæ appetitū tument. Vnde & quibusdam ueritas dicit, uos estis q̄ iustificatis uos corā hominibus: deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est abominabile est ante deum.

Petrus. Miror ualde quod de tali uiro surripi pontifici tanto potuerit.

Gregorius. Quid miraris Petre: quia fallimur qui homines sumus. An menti excidit quod Dauid qui prophetiæ spm̄ habere consueuerat, contra innocentem Ionatæ filium sententiam dedit, cum uerba pueri mentientis audiuit? quod tamen q̄ per Dauid fctm̄ est: & occulto Dei iudicio iustum credimus: & tamen humana ratione qualiter iustum fuerit non uidemus. Quid ergo mirum si ore mentientiū aliquando in aliud ducimur, q̄ prophetæ non sumus? Multum uero est quod uniuscuiusq; præsulis mētem curarum densitas uastat. Cumq; animus diuiditur ad multa, fit minor ad singula, tantoq; ei in una quælibet re surripitur, quanto latius multis occupatur.

Petrus. Vera sunt ualde quæ dicis.

7 *Vides christianorūm corpora apud sanctorum oratoria humari solere?*

Gregorius. Silere non debeo quod de hoc uiro abbate quondā meo reuerendissimo Valentino narrante agnoui. Aiebat naque quia corpus eius dum in beati Laurentij martyris oratorio esset humatum: super sepulchrum illius Rusticus quidam arcam cum frumento posuit: nec quantus qualisq; uir illis iaceret perpendere ac uereri curauit. Tūc repente turbo cœlitus factus: rebus illic omnibus in sua stabilitate manentibus, arcam quæ superposita sepulchro eius fuerat, extulit: longeq; proiecit, ita ut palam cūcti cognoscerent: quanti esset meriti is cuius illic corpus iaceret.

8 *Nota hæreticæ miraculum factum ad sepulchrum equitij, qd̄ inuocatus est a Mona*

Etiam ea quæ subiūgo, prædicti uenerabilis uiri Fortunati q̄ualde mihi ætate: operæ & simplicitate placet: relatione cognoui. Eandem Valeriæ prouinciam Longobardis intrantibus ex monasterio reuerendissimi uiri Egtij in prædicto oratorio ad sepulchrū eius Monachi fugerūt. Cūq; Longobardi sæuientes Monasteriū intrassent: cœperūt eosdem Monachos foras trahere: ut eos aut per tormenta discuterent, aut gladijs necarent: quoq; unus ingemuit: atq; acri dolore commot? clamauit, Heu heu sanctæ Egti placet tibi ut trahamur, & non nos defendas? Ad cuius uocē

protinus

protinus sæuientes Longobardos immũdus spũs inuasit. Qui corruentes in terram, tam diu uexati sunt, quousq; hoc cũcti (etiam q foris erant) Lõgobardi cognoscerent, quatenus locum sacrũ temerare ulterius non auderent. Sicq; uir sanctus dum discipulos defendit: etiam multis post remedium illuc fugientibus præstitit.

cho, quod innocatus opem tulit, quodque multis post illuc fugientibus remedium præstitit. Sunt ne hæc omnia tuis mẽdacijs ex diametro contraria?

VITA CONSTANTII MANSIONARII Ecclesiæ sancti Stephani per D. Gregorium papam scripta.

Habetur in primo libro dialogi. Cap. 3.

GRegorius. Cuiusdã episcopi mei didici relatione quod narro. Qui in Anchonitana Vrbe per annos multos in monachi cho habitu degit: ibiq; uitam non mediocriter religiosam duxit. Cui etiam qdam nr̃i iã prouectioris ætatis qui ex eis dem sunt partibus attestantur. Iuxta eam nanq; ciuitatem ecclesia beati martyris Stephani sita est: in qua uir uitæ uenerabilis Cõstantius nomine, qui Mansionarij functus officio deseruiebat, cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longe lateq; detenderat. Qui isdem uir funditus terrena despiciens, totq; annisu mentis ad sola cęlestia flagrabat. Quadam uero die dum in eadem ecclesia oleum deesset: & p̃ditus Dei famulus unde lampades accenderet omnino nõ haberret: omnes lampades ecclesiæ impleuit aqua: atq; ex more in medio papyrum posuit quas allato igne succendit: sicq; aqua arsit in lampadib⁹, ac si oleũ fuisset. Perpende igitur Petre cuius meriti uir iste fuerit: qui necessitate cõpulsus elementi naturam mutauit.

I

Aduerte quod nõ sit superstitio ut dicunt moderni subuersores accendere lampades in ecclesijs sanctorũ.

Petrus. Mirum est ualde quod audio: sed uellem nosse cuius humilitatis apud se esse intus potuit iste: qui tantæ excellentiæ foris fuit.

Gregorius. Inter uirtutes animum cognoscere congrue quæris: qa multum ualde est quod tentatione sua intus mentem lacessunt mira quæ foris fiunt. Sed si huius Constantij uenerabilis unum quod fecit audis: cuius humilitatis fuerit citius agnoscis.

Petrus. Postq; mihi facti illius tale miraculum dixisti: supereſt etiam, ut me de humilitate mentis eius ædifices.

Gregorius. Quia ualde opinio sanctitatis eius excreuerat: multi hũc ex diuersis prouincijs anxie uidere sitiebant. Quadam uero die ex lõginquo loco ad uidendum eum qdam Rusticus uenit. Eadem uero hora casu contigerat ut sctũs uir stans in ligneis gradibus reficiendis deseruiret lampadibus. Erat autem pusillus ualde, exili forma atq; despecta. Cumq; is q ad uidendum eum uenerat, quisnam esset inquireret: atq; obnixe peteret ut sibi debuisset ostendi: hi q illum nouerant monstrarũt qs esset. Sed sicut stultæ mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur: eum paruulum atq; despectum uidens: ipm hũc esse non cœpit omnino credere. In mente etenim rustica inter hoc quod audierat & uidebat, quasi facta fuerat quædam rixa: & æstimabat tam breuem per uisionem esse nõ posse: quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cumq; ipm eum esse a pluribus fuisset assertam, despexit: & cœpit iridere: dicens. Ego grandem hominem credidi: iste autem de homine nihil habet. Quod ut uir dei Constantius audiuit: lampades quas reficiebat protinus relinquens, lœtus concitus descendit: atq; in eiusdem Rustici amplexum ruit: eumq; ex

amore nimio cõstringere cœpit brachijs & osculari: magnasq; gratias agere quod is de se talia iudicasset: dicens. Tu solus es qui in me apertos oculos habuisti. Qua ex re pensandum est cuius apud se humilitatis fuerit: qui despicientem se rusticũ amplius amauit. Qualis enim quisq; apud se lateat: contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus: sic plerũq; humiles sua despectione gratulantur. Cumq; se & in alienis oculis uiles aspiciunt: idcirco gaudent, quia hoc iudicio confirmari intelligũt, q; de se & ipsi apud semetipsos habuerunt.

Petrus. Vt agnosco uir iste magnus foris fuit in miraculis: sed maior intus in humilitate cordis.

VITA NONNOSI PRÆPOSITI MONASTERII IN Monte Soractis, & Anastasii Abbatis Monasterij suppentonia, per D. Gregorium Papam scripta.

Ex libro primo dialogi eiusdẽ cap. 7. et. 8.

Gregorius. De uicino nunc loco tibi aliqd narrabo, quod & uiri uenerabilis Maximiani episcopi, & Laurionis quem noSti ueterem Monachi, q uterq; nũc usq; supereSt: relatione cognoui: q scilicet Laurio, in illo Monasterio quod iuxta urbẽ Neptanã locat, ab Anastasio uiro sanctissimo nutritus est. Qui nimirum Anastasius, uitæ uenerabilis uiro Nonnoso præposito Monasterij quod in Soractis monte sitũ est: & propinqtate loci, & moꝝ magnitudine, & uirtutũ studijs assidue iũgebat. Idẽ uero Nonnosus sub asprimo sui Monasterij degebat patre: sed eius mores mira semper æquanimitate tolerabat. Sicq; fratrib⁹ præerat in mansuetudine, sicut crebro patris iracũdia ex humilitate mitigabat. Quia uero eius Monasteriũ in summo montis cacumine sitũ est, ad quemlibet paruum hortum fratribus excolendum nulla patebat planities: unus autem breuissimus locus in latere montis excreuerat, quem ingentis saxi moles naturaliter egrediens occupabat. Quadam uero die dum Nonnosus uir uenerabilis cogitaret qd saltem ad condimenta olerum nutrienda locus idem aptus potuisset existere: si hunc moles saxi illius non teneret: occurrit animo quod eandem molem quingenta boum paria mouere non possent. Cumq; de humano labore facta esset desperatio: ad diuinum se solatium contulit: seq; illic nocturno silentio in orationem dedit. Cumq; mane facto ad eũdem locum fratres uenirent inuenerũt molem tantæ magnitudinis ab eodem loco lõgius secessisse: suoq; recessu largum fratribus spatium ad excolendũ hortum dedisse.

Alio quoq; tempore eum idem uir uenerabilis lãpades uitreas in oratorio lauaret: una ex eius manibus cecidit: quæ per innumeras partes fracta dissiluit: qui uehementissimũ patris monasterij furorem timens, lampadis protinus omnia fragmenta collegit, atq; ante altare posuit: seq; cũ graui gemitu in orationem dedit. Cumq; ab oratione caput leuasset, sanam lampadem reperit, quam timens per fragmenta collegerat. Sicq; in duob⁹ miraculis duoꝝ patrum uirtutes imitatus est. In mole scilicet saxi factum Gregorij qui montem mouit. In reputatione uero lampadis uirtutem Donati qui fractum calicem pristinæ incolumitate restituit.

Petrus. Habemus ut uideo de exemplis ueteribus noua miracula.

Gregorius. Vis ne aliquid in operatione Nonnosi de imitatione quoque Heliſei cognoſcere?

Petrus. Volo, atq; inhianter cupio.

Gregorius. Dū quadam die in Monaſterio uetūs oleū deeſſet, iamq; colligendæ oliuæ tempus incumberet, ſed fructus in oliuis nullus appareret: uiſum patri Monaſterij fuerat ut circūquaq; fratres in colligendis oliuis ad exhibēda extraneis opera pergerent: quatenus ex mercede ſui operis aliquantulum Monaſterio oleum deportarent. Quod uir domini Nōnoſus fieri cum magna humilitate prohibuit: ne exeūtes fratres ex Monaſterio dum lucra olei quærerent, animarum damna paterent. Sed qa in Monaſterij arboribꝰ oliuæ paucæ ineſſe uidebant: eas colligi præcepit: & in prælo mitti, & quamlibet parum olei exire potuiſſet ſibimet deferri. Factumq; eſt, & ſuſceptum in paruo uaſculo oleum fratres Nonnoſo Dei famulo detulerūt: quod ipſe protinus ante altare poſuit, cūctiſq; egredientibus orauit: atq; accerſitis poſtmodum fratribus præcepit, ut hoc quod detulerūt oleum leuarent: & per cūcta uaſa Monaſterij exigue fundendo diuiderent, quatenus benedictione eiuſdem olei omnia infuſa uiderent: quæ protinus ut erant uacua claudi fecit. Die uero altera aperta, omnia plena reperta ſunt.

Petrus. Probamꝰ quotidie impleri uerba ueritatis quę ait, Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor.

Gregorius. Eodem quoq; tempore uenerandus uir Anaſtaſius cuius ſuperius memoriam feci, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cui Deo auctore deſeruio, notarius fuit. Qui ſoli Deo uacare deſiderans, ſcriniū deſeruit, Monaſterium elegit: atq; in eo loco quem prędictus ſum ſuppentoniam uocari, per annos multos in ſanctis actibus uitam duxit: eiq; Monaſterio ſolerti cuſtodia præfuit. Quo uidelicet in loco ingēs deſuper rupes eminet, & profundum ſubter præcipitium patet. Quadam uero nocte eum iam omnipotens Deus eius uenerabilis uiri Anaſtaſij labores remunerare decreuiſſet, ab alta rupe uox facta eſt: quæ producto ſonitu clamaret: dicens, Anaſtaſi ueni. Quo uocato, alij quoq; ſeptem fratres uocati ſunt ex nomine. Paruo autem momento ea quæ fuerat emiſſa uox ſiluit, & octauum fratrem uocauit. Quas dum aperte congregatio audiſſet: dubium non fuit: quia eorum qui uocati ſunt obitus propinquaſſet. Intra paucos igit dies primus uenerandus uir Anaſtaſius: cæteri autem in ordine ex carne educti ſunt: qui de rupis uertice ſunt uocati. Frater uero ille ad quem uox patrum ſiluit, atq; eum tūc nominauit: morientibus alijs paucis diebus uixit, & tunc uitam finiuit, ut aperte monſtraretur: quia interiectum uocis ſilentium paruum uiuendi ſpatium ſignauerit. Sed mira res contigit: quia uenerabilis uir Anaſtaſius dum de corpore exiret, erat quidam in Monaſterio qui ſuperuiuere eum nolebat: peruolutus uero eius pedibus cœpit cum lachrymis ab eo poſtulare: dicens. Per illum ad quem uadis deprecor, & adiuro ne ſeptem dies ſuper te in hoc mundo uiuam, ante cuius ſeptimum diem etiam ipſe defunctus eſt: qui tamen in illa nocte inter cæteros non fuerat uocatus: ut aperte clareſceret: quia eius obitum ſola uenerabilis Anaſtaſij interceſsio obtinere potuiſſet.

Petrus. Cū idem frater & uocatus inter cæteros non eſt, & tamen ſancti uiri interceſsionibus extra lucē ſubtractus eſt: qd aliud datur intelligi,

nisi quod hi qui apud dominum magni sunt meriti: obtinere aliquando possunt ea etiam quæ non sunt prædestinata?

1 *Vides hic electos pro labore peruenire ad regnum dei, & quod postulando illud mereantur accipere. Datur ergo cœlestis beatitudo laborantibus & orantibus, & quidem in meritũ, quæ duo negant moderni hæretici.*

Gregorius. Obtinere nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerunt: sed ea quæ sancti uiri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineant. Nam ipsa quoq; perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

Petrus. Probari mihi apertius uellem, si potest prædestinatio precibus iuuari.

Gregorius. Hoc quod ego Petre intulit, concite ualet probari. Certe etenim nosti, quia ad Abraham dominus dixit, in Isaac uocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat, Patrem multarum gentium constitui te. Cui rursum promisit, dicens: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: & sicut arenam maris. Ex qua re aperte constat: quia omnipotens deus semen Abrahæ multiplicari per Isaac prædestinauerat, & tamen scriptum est. Deprecatus est Isaac dominum pro uxore sua, eo qđ esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptũ Rebeccæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit: cur coniugem sterilem accepit? Sed nimirum constat quia prædestinatio precibus impletur: quando is in quo deus multiplicare semen Abrahæ prædestinauerat, oratione obtinuit: ut filios habere potuisset.

2 *Non ergo superfluæ, uanæ & inutiles orationes nostræ, ut quidam maligni mentiuntur.*

Petrus. Quia secretum ratio aperuit: nihil mihi dubietatis remansit.

VITA BONIFACII EPISCOPI FERENTINI per D. Grægorium Papam Scripta.

Habetur in lib. 1. Dialogi eiusdem Cap. 9.

Vis tibi aliquid de tusciæ partibus narrẽ: Vt cognoscas quales in ea uiri fuerint: & omnipotentis dei notitiæ quantum propinquẽ? Petrus. Volo, atq; hoc omnimodo exposco.

Gregorius. Fuit uir uitę uenerabilis Bonifacius nomine: qui in ea ciuitate quæ Ferentis dicitur, episcopatũ officium tenuit: & moribus impleuit. Huius multa miracula is, qui adhuc superest Gaudentius presbyter narrauit. Qui nutritus in eius absequio, tanto ualet de illo ueracius dicere, quanto ei contigit & interesse. Huius ecclesiæ grauis ualde paupertas inerat (quæ bonis mentibus esse solet custodia humilitatis) nihilq; aliud ad omne stipendiũ: nisi unam tantũmodo uineam habebat, quæ quodam die ita grandine irruente uastata est: ut in ea paucis uitibus uix parui rariq; racemi remansissent. Quo cum dei prædictus uir reuerentissimus Bonifacius episcopus fuisset ingressus, magnas omnipotenti deo gratias retulit: quia in ipsa sua adhuc inopia se se angustiari cognouit. Sed eum iam tempus exigeret, ut ipsi quoq; racemi qui remanserant, matureſcere potuissent, custodem uineę ex more posuit: eamq; solerti uigilantia seruari præcepit. Quadã uero die mandauit Constantio presbytero nepoti suo: ut cuncta uini uascula in episcopio omniaq; dolia ita ut ante cõsueuerat pice superfusa præpararet. Quod cũ nepos illius presbyteri audisset, ualde admiratus est quod quasi insana præciperet: quod uini uascula præparare faceret, qui uinum minime haberet nec tamen præ-

sumpsit

sumpsit inquirere uir talia iuberet: sed iussit obtemperat, & omnia ex more præparauit. Tunc uir dei uineam ingressus racemos colligit: ad calcatorium detulit: omnes exinde egredi præcepit, solisq; ibi cū uno paruulo puero remansit, quem in eodem calcatorio deposuit, & calcari ipsos pauciſsimos racemos fecit. Cumq; ex eisdem racemis parū aliquid uini defluereret, cępit hoc uir dei suis manibus in paruo uase suscipere: & percuncta dolia omniaq; uasa quæ parata fuerant pro benedictione diuidere: ut ex eodem uino omnia uascula uix infusa uiderentur. Cum uero ex liquore uini parū aliquid in uasis omnibus misisset: uocauit protinus presbyterū: iussitq; pauperes adesse. Tunc cępit uinū in calcatorio crescere: ita ut omnia quæ allata fuerant pauperū uascula impleret. Quibus cū se idonee satisfeciſse conspiceret: ex calcatorio iussit puerum discedere: apothecam clausit: atq; impresso sigillo proprio munitam reliquit: mox ad ecclesiam rediit. Die uero tertia prędictū Constantium presbyterū uocauit: & oratione facta apothecam aperuit, et uasa in quibus tenuissimū liquorem infuderat, ubertim uinū fundentia inuenit: ita ut pauimentū omne excrescentia uina inuaderent: si ad hæc episcopus tardius intrasset. Tunc terribiliter presbytero pręcepit: ne quousq; ipse in corpore uiueret, hoc miraculū cuiquam indicaret: pertimescēs uidelicet, ne uirtute facti fauore humano pulsatus inde intus inaneſceret, unde foris hoibus magnus appareret. Exemplum magistri sequens: qui ut nos ad uiam duceret humilitatis de semetipso discipulis præcepit: dicens ut ea quæ uidiſsent minime dicerent, quousq; filius hominis a mortuis resurgeret.

Petrus. Quia occasio apta se præbuit: libet inquirere, q̄d nam sit quod redemptor cū duobus cęcis lumen reddidit: iussit ut nemini dicerent: & illi abeuntes diffamauerunt eū in totā terram illā? Nunquidnā unigenitus filius patri & sancto spiritui coæternus, hac in re uelle habuit: quod nō potuit implere: ut miraculū quod taceri uoluit, minime potuiſset abscondi?

Gregorius. Redēptor noster per mortale corpus omne quod egit, hoc nobis in exemplū actionis prębuit: ut pro nostrarū uirium modulo eius uestigia sequentes, inoffenso pede operis præsentis uitæ carpamus uiam. Miraculū nanq; faciens, & tacere iussit: & tamen taceri non potuit: ut uidelicet electi eius exempla doctrinæ illius sequentes, in magnis quæ faciunt, latere quidem in uoluntate habeant, sed ut prosint aliis prodantur inuiti: quatenus & magnę humilitatis sit quod sua opera taceri appetunt, & magnę utilitatis sit quod eorū opera taceri non possunt. Non ergo uoluit dns quicq; fieri & minime potuit: sed quid uelle eius mēbra debeant: quid ue de eis etiā nolentib⁹ fiat, doctrinę eius magisterio exemplū dedit.

Petrus. Placet quod dicis.

Gregorius. Adhuc pauca aliqua de Bonifacij episcopi opere supersunt: quia eius memoriam facimus: exequamur. Alio nanq; tempore beati proculi martyris natalitius propinquabat dies, quo in loco uir nobilis Fortunatus nomine manebat: qui magnis precibus ab eodem uenerabili uiro postulauit: ut cū apud beatū martyrem missarū solennia ageret: ad benedictionem dandā in suam domū declinaret. Vir aūt dei negare non potuit quod ab eo ex fortunati mente charitas popoſcit. Peractis igitur missarum solennijs: cū ad prædicti Fortunati uenisset mensam, priusquā deo hymnū diceret (sicut quidā ludendi arte cibū solent quærere) repente an-

te ianuam cum simia uir astitit, & cymbala percussit. Quem sanctus uir dedignatus, audiens sonitum dixit: Heu heu: mortuus est miser iste. Ego ad mẽsam refectionis uenit: os adhuc ad laudẽ dei non aperui: & ille cũ simia ueniens percussit cymbala. Subiũxit quoq; & ait. Ite, & pro charitate ei cibũ potumq; tribuite: scitote tamen quia mortuus est. Qui infelix uir dum panem ac uinũ ex eadem domo percepisset egredi ianuam uoluit: sed saxũ ingens subito de tecto cecidit: eiq; in uerticem uenit. Ex qua percussione prostratus, in manibus iam semiuiuus leuatus est. Die uero altera secundũ uiri dei sententiã funditus finiuit uitã. Qua in re petre pensandum est, quantus sit uiris sanctis timor exhibendus, templa enim dei sunt. Et cũ ad iracundiam uir sanctus trahitur: quis alius ad irascendũ nisi eiusdem tẽpli inhabitator excitatur? Metuenda ergo tanto est ira iustorum: quanto & constat quia in eorũ cordibus ille præsens est: qui ad inferendam ultionem quam uoluerit, inualidus non est.

Alio quoq; tẽpore prædictus Constantius presbyter nepos eius equũ suum duodecim aureis uendidit: quos in propria arca ponens: ad exercendum opus aliquod discessit. Tunc subito ad episcopũ pauperes uenerunt, q importune precabant ut eis sanctus uir Bonifacius episcopus ad consolationem suæ inopiæ aliquid largiri debuisset. Sed uir dei quia quid tribueret non habebat: æstuare cœpit in cogitatione, ne ab eo pauperes uacui exirent. Cui repente ad memoriam redijt: quia Cõstantius presbyter nepos eius equum quem sedere consueuerat uendidisset: atq; hoc ipsum in arca sua preciũ haberet. Absente igitur eodem nepote suo accessit ad arcam: & pie uiolentus claustra arcæ cõminuit, duodecim aureos tulit: eosq; indigentibus ut placuit diuisit. Itaq; Constantius presbyter reuersus ex ope re, arcam fractam reperit: & caballi sui precium quod in eam posuerat nõ inuenit. Cœpit itaq; uoce magna perstrepere, & cũ furore nimio clamare, Omnes hic uiuunt: solus ego in domo hac uiuere nõ possum. Ad cuius nimirum uoces uenit episcopus: omnesq; qui in eodem episcopio aderant. Cũq; eũ locutione blanda uir dei temperare uoluisset: cœpit ille eũ uirgio respondere: dicens, Oẽs tecũ uiuunt: solus ego aũt hic uiuere nõ possum: redde mihi solidos meos. Quibus uocibus cõmotus est eps: beatæ Mariæ uirginis ecclesiam ingressus est: & expansis manib⁹ stando cœpit orare, ut ei redderet unde presbyteri furiẽtis insania mitigari potuisset. Cũq; subito oculos ad uestimentũ suum interextensa brachia reduxit: repente in sinu suo duodecim aureos inuenit: ita fulgentes tanq; si ex igne producti eadem hora fuissent. Qui mox de ecclesia egressus: eos in sinũ furentis presbyteri proiecit dicens. Ecce habes solidos quos quæsisti: sed hoc tibi notũ sit: qui post mortem meam in huius ecclesiæ episcopũ non eligeris propter tuam auaritiã. Ex qua sententia ueritatis colligi, quia eosdẽ solidos presbyter pro adipiscendo episcopatũ pręparabat: sed uiri dei sermo prævaluit: nam idem Constantius in presbyteratus officio uitã finiuit.

I

Intrauit ecclesiam ad orandũ. Sanctus episcopus, & quod orauit impetrauit. Ergo & templa faciunt ad orationes, & orationes ipsæ non sunt inutiles, ut quidam modo perperam docent.

Alio quoq; tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia uenerũt: qui Rauenam se festinare professi sunt. Quib⁹ ipse paruũ uas ligneum uino plenũ manu sua præbuit: quod fortasse in prandio itineris habere potuissent, ex quo illi quoadusq; Rauennam uenirent: Gothi biberunt. Aliquantis aũt diebus in eadem ciuitate morati sunt, & uinũ quod a sancto uiro acceperant, quotidie in usu habuerunt. Sicq; usq; ad eundem uenera-

bilem patrem. Ferentes reuersi sunt, ut nullo die cessaret bibere, & tamen uinū eis ex illo uasculo nunq̄ deesset, ac si in illo uase ligneo quod episcopus eis dederat, uinū non augeretur, sed nasceretur.

Nuper quoq̄ de eiusdem loci partibus senex quidam clericus aduenit, & ea quæ ipse de eo narrat silentio non sunt prætereūda. Nam dicit quod quadam die ingressus hortum, magna hunc erucarū multitudine inuenit esse coopertū: qui omne holus in eo deperire conspiciens: ad easdem eruc as conuersus dixit: Adiuro uos in nomine domini Iesu Christi: recedite hinc: atq̄ hæc olera comedere nolite. Quæ statim ad uiri dei uerbum ita omnes egressæ sunt, ut nec una quidem intra spatiū horti remaneret. Sed quid mirū quod hæc de episcopatus eius tēpore narramus: quando iam ab omnipotente deo ordine simul & moribꝰ creuerat: dum illa magis miranda sint quæ cū hic senex clericus adhuc puerulū fecisse testatur? Nam ait quod eo tempore quo cū matre sua puer habitabat, egressus hospitio, nonnunq̄ sine linea, crebro etiam sine tunica reuertebatur: quia mox ut nudū quempiam inuenit uestiebat: hic se expolians, ut se ante dei oculos illius mercede uestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueuerat: dicens quod iustum non esset ut ipse inops pauperibus uestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa, pene omne triticū quod sibi in expendiū totius anni præparauit, inuenit a filio suo pauperibus erroga tam. Cumq̄ semetipsam alapis pugnisq̄ tunderet, quod quasi anni subsidia perdidisset: superuenit Bonifacius puer dei: eamq̄ uerbis quibus ualuit consolari cœpit. Quæ cū nihil consolationis admitteret, hanc rogauit ut ab horreo exire debuisset: in quo ex omni eorū tritico parū quod inuentum est remansisset. Puer aūt dei se se illic protinus in orationē dedit. Qui post paululū egressus ab horreo matrem reduxit, quod ita tritico plenum inuentū est, sicut plenum antea non fuerat: Vnde mater illius totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo uiso miraculo compuncta mater, iam ipsa cœpit hortari ut daret, qui sic celeriter posset quæ petiſſet accipere. Hæc itaq̄ in hospitiꝰ sui uestibulo gallinas nutrire consueuerat: sed eas ex uicino rure uulpes ueniens auferebat. Quadam uero die dum in eodem uestibulo puer Bonifacius staret, uulpes ex more uenit, gallinam abstulit. Ipse aūt concitus ecclesiam intrauit, & se se in orationem prosternēs, apertis uocibus dixit, Placet tibi domine ut de nutrimentis matris meæ manducare non possim: ecce enim gallinas quas nutrit uulpes comedit. Qui ab oratione surgens, ecclesiam est egressus. Mox autem uulpes redꝺt: gallinam quam ore tenebat dimisit, atq̄ ipsa moriens ante eius oculos in terram cecidit.

Petrus. Valde mihi mirum uidetur quod exaudire preces in se sperantium, etiam in rebus uilibus dignatur deus.

Gregorius. Hoc petre ex magna conditoris nostri dispensatione agitur: ut per minima quæ percipimus: sperare maiora debeamus. Exauditus nanque est in rebus uilibus puer sanctus & simplex: ut in paruis disceret quantum de deo præsumere in magnis petitionibus deberet.

VITA FORTVNATI TVDERTINI EPISCOPI per D. Gregorium Papam scripta.

Est in libro primo Dialogi eiusdem capitulo.

VEnerabilis quidam uir in Tusciae partibus fuit Fortunatus nomine: Tudertinae antistes ecclesiae: qui in effugandis spiritibus immensae uirtutis gratia pollebat: ita ut nonnunquam ab obsessis corporibus legiones daemonum pelleret: & continuo orationis studio intentus, obiectas contra se eorum multitudines superaret. Huius uiri familiarissimus fuit Iulianus nostrae ecclesiae defensor: qui ante longum tempus in hac urbe defunctus est. Cuius ego quoque hoc didici relatione quod narro: quia saepe gestis illius usu familiaritatis interfuerat: eiusque post memoriam ad institutionem nostram quasi faui dulcedinem in ore retinebat.

1

Tu qui detrahis tem plorum & oratoriorum dedicationibus, & de his rides quae in ecclesijs corporaliter exterius pro populi pædagogia aguntur, uide quam seuere uindicta sumpta sit de muliere quae ir reuerenter nimis ad Ecclesiam sancti martyris accessit, cum tamen nil aliud admisisset, quam quod marito suo in nocte praecedenti se miscuerat, quod alias non est illicitum, sed illicitum fuit illi quae ad ecclesiae dedicationem mane accessura erat.

Matrona quaedam nobilis in uicinis partibus Tusciae uirum habebat: quae intra breue tempus quo filium eius acceperat: cum eadem socru sua ad dedicationem oratorij beati Sebastiani martyris fuerat inuitata. Nocte uero eadem qua subsequente die ad dedicationem praedicti oratorij fuerat processura: uoluptate carnis deuicta, a uiro suo se abstinere non potuit. Cumque mane facto conscientiam deterreret perpetrata carnis delectatio: processionem uero imperaret uerecundia: plus erubescens uultum hominum, quam dei iudicium metuens, cum socru sua ad dedicationem oratorij processit. Mox uero ut reliqui beati Sebastiani martyris oratorium ingressi sunt: eandem praedictam matronam malignus spiritus arripuit: & coram omni populo uexare coepit. Eiusdem uero oratorij presbyter dum eam uehementissime uexari conspiceret: ex altari protinus syndonem tulit: eamque operuit: sed & hunc similiter repente diabolus inuasit. Et quia ultra uires uoluit quicquam praesumere: compulsus est & ipse cognoscere in sua uexatione quid esset. Hi uero qui aderant: puellam in manibus ex oratorio sublatam ad domum propriam reportauerunt. Cumque hanc antiquus hostis uexatione continua uehementer attereret: propinqui sui eam carnaliter amantes, & amando prosequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, ut eius animam funditus extinguerent: cuius carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad fluuium: atque in aquam mersa: ibique diutius incantationibus agere malefici moliebantur: ut is qui eam inuaserat diabolus exiret. Sed miro omnipotentis dei iudicio, dum arte peruersa unus ab ea repellitur: in eam subito legio intrauit. Coepit ex hoc illa tot motibus agitari: tot uocibus clamoribusque perstrepere: quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio parentes eius suae perfidiae culpam fatentes, hanc ad uenerabilem uirum Fortunatum Episcopum deduxerunt: eique reliquerunt. Qua ille suscepta, multis se diebus ac noctibus in orationem dedit: tantoque annisu precibus incubuit, quanto et in uno corpore contra se assistere legionis aciem inuenit. Quam post non multos dies ita sanam atque incolumem reddidit: ac si in ea ius proprium diabolus nunquam habuisset.

2

Et tu qui contra orationes uerba facis, confidera quantum ualuerint assidue noctes dies; ad deum fusae preces, quae legiones Daemonum expulsionem ab eo impetrare potuerunt. Tace ergo miser & obmutesce.

Alio quoque tempore idem uir omnipotentis dei famul? ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit. Qui malignus spiritus cum uesperascente iam die secretam ab omnibus horam cerneret: peregrinum quempiam esse simulans, circuire coepit ciuitatis plateas & clamare, O uirum sanctum

ctum Fortunatum Episcopum: ecce quid fecit: peregrinũ hominem de hospitio suo expulit. Quæro ubi requiescere debeam: & in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidam in hospitio eum uxore sua & paruulo filio ad prunas sedebat: qui uocem eius audiens: & quid episcopus ei fecerit regrens hunc inuitauit hospitio: sedere secum juxta prunas fecit. Cumq; uicissim aliqua confabularentur: paruulum eius filium idem malignus spiritus intrauit: atq; in easdẽ prunas proiecit: ibiq; mox eius animam excussit. Qui orbatus miser: uel quem ipse susceperit: uel quẽ Episcop⁹ expulit agnouit.

Petrus. Quidnam hoc esse dicimus, ut occidendi ausum in eius hospitio antiquus hostis acciperet: qui hunc peregrinum æstimans, ad se hospitalitatis gratia uocasset?

Gregorius. Multa Petre uidentẽ bona, sed non sunt: qa bono animo non fiunt. Vnde & in euangelio ueritas dicit, Si oculus tuus nequam fuerit: totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cũ peruersa est intentio quæ prę cedit: prauum est omne opus quod sequitur: quamuis esse rectum uideat. Ego nanq; hunc uirum qui dum quasi hospitalitatem exhiberet orbatus est: non pietatis opere delectatum æstimo: sed episcopi derogatione: nam pœna subsequens innotuit: quia præcedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt nanq; nonnulli qui idcirco bona facere student: ut gratiam alienæ operationis obnubilent. Nec pascuntur bono quod faciunt: sed laude boni qua cæteros premunt. Qua de re existimo hunc uirum qui malignũ spiritum in hospitalitatem susceperit, ostentationem boni potius incendisse, quam operam: ut meliora quam Episcopus fecisse uideretur: quatenus ip se susciperet eum, quem uir domini Fortunatus expulisset.

Petrus. Ita est ut dicis: nam finis operis probat, quod munda intentio operationis non fuerit.

Gregorius. Alio quoq; tempore, dum oculorum quidam lumen amisisset: ad hũc deductus intercessionis eius opẽ petijt, & impetrauit. Nam cũm uir dei oratione facta oculis eius signum crucis imprimeret: ab eo p. tinus luce reddita: nox cæcitatis abcessit. Præterea equus cuiusdam militis in rabiẽ fuerat uersus: ita ut a multis teneri uix potuisset: sed quoscunq; potuit inuaderet: & eorum membra morsibus dilaniaret. Tũc (utcũq;) a multi ligatus ad uirũ dei deductus est. Qui mox eius capiti extensa manu signũ crucis edidit: cũctam eius rabiem in mansuetudinem mutauit: ita ut postea mitior existeret quam ante illam insaniam fuisset. Tunc idem miles equum suũ quem celerrime ex miraculi Imperio a sua uesania uidit immutatũ: eidem sancto uiro decreuit offerendum. Quem cum suscipere ille renueret: ipse uero in precibus ne despiceret eius oblatio perseueraret: sanctus uir mediam duarũ partiũ uiam tenens, & petitionem militis audiuit, & munus recipere pro hac exhibita uirtute recusauit, prius nanq; dignũ preciũ præbuit: & postea equũ quem sibi offerebat accepit. Quia enim si non susciperet eum contristari conspexerat: charitate cogente emit quod necessarium non habebat.

Neq; hoc silere de huius uiri uirtutibus debeo: quod ante dies fere duo decim audiui. Quidam nanq; ad me deduct⁹ est senex pauper, atq; ut mihi senũ collocutio esse semper amabilis solet, studiose hũc unde esset inquisiui. Qui se esse de Tudertina ciuitate respondit: cui inquam, Quæso te pater, num Fortunatum Episcopũ nostri? Qui ait. Noui, & bene noui. Tunc

ipſe ſubiũxi. Dic ergo ſi qua illius miracula noſti: & deſideranti mihi qualis uir fuerit innoteſce. Qui ait. Homo ille ab iſtis hominibus longe fuit quos uidemus modo. Nam quicquid ab omnipotenti deo petijt, ita dum peteret impetrauit. Cuius hoc unum narro miraculum: quod ad præſens animo occurrit. Quadam nanq; die Gothi iuxta Tudertinam ciuitatem uenerunt: qui ad partes Rauennæ properabant, & duos paruulos puerulos de poſſeſsione abſtulerant: quæ poſſeſsio præfatæ Tudertinæ ciuitati ſubiacebat. Hoc cum uiro ſanctiſsimo Fortunato nunciatum fuiſſet, pti nus miſit: atq; eoſdem Gothos ad ſe uocari fecit. Quos blãdo ſermone alloquens, eorum prius ſtuduit aſperitatem placare: ac poſt intulit dicens, quale uultis precium dabo: & puerulos quos abſtuliſtis reddite: mihique hoc gratiæ ueſtræ munus præbete. Tunc is qui prior eorum eſſe uidebat: reſpondit dicens, Quicquid aliud præcipis facere parati ſumus: nam iſtos paruulos nullatenus reddemus. Cui uenerandus uir blande minatus dixit, Contriſtas me, & non audis patrem tuũ: noli me contriſtare: nã non expedit tibi. Sed idem Gothus in cordis ſui feritate permanens: negando diſceſsit. Die uero altera digreſſus, rurſus ad Epiſcopũ uenit: quem idem uerbis pro prædictis puerulis iterum epiſcopus rogauit. Cũq; ad reddendum nullomodo conſentire uoluiſſet: contriſtat⁹ epiſcopus dixit, Scio qa tibi non expedit quod me contriſtato diſcedis. Quæ Gothus uerba deſpiciens, ad hoſpitium reuerſus: eoſdem pueros de quibus agebatur, equis ſuper impoſitos cum ſuis hominibus præmiſit. Ipſe uero ſtatim aſcendens equum, ſubſecutus eſt. Cumq; in eadem ciuitate ante beati Petri apoſtoli eccleſiam ueniſſet, equi eius per lapſus eſt: qui cum eo corruit: & eius coxa mox fracta eſt: ita ut in duabus partibus os eſſet diuiſum, leuatuſq; in manibus, reductus eſt ad hoſpitium. Qui feſtinus miſit: & pueros quos præmiſerat reduxit: & uiro uenerabili Fortunato mandauit: dicẽs, Rogo te pater: mitte ad me diaconum tuum. Cuius diaconus dũ ad iacentem ueniſſet: pueros quos redditurum ſe Epiſcopo omnino negauerat, ad medium deduxit: eoſq; diacono illius reddidit dicens. Vade & dic domino meo epiſcopo, Quia maledixiſti mihi: ecce pcuſſus ſum: ſed pueros quos quæſiſti recipe: & pro me rogo intercede. Suſceptis itaq; puerulis diaconus ad epiſcopũ reduxit: cui benedictam aquam uenerabilis Fortunatus dedit, dicens, Vade citius, & eam ſuper iacentis corpus proñce. Perrexit itaq; diaconus, atq; ad Gothum introgreſſus, benedictam aquam ſuper membra illius aſperſit. Res mira, & uehementer ſtupenda: mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit: ita omnis fractura ſolidata eſt, & ſaluti priſtinæ coxa reſtituta: ut hora eadem de lecto ſurgeret: & aſcenſo equo ita cœpit iter agere, acſi nullam unquam læſionem corporis pertuliſſet. Factumq; eſt, ut qui ſancto uiro Fortunato pueros cum precio reddere obedientiæ ſubiectus noluit: eos ſine precio pœna ſubactus donauit. His igitur expletis, ſtudebat adhuc ſenex de eo & alia narrare. Sed quia nonnulli aderant ad quos exhortandos occupabar: iamq; diei tardior hora incubuerat, Venerabilis Fortunati facta mihi audire non licuit: quæ audire (ſi liceat) ſemper uolo.

3 *Quid ad hæc dicent hæretici qui rerum benedictiones ſuperuacaneas & ſuperſtitioſas eſſe cõtendunt cum aqua per epiſcopum benedicta Gothi coxam fractã in inſtanti ſolidauerit, & in priſtinum ſtatum reſtituerit?*

Sed die alia idem ſenex rem de illo magis mirabilem narrauit: dicens. In eadem Tudertina urbe Marcellinus quidam bonæ actionis uir, cũ duabus ſororibus ſuis habitabat: qui eueniente moleſtia corporis, ipſo ſacra-

tissimo uesperascente iam sabbato paschali defunctus est. Cuius corpus cum longeus esset efferendum: die eodem sepeliri non potuit. Cumq; mora esset temporis ad explendū debitum sepulturę sorores eius morte eius afflictæ, occurrerunt flentes ad uenerabilem uirum Fortunatum, eiq; magnis uocibus clamare cœperunt. Scimus quia apostolorum uitam tenes, leprosos mundas, cæcos illuminas. Veni, & resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut cognouit earum fratrem defunctū, flere & ipse etiam de morte eius cœpit, eisq; respondit, dicens, Recedite, & hæc dicere nolite, quia iussio omnipotentis dei est, cui contraire nullus hominū potest. Illis itaq; discedentibus, tristis ex morte eius mansit episcopus. Subsequente autem die dominico ante exurgentis lucis crepusculū, uocatis duobus diaconibus suis, perrexit ad domum defuncti: accedensq; ad locum ubi corpus iacebat exanime: ibi se in orationem dedit. Expleta autem prece surrexit, & iuxta corpus defuncti sedit: non autem grandi uoce defunctum uocauit dicens, Frater Marcelle. Ille autem ac si leuiter dormiens ad uicinam uocem quamuis modicā fuisset exitatus, statim oculos aperuit: atq; ad episcopum respiciens, dixit, O quid feciſti? cui episcopus respondit, dicens, Quid feci? At ille ait, Duo hesterno die uenerunt qui me ēȳcientes ex corpore, in bonum locum duxerūt: hodie aūt unus missus est qui dixit, Reducite eum: quia Fortunatus episcopus in domum eius uenit. Quib⁹ uerbis expletis, mox ex infirmitate conualuit: & in hac uita diutius mansit. Nec tamen credendum est, quia locum quem acceperat perdidit, quia dubiū non est, quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius uiuere, qui & ante mortem studuit omnipotenti deo placere.

VITA SEVERI PRESBYTERI PROVINCIÆ Valeriæ per D. Gregorium papam scripta.

Habetur libro primo Dialogi eiusdem capitu. xij.

IN Valeria prouincia, locus quidam est qui Interiorina uallis dicitur, et a multis uerbo rustico Interocrina nominatur. Ibi fuit quidam uir uitæ ualde admirabilis, nomine Seuerus, ecclesiæ beatæ Mariæ dei genitricis et semper uirginis sacerdos. Hunc cum quidam paterfamilias ad extremum uenisset diem: missis concite nunciis rogauit ut ad se quantocyus posset uenire, suisq; orationibus pro peccatis eius intercederet, ut acta de malis suis pœnitentia, solutus culpa de corpore exiret. Qui uidelicet sacerdos inopinate contigit ut ad putandam uineam esset occupatus, atq; ad se uenientibus diceret, Antecedite ergo, ego uos subsequor. Cumq; uideret sibi in eodem opere parum aliquid superesse, paululū moram fecit, ut op⁹ quod minimum restabat expleret, quo expleto cœpit ad ægrum pergere. Eunti uero in itinere occurrentes hi qui prius uenerant, obuiam facti sunt dicentes, Pater quare tardasti? Noli fatigari, quia iam defunctus est. Quo audito ille contremuit, magnisq; uocibus se interfectorem illius clamare cœpit. Flens itaq; peruenit ad corpus defuncti, seque coram lecto illius cum lachrymis in terram dedit. Cumq; iam uehemēter fleret, in terram caput tunderet, seque reum mortis illius clamaret: repente is qui defunctus fuerat, animam recepit. Quod cum multi qui circunstabant aspicerent, admirationis uocibus emissis, cœperunt amplius flere præ gaudio. Cumque

I

Velent orationes seruorum dei ad impetrandum ab eo donum pœnitentiæ pro alienis peccatis. Non ergo inutiles, non ergo superfluæ, ut mentiuntur ualdenses et quidam eorum discipuli.

eum requirerent ubi fuerit uel quomodo rediſſet, ait. Tetri ualde erant homines qui me ducebant: ex quorum ore & naribus ignis exibat, quem tolerare non poteram. Cumq; per obſcura loca me deducerent: ſubito pulchræ uiſionis iuuenis cũ alĩs nobis euntibus obuiam factus eſt: quime trahentibus dixit. Reducite illum, quia Seuerus presbyter plangit: eius enim lachrymis dominus eum donauit. Qui ſcilicet Seuerus protinus de terra ſurrexit: eique pœnitentiam agenti opem ſuæ interceſsionis præbuit. Et dum per dies ſeptem de perpetratis culpis pœnitentiam æger rediuiuus ageret: Octaua die lætus de corpore exiuit. Perpende Petre quæſo hunc de quo loquimur, Seuerum quam dilectum dominus attendit, quem contriſtari nec ad modicum pertulit.

Petrus. Admiranda ſunt ualde quæ dicis: quæ me inuenio nunc uſque latuiſſe. Sed quid eſſe dicimus quod modo tales uiri nequeunt inueniri?

Gregorius. Ego Petre multos tales in hoc ſeculo nec modo deeſſe exiſtimo: neq; enim ſi talia ſigna non faciunt: ideo tales non ſunt. Vitę nanq; uera æſtimatio in uirtute eſt operum, non in oſtenſione ſignorum. Nam ſunt plerique qui & ſi ſigna non faciunt: ſigna tamen facientibus diſpares non ſunt.

Petrus. Vnde mihi rogo hoc oſtendi poteſt: quod ſint quidam q̃ ſigna non faciunt: & tamen ſigna facientibus diſsimiles non ſunt?

Gregorius. Nunqdnam neſcis quoniam Paulus Apoſtolus Petro apoſtolorum primo in principatu apoſtolico frater eſt?

Petrus. Scio plane, nec dubium eſt: quia & ſi minimus omnium apoſtolorum: plus tamen omnibus laborauit.

Gregorius. Quod bene ipſe reminiſceris, Petrus ſuper mare pedib⁹ ambulauit: Paulus in mari naufragium pertulit. Et in uno eodemq; elemẽto, ubi Paulus ire cũ naui non potuit: ibi Petrus pedibus iter fecit. Aperte igit̃ conſtat, quia cum utriuſq; uirtus fuerit diſpar in miraculo: utriuſq; tamen meritum diſpar non eſt in cœlo.

2 *Ergo ſancti in cœlo meritum habent, cuius contrarium docẽt noui hæretici. Quod tamen de præmio meritorũ intellige, quæ in uita habuerunt.*

Petrus. Placet fateor omnino quod dicis: ecce enim aperte noui: quia uita, & non ſigna quærenda ſunt. Sed quoniam ipſa ſigna quæ fiunt, bonæ uitæ teſtimonium ferunt: quæſo te adhuc ſi qua ſunt referas: ut eſurientem me per exempla bonorum paſcas.

VITA DIVI BENEDICTI ABBATIS PER Diuum Gregorium papam ſcripta.

Habetur libro ſecundo Dialogi eiuſdem Capitulo primo cum ſequentibus.

F Vit uir uitæ uenerabilis, gratia Benedictus & nomine, ab ipſo ſuæ pueritiæ tempore cor gerens ſenile. Ætatem quippe moribus tranſiens: nulli uoluptati animum dedit: ſed dum in hac terra adhuc eſſet, quo temporaliter libere uti potuiſſet, deſpexit iam quaſi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere ex prouincia Nurſiæ exortus: Romæ liberalibus literarũ ſtudĩs traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta uitiorum cerneret: eum quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat, retraxit pedem: ne ſi quid de ſcientia eius attingeret: ipſe quoq; in immane præcipitium totus iret. Deſpectis itaq; literarum ſtudĩs: relicta domo rebuſq; patris, ſoli deo placere deſiderans, ſanctæ conuerſationis habitum quæſiuit. Receſsit igit̃ ſciens

ter nescíens,& sapienter indoctus.Huius ergo omnia gesta nõ didici: sed pauca quæ narro,quatuor discípulis illíus referentibus agnoui:Constanti no scilicet reuerentíssimo ualde uiro:qui ei in monasterij regimine succes-sit.Valentiniano quoq; qui annis multis lateranensi monasterio præfuit. Simplício, qui congregationem illíus post eum tertius rexit. Honorato etiam,qui nunc adhuc cellæ eius in qua prius conuersatus fuerat præest.

Hic itaq; cum iam relictis literarum studijs petere deserta decreuissет: nutrix quæ hunc arctius amabat sola secuta est. Cumq; ad locum uenis-set qui dicitur Ensíde:multisq; honestioribus uiris pro charitate se illic de tinentibus,in beati Petri Ecclesia demorarentur: prædicta nutrix illius ad purgandum triticum a uicinis mulieribus præstari sibi capisterium petijt: quod super mensam incaute derelictum:casu accidente fractum est,sic ut in duabus partibus inueniretur diuisum. Quod mox rediens nutrix illius ut ita inuenit:uehementíssime flere cœpit,quia uas quod præstitum acce-perat,fractum uidebat.Benedictus autem religiosus & pius puer, cũ nu-tricem suam flere conspiceret:eius dolori compassus,ablatis secũ utriscq; fracti capisterij partibus,se se cum lachrymis in orationem dedit: qui ab oratione surgens,ita iuxta se uas sanũ reperit ut in eo inueniri fracturæ nul la uestigia potuissent,moxq; nutricem suam blande consolatus ei sanum capisterium reddidit,quod fractum tulerat. Quæ res in eodem loco a cun ctis est agnita,atq; in tanta admiratione habita, ut hoc ipsum capisteriũ eius loci incolæ in Ecclesiæ ingressu suspenderent, quatenus præsentes & secuturi omnes agnoscerent a quanta Benedictus puer cõuersationis gra tiam perfectione cœpisset,quod annis multis illic ante omniũ oculos fuit, & usq; ad hæc Longobardorum tempora super fores Ecclesię pependit. Sed Benedictus plus appetens mala mundi perpeti,quam laudes, et pro deo laboribus fatigari,quam uitæ huius fauore extolli,nutricem suam oc culte fugiens,deserti loci secessum petijt,cui sublatus uocabulum est, qui ab Romana urbe quadraginta fere milibus distans, frigidas atq; perspi-cuas emanat aquas. Quæ illic uidelicet aquarum abundantia in extenso prius loco colligitur,ad extremum uero in amnem deriuatur. Quo dum fugiens pergeret,monachus quidam Romanus nomine,hunc euntem re-perit,quo tenderet requisiuit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secre tum tenuit, & adiutorium impendit, eique sanctæ conuersationis habi-tum tradidit, & inquantum licuit ministrauit. Vir autem Dei ad eun-dem locum perueniens , in arctissimum specum se tradidit , & tri-bus annis excepto Romano monacho omnibus hominibus ibi incogni-tus mansit: qui uidelicet Romanus non longe in Monasterio sub Theo-daci patris regula degebat.Sed pie eiusdem patris sui oculis furabat ho-ras,& quem sibi ad manducandum surripere poterat:diebus certis bene-dicto panem ferebat. Ad eundem uero specum a Romani cella iter non erat:quia excelsa desuper rupes eminebat: sed ex eadem rupe in longissi-mo fune ligatum Romanus deponere panem consueuerat: in qua etiam resti paruum tintinabulum inseruit:ut ad eius sonum uir dei cognosceret, quando sibi Romanus panem præberet:quem exigens acciperet.Sed an tiquus hostis unius charitati inuidens, alterius refectioni: cum quadam die submitti panem conspiceret:iactauit lapidem,et tintinabulum fregit. Romanus tamen modis congruentibus ministrare non desijt. Cum uero

1 *Benedictus puer fractum capisteriũ oratione integrum restituit.*

2 *Romanus monachus tradidit Benedicto sanctæ conuersationis habitum. Vide ergo quod monachi etiam tunc certum habitũ habebant, ne dicas cum quibusdam,habitus monachorum nouitius est, & anti qui monachi ab alijs habitu non scisceren bantur.*

3 *Romanus in monasterio sub regula The-*

daci patris degebat ut scias antiquos monachos & ipsos habuisse regulas & cõstitutiones suas, contra nouorum hæreticorum mendacia.

4

In paschali festiuitate.

5

Tu qui omnes dies æquales esse dicis, nec unum alio celebriorem, uides quod in die paschæ abstinere Benedictio non licuit, & propterea ad eum reficiendum cum prandio sacerdos diuina iussione missus est ?

6

Discę & tu monachę quomodo carnis tẽtatio uincatur. Non.n. statim. deserendum monasterium, & dulcenda uxor, ut faciũt nostri temporis Apostate, sed orationibus & flabellis superanda. Nam non coronabitur quis nisi legitime certauerit. Non autẽ is legitime certauerit, qui non secundum regulam uiuit. Vnde & Paulus ait. Si quis certat in agone non coronatur nisi legitime certauerit. Quid ergo? Nonne & ille certat qui ad uxorem reuertitur? Non certat. Quare? Quia non legitime certat. Quid ergo? Nonne & ille certat qui ad uxorem reuertitur? Non certat. Quare? Quia non legitime certat. Quid ergo? Nonne & ille certat qui ad uxorem reuertitur? Non certat. Quare? Quia non legitime certat.

iam deus omnipotens & Romanum uellet a labore quiescere: & benedicti uitam in exemplum hominibus demonstrare, ut posita subra candelabrum lucerna clarescceret: quatenus omnibus qui in domo Dei sunt lucere: : cuidam presbytero longius manenti qui refectionem sibi in paschali festiuitate parauerat: per uisum dominus apparere dignatus est, dicens. Tu tibi delicias pręparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit: atq; in ipsa solemnitate paschali cum alimentis quæ sibi parauerat: ad locum tetendit, & uirum dei per abrupta montium: per concaua uallium, per defossa terrarum quæsiuit: eumq; latere in specu reperit. Cumq; oratione facta benedicentes dominum omnipotentem consedissent: post dulcia uitæ colloquia is qui aduenerat presbyter dixit: Surge sumamus cibum: quia hodie pascha est. Cui uir dei respondit dicens: Scio quia pascha est: quia hodie uidere te merui. Longe quippe ab hominibus positus quia die eodem paschalis solemnitas esset ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursus asseruit, dicẽs: Veraciter hodie resurrectionis dominicæ paschalis dies est: abstinere tibi minime congruit: quia & ego ad hoc missus sum, ut omnipotentis dona dei pariter sumamus. Benedicentes igitur dominum sumpserunt cibum, expleta itaq; refectione & colloquio ad ecclesiam suam presbyter recessit. Eodem quoq; tempore hunc in specu latitantem etiam pastores inuenerunt: quem dum uestitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam bestiam esse crediderũt, sed cognoscentes Dei famulum, eorum multi ad pietatis gratiam a bestiali mente mutati sunt. Nomen itaq; eius per uicina loca innotuit cunctis. Factumq; est ut ex illo iam tempore a multis frequentari cœpisset: qui cum ei cibum afferrent corporis: ab eius ore in suo pectore alimenta referebant uitæ.

Quadam uero die dum solus esset, tentator affuit. Nam nigra paruaq; auis quę uulgo merula nominatur, circa eius faciem uolitare cœpit, eiusq; uultui importune insistere, ita ut manu capi posset, si hanc uir sanctus tenere uoluisset, sed signo crucis edito recessit auis. Tanta autem carnis tentatio aui eadem recedente secuta est: quantam uir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam nanq; aliquando fœminam uiderat: quam malignus spũs ante eius mentis oculos reduxit: tantoq; igne serui Dei animũ in specie illius accendit: ut dum in eius pectore amoris flamma uim caperet, etiam pœnæ deserere eremum uoluptate uictus deliberaret. Tũc subito superna gratia respectus ad semetipsum reuersus est: atq; urticarũ & ueprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens: exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis, & urticarum incendijs proiecit: ibique diu uolutatus toto ex eis corpore uulnerat9 exijt, & percutis uulnera eduxit a corpore uulnus mentis, quia uoluptatem traxit in dolorem. Cumq; bene pœnaliter foris arderet: extinxit quod intus illicite ardebat. Vicit itaque pc̃m: quia mutauit incendium. Ex quo uidelicet tempore sicut post discipulis ipse perhibebat: ita in eo est tentatio uoluptatis edomita, ut tale aliquid in se minime sentiret. Cœperũt postmodum multi iam mundũ relinquere, atq; ad eius magisterium festinare. Liber quippe a tẽtationis uitio: uero iure iam factus est uirtutum magister. Vnde & per Moysen in Exodo præcipitur: ut leuitæ a uigintiquinq; annis & supra ministrare deberent, ab anno uero quinquagesimo custodes uasorum fiant.

Petrus. Iam quidem prolati testimonij mihi aliquantum intellectus interlucet: sed tamen hoc plenius exponi postulo.

Gregorius. Liquet Petre quod in iuuentute carnis tentatio ferueat, ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat: uasa autē sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt: subesse eos ac seruire necesse est: & obsequijs, laboribusq; fatigari. Cum uero iam mentis ætate tranquilla calor recesserit tentationis: custodes uasorum sunt: qa doctores animarum fiunt.

Petrus. Fateor placet quod dicis: sed quia prolati testimonij clausa reseraſti: quæso ut de uita iusti debeas ea quæ sunt inchoata percurrere.

Gregorius. Recedente igitur tentatione uir Dei quasi spinis erutis ex culta terra de uirtutum segete feracius fructus dedit, præconio itaq; eximiæ conuersationis celebre nomen eius habebatur. Non autē longe monasterium fuit cuius congregationis pater defunctus est: omnisq; ex illo congregatio ad eundem uenerabilem Benedictum uenit, & magnis precibus ut eis præesse deberet, petijt. Qui diu negando distulit: suis illorūq; fratrum moribus se conuenire non posse prædixit: sed uictus quandoque precibus assensum dedit. Cumq; in eodem monasterio regularis uitæ custodiam teneret: nullicq; ut prius per actus illicitos in dexteram leuamq; partem deflectere a conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insane sæuientes, semetipsos prius accusare cœperunt: quia hunc sibi præesse poposcerant: quorum scilicet tortitudo in norma eius rectitudinis offendebat. Cumq; sibi sub eo conspicerent illicita non licere: & se dolerent adsueta relinquere: durumq; esset quod in mente ueteri cogebātur noua meditari: & quia grauis est semper prauis moribus uita bonorum: tractare de eius morte aliqui conati sunt: qui inito consilio uenenum uino miscuerunt. Et cum uas uitreum in quo ille pestifer potus habebatur: recumbenti patri ex more Monasterij ad benedicendum fuisset oblatum, extensa manu benedictus signum crucis ædidit: & uas quod longius tenebatur eodem signo rupit: sicq; confractus est, ac si in illo uase mortis, pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus uir dei quia potū mortis habuerat. quod portare non potuit signum uitæ: atq; ilico surgens uultu placido, mente tranquilla, conuocatos fratres alloquutus est, dicens: Misereatur uestri fratres omnipotens deus: quare in me ista facere uoluistis? Nunqd non prius dixi uobis: quia uestris ac meis moribus minime conueniret? Ite, & iuxta uestros mores patrem uobis quærite, quia posthac me habere minime potestis. Tuncq; ad locum dilectæ solitudinis redijt: & solus in superni spectatoris oculis habitauit secum.

tare dicetur, qui ad primum hostis congressum, scutū proijcit, arma deponit, ac solo cedens aream uacuam aduersario dimittit.

7

Benedictus signo crucis edito, uas in quo uenenum erat rupit

Petrus. Minus patenter intelligo, quidnam sit, habitauit secum.

Gregorius. Si sanctus uir contra se unanimiter conspirantes, suæq; conuersationi longe dissimiles coactos diu sub se tenere uoluisset: fortasse sui uigoris usum, & modum tranquillitatis abscinderet, atq; a contemplationis lumine suæ mentis oculum declinasset. Dumq; quotidie illorū correptione fatigatus minus curaret sua, & se forsitan relinqueret, & illos non inueniret. Nam quoties per contagionis motum nimium extra nos ducimur: & nos sumus, & nobiscum non sumus: quia nosmetipsos minime uidentes per alia uagamur. An illum secum fuisse dicimus, qui in longinquam regionem abijt: portionem quam acceperat consumpsit: uni

in ea ciuium adhæsit: porcos pauit: quos cum mãducare uideret siliquas, & esurient: qui tamen eum postmodum cœpit cogitare bona quæ perdidit, scriptum de illo est: in se reuersus dixit. Quanti mercennarij in domo patris mei abũdant panibus? Si igitur secum fuit: unde ad se redijt? Hunc ergo uenerabilem uirum secum habitasse dixerim: quia in sua semper custodia circũspectus, ante oculos conditoris se semper aspiciens: se semper examinans, extra se mentis suæ oculum non diuulgauit.

Petrus. Quid ergo quod de Apostolo Petro scriptum est dum de carcere ab angelo eductus fuisset: qui ad se reuersus dixit. Nũc scio uere, quia misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudęorum?

Gregorius: Duobus modis Petre extra nos ducimur, quia aut per cogitationis lapsum subnosmetipsos recidimus, aut per contemplationis gratiã super nosmetipsos leuamur. Ille itaq; qui porcos pauit, uagatione mẽtis & immunditiæ sub semetipsum cecidit. Iste uero quem angelus soluit eius mentem in estasim rapuit, extra se quidem: sed super semetipsum fuit. Vterque ergo ad se redijt: quando & ille ab errore operis se collegit ad cor: & iste a contemplationis culmine ad hoc redijt, quod in intellectu communi ut prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitabat secum, inquantum se intra cogitationis claustra custodiuit, nam quotienscunq; hunc contemplationis ardor in altum rapuit: se proculdubio sub se reliquit.

Petrus. Placet quod dicis, sed quæso respondeas, si deserere fratres debuit quos semel suscepit?

Gregorius. Vt ego Petre existimo: ibi adunati æquanimiter portandi sunt mali, ubi inueniuntur aliqui qui adiuuentur boni. Nam ubi omnimodo de bonis fructus deest: fit aliquãdo de malis labor uacuus maxime si e uicino causæ suppetant, quæ fructum Deo ferre ualeant meliorem. Vir itaq; sanctus propter quem custodiendum staret: qui omnes unanimiter se persequentes cerneret? Et sæpe agitur in animo perfectorum, quod silẽtio prætereundum non est, quia cum laborem suum sine fructu esse considerent: in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Vnde ille quoq; egregius prędicator qui dissolui cupit, & cũ Christo esse, cui uiuere Christus est, & mori lucrum: qui passionum certamina non solum ipse appetijt: sed ad toleranda hæc & alios accendit. Damasci persecutionem passus, ut posset euadere murum: funem sportamq; quæsiuit secq; latenter deponi uoluit. Nunquid non Paulum mortem dicimus timuisse: quam seipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, & graui labore ad laborem se alibi cum fructu seruauit. Fortis etenim prælior Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsiuit. Vnde idem quoq; uenerabilis Benedictus si libenter audis, citius agnoscis, quia non tantos ipse indociles deseruit: quantos in locis alijs a morte animæ suscitauit.

Petrus. Ita est ut doces, & manifesta ratio, & prolatum congruum testimonium declarat. Sed quæso ut de uita tanti patris ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius. Cũ sanctus uir diu in eadem solitudine uirtutibus, signisq; succresceret: multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis dei sunt seruitiũ congregati;

congregati: ita ut illic duodecim monasteria cũ omnipotentis Iesu Christi domini opitulatione cõstrueret: in quibus statutis patribus duodenos monachos deputauit, paucos uero secũ retinuit quos adhuc in sua p̃sentia aptius erudiri indicauit. Cępere etiã tunc ad eũ Romanę urbis nobiles & religiosi concurrere: suusq; ei filios oĩpotenti deo nutriẽdos dare. Tũc quoq; bonæ spei suas soboles, Euicius Maurũ, Tertullius uero patricius Placidũ tradidit, e qb⁹ Maurus iunior cũ bonis polleret morib⁹, magistri adiutor cępit existere. Placid⁹ uero puerilis adhuc idolis gerebat annos.

In uno aũt ex eis monasteriis quæ circunquaq; construxerat, quidam monachus erat: qui ad orationem stare non poterat, sed mox ut se fratres ad studiũ orationis inclinabant, ipse egrediebaꝫ foras: & mente uaga terrena aliqua & transitoria agebat. Cumq; ab abbate suo sæpius fuisset admonitus, ad uirũ dei deductus est: qui ipse quoq; stultitiam eius uehementer increpauit, & ad monasteriũ reuersus, uix duobus diebus uiri dei admonitionem tenuit. Nam die tertia ad usum propriũ reuersus, uagari tempore orationis cępit. Quod cũ seruo dei ab eodẽ monasterij patre quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit, Ego uenio: eumq; per memetipsum emendo. Cumq; uir dei uenisset ad idem monasteriũ, & constituta hora expleta psalmodia se fratres in orationem dedissent: aspexit quod eundem monachum qui in oratione manere non potuit, quidam niger puerulus per uestimenti fimbriam foras traheret. Tunc eidem patri monasterij Pompeiano nomine, & Mauro dei famulo secrete dixit, Nunquid non aspicitis quis est qui istũ monachũ foras trahit? Qui respondentes, dixerunt, non. Quibus ait: Oremus ut uos etiã uideatis quem iste monachus sequit. Cumq; per biduum esset oratũ, Maurus monachus uidit: Põpeianus uero eiusdem monasterij pater uidere non potuit. Die igitur alia expleta oratione uir dei oratorii egressus: stantem foris monachũ reperit: quem pro cęcitate cordis sui uirga percussit: qui exillo die nil persuasionis ulterius a nigro iam puerulo pertulit: sed ad orationis studiũ immobilis permansit: sicq; antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex uerbere.

8 *Vel hinc perspicere licet quã grata sit deo oratio, cum diabolus tãtopere ei insidietur*

Ex his aũt monasterijs quæ in eodem loco construxerat: tria sursum in rupibus montis erant, & ualde erat fratribus laboriosum quod semper ad lacũ oportebat descendere ut aquam haurire debuissent: maxime quia e deuexo montis latere erat graue descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasterijs ad dei famulũ Benedictum uenerunt, dicentes: Laboriosum nobis est propter aquam quotidie usq; ad lacũ descendere, & idcirco necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blande consolans dimisit, & nocte eadem cũ paruo puerulo nomine Placido cuius superius memoriam feci, eiusdem montis rupem ascendit: ibiq; diutius orauit. Et oratione completa tres petras in loco eodem pro signo posuit: atq; ad suum cunctis illis nescientibus, monasterium redijt, Cumq; die alia ad eum pro necessitate aquæ prædicti fratres redijssent dixit: Ite, & rupem illam in qua tres super inuicem positas petras inueneritis, in modicum cauate: ualet enim omnipotens deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut uobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam Benedictus prædixerat, iam sudantem inuenerunt. Cumq; in ea concauum

locum feciſſent: ſtatim aqua repletus eſt: quæ tam ſufficienter emanauit: Vt nunc uſq; ubertim defluat: atq; ab illo montis cacumine uſque ad inferiora deriuetur.

Alio quoq; tempore Gothus quidam pauper ſpiritu ad conuerſionem uenit: quem dei uir Benedictus libentiſsime ſuſcepit. Quadam uero die ei dare ferramentū iuſsit: quod ad falcis ſimilitudinem falcaſtrū uocatur: ut de loco quodam uepres abſcinderet: quatenus illic hortus fieri deberet. Locus aūt ipſe quem mundandū Gothus ſuſceperat: ſuperipſam laci ripam iacebat. Cumq; Gothus idem denſitatem uepriū totius uirtutis anniſu ſuccideret, ferrū de manubrio proſiliens in lacū cecidit: Vbi ſcilicet tanta erat aquarū profunditas, ut ſpes requirendi ferramenti nulla iam eſſet. Itaq; ferro perdito tremebundus ad Maurum monachum cucurrit Gothus: damnū quod fecerat nunciauit, & reatus ſui pœnitentiam egit. Quod Maurus quoq; monachus mox Benedicto famulo dei curauit indicare, Vir igitur domini Benedictus hæc audiens acceſsit ad lacū: tulit de manu Gothi manubrium, & miſit in lacum, & mox ferrum ad profundo redūt: atque in manubrium intrauit. Qui ſtatim ferramentum Gotho reddidit, dicens: Ecce labora, & noli contriſtari.

Quadam uero die dum idem uenerabilis Benedictus in cella conſiſteret, prædictus Placidus puer ſancti uiri monachus ad hauriendā de Lacu aquam egreſſus eſt: qui uas quod tenuerat in aquam incaute ſubmittens: ipſe quoque cadendo ſequutus eſt. Quem mox unda rapuit: & pene ad uniuſ ſagittæ curſum eum a terra introrſus traxit. Vir aūt dei intra cellam poſitus hoc protinus agnouit: & Maurum feſtine uocauit, dſcens: Frater Maure, curre, quia puer ille qui ad hauriendam aquam perrexerat: in lacū cecidit: iamq; eum longius unda trahit. Res mira, et poſt Petrum Apoſtolum inuſitata. Benedictione etenim poſtulata atq; percepta: ad patris ſui imperiū concitus perrexit Maurus. Itaq; uſq; ad eum locū quo ab unda deducebaē puer: per terram ſe ire exiſtimans, ſuper aquā cucurrit: eumq; per capillos tenens curſu rapido redūt. Qui mox ut terram tetigit: ad ſe reuerſus poſt tergū reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet agnouit: & quod præſumere non potuiſſet ut fieret, miratus extremuit factū. Reuerſus itaq; ad patrem rem geſtam retulit. Vir autē Venerabilis Benedictus hoc non ſuis meritis: ſed illius obediētiæ deputare cœpit, At contra Maurus pro ſolo eius Imperio factū dicebat: ſeq; conſcium in illa uirtute non eſſe, quam neſcius feciſſet. In hac itaq; mutuę humilitatis & amica contentione acceſsit arbiter puer qui ereptus eſt, nam dicebat. Ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meum melotem abbatis uidebam: atque ipſum me ex aquis educere conſiderabam.

Petrus. Magna ſunt ualde quæ narras, & multorū ędificationi profutura: ego aūt boni uiri miracula quo plus bibo: eo plus ſitio.

Gregorius. Cū iam loca eadem in amorem domini noſtri Ieſu Chriſti, longe lateq; ferueſcerent, & ſecularem uitam multi relinquerent: & ſub leui redemptoris iugo ceruicem cordis edomarent: ſicut mos prauorū eſt inuidere alīs uirtutis bonū quod ipſi habere non appetunt: uicinę eccleſię presbyter Florentius nomine, huius noſtri ſubdiaconi Florentij auus: antiqui hoſtis malitia percuſſus: ſancti uiri ſtudiōs cępit æmulari: eiusq; conuerſationi derogare: quosq; etiam poſſet ab illius uiſitatione compeſce-

re. Cumq; iam se conspiceret eius profectibus obuiare non posse, & conuersationis illius opinionem crescere, atq; multos ad statū uitæ melioris ipso quoq; opinionis eius præconio indesinenter uacare: inuidiæ facibus magis magisq; succensus, deterior fiebat: quia conuersationis illius apparebat habere laudem: sed habere laudabilem uitam nolebat. Qui eiusdem inuidiæ tenebri, cæcatus, ad hoc usq; perductus est, ut seruo omnipotentis dei infectū ueneno panē quasi pro benedictione trāsmitteret. Quem uir dei cū gratiarum actione susceptt: sed eum quæ pestis lateret in pane, nō latuit. Ad horā uero refectionis illius ex uicina silua coruus uenire consueuerat: & panem de manu eius accipere. Qui cū more solito uenisset, panem quem presbyter transmiserat uir dei ante coruum proiecit: eiq; præcepit, dicens: In nomine Iesu Christi domini nostri tolle hunc panē, & tali eum in loco proīce, ubi a nullo hominū posset inueniri. Tūc coruus aperto ore, expansis alis circa eundem panem cępit discurrere, crocitare, ac si aperte diceret, & obedire se uelle, & tamen iussa implere nō posse. Cui uir domini præcipiebat iterū atq; iterum dicens: Leua leua securus, atq; ibi proīce ubi inueniri non possit. Quem diu demoratus quandoq; coruus momordit, leuauit & recessit. Post trium uero horarū spatiū abiecto pane redīt, & de manu hominis dei annonam quam consueuerat accepit. Venerabilis aūt pater contra uitam suam inardescere sacerdotis animum uidens: illi magis quam sibi doluit. Sed prædictus Florentius quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorū animas accendit: ita ut in horto cellę cui Benedictus inerat, ante eorū oculos nudas septem puellas mitteret: quæ coram eis sibi inuicem manus tendentes, & diutius ludentes: illorū mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod uir sanctus de cella conspiciens, lapsusq; adhuc tenerioribus discipulis pertimescens: id q; pro sua solius persecutione fieri pertractans: inuidiæ locū dedit: atq; oratoria & cuncta quę construxerat, substitutis præpositis adiunctis fratribus ordinauit, & paucis secū monachis ablatis, habitationē mutauit loci. Sicq; uir dei eius odia humiliter declinauit, quem omnipotēs deus terribiliter percussit. Nam cū prædictus presbyter stans in solario Benedictū discessisse cognosceret & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica hoc ipsum tantū in quo stabat solariū cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit. Quod uiri dei discipulus Maurus nomine statim uenerabili patri Benedicto qui adhuc a loco eodem uix decem milibus aberat, æstimauit esse nunciandū dicens: Reuertere, quia presbyter qui te persequebat extinctus est. Quod uir dei benedictus audiens, se se in grauibus lamentationibus dedit: uel quia inimicus occubuit, uel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factū est, ut eidem quoq; discipulo pœnitentiam indiceret, quod mandans talia gaudere de inimici interitu præsumpsisset.

Petrus: Mira sunt & multū stupenda quę dicis. Nam in aqua ex petra producta Moysen, in ferro uero quod ex profundo aquę redīt Heliseum, in aquę itinere Petrū, in corui obediētia Heliam, in lectuantē mortis inimici, Dauid uideo & perpendo: uir iste spiritu iustorū omniū plenus fuit.

Gregorius. Vir dei Benedictus Petre unius dei spiritū habuit, qui per concessæ redemptionis gratiam electorū corda omniū impleuit, de quo Ioannes dicit: Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem

in hunc mundum. De quo rursus scriptū est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam sancti dei homines potuerunt a domino uirtutes habere, nō etiam alijs tradere. Ille autem signa uirtutis dedit subditis, qui se daturū signum Ionæ promisit inimicis, ut coram superbis mori dignaret, coram humilibus resurgere, quatenus & illi uiderēt quod contemnerent, & isti quod uenerantes amare debuissent. Ex quo mysterio actum est, ut dum superbi aspiciunt despectum mortis, humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis.

Petrus. Quæso te post hæc, ad quæ loca uir sanctus migrauerit, uel si aliquas in eis uirtutes postmodū ostenderit, innotesce.

Gregorius. Sanctus uir ad alia demigrans loca non hostem mutauit. Nam tanto postgrauiora prælia pertulit, quantū cōtra se aperte pugnantem ipsum malitiæ magistrū inuenit. Castrum nanq; quod Casinū dicitur, in excelsi mōtis latere situm est, qui uidelicet mons distenso sinu hoc idem castrū recipit, sed per tria milia in altū se subrigens, uelut ad aëra cacumen tendit, ubi uetustissimū fanum fuit, in quo ex antiquorū more gentilium a stulto rusticorū populo Apollo colebatur. Circūquaq; etiam in cultu dæmonū luci succreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaque uir dei perueniens contriuit idolū, subuertit aram, succendit lucos, atq; in ipso tēplo Apollinis, oraculū beati Martini, ubi uero ara eiusdem Apollinis fuit, oraculū sancti Ioannis construxit, & cōmorantem circunquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem uocabat. Sed hæc antiquus hostis tacite non ferens, non occulte uel per somniū, sed aperta uisionie eiusdem patris oculis se se ingerebat, & magnis clamoribus uim se perpeti conquerebat, ita ut uoces illius etiam fratres audirent, quamuis imaginē minime cernerent. Vt enim discipulis suis uenerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis teterrimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculisq; flāmantibus sæuire uidebat. Iam uero quæ diceret audiebant omnes, prius enim hunc uocabat ex nomine. Cui cum uir dei minime respōderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam cū clamaret dicens, Benedicte Benedicte, & cū sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus adiungebat, maledicte non benedicte, quid mecum habes? quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt contra dei famulū antiqui hostis noua certamina, cui pugnam quidē uolens intulit, sed occasiones uictoriæ ministrauit inuitus.

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem cellę construerent, lapis in medio iacebat, quem in ædificiū leuare decreuerunt. Cumq; eum duo uel tres mouere non possent, plures aduenisti sunt, sed ita immobilis mansit, ac si radicitus in terra teneret, ut palam daretur intelligi, quod super eū ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorū uirorū manus mouere non possent. Difficultate igitur facta ad uirū dei missum est ut ueniret, & orando hostem repelleret, ut lapidem leuare possent. Qui mox uenit, & orationem faciens benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, ac si nullum prius pondus habuisset.

Tunc in conspectu uiri dei placuit ut in eodem loco terram foderent. Quam dum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolū fratres inuenerunt. Quo ad horā casu in coquinam proiecto, exire ignis repēte uisus est,

atq;

atq; in cunctorũ monachorum oculis quia omne eiusdem coquinæ ædificium consumeretur ostendit. Cumq; iaciendo fratres aquam ad ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu uir dei aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrũ esse, in suis uero non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos fantastico reperit igne deludi, uocauit fratres, monuit ut oculos suos signarent, ut & sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent & flammas quas antiquus hostis finxerat non uiderent.

Rursus dum fratres parietem, qui res ita exigebat, paulo altius erigerent, uir dei in orationis studio intra cellæ suæ claustra morabat. Cui antiquus hostis insultans apparuit, & ei quod ad laborantes fratres pergeret indicauit. Quod uir dei per nuncium celerrime fratribus indicauit, dicens: Fratres caute uos agite: quia ad uos hac hora malignus spiritus uenit. Is qui mandatũ detulit, uix uerba cõpleuerat, & malignus spiritus eundem parietem qui ædificabatur euertit, atq; unum puerulũ monachum cuiusdam curialis filiũ opprimens ruina contriuit. Contristati omnes ac uehementer afflicti, non damno parietis, sed contritione fratris, uenerabili patri Benedicto celeriter cũ graui luctu nunciarunt. Tunc idem pater Benedictus dilaceratũ puerũ ad se deferri iubet. Quem portare nõ nisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis, non solũ eius membra, sed etiã ossa contriuerant. Præcepitq; uir dei statim eũ in cella sua in psyacio quo orare consueuerat proñci, missisq; foras fratribus cellam clausit, qui orationi instantius quam solebat incubuit. Mira res, eadem hora hũc incolumen, atq; ut prius ualentem ad eundem iterum laborem misit, ut ipse quoq; parietem cum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

9
Vnũm puerulum monachum oppressit. Vides hæretice quod etiam tum pueri religioni addicebantur? Cur ergo de nostro tempore conquereris duntaxat? Si hoc uidisset sanctissimus pater deo non placere, pueros nunquam ascisceret ad monachismum.

Cepit uero inter ista uir dei prophetiæ etiã spiritu pollere, uentura prędicere, præsentibus etiã absentia nunciare. Mos etenim cellæ fuit, ut quotiens ad responsum aliquod egrederẽtur fratres, cibũ potumq; extra cellam minime sumerent. Cumq; hoc de usu regulæ solicite seruaretur, quadam die ad responsum fratres egressi sunt, & in eo tardiori compulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam fœminam nouerant, cuius ingressi habitaculũ sumpserunt cibũ. Cumq; iam tardius ad cellã redñssent, benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille ptotinus percunctatus est, dicens. Vbi comedistis? Qui responderunt. Nusquam. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Nunquid illius talis fœminæ habitaculũ non intrastis? Nunquid hos atq; illos cibos non accepistis? Nunquid tot calices non bibistis? Cumq; eis uenerabilis pater & hospitiũ mulieris, & genera ciborũ, & numerum potionũ diceret, recognoscentes cuncta quæ egerant, ad eius pedes tremefacti ceciderunt, & se deliquisse cõfessi sunt. Ipse aũt protinus culpę pœnitentiã præcepit, perpẽdens quod in eius absentia ultra non facerent, quem præsentem sibi esse in spiritu scirent.

10
Oratione Benedictus extinctũ puerum uitæ restituit.

Frater quoq; Valentiniani eius monachi, cuius superius memoriã feci, uir erat laicus, sed religiosus. Qui ut serui dei orationẽ perciperet, & Germanum fratrem uideret, annis singulis de loco suo ad cellam eius ieiunus uenire consueuerat. Quadam igitur die dum iter ad monasteriũ faceret, se illi alter uiator adiunxit, qui sumẽdos cibos in itinere portabat. Cumq; iam hora tardior excreuisset, dixit: Veni frater, sumamus cibũ ne lassemur

in uia. Cui ille respondit. Absit frater, hoc non faciam: quia ad uenerabilem patrem Benedictū ieiunus semper peruenire consueui. Quo responso percepto ad horam conuiator tacuit. Sed cū post hoc aliquantulū itineris spatiū egissent, rursus admonuit ut manducarent. Noluit consentire qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit quidem qui ad manducandū inuitauerat, & cū eo ieiunus adhuc pergere modicū consensit. Cumq; iter longius agerent, & eos tardior hora fatigaret ambulantes, inuenerunt in itinere pratū & fontem, & quæq; poterant ad reficiendū corpus delectabilia uideri. Tunc conuiator ait: Ecce aquam, ecce pratū, ecce amænus locus in quo possum⁹ refici & parū quiescere, ut ualeamus iter nostrū postmodū incolumes explere. Cū igitur & uerba auribus, & loca oculis blandirentur, tertia admonitione persuasus consensit & comedit, uespertina uero hora peruenit ad cellam. Præsentatus aūt uenerabili Benedicto patri, sibi orationē petijt: sed mox ei uir sanctus hoc quod in uia egerat improperauit, dicens: Quid est frater qđ malignus hostis qui tibi per conuiatorem tuū locutus est, semel tibi persuadere non potuit, secundo non potuit, tertio uero persuasit, & te ad hoc quod uoluit superauit? Tunc ille ratū infirmæ suæ mentis agnoscens, eius pedibus prouolutus, tanto magis cępit culpam deflere & erubescere, quanto se cognouit etiam absentem in Benedicti patris oculis deliquisse.

Petrus. Ego sancti uiri præcordijs Helisæi spiritum uideo inesse, qui absenti discipulo præsens extitit.

Gregorius. Oportet Petre ut interim sileas, quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothorū nanq; tēporibus cū rex eorū Totila sanctū uirum prophetiæ habere spiritū audisset, ad eius monasteriū pergens, paulo longius substitit, eiq; se uenturū esse nunciauit. Cui dū protinus mandatū de monasterio fuisset ut ueniret, ipse, sicut perfidæ mentis fuit, an uir dei prophetiæ spiritū haberet, explorare conatus est. Quidam uero eius spatarius Riggo dicebaī, cui calceamenta sua præbuit, eumq; indui uestibus regalibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad dei hominem præcepit. In cuius obsequio tres qui sibi præ cæteris adhærere consueuerant comites misit, scilicet Vultericū, Rudericum, & Blindinū, ut aute serui dei oculos ipsum regem Totilam esse simulantes, eius lateri obambularent, cui alia quoq; obsequia quasi spatarij pręberent, ut tam ex eisdem obsequijs, quā ex purpureis uestibus rex esse putareī. Cūq; idē Riggo decoratis uestibus obsequentū frequētia comitatus monasteriū suisset ingressus, uir dei eminus sedebat. Quem uenientem conspiciens, cū iam ab eo audiri potuisset, clamauit dicens: Pone fili pone, hoc quod portas non est tuū. Qui Riggo protinus in terram cecidit. Et quia tanto uiro illudere præsumpsisset, expauit, omnesq; qui cū eo ad hominem dei ueniebant, terræ consternati sunt. Surgentes aūt ad eum minime propinquare præsumpserunt, sed ad suū regē reuersi nunciauerūt trepidi in quāta uelocitate fuerāt deprehēsi.

Tunc per se idem Totila ad dei hominem accessit, quem cū longe sedentem cerneret, non ausus accedere, se sein terram dedit. Cui cū uir dei bis terue diceret surge, sed ipse ante eum de terra erigere se non auderet, Benedictus Christi Iesu famulus, per semetipsum dignatus est accedere ad regē, prostratumq; de terra leuauit, & de suis actibus increpauit, atq; in paucis sermonibus cuncta quæ illi erant uentura prænunciauit, dicens:

Multa mala facis, multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate conquiesce. Equidem Romam ingressurus es, mare transiturus, nouem annis regnans, decimo morieris. Quibus auditis rex uehementer territus, oratione petita recessit, atq; ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & non multo post Romam adijt, ad Siciliam perrexit. Anno aũt regni sui decimo, omnipotentis dei iudicio regnũ cum uita perdidit. Præterea Camisinæ antistes ecclesiæ ad eundem dei famulũ uenire consueuerat, quem uir dei pro uitæ suæ merito ualde diligebat. Is itaq; dum cũ illo de ingressu regis Totilæ & Romanæ urbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc regem ciuitas ista destruetur, ut iam amplius non inhabitetur. Cui uir domini respondit: Roma a gentibus non exterminabit, sed tempestatibus, coruscis, turbinibus, ac terremotu fatigata, inardescet in semetipsa. Cuius prophetiæ mysteria nobis iam facta sunt luce clariora, qui in hac urbe dissoluta mœnia, euersas domus, destructas ecclesias turbine cernimus, eiusq; ædificia longo. Senio lassata: quia ruinis crebrescentibus prosternantur uidemus, quamuis hoc Honoratus eius discipulus, cuius mihi relatione compertũ est, nequaquam ex ore illius audisse se perhibet, Sed quia hoc dixerit, dictũ sibi a fratribus fuisse testatur.

Eodem quoq; tempore quidam Aquinensis ecclesiæ clericus dæmonio uexabatur, qui a uenerabili uiro Constantio eiusdem ecclesiæ antistite per multa fuerat martyrũ loca transmissus, ut sanari potuisset. Sed sancti dei martyres noluerunt ei sanitatis donũ tribuere, ut quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaq; est ad omnipotentis dei famulum Benedictũ, qui Iesu Christo domino preces fundens, antiquũ hostem de obsesso homine protinus expulit. Cui sanato præcepit, dicens: Vade & post hac carnem non comedas, ad sacrũ ordinem nunq; accedere præsumas, quacunq; aũt die ad sacrũ ordinem accedere præsumpseris, statim iuri diaboli iterũ mancipaberis. Discessit igitur clericus sanus, & sicut terrere solet animũ pœna recens, ea quæ uir dei præceperat, interim custodiuit. Cũ uero post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet supponi in sacris ordinibus cerneret, uerba uiri dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atq; ad sacrũ ordinem accessit, quã mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eumq; uexare quousq; animam eius excuteret non cessauit.

11 *Si sancti dei martyres noluerunt clerico donum sanitatis tribuere, signũ est quod potuerunt illud facere. Nã de his qui non possent, nunquam dixisset, noluerunt.*

12 *Numquam hunc a carnibus abstinentiã sanctus uir huic indiceret, si superstitiosam esse, ac deo non placere crederet, ut nostri aduersarij modo garriunt.*

Petrus. Iste uir dei diuinitatis, ut uideo, etiã secreta penetrauit, quia perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem auderet accedere.

Gregorius: Quare diuinitatis secreta nõ nosset, qui diuinitatis p̃cepta seruaret, cũ scriptũ sit: Qui adhæret domino, unus spiritus est cũ eo?

Petrus: Si unus sit cũ domino spiritus qui domino adhæret, quid est quod iterũ idem egregius prædicator dicit: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim esse inconueniens uidetur, eius sensum cũ quo unus unum factũ fuerit ignorare.

Gregorius: Sancti uiri inquantũ cũ deo unũ sunt, sensum dñi non ignorant. Nam idem quoq; Apostolus dicit: Quis enim scit hominũ quæ hominis sunt, nisi spũs hominis qui est in ipso? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spũs dei, qui ut se ostenderet nosse quæ dei sunt adiunxit. Nos aũt non spiritũ huius mundi accepim9, sed spiritũ qui ex deo est. Hinc ite-

rum dicit, quod oculos non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit quę preparauit deus diligẽtibus se nobis aũt reuelauit per spũm suũ.

Petrus: Si ergo eidem Apostolo ea quę dei sunt per dei spiritum sunt reuelata, quomodo super hoc quod proposuit præmisit dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius? Sed rursum mihi hæc dicẽti alia subori tur quæstio. Nam Dauid propheta domino loquit, dicens: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cũ minus sit nosse, quam etiam pro nunciare, quid est quod Paulus incomprehẽsibilia esse dei iudicia asserit? Dauid autem se omnia non solum nosse, sed etiam in labijs pronunciasse testatur?

Gregorius. Ad utraq; hæc tibi superius sub breuitate respondi, dicens quod sancti uiri inquantum cum domino unum sunt, sensum domini non ignorant. Omnes enim qui deuote dominum sequuntur, etiam deuotione cum deo sunt, & adhuc carnis corruptibilis grauati pondere, cum deo non sunt, occultaq; dei iudicia inquantum coniuncti sunt, sciunt: inquantũ disiuncti sunt, nesciunt: quia enim secreta eius adhuc perfecte non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Qui uero mente ei inhærent, atq; inhærendo uel sacris scripturæ eloquijs, uel occultis reuelationibus inquantũ accipiunt agnoscunt, & nouerunt hæc, & pronũciant: iudicia enim quæ deus tacet, nesciunt, quæ deus loquit, sciunt. Vnde et Dauid propheta cum dixisset: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia, protinus addidit, oris tui, ac si aperte dicat: Illa ego iudicia & nosse & pronũciasse potui, quæ te dixisse cognoui. Nam ea quæ ipse non loqueris, a nostra proculdubio cognitione abscondis. Concordat ergo prophetia apostolica quæ sententia, quia & incomprehensibilia sunt dei iudicia, et tamẽ quæ de ore eius prolata fuerint, humanis labijs pronunciantur, quoniam sciri ab hominibus, & prolata prodi possunt, & occultari non possunt.

Petrus: In obiectione meæ questiunculæ patuit causa rationis. Sed quæso te, si qua sunt adhuc de uiri huius uirtute subiunge.

Gregorius: Vir quidam nobilis Theoprobus nomine, eiusdem Benedicti patris fuerat admonitione cõuersus, qui pro uitæ suæ merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic eum quadam die eius cellam esset ingressus, hunc amarissime flentem reperit. Cumq; diu subsisteret, eiusq; non finiri lachrymas uideret, nec tamen uir dei consueuerat orãdo plangere, sed mœrendo, quænam causa tanti luctas existeret inquisiuit. Cui uir dei ilico respondit: Omne hoc monasterium quod construxi, & cuncta quæ fratribus præparaui, omnipotentis dei iudicio gentib⁹ tradita sunt. Vix autem obtinere potui, ut mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cuius uocem tunc Theoprobus audiuit, nos autem cernimus, qui destructum modo a Longobardorum gente eius monasterium scimus. Nocturno enim tempore & quiescentibus fratrib⁹ nuper illi Longobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem illic tenere potuerunt, sed impleuit omnipotens deus quod fideli famulo Benedicto promiserat, ut si res gentibus traderet, animas custodiret. Qua in re Pauli uicem uideo tenuisse Benedictum, cuius dum nauis rerum omnium iacturam pertulit, ipse in consolatione uitam omnium qui eum comitabantur accepit.

Quodam

Quodam quoq; tempore Exhilaratus noſter quem ipſe conuerſum noſti, tranſmiſſus a domino ſuo fuerat, ut dei uiro in monaſterium uino plena duo lignea uaſcula quæ uulgo flaſcones uocantur deferret, qui unum detulit, alterum uero pergens in itinere abſcondit. Vir autem domini quẽ facta abſentia latere non poterant, unum cum gratiarum actione ſuſcepit & diſcedentem puerum monuit dicens. Vide fili ne de illo flaſcone quem abſcondiſti bibas, ſed inclina illum caute, & inuenies qd intus habet. Qui confuſus ualde a dei homine exiuit. Et reuerſus uolens adhuc probare qd audierat, cum flaſconem inclinaſſet, de eo protinus ſerpens egreſſus eſt. Tunc prædictus exhilaratus puer, per hoc quod in uino reperit, expauit malum quod fecit.

Non longe autem a monaſterio uicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuerſa. Ibi quoq; quædam ſanctimoniales fœminę inerant, & crebro illuc pro exhortandis animabus fratres ſuos mittere Benedictus dei famulus curabat. Quadam uero die miſit ex more, ſed is qui miſſus fuerat monachus, poſt admonitionem factam a ſanctimonialibus fęminis rogatus mappulas accepit, ſibiq; eas abſcondit in ſinu. Qui mox ut reuerſus eſt, eũ uir dei uehementiſsima amaritudine cœpit increpare, dicens: Quomodo ingreſſa eſt iniquitas in ſinum tuum? At ille obſtupuit, & quid egiſſet oblitus, unde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Nunquid ego illic præſens non eram quando ab ancillis dei mappulas accepiſti, tibiq; eas in ſinu miſiſti? Qui mox eius ueſtigijs prouolutus ſtulte ſe egiſſe pœnituit, & eas quas in ſinu abſconderat mappulas abiecit.

Quadam quoq; die dum uenerabilis pater ueſpertina iam hora corporis alimenta perciperet, eius monachus cuiuſdam defenſoris filius fuerat, qui ei ante menſam lucernam tenebat. Cumq; uir dei ederet, ipſe autem cum lucernæ miniſterio aſtaret, cœpit per ſuperbiæ ſpiritum in mente ſua tacitus uoluere, & per cogitationem dicere: Quis eſt hic cui ego manducanti aſſiſto, lucernam teneo, ſeruitium impendo? Quis ſum ego ut iſti inſeruiam? Ad quem uir dei ſtatim conuerſus uehementer cœpit eum increpare dicens: Signa cor tuum frater, quid eſt quod loqueris? ſigna cor tuũ. Vocatiſq; ſtatim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli, ipſum uero iuſsit a miniſterio recedere, & ſibi hora eadem quietum ſedere. Qui requiſitus a fratribus quid habuerit in corde, per ordinem narrauit quanto ſuperbiæ ſpiritu intumuerat, & quæ contra uirum dei uerba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit quod uenerabilem Benedictum latere nil poſſet, in cuius auribus tacitæ etiam cogitationis uerba ſonuiſſent.

Alio quoq; tempore in eadem Campaniæ regione fames incubuerat, magnaq; omnes alimentorum indigentia coanguſtabat. Iamq; in Benedicti monaſterio triticum deerat. Panes uero pene omnes conſumpti fuerant, ut non pluſquam quinq; ad refectionis horam fratribus inueniri potuiſſent. Cumq; eos uenerabilis pater contriſtatos cerneret, eorum puſillanimitatem ſtuduit modeſta increpatione corrigere, & rurſum promiſſione ſubleuare, dicens. Quare de panis inopia ueſter animus contriſtatur? hodie quidem minus eſt, ſed die craſtina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modij ante fores cellæ in ſaccis inuenti ſunt,

quos omnipotens deus quibus deferentibus transmisisset, nunc usq; manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, domino gratias referentes didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare.

Petrus: Dic quæso te. Nunquid non credendũ est huic dei famulo sem per prophetiæ spiritum adesse potuisse, an per interualla temporum eius mentem prophetiæ spiritus implebat.

Gregorius: Prophetiæ spiritus Petre prophetarum mentes non semper irradiat: quia sicut de sancto spiritu scriptum est: Vbi uult spirat, ita sciendum est, quia & quando uult aspirat. Hinc est enim quod Nathan a rege requisitus si construere templum posset, prius consensit, & postmodũ prohibuit. Hinc est quod Helisæus cũ flentem mulierem cerneret, causamq; nescisset, ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Quod omnipotens deus ex magnæ pietatis dispensatione disponit, quia dum prophetiæ spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mẽtes & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, ut & accipientes spiritum, inueniant quid de deo sint, & rursum prophetiæ spiritum non habentes, cognoscant quid sint de semetipsis.

Petrus. Ita hoc esse ut asseris magna ratio clamat: sed quæso de uenerabili patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit exequere.

Gregorius. Alio quoq; tempore a quodam fideli uiro fuerat rogatus ut in eius prædio iuxta Tarcanosensem urbem missis discipulis suis construere Monasterium debuisset. Qui roganti consentiens, deputatis fratribus patrem constituit, & quis ei secundus esset ordinauit, quibus euntibus spopondit dicens. Ite, & die illo ego uenio, & ostendo uobis in quo loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo susceptionem hospitium, uel quæq; sunt necessaria ædificare debeatis. Qui bñdictione percepta ilico perrexerunt, & constitutum diem magnoperæ præstolantes, parauerunt omnia quæ his qui cum tanto patre uenire potuissent, uidebantur esse necessaria. Nocte uero eadem qua promissus illucescebat dies, eidem seruo Dei quem illic patrem constituerant, atq; eius præposito, uir domini in somnis apparuit, & loca singula ubi qd ædificare debuissent, subtiliter designauit. Cumq; utrique a somno surgerent, sibi inuicem qđ uiderant retulerunt. Non tamen uisioni illi omnimodo fidem dantes, uirum dei sicut se uenire promiserat expectabant. Cumq; uir Dei constituto die minime uenisset, ad eum cum mœrore reuersi sunt, dicentes. Expectauimus pater ut uenires sicut promiseras, & nobis ostenderes ubi qd ædificare deberemus, & non uenisti. Quibus ipse ait. Quare fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi non uenio? Cui cum ipsi dicerent qñ uenisti? respondit. Nunquid utriusq; uobis dormientibus non apparui, & loca singula designaui? ite & sicut per uisionem uidistis, omne habitaculum Monasteriũ ita construite. Qui hæc audientes uehementer admirati, ad prædictum prædium sunt reuersi, & cuncta habitacula sicut ex reuelatione didicerant, construxerunt.

13

Vide hic omnes in monasterio officinas ædificari, quæ hodie quoque sunt in usu, ut etiam ex hoc discas nostrum monachatum non esse nouitium.

Petrus. Docere uelim quo fieri ordine potuit, ut longe iret responsum dormientibus dicere, quod per uisionem audierant & recognoscerent.

Gregorius. Quid est quod perscrutans, rei gestæ ordinem ambigis Petre? Liquet profecto, quia nobilioris naturæ est spũs quam corpus. Et cer

te scriptura teste nouimus quod propheta ex Iudæa subleuatus, repente est cum prandio in Chaldæa depositus, quo uidelicet prãdio prophetam refecit, secꝫ repente in Iudæa, iterum inuenit. Si igitur tam longe Abacuc potuit sub momento corporaliter ire, & prandium deferre, quid mirum si Benedictus pater obtinuit: quatenus iret per spm̃, & fratrum quiescentiũ spiritibus necessaria narraret, ut sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritalis uitæ spiritaliter pergeret.

Petrus. Manus tuæ locutiõis, tersit meæ fateor dubietatem mẽtis, sed uelim nosse in communi locutione qualis iste uir fuit.

Gregorius. Vix ipsa Petre communis eius locutio a uirtutis erat pondere uacua: quia cuius cor sese in alta suspenderat, nequaꝯ uerba de ore illius in cassum cadebant. Si quid uero unꝯ non iam decernendo, sed minando diceret, tantas uires sermo illius habebat, ac si hoc non dubie atꝯ suspense, sed iam per sententiam protulisset. Nam longe ab eius Monasterio duæ quædam sanctimoniales fœminæ nobiliori genere exortæ, in loco proprio conuersabantur, quibus quidam religiosus uir ad exteriora uitæ usum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parare ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, q plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt, nec dum prædictę sanctimoniales fœminæ perfecte linguam suam sub habitus sui freno restrinxerant, & eundem religiosum uirum qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpe sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum diu ista toleraret, perrexit ad Dei hominem, quantaꝯ pateretur uerborũ contumelias enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinus mandauit, dicens: Corrigite linguam uestram: quia si non emendaueritis, excommunico uos. Quam uidelicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed minando. Illæ autem a pristinis moribus nihil mutatæ, intra paucos dies defunctæ sunt atꝯ in ecclesia sepultę. Cumꝯ in eadem ecclesia missarum solemnia celebrarentur, atꝯ ex more diaconus clamaret, si quis non communicat, det locum: nutrix earum quæ pro eis oblationem domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi, & exire uidebat. Quod dum sæpius cerneret: quia ad uocem diaconi clamantis exibant foras, atꝯ intra ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quæ uir dei illis adhuc uiuentibus mandauit. Eas qp pe se communione priuare dixerat, nisi mores suos & uerba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui mœrore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens: Ite & hanc oblationem pro eis offerri domino facite, & ulterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuisset immolata, & a diacono iuxta morem clamatum est, ut non communicantes ab Ecclesia exirent, illꝫ exire ab ecclesia ulterius uisæ nõ sunt. Qua ex re indubitanter patuit: qa dum inter eos q cõione priuati sunt, minime recederent, communionem a domino per seruũ domini recepissent.

Petrus: Mirum ualde quod dicis, quamuis uenerabilem & sanctissimum uirũ, adhuc tamen in hac carne corruptibili degentem, potuisse animum soluere in illo iam inuisibili iudicio constitutas.

Gregorius. Nunquid nam Petre in hac adhuc carne non erat qui audiebat. Quodcunꝯ ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quæ solueris super terram, soluta erunt & in cœlis? Cuius nunc uicem ligando

14

Collige ex hoc loco multa contra nouos hæreticos.

Excommunicatiõem esse timendam.

Nec ecclesiastica quidem sepultura, nedũ eucharistiæ communione excommunicatum participare debere.

Quod etiam olim pro animalibus defunctorum in missa memoria fieret.

Quod oblationes factæ pro defunctis pro sunt eis ad pœnarum alleuiationem.

& soluendo obtinent, qui locum sancti regiminis fide & moribus tenet, sed ut tanta ualeat homo de terra, cœli & terræ conditor in terram uenit e cœlo, atq; ut iudicare caro etiam de spiritalibus possit, hoc ei largiri dignatus est factus pro hominibus deus caro: quia inde surrexit ultra se infirmitas nostra, unde sub se infirmata est firmitas dei.

Petrus. Cum uirtute signorum concorditer loquitur ratio uerborum.

15 *Et hic quoque habes puerulum monachũ.*

Gregorius. Quadam quoq; die dum quidam eius puerulus monachus parentes suos ultra quam deberet diligens, atq; ad eorum habitaculum tendens, sine benedictione de Monasterio exiisset, eodem die mox ut ad eos peruenit defunctus est. Cumq; esset sepultus, die altero proiectum foras corpus eius inuentum est, quod rursus tradere sepultura curauerunt. Sed sequenti die iterum proiectum exterius, atq; inhumatum sicut prius inuenerunt. Tunc concite ad Benedicti patris uestigia currentes, cum magno fletu petierunt ut ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus uir dei manu sua protinus communionem dominici corporis dedit, dicens: Ite, atq; hoc dominicum corpus super pectus eius eum magna reuerentiæ pone, & sic sepulturæ eũ tradite. Quod dum factũ fuisset, susceptũ corpus eius terra tenuit, nec ultra proiecit. Perpendis Petre apud Iesum Christũ dominum, cuius meriti iste uir fuerit, ut eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet?

16 *Vide miraculum in sepultura, ne deride as & contemnas ecclesiasticas sepulturas.*

17 *Vide & in sacramento eucharistiæ, ut credas in eo uerum christi corpus contineri.*

Petrus. Perpendo plane, & uehementer stupeo.

Gregorius. Quidam autem eius Monachus nobilitati mentis deditus erat, & permanere in Monasterio nolebat. Cumq; eum uir Dei assidue corriperet, & frequenter admoneret, ipse uero nullo modo consentiret in congregatione persistere atq; importunis precibus ut relaxaret inueret, quadam die idem uenerabilis pater nimietatis eius tædio affectus, iratus iussit ut discederet. Qui mox ut Monasteriũ exiit, cõtra se assistere aperto ore draconum in itinere inuenit. Cumq; eum idem draco qui apparuerat deuorare uellet, cœpit ipse tremens & palpitans magnis uocibus clamare, dicens: Succurrite succurrite: quia draco iste me deuorare uult. Currẽtes aũt fratres draconẽ minime uiderunt, sed trementẽ atq; palpitãtem Monachum ad Monasterium reduxerũt. Qui statim promisit nunquã se esse a Monasterio, recessurum, atq; ex hora eadem in sua promissione permansit. Quippe qui sancti uiri orationibus contra se assistere draconem uiderat, quem prius non uidendo sequebatur.

18 *Quanti meriti fuerit apud christum dominum.*

19 *Tu qui dicis antiquis monachis fuisse libertatem migrandi & demigrandi quo uellent, uides hoc nõ esse uerum, nam D. Benedictus iniuste detinuisset & corripuisset monachũ abire uolentem. Quinimmo ex fine huius capitis habes, quod monachi tunc promittebant stabilitatem loci, ut nunc faciunt Benedictini omnes.*

Sed neq; hoc silendum puto, quod illustri uiro Antonio narrante cognoui, qui aiebat patris sui puerum morbo elephantino fuisse correptum ita ut iam pilis cadentibus cutis intumesceret, atq; increscentem saniem occultare non posset. Qui ad uirum Dei ab eodem patre eius missus est, et saluti pristinæ sub omni celeritate restitutus.

20 *Vel hoc miraculum terrere deberet Apostatas nostros.*

Neque illud taceam, quod eius discipulus Peregrinus nomine, narrare consueuerat: quia die quadam fidelis uir quidam necessitate debiti compulsus, unum fore sibi remedium credidit, si ad dei uirum pergeret, & quę eum urgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaq; ad Monasterium, omnipotentis Dei famulum reperit: quia a creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur intimauit. Cui uenerabilis pater nequaquam se habere duodecim solidos, respondit, sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus ait: Vade & post biduum reuertere: quia deest ho-

die quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cumq; die tertio is qui necessitate debiti affligebatur rediit, super arcam Monasterij, quæ erat frumento plena, subito tredecim solidi sunt inuenti. Quos uir dei deferri iussit, & afflicto petitori tribuit dicens, ut duodecim redderet, & unum in expensis proprijs haberet. Sed ad ea nunc redeam quæ eius discipulis in libri huius exordio prædictis referentibus agnoui. Quidam uir grauissima aduersarij sui æmulatione laborabat, cuius ad hoc usq; odium prorupit, ut ei nescienti in potu uenenum daret. Qui quamuis uitam auferre non ualuit, cutis tamen colorem mutauit ita ut diffusa in corpore eius uarietas, leprę morem imitari uideretur. Sed ad Dei hominem deductus, salutem pristinam citius recepit, nam mox ut eum tetigit, omnem cutis illius uarietatem fugauit.

Eo quoq; tempore quo alimentorum inopia Campaniam grauiter affligebat, uir dei diuersis indigentibus Monasterij sui cuncta tribuerat, ut pœnæ nihil in cellario nisi parum quid olei in uitreo uase remaneret. Tũc quidam subdiaconus Agapitus nomine aduenit, magnoperæ postulans ut sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem domini qui cuncta decreuerat in terra tribuere, ut in cœlo omnia reseruaret, hoc ipsum parum quod remanserat olei iussit petenti dari. Monachus uero qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis uerba, sed implere distulit. Cumq; post paululum si id quod iusserat datum esset inquireret, respõdit Monachus se minime dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil fratribus remaneret. Tunc iratus, alijs præcepit ut hoc ipsum uas uitreum in quo parum olei remansisse uidebatur, per fenestram proijcerent, ne in cella aliquid p inobedientiam remaneret. Factumq; est. Sub fenestra autem eadem ingens præcipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectum itaq; uas uitreum uenit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minime fuisset, ita ut neq; frangi, neq; oleum effundi potuisset. Quod uir domini præcepit leuari, atq; ut erat integrum petenti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientem Monachum de infidelitate sua & superbia coram omnibus increpauit.

Qua increpatione completa, sese cum eisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco ubi cum fratribus orabat, uacuum erat ab oleo dolium & coopertum. Cumq; sanctus uir in oratione persisteret, cœpit operimentum eiusdem dolij oleo excrescente subleuari. Quo commoto atq; subleuato, oleum quod excreuerat ora dolij transiens, pauimentum loci in quo incubuerat inundabat. Quod Benedictus dei famulus ut aspexit, protinus orationem compleuit, atq; in pauimentum oleum defluere cessauit. Tunc diffidentem inobedientemq; fratrem latius admonuit, ut fidem habere disceret & humilitatem. Idem uero frater salubriter correptus erubuit, quia uenerabilis pater uirtutem omnipotentis Dei, quam admonitione intimauerat, miraculis ostendebat, nec erat iam ut quisquã de eius promissionibus dubitare posset: qui in uno eodemq; momento pro uitreo uase pene uacuo, plenum oleo dolium reddidisset.

Quadam die dum ad beati Ioannis oratorium quod in ipsa mõtis celsitudine situm est pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obuiã factus est, cornu & terpidicam ferens. Quem cum requisisset dicens: quo uadis? Ille respondit: Ecce ad fratres uado, potionem eis dare. Itaq; perre-

xit uenerabilis pater Benedictus ad orationem, qua completa concitus rediit. Malignus uero spūs unum seniorem monachū inuenit aquam hau rientem: in quem statim ingressus est, eumq; in terram proiecit, & uehementissime uexauit. Quem cum uir dei ab oratione rediens tam crudeliter uexari conspiceret, ei solummodo alapam dedit, & malignum ab eo spiritum protinus excussit, ita ut ad eum redire ulterius non auderet.

Petrus: Velim nosce, si hæc tanta miracula, uirtute semper orationis impetrabat, an aliquando etiam solo uoluntatis exhibebat nutu?

Gregorius: Qui deuota mente deo adhærent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroq; solent, ut mira quæq; aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate. Cum enim Ioannes dicat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, Qui filij dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate ualeant? Quia enim utroq; modo miracula exhibeant, testatur Petrus, qui Thabitam mortuam orando suscitauit. Ananiam uero & saphiram mentientes morti increpando tradidit. Nec enim orasse in eorum extinctione legit, sed solummodo culpam quam perpetrauerant increpasse. Constat ergo quod aliquando hæc ex potestate, aliquando uero exhibent ex postulatione, dum & istis uitam increpando abstulit, & illi reddidit orando. Nā duo quoq; fidelis famuli dei Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte clareat, aliud hunc accepta diuinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse.

21 *Miracula serui Dei oracionibus quandoque faciunt, quandoque potestate & uoluntate.*

Gothorum quidam Galla nomine, perfidiæ fuit Arianæ, qui Totile regis eorum temporibus, contra catholicæ Ecclesiæ religiosos uiros ardore immanissimæ crudelitatis exarsit. ita ut quisquis ei clericus monachusue ante faciem uenisset, ab eius manibus uiuus nullo modo exiret. Quadam uero die auaritiæ suæ æstu succensus, in rapinam rerum inhians, dum quēdam rusticum tormentis crudelibus affligeret, eumq; per supplicia diuersa laniaret, uictus pœnis rusticus fese, res suas Benedicto dei famulo commendasse professus est, ut dum hoc a torquente crederetur, suspensa interim crudelitate ad horā uita repararetur. Tūc idem Galla cessauit rusticū tormentis affligere, sed eius brachia loris fortibus astringens ante equum suum cœpit impellere, ut quis esset Benedictus qui eius res susceperat demonstraret. Quem ligatis brachijs rusticus antecedens duxit ad sancti uiri monasterium, eumq; ante ingressum cellæ solum sedentem reperit, & legentem. Eidem autem subsequenti & sæuienti Gallę rusticus dixit. Ecce iste est de quo dixeram tibi, Benedictus pater. Quem dum feruido spiritu, cum peruersæ mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueuerat acturum se existimans, magnis cœpit uocibus clamare dicens: Surge, surge, & res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius uocem uir dei protinus oculos leuauit a lectione, eumq; intuitus, mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeritate cœperunt illigata brachijs lora deuoluere, ut dissolui tam concite nulla hominum festinatione potuissent. Cumq; is qui ligatus uenerat cœpisset subito astare solutus, ad tantæ potestatis uim tremefactus Galla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius uestigia inclinans, se orationibus illius commendauit. Vir autem sanctus a lectione minime surrexit, sed uocatis fratribus, eum introrsus tolli ut be

benedictionem acciperet præcepit. Quem ad se reductum, ut a tantæ crudelitatis insania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus recedens nil ulterius petere a rustico præsumpsit, quem uir domini non tangendo, sed respiciendo soluerat. Ecce est Petre quod dixi: quia hi qui omnipotenti deo familiarius seruiunt, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora uero nodosq; ligaturæ quę innocentis brachia astrinxerant, oculis dissoluit, ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursum quoq; quale, quantumq; miraculum orando ualuit obtinere subiungam.

Quædam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus, quidam uero rusticus defuncti filiꝝ corpus in ulnis ferens, orbitatis luctu æstuans ad monasterium uenit: Benedictum patrem quæsiuit. Cui cum dictum esset quia idem pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante monasterij ianuam corpus extincti filiꝝ proiecit, et dolore turbatus ad inueniendū uenerabilem patrem se se in cursum concitus dedit. Eadem uero hora uir dei ab agri opere iam cum fratribꝰ reuertebatur. Quem mox ut orbatus rusticus aspexit, clamare cœpit: Redde filium meum, redde filium meum. Vir autem dei in hac uoce substitit, dicens: Nunquid ego filium tuum tibi abstuli? Cui ille respondit. Mortuus est ueni, resuscita eū. Quod ut mox dei famulus audiuit, ualde contristatus est, dicens: Recedite fratres, recedite, hæc nostra non sunt, sed sanctorum Apostolorum. Quid nobis onera uultis imponere, quæ non possumus portare? At ille, quem nimius cogebat dolor, in sua petitione perstitit, iurans quod non recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox Dei famulus inquisiuit, dicēs. Vbi est? Cui ille respondit. Ecce corpus eius ad ianuam Monasterij iacet. Vbi cum uir dei cum fratribus peruenisset, flexit genu, & super corpusculum infantis incubuit, se se quæ erigens ad cœlū palmas tetendit, dicens: Domine non aspicias peccata mea, sed fidem huius hominis, qui resuscitari filium suū rogat, & redde in hoc corpusculum animam quam abstulisti. Vix in oratione uerba compleuerat, & regrediente anima ita corpusculū pueri omne contremuit, ut sub oculis omnium qui aderant apparuerit concussione mirifica tremendo palpitasse. Cuius mox manum temuit, & eum patri uiuentem atq; incolumen dedit. Liquet Petre quia hoc miraculum in potestate non habuit, quod prostratus petijt ut exhibere potuisset.

22 *Vide hic ceremoniā Benedicti in orando. Genuflexit. super corpus mortui incubuit, inde se erigens, palmas ad cœlum tetendit.*

Petrus. Sic cuncta esse ut asseris constat patenter: quia uerba quæ proposueras rebus probas. Sed quæso te ut indices si sancti uiri omnia quæ uolunt possunt, & cuncta impetrant quæ desiderant obtinere.

Gregorius. Quisnam erit Petre in hac uita Paulo sublimior, qui de carnis suæ stimulo ter dominum rogauit, & tamen quod uoluit obtinere nō ualuit? Ex qua re necesse est ut tibi de uenerabili patre Benedicto narrē: quia fuit quiddam quod uoluit, sed non ualuit implere. Soror nanq; eius Scolastica nomine, omnipotenti domino ab ipso infantiæ tempore dedicata, ad eum semel per annum uenire consueuerat. Ad quam uir Dei non longe extra ianuam in possessione Monasterij descendebat. Quadam uero die uenit ex more, atq; ad eam cum discipulis uenerabilis eius descendit frater, qui totum diem in Dei laudibus sacrisq; colloquijs ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperūt cibos. Cumq; adhuc ad mensam sederēt, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret,

25 *Scolastica soror Benedicti ab ipso infantiæ tempore fuit omnipotenti domino consecrata. Quid tu nunc conqueris pueros ante pubertatis annos:*

religioni adactos? Et ne cauilleris non loqui de monachatu, dicit infra qd erat sanctimonialis fœmina.

eadem sanctimonialis fœmina soror eius eum rogauit, dicens: Quæso te ut ista nocte nō deseras, ut usq; mane de cœlestis uitę gaudijs loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta uero erat cœli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem fœmina cum uerba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus

24

Benedictus dicit se extra cellam per unā noctem manere non posse, & tu asserere audes antiquos monachos libertatem habuisse eundi, standi & reuertendi quando cunque uellent?

omnipotentem dominum rogatura declinauit. Cumq; de mensa leuaret caput, tanta coruscationis & tonitrui uirtus, tantaq; inūdatio pluuiæ erupit, ut neq; uenerabilis Benedictus, neq; fratres qui eum eo aderant, extra loci limen quo confederant, pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe fœmina caput in manibus declinans, lachrymarum fluuium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inūdatio illa secuta est, sed tanta fuit conuenię tia orationis & inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus unum idemq; esset momentū, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc uir Dei inter coruscos & tonitruos atq; ingentis pluuiæ

25

Vide miram orationis scolasticæ uirtutem.

inundationem uidens se ad monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus dicens: Parcat tibi omnipotēs deus soror, quid est qđ feciſtiſ? Cui illa respondit: Ecce te rogaui, & audire me noluisti, rogaui dominum meum, & audiuit me. Modo ergo si potes egredere, & me dimissa ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non ualens, quia remanere spōte noluit, in loco māsit inuitus. Sicq; factū est ut totā nocte peruigilem ducerent, atq; per sacra spiritalis uitæ colloquia seseuicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum uoluisse aliquid, sed minime potuisse quia si uenerabilis uiri mentem aspicimus, dubium non est quin eandem serenitatem uoluerit in qua descenderat permanere, sed cōtra hoc quod uoluit in uirtute omnipotentis Dei ex fœminæ pectore miraculum inuenit. Nec mirum quod plus illo fœmina quæ diu fratrem uidere cupiebat, in eodem tempore ualuit, quia enim iuxta Ioannis uocem, deus charitas est, iusto ualde iudicio illa plus potuit, quæ amplius amauit.

Petrus: Fateor, multum placet quod dicis.

Gregorius. Cūq; die altero eadem uenerabilis fœmina ad cellam propriam recessisset, uir dei ad Monasterium redijt. Cum ecce post triduum in cella consistens, eleuatis in aera oculis uidit eiusdem sororis suæ animā de eius corpore egressam, in columbæ speciæ cœli secreta penetrare. Qui tantæ eius gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, eiusq; obitum fratribus denunciauit. Quos etiam protinus misit ut eius corpus ad Monasteriū deferrent, atq; in sepulchro quod sibi ipse parauerat ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoq; corpora nec sepultura separaret.

26

Anima Scolasticæ in columbæ specie cœli secreta penetrauit.

Alio quoq; tempore Seruandus Diaconus atq; Abbas eius Monasterij quod in Campanię partibus a Liberio quondam Patricio fuerat constructum, ad eū uisitationis gratia ex more uenire consueuerat. Eius qppe Monasterium frequentabat, ut quia idem quoq; uir doctrina gratiæ cœlestis influebat, dulcia sibi inuicem uitæ uerba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patrię quem adhuc perfecte gaudendo non poterāt, saltem suspirando gustarent. Cumq; hora iam qetis exigeret, in cuius turris superioribus se uenerabilis Benedictus, in eius quoq; inferioribus se

seruandus

seruandus diaconus collocauit, quo uidelicet in loco inferiora ad superio
ra peruius continuabat ascensus. Ante eandem uero turrim largius erat
habitaculum, in quo utriusq; discipuli quiescebant. Cumq; uir dei Bene-
dictus quiescentibus adhuc fratribus instans uigilijs, nocturnæ orationis
tempora præueniſſet, ad fenestram stans & omnipotentem deum depre
cans, subito intempesta noctis hora respiciens, uidit fusam lucem desuper
cunctas noctis tenebras effugasse, tantoq; splendore clarescere, ut diem
uinceret lux illa q̃ in tenebris radiasset. Mira autẽ res ualde in hac specula
tione secuta est, quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus uelut
sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Qui uenera-
bilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscę lucis
infigeret, uidit Germani Capuani episcopi animam in sphæra ignea ab an
gelis in cœlum ferri. Tunc tanti sibi testem uolens adhibere miraculi, Ser
uandum Diaconum iterato bis tercq; eius nomine cum clamoris magnitu
dine uocauit. Cumq; ille fuisset insolito tanti uiri clamore turbatus, ascen
dit, respexit, partemq; iam lucis exiguam uidit. Cui tantam hoc obstupe
scenti miraculum, uir dei per ordinem quæ fuerãt gesta narrauit, statimq;
in Casinum castrum religioso uiro Theoprobo mandauit, ut ad Capua-
nam urbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano episco-
po ageretur, agnosceret & indicaret. Factumq; est, & reuerentissimum ui
rum Germanum episcopum is qui missus fuerat iam defunctum reperit,
& requirens subtiliter, agnouit eodem momẽto fuisse illius obitum, quo
uir domini eius cognouit ascensum.

27
Benedictus uigilijs, & nocturnis præuentionibus instabat.

28
Vide Germani Capuæ episcopi animã in sphæra ignea ab angelis in cœlum deferri.

Petrus. Mira res ualde, & uehementer stupenda. Sed hoc quod dictũ
est: quia ante oculos ipsius quasi sub uno solis radio collectus omnis mũ-
dus adductus est, sicut nũquam expertus sum, ita nec conijcere scio quo
nam ordine fieri potest, ut mundus omnis ab homine uno uideatur.

Gregorius. Fixum tene Petre quod loquor, quia animæ uidenti creato
rem, angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce crea-
toris aspexerit: breue ei fit omne quod creatum est: quia ipsa luce uisionis
intimæ mentis laxatur sinus, tantumq; expanditur in deo, ut superior exi-
stat mundo, fit uero ipsa uidentis anima etiam super semetipsam. Cumq;
in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur, & dum sub se cõ
spicit exaltata, comprehendit quam breue sit quod comprehendere humi
liata non poterat. Vir ergo Dei qui in turri globum igneum, angelos quo
que ad cœlum redeuntes, uidebat, hæc proculdubio cernere nõ nisi in dei
lumine poterat. Quid itaq; mirum si mundum ante se collectum uidit, q
subleuatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem collectus
mundus ante eius oculos dicitur, non cœlum & terra contracta est, sed
uidẽtis animus est dilatatus, qui in deo raptus uidere sine difficultate po
tuit omne quod infra deum est. In illa ergo luce quæ exterioribus oculis
fulsit, lux interior in mente fuit, quæ uidentis animum cum ad superiora
rapuit, ei quam angusta essent omnia inferiora, monstrauit.

Petrus. Videor mihi utiliter non intellexisse quæ dixeras, quando ex tar
ditate mea tantum creuit expositio tua. Sed quia hæc liquidem meis sensi
bus infudisti, quæso ut ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius. Libet Petre adhuc de hoc uenerabili patre multa narrare,
sed quædam eius studiose prætereo: quia ad aliorum gesta uoluenda se-

29

D. Benedictus scripsit monachorum regulam discretione p̃cipuam, in qua sicut uixit ipse, alios uiuere docuit. Cur ergo tantoperæ monachorum regulas improbant hæretici, si a sanctissimis uiris qualis fuit optimus ponti fex Gregorius, ita laudantur.

stino. Hoc autem nolo te lateat, quod uir Dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinæ quoq; uerbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam, discretione præcipuam, sermone luculẽtam. Cuius si quis uelit subtilius mores uitamq; cognoscere, potest in eadem institutione regulæ omnes magisteriũ illius actus inuenire: quia sanctus uir nullo modo potuit aliter docere quam uixit.

30

Ecce quomodo ueri christiani moriuntur, præmuniunt enim se dominici corporis & sanguinis perceptione, ac inter fidelium manus orãdo & psallendo spiritum emittunt.

Eodem uero anno quo de hac uita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus, quibusdã longe manentibus sanctissimi sui obitus denũciauit diem, præsentibus indicens, ut audita per silentium tegerent, absentibus indicans quod uel quale eis signum fieret, quãdo eius anima de corpore exiret. Ante sextum uero sui exitus diem aperiri sibi sepulturã iubet. Qui mox correptus febribus, acri cœpit ardore fatigari. Cũq; per dies singulos languor ingraueſceret, ſexta die portari ſe in oratorium a discipulis fecit, ibiq; exitum suum dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, atq; inter discipulorum manus imbecillia membra sustẽtans, erectis in cœlum manibus stetit, & ultimum spiritũ inter uerba orationis efflauit. Qua. ſ. die duobus de eo fratribus, uni in cella commoranti alteri autem longius posito, reuelatio unius atq; indissimilis uisionis apparuit. Viderunt nanq; quia strata pallis atq; in numeris coruſca lampadibus uia recto Orientis tramite ab eius cella in cœlum usq; tendebatur. Cui uenerando habitu uir desuper clarus assistens, cuius esset uia quam cerneret inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: hæc est uia qua dilectus domino cœlum Benedictus ascendit: Tunc itaq; sancti uiri obitum sicut præsentes discipuli uiderũt, ita absentes ex signo qđ eis prædictum fuerat agnonerũt. Sepultus uero est in oratorio beati Ioannis baptistę, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui & in eo specu in quo prius habitauit, nunc usq; si petentium fides exigat, miraculis coruſcat.

31

Benedictus cœlum ascendit.

32

Benedictus post mortẽ in eo specu in quo prius habitauit, miraculis coruscat.

Nuper nanq; est res gesta quam narro. Quædam mulier mente capta dum funditus sensum perdidisset, per montes & ualles, & siluas & campos die noctuq; uagabatur, ibi tantummodo quiescebat, ubi hanc quiescere lassitudo coegisset. Quadam uero die dum uaga nimium erraret, ad beati uiri Benedicti specum deuenit, ibiq; nesciens ingressa mansit. Mane autem facto ita sanato sensu egressa est, ac si eam nunquam insania capitis ulla tenuisset, quæ omni uitæ suæ tempore in eadem quam accepit salute permansit.

Petrus. Quidnam esse dicimus quod plerunq; in ipsis quoq; patrocinijs martyrum sic esse sentimus, ut non tanta per corpora sua, quanta beneficia per reliquias ostendant, atq; illic maiora signa faciunt, ubi minime per semetipsos iacent?

33

Vides hæretice qui de sãctis obloqueris, quomodo sancti martyres & ubi iacent in suis corporibus, & ubi nõ iacẽt, sed adsunt eorũ reliquiæ, innumera

Gregorius: Vbi in suis corporibus sancti martyres iacent, dubiũ Petre non est quod multa ualeant signa demonstrare, sicut & faciunt, & pura mente quærentibus innumera miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, utrum ne ad exaudiendũ ibi præsentes sine, ubi constat quia in suis corporibus non sint, ibi necesse est eos maiora signa ostendere, ubi de eorũ præsentia potest mens infirma dubitare. Quorum uero mens in deo fixa est, tanto maius habet fidei meritũ, quanto illic eos nouit & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione. Vnde

ipsa quoq; ueritas ut fidem discipulis augeret dixit: Si ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Cum enim constet quia paracletus spiritus a patre semper procedat & filio, cur se filius recessurũ dicit ut ille ueniat, qui a filio nunq; recedit? Sed quia discipuli in carne dominũ cernentes, corporeis hunc oculis semper uidere sitiebant, recte eis dicitur: Nisi ego abiero, paracletus non ueniet, ac si aperte diceretur: Si corpus non subtraho, quis sit amor spiritus, non ostendo, & nisi me desieritis carnaliter cernere, nunquam me discetis spiritaliter amare.

Petrus: Placet quod dicis.

Gregorius: Aliquantulũ iam a loquutione cessandũ est, ut si ad aliorũ miracula enarrãda tendimus, loquẽdi uires interim per silentiũ reparem?

miracula ostendunt. Vide quo exaudiant ad se recurrẽtes quod sunt præsentes ubi inuocantur, & qui credit eos adesse ad exaudiẽdum, etiam ubi corpore non iacent, hæbere fidei suæ meritum. Nil certe cõtra nouos Ecclesiæ subuersores posset dici ualidius & manifestius.

VITA SANCTI PAVLINI NOLANI EPIscopi per D. Gregorium Papam Scripta.

Habetur in libro iij. Dialogi eiusdẽ cap. 1.

c Vm uicinis Valde partibus intendo: maiorũ facta relinquerã ita ut Paulini miraculum Nolanę urbis episcopi qui multos quorũ memini, uirtute & tempore præcessit: memoriæ defuisse uideatur. Sed ad priora nunc redeo: eaq; quanta ualeo breuitate perstringo. Sicut enim bonorũ facta innotescere citius similibus solent: senioribus nostris per iustorũ exẽpla gradientibus: prædicti uenerabilis uiri celebre nomen innotuit, eiusq; opus admirabile ad eorũ se instruenda studia tetendit: quorũ me necesse fuit grauitati tam certe credere: ac si ea quæ dicerent, meis oculis uidissem.

Cum sæuientiũ uuandalorũ tempore fuisset Italia in Campaniæ partibus depopulata: multiq; essent de hac terra in Africanam regionem traducti: uir domini Paulinus cuncta quæ ad episcopũ usum habere potuit: captiuis indigentibusq; largitus est. Cumq; iam nihil omnimodo superesset quod petentibus dari potuisset: quodam die quædam uidua aduenit quæ a regis uuandalorũ genero filium suũ in captiuitatem fuisse ductum prohibuit: atq; a uiro dei eius precium postulauit: si forte illius dominus hoc dignaretur accipere: & hunc concederet ad propria remeare. Sed uir dei magnopere petẽti fœminę quid dare potuisset inquirens: nihil apud se aliud nisi se inuenit: petentiq; fœminæ respondit: dicens. Mulier, quod possim dare non habeo: sed me metipsum tolle: seruum me iuris tui profitere, atq; ut filiũ tuum recipias: me uice illius in seruitiũ trade. Quod illa ex ore tanti uiri audiens: irrisionem potius credidit: quam compassionem. At ille ut erat uir eloquentissimus, atq; apprime exterioribus quoq; studijs eruditus: dubitanti fœminæ citius persuasit, ut audita crederet: & pro receptione filij sui in seruitium episcopum tradere non dubitaret. Perrexere igitur utriq; ad Africam.

Procedente aũt regis genero: qui eius filiũ habebat, uidua rogatura se obtulit: ac prius petijt ut ei filiũ donare debuisset. Quod cũ uir barbarus typo superbiæ turgidus: gaudio transitoriæ prosperitatis inflatus, non solum facere: sed etiam audire despiceret: uidua subiunxit dicens, Ecce hunc hominem pro eo uicarium præbeo: solummodo pietatem in me exhibe: mihiq; unicum filiũ redde. Cumq; ille uenusti uultus hominem conspexisset, quã artem noscet inquisiuit. Cui uir dei Paulinus respondit: dicens,

Artem quidem aliquam nescio: Sed hortū bene excolere scio. Quod uir gentilis ualde libenter accepit: cū in nutriendis holeribus quia peritus esset audiuit. Suscepit itaq; seruum: & roganti uiduæ tradidit filiū. Quo accepto uidua ab Africana regione discessit. Paulinus uero excolendi horti curā suscepit. Cumq; idem regis gener crebro ingrederetur hortū: suumq; hortulanū quędam requireret, & sapientem ualde hominem uideret: amicos cępit familiares deferere: & sæpius cum suo hortulano colloqui, atq; eius sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam holera, uirentesq; herbas deferre consueuerat: & accepto pane ad curam horti remeare. Cumq; hoc diutius ageret, quadam die suo domino secū secretius loquēti ait, Vide quid agas: & Vuandalorū regnum qualiter disponi debeat prouide: quia Rex citius, & sub omni celeritate est moriturus. Quod ille audiens (quia ab eodem rege præ cæteris diligebat) ei minime tacuit: sed quid a suo hortulano, sapienti scilicet uiro agnouisset: indicauit. Quod dum rex audisset: illico respondit, Ego uellem hunc de quo loqueris hominem uidere. Cui gener eius, uenerabilis Paulini temporalis dominus respondit: dicens, Virentes herbas mihi ad prandium deferre consueuit. Has itaq; ad mensam eū deportare facio: ut quis scit qui mihi hæc est locutus agnoscas. Factumq; est. Et dum rex ad prandiū discubuit: Paulinus ex suo ope holera q̄q; & uirētia delatur⁹ aduenit. Cūq; hūc rex subito cō spexisset intremuit, atq; accersito ei⁹ dño sibi p filiā ppinquo: ei secretū q̄ prius abscōderat indicauit: dicēs, Verū est qđ audisti. Nā nocte hac in somnio, sedentes in tribunalibus cōtra me iudices uidi: inter quos iste etiā sit sedebat: & flagellū quod aliquando acceperam, eorū mihi iudicio tollebatur. Sed percunctare quisnam sit, nam ego hunc tanti meriti uirū, popularem ut conspicitur, esse non suspicor. Tunc regis gener secreto Paulinū tulit: & quisnā esset inquisiuit. Cui uir domini respondit. Seruus tuus sum: quem pro filio uiduæ uicariū suscepisti. Cumq; instanter ille requireret, ut non quis esset: sed quis in terra sua fuisset indicaret: atq; hoc ab eo iteratione frequentis inquisitionis exigeret: uir domini constrictus magnis coniurationibus, iam non ualens negare quid esset: episcopum se fuisse testatus est. Quod possessor eius audiens ualde pertimuit, atque humiliter obtulit dicens. Pete quod uis: quatenus ad terram tuam a me cū magno munere reuertaris. Cui uir domini Paulinus ait, Vnū est quod mihi impendere beneficiū potes: ut omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes: Qui cuncti protinus in Africana regione requisiti, cum onustis frumento nauibus pro uenerandi Paulini uiri satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post nō multos uero dies Vuandalorū rex occubuit: & flagellū quod ad suam perniciem dispensante deo pro fidelib; disciplina tenuerat amisit. Sicq; factum est: ut omnipotentis dei famulus Paulinus uera prędiceret, & qui se in seruitium solū tradiderat: cū multis a seruitio ad libertatem rediret: illū uidelicet imitatus, qui formam serui assumpsit: ne nos essemus serui peccati. Cuius sequens uestigia Paulinus, ad tempus uoluntarie seruus factus est solus: ut esset postmodū liber cū multis.

Petrus. Dum me audire contingit quod imitari non ualeo: flere magis libet quam aliquid dicere.

Gregorius. De cuius etiā morte apud eius ecclesiam scriptū est: quia cū dolore esset lateris tactus, ad extrema perductus est. Dunq; eius omnis

nis domus in sua soliditate persisteret: cubiculum in quo iacebat egerit facto terremotu contremuit: omnesq; qui illic aderant nimio terrore concussit: sicq; sancta illa anima carne soluta est. Factumq; est, ut magnus pauor inuaderet eos qui Paulini mortem uidere potuissent.

VITA SABINI CAMISINÆ CIVITATIS Episcopi per D. Gregorium Papam Scripta.

Habetur in libro. iij. Dialogi eiusdē cap. 5.

Vidam religiosi uiri Apulię prouincię partibus cogniti, hoc quod apud multorū notitiam longe lateq; pcrebuit, de Sabino Camisinæ urbis episcopo testari solent: quia idem uir longo iam Senio oculorū lumen amiserat: ita ut omnimodo nil uideret. Quē rex Gothorū Totila prophetiæ habere spiritum audiens, minime credidit: Sed probare studuit quod audiuit. Qui cū in eisdem partibus deuenisset: hunc uir domini ad prandium rogauit. Cumq; iam uentū esset ad mensam, rex discumbere noluit: Sed ad Sabini uenerabilis uiri dexteram sedit. Cū uero eidem patri puer ex more poculum uini pręberet, rex silenter manū tetendit: calicem abstulit: eumq; per se episcopo uice pueri prębuit: ut uideret an spiritu prouidente discerneret quis ei poculū præberet. Tunc uir dei accipiens calicem: Sed tamen ministrum non uidens, dixit. Viuat ipsa manus. De quo uerbo rex lætatus erubuit: quia quāuis ipse deprehēsus sit: in uiro tñ dei quod querebat inuenit.

Huius aūt uenerabilis uiri cum ad exemplū uitæ sequentium in longū senium uita traheretur: eius archidiaconus ambitione adipiscendi episcopatus accensus, cū extinguere ueneno molitus est. Qui cū uini fusoris animum corrupisset: ut mixtū uinum ueneno, sibi poculū præberet: refectionis hora cū iam uir dei ad edendū discūberet: & præmḿs corruptus puer hoc quod ab archidiacono eius acceperat: ueneni poculū obtulit. Cui sta tim uenerabilis episcopus dixit. Bibe tu hoc quod mihi bibendū prębes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiens: maluit moriturus bibere: q̄p pœnas pro illa tanti homicidḡ culpa tolerare. Cumq; sibi ad os calicē duceret, uir domini compescuit: dicens, Non bibas: da mihi: ego bibo. Sed uade dic ei qui tibi illud dedit. Ego quidem uenenum bibo: sed tu episcopus non eris. Facto igitur signo crucis, uenenum episcopus bibit securus. Eademq; hora in loco alio in quo erat, archidiaconus eius defunctus est: ac si p os episcopi ad archidiaconi uiscera illa uenena trāsissent. Cui tñ ad inferendam mortem uenenū quidem corporale defuit: sed hunc in conspectu æterni iudicis uenenum suæ malitiæ occidit.

Petr⁹. Mira sunt hęc, & nr̄is ualde stupēda tp̄ib⁹: sed talis eiusdē uiri uita perhibet: ut qui conuersationē eius agnouerit: uirtutem non debeat mirari.

VITA ANDREÆ FVNDANÆ ECCLESIÆ EPIscopi per D. Gregorium papam scripta.

Habetur in tertio libro Dialogi eiusdem cap. vij.

Vm facta fortium uirorum narro: repēte ad memoriam uenit quid erga Andream Fundanæ ciuitatis Episcopum diuina misericordia fecerit. Quod tamen ad hoc legentibus ut ualeat exopto: quatenus qui corpus suum continentiæ dedicant, habitare cum fœminis non præsumant: ne ruina mentē tanto repentina surripiat: quanto ad hoc quod male concupiscitur: etiam

Hoc non libenter aūdiunt Pseudoapostoli

nostri, qui nullo pacto fœminarum consortio, carere uolunt.

2

Dum sanctus iste episcopus tantopere a cõtinentia laudatur, sequitur eos male docere, qui garriunt oportere episcopũ suæ permitti uolũtati an uelit uxorem ducere necne.

præsentia concupitæ formæ famulatur. Nec res est dubia quam narro: qã pene tanti in ea testes sunt, quanti & eiusdem loci habitatores existunt.

Hic nanq; uenerabilis uir cum uitam multis plenam uirtutib⁹ duceret. seque sub sacerdotali custodia in continentiæ arce custodiret: quandam sanctimonialem fœminam quam secum prius habuerat: noluit ab episcopũ sui iura repellere, sed certus de sua eiusq; continẽtia, secum hanc permisit habitare. Ex qua re actum est, ut antiquus hostis apud eius animũ aditum tentationis exquireret. Nam cœpit speciem illius oculis mentis eius imprimere: ut illectus nephanda cogitaret.

Quadam uero die Iudæus quidam ex Campanię partibus Romam ueniens, appiæ carpebat iter: qui ad Fundanã glebam perueniens: cum iam diem uesperascere cerneret: & quo declinare posset, minime reperiret: iuxta Apollinis templum fuit: ibiq; se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quamuis fidem crucis minime haberet: signo tamen se crucis munire curauit. Nocte autem media ipso solitudinis pauore turbatus, peruigil iacebat: & repente conspiciens uidit malignorum spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam potentis prẽire: eum uero qui cæteris præerat: in eiusdem gremio loci consedisse: qui cœpit singulorum spirituum obsequentium sibi causas actusq; discutere: quatenus unusquisq; quantum nequitiæ gessisset inueniret. Cumq; singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent qd operati contra bonos fuissent: unus in medium prosilijt: qui in Andreæ Episcopi animum per speciem sanctimonialis fœminæ quę in episcopio eius habitabat, quantam tentationem carnis commouisset: aperuit. Cum uero hoc malignus q præerat spiritus. inhianter audiret: & tanto sibi factum lucrum grande crederet: quanto sanctioris uiri animam ad lapsum perditionis inclinaret: ille spiritus q hęc eadem fatebatur, adiunxit: quia usq; ad hoc quoq; die præterito uespertina hora eius mentem traxerit: ut in terga eiusdem sanctimonialis fœminę blandiens alapam daret. Tunc malignus spiritus atq; humani generis antiquus inimicus, exhortatus hunc blande est, ut perficeret quod cœpisset: quatenus ruinæ illius singularem inter cæteros palmam teneret. Cumq; Iudæus qui aduenerat, hoc uigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret: ab eodem spiritu qui cunctis illis obsequentibus præerat. iussum est, ut requirerent quisnam esset ille qui iacere in templo eodẽ præsumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes, & subtilius intuentes, crucis mysterio signatum uiderunt: mirantesq; dixerunt. Ve, ue: uas uacuum & signatum. Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit.

Iudæus uero qui hæc uiderat, illico surrexit: atq; ad Episcopum sub festinatione peruenit. Quem in ecclesia sua reperiens, seorsum tulit: qua tentatione urgeretur inquiuit. Cui confiteri episcopus tentationem suam uerecundatus noluit. Cum uero ille diceret quod in illa tali dei famula praui amoris oculos iniecisset: atq; adhuc episcopus negaret, adiunxit dicens. Quare negas quod inquireris: qui ad hoc usq; uespere hesterno perductus es, ut posteriora illius alapa ferires? Ad quę nimirum uerba deprehensum se episcopus intuens, humiliter confessus est quod prius pertinaciter negauit. Cuius ruinæ & uerecundiæ idem Iudæus consulens, qualiter hoc cognouisset: uel quæ in conuentu malignorum spirituum de eo audiuisset, in-

dicauit. Quod ille agnoscens, se ad terram protinus in orationem dedit. Mox que de suo habitaculo non solum eandem dei famulam: sed omnẽ quoq; fœminam quæ in eius illic obsequio habitabat, expulit. In eodem uero templo Apollinis, beati Andreæ apostoli repente oratorium fecit: atq; omni illa tentatione carnis funditus caruit. Iudæum uero cuius uisio ne atq; increpatione saluatus est: ad æternam salutem traxit. Nam sacramentis fidei imbutum: atq; aqua baptismatis emundatũ: ad sanctæ ecclesiæ gremium perduxit. Sicq; factum est, ut Hebræus idem dum saluti alienæ consulit, peruenire ad suam: & omnipotens deus inde alterum ad bonam uitam perduceret: unde in bona uita alterum custodisset.

Petrus. Res hæc gesta quam audiui, & metum mihi præbet: & spem.

Gregorius. Vtiq; sic oportet, & de dei nos semper miseratione confidere: & de nostra infirmitate formidare. Ecce enim paradisi cedrum concussam audiuimus, & non euulsam: quatenus infirmis nobis, & de eius concussione nascatur timor: & de eius stabilitate fiducia.

VITA CERBONII EPISCOPI POPVLONII per D. Gregorium papam scripta.

Habetur in libro tertio Dialogi eiusdem cap. xi.

VIr uitæ uenerabilis Cerbonius Populoñ Episcopus magnã diebus nostris sanctitatis suæ probationem dedit. Nam cũ hospitalitatis studio ualde esset intentus: die quadam transeuntes milites hospitio suscepit: quos Gothis superuenientibus abscondit: eorumq; uitam ab illorum nequitia abscondendo seruauit. Quod dum Gothorum Regi perfido Totilæ nunciatum fuisset: crudelitatis immanissimæ uesania succensus: huc ad locum qui octauo urbis huius miliario Merulis dicitur: ubi tunc ipse cum exercitu sedebat, iussit duci: eumq; in spectaculo populi ursis ad deuorandum proiici. Cumq; idem rex perfidus in ipso quoq; spectaculo consedisset ad inspiciendum mortem Episcopi: magna populi turba confluxit. Tunc episcopus in mediũ deductus est, atq; ad eius mortem immanissimus ursus exquisitus: qui dum humana membra crudeliter carperet, sæui regis animũ satiaret. Dimissus itaq; ursus ex cauea est: qui accensus et concitus episcopum petijt: sed subito suæ ferocitatis oblitus, deflexa ceruice: submissoq; humiliter capite, lambere episcopi pedes cœpit: ut patenter omnibus daretur intelligi: quia erga illum uirum dei, & ferina corda essent hominum, & quasi humana bestiarum. Tunc populus qui ad spectaculum uenerat mortis: magno clamore uersus est in admirationem uenerationis. Tũc ad eius reuerentiam colẽdam rex ipse permotus est. Quippe cum quo superno iudicio actum erat: ut qui deum sequi prius in custodienda uita episcopi noluit: saltem ad mansuetudinem bestiam sequeretur. Cui rei hi q tunc præsentes fuerunt, adhuc nonnulli super sunt: eamq; cum omni illic populo se ui disse testantur.

De quo etiam uiro aliud quoq; miraculum Venantio Lunensi episcopo narrãte cognoui. In ea nanq; Populoñ ecclesia cui præerat, sepulchrũ sibi præparauit. Sed cum Longobardorum gens in Italiam ueniens cuncta uastasset: ad Helbam insulam recessit. Qui ingruente egritudine ad mortem ueniens, clericis suis sibiq; obsequentibus præcepit: dicens, In se-

1 pulchro meo quod mihi præparaui Populoñ me ponite. Cui illi cum dicerent, Corpus tuum illuc qualiter reducere possumus: qui a Longobardis teneri loca eadem, & ubiq; eos illic discurrere scimus? Ipse respondit. Reducite me securi, nolite metuere: sed festine sepelire me curate: moxq; ut sepultum fuerit corpus meum: ex eodem loco sub omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt naui. Cumq; Populonium tenderent, collectis in aëre nubibus immensa nimis pluuia erupit. Sed ut patesceret omnibus cuius uiri corpus nauis illa portaret, per illud maris spatium quod ab Helba insula usq; Populonium. xij. miliaribus distat: circa utraq; nauis latera procellosa ualde pluuia descendit: & in nauem eandē una pluuiæ gutta non cecidit. Peruenerunt itaq; ad locum clerici: & sepulturæ tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius præcepta seruantes, ad nauem sub festinatione reuersi sunt. Quam mox ut intrare potuerunt: in eundem locum ubi uir domini sepultus fuerat: Longobardorum Dux crudelissimus Gummar aduenit. Ex cuius aduentu uirum dei habuisse spiritum prophetiæ claruit: quia ministros suos a sepulturæ suæ loco sub festinatione discedere præcepit.

Ad quid tam solicitus fuit sanctus episcopus in ecclesia sua populonien si tanto cū periculo deferētium sepelri, si nihil interest defuncti hic uel ibi tumulari, ut docent modo noui sumiatores?

2

Tria mira in hac episcopi sepultura exhibuit dominus, prophetiæ impletionem, nauis incolumitatē, clericorum euasionē, quo omnes in posterum ad tā pium exercendum opus prōptiores redderet.

VITA SANCTI HERCVLANI EPISCOPI PERVSINI per D. Gregorium Papam scripta.

Habetur in libro tertio Dialogi eiusdem cap. 13.

1 Vper quoq; Floridus uenerabilis uitæ episcopus narrauit quoddam memorabile ualde miraculum dicens. Vir sanctissimus Herculanus nutritor meus Perusinæ ciuitatis episcopus fuit, ex conuersatione monasterij ad sacerdotalis ordinis gratiam deductus. Totilæ autem perfidi regis temporibus eandem urbem annis vij. continuus Gothorum exercitus obsedit, ex qua multi ciuium fugerunt: qui famis periculum ferre non poterant. Anno uero. vij. nōdum finito, obsessam urbem Gothorum exercitus intrauit. Tunc comes qui eidem exercitui præerat, ad Regem Totilam nūcios misit: exquirens quid de episcopo uel populo fieri iuberet. Cui ille præcepit dicens, Episcopo prius a uertice capitis usq; ad calcaneum corrigiam tolle, & tunc caput eius amputa: omnem uero populum qui illic inuentus est gladio extingue. Tunc idem comes uenerabilem uirum Herculanum episcopum super urbis murum deductum capite trūcauit: eiusq; cutem iam mortui a uertice usq; ad calcaneum incidit: ut ex eius corpore corrigia sublata uideretur. Moxq; corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi: abscissum caput ceruici apponentes, cum uno paruulo infante qui illic extinctus inuentus est iuxta murum, corpus episcopi sepulturæ tradiderunt.

1

Pietas humana est, defunctorum corpora epelire, ergo feritas brutalis est ea negligere et contemnere.

Cumq; post eandem cedem die. xl. Rex Totila iussisset ut ciues urbis illius qui quolibet dispersi essent, ad eā sine aliqua trepidatione remearent: hi qui prius fame fugerant, uiuendi licentia accepta reuersi sunt. Sed cuius uitæ eorum episcopus fuerat memores: ubi sepultum esset corpus illius q̄rierunt: ut hoc iuxta honorem debitum in Ecclesia beati Petri apostoli humarent. Cumq; itum esset ad sepulchrum, effossa terra inuenerunt corpus pueri pariter humati, ut pote iam die. xl. tabe corruptum et uermibus plenum, corpus uero episcopi ac si dis eadem esset sepultum. Et quod est adhuc

2

Vide quomodo iuxta honorem debitum sepeliendi sint mortui. Et ne contemnantur sanctorum reliquiæ.

huc magna admiratione uenerandum, quia ita caput eius unitum fuerat corpori, ac si nequaquã fuisset abscissum sic uidelicet ut nulla uestigia sectionis apparerent. Cumq; hoc & in terga uerterent exquirentes si quod signum uel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atq; intemeratum omne corpus inuentum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

ut hodie a quibusdã fit, tantũ miraculum ostẽdere uolunt deus in iusti mortui corpore.

Petrus. Quis non obstupescat talia signa mortuorũ quæ fiunt pro exercitatione uiuentium?

VITA ISAAC SERVI DEI PER D. Gregorium Papam scripta.

Habetur in libro tertio Dialogi eiusdem cap. 14.

PRioribus Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam urbem uir uitæ uenerabilis Isaac nomine, qui usq; ad extrema pene Gothorum tempora peruenit, quem nostrorum multi nouerunt, & maxime sacra uirgo Gregoria, quæ nũc in hac Romana urbe iuxta ecclesiam beatæ Mariæ semper uirginis habitat. Quæ dum adolescentiæ suæ tempore constitutis iam nuptijs in ecclesiam fugisset, & sanctimonialis uitæ conuersationem quæreret, ab eodem uiro defensa, atq; ad eum quem desiderabat habitũ domino protegente perducta est. Quæ quia sponsum fugit in terra, habere sponsum meruit in cœlo. Multa autem de eodẽ uiro narrante uenerabili patre Eleutherio agnoui, qui & hunc familiariter nouerat, & eius uerbis uita fidem præbebat.

1

Gregoria a nuptijs fugit ad ecclesiam, ut sanctimonialis fieret, & uirgo permaneret at nunc Virgines hæreticorum a Monasterijs fugiunt ad adulterinas nuptias, ut corruptæ remaneant. Et nota uirginitatis præmium, quia sponsum fugit in terra, habere spõsum meruit in cælo.

Hic itaq; uenerabilis Isaac ortus ex Italia nõ fuit, sed ea illius narro miracula quę conuersatus in Italia fecit. Cum primum de Syriæ partibus ad Spoletanam urbem uenisset: ingressus ecclesiam a custodibus petijt ut sibi quantum uellet licentia concederetur orandi, eumq; horis secretioribꝰ egredi non urgerent. Qui mox ad orandum stetit, diemq; totum peregit in oratione, cui sequentem continuauit ac noctem. Secundo etiam die cũ nocte subsequenti indefessus in precibus perstitit, diem quoq; tertium in oratione coniunxit. Cumq; hoc unus ex custodibus superbiæ spiritu inflatus cerneret, unde proficere debuit, inde ad defectus damna peruenit. Nam hunc simulatorem dicere, & uerbo rustico cœpit impostorem clamare, qui se tribus diebus & noctibus orare ante oculos hominum demõstraret. Qui protinus currens uirum dei alapa percussit, ut quasi religiosę uitæ simulator esset, de ecclesia cõ contumelia exiret. Sed hunc repente ultor spiritus inuasit, & ad uiri dei uestigia strauit, ac per os illiꝰ clamare cępit, Isaac me eĩcit, Isaac me eĩcit. Vir quippe peregrinus quo censeret nomine nesciebatur: sed eius nomen ille spiritus prodidit: qui se ab illo posse eĩci clamauit. Mox autem super uexati corpus uir dei incubuit: & malignus spiritus qui eum inuaserat abscesit. In tota urbe tũc statim quid in ecclesia factum fuisset innotuit. Currere uiri & fœminæ nobiles atq; ignobiles pariter cœperunt: certatimq; eum in suis rapere domibus conabanꝰ. Alĩ ad construendũ monasteriũ prædia: alĩ pecunias, alĩ subsidia quęq; poterant offerre uiro dei suppliciter uolebant. Sed seruus omnipotentis domini horum nihil accipiens, egressus urbem nõ longe desertum locum reperit: ibiq; sibi humile habitaculũ construxit. Ad quem dum multi pergunt: exemplo illius æternæ uitæ accendi desiderio cœperunt, atq; sub ei?

2

Vide quam sint contrarij in oratiõibus sancti uiri, ad confusionẽ eorum qui orationes detestantur.

magisterio in omnipotentis se domini seruitium dederunt. Cumq; eũ crebro discipuli humiliter admonerent, ut pro usu monasterij possessiones q̃ offerebantur acciperet, ille sollicitus suæ paupertatis custos fortem sentẽtiam tenebat, dicens, Monachus qui in terra possessiones quærit, monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis suæ securitatem perdere, sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire.

Ibi itaq; prophetiæ spiritu magnisq; miraculis cunctis longe lateq; habitantibus, uita eius inclaruit. Nam die quadam ad uesperũ in horto monasterij fecit iactari ferramẽta quæ usitato nos nomine uangas uocamus. Dixit itaq; discipulis suis, Tot uangas in horto proijcite, & citius redite. Nocte uero eadem dum ex more cum fratribus ad exhibẽdas laudes domino surrexisset, præcepit dicens, Ite & operarijs nostris pulmẽtũ coquite, ut mane primo paratum sit. Facto autem mane fecit deferri pulmentũ quod parari iusserat, atq; hortum cum fratribus ingressus, quot uangas iactari præceperat, tot in ea laborantes operarios inuenit. Ingressi quippe fures fuerant, sed mutata mente per spiritũ apprehenderunt uangas quas inuenerunt, & ab ea hora qua ingressi sunt, quousq; uir domini ad eos ueniret, cuncta horti illius spatia quæ inculta fuerant coluerunt. Quibus uir domini mox ut ingressus est, ait, Gaudete fratres, multum laborastis, iam quiescite. Quibus ilico alimenta quæ detulerat præbuit, eosq; post tanti laboris fatigationem refecit. Sufficienter autem refectis ait, Nolite malum facere, quotiens de horto aliquid uultis, ad horti aditum uenite, tranquille petite, cum benedictione percipite, et a furti prauitate cessate. Quos sic tim collectis holeribus onustari fecit. Actumq; est, ut qui ad hortum nocituri uenerant, cũ laboris sui præmio, & repleti ab eo, & innocui redirent.

Ecce quomodo etiam tunc quemadmodum et nunc, nocturnæ laudes a monachis persolui habuntur domino.

Alio quoq; tempore accesserunt ad eum peregrini quidam misericordiam postulantes: scissis pannis obsciti, ita ut pene nudi uiderentur. Cũq; ab eo uestimenta peterent: eorum uerba uir domini tacitus audiuit: qui unum ex discipulis suis protinus silenter uocauit, eiq; præcepit dicẽs. Vade, atq; in illa sylua in loco tali cauam arborem require, & uestimẽta quæ in ea inueneris defer. Cumq; discipulus abijsset: arborem sicut iussus fuerat requisiuit: uestimenta reperit, & latenter detulit magistro. Quę uir dei suscipiens, peregrinus nudis atq; petentibus ostendit, & præbuit, dicẽs: Venite qa nudi estis: ecce tollite, & uestite uos. Hæc illi intuentes, recognouerunt quæ posuerant: magnoq; pudore consternati sunt: & qui fraudulenter uestimenta quærebant aliena, confusi receperunt sua.

Alio quoq; tempore quidam se eius orationibus commendans: sportas duas plenas alimentis ei per puerum trãsmisit, quarũ unam idem puer surripuit: atq; in itinere abscondit: unam uero ad Dei hominem detulit, & petitionem illius qui se ei per Xenium commendauerat enarrauit. Quam uir domini benigne suscipiens, eundem puerum admonuit: dicens. Gratias agimus: sed uide sportam quam in itinere posuisti: ne incautus tangere præsumas: quia in eam serpens ingressus est. Esto ergo sollicitus, ne si tollere incautus uolueris: a serpente feriaris. Quibus uerbis puer ualde cõfusus: exultauit quidem quod euasit mortem: sed tristis ad modicum factus est: quia quamuis salubrem pœnam euaserit: tamen pertulit uerecundiam suam. Qui reuersus ad sportam: caute ac sollicite attendit: sed eam iam sicut uir Dei prædixerat serpens tenebat.

Hic itaq; cum uirtute abstinentiæ: contemptu rerum transeuntiũ, prophetiæ spũ: orationis intentione esset incomparabiliter præditus: unum erat quod in eo reprehensibile esse uidebatur: quia nonnunquam tanta ei lætitia inerat: ut illis tot uirtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur.

Petrus. Quæso te quidnam hoc esse dicimus? Sponte sibi lætitiæ frena laxabat: an tot uirtutibus pollens, aliquando ad præsens gaudiũ etiã retinens eius animus trahebatur?

Gregorius. Magna est Petre omnipotentis dei dispensatio: & plerũq; contingit, ut quibus maiora bona præstat: quędam minora non tribuat: ut semper eorum animus habeat unde se ipse reprehendat: quatenus dũ appetunt perfecti esse, nec possunt: & laborant in hoc quod non acceperunt: nec tamen elaborando præualent, in his quæ accepta habent, se minime extollant: sed discant quia ex semetipsis maiora bona non habent, qui in semetipsis uincere parua uitia atq; extrema non possunt. Hinc est enim quod perducto dominus ad terram repromissionis populo, cũctos fortes atq; præpotẽtes aduersarios eius extinguens, Philistæos atq; Chananæos diutius reseruauit: ut sicut scriptum est, in eis experiretur Israel, qa non nunq; (ut dictũ est) eis etiam quibus magna dona tribuit: parua quædam reprehensibilia relinquit, ut semper habeant contra quod bellũ gerant, & deuictis magnis hostibus, mentem non erigant, quando eos adhuc aduersarij etiam minimi fatigant. Fit itaq; ut miro modo una eadẽq; mens, & uirtute polleat, & ex infirmitate lasseſcat: quatenus & ex parte constructa sit: & ex parte se conspiciat esse destructam: ut per bonum q̃ quærit & habere non ualet: illud seruet humiliter quod habet. Sed quid mirum quod hoc de homine dicimus, quando illa superna regio in ciuibus suis ex parte damna pertulit: & ex parte fortiter stetit, ut electi angelorum spũs dum alios per superbiam cecidisse conspicerent: ipsi tanto robustius: quanto humilius starent? Illi ergo regionis suæ etiam detrimenta profecerunt: quæ ad æternitatis statum ex parte suæ, destructionis est solidius instructa. Sic ergo & in unaquaq; anima agit: ut in humilitatis custodiam aliquando ad lucra maxima ex minimo damno seruetur.

Petrus. Placet quod dicis.

VITÆ EVTHICII ET FLORENTII SERVORVM Dei per D. Gregorium Papam scriptæ.

Habetur in lib. 3. dialogi eiusdem. Ca. 15.

On hoc silcam quod ex regione Tusciæ uenerabilis uiri sanctuli presbyteri narratione cognoui, de cuius uerbis ipse nõ
n dubitas Petre, quia eius uitam fidemq; minime ignoras.

Eodem quoq; tempore in Nursinæ partibus prouinciæ duo uiri in uita atq; habitu sanctæ cõuersationis habitabãt: quorum unus Euthicius: alter uero Florentius dicebatur. Sed idem Euthicius in spiritali zelo atq; in feruore uirtutis se exercuerat: multorumq; animas ad deum perducere exhortando satagebat. Florentius uero simplicitati atq; orationi deditam ducebat uitam. Non longe autem erat monasterium quod rectoris sui morte erat destitutum: ex quo sibi monachi eũdem Euthicium præsse uoluerunt. Qui eorum precibus acquiescens, mul-

tis annis monasterium rexit, discipulorumq; animas in studio sanctæ cõuersationis exercuit. Ac ne oratorium in quo prius habitauerat, solum remanere potuisset: illis uenerabilem uirum Florẽtium reliquit. In quo dum solus habitaret: die quadam se se in orationem dedit, atq; ab omnipotenti domino petijt: ut ei illic ad habitandum aliquod solatiũ donare dignaretur. Qui mox ut impleuit orationem, oratorium egressus, ante foras ursum reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret: nihilq; feritatis in suis motibus demonstraret: aperte dabat intelligi, quod ad uiri Dei obsequium uenisset: quod uir quoq; domini protinus agnouit. Et quia in eadem cella quatuor uel quinq; pecudes remanserãt quibus omnino deerat qui pasceret & custodiret: eidem urso præcepit dicens, Vade, atq; oues has ad pastũ eñce: ad horam uero sextam reuertere. Cœpit itaq; hoc indesinenter agere. Iniungebatur urso cura pastoris: & quas manducare cõsueuerat: pascebat oues bestia ieiuna. Cum uir domini ieiunare uolebat ad nonam, percipiebat urso eadem hora cum ouibus reuerti: cum uero noluisset: ad sextam. In omnibus itaq; mandatis uiri dei obtemperabat ursus ut neq; ad sextam iussus redire, ueniret ad nonam: neque ad nonam iussus redire, ueniret ad sextam. Cumq; diu hoc ageretur: cœpit in loco eodẽ tantæ uirtutis fama longe lateq; crescere.

Sed quia antiquus hostis unde bonos cernit emitescere ad gloriam: inde peruersos per inuidiam rapit ad pœnam: quatuor uiri ex discipulis uenerabilis Euthicij uehementer inuidentes quod eorum magister signa non faceret: & is qui solus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus appareret: eundem ursum insidiantes occiderũt. Cumq; hora qua iussus fuerat non rediret: uir dei Florentius suspectus est redditus, & usq; ad horam uesperam expectans: affligi cœpit quod idem quem ex simplicitate multa fratrem uocare consueuerat: ursus minime reuerteretur. Die uero altera perrexit ad agrum ursum pariter ouesq; quæsiturus: quem occisum reperit. Sed sollicite inquirens: citius a quibus fuerat occisus inuenit. Tunc se se in lamentum dedit, fratrum malitiam magis quam ursi mortẽ deplorans. Quem uenerandus uir Euthicius ad se deductũ consolari studuit: sed idẽ uir domini coram eo doloris magni stimulis accensus: imprecatus est dicens, Spero in omnipotenti deo: quia in hac uita ante oculos omnium ex sua malitia uindictam recipiant: qui nihil se lædentem ursum meũ occiderunt. Cuius uocem protinus ultio diuina secuta est. Nam quatuor monachi qui ursum occiderant, statim elephantino morbo percussi sunt: ut mẽbris putrescentibus interirent. Quod factum uir dei Florentius uehementer expauit: ſque ita fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim uitæ suæ tempore flebat: quia exauditus fuerat: se crudelem: se in eorum morte clamauit homicidam. Quod idcirco omnipotentem dominum fecisse credimus: ne uir mirę simplicitatis quantolibet dolore commotus, intorquere ultra præsumeret iaculum maledictionis.

Petrus. Nũquidnam ualde graue esse credimus: si fortasse cuilibet exagitante iracundia maledicamus?

Gregorius. De hoc peccato cur me percunctaris an graue sit, cum Paulus dicat, neq; maledici regnum Dei possidebunt? Pensa itaq; quam grauis culpa est, quæ separat a regno cœlestis uitæ.

Petrus. Quid si homo non fortasse ex malitia: sed ex linguæ incuria ma-

ledictionis uerbum iaculatur in proximum?

Gregorius. Si apud districtum iudicem Petre otiosus sermo reprehenditur: quanto magis & noxius? Pensa ergo quantum sit damnabilis qui a malitia nō uacat: si & ille sermo pœnalis est, q a bonitate utilitatis uacat.

Petrus. Assentio.

Gregorius. Idem uir Dei egit aliud: quod silere non debeo. Cum enim magna eius opinio longe lateq; crebresceret: quidam diaconus longe positus ad eum pergere studuit: ut eius se orationibus commendaret. Qui ad eius cellulam ueniens, omnem locum per circuitum inuenit innumeris serpentibus plenum. Cumq; uehementer expaueſceret, clamauit dicens, Serue Dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus uero Florentius: ad cœlum oculos & palmas tetēdit: ut illam pestem sicut sciret dominus auferret. Ad cuius uocem subito cœlum intonuit, atq; idem tonitrus omnes illos qui eundem locum occupauerant, serpentes interemit. Quos cū uir Dei Florentius interemptos aspiceret: dixit, Ecce illos occidisti domine: quis eos hinc leuabit? Moxq; ad eius uocem tantæ aues uenerunt, quanti serpentes occisi fuerant: quæ asportantes singulos, & longius proiicientes: locum habitationis illius mundum a serpentibus omnimodo reddiderunt.

Petrus. Quid uirtutis, quid fuisse meriti dicimus, quod eius ori tantum factus est deus proximus?

Gregorius. Apud omnipotentis Dei singularem munditiam atq; eius simplicem naturam multum Petre humani cordis munditia ātq; simplicitas ualet. Hoc ipsum nanq; quod eius famuli a terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciunt, & mentem per uerba spargere atq; inquinare deuitant, auctoris sui præ cæteris exauditionem impetrant. Cui inquantum est possibile, ipsa puritate ac simplicitate cogitationis, quasi ex quadam iam similitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter otiosa: nonnunquam uero etiam (quod est grauius) noxia loquimur: os nostrū omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quāto huic mundo proximum. Multum quippe deorsum ducimur: dum locutione continua secularibus admiscemur. Quod bene Esaias post quam regem dominum exercituum uidit, in semetipso reprehendit, & pœnituit dicens: Væ mihi quia tacui: quia uir pollutus labijs ego sum. Qui cur polluta labia haberet: ostendit cum subiunxit, in medio populi polluta labia habentis ego habito. Pollutionem nanq; labiorum habere se doluit: sed unde hanc contraxerit indicauit: cum in medio populi polluta labia habētis se habitare perhibuit. Valde enim difficile est, ut lingua secularium mentem non inquinet quam tangit: quia dum plerunq; eis ad quædam loquenda condescendimus: paulisper assueti, hanc ipsam locutionē quæ nobis indigna est: etiam delectabiliter tenemus, ut ex ea iam redire non libeat: ad quam uelut ex condescensione deducti, uenimus inuiti. Sicq; fit ut ab otiosis ad noxia, a leuioribus ad grauiora uerba ueniamus: & os nostrum ab omnipotenti domino tanto iam minus exauditur in prece: quanto amplius inquinatur stulta locutione: quia sicut scriptum est, qui auertit aurem suam ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Quid ergo mirum si postulantes tarde a domino audimur: qui præcipientem dominum aut tarde, aut nullo modo audimus? Et quid mirum si Florentius

in prece sua citius est auditus: qui in præceptis suis dñm citius audiuit?

1 Petrus. Nihil est quod responderi ualeat apertæ rationi.

Euthicius post mortem claruit uirtute signorum.

Gregorius. Euthicius uero qui prædicti Florentij in uia domini socius fuerat: magis post mortem claruit in uirtute signorum. Nam cum multa ciues urbis illius de eo soleãt narrare miracula: illud tamen est præcipuũ: quod usq; ad hæc Longobardorum tempora omnipotens deus per uestimẽtum illius assidue dignabatur operari. Nam quoties pluuia deerat, & æstu nimio terram longa siccitas exurebat: collecti in unum ciues urbis illius: eius tunicam leuare, atq; in conspectu domini cum precibus offerre consueuerant. Cum qua dum per agros pergerent exorantes, repente pluuia tribuebatur: quæ plene terram satiare potuisset. Ex qua re patuit, eius anima quid uirtutis intus, quid meriti haberet: cuius foris ostensa uestis iram conditoris auerteret.

2 *Nota tu qui sanctis detrahis, & nihil post mortem posse contendis, cum tantum uel sola sancti uestis potuerit.*

Habetur in libro tertio Dialogorum eiusdem Cap. 4.

VITA MARCII MONACHI DE MONTE Marsico per D. Gregorium Papam Scripta.

B Vper in parte Campaniæ uir ualde uenerabilis Marsius nomine, in monte Marsico solitariã uitam duxit, multisq; annis in specu angustissimo inclusus fuit: quem multi ex nostris nouerunt, eiusq; actibus præsentes extiterunt. De quo multa ipsæ & beatæ memoriæ Papa Pelagio prędecessore meo, & alijs religiosissimis uiris narrantibus agnoui. Cuius hoc miraculum primum fuit: quod mox ut se in prædicti montis foramine contulit: ex petra eadem quę in semetipsa concaua auguſtũ specum fecerat, aquę stilla prorupit: quę Marcio dei famulo in usu quotidiano sufficeret: & nec plus adesset, nec necesitati deesset. Qua in rẽ ostendit omnipotẽs deus quantam sui famuli curam gereret: cui uetusto miraculo potũ in solitudine ex petrę duritia ministraret. Sed antiquus hostis humani generis inimicus, eius uirtutibus inuidens: hunc usitata arte pellere ex eo specu molitus est. Nam amicam sibi bestiam: serpentem scilicet ingressus: hunc ab eadem habitatione eijcere facto terrore conatus est. Cępit etenim serpens in speluncam uenire, solus cũ solo eoq; orante se ante illũ sternere: & cũ cubante pariter cubare. Sed uir sanctus omnino imperterritus eius ori manũ uel pedẽ extendebat: dicẽs, Si licentiã accepisti ut ferias: ego nõ prohibeo. Cumq; hoc continuæ per triennĩ gereretur: die quadam antiquus hostis tanta hac eius fortitudine uictus infrẽmuit: secq; per deuexũ montis latus in præcipiciũ serpens dedit: omniaq; arbusta loci illius flãma ex se exeunte concremauit. Qui in eo quod montis latus omne combusisit, cogẽte omnipotente deo monstrare compulsus est, quanta uirtutis fuerat, qui uictus abscedebat. Perpende quæso iste uir domini in quo montis uertice stetit: qui cum serpente per triennium iacuit securus.

Petrus. Audito paueo.

Gregorius: Vir iste uenerabilis inclusionis suæ tempore primo decreuerat ut altra mulierem non uideret: non quia aspernabatur sexũ: sed ex contemplata specie, tentationis, incurrere metuebat uitiũ. Quod quædã mulier audiens, audacter ascendit montem: atq; ad eius specum impudenter prorupit. At ille paulo longius intuens, & uenientis ad se muliebria indu-

mentca conſpiciens, ſe ſe in orationem dedit: in terram faciem depreſsit, & couſq; proſtratus iacuit: quo impudens mulier a feneſtra cellulæ illius fatigata recederet. Quæ die eodem mox ut de monte deſcendit: uitã finiuit: ut ex mortis ei⁹ ſententia daretur intelligi, quia ualde omnipotenti deo diſplicuit, quod eius famulũ auſu improbo contriſtauit.

Alio quoq; tempore dum multi adhunc religioſa deuotione concurrerent, atq; arcta eſſet ſemita quę in diuexo montis latere ad eius cellulam properantes ducebat: puer paruulus incaute gradiens: ex eodem monte cecidit, & uſq; ad uellem corruit: quæ ſub mõte eodem ſita quaſi in profundo conſpicitur. In loco quippe eodem tanta mons ipſe altitudine excreuit: ut arbuſta ingentia quæ ex eadem ualle prodeunt, ex monte aſpicientibus quaſi fruteta eſſe uideantur. Perturbati itaq; ſunt cuncti qui ueniebant: ſummaq; cura quæſitum eſt ſicubi corpus elapſi pueri potuiſſet inueniri. Quis enim aliud niſi extinctũ crederet: quis uel corpus ad terrã integrũ peruenisſe ſuſpicaretur, dum interpoſitis ubiq; ſcopulis in partes diſcerpi potuiſſet? Sed requiſitus puer, in ualle inuẽtus eſt, non ſolũ uiuus, ſed ẽt incolumis. Tunc cunctis patenter innotuit, quod ideo lædi non potuit: quia hunc in caſu ſuo Marcĩ oratio portauit.

In ſpecu uero illius magna deſuper rupes eminebat, quæ cum ex parte exigua monti uideretur affixa: Marcĩ cellę prominens caſum ſuum quotidie, & illius interitũ ruitura minabatur. Ad hunc Maſcatus illuſtris uir, Armentarĩ nepos, cũ magna ruſticorũ multitudine ueniens, precabatur ut uir dei de ſpecu eodem dignaret exire: quatenus ipſe ruituram rupem ex monte potuiſſet euellere: atq; in ſpecu ſuo dei famulus iam ſecurus habitaret. Cumq; hoc uir dei nequaquam acquieſceret: ei quod poſſet ut faceret præcepit, & ipſe in cellæ ſuæ remotiori ſe parte contulit. Si tamen moles rueret, dubiũ non erat quod ſimul & ſpecũ deſtrueret, & Marciũ necaret. Itaq; dum ea quæ uenerat multitudo conaretur ſi poſſet ſine periculo uiri dei ingens illud quod deſuper incubuerat ſaxum leuare: cunctis uidentibus repente res ualde admirabilis contigit: quia moles ipſa quam conabanr euellere, ſubito ab eiſdẽ laborantibus euulſa: ne ſpeluncę Marcĩ tectũ tangeret, ſaltũ dedit, & quaſi ſerui dei læſionem fugiens, longuis cecidit. Quod ad iuſſum oĩpotẽtis dei angelico miniſterio actũ intelligit: qui diuina prouidentia diſponi omnia fideliter credit.

His cum primũ ſe in eundem montem contulit: nec dum clauſo ſpecu habitans: cathena ſibi ferrea pedem ligauit, eamq; ſaxo ex parte altera affixit: ne ei ultra liceret progredi, quam cathenæ eiuſdem quantitas tendebatur. Qui uir uitæ uenerabilis Benedictus audiens, ei per diſcipulum ſuum mandare curauit. Si ſeruus dei es, non teneat te cathena ferri, ſed cathena Chriſti. Ad qua mu ocem Marcius protinus eundem compedem ſoluit: ſed nunquam poſtmodũ ſolutum tetendit pedem ultra locum qui hunc tenere ligatũ conſueuerat, atq; in tanto ſe ſpatio ſine cathena coercuit: ni quanto & antea ligatus manſit.

Qui dum ſe poſtmodũ in eiuſdem loci ſpecu concluſiſſet: cępit etiã diſcipulos habere: qui ab eius ſpecu ſeorſum habitantes, ad uſum uitæ aquã de puteo haurire conſueuerant. Sed funis in quo ad hauriendam aquam ſitula dependebat, crebro rumpebatur. Vnde factũ eſt ut eandem cathenam quam ex pede ſuo uir domini ſoluerat, eius diſcipuli peterent, eamq;

funi adiungerent: atq; in illam situlam ligarent. Ex quo iam tempore contigit, ut idem funis & quotidie tingeret aqua, & nunquam rumperetur. Quia enim cathenam uiri dei funis ille contigit, ipse quoque ad tolerandam aquam, ferri in se fortitudinem traxit.

Petrus. Facta hæc placent: quia mira sunt, & multum recentia.

Habetur lib. iij. Dialogi eiusdem Cap. 17.

VITA MONACHI EX MONTE ARGENTARIO qui mortuum suscitauit, per D. Gregorium Papam Scripta.

n

Ostris temporibus quidam uir quadragesimus nomine, Buxentinæ ecclesię subdiaconus fuit: qui ouium suarũ gregem pascere in Aureliæ partibus solebat. Cuius ualde ueracis uiri narratione res mira innotuit quæ secreto fuerat gesta. Is nanq; (ut prædiximus) dum gregis sui in Aurelia curam gereret: in diebus eiusdem uir fuit e monte qui Argentarius uocatur, uenerabilis uitæ: qui habitũ monachi quem prætendebat specie, moribus explebat. Hic itaq; ad ecclesiam beati Petri apostolorũ principis ab eodẽ monte Argentario annis singulis uenire consueuerat: atq; ad hunc (quem prędixi) Quadragesimũ subdiaconum (sicut ipse narrauit) hospitalitatis gratia declinabat. Quadam uero die dum eius hospitiũ (quod non longe ab ecclesia aberat) intrasset: cuiusdam pauperculæ maritus iuxta defunctus est: quem ex more lotũ, uestimentis indutũ, & sabano constrictũ, superuenientes uespere sepelire nequiuerunt. Igitur iuxta defuncti corpus uiduata mulier sedit, quę in magnis fletibus noctem ducens: continuis lamentorũ uocibus satisfaciebat dolori. Cũq; hoc diutius fieret, & flere mulier nullo modo cessaret: uir dei qui receptus hospitio fuerat, Quadragesimo subdiacono compunctus ait, Dolori huius mulieris anima mea compatitur: rogo surge & oremus. Perrexerunt igitur utriq; ad uicinam ecclesiam: se secq; pariter in oratione dederunt. Cumq; diutius orassent: cõplere orationem Quadragesimũ subdiaconũ seruus dei petijt. Qua completa ab altaris crepidine puluerem collegit, atq; cũ eodem quadragesimo ad defuncti corpus accessit: secq; ibidem in orationẽ dedit. Cumq; diutius orasset, iam non sicut prius fecerat, orationem compleri per subdiaconũ uoluit: sed ipse benedictionem dedit, statimq; surrexit. Et quia manu dextera collectũ puluerem gestabat: sinistra palliũ quo facies defuncti uelabatur, abstulit. Quod cũ mulier fieri cerneret: contradicere uehementer cœpit, & mirari quid uellet facere. Ablato itaq; pallio, diu eo quem collegerat puluere defuncti faciem fricauit. Qui cũ diutius fricaretur, recepit animam, oscitauit, oculos aperuit, sesecq; eleuans resedit, quid erga se ageretur miratus est, ac si de grauissimo somno fuisset excitatus. Quod cũ mulier lamentis fatigata conspiceret, cępit ex gaudio magis flere, & uoces amplius edere. Quam uir domini modesta prohibitione compescuit, dicens, Tace, tace: sed si quis te requisiuerit qualiter factũ sit hoc: solũmodo dic: quia dominus Iesus Christus opera sua fecit. Dixit hoc, atq; ab eius hospitio exiuit. Quadragesimum subdiaconũ protinus reliquit, & in loco eodem ultra non comparuit. Temporalem nanq; honorem fugiens, egit ut ab ijs a quibus uisus in tanta uirtute fuerat, nunquam iam in hac uita uideretur.

1 *Vide consuetudinem laudãdi corpora defunctorum esse antiquã. Vt habes etiã seruatum fuisse in corpore Thabitæ quam suscitauit Petrus Act. ix.*

2 *Mirũ ualde quod non inuerint potius in hortum seu ad montem, si ecclesia nil ualet ad orationes, ut insulsissimi quidã dixerunt.*

Petrus.

Petrus. Quid alij sentiant ignoro, ego autem præ cunctis miraculis hoc potius existimo esse miraculum, quod ad uitam mortui redeunt: eorumq; animæ ad carnem ex occulto reuocantur.

Gregorius. Si uisibilia attendimus, ita necesse est ut credamus. Si uero inuisibilia pensamus, nimirū constat quia maius est miraculū prædicationis uerbo, atq; orationis solatio peccatorē conuertere, quam carne mortuum suscitare. In isto enim re suscitatur caro iterum moritura, in illo uero anima in æternū uictura. Cū enim propono duos, in quo horū existimas maiori factū uirtute miraculū? Lazarū quippe quem iam fidelem credimus fuisse, carne dominus suscitauit: Saulū uero resuscitauit in mente. Et quidem post resurrectionem carnis de Lazari uirtutibus tacetur. Nam post resurrectionem animæ, capere nostra infirmitas non ualet, quanta in sacro eloquio de Pauli uirtutibus dicuntur. Quam illius crudelissimæ cogitationes ad pietatis mollia conuersæ sunt uiscera. Quam mori cupit pro fratribus, in quorū prius morte gaudebat. Quam plenus omnis scripturæ scientia nil se scire iudicat, nisi Christū Iesum, & hunc crucifixum. Quam pro Christo uirgis libenter cedit, quem gladijs insequebat. Quam apostolatus honore sublimis est, sed tamen sponte fit paruulus in medio discipulorū. Quam ad cœli tertij secreta ducitur, & tamen mentis oculum per compassionem reflectit ad dispēsandum cubile coniugatorū dicens, Vxori uir debitū reddat, & uxor uiro. Quam admiscet in contemplatione cętibus angelorū, & tamen non aspernat cogitare atq; disponere facta carnalium. Quam gaudet in infirmitatibus, sibiq; in contumelijs placet. Quam ei uiuere Christus est, & mori lucrum. Quam totū iam extra carnem est hoc ipsum quod uiuit in carne. Ecce qualiter uiuit, qui ab inferno mente ad uitā pietatis redijt. Minus est ergo quempiam in carne suscitari: nisi forte per uiuificationem carnis ad uitam reducat mentis, ut ei hoc agatur per exterius miraculū, quatenus conuersus interius uiuificetur.

Petrus. Valde infra credidi hoc, quod modo quam sit incomparabiliter superius agnoui.

VITA ALTERIVS MONACHI BENEDICTI per D. Gregorium Papam Scripta.

Habetur lib. iij. Dialogi eiusdem Cap. 8.

Rater quidam mecū est in monasterio conuersatus, in scriptura sacra studiosissimus: qui me ætate prębat, hic ex multis quæ nesciebam me ædificare consueuerat. Huius itaq; narratione didici: quod fuit quidam in Campaniæ partibus intra quadragesimū Romanæ urbis miliarū: nomine Benedictus: equidem ætate iuuenis sed moribus grandæuus, & in sanctæ conuersationis regula se fortiter stringens. Quem Totilæ Regis tempore cū Gothi reperissent: hunc incendere cū sua cella moliti sunt. Ignem nanq; posuerunt, sed in circuitu arserunt omnia: cella uero illius igne comburi non potuit. Quod uidentes Gothi, magisq; sæuientes, atq; hunc ex suo habitaculo trahentes, non longe aspexerunt succensum clibanū qui coquendis panibus parabatur: eumq; in illo proiecerūt: clibanumq; clauserunt. Sed die altera ita illæsus inuentus est: ut non solum eius caro ab ignibus, sed neq; extrema ullo modo uestimenta cremarentur.

Petrus. Antiquum trium puerorum miraculum audio: qui proiecti in ignibus læsi non sunt.

Gregorius. Illud ut opinor miraculum ex parte aliqua dissimiliter gestum est. Tũc quippe tres pueri ligatis pedibus ac manibus in ignẽ proiecti sunt, quos die altera rex requirens, in camino illæsis uestibus deambulantes reperit. Ex qua re colligitur: quia ignis in quo iactati fuerant, qui uestimenta eorum non contingit, eorum uincula consumpsit: ut uno eodemq; tempore in obsequio iustorum & haberet flamma uirtutem suam ad solatium, & non haberet ad tormentum.

Habetur lib. iij. Dialogi eiusdẽ Cap. 22.

VITA PRESBYTERI PROVINCIÆ VALERIÆ per D. Gregorium Papam Scripta.

IN Valeria prouincia res est hæc gesta quam narro: mihiq; beatæ memoriæ abbatis mei Valentionis relatione cognita. Ibi etenim quidam uenerabilis sacerdos erat: qui cũ clericis suis dei laudibus bonisq; operib⁹ intentus, sanctæ conuersationis uitam ducebat. Superueniente autem uocationis die defunctus est, atque ante ecclesiam sepultus. Eidem uero ecclesiæ caulæ inhærebant ouium: atq; idem locus in quo sepultus est ad easdem oues tendentibus peruius erat. Quadam autem nocte cũ clericis intra ecclesiam psallentibus fur uenisset: ut ingressus caulas furtũ faceret, ueruecem tulit: & concitus exijt. Cũ uero peruenisset ad locum ubi uir domini sepultus erat: repente hæsit, & gressum mouere non potuit. Veruecem quidem de collo deposuit: eumq; dimittere uoluit, sed manum laxare nõ ualuit. Cepit igitur stare miser cũ præda sua reus & ligatus. Volebat ueruecem dimittere, nec ualebat. Volebat egredi cum ueruece: nec poterat. Miro itaq; modo fur qui a uiuis uideri timuerat: hunc mortuus tenebat. Cum itaq; gressus manusq; illius fuissent obstricta: immobilis perstitit. Facto autem mane, expletis laudibus dei, ab ecclesia egressi sunt clerici, & inuenerunt ignotũ hominem ueruecem tenentem manu. Res uenit in dubium, utrum ueruecem tolleret: an offerret, sed culpę reus citius indicauit pœnam. Mirati omnes: quia ingressus fur uiri dei merito ad prædam suam stabat ligatus. Qui se pro eo protinus in orationẽ dederunt: suisq; precibus uix obtinere ualuerunt, ut qui res eorum uenerat rapere: saltem uacuus exire mereretur. Itaque fur qui diu steterat cum præda captiuus, quandoq; exijt uacuus & liber.

1 *Quadam nocte clericis intra ecclesiã psallẽtibus. Vide hic antiquum morem esse, celebrare horas nocturnas in templis.*

2 *Tu qui negas sanctos post mortẽ posse aliquid, aspice si iustus mortuus peccatorem uiuum ligauit.*

Petrus. Apparet quantæ sit super nos dulcedinis omnipotens deus, cuius erga nos fiunt tam iocunda miracula.

Habetur libro tertio Dialogi eiusdem. Capit. 23. 24. & 25.

VITA ABBATIS PRÆNESTINI MONTIS eiusq; presbyteri, nec non Theodori & Abundij mansionariorum Ecclesiæ beati Petri Apostoli urbis Romæ, per D. Gregorium papam scripta.

PRæneſtinæ urbi mons præeminet in quo beati Petri apostoli Monasterium situm est, uirorum dei. quorũ relatione adhuc in Monasterio positus audisse me contigit magnũ hoc quod narro miraculum: quod eiusdem Monasterij monachi nosse se testabantur.

In eo nanq; Monasterio fuit pater uitæ uenerabilis, qui quendam monachum nutriens, usq; ad reuerendos prouexit mores. Cumq; eum in timore domini uideret excreuisse: in eodem sibi Monasterio tunc presbyterum fecit ordinari. Cui post ordinationem suam (quia non longe abesset, eius exitus per reuelationem indicatus est. A prædicto autem patre Monasterij petijt, quatenus ei cõcederet ut sibi sepulchrum pararet. Cui ille respondit. Ante te quidem ego morituru sum: sed tamen uade, & sicut uis præpara sepulchrum tuum. Recessit igitur, & præparauit. Cũ non post multos dies senex pater febre præuentus ad extrema peruenit: atq; assistenti presbytero iussit dicens: In tuo sepulchro pone me. Cumq; ille diceret: Scis quia ego modo te secuturus sum: utroscq; capere non potest. Abbas protinus respondit. Ita fac ut dixi, quia sepulchrum tuum ambos nos capit. Defunctus itaq; est: atq; in sepulchro eodem quod sibi presbyter parauerat positus.

Mox quoq; & presbyterum corporis languor sequutus est: quo languore crescente citius presbyter uitam finiuit. Cumq; ad sepulchrum qđ sibi ipsi parauerat, corpus illius fuisset a fratribus deportatum: aperto eodem sepulchro uiderunt omnes qui aderant, locum non esse ubi poni potuisset: quia corpus patris Monasterij quod illic ante positum fuerat, omne illud sepulchrum tenebat. Cumq; fratres qui presbyteri corpus detulerant, factam sibi sepeliendi difficultatem uiderent: unus eorum exclamauit dicens. O pater ubi est quod dixisti: quia sepulchrum istud ambos uos caperet? Ad cuius uocem subito cunctis uidentibus Abbatis corpus quod illic ante positum fuerat: & supinum iacebat, se uertit in latere: & uacantem sepulchri locum ad sepeliendũ presbyteri corpus præbuit: & quia utroscq; ille locus caperet: sicut uiuus promiserat, mortuus impleuit. Sed quia hoc quod prædixi, apud Prænestinam urbem in beati Petri apostoli Monasterio gestum est: uisne aliquid etiam in hac urbe de eius ecclesiæ custodibus ubi sacratissimum corpus illius est, positum audire.

Petrus. Volo: atq; id ut fiat magnopere deprecor.

Gregorius. Adhuc supersunt aliqui qui Theodorum eius ecclesiæ custodem nouerunt: cuius narrationi innotuit res quæ ei contigit ualde memorabilis. Qui quadam nocte dum citius ad melioranda iuxta ianuam lumina surrexisset: ex more ligneis gradibus sub lampade positis stabat: & lampadis refouebat lumen. Tunc repente beatus Petrus apostolus in stola candida deorsum in pauimento constitit: eicq; dixit. Colliberte quare tam citius surrexisti? Quo dicto ab oculis aspicientis euanuit, sed tãtus in eã pauor irruit: ut tota in illo corporis uirtus deficeret, & per dies multos de stratu suo surgere non ualeret. Qua in re quid idem beatus apostolus seruientibus sibi uoluit: nisi præsentia sui respectus ostendere, quia qc. quid pro eius ueneratione agerent: ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper uideret?

Petrus. Mihi hoc non tam apparet mirum quia uisus est, sed quia is qui eum uidit: cum sanus esset ægrotauit.

Gregorius. Quid super hac re miraris Petre? Nunquidnam menti excidit: quia cum Daniel propheta magnam illam ac terribilem uisionem uidit: ex qua etiam uisione contremuit: protinus adiungit. Et ego elangui et ægrotaui per dies plurimos. Caro enim ea quæ sunt spiritus, capere non

1 *Hoc miraculum contra eos facit, qui fidelium sepulturas negligunt, & negligendas prædicant.*

2 *Corpus beati Petri apostoli est in ecclesia sua in urbe Roma sita.*

3 *Multa contra hæreticos in loco colligũtur*
Lampadarum usum in ecclesia nõ esse nouum.
Sanctos præsentes esse ubi eorum corpora requiescunt.
Sanctos esse uenerãdos.
Sanctos uidere, & scire quæ in honore eorum fiunt.
Demum mercedem retribuere his qui eis seruiunt.

ualet: & iccirco no nnunquam cum mens humana ultra se ad uidendum ducitur; necesse est ut hoc carneum uasculum quod ferre talenti pondus non ualet, infirmetur.

Petrus. Scrupulum cogitationis meæ aperta ratio dissoluit.

Gregorius. Alius illic non ante longa tempora (sicut nostri seniores referunt) custos ecclesiæ Abundius dictus est: magnæ humilitatis atq; grauitatis uir: ita omnipotenti deo fideliter seruiens: ut idem beatus Petrus Apostolus signis ostenderet quam de illo haberet æstimationem. Nam cum quædam puella paralytica in eius ecclesia permanens, manibus repe ret: & dissolutis renibus corpus per terram traheret, diuq; ab eodem Petro Apostolo peteret, ut sanari mereretur: nocte quadam ei per uisionem astitit: & dixit, Vade ad Abundium mansionarium, & roga illum: atq; ip se tibi salutem restituet. Cumq; illa de tanta uisione certa esset: sed quis esset Abundius ignoraret: cœpit huc illucq; per ecclesiæ loca se trahere: ut quis esset Abundius inuestigaret. Cui repēte ipse factus est obuiam quem quæsiuit, eiq; dixit. Rogo te pater indica mihi, quis est Abundius custos? Cui ille respōdit. Ego sum. At illa inquit Pastor & nutritor noster beatus Petr⁹ Apostolus ad te me misit, ut ab infirmitate ista liberare me debeas. Cui ille respondit, si ab ipso missa es, surge, manumq; eius tenuit: et eam in statum suum protinus erexit. Sicq; ex illa hora omnes in eius corpore ner ui ac membra solidata sunt: ut solutionis illius signa ulterius nulla remane rent. Sed si cuncta quæ in eius ecclesia gesta cognouimus, euoluere conamur: ab o mnium iam proculdubio narratione conticescimus.

4 *Considera quomodo sancti ipsi quandoq; ex speciali gratia eis a deo concessa, potestatem habent faciēdi miracula, et signa ostendendi.*

Habentur libro tertio Dialogi eiusdem Cap. xxvi. cum sequentibus.

VITA MENÆ MONACHI, ET MARTYRIVM quadraginta rusticorū qui carnes immolaticas comedere, ac multitudinis captiuorum qui caput capræ adorare noluerunt, a Longobardis interfectorū, deq; Arriano Episcopo cęcato, et cōsecratione Ecclesiæ sanctæ Agathę urbis Romę, per D. Gregorium Papam scripta.

n Vper in Samnĩ prouincia quidam uenerabilis uir Menas nomine, solitariam uitam ducebat, qui nostrorum multis cognitus, ante hoc ferme est decēniū defunctus. De cuius operis narratione unum auctorem non infero, quia pene tot mihi in eius uita testes sunt quot Samnĩ prouinciā nouerunt.

Hic itaq; nihil ad usum suum aliud, nisi pauca apium uascula possidebat. Huic cum Lōgobardus quidam in eisdem apibus rapinam uoluisset ingerere, prius ab eodem uiro uerbo correptus est, & mox per malignum spiritum ante eius uestigia uexatus. Qua ex re factū est, ut sicut apud omnes incolas, ita etiam apud eandem barbaram gentem, eius celebre nomen haberetur, nullusq; ultra præsumeret eius cellulam, nisi humilis intrare. Sæpe uero ex uicina silua uenientes ursi apes eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos, ferula quam portare manu consueuerat cedebat. Ante cuius uerbera immanissimæ bestiæ rugiebant & fugiebant. Et quæ gladios formidare uix poterant, ex eius manu ictus ferulæ pertimescebant.

Huius

Huius studium fuit, nihil in hoc mundo habere, nihil quærere, omnes q ad se charitatis causa ueniebant, ad æternæ uitæ desideria accendere. Siquando autem quorumlibet culpas agnosceret, nunquam ab increpatione parceret, sed amoris igne succensus, studebat in eis uehementer p linguam sæuire. Consuetudinem uero uicini uel longe positi eiusdem loci ac colæ fecerant, ut diebus certis per hebdomadam unusquisq; ei oblatiões suas transmitteret, ut esset quod ipse ad se uenientibus offerre potuisset. Quodam uero tempore possessor quidam Carterius nomine, immundo desiderio deuictus, quandam sanctimonialem fœminam rapuit, sibiq; illicito matrimonio coniunxit. Quod mox ut uir domini cognouit, ei p quos potuit quæ fuerat dignus audire mandauit. Cumq; ille sceleris sui cõscius timeret, atq; ad uirũ dei nequaquam accedere præsumeret, ne forte hunc aspere ut delinquentes solebat increparet, fecit oblationes suas, easq; inter oblationes aliorum misit, ut eius munera saltem nesciendo susciperet. Sed cum coram eo fuissent oblationes omnium deportatæ, uir dei tacitus sedit, sigillatim omnes considerare studuit & omnes alias eligens, atque seorsum ponens, Oblationes quas idem carterius transmiserat, cognouit per spiritum, spreuit atq; abiecit, dicens, Ite & dicite ei, Oblationem suam omnipotenti deo abstulisti, & mihi tuas oblationes transmittis? ego oblationem tuam non accipio, quia suam abstulisti deo. Qua ex re factum est, ut præsentes quoq; magnus timor inuaderet, cum uir domini tam scienter de absentibus iudicaret.

I

Huc huc adeste quot quot nostro tempore Sanctimoniales fœminas matrimonio iungi suadetis & compellitis. Videte num copula hæc a sanctissimis uiris Ecclesiæ columnis approbetur et laudetur, an potius pro illicita, crimmosa & deo odibili habeatur?

Petrus. Multos horum suspicor martyrium subire potuisse, si eos tempus persecutionis inuenisset.

Gregorius. Duo sunt Petre martyrũ genera. Vnum in occulto, alterum quoq; in publico. Nam & si persecutio deest exterius, martyrũ meritum in occulto est: cum uirtus ad passionem prompta flagrat in animo. Quia enim esse possit & sine aperta passione martyriũ: testatur in euangelio dominus: qui Zebedæi filiũs adhuc præ infirmitate mentis maiora sessionis loca quærentibus dicit, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cui uidelicet cum responderent: possumus: ait utriq;. Calicem quidem meum bibetis, sedere aũt ad dexteram meam uel sinistram, nõ est meum dare uobis. Quid autẽ calicis nomen: nisi passionis poculũ significat? & cum nimirũ constet quia Iacobus in passione occubuit: Ioannes uero in pace ecclesiæ quieuit: incunctanter colligitur esse & sine aperta passione martyriũ, quando & ille calicem domini bibere dictus est, qui ex persecutione mortuus non est. De his aũt talibus tantisq; uiris quorũ superius memoriam feci, cur dicamus quia si persecutionis tempus extitisset, martyres esse potuissent, qui occulte antiqui hostis insidias tolerãtes: suosq; in hoc mundo aduersarios diligentes, cunctis carnalib⁹ desideriis resistentes: per hoc quod se omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam pacis tempore martyres fuerũt: dum nostris modo temporibus uiles quoq; & secularis uitæ personas: de quibus nil cœlestis gloriæ præsumi posse uidebatur: oborta occasione contigit ad martyrũ coronas peruenisse?

Nam ante hos ferme annos quindecim, sicut hi testantur qui interesse potuerunt, xl. rustici a longobardis capti, carnes immolatitias comedere compellebant. Qui cum ualde resisterent, & contingere cibũ sacrilegum nollent, cœpere longobardi qui eos tenuerant, nisi immolata comederent,

mortem eis minari. At illi æternam potius uitã quam præsentem ac transitoriam diligentes, firmiter perstiterunt: atq; in sua constantia simul oẽs occisi sunt. Quid itaq; isti nisi ueritatis martyres fuerunt, qui ne uetitũ comedendo, conditorem suũ offenderent, elegerunt gladijs uitam finire.

Eodem quoq; tempore dum fere quadraginta captiuos alios Longobardi tenuissent: more suo immolauerunt caput caprę diabolo: hoc ei per circuitum curentes, & carmine nefando dedicantes. Cumq; illud ipsi prius submissis ceruicibus adorarent: eos quoq; quos cęperant, hoc adorare pariter cõpellebant. Sed ex eisdem captiuis maxima multitudo magis eligens moriendo ad uitam immortalem tendere, quã adorando uitã mortalem tenere, obtemperare iussis sacrilegis noluit, & ceruicem quam semper creatori flexerat, creaturæ inclinare cotempsit. Vnde factũ est, ut hostes qui eos cęperant graui iracundia accensi, cunctos gladijs interficerent, quos in errore suo participes non haberẽt. Quid ergo mirũ si erumpente persecutionis tẽpore illi martyres esse potuissent, qui in ipsa quoq; pace ecclesiæ semetipsos semper affligentes, angustam martyrij tenuerũt uiam, quando ingruente persecutionis articulo hi etiam meruerunt martirij palmas accipere, qui in pace ecclesiæ latas huius seculi uias sequi uidebantur? Nec tamen hoc quod de eisdem electis decimus uiris, de cunctis iam quasi in regula tenemus. Nam cũ persecutionis aperte tempus irruit, sicut plerisq; martyriũ subire possunt, qui esse in pace ecclesiæ despicabiles uidentur, ita nonnunquam in debilitatis formidinem corruũt, qui in pace ecclesiæ prius fortiter stare uidebant. Sed eos de quib⁹ prædiximus, fieri martyres potuisse fideliter fatemur, qa hoc iam ex eorũ fine colligimus. Cadere enim nec in aperta persecutione poterant hi, de quibus cõstat quia & usq; ad finem uitæ in occulta animi uirtute perstiterunt.

Petrus. Vt asseris ita est: sed super indignos nos diuinæ misericordiæ dispẽsationẽ miror, quia Longobardorũ sæuitiam ita moderatur, ut eorũ sacerdotes sacrilegos, qui esse se fidelium quasi uictores uident, orthodoxorum fidem persequi minime permittat.

Gregorius. Hoc Petre facere plerunq; conati sunt: sed eorũ sæuitiæ miracula superna restiterunt. Vnde unũ narro quod per Bonifacium monasterij mei monachum qui usq; ante quadriennium cũ Longobardis fuit, adhuc ante triduum agnoui.

Cum ad spoletanam urbem Longobardorũ episcopus, scilicet arrianus uenisset, & locũ illic ubi solennia sua ageret nõ haberet, cępit ab eius ciuitatis episcopo ecclesiam petere quã suo errori dedicaret. Quod dum ualde episcopus negaret, idem quo uenerat Arrianus, beati Pauli apostoli ecclesiam illic cominus sitam se die altero uiolenter intraturũ professus est. Quod ejusdem ecclesię custos audiens festinus cucurrit, ecclesiã clausit, seris muniuit. Facto autem uespere lampades omnes extinxit: secq; in interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arrianus episcopus collecta multitudine aduenit, clausas ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repente cunctæ simul portæ diuinitus concussæ abiectis longius seris apertæ sunt, atq; cum magno sonitu omnia ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arrianus uero episcopus qui uim facturus aduenerat, subita cæcitate percussus est, atq; alienis iam manibus ad suũ habitaculum re-

2 *Habes hic lampadarum usum in eccle-*

ductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius præsumpserunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, ut quia eiusdem Arriani causa lampades in ecclesia beati Pauli fuerant extinctę, uno eodemq; tempore & ipse lumen perderet, & in ecclesiam lumen rediret.

fia antiquum esse, et tẽpla deo dicata sancta loca esse, quæ non impune quis temerare præsumat.

Sed neq; hoc sileam quod ad eiusdem Arrianæ hæreseos damnationẽ in hac quoq; urbe ante biennĩ pietas superna monstrauit, Ex ĩjs quippe quæ narro aliud populus agnouit, aliud autem sacerdos & custos ecclesiæ se audisse & uidisse testantur. Arrianorũ ecclesia in regione urbis illius quæ subura dicitur, cũ clausa usq; ante biennĩ remansisset, placuit ut in fide catholica introductis illic beati Stephani & sanctæ Marthæ martyrum reliquĩjs dedicari debuisset, quod factũ est. Nam cũ magna populi multitudine uenientes, atq; omnipotenti domino laudes canentes, eandẽ ecclesiam ingressi sumus. Cumq; in ea iam missarũ solennia celebrarentur, & præ eiusdem loci angustia populi se turba comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant, porcum subito intra suos pedes huc illucq; discurrere senserunt. Quem dum unusquisq; sentiret, & iuxta se stantibus indicaret: idem porcus ecclesiæ ianuas petĩt, & omnes per quos transĩt in admirationem cõmouit. Sed uideri a nullo potuit: quamuis sentiri potuisset. Quod idcirco diuina pietas ostendit, ut cunctis patesceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione missarũ recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte grauior sonitus excreuit, ac subito tanto terrore insonuit, ac si omnis illa ecclesia a fundamentis fuisset euersa, & protinus recessit, & nulla ulterius illic inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris sonitum quem fecit, innotuit quod a loco quem diu tenuerat coactus exiebat. Post paucos uero dies in magna serenitate aëris super altare eiusdem ecclesiæ nubes cęlitus descendit: suoq; illud uelamine operuit: omnemq; ecclesiam tanto terrore ac suauitatis odore repleuit, ut patentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoq; & custodes, & hi qui ad celebranda missarũ solennia uenerant: rem uidebant, ingredi minime poterant, & suauitatem mirifici odoris trahebant. Die uero alio cum in ea lampades sine lumine penderent: emisso diuinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies expletis missarum solennĩjs, extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus: post paululum intrauit, & lampades quas extinctas reliquerat: lucentes reperit. Quos negligenter extinxisse se credens: eas iam sollicitus extinxit, & exiens ecclesiam clausit. Sed post horarũ trium spatiũ regressus, lucentes lampades quas extinxerat, iterũ accensas inuenit, ut uidelicet ex ipso lumine aperte clarescceret, quia locus ille a tenebris ad lucem uenisset.

3

Tũ quĩ derides ecclesiarum cõsecrationes cum Missarum solennĩjs ac sanctorum reliquĩjs, necnon lampadarum accẽsionem in templis, uide quot & quanta miracula hic contigere, ut saltẽ pudore uictus linguam tẽperes in futurum.

Petrus. Et si in magnis sumus tribulationibus positi: quia tamen a conditore nostro non sumus omnino despecti; testantur ea quæ audio eius stupenda miracula.

Habetur lib. iij. Dialogi eiusdē Cap. ij.

VITA ERMIGILDI FILII REGIS VVISIGOthorum per D. Gregorium Papam Scripta.

Sicut multorum qui ab Hispaniarum partibus ueniunt, relatione cognouimus, nuper Ermigildus rex Liuigildi regis Vuisigothorū filius ab Arriana hęresi ad fidem catholicam uiro reuerentissimo Leandro Ispolitano Episcopo dudum mihi in amicitijs familiariter uincto prædicante conuersus est. Quem pater Arrianus ut ad eandem hæresim rediret, & præmijs suadere, & minus terrere conatus est. Cumq; ille cōstantissime responderet nunquam se ueram fidem posse relinquere quam semel agnouisset, iratus pater eum priuauit regno, rebusq; expoliauit omnibus. Cumq; nec sic uirtutem mentis illius emollire ualuisset, in arcta illū custodia cōcludens, collum manusq; illius ferro ligauit.

Cępit itaq; idem Ermigildus rex iuuenis terrenum regnū despicere, & forti desiderio cœleste quærens: in cilicijs uinculatus iacens, omnipotenti deo ad confortandum se preces effundere, tantoq; sublimius gloriam transeuntis mūdi despicere, quanto et religatus agnouerat nil fuisse quod

1 Paschalis Festiuitatis die.

potuerit auferri. Superueniente autem paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianū episcopū misit, ut ex eius manu sacrilegæ consecrationis cōmunionem perciperet, atq; per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed uir deo deditus Ariano Episcopo uenienti exprobrauit ut debuit, eiusq; a se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia & si exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus.

Ad se itaque reuerso episcopo Arianus pater infremuit statimq; suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem dei illic ubi iacebat occiderent, quod & factū est. Nam mox ut ingressi sunt, securem cerebro eius infigentes, uitam corporis abstulerunt, hocq; in eo ualuerunt perimere, quod ipsum quoq; qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed

2 Vide approbari a deo per hoc miraculum psalmodiam & lampadarum accensionē quibus in sepeliēdis nostrorū fidelium corporibus utitur catholica ecclesia.

pro ostendenda uera eius gloria, superna quoq; non defuere miracula. Nam cępit in nocturno silentio psalmodię cantus ad corpus eiusdē regis & martyris audiri, atque ideo ueraciter regis, quia & martyris. Quidam etiam ferunt, quod illic nocturno tēpore accensæ lampades apparebant, unde & factū est quatenus corpus illius, ut uidelicet martyris iure a cunctis fidelibus uenerari debuisset. Pater uero perfidus & parricida, cōmotus pœnitentia hoc fecisse se doluit, nec tamen usq; ad obtinendam salutem pertimuit. Nam quia uera esset catholica fides agnouit. Sed gentis suæ timore perterritus, ad hanc peruenire non meruit. Qui oborta ęgritudine ad extrema perductus est, & Leandro episcopo quem prius uehementer afflixerat: Richardū regem filiū suum quē in sua hæresi reliquerat: commendare curauit, ut in ipso quoq; talia faceret, qualia & in fratre suis exhortationibus fecisset. Qua cōmendatione expleta, defunctus est.

Vide etiam uenerari a cunctis fidelibus corpus martyris.

Post cuius mortē Richardus rex non patrem perfidū, sed fratrem martyrem sequens, ab Arianæ hæreseos prauitate conuersus est. Totā quoq; Vuisigothorū gentem ita ad ueram perduxit fidem, ut nullū in suo regno militare permitteret, qui regni dei hostis existere per hæreticam prauitatem non timeret. Nec mirū quod ueræ fidei prædicator factus est, qui frater est

ter est martyris, cuius hunc quoq; merita adiuuant, ut ad omnipotentis dei gremium tam multos reducat. Qua in re cõsiderandũ nobis est, quia totũ hoc agi nequaquam posset, si Ermigildus rex pro ueritate mortuus non fuisset. Nam sicut scriptũ est: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Hoc fieri uidemus in membris quod factũ scimus in capite. In Vuisigothorum etenim gente unus mortuus est, ut multi uiuerent, & dum unum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem animarum seges multa surrexit. 3

Sunt ergo sanctorum merita apud deum etiam post mortem.

Petrus. Res mira, & nostris stupenda temporibus.

VITA AFRICANORVM EPISCOPORVM, QVORUM LINGUÆ A VANDALIS PRO CHRISTIANÆ FIDEI CONFESSIONE ABSCISSÆ SUNT, PER D. GREGORIUM PAPAM SCRIPTA.

Habetur in libro tertio Dialogi eiusdem cap. 32.

Vstiniani Augusti temporibus, dum contra catholicorum fidem exorta a uandalis persecutio Ariana in Africa uehemẽter insaniret: quidam in defensione ueritatis episcopi fortiter persistentes, ad medium sunt deducti. Quos uandalorũ rex uerbis ac muneribus ad perfidiam flectere non ualens, tormentis frangere posse se credidit. Nam cum eis in ipsa defensione ueritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan cõsensisse uiderentur: raptus in furorem, eorum linguas abscindi radicitus præcepit. Res mira, & multis nota senioribus: quia ita pro defensione ueritatis etiam sine lingua loquebantur: sicut prius loqui per linguam consueuerant.

Petrus. Mirandum ualde, & uehementer stupendum.

Gregorius. Scriptum Petre est de unigenito summi patris: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. De cuius etiam uirtute subiungitur: Omnia per ipsum facta sunt. Quid igitur miramur, si uerba ædere sine lingua potuit uerbum quod fecit linguam?

Petrus. Placet quod dicis.

Gregorius. Hi itaq; eo tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem uenerunt. Eo quoq; tempore pro explendis responsis Ecclesiæ ad principem ipse transmissus sum, seniorem quendam Episcopum reperi, qui se adhuc eorũ ora sine linguis loquentia uidisse testabatur, ita ut apertis oribus clamarent, Ecce uidete, quia linguas non habemus, & loquimur. Videbatur enim a respicientibus ut ferebat, quia abscisis radicitus linguis quasi quoddam baratrum patebat in gutture: et tamen ore uacuo plena ad integrum uerba formabantur. Quorum illic unus in luxuriã lapsus, mox priuatus est dono miraculi, recto uidelicet omnipotentis Dei Iudicio, ut qui carnis continentiam seruare neglexerat, sine lingua carnea nõ haberet uerba ueritatis. Sed hæc nos pro Arianæ hæreseos damnatione dixisse sufficiat. 1

Vide mirabile procõ firmatione continentiæ in episcopo.

Habetur in libro tertio Dialogi eiusdem cap. 33.

VITA ELEVTHERII, SERVI DEI PER D. Gregorium Papam scripta.

Leutherius pater monasterij beati Euangelistæ Marci, qđ in Spoletanę urbis pomerijs situm est, diu mecum est in hac
e urbe in meo monasterio conuersatus, ibiq; defunctus est. Quem sui discipuli referebant plorãdo mortuum' suscitasse. Vir autem tantæ simplicitatis erat & compunctionis, ut dubium non esset quod illæ lachrymæ ex ea humili simpliciq; mente æditæ, apud omnipotentem deum multa obtinere potuissent. Huius ergo aliqđ miraculum narrabo, quod inquisitus mihi simpliciter & ipse fatebatur.

Quadam nanq; die dum iter carperet, facto uespere cum ad secedendum locus deesset, in monasterium uirginum deuenit, in quo quidã puer paruulus erat quem malignus spiritus omni nocte uexare cõsueuerat. Sed sanctimoniales fœminæ ut uirum dei susceperunt, eum rogauerunt dicentes, Tecum pater hac nocte puer iste maneat. Quem ipse benigne suscepit, secumq; eam nocte eadem iacere permisit. Facto autem mane cœperunt sanctimoniales fœminæ eundem patrẽ uigilanter inquirere, si quid ei puer quem dederant nocte eadem fecisset. Qui miratus cur ita requirerẽt, respondit, Nihil. Tunc illæ eiusdem pueri innotuerunt causam, & qđ malignus spiritus nulla ab eo nocte recederet indicauerunt, summopere postulantes ut hunc secum ad monasterium tolleret, quia iam uexationem, illius uidere ipsæ non possent. Consensit senex, puerum ad monasteriũ duxit. Qui cum multo tempore in monasterio fuisset, atq; ad hunc antiquus hostis accedere minime prę sumpsisset, eiusdem senis animus de salute pueri immoderatius per lætitiam tactus est. Nam coram positis fratribus dixit, Fratres, diabolus sibi cum illis sororibus iocabatur, at uero ubi ad seruos dei uentum est, ad hunc puerum accedere non prę sumpsit. Postquam uocem emisit, hora eadem ac momento idem puer coram cunctis fratribus diabolo se inuadente uexatus est, quo uiso senex se protinus in lamentum dedit. Quem dum lugentem diu fratres consolari uoluissent, respõdit
1 dicens, Credite mihi quia in nullius uestrum ore hodie panis ingreditur, nisi puer iste a dæmonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus strauit, & eousq; oratum est, quousq; puer a uexatione sanaret. Qui tam perfecte sanatus est, ut ad hunc malignus spiritus accedendi ausum ulterius non haberet.

Vide uim Orationis communis, & quam grata deo existat.

Petrus. Credo quod ei elatio parua surrepserat, sed eius discipulos omnipotens deus facti illius esse uoluit adiutores.

Gregorius. Ita est. Nam quia pondus miraculi solus portare nõ potuit, diuisit hoc cum fratribus, & portauit.

Huius uiri oratio quantæ uirtutis esset, in memetipso expertus sum. Nã cum quodam tempore in monasterio positus incisionem uitalium paterer, crebriscq; angustijs per horarum momenta ad exitum propinquarem quam medici molestiam Græco eloquio syncopin uocant, & nisi me frequenter fratres cibo reficerent, uitalis mihi spiritus funditus intercidi uide-
2 retur, pascalis supervenit dies. Et cum sacratissimo sabbato in quo omnes & paruuli pueri ieiunant, ego ieiunare non possem, cœpi plus mœrore quam infirmitate deficere. Sed tristis animus consilium citius inuenit, ut

In sacratißimo paschali sabbato omnes, etiã paruuli pueri ieiunãt

eundem uirum dei secreto in oratorium ducerem, eumq; peterem, quatenus mihi ut die illo uirtus ad ieiunandum daretur: suis apud omnipotentē dominum precibus obtineret, quod & factum est. Nam mox ut oratorium ingressi sumus, humiliter se se cum lachrymis in orationem dedit, & post paululum completa oratione exiit, & ad uocem benedictionis illius uirtutem tantam meus stomachus accepit, ut mihi funditus a memoria tolleretur cibus & ęgritudo. Cœpi mirari quis essem, quis fuerim, quia & cum ad animum redibat infirmitas, nihil in me ex his quę memineram recognoscebam. Cumq; in dispositione monasterij mens occupata fuisset, obliuiscebar fundit⁹ ęgritudinis meę. Si uero (ut prędixi) rediret ęgritudo ad memoriam, cum tam fortem me esse sentirem, mirabar si non comedissem. Qui ad uesperam ueniēs, tantę me fortitudinis inueni, ut si uoluissem ieiunium usq; ad diem alterum transferre potuissem. Sicq; factum est, ut in me probarem ea etiam de illo uera esse, qbus ipse minime interfuissem.

Petrus. Quia eundem uirum magnę compūctionis fuisse dixisti, ipsam lachrymarum uim largius addiscere cupio. Vnde quęso ut quot sunt genera compunctionis mihi edisseras.

Gregorius. In multas species compunctio diuiditur, quando singulę quęq; a pœnitentibus culpę planguntur, unde ex uoce quoq; pœnitentiū Hieremias ait. Diuisiones aquarū deduxit oculus meus. Principaliter uero compunctionis genera duo sunt: quia deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. Prius enim se se in lachrymis afficit, quia dū malorum suorum recolit, pro his perpeti æterna supplicia pertimescit. At uero cum longa mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione ueniæ securitas nascitur, & in amore cœlestiū gaudiorum animus inflammatur: & qui prius flebat ne duceretur ad supplicium: postmodum amarissime flere incipit, quia differtur a regno. Cōtemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituum, quæ maiestas æternæ uisionis dei: & amplius plangit, qa a bonis perennibus deest, quam fleuit prius cum mala æterna metuebat. Sicq; fit, ut perfecta compunctio formidinis, tradat animum compūctioni dilectionis.

Quod bene in sacra ueraciq; historia figurata narratione describit, quę ait, quod Axa filia Caleph sedens super asinū suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit. Da mihi benedictionem: terrę Australem & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Deditq; ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet, cum irrationabilibus carnis suæ motibus anima præsidet. Quæ suspirans a patre terram irriguam petit: quia a creatore nostro cum magno gemitu quę renda est lachrymarum gratia. Sunt nanq; nonnulli qui iam in dono perceperunt libere pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentib⁹ possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lachrymarę non habent. Hi nimirum terram Australem & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus positi in quibus magni atq; feruentes sunt, oportet nimirum ut aut timore supplicij: aut amore regni cœlestis mala ēt quæ antea perpetrauerunt, deplorent. Sed quia (ut dixi) duo sunt compūctionis genera: dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima, cum se se in lachrymis cœlestis

3

Si dominus satisfecit pro peccatis nostris, et non est opus alia nostra satisfactione, ut dicunt nostri temporis nebulones, cur dicit sanctissimus pontifex hic, oportere nos deflere mala quæ ante perpetrauimus? Cum dicat etiam eorum pseudo propheta, Optima pœnitētia nouæ uita. Sed hoc est, quia una cum satisfactione unigeniti filij sui, uult etiam deus satisfactiones nostras. Pro hoc uide auream D. Basilij doctrinam in Regulis breuioribus Interrogatione xij. quæ omnes isto-

rum strophas protur-bat & conculcat.

regni desiderio affligit. Irriguum uero inferius accipit: cum iferni supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, ac post irriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris, dignitate prę eminet: necesse fuit ut prius irriguum superius: & post irriguum inferius commemorari debuisset.

Petrus. Placet quod dicis:

Habetur in libro tertio Dialogi eiusdem cap. 35.

VITA AMANTII PRESBYTERI TVDERTINI per D. Gregorium Papam scripta.

Loridus Tudertinæ Ecclesiæ episcopus cuius ueritatis atq; sanctitatis est, dilectioni tuæ incognitum non est. Hic mihi

f esse apud se presbyterum quendam Amantiũ nomine præcipue simplicitatis narrauit, uirum quem hoc habeꝝ uirtutis perhibet: ut apostolorũ more manũ super ægros ponat, & salutem restituat: & quantũlibet uehemens ægritudo sit: ad tactum illius abscedat. Quem hoc etiam habere miraculi adiunxit: quia in quolibet loco quamuis immanissimæ asperitatis serpentem repererit: mox ut eum signo crucis signauerit, extinguit, ita ut uirtute crucis quam uir dei digito ædiderit, diruptis uisceribus moriatur. Quem si quando serpens in foramine fugerit, signo crucis os foraminis benedicit: statimq; ex foramine serpens iam mortuus trahit: Quem tantæ uirtutis uirum ipse etiam uidere curauit: eumq; ad me deductũ in infirmorũ domo paucis diebus manere uoluit: ubi siqua adesset curationis gratia: citius probari potuisset.

Ibi aũt quidam inter ægros alios mente captus iacebat, quem medici gręco uocabulo phreneticũ appellant. Qui nocte quadam cũ magnas uoces (scilicet ut insanus) æderet, cunctosq; ęgros immensis clamoribus perturbaret: ita ut nulli illic capere somnum liceret: fiebat res ualde mirabilis quia unde unus male, inde omnes deterius habebant. Sed sicut & prius a reuerentissimo Florido episcopo q tunc cũ prędicto presbytero illic pariter manebat: & post a puero q nocte eadem ęgrotantibus seruiebat, subtiliter agnoui, idem uenerabilis presbyter de proprio stratu surgẽs, ad lectum phrenetici silenter accessit, & super eum positis manibus orauit.

I Ecce Orationis uirtus.

Moxq; illũ melius habentem tulit, atq; in superiora domus secũ ad oratoriũ duxit: ubi pro eo liberius orationi incubuit, & statim eũ sanum ad lectũ proprium reduxit: ita ut nullas ulterius uoces ęderet, nec iam ęgrotorũ quempiam aliquo clamore perturbaret, nec iam ęgritudinẽ auxit alienam: qui perfecte receperat mentem suam. Ex quo eius uno facto didicimus: ut de eo illa omnia audita crederemus.

Petrus. Magnę uitę ędificatio est, uidere uiros tam mira facientes, atq; in ciuibus suis Hierusalem cœlestem in terra conspicere.

Habetur libro tertio Dialogi eiusdem Capitulo. 37.

VITA SANCTVLI PRESBYTERI ET VISIO REDempti Ferentinæ Ciuitatis Episcopi per D. Gregorium papam scripta.

Nte hos dies fere quadraginta uidisti apud eũ cuius superius memoriam feci, uenerabilis uitæ presbyterum sanctulũ

a nomine, qui ad me ex Nursię prouincia annis singulis uenire consueuit. Sed ex eadem prouincia quidam monachus ante triduum uenit: qui grauis nunciꝝ mœrore me perculit, quia

eundem uirum obijsse nunciauit, Huius ergo uiri & si non sine gemitu dulcedinis recolo: iam tamẽ sine formidine uirtutes narro, quas a uicinis eius sacerdotibus mira uirtute & simplicitate præditis agnoui. Et sicut inter amantes se animos hominum, magnum charitatis familiaritatis ausum præbet, a me plerunq; ex dulcedine exactus, ipse quoq; de his quæ egerat, extrema quædam fateri cogebatur.

Hic nanq; quodam tempore eum in prælo Longobardi oliuam præmerent, ut oleum liquari debuisset: sicut iucundus erat & uultu & animo utrem uacuum ad prælum detulit, laborantesq; Longobardos læto uultu salutauit, utrem protulit, & iubendo potiusquam petendo eum implere sibi dixit. Sed gentiles uiri quia tota iam die frustra laborauerant, atq; ab oliuis exigere oleum torquendo non poterant, uerba illius molestè susceperunt, eumq; iniurijs insectati sunt. Quibus uir domini latiori adhuc uultu respondit dicens: Si pro me oretis, istum utrem Sanctulo impleatis & sic a uobis reuertetur. Cumq; illi ex oliuis oleum defluere non cernerent, & uirum Dei ad implendũ utrem sibi insistere uiderẽt, uehemẽter ac censi, maioribus hunc uerborum contumelijs detestari cœperunt. Vir autem Dei uidens quod ex prælo oleum nullo modo exiret, aquam sibi dari petijt, quam cunctis uidentibus benedixit, atq; in prelũ suis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta ubertas olei erupit, ut Longobardi qui prius diu incassum laborauerant, nõ solum sua uascula omnia, sed utrem quoq; quem uir dei detulerat implentes, gratias agerent, quia is qui oleum petere uenerant: benedicendo dedit quod postulabat.

Alio quoq; tempore uehemens ubiq; fames incubuerat, & beati Laurentij martyris ecclesia fuerat a Longobardis incensa. Quam uir dei restaurare cupiens: artifices multos ac plures subministrantes operarios adhibuit, quibus necesse erat ut quotidiani sumptus laborantibus sine dilationi præberentur. Sed exigẽte eiusdem famis necessitate, panis defuit, cœperuntq; laborantes instanter uictum quærere, quia uires ad laborem per inopiam non haberent. Quod uir Dei audiens eos uerbis consolabatur foris, promittendo quod deerat, sed ipse grauiter anxiabatur intus exhibere cibum non ualens quem promittebat. Cum uero huc illucq; anxius pergeret: deuenit ad clibanum in quo uicinæ mulieres pridie panes coxerant, ibiq; incuruatus aspexit ne forte panis acoquentibus remansisset. Tunc repente panem miræ magnitudinis atq; insoliti candoris inuenit, quem quidem tulit, sed deferre artificibus noluit, ne fortasse alienus esset, & culpam uelut ex pietate perpetraret. Per uicinas itaq; hunc mulieres detulit, eumq; omnibus ostendit, ac ne cui earum remansisset inquisiuit. Omnes autem quæ pridie panem exerant, suum hunc esse negauerunt, atq; panes suos numero integro se a clibano retulisse professæ sunt. Tunc lætus uir domini perrexit ad multos artifices cum uno pane, & ut omnipotenti Deo gratias agerent admonuit. Et quia eis annonam præbuerat indicauit: eisq; ad refectionem protinus inuitatis inuẽtum panem apposuit. Quibus sufficienter plenecq; satiatis, plura ex eo quam ipse panis fuerat fragmẽta collegit. Quæ die quoq; altero eis ad refectionem intulit, sed id quod ex fragmentis supererat, ipsa quoq; quæ apposita fuerant fragmenta superabat. Factumq; est ut per dies decẽ omnes illi artifices atq; operarij ex illo pane satiati, hunc & quotidie ederent, & ex eo

1 *Ecce miraculũ a Deo ad aquæ benedictionem factum. Vides ergo quod aquæ, & aliarum creaturarũ benedictiones sunt deo gratæ & acceptæ non autem superuacaneæ & superstitiosæ, ut nunc perperam docent quidam.*

2 *Si impietas esset, & idolatria ecclesiam in honorem D. Laurentij martyris reædificare, non tantum miraculum in uno pane?*

cibandis illius artificibus dominus ostendisset. Est ergo res laudabilis, & Deo grata, quicquid oblo quantur nouis hæretici.

quotidie quod edi posset, in crastinum supereſt: ac si fragmenta panis illius per esum crescerent, & cibum comedentium ora repararent.

Petrus. Mira res, atq; in exemplum dominici operis uehementer omnibus stupenda.

Gregorius. Ipse Petre multos de uno pane pauit per seruum, qui ex qn que panibus quinq; milia hominum satiauit per semetipsum, qui pauca seminis grana in innumera segetum frumenta multiplicat, qui ipsa quoq; fœmina ptoduxit ex terra, & simul omnia creauit ex nihilo. Sed ne diutius mireris quid in uirtute domini uenerandus uir Sanctulus exterius fecerit, audi ex uirtute domini qualis interius fuit.

Die etenim quadam a Longobardis captus quidam diaconus tenebatur ligatus: eumq; ipsi qui tenuerant interficere cogitabant. A duesperascẽte autem die uir dei Sanctulus ab eisdem Longobardis petijt ut relaxari, eicq; uita cõcedi debuisset, quod posse se facere omnino negauerũt. Cũq; mortem illius deliberasse eos cerneret, petijt ut sibi ad custodiã tradi debuisset. Cui protinus responderunt: Tibi quidem eum ad custodiendum damus, sed ea conditione interposita, ut si iste fugerit, pro eo ipse moriaris. Quod uir domini libenter accipiens, prædictum diaconum in suam suscepit fidem, quem nocte media cum Longobardos omnes somno graui depressos aspiceret, excitauit & ait: Surge, & concitus fuge, liberet te omnipotens deus. Sed idem diaconus promissionis eius non immemor, respondit dicens: Fugere pater non possum: quia si ego fugero, pro me sine dubio ipse morieris. Quem uir domini Sanctulus ad fugiendum compulit, dicens: Surge & uade, te omnipotens Deus arripiat. Nam ego in manu eius sum: tantum in me possunt facere quantum ipse promiserit. Fugit itaq; diaconus, & quasi deceptus in medio fideiussor remansit. Facto igit̃ mane Longobardi qui diaconum ad custodiendum dederant uenerunt, quem dederant petierunt, sed hunc uenerandus presbyter fugisse respondit. Tunc illi inquiunt. Scis ipse melius quid conuenit. Seruus autem domini constanter ait: Scio. Cui dixerunt. Bonus homo es, nolumus te per uarios cruciatos mori, elige tibi mortem quamuis. Quibus uir domini respondit dicens: In manu Dei sum, ea morte me occidite, qua me occidi permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant Longobardis placuit ut eum capite truncare debuissent, quatenus sine graui cruciatu uitam eius compendiosa morte terminarent.

Cognito itaq; quod Sanctulus qui inter eos pro sanctitatis reuerentia magni honoris habebatur, occidendus esset: omnes q in eodem loco inuẽti sunt Longobardi conuenerunt: sicut sunt nimiæ crudelitatis, læti ad spectaculum mortis. Circunsteterunt itaq; acies. Vir autem domini deductus in mediũ est, atq; ex omnibus uiris fortibus electus est unus, de quo dubium non esset quin uno ictu caput eius abscinderet. Venerandus igit̃ uir inter armatos deductus, ad sua arma statim cucurrit: nam petijt ut sibi paululum orandi licentia daretur. Cui dum concessum fuisset: in terram se strauit & orauit. Qui dum paulo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulsauit ut surgeret, dicens: Surge, & flexo genu tende ceruicẽ. Surrexit autem uir domini, genu flexit, ceruicem tetendit, sed tenso collo

3 *Quid hic dicis hæreti*

eductam contra se spatam intuens, hoc unum publice fertur dixisse: sancte Ioannes suscipe illam. Tunc electus carnifex euaginatum gladium te

nẽs, nisu forti in altum brachium percussurus leuauit, sed deponere nullo modo potuit, nam repente diriguit, & erecto in cœlum gladio brachium inflexibile remansit. Tunc omnis Longobardorũ turba quæ ad illud mortis spectaculum aderat, in laudis fauorem cõuersa mirari cœpit, uirumq; Dei cum timore uenerari, quia profecto claruerat cuius sanctitatis esset qui carnificis sui brachiũ in aere ligasset. Itaq; postulatus ut surgeret, surrexit: postulatus ut brachium sui carnificis sanaret, negauit dicẽs: Ego pro eo nullo modo orabo, nisi mihi ante iuramentum dederit, quia cum ista manu christianum hominem non occidat. Sed Longobardus idem qui (ut ita dicam) brachium contra Deum tendendo perdiderat, pœna sua exigente compulsus est iurare se christianum hominem nunquam occidere. Tantum uir domini præcepit dicens: depone manum deorsum. Qui statim deposuit: atq; illico adiunxit: Remitte gladium in uaginam. Et statim remisit. Omnes ergo tantæ uirtutis hominem cognoscentes, boues et iumenta quæ depredati fuerant, certatim ei offerre in munere uolebãt, sed uir domini tale munus suscipere renuit: munus autem bonæ mercedis quę siuit, dicens: Si mihi aliquid uultis concedere, omnes captiuos quos habetis mihi tribuite, ut habeam unde pro uobis debeam orare, factumq; est, & omnes captiui cum eo dimissi sunt, atq; superna gratia disponente: cũ se unus pro uno morti obtulit, multos a morte liberauit.

Petrus. Mirares, & quamuis hanc ab aliis & ipse cognouerim, tamen fateor, quia mihi quoties narratur innouatur.

Gregorius. Nil in hac re in Sanctulo mireris: sed pensa si petes quis ille spiritus fuerit: qui eius tam simplicem mentem tenuit: atq; in tanto uirtutis culmine erexit. Vbi enim eius animus fuit quando mori pro proximo tam constanter decreuit, & pro temporali uita fratris unius suam despexit: atq; sub gladio ceruicem tetendit? Quæ ergo uis amoris illud cor tenuit, quod mortem suam pro unius salute proximi non expauit. Scimus certe quia idem uenerabilis uir Sanctulus ipsa quoq; elementa literarum bene non nouerat, legis præcepta nesciebat: sed quia plenitudo legis est charitas: legem totam in Dei ac proximi dilectione seruauit, & quod foris in cognitione non nouerat: ei intus uiuebat in amore. Et qui nunquam fortasse legerat quod de redemptore Ioannes apostolus dixit, quoniam sicut ille pro nobis animam suam posuit: sic et nos debemus pro fratribus animas ponere, tam sublime apostolicum præceptum faciendo magis q̃ sciendo nouerat. Comparemus si placet cum hac nostra indocta scientia illius doctam ignorantiam. Vbi hæc nostra iacet, ibi illius disciplina eminet. Nos de uirtutib⁹ uacui loquimur: & quasi inter fructifera arbusta positi, odoramur poma, nec manducamus. Ille uirtutum fructus carpere nouerat, quamuis hos in uerbis odorari nesciebat.

Petrus. Quidnam quæso tu esse existimas quod boni quiq; subtrahuntur: & qui uiuere ad ædificationem multorum poterant, aut pœnitus inueniri nequeunt, aut certe iam omni modo rarescunt?

Gregorius. Malitia remanentium meretur ut hi qui prodesse poterant festine subtrahantur, & cum mundi finis appropinquat, electi tolluntur ne deteriora uideant. Hinc enim propheta ait: Iustus perit, et nemo est qui recogitet in corde suo, & uiri misericordiæ colliguntur: quia non est qui intelligat. Hinc rursus scriptum est: Aperite ut exeant qui cõculcent eam,

cæ? Blasphemauit sã ctulus Christum, qui sanctum Ioannem inuocauit eo omisso? Aut putauit dominũ nostrum indigere auxiliatore Ioãne in præstãdo officium suum? Abstulit ne forte mediatoris officium a filio dei, alium inuocãdo præter eum? Et quomodo igitur ad uocem eius qui ut tu impie garris, blasphemauit, idolatrauit, Christo filio dei derogauit, tantum miraculum subsequutum est? Approbat ne deus hæc crimina? Nequaquam profecto. Sed ut confundaris tu & tui similes sanctorum honori detrahentes, qui hæc crimina esse asseritis, facit tot mirabilia deus, et ut ostendat quod inuocare sanctos non detrahit mediatoris gloriæ, immo eã magis illustrat, sicut & quod sancti apostoli uocentur fundamentum, cum tamen ille sit unicum ecclesiæ fundamentum.

tollite de uia lapides. Hinc Salomon ait: Tempus mittendi lapides: & tempus colligendi. Quo igitur finis mũdi urget: eo necesse est, ut uiui lapides ad ædificium cœleste colligantur, quatenus Hierusalem nostra in mensuram suæ constructionis excrescat. Nec tamen ita omnes electos subtrahi credimus, ut soli in mũdo peruersi remaneant: quia nunq̃ peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si multa essent bonorum exempla quę eorum mentem traherent.

Petrus. Incassum subtrahi bonos quæror: qa perire cateruatim & malos uideo.

Gregorius: Hac de re nihil petre mireris: nam Redemptum Ferentinæ ciuitatis Episcopũ, uitæ uenerabilis uirũ, qui ante hoc fere annos septem ex hoc mũdo migrauit, tua dilectio cognitũ habuit. Hic sicut mihi adhuc in monasterio prope posito ualde familiariter iungebat, hoc quod Ioannis iunioris prædecessoris mei tẽpore de mundi fine cognouerat, sicut longe lateq́ claruerat, a me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat nanq̃ quia quadam die dum parrochias suas ex more circuiret, peruenit ad ecclesiã beati Euthicij martyris. Aduesperascente autem die stratũ fieri sibi iuxta sepulchrum martyris uoluit, atq̃ ibi post laborem quieuit, cũ nocte media ut asserebat, nec perfecte uigilare poterat, nec dormiebat, sed depressus ut solet somno, grauabatur quodam pondere uigilans animus, atq̃ ante eum idem beatus martyr Euthicius astitit, dicens: Redẽpte uigilas? Cui respondit: uigilo, Qui ait: Finis uenit uniuersæ carnis, finis uenit uniuersæ carnis, finis uenit uniuersæ carnis. Post quam trinam uocem uisio martyris cũ omnipotentis dei gratia quæ mentis eius oculis apparebat, euanuit. Tunc uir dei surrexit, seq́ in orationis lamentũ dedit. Mox enim illa terribilia in cœlũ signa secuta sunt, ut hastę atq̃ acies igneę ab aquilonis parte uiderentur. Mox effera Longobardorum gens de uagina suę habitationis educta, in nostram ceruicem grassata est: atq̃ humanũ genus: quod in hac terra præ nimia multitudine quasi spissæ segetis more surrexerat, succisum aruit. Nam depopulatæ urbes, euersa castra, crematæ ecclesiæ, destructa sunt monasteria uirorum ac fœminarum, desolata ab hominibus prædia, atq̃ ab omni cultore destituta, in solitudine uacat terra, nullus hanc possessor inhabitat, occupauerunt bestiæ loca quæ prius multitudo hominũ tenebat. Et quid in alijs mundi partibus agatur ignoro. Nã in hac terra in qua nos uiuimus: finem suũ mundus iam nõ nunciat, sed ostẽdit. Tanto ergo nos necesse est instantius æterna quærere, quanto a nobis cognoscimus uelociter temporalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mundus fuerat: etiam si blandiretur: si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis præmitur: tãta aduersitate fatigatur: tot nobis quotidie dolores ingeminat: quid nobis aliud quam ne diligatur clamat.

VITA

VITA SPEI ABBATIS PER D. Gregorium Papam scripta.

Habetur libro. 4. dialogorum eiusdem Capit. 10.

a Dhuc in Monasterio positus cuiusdam ualde uenerabilis uiri relatione cognoui quod dico. Aiebat enim: quia uenerabilis pater nomine Spes, Monasterium construxit, in loco cui uocabulum Cample est, qui sexti ferme miliarij interiacente spatio a uetusta Nursiæ urbe disiungitur. Hunc omnipotens & misericors Deus ab æterno uerbere flagellando protexit, eiq; dispensationis suæ maximam securitatem seruauit & gratiam, quatumq; eum prius flagellando diligeret, postmodum perfecte sanando monstrauit. Eius nanq; oculos per quadraginta annorum spatium continuæ cœcitatis tenebris pressit, nullum ei lumen uel extremæ uisionis aperiens. Sed quia nemo in uerbere illius gratia se destituente substitit: & nisi idem misericors pater qui pœnã irrogat patientiã præstet, mox per impatiẽtiam peccatum nobis ipsa auget correptio peccatorum, fitq; modo miserabili ut culpa nostra unde sperare debuit terminum, inde sumat argumentũ: idcirco nostra Deus infirma conspiciens, flagellis suis custodiam permiscet, atq; in percussione sua electis filijs nunc misericorditer iustus est: ut sint quibus postea debeat iuste misereri. Vnde uenerabilem senem dum exterioribus tenebris pręmeret, interna nunq; luce destituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis, habebat per sancti spiritus custodiam consolationem cordis.

Cum uero iam anni quadragesimi fuisset in cęcitate tempus expletum, ei dominus lumen reddidit, & uicinum suum obitum denunciauit, atque ut Monasterijs circunquaq; constructis uerbum uitæ prædicaret, admonuit: quatenus corporis recepto lumine, uisitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans, fratrum cœnobia circuiuit, mandata uitæ quæ agendo didicerat, prædicauit. Quintodecimo igitur die ad Monasterium suum peracta prædicatione reuersus est, ibiq; fratribus conuocatis astans in medio sacramentum dominici corporis et sanguinis sumpsit, moxq; cum eis mysticos psalmorum cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes uero fratres qui aderant, ex ore eius exisse columbam uiderunt, quæ mox aperto tecto oratorij egressa, aspicientibus fratribus penetrauit cœlum. Cuius idcirco animam in columbæ specie apparuisse credendum est, ut omnipotens Deus ex hac ipsa specie ostenderet, quam simplici corde ei uir ille seruisset.

1 *Nota hæretice, quia mandata dei discuntur agendo.*

2 *Nota & tu qui psalmodiæ & cantui ecclesiastico detrahis.*

VITA VRSINI PRESBYTERI PER D. Gregorium Papam scripta.

Habetur lib. iiij. Dialogi eiusdem Cap. 11.

f Ed neq; hoc sileam quod uir uenerabilis abbas Stephanus qui non longe ante hoc in hac urbe defunctus est, quem ipse etiam bene nosti, in eadem prouincia Nursiæ contigisse referebat. Aiebat enim quod illic presbyter quidam commissam sibi cum magno timore domini regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram suam ut sororem diligẽs,

1 *Mos fuit occidentalis*

ecclesiæ, ut si clericus coniugatus ad sacerdotiū promoueri vellet, id non aliter fieri posset, nisi de consensu uxoris perpetuam continentiam promitteret et ita ut scribit & ita Hier. ad Rusticum Narbonē. intellige tunc presbyteram, non autem lubherano more.

sed quasi hostem cauens: ad se propius accedere nunc̄ sinebat, eamc̄ sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea quasi communionē funditus familiaritatis absciderat. Habent q̄ppe sancti uiri hoc p̄priū: nā ut semp ab illicitis longe sint, a se plerunc̄ etiam licita abscindunt. Vnde idem uir ne unc̄ per eam incurreret culpam, sibi etiam per illam ministrari recusabat necessaria.

Hic ergo uenerabilis presbyter cum longam uitæ implesset ætatem, anno quadragesimo ordinationis suę, inardescente grauiter febre correptus ad extrema deductus est. Sed cum eum presbytera sua conspiceret solutis iam membris quasi in morte distentum, si quod adhuc & uitale spiramen inesset, naribus eius appositā curauit aure digno scere. Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat flatus, quantulo adnisu ualuit ut loqui potuisset, inferuescente spū collegit uocem atc̄ erupit, dicens: Recede a me mulier, adhuc igniculus uiuit, paleam tolle. Illa igitur recedente, crescente uirtute corporis cum magna cœpit lætitia clamare, dicens: Bene ueniāt domini mei, bene ueniant domini mei, quid ad tantillum seruulum uestrum estis dignati cōuenire. Venio, uenio, gratias ago, gratias ago. Cumc̄ hoc iterata crebro uoce repeteret, quibus hoc diceret, noti sui qui illum circū steterant, requirebant. Quibus ille admirando respondit dicens. Nunqd hic conuenisse sanctos apostolos non uidetis? beatum Petrum & Paulū primos Apostolorum non aspicitis? Ad quos iterum conuersus dicebat: Ecce uenio, ecce uenio: atc̄ inter hæc uerba animam reddidit. Et quia ueraciter sanctos apostolos uiderit, eos etiam sequendo testatus est. Quod plerunc̄ contingit iustis, ut in morte sua sanctorum præcellentium uisiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ pœnalem sententiam pertimescant, sed dum eorum menti internorum ciuium societas ostenditur, a carnis suæ copula, sine doloris & formidinis fatigatione soluantur.

2 Dum sanctorum spiritus apparent morientibus ad eos roborandum contra terrores mortis, conuincuntur hæretici scire illos q̄ circa nos aguntur.

Habetur libro. iiij. Dialogi eiusdē ca. 12.

VITA PROBI REATINÆ VRBIS EPISCOPI per D. Gregorium Papam scripta.

In hoc ſileam quod Probus omnipotentis Dei famulus, q̄ nunc in hac urbe Monasterio præsto est quod appellatur Reatum, de Probo patruo suo Reatinæ ciuitatis episcopo mihi narrare consueuit, dicens: Quia appropinquante uitæ eius termino eum grauissima depressit ægritudo. Cuius pater nomine Maximus, pueris circunquaq̄ transmissis colligere medicos studuit, si fortasse eius molestiæ subueniri potuisset. Sed congregati ex uicinis locis undiq̄ medici, ad tactum uenæ denunciauerunt eius exitum citius affuturum. Sed cum iam tempus refectionis incumberet, atq̄ diei hora tardior excreuisset, uenerandus episcopus de illorum potius quam de sua salute solicitus, eos qui aderant admonuit: cum sene patre in superioris episcopij sui partes ascendere, seque post laborem reficiendo reparare. Omnes igitur ascenderunt domum, unus ei tantummodo paruulus relictus est puer, quem nunc quoq̄ prædictus Probus asserit superesse. Qui dum lecto iacentis assisteret, subito aspexit intrantes ad uirum Dei quosdam uiros stolis candidis amictos: qui eundem quoq̄ candorem uestiū uultum suorum luce uincebant. Qua splēdoris etiam claritate perculsus,

qui nam illi essent, emissa cœpit uoce clamare. Qua uoce etiam Probus episcopus commotus, intrantes eos aspexit & agnouit, atq; eundem stridentem uagientemq; puerum consolari cœpit dicens: Noli timere: quia ad me sanctus Iuuenalis & sanctus Eleutherius martyres uenerunt. Ille autem tantæ uisionis nouitatem non ferens, cursu concito extra fores fugit, atq; eos quos uiderat, patri ac medicis nunciauit. Qui concite descenderunt, sed ægrum quem reliquerant, iam defunctum inuenerunt: quia illi eum secum tulerant, quorũ uisionem puer ferre non potuit, q hic remãsit.

VITA GALLÆ ANCILLÆ DEI PER D. Gregorium papam scripta.

Habetur libro quarto Dialogi eiusdem cap. xiij.

On hoc silẽdum arbitror quod mihi personarum grauium atq; fidelium est relatione compertum. Gothorum nanque
n temporibus Galla huius urbis nobilissima puella, simachi consulis ac patritij filia, intra adolescentiæ tempora marito tradita, in unius anni spatio eius est morte uiduata. Quam dum feruente mundi copia ad iterandum thalamum & opes & ætas uocaret, elegit magis spiritalibus nuptijs copulari deo, in quibus a luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenit, quam carnalibus nuptijs subijci, quę a lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt.

Huic autem cum ualde ignea conspersio corporis inesset, cœperunt medici dicere, quia nisi ad amplexus uiriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura, quod ita quoq; post factũ est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit, quæ interius sponsi cœlestis speciẽ amauit, nec uerita est si hoc in illa fœdaretur, quod a cœlesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo ut eius maritus defunctus est, abiecto seculari habitu ad omnipotentis dei seruitium se se apud beati Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradidit, ibiq; multis annis simplicitati cordis atque orationi dedita larga indigentibus eleemosynarum opera impendit.

1 *Si dominus reddit perennem mercedem laboribus sanctorũ, ergo habent meritum apud eum, quod negatur nostro tempore a quibusdam, & malo cum tota scriptura sit hoc plena.*

Cumq; omnipotens deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset, cancri ulcere in mãmilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueuerant: qa uidelicet amica lucis, non solum spiritales, sed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, uidit beatum Petrum Apostolum inter utraq; candelabra, ante suũ lectum constitisse, nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciam exultauit, eiq; dixit: Quid est domine mi, dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille, benignissimi ut est uultus, inclinato capite annuit, dicens: Dimissa, ueni. Sed quia quandam sanctimonialem fœminam in eodem monasterio præ cæteris diligebat, ilico Galla subiunxit: Rogo ut soror Benedicta mecum ueniat. Cui ille respondit. Non, sed illa talis ueniat tecum. Hæc uero quam petis, die te erit trigesimo secutura.

2 *Quid dicent hic qui sanctos ignorare dicunt quæ circa nos aguntur, Cum beatus Petrus et dimissa peccata, & morituram Gallam, & quas esset habitura mortis comites annunciauerit atq; prædixerit.*

His itaq; expletis uisio Apostoli assistentis & colloquentis ei ablata est. At illa protinus cunctæ congregationis asciuit matrem, eiq; quid uiderit, quidue audierit, indicauit. Tertio autem die cum ea quę iussa fuerat sorore defuncta est. Illa uero quã ipsa poposcerat, die est trigesimo subsequuta. Quod factum nunc usq; in eodem monasterio manet memora-

bile,sicq; hoc a præcedentibus matribus traditum,narrare illic solent subtiliter iuniores quæ nunc sunt sanctimoniales uirgines,ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsæ affuissent.

Habetur lib.iiij. Dialogorum eiusdem. Cap.17.

VITA MVSÆ PVELLÆ PER D. GREgorium Papam Scripta.

Robus dei famulus de sorore sua,nomine Musæ puella parua narrare consueuit, dicens quod quadam nocte ei per uisionē sancta dei genitrix uirgo Maria apparuit,atq; coæuasti in albis uestibus puellas ostendit. Quibus illa cū admisceri appeteret, sed se eis iungere non auderet:beatæ Mariæ uirginis est uoce requisita an uelit cum eis esse, atq; in eius obsequio uiuere. Cui cū puella eadem diceret, uolo : ab ea protinus mandatū accepit, ut nihil ultra leue & puellare ageret,et a risu & iocis se abstineret,sciens per omnia quod inter easdem uirgines quas uiderat, ad eius obsequiū die trigesimo ueniret. Quibus uisis in cunctis suis moribꝰ puella mutata est,omnemq; a se leuitatē puellaris uitæ magna grauitatis deterſit manu. Cumq; eam parētes eius mutatā esse mirarent,requisita rem retulit,quid sibi beata dei genitrix iusserit, uel qua die itura esset ad obsequiū eius, indicauit.

Tunc post uigesimū quintū diem febre correpta est. Die aūt trigesimo cū hora eius exitus propinquasset,eandē beatam genitricem dei cū puellis quas per uisionem uiderat ad se uenire conspexit. Cui se etiam uocanti respondere cepit, & depressis reuerenter oculis aperta uoce clamare: Ecce domina uenio:ecce domina uenio.In qua etiam uoce spiritum tradidit,& ex uirgineo corpore,habitatura cū sanctis uirginibus exiuit.

Petrus. Cum humanum genus multis atque innumeris uitijs sit subiectum, Hierusalem cœlestis patriæ maximam partem ex paruulis uel infantibus arbitror posse compleri.

1 Gregorius.Et si omnes baptizatos infantes,atq; in eadem infantia morientes ingredi regnū cœleste credendū est,omnes tamen paruulos qui scilicet iam loqui possunt,regna cœlestia ingredi credendū non est:quia nō nullis paruulis eiusdem regni cœlestis aditus a parentibus clauditur, si male nutriantur.

Contra eos hæreticos facit locus iste qui dicunt paruulis nō adhiberi baptismum in salutē. Et pueros non esse baptizandos. Et quod Nicolaus Papa primus incepit pueros baptizare,cū tamen Gregorius hic faciat mentionem de hoc baptismo,qui illum per. 150. annos præcessit. Præter testimonia Dionysij Ariopagitæ, Origenis, Cypriani, Augustini & omnium aliorum

Nam quidā uir cunctis in hac urbe notissimus,ante triennium filiū habuit amorū,sicut arbitror,quinq; : quem nimis carnaliter diligens,remisse nutriebat : atq; idem paruulus, quod dictu graue est, mox ut eius animo aliquid obstitisset, maiestatem dei blasphemare consueuerat, qui in hac ante trienniū mortalitate percussus uenit ad mortem. Cumq; eum suus pater in sinu teneret, sicut hi testati sunt qui præsentes fuerunt, malignos ad se uenisse spiritus trementibus oculis puer aspiciens cepit clamare: Obsta pater,obsta pater. Qui clamans declinauit faciem, ut se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cū ille trementem requireret,quid uideret : puer adiunxit,dicens: Mauri homines uenerunt,qui me tollere uolunt. Qui cū hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemauit, & animam reddidit. Vt enim omnipotens deus ostenderet pro quo reatu talibus fuisset traditus executoribus,unde uiuentē pater suus noluit corrigere,hoc morientē permisit iterare,ut qui diu per diuinitatis patientiā blasphemus uixerat,

xerat,quandoq; per diuinitatis iudiciũ blasphemaret & moreretur:quatenus reatum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filij animam negligens,non paruulum peccatorũ gehennæ ignibus nutrisset.

patrũ,qui hunc morem baptizandi docent esse ad Apostolis traditum,& perpetuo in ecclesia conseruatum.

VITA STEPHANI VIRI DEI PER D. Gregorium Papam Scripta.

Habetur lib.iiij. Dialogorum eiusdẽ. Cap.19.

p Robo dei famulo alijsq; religiosis narrantibus uiris agnoui, ea quæ indicare audientibus de uenerabili patre Stephano in homelijs euangelij curaui. Fuit enim uir, sicut idem Probus & multi alij testant,nihil in hoc mundo possidens,nihil requirens, solam cũ deo paupertatem diligens, inter aduersa semper patientiã amplectens,conuentus secularium fugiens,uacare semper orationi concupiscens. De quo unum bonũ uirtutis refero,ut ex hoc uno ualeant multa eius bona pensari.

Is nanq; cũ quadam die messem quam sua manu secuerat,decisam ad aream deduxisset: nihilq; aliud cũ discipulis suis ad totius anni stipendiũ haberet,quidam peruersæ uoluntatis uir, antiqui hostis stimulis instigatus,eandem messem igne suppositio ita ut erat,in area incendit. Quod factum dũ alter cõspiceret,eidem dei famulo cucurrit & nunciauit. Quod postquã indicauit,adiunxit dicens,Væ uæ pater Stephane,quid tibi contigit? cui statim uultu ac mente placida ille respondit. Væ quid illi contigit qui mihi hoc fecit:nam mihi quid cõtigit? In quibus eius uerbis ostenditur in quo uirtutis culmine sedebat,qui unũ quod in sumptũ mundi habuerat,tam secura perdebat mente,magis quę illi condolebat qui peccatum cõmiserat, quam sibi qui peccati illius dãna tolerabat,nec pensabat quid ipse exterius,sed culpæ reus quantũ perdebat intus.

Hunc itaq; cũ dies mortis egredi de corpore urgeret,conuenerunt multi ut tam sanctæ animæ de hoc seculo recedenti suas animas cõmendarẽt. Cumq; lecto illius hi qui conuenerant,omnes assisterent, alij ingredientes angelos uiderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt, alij omnino nil uiderunt. Sed omnes qui aderant,ita uehementissimus timor perculit, ut nullus egredientẽ illa sancta anima illic stare potuisset. Et hi ergo qui uiderant,uno omnes timore percussi & territi fugerunt, ut palã daretur intelligi, quæ & quanta ui esset quæ illam egredientem animam susciperet, cuius egressum nemo mortalium ferre potuisset.

VITA DVORVM MONACHORVM VALERIÆ prouinciæ,nec non Surani Abbatis,ac Diaconi ecclesiæ Marsicanæ, per D.Gregorium Papam scripta.

Habetur lib.iiij. Dialogorũ eiusdem. Cap.20.

I

f Ciendum est: quia aliquando animæ meritũ non in ipso suo egressu ostenditur, post mortem uero certius declaratur. Vnde & sancti martyres ab infidelibus crudelia multa perpessi sunt, qui tamen, ut prædiximus,ad ossa sua mortua signis quotidie & miraculis darescunt.

Heus tu qui nũgaris abusum esse, grauẽ offensam, & imminutionem gloriæ dei ac meriti Christi,credere deũ citius exaudire homines apud

Vitæ nanq; uenerabilis Valentius qui post in hac Romana urbe mihi sicut nosti,meo quoq; monasterio præfuit,prius in Valeriæ prouincia suũ

ossa sanctorum quã alibi. Quid dicis ad hæc uerba sanctissimi Gregorij pœnitus contraria?

monasteriũ rexit. In quo dum Longobardi sæuientes uenissent, sicut eius narratione didici, duos eius monachos in ramis unius arboris suspenderunt, qui suspensi eodẽ die defuncti sunt. Facto aũt uespere utrorumq; eorum spiritus claris illic apertisq; uocibus psallere cęperũt: ita ut ipsi quoq; qui eos occiderant, cũ uoces psallentiũ audirent, nimiũ mirati terrentur. Quas uidelicet uoces captiui quoque omnes qui illic aderant, audierunt: atq; eorũ psalmodiæ postmodũ testes extiterunt. Sed hac uoces spirituũ omnipotens deus idcirco pertingere uoluit ad aures corporũ, ut uiuentes quique in carne discerent: quia si deo seruire studeant, post carnis mortem uerius uiuant.

2 Nota tu cui est supplicii psalmodiæ cantum audire. Nam et propter te quoq; confundẽdum hoc miraculum forte patrauit dominus.

Quibusdã religiosis quoq; uiris attestãtib⁹ adhuc in monasterio posit⁹ agnoui, qd hoc Longobardorũ tpe iuxta in hac prouincia q̃ Sura noiat, qdã monasterij pr̃ uitæ uenerabilis Suran⁹ noie fuerit, q captiuis aduenientib⁹, atq; a Lõgobardor⁹ depredatione fugiẽtib⁹ cuncta q̃ in monasterio uidebatur habere, largitus est. Cumq; in eleemosynis uestimenta sua, ac fratrũ omnia, & cellariũ comsumpsisset, quicquid habere in orto potuit expendit. Expensis uero rebus omnibus Longobardi ad eum subito uenerunt, eumq; tenuerunt, & aurum ab eo petere cęperunt. Quibus cũ ille diceret se omnino nihil habere, in uicino monte ab eis ductus est, in quo silua immensæ magnitudinis stabat. Ibi captiuis quidam fugiens in caua arbore latebat, ubi unus ex Longobardis educto gladio prædictũ uenerabilem occidit uirũ. Cuius corpore in terram cadente, mons omnis protinus, & silua concussa est, ac si se ferre non posse pondus sanctitatis eius diceret terra quæ tremuisset.

Alius quoq; in Marsorũ puincia uitę ualde uenerabilis diaconus fuit, quem inuentũ Longobardi tenuerunt, quorũ unus educto gladio caput eius amputauit. Sed cũ corpus eius in terram caderet, ipse qui hunc capite truncauerat, immundo spiritu correptus, ad pedes eius corruit, & quod amicum dei occiderit, inimico dei traditus ostendit.

Petrus. Quid est hoc quęso te quod oĩpotens deus sic permittit mori, quos tamen post mortẽ cuius sanctitatis fuerint non patitur cęlari?

Gregorius. Cum scriptũ sit: Iustus quacunq; morte præuentus fuerit, iustitia eius non auferet ab eo, electi qui proculdubio ad perpetuã uitam tendunt, quid eis obest si ad modicũ dure moriuntur? Et est fortasse nonnunquam eorũ culpa, licet minima quæ in eadem debeat morte resecari. Vnde fit, ut reprobi potestatem quidẽ contra uiuentes accipiant: sed illis morientibus hoc in eis grauius uindicat, quod contra bonos potestatem suæ crudelitatis acceperunt, sicut idem carnifex qui eundem uenerabilem diaconũ uiuentem ferire permissus est, gaudere super mortuũ permissus non est. Quod sacra quoq; testant eloquia. Nam uir dei cõtra Samariam missus: quia per inobedientiam in itinere comedit, hunc leo in eodem itinere occidit. Sed statim illic scriptũ est: quia stetit leo iuxta asinũ, & non comedit leo de cadauere. Ex qua re ostendit, quod peccatũ inobedientię in ipsa fuerit morte laxatũ: quia idem leo quẽ uiuentẽ præsumpsit occidere, cõtingere non præsumpsit occisum. Qui enim occidendi ausum habuit, de occisi cadauere comedendi licentiam non accepit, quia is qui culpabilis in uita fuerat, punita inobedientia iam erat iustus ex morte. Leo ergo qui prius peccatoris uitam necauerat, custodiuit postmodũ cadauer iusti.

Petrus. Placet quod dicis, sed nosse uellem si nunc ante restitutionem corporum in cœlo recipi ualeant animæ iustorum.

Gregorius. Hoc neq; de omnibus iustis fateri possumus, neq; de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorũ animæ quæ a cœlesti regno quibusdam adhuc mansionibus differunt. In quo dilationis damno quid aliud innuitur, nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius constat: quia perfectorum animæ mox ut huius carnis claustra exeunt, in cœlestis regni sedibus recipiuntur: quod & ipsa per se ueritas attestatur, dicens: Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabunt & aquilæ. Quia ubi ipse redẽptor noster est corpore, illuc proculdubio colliguntur iustorũ animæ. Et Paulus: Cupio dissolui & esse cũ Christo. Qui ergo Christũ in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in cœlo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atq; de in habitatione cœlestis patriæ dicit. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex deo, domum non manu factam sed æternam in cœlis.

3 *Hic locus euidenter conuincit ueritatem & existentiam purgatorij, & nõ omnes iustos statim euolare ad cœlestem beatitudinem ut nugantur hæretici.*

4 *Hoc facit contra multos qui nostro tempore negant iustorũ & perfectorum animas statim post mortem recipi in cœlo, sed seruari in aliquo loco uolunt usq; ad diem iudicij. Quod & erroneum est & hæreticum.*

Petrus: Si igitur nunc sunt in cœlo animæ iustorũ, quid est quod in die iudicij pro iustitiæ suæ retributione recipient?

Gregorius. Hoc eis nimirũ crescit in iudicio, quod nunc animarũ sola, postmodũ uero etiam corporũ beatitudine perfruuntur, ut in ipsa quoq; carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusq; pertulerũt. Pro hac quippe geminata eorũ gloria scriptum est: in terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorũ animabus scriptum est: Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictũ est illis ut requiescerent tempus adhuc modicũ, donec implerent numerus conseruorũ & fratrum eorũ. Qui itaq; nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri sunt: quia modo animarũ tantummodo: tunc aũt animarũ simul & corporum gloria lætabuntur. Petrus. Assentio.

VITA GERONTII ET MELLITI MONAchorum per D. Gregorium Papam scripta.

Habetur lib. iiij. Dialogi eiusdem Cap. 26.

1 IN monasterio meo quidam frater ante decennium Gerontius dicebatur. Qui cum graui molestia corporis fuisset depressus, in uisione nocturna albatos uiros & clari omnimodo habitus in hoc ipsum monasteriũ descendere de superioribus aspexit. Qui dum corã lecto iacentis assisterent: unus eorũ dixit: Ad hoc uenimus, ut de monasterio gregorij quosdam fratres in militiam mittamus, atq; alteri præcipiens adiunxit: Scribe Marcellũ, Valentinianũ, Agnellum: atq; alios quorũ nunc minime recordor. Quibus expletis addidit, dicẽs: Scribe & hunc ipsum qui nos aspicit. Ex qua uisione certus redditus prædictus frater, facto mane innotuit fratrib⁹ qui & qui essent in breui ex eadem cella morituri, quos se etiam denunciauit esse secuturũ, cum die alio prędicti fratres mori cęperunt, atq; sub eodem ordine se in morte secuti sunt, quo fuerãt in descriptione nominati. Ad extremũ uero & ipse obijt, qui eosdem fratres morituros præuidit.

In ea quoq; mortalitate quæ ante triennium hanc urbem uehementissima clade uastauit, in Portuensis ciuitatis monasterio Mellitus dictus est

monachus adhucin annis iunenilibus constitutus, sed mirae simplicitatis atq; humilitatis uir, qui appropinquante uocationis die, eadē clade percussus, ad extrema deductus est. Quod uir uitae uenerabilis Felix eiusdem ciuitatis episcopus audiens, cuius & haec relatione cognoui, ad eum accedere studuit, & ne mortem timere debuisset, uerbis hunc persuasorijs confortare, cui etiā adhuc de diuina misericordia longiora uitae spatia pollicerī cepit. Sed ad haec ille respondit, cursus sui tempora esse cōpleta, dicens apparuisse sibi iuuenem, atq; epistolas detulisse, dicentem: Aperi & lege. Quibus apertis asseruit: quia se & omnes qui eodem tempore a prędicto episcopo in Paschali festiuitate fuerant baptizati, scriptos in eisdem epistolis literis aureis inuenisset. Primū quidem ut dicebat, suum nomen reperit, ac inde omniū illo in tempore baptizatorū. Qua de re certū tenuit, & se & illos de hac uita esse sub celeritate migraturos. Factumq; est ut die eadem ipse moreretur, atq; post cum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt, ut intra paucos dies nullus eorum in hac uita remaneret. De quibus nimirum constat quod eos prædictus dei famulus circo auro scriptos uiderat: quia eorum nomina apud se fixa æterna claritas habebat. Sicut itaque hi reuelationibus potuerunt uentura cognoscere: ita nonnunquam egressuræ animæ possunt etiam mysteria cœlestia non per somnium, sed uigilando prælibare.

Habetur in libro. iiij. Dialogi eiusdē ca. 46

VITA ANTONII, MERVLI, ET IOANNIS Monachorum per D. Gregorium Papam scripta.

Perunq; de culpis minimis ipse solus pauor egredientes iustorum animas purgat, sicut narrari de quodam sancto uiro mecum frequenter audisti. Qui ad mortem ueniens uehemēter timuit, sed post mortem discipulis in stola candida apparuit, & quam præclare scit susceptus indicauit.

1

Certe sanctus uir contumelia affecit Christum, dubitās utrum per eum sibi fuissent dimissa peccata. Sic enim dicunt noui doctores isti nostri. Et miseri non uident omnium sanctorum tam facta quam dicta ex diametro cum eorum impietatibus pugnare.

Nonnunquam uero omnipotens deus trepidantium mentes quibusdā prius reuelationibus roborat, ut in morte minime pertimescant. Nam quidam mecū in monasterio frater, Antonius nomine uiuebat, qui multis quotidianis lachrymis ad gaudia patriæ cœlestis anhelabat. Cumq; studiosissime & magno feruoris desiderio sacra eloquia meditaretur, non in eis uerba scientiæ, sed fletum compunctionis inquirebat. Quatenus per hæc excitata mens eius inardesceret, & ima deserens, ad regionem cœlestis patriæ per contemplationem uolaret. Huic per uisionem nocturnam dictū est: Paratus esto, quia dominus iussit migrare te. Cūq; ille non habere se sumptus ad migrandum diceret, responsum protinus audiuit, dicens: Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt. Quod cum semel audisset, & magno adhuc metu trepidaret, nocte quoq; alia eisdem uerbis est admonitus. Tunc post quinq; dies febre correptus, cunctis fratribus orantibus flentibusq; defunctus est.

2

Hoc nostris subuersoribus nō placeret, qui psalmodias derident ipsi magis deflendi.

Alius etiam frater in eodem monasterio Merulus dicebatur, uehementer lachrymis atq; eleemosynis intentus. Psalmodia uero ex ore illius pene nullo tempore cessare consueuerat, excepto cum aut alimētum corpori, aut membra dedisset sopori. Huic nocturna uisiōe apparuit quod ex albis floribus corona de cœlo in caput illius descendebat. Qui mox molestia.

stia corporis occupatus, cum magna securitate animi atq; hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrum dum Petrus, qui nunc monasterio meo præest, sibi sepulturam facere post annos quatuordecim uoluisset, tanta ut asserit, de eodem sepulchro illius fragrantia suauitatis emanauit, ac si illic florum omnium fuissent odoramenta cõgregata. Qua ex re manifeste patuit quam uerum fuit quod per nocturnam uisionem uidit.

Ia eodem quoq; monasterio alius quidam Ioannes dictus est, magnæ indolis adolescens, qui ætatem suam intellectu & humilitate, dulcedine, & grauitate transigebat. Huic ægrotanti atq; ad extremum deducto, per nocturnam uisionem quidam senex apparuit, & hũc uirga tetigit, eiq; dixit. Surge. Ex hac enim molestia modo minime morieris, sed paratus esto quia longum tempus hic facturus non eris. Qui dum iam esset a medicis desperatus, repente sanatus est, atq; conualuit. Rem quam uiderat, narrauit: seque per biennium in dei seruitio, sicut prædixi, ultra ætatis suæ annos exhibuit. Ante hoc autem triennium, cum quidam frater fuisset mortuus, atq; in eiusdem monasterij cimiterio a nobis sepultus, cunctis nobis ab eodẽ cimiterio exeuntibus, idem Ioannes, sicut postmodũ pallens & tremens indicauit, illic nobis discedentib⁹ inuẽtus ab eodẽ fratre qui mortuus fuerat, de sepulchro uocatus est. Quod mox etiam subsequens finis edocuit. Nam post dies decem inuasus febribus, carne solutus est.

Petrus. Doceri uelim si hoc quod per nocturnas uisiones ostenditur, debeat obseruari.

Gregorius. In hoc Petre sciendum est: quia sex modis tangunt animum imagines somniorum. Aliquando nanq; somnia, uentris plenitudine uel inanitate, aliquando uero illusione, aliquando cogitatione simul & illusione, aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione simul & reuelatione generantur. Sed duo quæ primo diximus omnes experimento cognoscimus. subiuncta autem quatuor, in sacræ scripturæ paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plerunq; ab occulto hoste per illusionem fierẽt, nequaquam hoc uir sapiens indicaret dicens: Multos enim errare fecerũt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Et iterum: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Quibus profecto uerbis cuius sint detestationis ostẽditur quæ auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & illusione procederent, uir sapiens minime dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur, nec Ioseph præferendum se fratribus somnio uideret, nec sponsum Mariæ, ut ablato puero in Ægyptum fugeret: per somniũ angelus admoneret. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor uisionem differens, a radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu rex cœpisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ uentura sunt, et paulo post uidebas, & ecce quasi statua una grãdis: statua illa magna & statura sublimis stabat cõtra te &c. Daniel itaq; dum dixit somnium, & implendum reuerenter insinuat, & ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur: quia hoc plerunq; ex cogitatione simul & reuelatione generetur.

Sed nimirum, cum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quanto & ex quo impulsu ueniant facilius nõ elu-

cet. Sancti autem uiri inter illusiones atq; reuelationes, ipsas uisionum uoces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant uel quid a bono spiritu percipiant, uel quid ab illusore patiantur. Nam si erga hæc mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se uanitatibus immergit, qui non nunquam solet multa uera prædicere, ut ad extremum ualeat animam ex una aliqua falsitate laqueare.

Sicut cuidam nostrum nuper certum est contigisse qui dum somnia uehementer attenderet, ei per somniũ longa spatia huius uitæ promissa sunt. Cumq; multas pecunias pro longioris uitæ stipendijs collegisset, ita repente defunctus est, ut intactas omnes relinqueret, & ipse secum nihil ex bono opere portaret.

VITA CASSII NARNIENSIS EPISCOPI PER D. Gregorium Papam scripta.

In homilia super euãgelio, Dixit Iesus discipulis suis, Siquis uenit ad me, & non odit patrem, &c.

Vdistis dicentem dominum fratres charissimi, Aut quis rex iturus committere prælium aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Rex contra regem ex æquo uenit ad prælium, & tamen si se perpendit non posse sufficere, legationem mittit, & ea quæ pacis sunt postulat. Quibus ergo lachrymis nos sperare ueniam debemus, qui illo in tremendo examine cum rege nostro ex æquo ad iudicium non uenimus, quos nimirum conditionis infirmitas & causa inferiores exhibet? Sed fortasse iam mali operis culpas abscidimus, iam praua quęq; exterius declinamus. Nunqd ad reddendam rationem cogitationis nostræ sufficimus? Nam cum uiginti milibus uenire dicitur is contra quem minime sufficit iste qui cum decẽ milibus uenit. Decem milia quippe ad uiginti milia, simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficimus, uix exteriora nostra opera in rectitudine seruamus. Nam & si iam luxuria carnis abscissa est, tñ adhuc a corde funditus abscissa non est. Ille autem qui iudicaturus uenit, exteriora simul & interiora iudicat, facta pariter & cogitationes pensat. Cũ duplo ergo exercitu contra simplum uenit, qui nos uix in solo operæ præparatos, simul de operæ & cogitatione discutit. Quid igitur agendum est fratres charissimi, nisi ut dum nos cum simplo exercitu contra duplum illius sufficere non posse conspicimus, dum adhuc longe est, legationẽ mittamus rogemus ea quæ pacis sunt? Longe.n. esse dr, qui adhuc præsens p

1 *Ecce legationem ad deũ opera nostra bona. Quæ si mala essent, ut uolunt miseri hæretici, potius inflãmarent iram iudicis quam placarent.*

iudicium non uidet. Mittamus ad hunc legationem lachrymas nostras, mittamus misericordiæ opera, mactemus in ara eius hostias placationis, cognoscamus nos cũ eo in iudicio non posse contendere. Pensemus uirtutem eius fortitudinis, rogemus ea quæ pacis sunt. Hęc est nostra legatio, quæ regem uenientem placat. Pensat fratres quam benignum sit, quod is qui suo aduentu ualet opprimere, tardat uenire. Mittamus ad hunc, ut diximus, legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo.

2 *Vide o hæretice si missa est sacrificium*

Singulariter nanq; ad absolutionem nostram, oblata cum lachrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur, quia qui in se resurgẽs a mortuis, iam non moritur adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis ite-

rum patitur. Nam quotiens ei hostiam suæ passionis offerimus, totiēs nobis ad absolutionem nostram, passionem illius reparamus.

& si habet nunc ecclesia sacrificium omnibus excellentius q̄ unquam fuerint.

Multos, ut arbitror, uestrum fratres charissimi contigit nosse hoc, q̄d uolo ad memoriam uestram narrando reuocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum quod quidam ab hostibus captus longe traductus est. Cumq̄ diu teneretur in uinculis, cum uxor sua cum ex eadem captiuitate non reciperet, extinctū putauit. Pro quo iam uelut mortuo, hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius totiens uincula soluebantur in captiuitate, quotiens ab eius coniuge hostiæ fuissent oblatæ pro animæ eius absolutione. Nam longa post tempora reuersus, admirans ualde, indicauit uxori suæ quod diebus certis hebdomadis singulis eius uincula soluebantur. Quos uidelicet dies eius uxor atq̄ horas discutiens, tunc recognouit eum absolutum, cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata a nobis hostia sacra quantam in nobis soluere ualeat ligaturam cordis, si oblata ab altero potuit in altero soluere uincula corporis.

3

Non intelligas quod ipsa offerret sacras hostias, nam non is est mos catholicæ ecclesiæ, ut mulier Missas agat, sed per sacerdotes offerri curabat.

4

Ecce aperte missam dici sacrificium.

Multi uestrum fratres charissimi Casium Narinēsis urbis episcopum nouerunt, cuius mos erat quotidianas hostias offerre deo, ita ut pene nullus dies uitæ abscederet, quo non omnipotenti deo hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio ualde etiam concordabat uita, nam cuncta quæ habebat, in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificij ueniſſet, uelut totus in lachrymis defluēs, semetipsum cū magna cordis contritione mactabat. Cuius uitam & exitum a quodam uenerabili uitæ diacono, qui ab eo fuerat nutritus, referente cognoui. Aiebat enim, q̄ quadam nocte eius presbytero per uisum dominus astitit, dicens: Vade & dic episcopo: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali apostolorū uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter. Sed quia e uicino apostolorum natalitius dies imminebat, tam propinqui exitus diē episcopo nunciare puimuit. Alia nocte dominus rediit, eiusq̄ inobedientiam uehementer increpauit, atq̄ eadem iussionis suæ uerba retexit. Tunc presbyter surrexit, ut pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimentum. Facta est indicandę reuelationis, & ad admonitionem quoq̄ iteratæ iussionis obduruit pergere, & quæ uiderat, manifestare neglexit. Sed quia magnam mansuetudinem contemptæ gratiæ maior solet sequi ira uindictæ, uisione tertia dominus apparens, iam uerbis addidit uerbera, & tam districta cæde mactatus est, ut in eo duritiam cordis emollirent uulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex uerbere, perrexit ad episcopum, eumq̄ iam ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium consistentem reperit, secretum a circūstantibus petiit, secq̄ eius pedibus strauit. Cumq̄ eum hubertim flentem episcopus uix ad se leuare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille uero relaturus ex ordine uisionem, prius uestimento ex humeris desoluto, detexit plagas corporis (ut ita dicam) testes ueritatis & culpæ monstrauit quanta animaduersione districtionis membra illius accepta uerbera liuore inflicto sulcauerāt. Quæ mox ut episcopus uidit, exhorruit, & quis sibi talia facere præsumpsisset, cum magnæ obstupefactionis uocibus inquisiuit. At ille respondit hæc se pro ipso fuisse ppessum. Excreuit eū terrore admiratio. Sed nul

5

Nota tu qui dicis missam non ualere ad remissionem peccatorū.

6

Videri totiēs replicari missam sacrificiū?

7

Apostolorum natalitius dies.

8

Ad offerendum sacrificium iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum consistentem reperit.

las iam presbyter inquisitioni eius moras adiciens, secretum reuelationis aperuit, eiq; iussiones dominicas, per ea quae audierat uerba narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset manus tua, non cesset pes tuus, natali apl'orum uenies ad me, & retribuam tibi mercedē tuam. Quibus auditis, episcopus in oratione se cum magna cordis contritione prostrauit. Et qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam uenerat, hoc pro extensae orationis magnitudine, ad horam nonam usq; protelauit, atq; ex ipso iam die magis magisq; exaucta sunt ei lucra pietatis factusq; est tam fortis in operae, quam certus ex munere, quippe qui eum cui debitor fuerat ex promissione, iam coeperat habere debitorem.

9 *Et retribuā tibi mercedem tuam. Ecce hic & meritum & praemium sanctorū.*

Huic autem consuetudo fuerat, singulis annis natalitio Apostolorum die Romam uenire, iamq; ex hac reuelatione suspectus, uenire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore solicitus fuit, secundo quoq; anno uel tertio in montis suae expectatione suspensus, quarto quintoq; & sexto similiter. Qui desperare iam de ueritate reuelationis potuerat, si uerbis fidē uerbera non fecissent. Cum ecce anno septimo usq; ad expectati natalis

10 *Sacrae uigiliae natalis Apostolorum.*

sacras uigilias incolumis peruenit, sed leuis hunc in uigilijs dolor attigit, atq; ipso die natalitio filijs suis se expectantibus, missarum solemnia implere se posse recusauit. Illi uero qui de eius erant egressione pariter suspecti, simul ad eum omnes uenerunt, se se unanimiter adstringentes, ut die eodem nequaq; acquiescerent missarum solemnia celebrari, nisi pro eis ad dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tunc ille compulsus in episcopi oratorio missas fecit, & manu sua corpus dominicum, pacemq; omnibus dedit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificij peracto ad lectulum redijt, ibiq; iacens, dum sacerdotes suos, ac ministros circunstitisse se cerneret, quasi uale ultimum dicens, de seruando eos uinculo charitatis admonebat, & quanta debuissent concordia inter se uiuiri, praedicabat. Tum subito inter ipsa sanctae exhortationis uerba, uoce terribili clamauit dicens: Hora est. Mox assistentibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso emisit spiritū. Sicq; sancta illa anima ad gaudia aeterna perueniens, a carnis corruptione soluta est.

11 *Missarum solēnia implere recusauit.*

12 *Manu sua corpus dominicum & pacem omnibus dedit. In quo aduerte communionem sub utraque specie non esse necessariam ut haeretici dicunt.*

Quem fratres charissimi, quem uir iste in morte imitatus est nisi eū quē in uita sua fuerat contemplatus? Dicens enim, hora est, de corpore exijt, quia & Iesus peractis omnibus, cum dixisset, consumatum est, inclinato capite tradidit spm̄. Quod ergo dominus, fecit ex potestate, hoc egit famulus ex uocatione. Ecce quotidianae hostiae, illa cum eleemosynis & lachrymis missa legatio, quantam cum rege ueniente gratiae pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem omnia relinquere non pōt, cum adhuc rex longe est, legationem mittat lachrymarum, eleemosynarum & hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus qui scit qa non possit portari iratus. Quod adhuc moram facit uenire, legationem pacis sustinet: ueniisset iamiamq; si uellet, & cunctos aduersarios suos trucidasset. Sed & quam terribilis ueniat indicat, & tamen ad ueniendum tardat, quia non uult inuenire quod puniat. Sed reatum nobis contēptus nostri denunciat, dicens: Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus, & tamen sperandae salutis remedium concedit, quia qui per iram non potest ferri, per postu-

13 *Dominus uult placari precibus, & alijs bonis operibus, quae tamen nostri temporis subuersores detestantur.*

latæ pacis uult legationem placari.

Lauate ergo fratres chariſsimi lachrymis maculas peccatorum, eleemoſynis tergite, ſacris hoſtijs expiate. Nolite poſsidere per deſiderium, quæ adhuc per uſum minime reliquiſtis. Spem in ſole redemptore figite ad æternam patriam mente tranſite. Si enim nihil in hoc mundo iam amãdo poſsidetis, & iam poſsidendo cuncta reliquiſtis, ipſe uobis gaudia deſiderata concedat, qui uobis æternæ pacis remedia contulit, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui uiuit & regnat cum patre. &c.

14

Vides hæretice hic ſatisfactionis opera? Lachrymæ maculas peccatorum lauant. Eleemoſynæ tergunt Sacræ hoſtiæ expiãt. Et tamen cũ his omnibus ſpem in ſolo redemptore figere debemus.

VITA ROMVLÆ VIRGINIS PER D. Gregorium Papam deſcripta.

Q Votienſcunq; aliquos in hoc mundo abiectos aſpicitis fratres chariſsimi, etiam ſi qua reprehenſibilia eorũ eſſe uideantur, nolite deſpicere, quia fortaſſe quos morũ infirmitas uulnerat, medicina paupertatis curat. Quorũ ſi qua ſunt talia quæ debeant iure reprehendi, hæc ſi uultis, ad uſum ueſtræ mercedis inflectitis, ut ex ipſis eorum uitijs cumulentur uobis incrementa pietatis, quatenus panem pariter detis & uerbum, panem refectionis cũ uerbo correptionis, & duo a uobis alimenta percipiat, qui unum quærebat: dum exterius cibo, & interius ſatiatur eloquio. Pauper ergo cum reprehenſibilis cernitur, moneri debet, & deſpici non debet. Si uero reprehẽſionis nil habet, uenerari ſummopere ſicut interceſſor debet. Sed ecce multos cernimus, quis cuius ſit meriti, neſcimus. Omnes ergo uenerandi ſunt, tantoq; neceſſe eſt ut omnibus te humiliare debeas, quanto quis ſit ipſe ignoras. Rem fratres refero, quam bene is qui præſto eſt, frater & compreſbyter meus ſpecioſus nouit. Eodem tempore quo monaſteriũ petij, anus quædam Redempta nomine, in ſanctimoniali habitu conſtituta in urbe hac iuxta beatæ Mariæ ſemper uirginis eccleſiam manebat. Hæc illius Herundinis diſcipula fuerat, quæ magnis uirtutibus pollens, ſuper Prænestinos montes uitam eremiticam duxiſſe ferebatur. Huic duæ in eodem habitu diſcipulæ adhærebant, una nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc ſupereſt, quam quidem facie ſcio, ſed nomine neſcio. Tres itaq; hæ in uno habitaculo commorantes, morum quidem diuitijs plenam, ſed tamẽ rebus pauperem uitam ducebant. Hæc autem quam præfatus ſum, Romulam, aliam quam prædixi condiſcipulam ſuam, magnis uitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, ſummæ obedientiæ, cuſtos eris ſui ad ſilentiũ, ſtudioſa ualde ad continuę orationis uſum. Sed plerunq; hi quos iam perfectos homines æſtimant, adhuc in oculis ſummi opificis aliquid imperfectionis habent, ſicut ſæpe imperiti homines nec dum perfecte ſculpta ſigilla conſpicimus, & iam quaſi perfecta laudamus, quæ adhuc artifex conſiderat & limat: laudari iam audit, & tamen ea tundere meliorando non deſinit. Hæc quam prædiximus Romula ea quam græco uocabulo paralyſin medici uocãt, moleſtia corporali percuſſa eſt, multiſq; annis in lectulo decumbens, pene omnium iacebat membrorum officio deſtituta, nec tamen hęc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant: Nam ipſa ei detrimenta membrorũ, facta fuerant incrementa uirtutum, quia tanto ſollicitius ad uſum orationis excreuerat, quanto & aliud

In Homilia de diuite & Lazaro.

1

In ſanctimoniali habitu conſtituta.

2

Cuſtos ſilentij, & cõtinuæ orationis ſtudioſa.

quodlibet agere nequaquam ualebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptam quam prefatus sum (quæ utrasq; discipulas suas filiarum loco nutrierat) uocauit, dicens: Mater ueni, mater ueni. Quę mox cum alia eius condiscipula surrexit, sicut utrisq; referentibus, & multis res eadē claruit, & ego quoq; in eodē tpe audiui. Cūq; noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito cęlitus lux emissa, omne illi⁹ cellulę spatiū impleuit, & splēdor tātę claritatis emicuit, ut corda assistētiū inęstimabili pauore perstringeret, atq; (ut post ipsę referebant) oē in eis corp⁹ obrigesceret, et in stupore subito remanerent. Cœpit nanq; quasi cuiusdā magnę multitudinis ingredientis sonit⁹ audiri, ostiū cellulę concuti, ac si ingredientiū turba premeret, atq; (ut dicebant) intrantiū multitudinē sentiebāt, sed nimietate timoris & luminis nil uidere poterant, qa earū oculos & pauor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quā lucē protin⁹ miri odoris est fragrantia subsecuta, ita ut earū animū, qa lux emissa terruerat, odoris suauitas refoueret. Sed cū uim claritatis illi⁹ ferre non possent, cępit ea dē Romula assistentē et trementē Redēptā suorū morū magistrā blanda uoce consolari, dicens: Noli timere mater, non morior modo. Cumq; hoc crebro diceret, paulatim lux quę fuerat emissa, subtracta est, sed is qui subsecut⁹ est odor remansit, sicq; dies secūdus & terti⁹ transiit, ut aspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte igit quarta eandē magistrā suā uocauit

3 *Ecce psalmodia a sanctis spiritibus decantatur, & nostri temporis hæretici illi detrahere audent.*

qua uenīente uiaticū petiit, & accepit. Nec dū uero eadē Redēpta uel alia ei⁹ discipula a lectulo iacentis discesserat, & ecce subito in platea ante cellulę eiusdē ostiū duo chori psallentiū constiterūt, & sicut se dicebant sex⁹ ex uocib⁹ discreuisse, psalmodię cant⁹ dicebant uiri, & fœminę respondebant. Cūq; ante fores cellulę exhiberent cęlestes exequię, sancta illa anima carne soluta est. Qua ad cęlū ducta, quāto chori psallentiū alcius ascēdebant, tanto cępit psalmodia leuius audiri, quousq; & eiusdē psalmodię sonitus, & odoris suauitas elongata finiret. Hęc igit quādiu uixerat in corpore, quis illam haberet in honore? Indigna cūctis hominib⁹ & despecta uidebat. Quis enim ad illam accedere, quis illam uidere dignaret? Sed latebat in sterquilinio margarita dei. Sterquiliniū fratres hanc ipsam corruptibilitatem corporis appello, sterquiliniū abiectionē paupertatis nomino. Assumpta est ergo margarita quę iacebat in sterquilinio, & posita est i cœlestis regni ornamento. Iam inter superbos ciues emicat, inter ignitos illos lapides ęterni diadematis coruscat.

Sancti iustæ fœminæ celebrant exequias, ut te doceant nō damnare exequias mortuorum.

Anima Romulæ ad cœlum ducta.

O uos qui in hoc mūdo aut diuites esse creditis, aut estis, conferte, si potestis, falsas uestras diuitias ueris diuitiis Romulę. Vos in huius mundi uia omnia amissuri possidetis, illa nil q̄siuit in itinere, & omnia inuenit in peruentione. Vos lętam uitam ducitis, tristē mortē timetis: illa tristē uitā pertulit, ad lętam mortē peruenit. Vos ad temp⁹ q̄ritis obsequia hominū, illa despecta ab hominib⁹, inuenit socios choros angelorum. Discite ergo fratres temporalia cūcta despicere, discite honorem tpalem contēnere, ęternam gloriam amare. Honorate quos pauperes cernitis, & quos foris conspicitis despectos seculi, int⁹ arbitramini amicos dei. Cū his participamini qđ habetis, ut quandoq; dignent uobiscū participare qđ habent. Pensate qđ ore magistri gentiū dicit, In hoc tpe uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorū abundantia uestrę inopię sit supplementum. Pensate qđ ipsa per se ueritas dicit: Quandiu fecistis uni de his fratribus

meis minimis,mihi feciſtis. Ad tribuendũ ergo pigri cur eſtis, quãdo hoc quod iacenti in terra porrigitis,ſedenti in cęlo datis? Sed hęc omnipotens deus qui per me in ueſtris auribus loquit̃,per ſe in ueſtris mẽtib⁹ loquat.

VITA VICTORINI ALIAS ÆMILIANI monachi per D. Gregorium Papam ſcripta.

In Homilia ſuper Euangelio centum ouium & decem drachmarum.

Enſemus ſuper nos fratres chariſsimi conditoris noſtri diuitias,peccare nos uidet,& perfert. Qui nos ante culpã pec-
p care prohibuit,etiam poſt culpam expectare ad ueniam nõ deſiſtit. Ecce ipſe nos quem deſpeximus,uocat: auerſi ab illo ſumus, & tamen non auertitur. Vnde & bene per Iſaiam dicitur: & erunt oculi tui uidentes præceptorem tuũ,& aures tuæ audient uocem poſt tergũ monentis. Quaſi in faciem ſuã homo monitus eſt,quando ad iuſtitiam conditus, præcepta rectitudinis accepit. Sed cũ hæc eadem præcepta contempſit, quaſi conditori ſuo dorſum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc ſequitur,poſt tergum monet, quia iam & a nobis contemptus eſt,& tamen nos adhuc uocare non ceſſat. Quaſi dorſum in faciem eius dedimus, cuius uerba deſpicimus, cuius præcepta calcamus. Sed ſtans poſt tergũ nos auerſos reuocat,quia & uidet quod deſpicitur, & tameſi per præcepta clamat,per patientiam expectat. Penſate ergo fratres chariſsimi ſi cuilibet ueſtrũ loquẽti famulus ſuperbiret,et terga in faciem mitteret,nunquid non contemptus dominus eius ſuperbiam ferret, uulnera diſtrictæ animaduerſionis infligeret? Ecce nos peccando autori noſtro terga in faciem dedimus, & tamen ſuſtinemur. Superbe auerſos benigne reuocat, & qui ferire nos auerſantes potuit, ut reuertamur munera promittit. Tanta ergo conditoris noſtri miſericordia duritiam noſtri reatus emolliat,ut homo qui malum quod fecit experiri percuſſus poterat,ſaltem expectatus erubeſcat.

Rem fratres breuiter refero, quam uiro uenerabili Maximiano, tunc patre monaſterij mei atq; presbytero, nunc autem Siracuſano epiſcopo, narrante cognoui. Hanc itaq; ſi ſolerter auditis, charitati ueſtræ non breuiter ſuffragari credo. Noſtris uero temporibus Victorinus quidam extitit,qui alio quoq; nomine Æmilianus appellatus eſt,non inopis ſubſtantiæ iuxta mediocritatem uitæ,ſed quia plerunq; regnat in rerũ opulentia, carnis culpa, in quodam facinore lapſus eſt, quod deuiſſet ualde pertimeſcere,ac de ſuæ mortis immanitate cogitare. Reatus ergo ſui conſideratione cõpunctus,erexit ſe contra ſe,mundi huius omnia dereliquit,monaſterium petijt. In quo nimirũ monaſterio,tantæ humilitatis, tantæq; diſtrictionis extitit, ut cuncti fratres qui illic ad amorem diuinitatis excreuerant,ſuam cogerent uitam deſpicere, dum illius pœnitentiam uiderent. Studuit nanq; toto mentis annixu cruciare carnem, uoluntates proprias frangere,furtiuas orationes quærere, quotidianis ſe lachrymis lauare,deſpectũ ſui appetere, oblatam a fratribus uenerationem timere. Hic itaq; nocturnas fratrũ uigilias præuenire conſueuerat. Et quia mons in quo monaſterium ſitũ eſt, ex uno latere in ſecretiori parte prominebat,illuc conſuetudinem fecerat ante uigilias egredi,ut ſe quotidie in fletu pœnitentiæ quanto ſecretius,tanto liberius mactaret. Contemplabatur nanq; diſtri-

1 *Vt pœnitentiam ageret de peccato commiſſo Victorinus, ingreſſus eſt monaſterium. Ergo religio ſatisfacit pro peccatis. Ergo ſunt ſatisfactoria opera contra hæreticos.*

2 *Videſne quod optima pœnitẽtia nõ eſt.*

nona uita duntaxat? nec sufficit credere culpam a deo condonari, ut nostri temporis Hæresiarches docuit. sed requiruntur etiam opera satisfactionis pro peccatis, ut digni sint pœnitentiæ fructus.

ctionem uenturi iudicis sui, ac iam eidem iudici concordans, puniebat in lachrymis reatū facinoris sui. Quadam uero nocte abbas monasterij uigilans, hunc latenter egredientem intuitus, lento foras pede secutus est. Quem cū in secreto montis latere cerneret in oratione prostratū, expectare uoluit quando surgeret, ut ipsam quoq; longanimitatem orationis eius exploraret. Tunc subita lux cælitus emissa super eum fusa est qui in oratione prostratus iacebat, tantaq; se in illo loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret. Quam abbas ut uidit, intremuit & fugit. Cumq; post longū hore spatium idem frater ad monasterium rediisset, abbas eius ut disceret an super se effusionem tanti luminis agnouisset, requirere eum studuit, dicens: Vbi fuisti frater? At ille latere se posse credens, in monasterio fuisse respōdit. Quo negante abbas cōpulsus est dicere quid uidisset. At ille se uidens esse deprehēsum, hoc quoq; quod abbatē latebat aperuit, adiungens: Quando super me uidisti lumen de cœlo descendere, uox etiā pariter uenit, dicens: Dimissum est tibi peccatum tuū. Et quidem omnipotens deus peccatū eius potuit taxando relaxare, sed loquendo per uocem, radiando per lumen, exemplo suæ misericordiæ, nostra ad pœnitentiam uoluit corda conuertere. Miramur fratres charissimi, quod persecutorem suum Saulum dominus de cœlo prostrauit, de cœlo alloquutus est. Ecce nostris quoq; temporibus peccator & pœnitens uocem de cœlestibus audiuit. Illi dictū est: Quid me persequeris? iste uero meruit audire, Dimissum est tibi peccatū tuum. Longe est inferior meritis peccator pœnites iste quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere, quia Saulus propter superbiā uocem increpationis, iste uero propter humilitatem uocem consolationis audiuit. Hunc quia humilitas strauerat, diuina pietas erigebat. Illum quia superbia erexerat, diuina seueritas humiliabat.

Ecce miraculo probatum placere deo illā pœnitentiā, quæ per opera nostra ei pure exhibetur.

3

Et fiduciam de misericordia dei debet habere peccator, & a-Elus suos deflere, nec peccata cōmissa negligere, si uemā consequi uult.

4

Habete ergo fratres mei fiduciam de misericordia cōditoris nostri, cogitate quæ facitis, recogitate quæ fecistis. Largitatem supernæ pietatis aspicite, & ad misericordem iudicem, dum adhuc expectat, cum lachrymis uenite. Considerantes nanque quod iustus sit, peccata uestra nolite negligere. Considerantes uero quod pius sit, nolite desperare. Præbet apud deum homini fiduciam deus homo. Est nobis spes magna pœnitentibus, quia aduocatus noster factus est iudex noster. Qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritussancti deus: per omnia secula seculorū. Amen.

In Homilia super Euangeliū homo quidam fecit cœnā magnam.

VITA THEOPHANII COMITIS
per D. Gregorium Papam scripta.

n

On audemus fratres uobis dicere ut omnia relinquatis, sed tamen si uultis, omnia etiam retinendo relinquitis, si sic temporalia geratis, ut tamen tota mente ad æterna tendatis. Huic etenim Paulus Apostolus dicit: Tempus breue est, reliquum superest, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Vxorē

nanq;

nanq; habet, sed quasi non habens, qui sic scit carnis debita exoluere, ut tamen per ea mundo tota mente non cogatur inhærere. Nam cũ idem rursum egregius prædicator dicat. Qui habet uxorẽ, cogitat quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori: ille uxorem habet quasi non habens, qui sic studet placere coniugi, ut tamen non displiceat conditori. Flet quoq;, sed tanq; non fleat, qui sic tẽporalibus damnis affligitur, ut tamen de ęternis lucris semper animũ consoletur. Gaudet uero, sed tanq; non gaudeat, qui sic temporalibus bonis hilarescit, ut tamen semper perpetua tormenta consideret, & hoc quod mentem gaudio subleuat, hanc continuo pondere prouidi timoris premat. Emit autem, sed quasi non possidens, qui ad usum terrena præparat, & tamen cauta cogitatione præuidet quod hæc citius relinquat. Mundo quoq; utitur, sed quasi nõ utatur, qui & necessaria cuncta exterius ad uitæ suæ ministeriũ redigit, & tamen hæc eadẽ non sinit suæ menti dominari, ut & subiecta foris seruiant, & nunq; intentionem animi ad alta tendẽtis frangant. Quicunq; igitur tales sunt, eis profecto terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum adsunt, quia rebus quidem necessarijs utuntur, sed nihil cum peccato habere cupiunt. De ipsis quoque rebus habitis quotidie mercedes quærunt, & plus gaudent bono opere, quam bona possessione.

Ac ne aliquibus ista difficilia esse uideantur, rem de persona refero, quã multi uestrũ mecum nouerunt, quam uidelicet rem ipse ante trienniũ in Centumcellensi urbe a personis fidelibus didici. Nuper nanq; in eadem ciuitate Theophanius comes fuit, uir misericordię actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipue studens. Exercendi comitatus actibus occupatus, agebat terrena & temporalia, sed ut post ex fine eius claruit, magis ex debito quã ex intentione. Nam cũ propinquante mortis eius tempore, grauissima aëris tempestas obsisteret ne ad sepeliendũ duci potuisset, eumq; coniunx sua cũ fletu uehementissimo inquireret, dicens: Quid faciam, quõ te ad sepeliendũ eñcio, quæ ostium domus huius egredi præ tempestate nimia non possum? Tunc ille respondit: Noli mulier flere, qa mox ut ego defunctus fuero, serenitas aëris rediet. Cuius protinus & uocem mors, & mortem serenitas est secuta. Cuius manus & pedes podagræ humore tumescentes, & uersi in uulneribus fuerant, & profluente sanie putebant. Sed cũ corpus illius ex more ad lauandum fuisset detestũ, ita sanum repertũ est, ac si unquam uulneris nihil habuisset. Ductus itaq; ac sepultus est, eiusq; coniugi uisum est, ut quarto die in sepulchro illius marmur quod superim positũ erat, mutari debuisset. Quod uidelicet marmor corpori eius super impositũ, dum fuisset ablatum, tanta ex eius corpore fragrantia odoris emanauit, ac si ex putrescente carne illius pro uermibus aromata ferbuissent.

1 *Mortuorũ corpora de more (subaudi Christiano) lauantur.*

Hæc ergo dixi, ut e uicino exẽplo ostendere possem nonnullos & seculi arem habitum gerere, & secularem animũ non habere. Quos enim talis necessitas in mundo ligat, ut ex omni parte exui a mundo non possint, sic ea quę mundi sunt, debent tenere, ut tamen eis nesciant ex mentis fractione succumbere. Hæc ergo cogitate, & cũ relinquere cuncta quæ mundi sunt non potestis, exteriora exterius bene agite, sed ardenter interius ad æterna festinate. Nihil sit quod desideriũ mentis uestræ retardet, nullius uos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonũ diligitur, mens in bo-

2 *Cum dominus & saluator noster sit Mediator & adiutor noster, non præiudicat ei, ut dicunt hæretici, si & beata uirgo dicatur Mediatrix, & sancti adiutores,*

nostri apud deū. Nā tātæ bonitatis est dominus Iesus, ut quæ sua sūt largiatur seruis suis. Argumentū est hoc opulenti, habere uidelicet, & alijs dare. Largitur aūt axiomata sua nō euacuatus, sed nihil omnino habens. Est nanq; Lux, sacerdos, ouis, petra, fundamētum, & tamen amicis suis cōcedit ut & ipsi sint & dicantur hæc omnia. Lege Magnum Basiliū in Homilia de pœnitentia.

nis melioribus, id est, in cœlestibus delectetur, si malum metuitur, mala animo æterna proponant, ut dum illic esse conspicit & amplius quod diligat, & amplius quod pertinescat, hic omnino nō hæreat. Ad hęc agēda habemus mediatorē dei & hominū adiutorem nostrū, perquē cūcta obtinebimus, si ad illū uero amore flagrā?, qui uiuit & regnat cū patre, &c.

VITA SERVVLI PARALYTICI
per D. Gregorium Papam scripta.

In Homilia dominicæ in sexagesima.

1

Rebus pauper, meritis diues.

Vxta domini uocem, fructū per patientiam reddunt omnes, qui cū humilitate flagella suscipiunt, & post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uua calcibus tunditur, & in uini liquorem liquatur. Sic oliua contusionibus expressa, amurcam suam deserit, & in olei liquorē pinguescit. Sic per triturā areæ a paleis grana separantur, & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plene uitia uincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare, ut tanto post ad iudicē mundior ueniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat.

In ea porticu quæ euntibus ad ecclesiam beati Clementis est peruia, fuit quidam Seruulus nomine, quem multi uestrū mecum nouerunt, rebus pauper, meritis diues, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam a primæua ætate usq; ad finē uitæ paralyticus iacebat. Quid dicam? quia stare non poterat, qui nunquam in lecto suo surgere uel ad sedendum ualebat, nunquam manum suam ad os suum ducere, nunqoam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorū manibus pauperibus errogabat. Nequaquam literas nouerat, sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat, & religiosos quosq; in hospitalitatem suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factūq; est, ut quantū ad mensuram propriam attinet, plane scripturam sacram disceret, cū (sicut dixi) literas funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis deo & laudibus diebus ac noctibus uacare. Sed cū iam tempus esset, ut tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorū dolor ad uitalia rediit. Cumq; se iam morti proximum agnouit, peregrinos uiros atq; in hospitalitatē receptos admonuit ut surgerent, & cū eo Psalmos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumq; cū eis & ipse moriens psalleret, uoces psallentiū repente compescuit, cū terrore magni clamoris, dicens: Tacete tacete, nunquid non auditis quantæ resonant laudes in cœlo? Cumq; ad easdem laudes quas intus audierat, aurem cordis intenderet, sancta illa anima carnis uinculis soluta est. Sed exeunte illa, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes qui illic aderant, inæstimabili suauitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent, quod eam laudes in cœlo suscepiscent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usq; uiuit, & cū magno fletu attestari solet, quia quousq; corpus eius sepulturæ traderent, ab eorū naribus odoris illius fragrantia non recessit.

2

Et cum eo Psalmos pro expectatione sui exitus decantarent.

Ecce quo fine ex hac uita migrauit, qui hic æquanimiter flagella tolerauit. Iuxta uocem ergo dominicam, bona terra fructū per patientiam reddidit, quæ exarata disciplinæ uomere, ad remunerationis segetem peruenit. Sed uos rogo attendite fratres, quod excusationis argumentū in illo

3

Si tantopere nos sanctissimus pōtifex ad

districto iudicio habituri sumus nos, qui a bono opere torpentes, & res, & manus accepimus, si præcepta domini egemus, & sine manibus impleuit. Non cõtra nos dominus tunc apostolos ostendat, qui ad regnum secum fidelium turbas prædicando traxerunt? non contra nos martyres exhibeat, qui ad cœlestem patriam sanguinem fundendo peruenerunt? Quid tũc dicturi sumus, cũ hunc de quo loquuti sumus seruulũ uiderim? Cui lõgus languor brachia tenuit, sed tamẽ hæc a bono opere nõ ligauit. Hęc uobiscũ fratres agite, sic uos ad studiũ boni operis instigate, ut cũ uobis bonos modo ad imitandũ proponi: is, eorũ tũc cõsortes esse ualeatis.

opera bona hortatur, ergo bona opera sunt necessaria ad salutẽ? Ergo non sufficit solũ credere ut docent Nebulones nostri, sed oportet & operari? Cum secundum Apostolum Iacobum non auditores uerbi tantum sed factores operis beati sint futuri.

VITA SANCTÆ FELICITATIS MARTYRIS per D. Gregorium Papam scripta.

In Homilia sup Euãgelio, loquente Iesu ad turbas, ecce mater eius &c.

Sancti euangelij, fratres charissimi, breuis est lectio recitata, sed magnis mysteriorum ponderibus grauida. Iesus etenim conditor & redemptor noster matrem se nosse dissimulat, & quę ei mater sit, qui propinqui, non per cognationem carnis, sed per coniunctionem spũs, designat, dicens: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Quibus nobis uerbis quid aliud innuit, nisi quod obsequentes iussionibus suis multos ex gentilitate colligit, & Iudæã, ex cuius carne genitus est, non agnoscit? Vnde & mater eius cum quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur, qa uidelicet synagoga idcirco ab autore suo non cognoscitur, quia legis obseruationem tenens, spiritualem intellectum perdidit, & sese ob custodiã literæ foris fixit. Sed dum is qui uoluntatem patris fecerit, soror et mater domini dicitur, propter utrunq; sexum qui ad fidem colligitur, mirũ non est, mirãdum uero ualde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles enim discipulos fratres uocare dignatus est, dicens: Ite nũciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem ueniendo poterit, quærendum est, quomodo esse etiam mater possit.

Sed sciendum nobis est quia qui Christi frater & soror est credendo, mater efficitur prædicando. Quasi enim parit dominum, qui eum cordi audientis infundit: & mater eius efficitur prædicando, si per eius uocem amor domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis idoneæ confirmandam, adest beata Felicitas, cuius hodie festa natalitia celebramus, quæ credendo extitit ancilla Christi, & prædicando facta est mater Christi. Septem quippe filios, sicut in gestis eius emendationibus legit, sic post se timuit uiuos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorũ corda in amore supernæ patriæ prædicando roborauit, & parturiuit spũ, quos carne peperat: ut prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo.

Considerate fratres charissimi in fœmineo corpore uirile pectus. Ad mortem stetit imperterrita, amittere se in filijs lumen ueritatis timuit, si nõ fuisset orbata. Nunquid ergo hanc fœminam martyrem dixerim? Certe dominus cum de Ioanne loqueretur, dixit: Quid existis in desertum uidere? prophetam? utique dico uobis, & plusq; prophetam. Et Ioannes ipse

requisitus respondit dicens: Non sum propheta. Quia enim se plus quã prophetam nouerat esse, se prophetam negabat. Qui idcirco plus quam propheta dr̃, quia prophetæ est officium, uentura prænunciare, non etiam ostendere. Ioannes uero plus quam propheta est, quia quem uerbo prædixit digito ostendit. Non ergo hanc fœminam martyrẽ dixerim, sed plus quam martyrem, quæ septem pignoribus ad regnum pręmissis, toties añ se mortua ad pœnas prima uenit, sed peruenit octaua. Aspexit mater & cruciata, & imperterrita filiorum mortem, spei gaudium tribuit, adhibuit dolorem naturæ. Timuit uiuentibus, gauisa est morientibus. Optauit nullum post se relinquere: ne si quem haberet superstitem, non posset habere consortem.

Nemo ergo ex uobis fratres charissimi existimet q̃ eius cor morientibus filijs, etiã carnalis affectus minime pulsauerit. Neq; enim filios, quos carnem suam esse nouerat, sine dolore poterat morientes uidere: sed erat uis amoris interior, quæ dolorem uinceret carnis. Vnde & passuro Petro dr̃: Cum senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non uis. Neq; enim si plenissime Petrus nollet pro Christo pati, potuisset, sed martyrium quod per infirmitatem carnis noluit, per uirtutem spiritus amauit. Qui dum per carnem ad pœnas trepidat, per spiritum ad gloriã exultat. Actum est, ut cruciatũ martyrij̃ nolendo uoluisset, sicut nos quoque cum gaudium quærimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicit, sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amauit ergo iuxta carnem Felicitas filios, sed pro amore cœlestis patriæ mori etiam uoluit quos amauit. Ipsa eorum uulnera accepit, sed in eisdem ipsa ad regnum præuenientibus excreuit. Recte ergo hanc fœminam ultra martyrem dixerim, quæ & toties in filijs est deliberabiliter extincta, & dum multiplex martyrium obtinuit, ipsa quoq; martyrij̃ palmam uicit. Fertur apud ueteres mos fuisse, ut quisquis consul existeret, iuxta ordinem temporum honoris sui locum teneret. At si quis posterior ad consulatum ueniens, consul non semel, sed bis fortasse aut ter tio fieret, etiam illos laude & honore transcenderet, qui non plus quam semel consules extitissent. Vicit ergo beata Felicitas martyres, quæ tot ante se morientibus filijs pro Christo occubuit, quia ad amorem illius sola sua mors minime suffecit.

Consideremus fratres hanc fœminam, consideremus & nos qui membris corporis uiri sumus, in eius comparatione quid æstimabimur? Sæpe nanque agenda aliqua bona proponimus, sed si unus contra nos leuissimus sermo ab ore irridentis eruperit, ab intentione actionis nostræ fracti protinus & confusi resilimus. Ecce nos plerunq; a bono operæ sola uerba reuocant, Felicitatem uero a sancta intentione frangere nec tormenta potuerũt. Nos in aura maledictionis impingimus, hæc ad regnum etiam per ferrum exij̃t, nihilq; quod obsisteret æstimauit. Nos ad præcepta dominica largiri nostra saltem superflua nolumus, hæc non solum Deo suã substantiam contulit, sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cũ ex diuina iussione filios amittimus, sine consolatione lugemus: hæc eos mortuos plangeret, si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districtus iudex uenerit, quid nos uiri dicemus, cum huius fœminæ gloriam uiderimus de debilitate mentis nostræ? Quæ tunc uiris erit excusatio

tio, quando hæc ostendetur, quæ cum seculo & sexum uicit? Sequamur ergo fratres charissimi districtam & asperam redemptoris uiam. Vsu qp pe uirtutum ita iam plana facta est, ut per eam fœminis libeat ambulare. Despiciamus cuncta præsentia, nulla sunt etenim in hoc mundo, qua trãsire non possint. Turpe sit diligere, quod constat citius perire. Nõ nos terrenarum rerum amor superet, non superbia inflet, non ira dilaniet, nõ luxuria polluat, non inuidia consumat. Amore nostro fratres charissimi redemptor noster occubuit, & nos amore eius discamus uincere nosipsos. Quod si perfecte agimus, non solum imminentes pœnas euademus, sed communi cum martyribus gloria remunerabimus. Nam quamuis occasio persecutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum, quia & si carnis colla ferro nõ subdimus, spirituali tamen gladio carnalia nostra desideria in mente trucidamus, ipso adiuuante, qui uiuit & regnat. &c.

VITA TARSILLÆ ET ÆMILIANÆ PER D. Gregorium Papam scripta.

In Homilia sup Euãgelio, simile est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.

Tremendum est ualde fratres Charissimi, quod modo audiuimus, Multi sunt uocati, pauci uero electi. Ecce nos omnes iam uocati per fidem, ad cœlestis regis nuptias uenimus, incarnationis eius mysterium & credimus & confitemur, diuini uerbi epulas sumimus. Sed futuro die iudicij rex intraturus est, quia uocati sumus nouimus, si simus electi nescimus. Tanto igitur necesse est ut unusquisq; nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli uero in bonis quæ inceperunt, minime persistunt. Alter pene totam uitam ducere in prauitate conspicit, sed iuxta finem uitæ a prauitate sua per districtæ pœnitentiæ lamenta reuocatur. Alter electam uidetur uitam ducere, & tamẽ hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finem declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consumat. Alius in malis actibus a primœua ætate se exercet, & in eisdem operibus semper seipso deterior consummatur. Tanto ergo unusquisq; sibi solicite metuat, quanto ignorat quod restat. Quia quod sæpe dicendum est, & sine obliuione retinendum, multi sunt uocati, pauci uero electi. Sed quia nonnunquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam docentium uerba conuertũt, uolo uobis aliquid e proximo dicere, quod corda uestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquo sonat. Neq; enim res ante gestas dicim⁹, sed eas de quibus testes existunt, eisq; interfuisse se referunt, memoramus.

Tres pater meus sorores habuit, quę cunctæ tres sacrę uirgines fuerũt. Quarum una Tarsilla, alia Gordiana, alia Æmiliana dicebatur. Vno omnes ardore conuersæ, uno eodemq; tempore sacratæ, sub districtione regulari degẽtes, in domo propria socialem uitam ducebant. Cumq; essent diutius in eadem conuersatione, cęperũt quotidianis incrementis in amorem cõditoris sui Tarsilla & Æmiliana succrescere, & cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad æterna transire: at contra Gordianæ animus cœpit a calore amoris intimi per quotidiana detrimenta tepescere, & paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebro autem Tarsilla dicere Æmilianæ sorori sug cum magno gemetu solebat; Video Gordianam sororem

nostram de nostra sorte non esse. Perpendo enim quia foris defluit, et cor id quod proposuit non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atq; a leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare: quæ quidem resumebat uultum subito grauitatis inter uerba correptionis sed cum eiusdem correptionis hora transisset, transibat protinus & superducta grauitas honestatis, moxq; ad leuia uerba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum, eiq; persona ualde onerosa erat, quæcunq; huic mundo dedita non erat.

1 *Virtutæ continuæ orationis, afflictionis studiosæ, abstinentiæ singularis, in culmine sanctitatis creuerat.*

Quadam uero nocte huic Tarsillæ amitæ meæ, quæ inter sorores suas uirtute continuæ orationis, afflictionis studiosæ, abstinētiæ singularis, gratate uitæ uenerabilis, in honore & culmine sanctitatis excreuerat (sicut ipsa narrauit) per uisionem atauus meus Felix huius Romanæ ecclesiæ antistes apparuit, eiq; mansionem perpetuæ claritatis ostendit dicens: Veni, quia in hac te lucis mansione susipio. Quæ subsequente mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus fœminis uirisq; morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur: eadem hora eius exitus multi uiri ac fœminæ lectulū eius circunsteterunt, inter quas quoq; mater mea affuit. Tum subito illa sursum respiciens, Iesum uenientem uidit, & cum magna animaduersione cepit circunstantibus clamare, dicens: Recedite, recedite, Iesus uenit. Cumq; in eum intenderet quem uidebat, sancta illa anima carne soluta est, tātaq; subito fragrantia uiri odoris aspersa est, ut ipsa quoq; suauitas cunctis ostenderet illic autorem suauitatis uenisse. Cumq; corpus eius ex more mortuorum ad lauandum esset nudatum, longe orationis usu in cubitis eius & genubus, camelorū more, inuenta est obdurata cutis excreuisse, & quid uiuens eius spiritus semper egerit, caro mortua testabatur.

2 *Ex more mortuorum corpora lauantur. Longæ orationis usu in genubus & cubitis caro obdurata excreuerat.*

Hæc autem gesta sunt ante dominici natalis diem. Quo trāsacto, mox Æmilianæ sorori suæ per uisitationem nocturnę uisionis apparuit, dicens: Veni. Et quia natalem domi fine te feci, sanctam theophaniam iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suæ Gordianæ salute solicita respondit: Et si sola uenio, sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui, sicut asserebat, tristis uultu iterum dixit, Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam uisionem mox molestia corporis est secuta, atq; ita ut dictum fuerat, ante dominicæ apparitionis diem eadem molestia ingraueſcente defuncta est. Gordiana autem mox ut solam remansisse se reperit, eius prauitas excreuit, & quod prius latuit indesiderio cogitationis, hoc post effectu prauæ actionis excreuit. Nam oblita dominici timoris, oblita pudoris & reuerentiæ, oblita consecrationis, conductorē agrorum suorum postmodum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prō ardore conuersæ sunt, sed non in uno eodemq; studio permanserunt: quia iuxta dominicam uocem, multi sunt uocati, pauci uero electi.

3 *Vide sanctos dominidies, Natalem et Epiphaniam.*

4 *O qui uelatas uirgines ex monasteriis abducitis, & nefandis matrimonijs copulatis, considerate quantum hoc scelus sit, q? & sanctissimus Pontifex uehemēter hic detestatur, & prauā actionem nuncupat.*

Hæc ergo dixi, ne quis in bono iam opere positus, sibi uires boni operis tribuat, ne quis de propria actione cōfidat. Quia & si iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras qualis futurus sit, nescit. Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat, quando adhuc in huius uitę incertitudine qui se finis sequatur, ignorat. Sed quia rem retuli, quæ uos ex diuina districtione perterruit, aliud adhuc e uicino refero, quod ex diuina misericordia perterrita corda uestra cōsoletur. Quod tamen in sermone alio iam dixisse me memini, sed uos nequaquam affuistis.

Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli ecclesiam situm est, gratia cõuersionis uenit. Qui diu regulariter protract⁹, quando q̃ susceptus est. Quem frater suus ad monasterium, non conuersionis studio, sed amore carnali secutus est. Is autem qui ad conuersionem uenerat, ualde fratribus placebat. At contra, frater eius longe a uita ac moribus discrepabat, uiuebat tamen in monasterio necessitate potius quam uoluntate. Et cum in cunctis actibus peruersus existeret, pro fratre suo ab omnibus æquanimiter tolerabatur. Erat enim leuis eloquio, prauus actione, cultus uestibus, moribus incult⁹. Ferre uero non poterat, si quisquam illi de sancti habitus conuersatione loqueretur. Facta autem fuerat uita illius cunctis fratrib⁹ uisu grauis, sed tamen, ut dictum est, pro fratris sui gratia erat cunctis tolerabilis. Asperna-batur ualde si quis sibi aliquid de prauitatis suæ correptione loqueret̃, bona non solum facere, sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanct̃ conuersationis habitum uenire, iurando, irascendo, deridendo testabatur. 5 *Religio sanctæ cõuersationis habitus.*

In hac autem pestilentia (quę nuper huius urbis populũ magna ex parte consumpsit) percussus in inguine est, perductus ad mortem. Cum q̃ extremum spiritũ ageret, conuenerunt fratres, ut egressum illius orando pro tegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte præmortuum. In solo tantummodo pector̃ uitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti etiam fratres tanto pro eo cœperunt enixius orare, quanto eum iam uidebant sub celeritate discedere. Tunc repente cœpit eisdem fratribus assistentibus annisu quo poterat clamare, & orationes eorum interrumpere, dicens: Recedite, ecce draconi ad deuorandum datus sum, qui propter uestram pręsentiam deuorare me non potest. Caput meum iam ore suo absorbuit, date locum ut me amplius non cruciet, sed faciat quod facturus est. Si enim ad deuorandum datus sum, quare propter uos moras patior? Tunc fratres cœperunt dicere: Quid est quod loqueris frater? Signum sanctę crucis imprime. Respondebat ille ut poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia a dracone premor. Cum q̃ hoc fratres audirent, prostrati in terram, cum lachrymis cœperunt pro ereptione illius uehementius orare: & ecce subito cœpit melioratus æger quibus ualebat uocibus exultare, dicens: Gratias deo, ecce draco qui me ad deuorandũ acceperat, fugit orationibus uestris, expulsus est, stare nõ potuit. Pro peccatis meis modo intercedite, quia conuerti paratus sum, & secularẽ uitam funditus relinquere. Homo ergo, sicut iam dictũ est, ab extrema corporis fuerat parte præmortu⁹, sed reseruat⁹ ad uitam, toto ad deũ corde conuersus est, longis et continuis in conuersatione eadem flagellis erudit⁹, atq; ante paucos dies excrescente corporis molestia defunctus. Qui iam draconẽ moriens non uidit, quia illum per cordis immutationem uicit. 6 *Conuenerunt fratres ut egressum eius orãdo protegerent. Ergo orationes protegunt egressus animarum.* 7 *Fratres prostrati in terram cum lachrymis orare cœperunt, & diabolus eorum orationibus uictus aufugit, nec stare potuit* 8 *Nota tu desertor religionis, quia Gordiana eo quod apostatauit ab excellentia sanctimonialis habitus, corruit ad æternam pœnam.*

Ecce fratres charissimi, Gordiana quam superius dixi, a sanctimonialis habitus excellentia corruit ad pœnã, & frater hic de quo narraui ista, ab ipso mortis articulo rediit ad æternam uitam. Nemo igit̃ scit qd de se in occultis dei iudicijs agat̃, quia multi sunt uocati, pauci uero electi. Quia ergo nulli de se certũ est electũ se esse, restat ut omnes trepident, omnes de sua actione formident, omnes in sola diuina misericordia gaudeant, null⁹ de suis uiribus præsumat. Est qui perficiat fiduciam uestram, ille scilicet q̃ in se dignatus est assumere carnem nostram, q̃ uiuit & regnat &c. 9 *Quid dicis tu qui credenti tantum in Christum, & propter eum statuenti remissa sibi esse peccata, audes tã certo uitam æternam promittere? Cum hic sanctissimus pontifex potius hortetur omnes semper trepidare & de sua actione formidare debere, eo quod nullus certo sciat se esse electum.*

INCIPIT PRÆFATIO SANCTI BERNARDI

Abbatis Clareuallensis in uitam sancti Malachiæ episcopi.

Semper quidem operæpreciũ fuit illustrus sanctorum describere uitas, ut sint in speculum, & exemplum, ac quoddã ueluti condimentum uitæ hominum superterram. Per hoc enim quodammodo apud nos etiam post mortem uiuunt, multosq; ex his, qui uiuentes mortui sunt, ad ueram prouocant, & reuocãt uitã. Verũ nũc maxime id reqrit raritas sanctitatis, & nra planè ætas inops uiroꝝ. Quã sane inopiã sup nos adeo iualuisse sentim⁹, ut nulli sit dubiũ illa snia nos feriri: Qm̃ abũdabit iniqtas, refrigescet charitas multoꝝ. Et ut suspicor ego, aut p̃sto, aut ppe est, de quo scriptũ est: Faciẽ eius p̃cedet egestas. Ni fallor, Antichr̃s est iste, quẽ fames, ac sterilitas totius boni, & prẽit, et comitaẽ. Siue igr̃ nũcia iã p̃ntis, siue iãiãq; ad futuri p̃nũcia egestas in euidẽti est. Taceo uulgus: taceo uilẽ filioꝝ huius seculi multitudinẽ: in ipsas ecclesiæ colũnas nolo oculos leues. Quẽ mihi ostendas, uel de illorum numero, qui uidentur dati in lucem gentium, non magis de sublimi fumantem, q̃ flammantem? Et si lumen, quod in te est (inquit) tenebræ sunt, quantæ sunt tenebræ? Nisi tu illos forte (quod non credo) lucere dixeris, qui quæstum æstimãt pietatem, qui in hæreditatem Domini, non quæ Domini, sed magis quæ sua sunt, quæritant. Quid dico quæ sua sunt? Perfectus sit, & sanctus etiam sua quærens, suaq; retinens, si ab alienis cor, manusq; contineat. Meminerit tamen qui sibi usq; huc forte peruenisse uidetur, eundem exigi sanctitatis gradum & ab ethnico. An non milites suis iubentur contenti fore stipendijs, ut salui fiant? Magnum uero ecclesiæ doctori, si sit sicut unus militum: aut certe (quod ad illorum improperiũ propheta loquitur) si ut populus, ita & sacerdos fuerit. O deformitatem. Ita ne summus merito reputandus erit, qui summo corruens gradu hærebit nix infimo, ne abyssso absorbeatur? Quam rarus tamen iste ipse in clero? Quem item das mihi contentum necessarijs, contemptorem superfluorum? Lex est tamen præfixa ab apostolis apostolorum succesoribus. Victum & uestitum habentes, inquiunt, his contenti simus. Vbi forma hæc? In libris cernimus eam, sed non in uiris. Habes uero de iusto: Quin lex Dei eius in corde ipsius, & non in codice. Nec perfectionis is gradus. Perfectus carere & necessarijs paratus est. At gratis illud. Vtinam superfluis ponatur modus: Vtinam non cupiamus in infinitũ. Sed quid? Forte reperias, qui hoc possit. Id quidem difficile. Sed uide qd egimus. Quærebamus uirum optimum, multorum liberatorem, & ecce laboramus in inueniendo, qui seipsum saluum facere possit. Optimus hodie est, qui non est nimis malus. Vnde quoniam a terra defecit sanctus, uideor mihi non superuacue ex his, qui empti sunt de terra, reuocare ad medium Malachiam episcopum, iterum uere sanctum, & nostrorum quidẽ temporum singularis sapientiæ, & uirtutis. Iste erat lucerna ardens, & lucens, nec extincta est tamen, sed submota. Quis mihi iure succenseat, si readmouero eam? Immo uero non est quod mihi ingrati esse mei seculi homines debeant, & omnis deinceps generatio uentura, si quem cõditio tulit, reuocem stylo, si mundo restituam, quo dignus non erat mundus, si seruem memoriæ hominum hominem, cuius memoria in benedictione sit omnibus, qui legere dignabuntur, si me excitante amicum dormientem,

nox.

uox turturis audita fuerit in terra nostra dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsumationem seculi. Deinde sepultus apud nos est, nobis specialiter hoc opus incumbit. Quid quod me inter speciales amicos sanctus ille habebat, & eo loci, ut nulli in hac parte gloriæ secundum fuisse me credam? Nec mercede uacat mihi tantæ familiaritas sanctitatis. Primitias iam accepi. In extremis positus erat, immo in principijs iuxta illud: Cum consumatus fuerit homo, tunc incipit. Ac cucurri ego, ut benedictio morituri super me ueniret. At ille cum iam membra alia mouere non posset, fortis ad dandam benedictionem, eleuatis sanctis manibus super caput meum benedixit mihi, & benedictionem hæreditate possideo: & quomodo illum silere queam? Postremo tu id mihi Abba Congane iniungis, reuerendus frater, & dulcis amicus meus, ac tecum pariter (ut ex Hybernia scribis) uestra illa omnis ecclesia sanctorum. Libens obedio: præsertim quod non eloquium exigitis, sed narrationem. Dabo uero operam, ut ea sit pura, & luculenta, deuotos informans, fastidiosos non onerans. Sane narrationis ueritas secura apud me est, intimata a uobis haud alia proculdubio protestantibus, quàm quæ certissime comperta sunt uobis.

INCIPIT VITA SANCTI Malachiæ Episcopi.

Malachias noster ortus Hybernia de populo barbaro, ibi educatus, ibi literas edoctus est. Cæterum de Natali barbariæ traxit nihil, non magis quam de sale materno pisces maris. Quàm uero suaue quod inculta nobis barbaries tam urbanum protulit ciuem sanctorum, & domesticum Dei: qui producit mel de Petra, oleumq; de saxo durissimo, ipse fecit hoc. Parētes tamen illi fuere genere & potentia magni iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. At mater mente, cū sanguine generosior, satagebat in ipso initio uiarum suarum, notas paruulo facere uias uitæ: hanc pluris illi existimans uentosa scientia literaturæ secularis. Ad utranq; tamen huic non defuit ingenium pro ætate, In scholis literas, domi timorem domini docebatur: & quotidianis profectibus respondebat ambobus satis, magistro, & matri. Nempe a principio spiritum sortitus est bonū, per quem erat puer docilis, & amabilis ualde, mire admodum omnibus per omnia gratiosus. Bibebat autem pro lacte de pectore materno aquas sapientiæ salutaris, & fiebat in dies seipso prudētior. Prudentior dicam, an sanctior? utrūque si dixero, non me pœnitebit. Veritatem enim dicam. Agebat senē moribus, annis puer, expers lasciuiæ puerilis. Cumq; ex hoc cunctis esset reuerentiæ, ac stupori, non tamen inde, ut assolet insolentior inueniebatur, sed magis quietus, & subditus in omni mansuetudine. Non impatiēs magisterij, non fugitans disciplinæ, non lectionis fastidiens, non ludorum denique appetens: quod uel maxime illa ætas, ac familiare habere solet. Et proficiebat supra omnes coætaneos suos in ea quidem literatura, quæ illi competebat ætati. Nam in disciplina morum, profectuq; uirtutum, etiā super omnes docentes se in breui enituit, non tam matre tamen cū unctione magistra. Hac solicitante, haud segniter & in diuinis exercebatur, pe-

tere secretum, anticipare uigilias, meditari in lege, reficí parcius, orare frequentius. Et quia ecclesiam frequentare, nec uacabat propter studium, & pro uerecundia non libebat, leuare puras manus in omni loco, ubi tamen secrete id posset. Iam tunc siquidem cautus fuit declinare uirus uirtutum inanem gloriã. Est uicus prope ciuitatem, in qua discebat puer, quo magister eius frequenter pergere solitus erat, ipso solo comite. Illo euntibus ambobus pariter, ipse (ut postea referebat) retrahebat pedem, sistebat gradum, & stans a tergo magistri, illo quidem non comperiente, expansis ad cœlum manibus, raptim quodammodo, ac ueluti iaculatam emittebat orationem: & sic dissimulans magistrum denuo sequebatur. Istiusmodi pio furto puer sepius eludebat comitem, & magistrum. Non est dicere omnia, quæ eius principia colore bonæ indolis decorauere, ad maiora, atq; utiliora currendũ. Vnũ tamen refero adhuc, quod hoc meo quidem iudicio, non modo bonæ, sed & magnæ in puero dederit insigne spei. Excitus aliquando opinione cuiusdam magistri (erat enim famosus in disciplinis, quas dicunt liberales) adiuit illũ discendi cupiditate. Quippe extrema iam pueritiæ captans ad eas literas anhelabat. Intrans uero domũ uidit uirum ludentem fabula, crebrisq; sulcantem tractibus nescio quo notabili modo parietem. Et solo uisu offensus puer serius quod lenitatem redoleret, resiliuit abeo, ac deinceps illũ nec uidere curauit. Ita cũ esset studiosissimus literarũ, præ honesto tamen spreuit eas uirtutis amator. Tali quodam præludio puer præparabatur ad eum, qui se manebat in fortiori ætate conflictũ: iamq; ipse aduersarium prouocabat. Et Malachiæ quidem pueritia sic erat. Porro adolescentiam simili transiuit simplicitate, & puritate; nisi quod crescente ætate, crescebat simul illi sapientia, & gratia apud Deum, & homines.

Hinc iam, id est, ab ineunte adolescentia eius, cœpit manifestius apparere quid esset in homine, & gratia Dei in illo uacua non uideri. Videns enim industrius adolescens quod in maligno mundus positus sit; & cogitans qualem spiritũ accepisset, dicebat intra se, Non est spũs huius mundi iste. Quid isti, & illi? Non est societas alteri ad alterũ, non plus cũ luci ad tenebras. Mens ex Deo est, & scio quæ in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocentia uitæ, inde continentiæ decus, inde iustitiæ fames, inde quoq; illa eo securior, quo secretior, gloria mea est testimonium conscientiæ meæ. Nil horũ mihi tutum sub Principe mũdi. Deinde habeo thesaurum hunc in fictili uase. Verendũ ne impingat, & frangatur; & effundat oleum lætitiæ, quod porto. Et quidem non pingere inter saxa, & scopulos distortæ, & anfractuosæ uiæ, & uitæ huius difficillimum. Ita ne in momento perdam simul omnes, quibus ab initio præuentus sum, benedictiones dulcedinis? resigno illi potius, a quo sunt, & me pariter. Et ego enim ipsius. Perdo ipsam ad tẽpus animam meam, ne perdam in æternũ. Et quod sum, & quæ habeo omnia, ubi mihi æq; salua, uti in manu auctoris? Quis ita ad seruandũ solicitus, ad retinendũ potens, ad restituendũ fidelis? Seruabit tuto, restituet opportune. Sine retractatione me do ad seruiendũ illi de donis suis. Nõ potest mihi perire ex omnibus, quæ in opus pietatis expendero. Forte & sperare plus aliquid licet. Solet reddere cũ usura, quæ dat gratis. Ita est. Etiam cumulabit, & multiplicabit in anima mea uirtutem. Hæc cogitauit, & fecit, sciens absq; facto ua-

nas esse cogitationes hominũ. Erat homo in ciuitate Ardinacha: ipsa est, in qua alitus est Malachias; & homo ille sanctus, & austeræ admodũ uitæ, inexorabilis castigator corporis sui, cellã habens iuxta ecclesiã. In ea manebat ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die, ac nocte. Ad hũc se contulit Malachias formã uitæ accepturus ab eo, qui uinũ se tali damnauerat sepultura. Et uide humilitatem. A primæua ætate in sancta arte magistrum (quod dubiũ non est) habuerat Deum; & ecce factus est denuo discipulus hominis, homo mitis, & humilis corde. Si nesciebamus, hoc uel solo nobis ipse probauit. Legant hoc qui docere, quæ non didicere, conãtur, discipulos sibi coaceruantes, qui nunq̃ discipuli extitere, cœci duces cœcorum. Malachias doctus a Deo, doctorem nihilominus quæsiuit hominem, & quidem caute, & sapienter. Quid simile, quæso, afferre quibat, in quo æque daret, caperetq̃ experimentum profectus sui? Si Malachiæ exemplum eis pro minimo est; Pauli opus attendant. Non Euangelium suum, q̃ non ab homine acceperat, sed a Christo, cum hominibus tamen censuit conferendum; ne forte in uacuum curreret, aut cucurrisset? Vbi ille securus non est, nec ego. Si quis hoc scit, uiderit ne non tam securitas sit, q̃ temeritas. Sed hæc alterius temporis. Nunc uero sonuit in ciuitate, quod factum est; & commota est uniuersa ad inopinatam nouitatẽ. Stupebant autem omnes, & uirtutem mirabãtur, eoq̃ amplius, quo minus usitatam in gente fera. Videres tunc reuelari ex multorum cordibus cogitationes. Plericq̃ humano affectu pensantes factum, plangere, et dolere; q̃ dilectus omnibus, delicatusq̃ adolescens duris se adeo laboribus mancipasset. Alij suspicati lenitatem propter ætatem, diffidere de perseuerantia, timere de casu. Nonnulli temeritatem causantes indignari, & fremere in eum, q̃ supra ætatem, & uires inconsulte rem arduam fuisset aggressus. Verum ille sine consilio egit nihil. Nam habuit consilium a propheta, qui ait: Bonũ est homini si portauerit iugum ab adolescentia. Et addit: sedebit solitarius, & tacebit, qa leuauit se supra se. Sedebat sibi iuuenculus secus pedes Imarij (hoc enim nomen uiro) & aut discebat obedientiam, aut se didicisse docebat. Sedebat ut quietus, ut mansuetus, ut humilis. Sedebat, & tacebat, sciens secundum prophetam cultum iustitiæ esse silentium sedebat ut perseuerans, tacebat ut uerecundus; nisi quod suo illo silentio in Dei auribus loquebatur cum sancto Dauid: adolescentulus sum ego, & contemptus; iustificationes tuas non sum oblitus. Et sedebat interim solitarius, quia et sine socio, & sine exemplo. Quis enim ante Malachiam districtissimum uiri propositum uel cogitaret attentare? Nempe mirabile omnibus habebatur, non imitabile. Malachias imitabile persuasit, sedendo duntaxat, et tacendo. Intra paucos dies habuit imitatores non paucos, puocatos exẽplo sui. Ita qui primo solitarius sedit, & unicus patris sui, fit iam unus ex multis; fit ex unigenito primogenitus in multis fratribus. Et ut prior in cõuersione, ita in conuersatione sublimior; & qui ante omnes uenit, omniũ iudicio supra omnes emicuit in uirtute. Et dignus uisus est episcopo pariter, & magistro, qui ad Diaconij gradum promoueretur. Et coegerunt eum. Hinc iam leuita Domini publice se ad omne opus pietatis accinxit: plus uero ad eas res, in quibus aliqua iniuria uideretur. Denicq̃ cura erat ei maxima in sepeliendis defunctis pauperibus; qd hoc sibi non minus humilitatem saperet, quam humanitatem. Nec defuit nouo nostro Tobiæ

1 *Hoc facit cõtra nostri tẽporis hæreticos, qui Scripturas sacras ex capite suo interpretãtur, nec sequi uolunt sanctorum patrũ expositiones.*

2 *Inaniter commendat Bernardus Sanctum ab officio sepeliendi pauperes mortuos, si*

sepultura negligẽda est, & nullius meriti apud deum, ut docent quidam modo. Sed ut Malachias et Bernardus uiri sancti, et opera eorum iusta, ita dogmata istorum peruersum.

rediuiua a muliere tentatio, immo a serpente per mulierem. Germana eius indignitatem (ut sibi uidebatur) officij exhorrens: Quid facis (inquit) o insane? Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et hoc illi quotidie exprobrans ingerebat. Sed respondebatur mulieri stultę iuxta stultitiam suam: Misera tu eloquij casti uocem tenes, sed uirtutem ignoras. Ita ministerij, ad quod coactus acceserat, deuotus tenuit, indefessus exercuit. Vnde & censuerunt etiam sacerdotale officium imponẽdum illi. Et factum est ita. Erat autem cum sacerdos ordinatus est, annos natus quasi uigintiquinq;. In qua eius utraq; ordinatione, si quid præter canonum formam processisse uidetur, ut uere uidetur; siquidem infrá uicesimumquintum annum leuiticum ministerium, infra tricesimum adeptus est sacerdotij dignitatem, donandum sane tum zelo ordinatoris, tũ meritis ordinati. Ego uero istud nec in sancto redarguendum; nec usurpandum consulo ei, qui sanctus nõ fuerit. Nec contentus Episcopus, etiam uices suas commisit ei, seminare semen sanctum in gente non sancta: & dare rudi populo, & sine lege uiuenti, legem uitæ, & disciplinæ. Suscepit ille mandatum in omni alacritate, sicut erat spiritu feruens; nec talentis incubans, sed inhians lucris. Et ecce linguæ sarculo cœpit euellere, destruere, dissipare, de die in diem factitans praua in directa, et aspera in uias planas. Exultabat ut gigas ad discurrendum ubiq;. Diceres ignem urentem in consumendo criminum uepres. Diceres securim, uel asciam in deijciendo plantationes malas, extirpare barbaricos ritus, plãtare Ecclesiasticos. Veternosas omnes (necq; enim paucæ inueniebantur) abolebat superstitiones; seu quaslibet, ubicunq; deprehendisset, malignitates, immissas per angelos malos. Denicq; quicquid incompositum, quicquid indecorum, quicquid distortum obuium habuisset, non parcebat oculus eius; sed uelut grando grossos è ficubus, & sicut puluerem uentus a facie terræ; sic coram facie sua eiusmodi nitebatur totum pro uiribus exturbare, ac delere de populo suo. Et pro his omnibus tradebat iura cœlestia optimus legislator. Leges dabat plenas iustitiæ, plenas modestiæ, & honesti sed & Apostolicas sanctiones, ac decreta sanctorum patrum, præcipueq; consuetudines sanctæ Romanæ Ecclesiæ in cunctis ecclesijs statuebat. Hinc est quod hodie in illis ad horas canonicas cantatur, & psallitur, iuxta morem uniuersæ terræ: Nam minime id ante fiebat, ne in ciuitate quidem. Ipse uero in adolescentia cantum didicerat; & in suo cœnobio mox cantari fecit; cum necdũ in ciuitate, seu in episcopatu uniuerso cantare scirent, uel uellent. Deinde usum saluberrimum confessionis, sacramentum confirmationis, contractum cõiugiorũ: quæ omnia aut ignorabant, aut negligebãt, Malachias de nouo instituit. Et de his ista pro exemplo sufficiant. Nam & per totum historiæ textum, breuitatis studio plurima præterimus.

3

O hæretice, si sanctorum patrum decreta, si sanctæ R.o. ecclesiæ consuetudines, si horæ canonicæ & cantus ecclesiasticus res essent superstitiosæ, & inanes, imo etiam malæ & damnatæ, ut peruerse deus, Sanctus uir nunquam hæc in regnum Hyberniæ introduxisset. Quod cũ fecerit, conuinceris tu mendacij & impietatis.

4

Confessionis usum, cõfirmationis sacramentum, et cõtractum cõiugiorum nõ introduxisset Malachias, nisi hæc essent tria Ecclesiæ sacramenta, quæ et nunc impugnãtur ab hæreticis.

5

Nota tu qui de sacramentis Ecclesiæ aliud cõstituis et doces quã ritus hẽat uniuersalis ecclesiæ, quãdo sanctissimus uir non est ausus aliquid sup his loqui, nisi prius consuleret doctũ & Catholicum Episcopum.

Cum esset illi studium, & zelus maximus circa cultum diuinorum, & uenerationem sacramentorum; ne forte de his aliquid constitueret, uel doceret secus cq; ritus haberet uniuersalis ecclesiæ; subijt animum, adire Episcopum Malchum, qui se plenius de omnibus informaret. Hic erat senex, plenus dierum, & uirtutum; & sapientia Dei erat in illo. Natione quidem, Hybernus; sed in Anglia conuersatus fuerat in habitu, & proposito monachali in Vintonienſi monasterio. De quo assumptus est in Episcopum in Lesmor ciuitatem Mumoniæ; & ipsa nobilior inter cæteras regni illius.

Ibi tanta ei desuper collata est gratia; ut non modo uita, & doctrina, sed & signis clareret. Quorũ duo pono exẽpli causa; ut omnibus innotescat qualem in scientia sanctorũ Malachias habuerit preceptorem. Puerũ mente captũ ex his, quos lunaticos uocant, inter confirmandũ sacra unctione sanauit. Hoc ita notũ, certumq; fuit, ut illũ mox constituerit hostiariũ domus suæ; uixeritq; idem puer incolumis in eo officio usq; ad uirilẽ ætatem. Surdo auditũ restituit; in quo idem mirabile quiddam confessus est: q; cũ sanctus uti q; auriculæ hinc inde digitos immisisset, duos quasi porcellos exipsis exire senserit. Pro his, atq; huiusmodi fama crebrescente, nomen grande adeptus est; ita ut ad eum Scoti, Hybernicq; confluerent; & tanq; unus omniũ pater ab omnibus coleretur. Ad hunc ergo Malachias accepta benedictione patris Imarij, & ab episcopo missus, cũ prospere peruenisset, benigne a sene susceptus est. Qui annos aliquot cũ eo mansit, ut per hanc temporis moram hauriret plenius de pectore ueterano, sciens scriptum, Quia in antiquis est sapientia. Sed ne hoc quoq; ad causam defuisse reor; quod magnus ille prouisor uniuersorũ uoluit seruum suum Malachiam in loco tam celebri notum fieri omnibus, qui erat omnibus profuturus. Nec enim poterat non esse gratus, quibus notus fuisset. Denicq; unũ interim accidit, per quod ex aliqua parte quod notũ Deo erat, in illo manifestũ fecit hominibus. Inter regem Mumoniæ (quæ est Hyberniæ pars Australis) & germanum eius orta simultate; & fratre facto superiori, rex pulsus regno confugit ad Episcopũ Malchum. Non tamen ut ope illius regnũ recuperaret; sed magis princeps deuotus dedit locũ iræ, & necessitatem in uirtutem conuertit, priuatam eligens ducere uitam. Cumq; Episcopus regẽ suscipere debito honore pararet, abnuit ille, se malle inquiens tanq; unum ex illis esse pauperibus fratribus, qui illi adhærerent; regiũ fastum deponere; & cõmuni paupertate fore contentũ; expectare potius Domini uoluntatem, q; per uim recipere regnũ; nec uelle pro suo honore terreno sanguinem humanum effundere, qui contra se clamet ad Deum de terra. Quo audito axultat Episcopus; & admiratus deuotionem satisfacit uoto. Quid plura? Traditur regi paupercula domus ad habitandũ, & Malachias in Magistrũ, ad uictum panis cum sale & aqua. Porro ad delitias sufficiebat Regi, Malachiæ præsentia, uita, atq; doctrina; ita ut diceret ei: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ad hæc per singulas noctes lachrymis suis stratũ suum rigabat: sed & quotidiano aquæ frigidæ balneo male calentem extinguebat in carne libidinẽ. Et orans Rex cum rege dicebat: Vide humilitatem meam, & laborem meum; & dimitte uniuersa delicta mea. Et non amouit Deus orationem eius, & misericordiam suam ab eo. Et exaudita est oratio eius; etsi secus q; intenderet ipse. Nam is quidem sollicitus erat pro anima sua: Sed uindex innocentiæ Deus, hominibus ostendere uolens, quoniam sunt reliquiæ hominí pacifico, parabat interim facere iudiciũ iniuriam patienti, quod ille penitus non sperabat. Et suscitauit Deus spiritũ uicini regis: neq; enim unũ est Hibernia Regnũ, sed diuisa in plura. Hic itaq; uidens quæ facta sunt, repletus est Zelo; & hinc quidem indignans prædonũ libertati, & insolentiæ superborũ, inde uero miserans Regni desolationem, & Regis deiectionem, descendit ad cellulam pauperis: suadet reditũ, sed nõ persuadet. Instat tamen, spondet opem, de effectu non diffidere monet, Deum affu-

6

Vide hæretice quomodo deus approbare uoluerit sanctum & uenerabile esse confirmationis sacramentũ quando in exhibitione illius p sanctum episcopum, miraculũ tale patrare dignatus est.

turum promittit, cui non poterunt resistere omnes aduersarij eius. Proponit etiam oppressionem pauperũ, patriæ uastationẽ, & non proficit. Cæterum accedente mandato Episcopi, & Malachiæ consilio; de quibus ille pendebat totus, uix tandem acquiescit. Sequitur Rex regem, & iuxta uerbũ Regis, sicut fuerat uoluntas in cœlo, tota facilitate pulsis prædonibus, reducitur homo in sua cũ exultatione suorũ, regnoq́ restituitur suo. Dilexit ex tunc rex ille, & semper reueritus est Malachiam; eoq́ propensius, quo plenius in sancto uiro digna ueneratione, & amore compererat. Cuius enim tantam meruit in sua aduersitate familiaritatem, sanctitatem ignorare non potuit. Propterea magis in sua prosperitate perpetuis illum amicitijs, deuotisq́ colebat obsequijs; & libenter audiebat eum, & audito eo multa faciebat. Et de his satis. Veruntamen non fortuitu factũ reor, quod ita iam tunc magnificauit eum dñs in conspectu regnũ: sed quia uas electionis sibi erat ille, portaturus nomen suũ corã regib⁹, & principibus.

Mortua est interim soror eius illa, quã præfati sumus. Nec prætereundæ uisiones, quas uidit de ea. Huius siquidem sanctus carnalem exhorruerat uitam, & tanto Zelo, ut se denouerit non uisurũ eam in carne uiuentem. At illi, carne soluta, solutũ est uotum; & cœpit uidere in spiritu, quam in corpore noluit. Quadam nocte audiuit per somniũ uocem sibi dicentis, sororem eius stare foras in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui euigilans cito intellexit, cuius escæ inedia marceret. Et diligenter discusso numero dierũ, quem audierat, ipsum esse reperit, ex quo pro ea panem de cœlo uinũ non obtulisset. Tum ille, qui sororis non animam oderat, sed peccatũ, beneficentiam, quam intermiserat, rursum adoritur. Neq́ id frustra. Non multo post uisa est illi peruenisse ad limen ecclesiæ, necdum tamen posse intrare; apparere etiam in ueste pulla. Cumq́ ille perseueraret curans ne qua die solita stipe frustraretur: secundo uidit eam in ueste subcandida admissam quidem intra ecclesiam, sed altare contingere non permitti. Tertio tandem uisa est aggregari cœtui candidatorũ, & in ueste candida. Vides lector quantũ ualeat deprecatio iusti assidua? Vere regnũ cœlorum uim patitur; & uiolenti rapiunt illud. Nonne tibi uidetur Malachiæ oratio uicem quodammodo effractoris exhibuisse cœlestibus portis, quãdo peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, quod suis meritis negabatur? Hanc uim, Iesu bone, tu qui pateris, facis, ualidus & pius ad saluandũ, faciens misericordiam, & potentiam in brachio tuo, & in sacramento tuo, seruans sanctis, qui in terra sunt, usq́ in cõsumationem seculi. Hoc plane sacramẽtũ potens peccata cõsumere, debellare obuias potestates, inferre cœlis reuertentes de terra.

7 *Heus tu qui negas in sanctissima eucharistia uerum Christi corpus contineri, qui iactas errorem esse Missam applicare defunctis, orationes uiuorum non prodesse mortuis, lege hoc caput, & miser confundere.*

Et Dominus quidem in regione Lesmorensi sic præparabat dilectum suum Malachiam ad gloriam nominis sui. Verum qui miserant eum nomine iam ferentes absentiam eius missis epistolis reuocant illum. Quo reddito suis, & quidem instructione de omnibus, quæ oporteat: en opus a Deo paratum, & seruatum Malachiæ. Vir diues, & potens, qui locum Benchor, & possessiones eius tenebat, inspiratus a Deo confestim in manu eius sua omnia dedit, & se quoq́. Et is auunculus eius. Sed Malachiæ spũs, q̃ carnis propinquitas pluris fuit. Ipsum quoq́ locum Benchor, de quo cognominabatur, tradidit ei princeps ut ædificaret ibi Monasteriũ uel potius reędificaret. Nempe nobilissimũ extiterat ante sub primo pa-

tre Congello multa milia monachorum generans, multorum Monasteriorum caput. Locus uero sanctus, fœcundusq́, sanctorum copiosissime fructificans Deo, ita ut unus ex filijs sanctæ illius congregationis, nomine Luanus, centum solus Monasteriorum fundator extitisse feratur. Quod idcirco dixerim, ut ex hoc uno conijciat lector, q̄ ingēs fuerit reliqua multitudo. Denicq́ ita Hyberniam, scotiamq́ repleuerunt genimina eius, ut ea potissimum tempora Dauidici illi uersiculi præcinisse uideantur: Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniā ita est præparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabit geniminans. Et in hunc modum cæteri, qui sequuntur. Nec modo in præfatas, sed in exteras etiam regiones, quasi inundatione facta, illa se sancto rum examina effuderunt. E quibus ad has nostras Gallicanas partes sanctus Columbanus ascendens, Lexoniense construxit Monasteriū, factus ibi in gentem magnam. Aiunt tam magnam fuisse, ut succedentibus sibi uicissim choris, continuarentur solemnia diuinorum, ita ut ne momētum quidem diei, aut noctis uacaret a laudibus. Hæc de antiqua dicta sint Bēchorensis Monasterij gloria. Hoc olim destructū a piratis ob insigne dignitatis antiquæ Malachias ueluti quandam replantaturus paradisum amplexus est, & quia multa corpora sanctorum dormirent ibi. Nam ut taceam illa, quæ in pace sepulta sunt, ferunt nongentos simul una die a piratis occisos. Erat quidem ingens loci illius possessio, sed Malachias solo contentus loco sancto, totas possessiones, & terras alteri cessit. Siquidē a tempore, quo destructum est Monasterium, non defuit qui illud teneret cum possessionibus suis. Nam & constituebātur per electiones etiam & Abbates appellantur, Seruantes nomine, & si non re, quod olim exiterat. Cumq́ suaderent multi non alienare possessiones, sed totū simul retinere sibi, non acquieuit paupertatis amator, sed fecit eligi iuxta morem qui eas teneret, loco (ut prædiximus) retento sibi, & suis. Et fortassis consultius, ut post apparuit, integrum retinuisse, si non magis suæ prospexisset humilitati, q̄ paci. Itaq́ ex mandato patris Imarij, assumptus secum decem circiter fratribus, uenies ad locum cœpit ædificare. Vbi quadam die cum in securi ipse secaret, casu ex operarijs unus, illo uibrante in aera securim, locū incaute occupauit, quo ictus destinabatur: & cecidit super spinam dorsi eius, tanto utiq́ impetu, quanto ille conatu impingere ualuit. Corruit ille: accurrere omnes putantes aut percussum aut mortuum. Et tunica quidem scissa a summo usq́ deorsum, homo uero illæsus inuentus est, tam modice, & summatim perstricta cute, ut nix in superficie uestigium appareret. Stabat homo incolumis, quem securis prostrauerat, intuentibus, & stupentibus, qui circunstabant. Vnde & facti alacriores, promptiores exinde ad opus inuenti sunt. Et hoc initium signorum Malachiæ. Porro oratorium intra paucos dies consummatum est, de lignis quidem leuigatis, sed apte, firmiterq́ contextum, opus scoticum pulchrū satis. Et exinde seruitur Deo in eo, sicut in diebus antiquis, simili quidem deuotione, etsi non patri numero. Præfuit Malachias loco illi tempore ali quanto, patre Imario ita constituente: ipse rector, ipse regula fratrum. Legebant in uita eius quomodo conseruarentur: & ipse ante illos præibat in iustitia, & sanctitate coram Deo; nisi quod preter instituta communia,

8

Nota tu obtrectator, quam sancti uiri ex Monasterijs pdierint etiam Bernardi tempore quod quæ si recens dicere possumus

9

Quid dicent hæretici ad cōtinuas has diei & noctis orationes? Instituisset ne hunc orādi morem uir sanctus, si non cognouisset placere Deo, & uehementer quidem placere?

10

Ita appellantur sancti, nempe dormientes, non autem emortui.

multa singulariter faciebat, in quibus potius præibat omnes, & aliorum nemo illum poterat ad tam ardua sequi. Eo temporis, & eo loci quidam infirmabatur. Cui assistens diabolus, & aperte loquens suggerebat, ne unq̃ crederet monitis Malachiæ, sed si intraret ad se, cultello eum peteret, & occideret. Quo cognito qui illi ministrabant, ipso infirmo proden te, uerbum proferunt ad Malachiam præmunientes. At ille solita arma orationis arripiens, impauidus hostem aggressus: & infirmitatem fugat, & dæmonem. Erat autem nomen uiro Malchus. Frater est iste secũdum carnem Christiani nostri Mellifontis Abbatis. Ambo enim superstites adhuc sunt, sibi in spiritu modo germaniores. Nam ille ut literatus est, cõtinuo non ingratus loco eodem conuersus ad dominum, habitum simul, animumq̃ mutauit. Et cognouere fratres malignum inuidere bonis eorum: & ædificati sunt, facti de reliquo cautiores. Clericum nomine Michaelem dissenteria laborantem, & desperantem, mittens ei aliquid de mensa sua, eodem loco sanauit. Secundo eundem ipsum grauissima infirmitate correptum, & corpore pariter curauit, & mente. Illico enim adhæsit Deo, & Malachiæ seruo eius, timens ne deterius aliquid sibi contingeret, si denuo ingratus tanto inueniretur, & beneficio, & miraculo. Et nũc ut audiuimus præest cuidã Monasterio sito in partibus Scotiæ, & hoc nobilissimum omnium, quæ ille fundauit. Pro huiusmodi augescebat in dies & opinio, & congregatio Malachiæ, & grande ei nomen intus, & foris, non tamen re grãdius. Nempe ibi demorabatur etiam factus Episcopus quod locus esset uicinus ciuitati.

Vacabat tunc temporis Episcopalis sedes, & iãdiu uacarat Malachia nolente assentire. Siquidem ipsum elegerant. Persistentibus tamen illis, tãdem aliquando cessit, accedente ad uim faciendã mandato magistri sui, necnon & Metropolitani. Tricesimo ferme ætatis suæ anno, Malachias consecratus Episcopus introducitur connereth; hoc enim nomẽ ciuitatis. Cum autem cœpisset pro officio suo agere, tunc intellexit homo Dei non ad homines se, sed ad bestias destinatum. Nusq̃ adhuc tales expertus fuerat in quantacunq̃ barbarie. Nusq̃ repererat sic proteruos ad mores, sic ferales ad ritus, sic ad fidem impios, ad leges barbaros, ceruicosos ad disciplinam, spurcos ad uitam. Christiani nomine, re pagani. Non decimas,

11 *Si ubi hæc non sunt, ibi sunt nomine Christiani, re pagani, considera modo si sunt apud nouatores nostros, et facile qui sint iudicabis.*

non primitias dare, non legitima inire coniugia, non facere confessiones, pœnitentias nec qui peteret, nec qui daret, penitus inueniri. Ministri altaris pauci admodum erant. Sed enim quid opus plurium, ubi ipsa paucitas inter laicos propemodum otiosa uacaret? Non erat quod de suis fructificarent officijs in populo nequam. Nec enim in ecclesijs aut prædicantis uox, aut cantantis audiebatur. Quid faceret athleta Domini? Aut cedendum turpiter: aut periculose certandum. Sed qui se pastorem, & non mercenarium agnoscebat, elegit stare, q̃ fugere; paratus & animam suam dare pro ouibus, si oportuerit. Et quanq̃ omnes lupi, & oues nullæ, stetit in medio luporum pastor intrepidus, omnimodis argumentosus quomodo faceret oues de lupis. Monere communiter; secreto arguere; flere per singulos; nunc aspere, nunc leniter conuenire, prout cuiq̃ expedire uidebat. In quibus per hæc minus profeciſſet; cor contritum & humiliatum offere

12 *Et hic uides pernoctationes in orationibus.*

bat pro eis. Quoties noctes totas peruigiles duxit extendẽs manus in oratione? Et cum uenire ad ecclesiam nollent, per uicos, et plateas occurrebat inuitis,

inuitis;& circumiens ciuitatem perquirebat anhelus quem Christo acq-reret. Sed & foris rura, & oppida nihilominus sæpius percurrebat, cum sancto illo comitatu discipulorum suorum, qui nunc̃ deerant lateri eius. Ibat,& erogabat uel ingratis cœlestis tritici mensuram. Nec uehebatur equo,sed pedes ibat,& in hoc uirum se apostolicum probans. Iesu bone quanta passus est pro nomine tuo bellator tuus a filijs sceleratis:quãta sustinuit ab his ipsis;quibus,& pro quibus loquebatur bona tibi? Quis digne exprimat in quantis uexatus,quibus affectus sit contumelijs, quibus iniurijs lacessitus,quoties lassatus inedia,quoties afflictus in frigore,et nuditate?Attamen cum his qui oderunt pacem,erat pacificus, instans nihilominus opportune,importune. Blasphematus obsecrabat;iniuriatus opponebat scutum patientiæ,& uincebat in bono malum. Quidni uicisset? Perseuerauit pulsans,& secundum promissionem,tandem aliquando pulsanti apertum est. Quomodo poterat non sequi,quod ueritas prænuntiauerat secuturum? Dextera Domini fecit uirtutem,quia os domini locutũ est ueritatem. Cessit duritia,quieuit barbaries,et domus exasperans paulatim leniri cępit,paulatim correptionem admittere,recipere disciplinam. Fiunt de medio barbaricæ leges; Romanæ introducuntur. Recipiuntur ubiq; ecclesiasticæ consuetudines;contrariæ reijciũtur. Reædificantur basilicæ: ordinatur clerus in illis:sacramentorum rite solemnia celebrantur. Confessiones fiunt. Ad ecclesiam conueniunt plebes. Concubinatus honestat celebritas nuptiarum. Postremo sic mutata in melius omnia; ut hodie illi genti conueniat, quod Dominus per Prophetam dicit: Qui ante non populus meus,nunc populus meus. Contigit post annos aliquot destrui ciuitatem a rege Aquilonaris partis Hyberniæ: quia ab Aquilone panditur omne malum. Et forte malum illud bene utentibus bonum fuit. Quis scit enim si tali flagello Deus delere uoluit mala antiqua populi sui? Istiusmodi Malachias necessitate compulsus,et ipse exijt cum turba discipulorum suorum. Nec otiosus exitus eius. Hac occasione monasterium Ibracense constructum est,eunte illo Malachia cum suis numero centum uiginti fratribus. Ibi occurrit ei Cormacus Rex. Ipse est qui olim Regno pulsus sub cura Malachiæ de misericordia Dei consolationem accepit. Et locus ille situs in Regno eius. Gauisus est Rex uiso Malachia,se & omnia sua exponens ei,& his,qui cum eo erant;utpote non ingratus,nec immemor beneficij. Adducta incontinenti animalia multa ad usus fratrum; multa insuper in auro,& argento ad sumptus ædificiorum pro regia liberalitate collata. Ipse quoq; erat intrans,& exiens cum eis sedulus, & officiosus,habitu quidem Rex,sed animo discipulus Malachiæ. Et benedixit loco illi Dominus propter Malachiam. Et in breui factus est magnus, rebus,possessionibus,& personis. Vbi uelut de nouo inchoans, legem,& disciplinam,quam alijs imponebat,magis ipse portabat Episcopus,& magister. Ipse in ordine uicis suæ,coquinæ ministerio inseruiebat;ipse fratrib? cum recumberent,ministrabat. Inter succedentes inuicem fratres ad cantandũ,legendumue in ecclesia non se pręteriri patiebatur,strenue implens & ipse officium loco suo,tanc̃ unus ex illis. Sanctæ paupertatis non modo participem,sed & principem se exhibebat, ipsius præcipue super omnes abundantius æmulator existens.

Dum hæc ita aguntur,contigit infirmari Archiepiscopum Celsum: Et

15 *Ecce quomodo introducit Malachias Romanas leges, ecclesiasticas consuetudines, & sacramentorum ritus. Quid dicis hæretice,qui hæc contemnere et damnare præsumis? Faceret ne hoc uir deo plenus, si uera essent quæ tu improbe effundis?*

14 *Conuincit hoc facto optimus rex quosdã improbos nostri seculi homines,qui scripserunt supstitiosum esse & impium sacrificium, offerre bona tẽporalia pro ædificandis Ecclesijs,altaribus Monasterijs,& cæteris quæ ad seruorum dei usum pertinent.*

Cantus in Ecclesia.

ipse est, qui Malachiam in Diaconem, Presbyterum, Episcopumq; ordinauit. Et cognoscens quia moreretur, fecit quasi testamentum; quatenus Malachias deberet succedere sibi; quod nullus alius uideretur dignior, qui episcoparetur in sede prima. Hoc præsentibus indixit, hoc mandauit absentibus, hoc spiritualiter ambobus Mumoniæ regibus, & maioribus terræ sancti Patricij auctoritate præcepit. Cuius reuerentia, & honore, tanq; Apostoli illius gentis, qui totam patriam conuertisset ad fidem, sedes illa, in qua & uiuens præfuit, & mortuus requiescit, in tanta ab initio cunctis

15

Contra id quod modo pertentant subuersores nostri, ut uidelicet clerici, sacerdotes & Episcopi in omnibus subsint Regibus, principibus & laicis Magistratibus, ac ab illis iudicentur.

ueneratione habetur; ut non modo Episcopi, & sacerdotes, & qui de clero sunt, sed etiam Regum, ac principum uniuersitas subiecta sit Metropolitano in omni obedientia; & unus ipse omnibus præsit. Verum mos pessimus inoleuerat quorundam diabolica ambitione potentum, sedem sanctam obtentu iri hæreditaria successione. Nec enim patiebant episcopari, nisi q essent de tribu, & familia sua. Nec parum processerat execranda successio, decursis iam in hac malitia quasi generationib⁹ qndecim. Et eousq; firma uerat sibi ius prauum, immo omni morte puniendam iniuriã, generatio mala, & adultera; ut etsi interdum defecissent clerici de sanguine illo, sed Episcopi nunq;. Denicq; iam octo extiterant ante celsum uiri uxorati, et absq; ordinib⁹, litterati tamen. Inde tota illa per uniuersam Hyberniam, de qua superius diximus, dissolutio Ecclesiasticæ disciplinæ, censurę eneruatio, religionis euacuatio. Inde illa ubicq; pro mansuetudine Christiana, sæua sub introducta barbaries, immo paganismus quidam inductus sub nomine Christiano. Nam quod inauditum est ab ipso Christianitatis initio, sine ordine, sine ratione mutabant, & multiplicabantur Episcopi pro libitu Metropolitani; ita ut unus Episcopatus uno non esset contentus; sed singulæ pene Ecclesiæ singulos haberent Epos. Nec mirum. Nam quo tã morbidi capitis membra ualerent? Pro his Celsus, atq; hmõi malis populi sui uehementer dolens (erat enim uir bonus, et timoratus) curauit omni modo hre sibi successore Malachiã: q; p ipm cõfideret posse explãtari male radicatã successionem; qui charus esset omnibus, & quem omnes æmularẽtur, & dominus erat cũ eo. Nec frustratus a spe sua. Nam illo mortuo, substitutus est Malachias, non tamẽ mox, neq; id facile. Ecce enim de semine nequam, qui occupet locũ, Mauritius nomine. Is per quinquenniũ fretus potentia seculari incubauit Ecclesiæ, nõ Episcopus, sed Tyrannus. Nam uota priorũ magis in Malachiam cõuenerant. Denicq; suadebant eum subire onus iuxta constitutionem Celsi: sed ille, qui omne sublime, haud secus q; suum præcipitiũ declinabat, bonam sibi uidebatur nactus occasionẽ excusandi: q; per id temporis introitus eius pacificus esse non posset. Instabant tam sancto operi, & solicitabant omnes; duo potissimum Episcopi Malchus, & Gislebertus. Quorum prior, ipse est senior. Lesmorensis, de quo supra mentio facta est: alter, quem aiunt prima functũ legatione apostolicæ sedis per uniuersam Hyberniam. Qui triennio iam decurso in hac præsumptione Mauritij, & Malachiæ dissimulatione, non ferentes ultra Ecclesiæ adulteriũ, dedecus Christi, conuocatis Episcopis, & Principibus Terræ, uno spiritu adeunt Malachiam parati uim facere. At ille renuere primũ. Prætẽdere siquidem difficultatem rei, nobilis illius prosapiæ multitudinem, fortitudinem, ambitionem: multũ esse ad se pauperculum opponere sed tot, tantis, talibus, taliter radicatis; qui iam annos ferme du-

16

Isti qui uxorati & sine ordinibus hãc ecclesiam rexerũt, præcursores fuerunt nostrorum hæreticorum iam tales cuperent illi uidere episcopos omnes, docentq; esse debere, contra sanctorũ patrum traditiones.

centos,quasi hæreditate possedissent sanctuarium Dei, & nunc quoq; id præoccupassent; non posse illos extirpari, nec cũ mortibus hominũ quidem:sua non interesse fundi humanũ sanguinem occasione sui: postremo iunctũ se sponsæ alteri, quam dimittere non liceret. Verũ illis econtrario instantibus,& clamantibus,quia a domino sermo egressus est; sed & tota auctoritate iubentibus subire onus, atq; intentantibus anathema; ad mortem(inquit)ducitis me;sed obedio spe martyrij,hac tamen conditione,ut si iuxta fidem uestram,res in melius cedat, & uẽdicet sibi Deus suã hæreditatẽ a diripientibus eam,tunc demũ omnibus consumatis, & Ecclesia pacem habente,liceat redire ad priorem sponsam meam,& amicã, de qua rapior,paupertatem;& pro me illic aliũ substituere,qui tunc forte repertus idoneus fuerit. Nota lector uirtutem uiri, & animi puritatẽ,nec honorem scilicet affectantis,nec formidantis mortem pro Christi nomine.Quid hoc animo purius,quidue fortius,ut se exponens periculo & labori,alteri fructũ cedat,ipsam in loco principatus securitatem, & pacẽ? Facit hoc cũ liberum sibi ex pacto retinet reditũ ad paupertatẽ, pace, & libertate Ecclesiæ restituta. Spondentibus illis demũ acquieuit uoluntati eorũ,uel potius Dei;a quo sibi iam olim præostẽsum recordabat,quod de se modo dolebat fieri. Nempe iam ægrotante Celso, apparuit Malachię,& quidem longe posito,& nescienti,mulier procerę statuerę,& reuerendi uultus. Percunctanti quę nam esset, responsum est esse uxorẽ Celsi. Quę tradens ei uirgã pastoralem,quã manu tenebat,disparuit. Paucis decursis diebus Celsus moriens misit baculũ suum Malachię, tanq; sibi successuro,quem ut uidit,agnouit ipsum esse, quem uiderat. Huius præcipue recordatio uisionis terruit Malachiam; ne si quod diu satis dissimularat, ultra renueret,diuinę iam uideretur resistere uoluntati. Veruntamen Ciuitatem non intrauit, quandiu ille incubator uixit;ne hac occasione contingeret mori quenq; ex his,quibus uitam magis ministraturus ueniebat. Ita per biennium(nam id tẽporis superuixit ille) agẽs extra urbẽ strenuę in uniuersa prouincia opus episcopale exercuit. Illo igitur celeri morte facto de medio;rursum Nigellus quidam,immo uero nigerrimus,sedem prępripuit. Et in hoc animę suę Mauritius adhuc uiuens prouiderat, ut hunc haberet heredem:in quo qui dãnandus exibat, operibus adijcere dãnationis persisteret. Erat enim & ipse ex damnata progenie cognatus Mauritij. Cęterum Rex,& Episcopi,& fideles Terrę nihilominus conuenerunt,ut introducerent Malachiam. Et ecce consiliũ malignantiũ ex aduerso. Quidam de filijs Belial promptus ad malitiã, potens in iniquitate,sciens locũ, ubi pariter conuenire decreuissent, multis aggregatis sibi, latenter uicinũ occupat collem eminentẽ e regione; unde illis tractantibus alia,repentino impetu super incautos irruerent,& interficerent innocentes. Condixerant enim etiã regem cũ Episcopo trucidare,ut non esset qui uindicaret sanguinem iustũ. Res innotuit Malachię;& intrans Ecclesiam(erat enim prope) eleuatis manibus orauit ad dñm. Et ecce nubes,& caligo,sed & tenebrosa aqua in nubibus aëris diem uerterunt in noctem. Fulgura quoq; & tonitrua,& horribiles spiritus procellarũ diem ultimũ minitantur;Vicinãq; elemẽta intentant omnia mortẽ. Et ut scias lector quod oratio Malachiæ concusserit elementa,solos intercepit tempestas,qui quærebant animam eius; solos turbo tenebrosus inuoluit,qui parauerãt opera tenebrarũ. De-

17

Tu qui detrahis orationibus, uide quod oratio Malachiæ cõcussit elementa.

nicq; ipse, qui princeps extiterat tanti mali, fulmine percussus interijt cũ tri bus alijs; & fuere consortes mortis, qui fuerant participes sceleris. Quorũ sequenti die inuenta sunt corpora semiusta, & putrida, hęrentia ramis arborũ, ubi quemcq; spiritus eleuans allisisset. Alĩ quoq; tres semiuiui inuenti sunt. Cæteri omnes circunquaq; dispersi. Illos autem, qui cũ Malachia erant, quamuis proximos loco, tempestas omnino non tetigit, nec quicq; molestiæ intulit. In facto isto recens capimus experimentũ ueritatis uerbi illius: Quia oratio iusti penetrat cœlos. Sed & nouum antiqui exemplũ miraculi; quo olim tota Ægypto uersante in tenebris, solus Israel in lumine mansit, dicẽte scriptura: Vbicunq; Israel erat, lux erat. Huc mihi accurrit & factũ sancti Helię, nunc quidẽ ab extremis terrę nubes, & pluuias educentis, nunc uero super blasphemos inuocantis ignẽ de cœlo. Et modo de simili clarificatus est Deus in seruo suo Malachia.

Anno ætatis suæ, xxxvij. pauper Malachias, pulso incubatore, intrauit Ardinacha Põtifex, & Metropolitanus totius Hyberniæ. Rege uero, cæterisq;, qui introduxerant eum, ad propria remeantibus; ipse remanet in manu Dei: & remanent illi foris pugnæ, intus timores. Nam ecce uiperea soboles frendens, & uociferans se exhæredari, tota se intus, & foris suscitat aduersus dominũ, & aduersus Christũ eius. Porro Nigellus uidens sibi imminere fugam, tulit secum insignia quædã sedis illius, textũ scilicet Euangeliorũ, qui fuit beati Patritij, baculumq; auro tectũ, & gẽmis preciosissimis adornatũ, quem nominant baculũ Iesu; eo q; ipse dominus (ut fert opinio) eum suis manibus tenuerit, atq; formauerit. Et hæc summę dignitatis, & uenerationis, in gente illa. Nẽpe notissima sunt, celeberrimaq; in populis, atq; in ea reuerentia apud omnes; ut qui illa habere uisus fuerit, ipsum habeat Episcopũ populus stultus, & insipiens. Ibat homo gyrouagus, & alter satanas circuibat terrã, & perambulabat eam, insignia sacra circunferens. Quæ ubicq; ostentans, ubicq; eorũ gratia receptabatur, concilians sibi per hęc animos omnium, & a Malachia, quoscq; potuisset, auertens. Hęc ille. Erat aũt princeps quidã de potentioribus inimicę progeniei; quem Rex priusq; Ciuitatem exiret, iurare coegerat pacẽ tenere Episcopo, acceptis ab eo insuper obsidibus multis. Is post regis exitũ, nihilominus Ciuitatẽ ingressus, consiliũ habuit cũ propinquis, & amicis, quomodo sanctũ dolo tenerent, & occiderent. Timebant uero plebem. Et

18 coniurantes in necem Malachię, cõstituere locũ, & diem; & traditor dedit eis signũ. Ipso die cũ uespertina iam solẽnia in Ecclesia celebraret antistes cũ uniuerso clero, & multitudine populi, mittit ad ipsum nequã ille in uerbis pacificis in dolo, rogans quatenus ad se dignetur descendere, ut faciat pacẽ. Respondentibus qui assistebant, ipsum potius ad Episcopum debere uenire; Ecclesiam esse cõpetentiorem locũ firmandæ pacis; liquidem præsensérant dolũ. Subiungunt qui missi erant, hoc tutũ nõ esse Principi, timere eum capiti suo, nec se credere turbis, quę se ante hos dies causa Episcopi propemodũ interemissent. Contendentibus in hunc modũ, illis quidẽ, ut iret; istis uero, ne iret; Episcopus cupidus pacis, & mortis nõ timidus, sinite (inquit) fratres, sinite me imitari magistrũ meum. Sine causa sum christianus, si Christum non sequor. Forte flecto humilitate tyrannum, & si non, uinco tamen exhibens ouí pastor, sacerdos laico, quod mihi ille debuerat. Vos quoq;, quod in me est, non parum ędifico exemplo tali.

Ecce quod Ecclesia non ob id ędificatur dũtaxat, ut populus ad audiendum uerbum dei, & ad percipiendũ sacramenta illuc conueniat, ut uolunt quidã male docentes hoc tẽpore, sed etiã ut in ea ab Episcopis celebrẽtur diuina officia cum uniuerso clero & populi multitudine.

tali. Quod enim si contingat occidi? Non recuso mori, ut uos uitæ ex me teneatis exemplum. Oportet episcopum (ut ait episcoporum Princeps) non dominari in clero, sed formam fieri gregis. Haud aliam sane formam q̃ ab illo accepimus, qui humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem. Quis mihi det hanc relinquere filijs signatam sanguine meo? Experiemini certe an sacerdos uester digne satis a Christo didicerit, mortẽ non timere pro Christo. Et surgens cœpit ire flentibus cunctis, & supplicantibus, ne tantum cuperet pro Christo mori, ut tantum Christi gregem desolatum relinqueret. Verum ille totam spem suam ponens in domino, tota alacritate perrexit, tribus tantum comitatus discipulis, paratis mori cum eo. Qui ut calcato limine domus repente se medio intulit armatorũ, scuto fidei ipse munitus, concidere facies omnium, quia pauor irruit super eos, ita ut dicere posset episcopus: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Hoc uerbum uerum est. Videres hostiam stantẽ, Carnifices ferro armatis manibus undiq; circunstantes: & qui immolaret non erat. Putares stupere lacertos: sic non fuit, qui non extenderet manum. Nam & is quoq;, qui caput malitiæ uidebatur, assurgit ei potius, q̃ insurgit. Vbi, quæso, signum, o homo, quod dederas in mortem Pontificis? Hoc magis honoris signum, q̃ mortis indicium. Deferre est hoc, nõ mortem inferre. Res mira, pacem offerũt, qui necem parauerant. Nõ est, quod abnuat, qui & uitæ periculo quæsierat eam. Itaq; facta est pax, & tam firma, ut ab illa die hostem sacerdos non modo pacatum habuerit, sed subditum, sed deuotum. Quo audito fideles quiq; gauisi sunt, quod non modo saluatus sit sanguis innoxius in die illa, sed & nocentium multorum animæ Malachiæ meritis euaserint ad salutem. Et apprehẽdit omnes circũquaq; timor, audientes quomodo duos inimicorum eius, qui uiderentur ferociores, & fortiores in generatione sua, sic subita uirtute prostrauit Deus: istum liquor, qui in manibus est, & eum, de quo superius dixi. Alterum enim terribili er mulctatum in corpore, alterum misericorditer mutatum in corde, ambos mirabiliter comprehendit in consilijs, quæ cogitabant. His ita peractis, cœpit iam in ciuitate Episcopus tota libertate disponere, & ordinare de omnibus pertinentibus ad ministerium suũ, non tamen sine continuo discrimine uitæ suæ. Nam etsi iam nemo, qui palã noceret, ab insidiantibus tamẽ nec locus satis tutus Episcopo erat, nec tempus feriatum. Et deputati sunt ei uiri armati ad custodiam die & nocte: sed ille magis in domino confidebat. Fuit uero consilium præfatum schismaticum insequi, eo quod seduceret multos ex insignibus, quæ ferebat, suadens omnibus se Episcopum esse debere, & sic solicitans plebes aduersus Malachiam, atq; ecclesiæ unitatem. Et fecit sic, & sine difficultate ita in breui uniuersas sepiuit uias eius per gratiam sibi a Domino datã, & quam habebat ad oẽs, ut malignus ille coactus sit dare manus, reddẽr insignia, et qescere de reliquo in oĩ subiectione. Ita Malachias, licet ꝑ multa pericula, & labores, ꝓsperabat̃, in dies, & cõfortabat̃ magis ac magis abũdans in spe, & uirtute spiritus sancti. Nec mõ malefactores, sed & detractores Malachiæ corripuit Deus. Quidam, uerbi gratia, gratiam habens principum, & potentũ, etiam ipsius Regis, q̃ esset adulator, & garrulus, & potens in lingua, fauebat per omnia aduersarijs Malachiæ, & procaciter tuebatur partem eorum. Sancto uero & præsenti resistebat in

facie, & detrahebat absenti, irreuerēter occurrens ei in omni loco, maximeq; ubi celebrioribus illum sciret interesse conuentibus. Sed cito digna linguæ procacis mercede donatus est. Intumuit, & cōputruit lingua maledica uermibus ex ea scatentibus, & diffluentibus toto ore blasphemo. Quos per septem ferme dies incessanter uomens, tandem cum illis miserā expuit animam. Loquente coram aliquando Malachia, & populum exhortante, mulier quędam infelix ausa est interrumpere sermonem clamoribus improbis, non deferens sacerdoti, & spiritui, qui loquebatur. Erat autem de progenie impia: & spiritum habens in naribus, blasphemias, contumeliasq; euomebat in sanctum, dicens hypocritam, & inuasorem alienæ hæreditatis, sed & caluiciei illius improperans. At ille nihil respondit ei, sicut erat uerecundus, & mitis: sed Dominus respondit pro eo. Versa illa in insaniam est, Domino iudicante, & crebris uocibus clamitans se suffocari a Malachia, morte demum horrenda luit peccatum blasphemiæ. Sic misera assumens aduersus Malachiam improperium Helisei: uere illum sibi alterum experta est Helisęum. Porro quia causa pestilentiæ cuiusdam ortæ in ciuitate, multitudinem cleri, & populi solemniter cum memoria sanctorum tunc foras eduxerat, ne hoc quidem prętereundum, q; orante Malachia, pestilentia ilico conquieuit. Ex hoc iam, qui mutiret aduersus eum, non fuit, dicentibus, qui de semine Chanaam sunt, Fugiamus Malachiam, quia Dominus pugnat pro eo. At sero istud, quia zelus Domini ubiq; occurrens ei persecutus est eos usq; ad interitionem. Quomodo intra paucos dies perīt memoria eorum cum sonitu? Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam? Grande hodieq; miraculum facit tam uelox generationis illius deletio, his præsertim, qui eorum nouerant superbiam, atq; potentiā. Multa quidem & alia signa fuere, quibus deus glorificauit nomen suum, & seruum suum inter sudores, & pericula confortauit. Quis digne commemoret? Non tamen omnia prætermimus, etsi non sufficimus ad omnia. Propter seriem autem narrationis ne impendiatur aliqua, quæ dicturi sumus, reseruamus in finem.

19. *Solēnis oratio & processio cum multitudine cleri & populi ac memoria sanctorum depellenda pestilentia, quæ etiā repulsa est. Quomodo ergo posiunt hæc improbare hæretici nisi ex ingenti malitia?*

Igitur Malachias intra triennium reddita retributione superbis, & libertate ecclesiæ restituta, pulsa barbaria, & reformatis ubiq; moribus christianæ religionis, uidens omnia in pace esse, cœpit cogitare de sua pace. Et memor propositi sui, constituit pro se Gelasium uirum bonum, & dignum tali honore, conuenientibus clero, & populo, quin potius sustinētibus propter pactum. Nam alias durum uisum omnino. Quo consecrato, regibusq;, ac principibus attentius commendato, ipse clarus miraculis & triumphis ad suam parochiam redit: Non tamen Conueret: & audi causam dignam relatu. Dioceses illas duas fertur habuisse antiquitus episcopales sedes, & duo extitisse episcopatus. Id uisum melius Malachiæ. Itaq; quos ambitio conflauit in unum, Malachias reuocauit in duos, partem alteri episcopo cedens, partem retinens sibi. Et propterea non uenit Connereth, q; in ea iam episcopum ordinasset, sed Dunum se contulit, disterminans parochias, sicut in diebus antiquis. O purum cor. O oculum columbinum. Locū tradidit nouo Episcopo, qui uideretur paratior, principalior haberetur: locum in quo sederat ipse. Vbi sunt qui de terminis litigant, pro uno uinculo perpetes adinuicē inimicitias exercentes? Nescio

si quod genus hominum magis, & istos, antiquum uaticinium tangat: se cuerunt prægnantes Galaad ad dilatandū terminos suos. Sed hoc alias.

Malachias factus Dunensis Episcopus cōfestim more suo curauit asci scere ad solatium sibi de filijs suis conuentum regularium clericorum. Et ecce rursus accingitur quasi nouus Christi tyro ad spirituale certamen: rursus induitur arma potentia Deo, sanctę paupertatis humilitatem, rigorem disciplinæ cœnobialis, otium contemplandi, orandi assiduitatem. Quę tamen omnia uoto magis ualuit diu tenere, & actu. Etenim uniuersi cōfluebant ad eum, nec modo mediocres, sed & nobiles, & potentes illius se sapientiæ, & sanctitati instruendos, corrigendos, ac regendos committere festinabant. Et ipse interdum ibat, & exibat seminare semen suum disponens, & decernens tota auctoritate de rebus Ecclesiasticis, tanq̄ ex Apostolis unus. Et nemo illi dicebat: In qua potestate hęc facis? uidentibus cūctis signa, & prodigia, quæ faciebat; & quia ubi spiritus Domini, ibi libertas. Visum tamen sibi non tute satis actitare ista absq̄ sedis Apostolicæ auctoritate; & Romam proficisci deliberat; maximeq̄ quod Metropolicæ sedi deerat adhuc, & defuerat ab initio pallij usus, quod est plenitudo honoris. Et uisum est bonum in oculis eius, si ecclesia, pro qua tantum laborarat, quem hactenus non habuerat, suo acquireret studio, & labore. Erat & altera metropolica sedes, quam de nouo constituerat Celsus; primę tamē sedi, et illius Archiepiscopo subdita, tanq̄ primati. Et huic quoq̄ optabat nihilominus pallium Malachias, confirmariq̄ auctoritate sedis Apostolicę prærogatiuam, quam beneficio Celsi adipisci meruerat. Innotescente proposito displicuit fratribus, necnon & magnatibus, & populo terræ. Omnes enim intolerabilem sibi indicabant tam diutinam omnium pij parentis absentiam, & quod metuerent de morte ipsius. Contigit interea mori germanum eius, Christianum nomine, uirum bonum, plenū gratiæ, & uirtutis. Episcopus erat illi quidem secundus in celebri opinione, sed uitæ sanctimonia, & iustitiæ zelo forte non impar. Huius decessus magis terruit uniuersos, & discessum Malachiæ reddidit molestiorem. Dicebant autem nullo modo assentiendum unici peregrinationi patroni, ut nō desoletur omnis terra, si duabus tantis columnis sub uno momento temporis destituatur. Ergo omnes pariter contradicunt. Et uim faciebant, cū ille diuinam ultionem minatus est. Non tamen destitere illi, nisi missa forte prius Dei uoluntas super hoc interrogaretur. Prohibente illo nihilominus mittunt; sed illa pro Malachiæ parte ter respondisse inuenta est. Nec enim una contenti uice fuere cupidi retinendi eum. Demum cedentes dimittunt illum, non tamen sine ploratu, & ululatu multo. Sed ne quid imperfectum relinqueret, tractare cœpit quomodo defuncti fratris semen suscitaret. Et accersitis ad se tribus discipulis suis, anxius æstuabat, quisnam dignior ad hoc opus, sine utilior uideretur. Et diligenter intuitus singulos, Tu, inquit, o Edane (sic enim uocabatur unus) suscipe onus. Illo cunctante, & flente: Ne timeas, ait; Tu enim mihi a Domino designatus es, quia anulum aureum, quo desponsandus es, iam nunc præuidi in digito tuo. Ac quieuit ille, & Malachias eo consecrato, proficiscitur. Cumq̄ egressus de scotia peruenisset Eboracum, sacerdos quidam Sicarus nomine intuitus eum agnouit. Nec enim faciem eius uiderat ante; sed cum haberet spiritū prophetiæ, reuelatum fuerat ei iampridē de illo. Et nunc incunctanter cir-

20

Dignoscę hic Apostolicæ sedis & Romanæ Ecclesiæ prærogatiuam ad quam proficisci parat Malachias & consequenda potestate de rebus ecclesiasticis libere decernendi. Nec ulterius inueharis tu hæretice contra usum pallij, ob qđ obtinendum sanctissimus uir tantum laboris & itineris susci pit.

cunstantib⁹ digito eũ demonstrans: hic est, inquit, de quo dixeram; quia de Hybernia sanctus ueniet Pontifex, qui scit cogitationes hominum. Sic non potuit latere lucerna sub modio, prodente eam per os sicari spũsancto, qui illam accenderat. Nam & multa secreta de esse suo, suorumq; dicta sunt ei a sicaro; quæ ita esse, uel fuisse, omnia recognouit. Sed & socijs Malachiæ percunctantibus de suo reditu, respondit sicarus incunctanter (quod post rei probauit euẽtus) paucos uidelicet admodum de numero illo cum Episcopo redituros. Illi audito hoc suspicati sunt mortẽ; sed Deus aliter adimpleuit. Nempe rediens ab Vrbe, quibusdam apud nos, quibusdam & in alijs locis ad discendam conuersationis formam relictis, iuxta uerbum sicari, cum paucis admodum repatriauit. Hæc de sicaro. In ipsa urbe Eboracensi, accessit ad eum uir nobilis secũdum seculũ, Vualleluus nomine, tunc prior in Lrirlreham regularium fratrum: nunc uero monachus, & monachorum pater in Mailros monasterio ordinis nostri; qui de uotus Malachiæ se orationibus satis humiliter commendauit. Is aduertẽs multos habere Episcopũ socios, & equos paucos (nam præter ministros, & clericos alios, quinq; cum eo erant presbyteri, & equi non nisi tres) ob tulit ei suum, quo ipse uehebatur, hoc solum dolere se inquiens quod esset runcinus dure portans. Et addit: Libentius dedissem, si melior fuisset: sed si dignamini ducite qualemcunq; nobiscum. Et ego (ait Episcopus) eo libentius accipio, quo prædicas uiliorem, quia non potest mihi uile esse qc quid tam preciosa uoluntas obtulerit. Et conuersus ad suos: hunc, inquit, sternite mihi, quia commodus satis, & sufficiens erit in longũ. Quo facto ascendit; & primo quidem durum, ut erat, sentiens, postmodũ mira mutatione ualde commodum sibi & suauiter ambulantem inuenit. Et ne caderet super terram de sermone, quem dixerat, usq; ad nonũ annũ, quo mortuus est ipse, non defecit ei, factus optimus, & preciosissimus palefridus. Quodq; euidentius miraculum cernentibus fecit, de subnigro cœpit albescere, & non multo post uix inueniebat albior illo. Mihi quoq; in hac uia datum est uidere uirum; & in eius uisu, & uerbo refectus sum, & delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Et ego uicissim, peccator licet, inueni gratiam in oculis eius extunc, & deinceps usq; ad obitum ipsius, sicut in proemio præfatus sum. Ipse etiam dignatus diuertere ad Claramuallem, uisis fratribus compunctus est: & illi non mediocriter ædificati in præsentia, & sermone eius. Et acceptans locum, & nos, atq; intimis uisceribus colligens, uale dixit nobis, & abijt. Qui transalpinans cum ueniisset Ipotriam ciuitatem Italiæ, hospitis sui paruulum filium, qui male habens mori turus erat, continuo sanauit.

Erat tunc temporis in sede Apostolica felicis memoriæ Innocentius secundus Papa; qui eum benigne suscepit, humane satis illi super longa peregrinatione compassus. Et primo quidem Malachias, quod altius infixerat animo, cum multis lachrymis implorabat, licere sibi uiuere, et mori in Clarauallе permissu, & benedictione summi Pontificis. Et petijt hoc non oblitus ad quod uenerat, sed affectus, quo uenerat, desiderio Clarevallis. Non autem obtinuit, quod uir Apostolicus lucris potius uberioribus occupandum decerneret. Nec tamen omnino frustratus est a desiderio cordis sui, cui mori ibi, etsi non uiuere donatum est. Mensem integrum fecit in urbe, loca sancta penambulans, & frequentans causa orationis. Cũq;

21. *Visitationes sanctorũ locorum, & Orationes q̃ sunt in eis laudabiles, quicquid garriãt hostes Ecclesiæ.*

per

per id temporis sæpe,ac diligenter ab eo,& ab his,qui cum eo erant, sum
mus Pontifex inquisisset,esse patriæ,mores gentis,statum ecclesiarum,&
quanta in terra Deus per eum operatus fuisset:paranti iam repatriare cõ
misit uices suas,per uniuersam Hyberniam legatum illum constituens.
Significatũ siquidem erat ei ab Episcopo hisleberto,qui,ut supra memo-
rauimus,tunc legatus extiterat;quod iam non posset præsenio, & debili-
tate corporis uillicare. Post hæc petit Malachias confirmari nouę metro
polis constitutionem,& utriusq; sedis pallia sibi dari. Et confirmationis
quidem priuilegium mox accepit. De pallijs autem(ait summus Põtifex)
oportet solemnius agi. Conuocatis Episcopis,& Clericis, & maioribus
terræ,celebrabis generale concilium;& sic conniuentia, & communi uo-
to uniuersorum per honestas personas requiretis pallium,& dabitur uo-
bis. Deinde tollens mitram de capite suo imposuit capiti eius;sed & stolã
cum manipulo dedit illi,quibus uti inter offerendum solebat. Et salutatũ
in osculo pacis dimisit eum,apostolica fultum benedictione,& auctorita
te. Qui reuertens per Claramuallem,suam secũdam nobis largitus est be
nedictionem. Et alta suspiria trahens,quod non liceret sibi pro suo desi de
rio remanere: Hos,inquit,interim pro me oro,ut retineatis, qui a uobis di-
scant,quod nos postmodum doceant Et infert. Erunt nobis in semen,&
in semine isto benedicentur gentes,& illæ gentes, quæ a diebus antiquis
monachi quidem nomen audierunt,monachum non uiderũt. Et dimissis
q̃tuor a latere suo,abijt. Qui probati,& digni inuenti, monachi facti sunt.
Post aliquot tempus,cum iam sanctus esset in terra sua, misit alios, & de
illis factum est similiter. Quibus per aliquantum tempus instructis, & eru
ditis corde in sapientia,dato eis in patrẽ sancto fratre Christiano,qui erat
unus ex ipsis;emisimus eos,adiungentes de nostris quanti sufficerent ad
numerum Abbatiæ. Quæ concepit,& peperit filias quinq;: & sic multipli
cato semine,augescit indies numerus monachorum, iuxta desiderium,&
uaticinium Malachiæ. Nunc iam repetamus ordinem narrationis. Mala-
chias profectus a nobis prospere peruenit Scotiam. Et inuenit Dauid Re
gem,qui adhuc hodie superest in quodam castello suo;cui⁹ filius infirma-
batur ad mortem. Ad quem ingressus honorifice a rege susceptus, & hu-
militer exoratus ut sanaret filium suum;aqua,cui benedixit, asperfit iuue-
nem,& intuens in eum ait;Confide fili,non morieris hac uice. Dixit hoc; 22
& die sequenti,secundum dictum prophetæ,secura est sanitas,sanitatem *Ergo benedictio aq̃*
lætitia patris,clamor,& strepitus totius exultãtis familiæ. Exijt sermo ad *non est ritus superua*
omnes:nec enim quod in domo regia,& regis acciderat filio, latere po- *caneus & superstitio*
tuit. Et ecce ubiq; resultans gratiarum actio,& uox laudis,tum pro salu *sus,cui deus sanatiõe*
te Domini,tum pro miraculi nouitate. Henricus est iste; nam uiuit adhuc *filij regis atteſtatus*
unicus patris sui,miles fortis,& prudens;patrizans (ut aiunt) in sectando *est,quod nunquã se-*
iustitiam,& amorem uiri. Et amauit uterq; Malachiam, quandiu uixit;tã *cisset, si uerum esset*
quam qui illum a morte reuocasset. Rogabant eum manere per aliquot *quod blaterant hæ-*
dies:sed ille declinans gloriam, moram non sustinuit; & mane carpebat *retici.*
iter. Transeunti igitur per uillam,nomine Grugeldum,occurrit puella mu
ta. Orante illo,solutum est uinculum linguæ eius;& loquebatur recte.
Dehinc uillam ingrediens,quam nominant Ecclesiam sancti Michaelis,
oblatam sibi mulierem phreneticam,& uinctam funib⁹, coram omni po
pulo curat;& dimissa incolumi,proficiscitur. Perueniens uero ad portum

Lapaſperi,tranſitum ibi per aliquot dies prẽſtolabatur;ſed mora miníme tranſíit otioſa.Conſtruitur interim de uirgis in ſepem textis oratorium,ipſo iubente,ipſo operante pariter.Conſumatum circundedit uallo;atq; in

23 teriacens ſpatium in cemiterium benedixit.Sane merita benedicentis mi-

Ethic habes cemiteriorum benedictionẽ gratiſsimam eẽ deo, poſtquã Cemiterium per Malachiam benedictum tot miraculorũ donauit inſignijs.

racula ſatis declarant;quæ uſq; hodie ibi actitari feruntur. Inde eſt quod de finitimis locis infirmos,& male habentes illo portare conſueuerunt;et ſanantur multi. Mulier totis diſſolutis membris plauſtro uecta illuc,pedibus ſuis remeauit domum,una duntaxat nocte non fruſtra in loco ſancto præſtolata miſericordiam Domini. Alia quędam ibidem pernocta bat in oratione,quam forte reperiens ſolam homo barbarus, accenſus libidine,& ſui miníme compos,irruit rabioſus in eam.Conuerſa illa,& tre mefacta ſuſpiciens aduertit hominem plenum diabolico ſpiritu, Heu tu,

24

Nota tu qui detrahis ſanctitati tẽplorũ & Oratoriorum deo dicatorum.

inquit,miſer quid agis?Conſidera ubi es;reuerere hæc ſancta;defer Deo, defer ſeruo eius Malachiæ;parce & tibĩpſi.Non deſtitit ille furĩs agitat? iniquis.Et ecce(quod horribile dictu eſt)uenenatum,& tumidum animal quod Bufonem uocant,uiſum eſt reptans exire deinter fœmora mulieris. Quid plura?Terrefactus reſilĩt homo;& datis ſaltibus feſtinus oratorio exilĩt.Ille confuſus abſceſsit;& illa intacta remanſit, magno quidem & Dei miraculo,& merito Malachiæ.Et pulchre operi fœdo,& abominando fœdum interuenit,& abominabile monſtrum.Non prorſus aliter decuit beſtialem extingui libidinem,q̃ per frigidiſsimũ uermem: nec aliter temerarium frenari auſum,fruſtrari conatum,q̃ per uilem, inutilemq; beſtiolam.Et hæc loco iſto ſufficiant,pauca de pluribus. Nunc iam reliqua proſequamur.

Aſcendit Malachias nauem,& proſpere nauigans applicuit monaſterio ſuo Benchorienſi, ut primi filĩ primã reciperent gratiam. Quid animi putas geſsiſſe illos, ſano de uia tam longa recepto patre, & illo patre? Nec mirũ ſi ſe tota in grandiũ effuderunt uiſcera eorũ in reditu eius,quando & exteris circunquaq; gentibus incredibilem mox lætitiam uelox rumor inuexit. Deniq; de ciuitatibus, & caſtellis, & uicis occurrunt ei;& quocunq; diuertat,ſuſcipitur exultatione uniuerſæ terræ. Veruntamen nõ ſapit honor:opus exercetur legationis. Multis in locis celebrantur conuentus multi,ne qua regio, ſeu portio regionis legationis fructu, & utilitate fraudetur.Seminatur ſuper omnes aquas: non eſt qui ſe abſcõdat ab opera ſolicitudinis eius.Non ſexus,non ætas,non conditio,non profeſsio reputatur. Vbiq; ſemen ſpargitur ſalutare; ubiq; intonat tuba cœleſtis. Vbiq; diſcurrit,ubiq; irrumpit, euaginato gladio linguæ ad faciendã uindictam in nationibus, increpationis in populis. Terror eius ſuper facientes mala. Clamat iniquis; nolite inique agere: & delinquentibus,nolite exaltare cornu.Religio ubiq; plantatur, propagatur,fouetur. Oculi eius

25 ſuper eos;& cura eius ad neceſsitates eorũ. In conſilĩs,quæ paſsim cele-

Tu qui negas præcepta prælatorũ & eccleſiæ conſtitutiones obligare poſſe conſcientiam extra caſum ſcandali, uide hic antiquas patrum

brantur,repetuntur antiquæ traditiones,quas tamen bonas fuiſſe conſtiterit,abolitas uero negligẽtia ſacerdotũ. Nec modo uetera inſtaurantur, cuduntur & noua. Et quæcunq; promulgauerit, tanquam cœlitus ædita acceptant,tenentur,ſcripto mandãtur ad memoriam poſterorũ. Quidni cœlitus miſſa crederentur, quæ tot cœleſtia confirmant miracula? Et ut fidem dictis faciam,perſtringam nonnulla paucis. Quis enim cuncta enumeret? Quanquam libentius,fateor,imitandis immorer, q̃ admirandis.

o

Et meo quidem iudicio primũ, & maximum miraculũ, quod fecit, ipse erat. Vt enim taceam interiorem hominem eius, cuius pulchritudinẽ, fortitudinem, puritatem satis indicabant mores ipsius, & uita; ipsum exteriorem ita uno semper modo, ipsoq; modestissimo, & decẽtissimo gessit; ut nil prorsus appareret in eo, quod posset offendere intuentes. Et quidem qui non offendit in uerbo, ille perfectus est uir. At uero in Malachia quis unq; etiam si curiosius obseruarit, deprehendit otiosum non dico uerbũ, sed nutũ? Quis manũ, pedemue mouentem frustra? Immo quid non ædificans in eis incessu, aspectu, habitu, uultu? Denicq; uultus hilaritatem, nec fuscauit mœror, nec leuigauit risus. Totũ in eo disciplinatum, totũ insigne uirtutis, perfectionis forma. Per omnia seruis, sed non austerus. Remissus interdũ, dissolutus nunq;. Negligens nihil, etsi pro tẽpore multa dissimulans. Quietus sæpe, sed minime aliquando otiosus. A die primo cõuersionis suæ usq; ad extremũ uitæ fine proprio uixit. Non seruos, non ancillas, non uillas, non uiculos, non denicq; quicq; redituũ ecclesiasticorũ seculariumue, uel in ipso habuit episcopatu. Mensæ episcopali nihil prorsus cõstitutum, uel assignatũ, unde episcopus uiueret. Nec enim uel domũ propriam habuit. Erat autem pene incessanter circumiens parochias omnes, euangelio seruiens, & de euangelio uiuens, sicut constituit ei dñs; Dignus est, inquiens, operarius mercede sua. Nisi quod frequentius ipsum Euangeliũ sine sumptu ponens de laboribus suis, suorumq; ferebat, unde se, & alios, qui secũ laborabant in opere ministerij, sustentaret. Porro si interdũ quiescere oporteret, in sanctis hoc faciebat locis; quę ipse per Hyberniam sparserat uniuersam. Apud quos uero morã facere libuisset, illorũ se conformauit moribus, & obseruantijs, cõmuni contentus uita, & mensa. Nõ fuit in uictu, non fuit in uestitu, in quo potuisset Malachias dignosci inter cęteros fratres. Intantum cũ maior esset, humiliauit se in omnibus. Denicq; cũ exiret ad prędicandũ, cum peditibus pedes & ipse ibat, episcopus, & legatus. Forma apostolica hæc; & inde magis mira in Malachia, quo rara nimis in alijs. Verus profecto apostolorũ hæres est iste, qui talia agit. Sed aduertere est quomodo diuidat hæreditatem cũ fratribus suis, æq; nepotibus apostolorũ. Illi dominantur in clero, iste dum esset liber ex omnibus, omniũ se seruum fecit. Illi aut non euangelizantes manducant; aut euangelizant ut manducẽt: Malachias imitans Paulũ manducat, ut euangelizet. Illi fastũ, & quæstũ æstimant pietatem. Malachias hæreditate uendicat sibi opus, & onus. Illi felices se credunt, si dilatauerint terminos suos: Malachias in dilatanda charitate gloriatur. Illi congregant in horrea, & dolia replent, unde onerent mensas: Malachias colligit in deserta, & solitudines, unde impleat cœlos. Illi cũ accipiant decimas, et primitias & oblationes, insuper & de Cęsaris beneficio telonea, & tributa, & alios reditus infinitos, sollicíti sunt nihilominus quid manducent, & quid bibant: Malachias nihil horũ habens, multos tamen locupletat de prõptuario fidei. Illis nec cupiditatis, nec sollicitudinis ullus est finis: Malachias cupiens nihil, non nouit tamen cogitare de crastino. Illi a pauperibus exigunt, quod dent diuitibus: iste sollicitat diuites pro pauperibus sustentandis. Illi marsupia uacuant subditorũ: iste pro peccatis eorũ altaria cumulat uotis, hostijsq; pacificis. Illi alta palatia erigunt, turres, ac menia ad cœlos leuant: Malachias non habens ubi caput reclinet, opus facit euan-

traditiones obliteratas, per Malachiam instaurari, noua decreta statuis, & tanquã cœlitus demissa recipi, quodq; omnibus maius est, cœlestibus miraculis cõfirmari.

gelistæ. Illi equos ascendunt cũ turba hominũ gratis mandũcantiũ panem, & nõ suum: Malachias septus sanctorũ fratrum collegio pedes circumit, portans panes angelorũ, quibus sati: & animas esurientes. Illi plebes ne agnoscunt quidem: iste erudit. Illi potentes, & tyrannos honorant: iste punit. O uirũ Apostolicũ, quem tot, & talia nobilitant signa apostolatus sui. Quid ergo mirũ, si mira est operatus sic mirabilis ipse? Immo uero nõ ipse, sed deus in ipso. Alioquin tu es deus, inquit, qui facis mirabilia.

Erat mulier in ciuitate Culratim dæmoniũ habens. Vocatus est Malachias; erat pro addicta; urget inuasorem; exit. Sed nondũ exaturata nequitia eius; miseram inuadit mulierculam, quę forte prope assisteret. Et Malachias: Nõ ad hoc, inquit, tibi illam tuli, ut hanc peruaderes: exi & abeaparet; sed repetit priorem. Qua denuo pulsus, recurrit in alteram. Ita per aliquod spaciũ alternatim uexabat illas, hinc inde refugiẽs. Tũc sanctus indignans sibi illudi a dæmone, colligensq; spiritũ infremuit, & totis uiribus fidei. Facto impetu in aduersariũ, ab utraq; fugauit; & quidem nõ minus uexatũ his, quas uexauerat ipse. Cæterũ quod moram fecit sancto, non putes, lector, fuisse uirtutis eius, sed dispensationis diuinæ, ut uidelicet ex hac manifestior fieret, & maligni præsentia, & uictoria Malachiæ. Denicq; audi quid alibi fecerit, non autem per præsentiam suam. Et utiq; potuit præsens, quod absens ualuit. In regione Aquilonaris partis Hyberniæ iacebat infirmus in domo; nec dubium quin dæmonũ maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos loquentes, dicentes alter ad alterũ: Vide ne miser iste Hypocritæ illius stratũ, stramenue contingat; & sic effugiat manus nostras. Cognouit homo quod Malachiam loquerẽtur, quem nõ multo ante in eadem domo meminerat pernoctasse; & adhuc stramen in loco. Sumptaq; fiducia, & quo potuit conatu, cœpit repere debilis corpore, sed fide fortis. Et ecce in aere clamor, & uociferatio. Prohibe eum, prohibe; retine eum, retine: Amittamus prædam. Verũ is, quem portabat fides, & desideriũ euadendi, quanto plus clamabant illi, tanto magis genibus, manibusq; nitens, ad remediũ festinabat. Et peruenies ascendit lectulũ, uolutatur in stramine; audit ululatũ plangentium: Heu, heu, ipsi nos prodidimus; decepti sumus; euasit. Et dicto citius recessit ab eo dæmonũ terror, & horror, quem patiebatur, & omnis pariter ægritudo. In Lesmor ciuitate homo a dæmonio uexatus, per Malachiam liberatus est.

Et hic habes aquæ benedictionẽ per manum sancti uiri.

26 Item transeunti aliquando Plaginiam ablatus illi infans habẽs dæmonium, sanus relatus est. In regione eadem ligatam funibus phreneticã solui iussit, & in aqua, quam benedixit, lauari. Lota est, & sanata est.

Alteram quoq; in Saballo regione Vlidiæ membra propria dentibus laniantem, orando, & tangendo curauit. Amentem hominẽ multa prædicantem futura, amici, & propinqui adducunt ad Dei hominẽ uinctum funibus fortiter; quod fortem ad nocendũ rabies ipsa fecisset, & terribilem ualde. Orat Malachias, & incontinenti æger sanatur, & soluitur. Factũ est hoc loco quodam, cuius nomen tacemus, q̃ nimis barbarũ sonet, sicut & alia multa. Alio tẽpore in præfata ciuitate Lesmor puellam mutam parẽtes eius in media platea afferũt transeunti, cũ multa supplicatione rogantes, ut ei subuenire digneť. Stat Malachias, & facta oratione, tangens digito linguam eius, sputũ misit in os eius, & loquentem dimisit. Exiens de quadã ecclesia obuium habuit hominem cũ uxore

sua, quæ non poterat loqui. Rogatus ut eius misereatur, stat in porta populo circunstante; & data benedictione super eam, iubet dominicã dicere orationem. Dixit illa, & populos benedixit dñm. In ciuitate, cui nomen Oenthreb, decumbens lectulo quidam dives iam dies. xv̄. priuatus linguæ officio, ad uisionem uisitantis se sancti loquelam recuperat, eucharistiam sumit; & ita munitus extremũ in bona confessione efflauit spiritũ. O oliua fructifera in domo Dei; o oleum iocunditatis unguens, & lucens. Et splendore miraculi illustrauit sanos; & suauitate beneficij unxit infirmũ; cui mox morituro salutarem cõfitendi, & cõmunicandi obtinuit facultatem. Intrauit ad eum quidã de nobilibus, habens ei aliquid dicere. Qui inter loquendũ fide plenus, tres iuncos pie furatus de lectulo in quo ille sedebat, tulit secũ; & multa Deus de furto pietatis est operatus, fide illius, & præsulis sanctitate. Forte uenerat in ciuitatem nomine Duenuani. Et cũ sederet ad mensam, ingressus uir nobilis de ciuitate ipsa humiliter supplicat pro uxore pregnante, quę iam solenne pręteriisset tempus pariendi; ita ut mirarentur omnes; & nemo, qui aliud q̄ uitæ periculum crederet imminere. Rogat & cũ eo Neemias episcopus illius ciuitatis, qui iuxta eum sedebat; rogant & cęteri quotquot aderant simul discumbentes. Dum ille: Compatior ei, inquit, quod bona mulier sit, & pudica. Et porrigens uiro poculũ, cui benedixerat: Vade, inquit, da illi bibere; sciens eam sumpto benedictionis potu, & sine mora, & sine periculo parituram. Factũ est, quod præcepit, & nocte ipsa subsecutum est, quod promisit. Sedebat in campo cũ comite Vlidiæ aliqua tractans; & multitudo copiosa circa eos. Venit mulier grauida, & uere grauida: Indicat se contra oẽs naturæ leges retinere partũ iam. xv. mensibus, & diebus. xx. Cõpassus Malachias super nouo, & inaudito incõmodo, orat, & mulier parit. Et qui aderant, lætati sunt, & mirati sunt. Omnes enim uiderunt in qua facilitate, & uelocitate loco eadem enixa sit; & triste negati partus periculũ miracula cõmutatum iocundiori. Accidit ibidem quiddam, pari quidem miraculo, sed sorte dispari. Vidit hominem, qui publice tenere diceretur concubinam fratris: & hic erat miles minister comitis. Et publice conueniens incestuosum, alterũ ei Ioannem exhibuit: Nam licet tibi (inquiens) concubinam habere fratris tui. At ille alterũ ipsi nihilominus Herodem redhibens, non modo non audiuit eum, sed & superbe respondit, & coram omnibus iurabat nunc̄ se dimissurũ. Tum cõmotus Malachias, sicut erat pro iustitia uehementer Zelans: Et deus, inquit, te ab illa separet, uel inuitũ. Paruipendens ille ex instanti abīt indignabundus. Offendens q̄ mulierem nõ longe a turba constituta in loco, ui oppressit eam; sicut erat satanæ totus, cui pauloante traditus fuerat. Nec latuit flagitiũ. Ancilla, quæ dominam comitabatur, recurrens domũ (nempe haud procul aberat loco) nunciat anhela quid mali acciderit. Ad quam uocẽ germani illius, qui domi erant, Zelantes sororis stuprũ, tota illo festinantia peruolant: pudicitiæ hostem ipso in loco, & opere sceleris deprehensum, multis confossum uulneribus interimunt. Necdum cõuentus solutus erat; cũ ecce armiger illius, quod euenerat, nunciauit. Et mirati sunt uniuersi. q̄ sententia Malachiæ tam celerem habuisset effectũ. Timuerunt quiq̄ flagitiosi, audito hoc uerbo (nam multi erant in terra) & territi purgati sunt, lauantes manus suas in sanguine peccatoris. Diarmitiũ comitẽ multo

27 *Vide poculum benedictum.*

128

Dñs Malachias aspersione aquæ benedictæ sanat infirmos, inuitur aperte aquæ benedictionem deo gratam esse.

iam tempore decumbentem lecto duriter quidem increpas, quod malus homo esset, immoderatius seruiens uentri, & gulæ, benedicta aspersum aqua surgere fecit sine mora; & ita ualentem, ut equum ascenderet ilico, & utiq; præter spem suam ipsius, & suorũ. In urbe Caselensi uenit homo ante eum cũ filio paralytico rogans illũ sanari. Qui orans breuiter: Vade, inquit, filius tuus sanabitur. It; & crastino redit cũ filio, sed minime sanato. Tum surgens Malachias, & stans super eum diutius orauit; & sanatus est. Et conuersus ad patrem; offer, inquit, illũ Deo. Annuit homo, sed non tenuit: & post aliquot annos ille iam iuuenis recidit in idipsum, sin e dubio propter inobedientiã patris, & pacti transgressionem. Alius quidam ueniens de longinquo, cũ esset Malachias in finibus Mumoniæ, attulit ad eum filiũ, pedum penitus officio destitutũ. Percunctatus quonã modo illi accidisset: ut supicor, inquit, dæmonũ malignitate. Et addit. Ludenti in prato ipsi (ni fallor) immisere soporem; euigilansq; puerulus sic se inuenit. Hæc dicens cũ lachrymis precem fundit; efflagitat opem. Misertus eius orauit Malachias, iubens ægrũ interim dormire ibidem super solium. Dormiuit, & surrexit sanus. Hunc ipse, quia de longe uenerat, aliquandiu in comitatu suo retinuit; & erat ambulans cũ eo. In monasterio Benchorensi pauper quidam fratrũ eleemosynis sustentabatur. Et erat quotidianam accipiens stipem aliquid officiũ factitans in pistrino. Is claudus ad annis duodecim humi manibus repens, post se trahebat pedes emortuos. Quem die quadam ante cellam suam Malachias mœstũ, & mœrentem inueniens, causam percunctatur. Et ille: Vides, inquit, q̃ ex longo miscellus afflicter? & manus domini super me; & ecce ad cumulũ ærumnæ, homines, qui misererei debuerant, irrident me potius miseriæ exbrobrantes. Quem ubi audiuit, pietate motus, suspexit in cœlũ, manus pariter leuans. Facta aũt breui oratione ipse intrauit cellam, & ille surrexit. Et stans super pedes suos mirabat, si uere esset quod erat, pene somniũ suspicatus. Cępit tũ se pedetẽtim mouere; neq;.n. posse ire satis credebat. Tandẽ quasi e graui somno euigilans, cognoscit misericordiã dñi super se, firmiter gradit, & in pistrinũ reuertit exiliẽs, & exultans, & laudans deũ. Viso eo, qui ante uiderant: & cognouerant, repleti sunt stupore, & extasi, phantasma putantes. Virũ item hidropicũ orando sanauit, qui ilico remansit in Monasterio, pastor ouiũ factus. Ciuitas Hyberniæ noie Corcagia uacabat epo. Tractatũ est de electione: dissensere partes, quibusq;, ut assolent, præsulẽ uolentib⁹ cõstituere suũ, non Dei. Venit illuc Malachias audita dissensione. Conuocato clero, & populo, etiam corda, & uota discordantium unire curauit. Et persuasis illis totum negocium sibi debere credi: cui potissimum solicitudo incumberet illius, sicut & aliarũ per Hyberniam ecclesiarum. Incontinenti nominat eis non quempiam de nobilibus terræ, sed magis quendam hominem pauperem, quem sciret sanctum, & doctum: & hic erat alienigena. Quæritur ille; nunciatur decumbere lecto, & ita debilis, ut nullo pacto exeat, nisi in manib⁹ portatus ministrantium. Et Malachias: Surgat, inquit, in nomine Domini, ego præcipio, obedientia saluum faciet eum. Quid, faceret ille? Parere uolebat, sed imparatum se sentiebat: q̃ etsi posset ire, episcopari reformidabat. Ita cũ uoluntate obediendi, pugnãte gemino hoste, pondere langoris, & metu moris: uicit illa tamen, data sibi in adiutorium spe salutis. Itaq; conatur,

mouet seſe,tentat uires,inuenit se solito fortiorem. Crescit pariter fides cum uiribus, & rursum facta fortior fides dat uicissim uiribus incrementum. Iam surgere per se ualet, iam meliuscule gradi: iam nec sentire in ambulando lassitudinem, demũ expeditus, & alacer peruenire ad Malachiã sine hominis adiutorio. Qui assumens eum, misit in cathedram, clero, & populo collaudante. Hoc ita in pace factum est, quia nec illi ausi sunt Malachiæ uoluntati in aliquo obuiare, uidentes signum, quod fecerat: nec ille parere dubitauit tam euidenti argumẽto factus securior de Domini uoluntate. Mulier quædam fluxum sanguinis patiebatur: & hæc nobilis charissima Malachiæ, plus tamen ob morum, q̃ generis nobilitatem. Quæ ex toto deficiens (nimirum cum sanguine exhaustis uiribus) iam posita in extremis misit ad Dei hominẽ, ut quod supererat animæ subueniret, qui se iam non esset uisurus in corpore. Audiens Malachias molestè tulit: q̃ mulier uirtutis foret, & uita eius fructuosa operæ, & exemplo. Et uidens se non posse satis accurrere tempestiue, accito Malcho, quod iuuenis esset, & expeditus (ipse est, cuius supra meminimus, frater christiani Abbatis) accelera, inquit, Per illi tria poma hæc, super quæ nomen domini inuocaui. Confido in ipso, q̃ ubi ex eis gustauerit, non gustabit mortem, priusquam nos uideat, etsi tardiuscule secuturos. Festinat Malchus secundum mandatum, & ueniens intrat ad morituram, alterum se exhibẽs puerum Helisei: nisi quod huius efficacior opera fuit. Iubet missam sibi a Malachia benedictionem accipere, & gustare, si quo modo ualuerit. At illa exhilarata, audito nomine Malachiæ, ut obedire possit, nutu signat pauliſper se erigi uelle: nam uerbo non poterat. Erigitur, gustat: gustato cõfortata est: loquitur, & gratias agit. Et immisit Dominus saporem in eam, & suauissime requieuit in eo, cuius usu diu caruerat, sicut & esu. Stetit interim sanguis, & postmodicum expergefacta sanam se reperit, nisi quod longa inedia, & sanguinis minutione adhuc debilis erat. Si quominus die sequenti desideratus Malachiæ aduentus, aspectusq̃ perfecit. Habitabat uir nobilis in uicinia Benchorensis Monasterij. Cuius uxor cum infirmaretur ad mortem, rogatus Malachias ut descenderet, priusq̃ moreretur, infirmam uncturus oleo: descendit, & intrauit ad eam. Quo uiso exultat illa, spe animata salutis. Et cum pararet ungere eam, uisum est omnibus differendum potius usq̃ mane. Erat enim uespera. Acquieuit Malachias, & data benedictione super ægram, exiuit cum his, qui secum erant. At uero post modicum subito clamor factus est, plãctus, & strepitus multus per totam domum, siquidem insonuit, q̃ mortua esset. Accurrit Malachias tumultu audito: & secuti sunt eum discipuli eius. Et accedens ad lectum, ut certo comperit expirasse, consternatus est animo, sibi imputans, q̃ fraudata gratia sacramenti obierit. Et eleuatis in cœlum manibus: obsecro domine, inquit, insipienter egi. Ego, ego peccaui, qui distuli: non ista: quæ uoluit. Hæc dicens contestatus est in audientia omnium, nullã se receptu-rum consolationem, nullam daturum requiem spiritui suo, nisi quam tulerat, liceret restituere gratiam. Et stans super eam tota nocte laborabat in gemitu suo: & pro oleo sancto largo imbre lachrymarũ perfundens mortuam, uicem illi unctionis, quam poterat, exhibebat. Ipse quidem sic. Ad suos autem: uigilate, inquit, & orate. Itaq̃ in psalmis illi, ille in lachrymis, noctem duxere peruigilem. Et mane facto exaudiuit Dominus sanctum

29

Hic hic uos conuenio quotquot negatis extremam unctionem esse ecclesiæ sacramẽtum, per eam conferri gratiam ac remitti peccata. Legite hoc caput, & respondete si potestis. Q̃ si non ualetis, uel tandem uicti recognoscite blasphemias uestras, agite pœnitentiam, & ad fidelia sanctæ matris ecclesiæ dogmata reuertimini.

suum, quia spūs Domini erat postulans pro eo, qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura? Aperuit oculos, quæ fuerat mortua: & ut solent qui de graui somno euigilant, fricans sibi manibus frontem, & tempora, super lectum se erigit, & agnito Malachia, inclinans de uote salutat eum. Et uerso luctu in gaudium stupor apprehendit omnes, & qui uiderunt, & qui audierunt. Sed & Malachias gratias agens benedixit Dominum. Et unxit eam nihilominus, sciens in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio fidei saluet infirmum. Post hæc abīt ille, & illa conualuit, & uiuens incolumis tempore aliquanto, ut gloria Domini manifestaretur in ea, peracta pœnitentia, quam sibi Malachias iniunxerat, in bona confessione iterum obdormiuit, & migrauit ad Dominum.

Fuit item mulier, cui spūs iracundiæ, & furoris intantum dominaretur, ut non solum uicini, & cognati fugerent consortium eius, sed filīj quoque ipsi uix sustinerent habitare cum ea. Clamor, & rancor, & tempestas ualida, ubicunq; fuisset. Audax, & ardens, & præceps, metuenda lingua, & manu, importabilis omnibus, & inuisa. Dolentes filīj tum pro illa, tum pro seipsis, trahunt illam ad præsentiam Malachiæ, lachrymabilem cum fletu quærimoniam deponentes. Vir autem sanctus & periculum matris & incommodum miserans filiorum seorsum aduocat illam: Fuerit ne confessa aliquando peccata sua, solicite percunctatur. Respōdit nequaq;. Cōfitere, inquit. Paret: Et ille iniungens pœnitentiam confitenti, oransq; sup
30 eam, ut Dominus omnipotens det ei spm̄ mansuetudinis in nomine Dñi Iesu, ne ultra irascatur, iubet. Sequitur tanta mansuetudo, ut pateat oībus non esse aliud, q̄ admirabilem mutationem dexteręq; excelsi. Fertur adhuc hodie uiuere, & tantæ esse patientiæ, & lenitatis, ut quæ omnes exasperare solebat, nullis modo exasperari dānis, cōtumelijs, afflictionibus queat. Si licet, & me iuxta Apostolum abundare in sensu meo, accipiat quisque ut uolet, ego istud superiori suscitatæ miraculo mortuæ censeo præferendum, quod exterior quidem ibi, hic uero interior reuixerit homo. Et nunc curramus ad reliqua.

Habes hic auriculare confessionem, et satisfactionem impositam confitenti. Contra impias nouitates quorundam nostri tẽporis.

Vir secundum seculum honorabilis, secundum Deum timoratus, ueniens ad Malachiam quæstus est super sterilitate animæ suæ, supplicans ut sibi obtineret ab omnipotēte Deo gratiam lachrymarum. Et subridens Malachias, q̄ gratum haberet in homine seculari desiderium spiritale, suam maxillam maxillæ illius quasi blandiendo cōiungens: Fiat, inquit, tibi, sicut petisti. Tantos exinde, & pene continuos exitus aquarum deduxerunt oculi eius, ut illud scripturæ ei posse optari uideretur: Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium. Est insula maris in Hybernia ab olim fœcunda piscium: & mare ibi piscosum ualde. Peccatis (ut creditur) habitantium adempta copia solita: quæ multos habebat filios, infirmata est, & a tāta funditus sui commoditate emarcuit. Dolentibus accolis, & iacturam grauem populis ægre ferentibus, reuelatum est cuidam mulieri, precibus Malachiæ posse afferri remedium. Idq; innotuit omnibus, ipsa prudente. Nutu Dei contigit adesse Malachiam. Dum enim circumiret, & repleret Euangelio regionem, diuertit illuc, ut & ipsis eandem gratiam impartiret. At Barbari, quibus erat maior cura de piscibus, omni instantia flagitant, ut potius respicere dignetur super sterilitatem Insulæ suæ. Qui cum responderet se minime ad hoc uenisse, hominum magis, q̄ piscium desiderare capturam; uidens tamen fi-

dem

dem eorũm,flexis in littore genib⁹,orauit ad Dominum, ut licet indignis indultum olim beneficium tanta fide repetentibus non negaret. Ascendit oratio,ascendit & piscium multitudo,& forte uberior,q̃ in diebus antiquis,& ipsa populo terræ perseuerans usq; in hodiernum diem. Quid mirum,si oratio iusti,quæ penetrat cœlos,penetrauit abyssos, & de profundo maris tantas piscium copias euocauit? Venerunt aliquãdo tres Episcopi in uillam Fochart, quem dicunt locum natiuitatis Brigidæ uirginis,& quartus erat Malachias. Ad quem presbyter,qui hospitio susceperat eos: Quid faciam,inquit,quod pisces non habeo? Quo respondente,ut quæreret a piscatoribus: biennium est, ait, quod non inueniuntur pisces in flumine,unde & piscatores prorsus diffisi etiam arti suæ renunciauerunt. Et ille: Præcipe, inquit, laxari retia in nomine domini. Factum est, & capti sunt Salmones duodecim. Secundo miserunt, & captis totidem inopinatum inferunt mensis & ferculum,& miraculũ. Et ut clare liqueat Malachiæ meritis hoc datum fuisse, alijs quoq; duobus sequentibus annis eadẽ nihilominus sterilitas pdurauit. Fuit qdã clericus in Lesmor probabilis,ut fertur,uitæ,sed fidei non ita. Is sciolus in oculis suis pręsum psit dicere,in eucharistia esse tantummodo sacramentum,& non rem sacramenti,ideſt solam sanctificationem, & non corporis ueritatem. Sup quo a Malachia secreto,& sæpe conuentus,sed incassum,uocatus ad medium est: Seorsum tamen a laicis,ut si fieri posset sanaretur, & non cõfunderetur. Itaq; in conuentu clericorum data facultas homini est pro sua sententia respondendi. Cumq; totis ingenij uiribus,quo non mediocriter callebat,asserere,& defendere conaretur errorem,Malachia cõtra disputante & conuincente,iudicio omnium superatus, de conuentu confusus q dem exijt,sed non correctus. Dicebat autem se non ratione uictum, sed episcopi pressum authoritate. Et tu(inquit)o Malachia sine causa me hodie confudisti, aduersus profecto ueritatem locutus, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timens periculum, ecclesiam conuocat, errantẽ publice arguit,publice monet ut resipicat. Suadentibus hoc ipsum episcopis,et uniuerso clero,cum non acquiesceret,contumaci anathema dicũt, hæreticum protestantes. Nec sic euigilans: omnes,inquit, fauetis homini potius,q̃ ueritati. Ego personam non accipio,ut deseram ueritatem. Ad hoc uerbum substomachans sanctus: dominus,inquit, fateri te ueritatem faciat uel ex necessitate. Quo respondente Amen,soluitur conuentus. Tali ille inustus cauterio fugam meditatur,infamis,atq; inhonorus fore non sustinens. Et continuo sua tollens exibat,cum ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, uiribusq; deficiẽs eodem loco iactat se super solum anhelus,& fessus. Forte incidẽs in id loci uagabũdus insanus, offendit hominem: quidnam ibi agat percunctatur. Respondet graui se infirmitate teneri,& neq; procedere,neq; redire ualẽtem. Et ille: infirmitas ista haud alia,inquit,q̃ ipsa mors est. Hoc autem nõ dixit a semetipso: sed pulchre dominus per insanum corripuit eum,qui sanis acquiescere noluit cõsilijs sensatorum. Et addit. Reuertere domum: ego te iuuabo. Denicq; ipso duce reuertitur in ciuitatem: redit ad cor,& ad misericordiam Dñi. Eadem hora accitur Episcopus,agnoscitur ueritas: abijcitur error, confessus reatum absoluitur,petit uiaticum,datur reconciliatio,& uno pene momento per

31 *Quid dicere possunt hæretici contra orationes,postquam eorum medio sancti uiri tot mirabilia a Deo impetrant?*

32 *Deus uos quicunque impie negatis in eucharistia uerum christi corpus contineri, uel hoc exemplo territi insanam hanc hæresim abijcite.*

fidia ore abdicatur,& morte diluitur.Ita mirantibus cunctis sub omni cē leritate completus est sermo Malachiæ,& scripturæ pariter dicētis, quia uexatio dat intellectū auditui. Inter populos quarūdā regionū orta ali quando grauis discordia est. Interpellat Malachias de cōponenda pace inter eos. Et cū esset alias impeditus,iniungit negociū hoc uni Epō. Illo excusante,& negante,& dicente, Malachiam, non se quæsitū, se contemptum iri,frustra fatigari nolle:Vade,inquit,& Dñs erit tecum. Et ille:Acquiesco,sed si me non audierint,scito me ad tuam paternitatem appellaturū. Subridens Malachias:Fiat,inquit. Tunc Episcopus conuocatis partibus dictat formam pacis : acquiescunt , reconciliantur adinuicem; fide hincinde data stabilitur pax:& sic dimisit eos. At pars una uidens hostes factos securos,imparatos esse;quippe qui pace facta mali nihil suspicarētur,loquebatur mutuo,& dicebat homo ad proximum suum:Quid uolumus facere? Victoria præ manibus est,& ultio de inimicis. Et cœpere insequi illos. Innotuit Episcopo,quod fiebat;& accurrens conuenit ducē eorum super iniquitate,& dolo;sed spretus ab illo est. Inuocauit nomē Malachiæ aduersus eum,& nihilipendit. Irridensq; Episcopū:Putas ne,inquit propter te amittere debeamus malefactores nostros, quos Deꝰ tradidit in manus nostras? Et recordatus uerbi sui Episcopus, quod habuerat cū Malachia,flens,& eiulans uerso uultu ad Monasterium eius: Vbi es,ait, homo Dei,ubi es? Nonne hoc est,Pater mi,quod tibi dicebam? Heu,heu ueni ut facerem bonum,& non malum:& ecce per me omnes,illi in corpore,isti in anima pereunt. Multa in hunc modum loquebatur lamentās, & plangens, & quasi præsentem solicitans, & compellans Malachiam aduersus malignantes. Interim uero impij,cū quibus fecerant pacem, insequi non desistebant ad perdendum eos . Et ecce spiritus mendax in ore quorundam uirorum,qui eos deciperet. Et occurrerunt illis in uia uiri nūciantes, factam irruptionem in terras ipsorum ab aduersarijs: in ore gladij consumi omnia, & diripi bona eorum:uxores quoq;, ac liberos tolli, & abduci. His auditis,reuersi sunt festinanter. Sequebant ultimi primos, quo irent,aut quid acciderit nescientes. Nec enim omnes audierant uiros loquentes. Cumq; uenissent,& inuenissent nihil horū, quæ nunciata erāt, confusi sunt, deprehensi in malitia sua. Et cognouerunt spiritui erroris se traditos propter nuncium Malachiæ, quem deceperunt, & nomen eius, quod spreuerunt. Porro Episcopus audiens frustratos proditores in inigtate sua,quam cogitauerant, cum gaudio remeauit ad Malachiam, referens omnia per ordinem , quæ acciderant sibi.

Sciens Malachias eiusmodi occasione pacem esse turbatā,nactus opportunum tempus,pacem per semet inter ipsos denuo reformare curauit & firmare reformatam,datis,& receptis altrinsecus fide,& iuramento. Verum illi,quibus ante pax fracta fuit,iniuriæ memores,neglecto pacto, & præcepto Malachiæ,tractauerunt de nice reddēda. Et congregati omnes in unum ibant ut imparatos præoccuparent,redderentq; in caput eorum malum,quod sibi facere cogitassent. Et magno flumine, quod intererat,facillime transuadato,fluuiolo,quem non procul ab illo offendere, retenti sunt. Necq; enim iam fluuiolus , sed plane fluuius ingens apparuit, ubicq; sui transire uolentibus transitum negans. Mirari omnes tantū nunc esse,tantillū antehac fuisse scientes;& loqui inter se: Vnde inūdatio hæc?

Aer serenus est, imbres non sunt, nec proxime fuisse meminimus. Et si multum pluisset, quis nostrum unq; hactenus meminit in quãtacunq; illuuie ita intumuisse, ut operiret terram; sata, & prata puaderet? Digitus Dei est iste; & Dominus sepit uias nostras propter sanctũ suum Malachiam, cuius sumus præuaricati pactum, transgressi mandatum. Ita & hi infecto negocio, ad sua æque confusi repedauerunt. Diuulgatum est uerbum puniuersam regionem, & benedicebant Deum, qui comprehendit sapientes in astutia sua; & confringens cornua peccatorum sublimauit cornu Christi sui. Aliquis de nobilib⁹ infensus Regi, reconciliatus est per manum Malachiæ. Nec enim Regi satis fidebat ille ut pacem cũ eo faceret, nisi mediante Malachia, aut quem rex æque reuereretur. Nec immerito, ut post apparuit. Nam factum securum, & minime iam cauentem sibi pactũ, trusit in uincula, odio antiquo captus plus ipse. Requirit homo a suis de manu mediatoris. Nec enim aliud amici expectare, q; mortem. Quid faceret Malachias? Non est quod possit, nisi ut recurrat ad suum illud solitũ unicũq; refugium. Congregato exercitu forti nimis, turba magna discipulorum suorum, adit hominem, requirit uinctum, negatur. Et Malachias. Inique, inquit, agis contra Dominum, & contra me, et contra teipsum pactũ præuaricans, si dissimulas tu, sed non ego. Credidit se homo fidei meæ: si cõtingat mori, ego prodidi eum; ego reus sanguinis eius. Quid tibi uisum est me proditorem, te præuaricatorem constituere? Noueris, me donec liberet nihil gustaturum, sed neq; istos. Sic locutus intrat Ecclesiam, Deũ omnipotentẽ suis, suorumq; anxijs gemitibus interpellat, ut iniuste addictum dignetur eripere de manu præuaricatoris, & iniqui. Et ea die cũ nocte sequenti, in ieunio, & oratione perstiterunt. Perlatum ad regem quid fieret: & magis inde induratũ est cor eius, unde emolliri debuerat. Init fugam ueritus homo carnalis, ne si prope remaneret, orationis nõ posset sustinere uirtutem: Quasi uero uel absconditum non inueniat, uel non peruenire ad remotũ. Tu meras ponis miser orationibus sanctorum? Num est oratio iacta sagita, ut fugias a facie arcus? Quo ibis a spiritu Dei, qui eam portat; & quo a facie eius fugies? Denicq; fugientem insequitur; inuenit latitantem. Eriscq; cæcus, & non uidens, ut melius uideas, & intelligas, quoniam durum est tibi contra stimulũ calcitrare. Denicq; senti uel nũc; quia sagittæ potentis acutæ peruenerunt ad te; quæ etsi resilierũt a corde, quia saxeum est, sed non ab oculis. Vtinam per fenestram saltem oculorum peruenient usq; ad cor; & uexatio det intellectũ cæcitati. Cernere erat saulũ denuo ad manus trahi, & duci ad Ananiam; ad ouem scilicet lupũ, ut refunderet prædam. Refudit, & recepit uisum: q; Malachias usq; adeo ouis esset, ut sit misertus & lupo. Diligenter ex his aduerte, lector, cum quibus habitatio Malachiæ, quales Principes, & quales populi. Quomodo non & is frater fuit draconũ, & socius struthionum? Et ideo dedit ei Dominus uirtutem calcandi super serpentes, & scorpiones, alligare reges eorum in cõpedibus, & nobiles eorũ in manicis ferreis. Deinde audi quid sequat.

Aspice uel hic Orationis uirtutem.

Is, cui Benchorensis monasterij cesserat possessiones, ingratus beneficio, extunc, & deinceps insolentissime semper se habuit aduersus eum, & suos, in omnibus infestus eis, ubiq; insidians, detrahensq; actibus eius. At non impune hoc. Erat illi unicus filius, qui imitator patris, audens aliquid & ipse in Malachiam, eodem anno mortuus est. Mortuus autem sic. Vi-

sum est Malachiæ debere construi in Benchor oratoriũ lapideum, instar eorum, quæ in alijs regionibus extructa conspexerat. Et cum cœpisset iacere fundamenta, indigenæ quidem mirati sunt, cp in terra illa necdũ eiusmodi ædificia inuenirentur. Verũ ille nequam (sicut erat præsumptuosus, & insolens) non modo miratus est, sed indignatus. Ex qua indignatione concepit dolorẽ, et peperit iniquitatem. Et factus susurro in populis, nunc secreto detrahere, nunc blasphemare palam; notare leuitatẽ, nouitatẽ horrere, sumptus exaggerare. Istiusmodi uenenatis sermonibus sollicitans, et inducens multos ad prohibendum: sequimini me, inquit, & quod non ni si per nos fieri debet, contra nos fieri non sinamus. Itaq; cũ pluribus, quibus suadere ualuit, descendit ad locũ, repertũ conuenit hominẽ Dei, primus ipse dux uerbi, qui erat principiũ mali: o bone uir quid tibi uisum est

34

nostris hanc inducere regionibus nouitatẽ? Scoti sumus, non Galli. Quænam leuitas hæc? Quid opus erat opere tam superfluo, tam superbo? Vnde tibi pauperi, & inopi sumptus ad perficiendum? Quis perfectum uidebit? Quid istud præsumptionis, inchoare quod non queas, non dico perficere, sed nec uidere perfectũ? Quanq; amentis magis est, cq; prudentis conari quod modũ excedit, uincit uires, superat facultates. Cessa, cessa, desine a uesania hac. Alioquin nos non sinimus, non sustinemus. Hoc dixit, prodens quid uellet, non quid posset considerans. Nam de quibus præsumebat, & secũ adduxerat, uiso uiro mutati sunt, & iam non ibant cũ eo. Ad quem uir sanctus tota libertate utens: Miser, inquit, opꝰ, quod inchoatum uides, & inuides, sine dubio perficietur; perfectũ uidebunt multi. Tu uero q uia non uis, non uidebis: & quod non uis, morieris: attendito tibi ne in peccato tuo morialis. Ita est; ille mortuus est; & opus completum est; sed ille non uidit; qui ut præfati sumus, anno eodem mortuus est.

Ecce ecce similes uoces improborũ & hæreticorum. Quorsum tot baptisteria, tot cãdelabra, tot statuæ aureæ & argenteæ, tot sacerdotalia indumẽta, tot sumptuosa templa & Oratoria? Videant hoc exemplum miseri homines, & cohibeant linguã suã.

Interim pater audito mox quid de filio uir sanctus prædixisset, sciens uerbum eius uiuum, & efficax esse; interfecit, inquit, filiũ meum. Et instigante diabolo, tanto furore exarsit in illum; ut coram duce, & maioribus, inuidiæ, falsitatis, & mendacij arguere non uereretur hominem; qui ueracissimus esset, ueritatis, & discipulus, & amator; & conuitium intulit, similiam appellans. Et Malachias quidem doctus non reddere maledictũ pro maledicto, obmutuit, & non aperuit os suum, dum confiteret peccator aduersus eum. Sed non Dominus oblitus sermonis sui, quem dixerat: Mihi uindictam, & ego retribuam. Eadem die domũ reuersus homo luit linguę effrenis temeritatem, ipso ultore, quo instigatore laxarat. Arreptum in ignẽ proꝛjcit dæmon; sed mox manibus assistentiũ extractus est, adustus tñ corporis parte, & mẽte captus. Et dum insaniret, uocatus Malachias uenit; reperitq; maledicũ spumantia ora torquentem, horrendis uocibus & motibus terrentem omnia, ac toto corpore agitatum uix posse teneri a pluribus: & orans pro inimico uir totius perfectionis, exauditus est, sed ex parte. Nam ilico quidem sancto orante, ille aperuit oculos, & sensum recepit. Relictus est autem ei spũs Domini malus, qui eum collaphizet, ut discat non blasphemare. Credimus eum uiuere usq; adhuc, & usq; ad hæc tempora luere peccatum grande, quod peccauit in sanctum: certis temporibus tamen ferunt lunaticum esse. Porro prædictæ possessiones, cum iam pro sui imbecillitate, & inutilitate eas tenere non ualuit, in pace ad locum, cuius extiterant, redierunt. Nec renuit Malachias post multam

demum

demum uexationem,pacis obtentū.Sed iam ad opus ædificī,quod Malachias aggressus est,sermo recurrat. Et quidem non erat Malachiæ, non dico unde perficeret, sed unde faceret quicquam. Erat autem cor eius fiduciam habens in Domino. Dominus uero prouidit, ut, etsi non sperantī in pecuniæ thesauris, pecunia non deesset. Quis enim alius fecit ut thesaurus eo loci reponeretur,repositus non reperiretur, usque ad tēpus,& opus Malachiæ? Inuenit Dei famulus in Dei Marsupio, quod defuit suo.Merito quidem. Quid enim iustius,quam ut cui pro deo non erat proprium,eum Deo iniret consortium; & marsupium unum esset amborum? Fideli deniq; homini totus mundus diuitiarum est. Et qd est ille, nisi quoddam marsupium Dei? Deniq; ait:Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Inde est quod Malachias repertos argenteos multos non reposuit,sed exposuit. Nam totum munus Dei in Dei opus iubet expendi. Non suas,non suorum considerat necessitates; sed iactat cogitatū suum in Domino;ad quem utiq; recurrendum non dubitat,quoties necessitas postularit. Nec dubium Dei opus esse, quod Deo reuelante Malachias præuidit. Contulerat primum cum fratribus de operæ illo;& multi præ inopia minus libenter assentiebant. Inde anxius, dubiusq; quid ageret,cœpit inter orandū uehementer inquirere,quænam foret uoluntas dei. Et die quadam de uia regrediens, cum iam loco appropiaret, prospexit eminus;& ecce oratorium apparuit magnum lapideum,& pulchrū ualde. Et intuens diligenter situm,formam,& compositionem, cum fiducia arripit opus, prius quidem indicata uisione senioribus fratrib⁹ paucis tū. Sane totū quod attente notauit de loco,& mō,& qualitate, tanta diligētia obseruauit, ut peracto operæ factum uiso simillimum appareret, ac si & sibi cum Moyse dictum audierit. Vide ut omnia facias secundum exēplar,quod tibi ostensum est in monte. Eodem uisionis genere id quoque, quod in Saballino situm est,anteq; fieret præostensum est illi,non modo oratorium,sed & Monasterium totum. Transeunte illo per quandam ciuitatem,& multitudine magna concurrēte ad eum, casu uidit iuuenem inter alios uidendi se curiosum. Ascenderat lapidem, & stans super summos articulos extento collo, oculis, & animo intendens in eum, quendā illi de nouo Zacheum exhibebat. Nec latuit Malachiam, sancto quidem spū reuelante,uere illum uenisse in spū, & uirtute Zachei. Dissimulauit tūc tamen,tacitusq; pertransijt. Cæterum in hospitio nocte ipsa narrauit fratribus,quomodo illum uidisset,& quid præuidisset de illo. Die autem tertia en ille cum uiro quodam nobili domino suo: Qui aperiens uotum, & desiderium iuuenis, rogabat, ut a se commendatum recipere dignaretur,& habere de cætero inter suos. Et Malachias agnoscens eum, nō est opus,inquit, ut quem iam Deus commendauit,homo commendet. Apprehensumq; manu sua tradidit Abbati Cōgano nostro,& ille fratribus. Ipse uero iuuenis adhuc(ni fallor)uiuens,primus conuersus laicus Suriensis Monasterij,testimonium habet ab omnibus quod sanctæ conuersetur inter fratres secundum ordinem Cistertiensem. Et cognouerunt discipuli etiam in hoc Malachiam prophetiæ spm̄ habuisse. Non solum autem,sed & in eo,quod subiuncturi sumus. Cum sacramenta offerret,& appropiasset ei Diaconus facturus aliquid pro officio suo, intuitus eum sacerdos ingemuit,q; sensisset penes illum latere,quod non conueniret. Peracto sacri

35

O hæretice qui impie blasphemas, omnes iudicium sibi mando

care & bibere qui innuxi fiduciæ quod sint confessi, quod nõ sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quod præmiserint orationes suas, accedunt ad eucharistiam, sed sufficere si credãt tãtum se gratiam ibi consecuturos. Vide si non totum cõtrarium docetur hic a sanctissimo viro.

ficio, secreto percũctatus de conscientia sua, confessus est, & non negauit illusum sibi per somnium nocte ipsa. Cui inũgens pœnitentiam; Non debueras, inqt, hodie ministrasse, sed uerecũde te subtrahere sacris, & defer re tantis, tãq; diuinis mysterijs, ut hac humilitate purgatus, dignius exinde ministrares. Itẽ alia uice sacrificãte illo, & orante hora sacrificij, ea q dẽ sanctitate, & puritate cordis, qua solitus erat, astante diacono: uisa est columba intrare per feneſtrã in claritate magna. Ea sacerdos perfunditur totus; ea subobscurior basilica tota refulget. Columba uero aliquandiu circũuolitans, tandem resident super crucem ante faciem sacerdotis: obstupuit diaconus, & pauens tum pro luminis, tum pro uolucris nouitate, q illa sit rara auis in terra, cecidit super faciem suam, & uix palpitans sese erigere ausus est, uel quando officij sui necessitas postulauit. Post missam seorsum conuentus a Malachia sub periculo uitæ iubetur nullatenus secretum prodere, quod uidisset, quoad uiueret ipse. Aliquando cum in Ardimacha esset cum quodam coepiscopo suo, de nocte surgens cœpit memorias sanctorũ, quæ in cemiterio sancti Patricij multæ sunt, orando lustrare. Et ecce unum de altaribus subito ardere conspiciunt. Ambo enim uiderũt uisionem hanc magnam: ambo mirati sunt. Et Malachias intelligens signum esse magni meriti illius, uel illorum, quorũ sub altari illo corpora requiescerent, currens, & se medijs immergens flãmis, expansis brachijs sacram amplexatus est aram. Quid ibi fecerit, quidue senserit, nemo qui sciat: sed quod amplius solito, cœlesti igne succensus ex illo igne exierit: fratrum, qui cum eo tunc erant, reor neminem esse qui nescíat.

Hæc dicta sunt, pauca quidem de pluribus, sed multa pro tempore. Non enim signorum tempora hæc, secundum illum: signa non uidimus, iam non est propheta. Vnde satis apparet Malachias meus quantus in meritis fuit, qui tam multus in signis extitit, & in raritate tanta. Quo enim antiquorum genere miraculorum Malachias non claruit? Si bene aduertimus pauca ipsa, quæ dicta sunt, non prophetia defuit illi, non reuelatio, non ultio impiorum, non gratia sanitatum, non mutatio mentiũ, non denique mortuorum suscitatio. Per omnia benedictus Deus, qui sic amauit, et ornauit eum: qui & magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ. Amor ꝓbatur in meritis, ornatus in signis, magnificatio in ultione inimicorum, glorificatio in præmiorum retributione. Habes diligens lector in Malachia quid mireris, habes & quid imiteris. Nunc iam quid tibi ex his sperandum sit studiosus attende. Nam finis horũ preciosa mors est.

36 *Malachias magnus in meritis.*

Percunctatus aliquando, quoniam in loco, si optio detur, extremum malit agere diem (de hoc siquidem fratres quærebant inter se, quem sibi quisq; deligeret) cunctatur, & non respondet. Instantibus illis: si hinc migro, inquit, nusquam libentius, quàm unde una cum nostro Apostolo resurgere possim (Dicebat autem sanctum Patricium) si peregrinari oportet, & ita permittit Deus, Claramuallem delegi. Requisitus item de tempore, diem respondit solennem omnium defunctorum. Si simplex uotum putatur, impletum est. Si prophetia ne iota præterijt. Sicut audiuimus, sic uidimus de loco pariter, & de die. Dicamus breuiter, quo ordine istud, quaue occasione prouenerit. Ægre satis ferebat, Hyberniam usq; adhuc pallio caruisse, utpote æmulator sacramentorum: quorum ne uno quoli-

37 *Dies solennis omniũ defunctorũ est, quẽ nunc impij hæretici rident & subsannant, & tamen sancti pa-*

bet gentem suam uellet omnino fraudari. Et recordatus sibi a Papa Innocentio fuisse promissum: inde magis tristari, quod dum adhuc ille superfuit, non fuit missum pro eo. Et nactus occasionem, quod Papa Eugenius summam, regiminis teneret, & eo temporis usq; in Franciam appropiasse nunciaretur, opportunitatem requirendi se inuenisse gauisus est. Prę sumebat autem de illo, utiq; uiro tali, & de tali assumpto professione. Magis uero quod suæ Claræuallis specialis filius extitisset, nec timeret apud illum se ullam sustinere difficultatem. Itaq; conuocantur Episcopi, concilium cogitur; tractata triduo quæ tempori imminerent: die quarto aperitur consilium de pallio requirendo. Placet, sed si per alium requiratur. Tamen quia breuior uia, & ob hoc tolerabilior peregrinatio uideret, non fuit qui eius obuiare præsumeret consilio, & uolũtati. Et Malachias soluto concilio, arripit iter. Prosequuntur eum, qui conuenerant fratres, usq; ad littus, non multi tamen ipso nimirum prohibente. Ad quem unus illorum Catholicus nomine, flebili uoce, & fletu. Heu tu abis, inquit, & in quanta pene quotidiana uexatione me deseris, non ignoras; nec fers opem misertus mei. Si ego dignus qui patior, fratres quid peccauerunt, qui uix diem, noctemue ullam a tam laboriosa cura, & custodia mei feriatam habere sinuntur? His uerbis, & lachrymis filiũ (flebat enim) paterna uiscera concussa sunt: & amplexatus est eum blandiendo; impressoq; pectori eius signo crucis: certus esto, inquit, te eiusmodi nil passurum, donec redeam. Erat autem epilenticus, & cadebat frequenter; ita ut interdũ non semel, sed sæpius pateretur in die. Hoc iam per sex annos morbo horrido laborabat, sed ad uerbum Malachiæ, perfecte conualuit. Ab illa hora nil tale perpessus est, nil tale (ut cõfidimus) deinceps perpessurus, quia Malachias deinceps redituras non est. In ipso ascensu nauis accedunt duo ex his, qui illi familiarius adhærebant, audientes, & petentes aliquid ab eo. Quibus ille: Quid uultis? Non dicimus, inquiunt, nisi spondeas te daturum. Spondet. Et illi: Volumus nobis certo promitti a tua dignatione te in Hyberniam incolumem reuersurum. Instare & ceteri omnes. Tum ille parumper deliberans, pœnitere primo quod se alligasset, qua exiret non inueniens. Angustiæ undiq; dum nil occurreret ab alterutro tutum periculo: uoti uidelicet, aut promissi. Visum est tandem id potius eligendum quod in præsentiarum plus urgeret, reliquum supernæ committendum dispositioni. Annuit tristis quidem: sed magis illos noluit cõ tristare: & respondens eis ut uolunt, ascendit nauem. Et cum iam fere medium iter æquoreum peregissent, subito contrarius uentus nauem repellit, & reducit in terram Hyberniæ. Descendens de naui in ipso portu in quadam sua ecclesia pernoctauit. Et lætus gratias egit diuinæ consilio prouidentiæ; quo factum est, ut iam fecerit satis pro sua promissione. Mane uero intrans nauem, ipsa die prospero cursu transfretauit, & uenit in Scotiam. Die tertia peruenit ad locum, qui uiride stagnum dicitur: quem fecerat præparari, ut ibi statueret Abbatiam. Et relicto illic de filiis suis fratribus nostris, Monachorum conuentu, & Abbate (nam secum ad hoc ipsum eos adduxerat) ualedicens eis profectus est. Et cum transiret, occurrit ei Rex Dauid, a quo receptus eum gaudio, & retentus per aliquot dies, multaq; operatus placita Deo, inchoatum repetit iter. Et pertransiens Scotiam, in ipso introitu Angliæ diuertit ad eccle-

tres in multa habuerunt ueneratione, & tota simul ecclesia dei.

38

Vide, quomodo pallium enumeret inter sacramẽta. Sacramẽta autem largo sumpto nomine intellige prout sacrum secretũ & latens mysterium signant.

siam Gisiburnensem, ubi habitat uiri religiosi canonicam ducentes uitam, ab antiquo familiares ei pro sua religiositate, & honestate. Ibi ad-

39 ducta est ad eum mulier patiens morbū, quem cācrum uulgo appellant, ipso horrendum uisu, & sanauit eam. Nam ubi aqua, cui benedixit, aspersa sunt ulcerum loca, dolorem non sensit. Die uero sequenti uix ulcera apparebant. Abiens inde ad mare uenit: sed negatur transitus. Causa (ni fallor) fuit orta simultas quædam inter summum Pontificem, & Regem Angliæ, quod Rex nescio quid mali suspicaretur de bono illo homine, si trāsiret. Nam neq; alios episcopos transire sinebat. Quod quidem impedimentum, etsi fuit contrarium Malachiæ uoluntati, sed non uoto. Dolebat differri a desiderio suo, nesciens magis per hoc impletum iri. Nam si incontinenti transisset, oportebat transire etiam Claramuallem, ut summum Pontificem sequeretur. Iam enim abierat, & erat Romæ, aut prope Romam. Nunc uero intercedente dilatione factum est, ut tardius transfretans ad locum, horam sanctissimi sui obitus opportune occurreret.

Et hic habes mulierē aqua benedicta sanatam. Non ergo superstitio est aquæ benedictio, quam deus tā to munere donat.

Qui a nobis susceptus est, tanquam uerus ab occidente ueniens, uisitās nos oriens ex alto. O quantum nostræ Claræualli irradians sol ille claritatis adauxit: Quam iocūdus ad eius introitum dies festus illuxit nobis. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultatum, & letatum in ea. Quam celer, & saliens, tremulus, ac debilis, mox ipse occurri. Quam lætus in oscula rui: Quam lætis brachijs missam mihi cœlitus amplexatus sum gratiā. Quam alacri uultu, & animo, mi pater, introduxi te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Quam festiuos deinde tecum duxi dies, sed paucos. Quid uero ille uicissim nobis? Nēpe hilarem, nēpe affabilem peregrinus noster omnibus se præbebat, omnibus incredibiliter gratum. Quam bonum, & quam iocundum agebat hospitem apud eos, quos nimirum uidere uenerat a finibus terræ, nō auditurus Salomonem, sed exhibiturus. Denicp audiuimus sapientiam eius, tenuimus præsentium eius, & tenemus. Iam quatuor, aut quincp dies huius nostræ solennitatis

40 defluxerant, cum ecce die solenni beati Lucæ Euangelistæ, missa in conuentu, sua illa sancta deuotione celebrata, febre correptus lecto decubuit & nos cum illo omnes. Extrema gaudij nostri mœror occupat, moderatior tamen, quod leuior interim febris esse uideretur. Videres discurrere fratres, dandi auidos, uel accipiendi. Cui non dulce uidere illum; cui non dulcius ministrare illi? Vtrunc; suaue, utrunc; salutare. Et humanitatis erat præbere obsequium, & profectus cuic; sui, cum gratiam reportaret. Asistere omnes; omnes solliciti erant circa frequens ministerium, medicamenta perquirere, adhibere fomenta, urgere sæpius ad gestandum. Ad quos ille: siue causa, inquit, hæc: sed charitate uestri facio quicquid iniungitis. Sciebat enim imminere tempus suæ migrationis. Cumc; fratres, qui cum eo uenerant, fidentius instarent dicentes, non oportere diffidere de uita: nec enim signa mortis in eo aliqua appareret: oportet, inquit, hoc anno Malachiam exire de corpore. Et infert. Ecce appropinquat dies, quē ut optimæ nostis, optaui semper ipsum fore diem resolutionis meæ. Scio cui credidi, & certus sum: non fraudabor reliquo desiderij mei, qui partem iam teneo. Qui me sua misericordia perduxit ad locum, quem petij: terminum, quem aquæ uolui, non negabit. Quod ad hoc corpusculum attinet, hic requies mea: quod ad animam Dominus prouidebit, qui saluos

Nota celebrationem Missæ in die solenni sancti Lucæ, contra Nouatores nostros.

facit

facit sperantes in se. Nec parum spei repositum mihi in die illa, qua mortuis tanta a uiuis beneficia impendũtur. Nec longe aberat dies ipsa, cum talia loqueretur. Interea iubet se sacro oleo ungi. Exeunte conuentu fratrum, ut solenniter fieret, non sustinuit ut ad ascenderent: ipse descendit ad eos. Iacebat siquidem in solario domo superiori. Vngitur: & sumpto uiatico, fratrum se orationibus, & fratres commendans Deo, ad lectum reuertitur. Alto de solio descendebat pedibus suis; & rursum nihilo minus suis pedibus ascendebat: & dicebat mortem esse in ianuis. Quis hunc hominem crederet moriturum? Solus ipse, & Deus id scire poterat. Non uultus pallidior, non macilentior uidebatur; non rugata frons, non reconditi oculi, non nares extenuatæ, non contracta labia, non adusti dẽtes, non collum exesum, & gracile, non curui humeri, non caro exinanita in corpore reliquo. Hæc erat gratia corporis eius, & hoc gloria uultus eius, quæ non euacuatur, ne in morte quidem. Talis quo ad uixit, talis & mortuus apparebat uiuenti similior.

41 *Quid dicis hæretice, qui negas hac in die aliquod beneficium impendi mortuis a uiuentibus?*

42 *Sanctissimus uir non postulasset sacrã unctionem, nec permisisset se ea liniri, si de illa sensisset, quæ sentiunt noui hæretici.*

Cucurrimus usq; huc, sed modo hæremus, quia Malachias cursum cõsumauit. Stat ille; & nos pariter stamus cum eo. Alioquin quis libenter currat ad mortem? Præsertim tuam, Pater sancte, quis referre possit, quis uelit audire? Attamen dileximus nos in uita; in morte non separabimur. Fratres, non relinquamus in morte, quem in uita prosequuti sumus. Ab ulteriori Scotia usque huc cucurrit ille ad mortem: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Oportet, oportet dicere, quam cernere necesse fuit. Adest omnium sanctorum clara ubique celebritas: sed iuxta ueterem sententiam; Musica in luctu importuna narratio est. Adsumus, canimus uel inuiti. Flendo cantamus, & cantando flemus. Malachias etsi non cantat, non plorat tamen. Quid enim ploret, qui appropinquat ad gaudium? Nobis, qui relinquimur, relinquitur luctus: solus Malachias festum facit. Quod enim non potest corpore, facit mente, sicut scriptum est: Cogitatio hominis confitebitur tibi; & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Deficiente illi corporis instrumento; silente organo oris, officio uocis cessante; reliquum est ut mentis iubilo solennizet. Quidni solennizet sanctus, qui sanctorum ducitur ad solennitatem? Exhibet illis, quod mox sibi debebitur. Adhuc modicum & ipse unus ex ipsis est. Sub noctis crepusculo, cum iam utcunque diei a nobis expleta celebritas foret, Malachias appropinquauerat non crepusculo, sed auroræ. An non illi aurora, cui nox præcessit, dies autem appropinquauit? Itaque febre inualescente, cœpit ex intimis ardens per omne corpus erumpere sudor, ut quodammodo transiens per ignem & aquam educeretur in refrigerium. Iam desperatur de uita eius: iam quisque suum iudicium reprehendit; iam nulli dubium Malachiæ sententiam præualere. Vocamur: adsumus. Et ille oculos leuans in circunstantes. Desiderio desideraui, inquit, hoc pascha manducare apud uos. Gratias ago supernæ pietati: Non sum fraudatus a desiderio meo. Vides hominem securum in morte, & necdum mortuum, iam certum de uita? Nec mirum. Videns adesse noctem, quam expectauerat, & in ipsa diescere sibi, quasi de nocte triumphans, uidetur insultare tenebris, & quodammodo loqui: Iam non dicam Forsitan tenebræ conculcabunt me; quia hæc nox illuminatio mea in delitijs meis. Et blande nos consolans;

43 *Celebritas omnium sanctorũ ubique clara.*

Habete, inquit, curam mei: Ego uestri, si licuerit, non obliuiscar. Licebit autem. Credidi in Deum, & omnia possibilia credenti. Amaui Deum; amaui uos; & charitas nunquam excidit. Et suspiciens in cœlum, Deus, inquit, Serua eos in nomine tuo: Non solum autem eos, sed & omnes, qui per uerbum, ac ministerium meum tuo se mancipauere seruitio. Deinde imponens manus singulis, & benedicens omnibus pausatum ire iubet, quia nondum uenerat hora eius. Imus, redimus circa medium noctis; nam ea hora lux lucere in tenebris nuntiatur. Impletur domus; adest congregatio tota; Abbates quoque multi, qui conuenerant. Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus prosequimur amicum repatriantem. Anno ætatis suæ quinquagesimo quarto, loco, & tempore, quo præelegit, & prædixit Malachias Episcopus, & Legatus Sanctæ Apostolicæ sedis, uelut e manibus nostris assumptus ab Angelis, feliciter obdormiuit in domino. Et uere obdormiuit. Vultus placidus placidi exitus indicium fuit. Et quidem omnium oculi fixi in eum: nemo tamen, qui quando exiuit aduertere potuisset. Mortuus uiuere, & uiuens mortuus putabatur, adeo nil intercidit, quod alterutrum disterminaret. Eadem uiuacitas uultus: Serenitas eadem, qualis apparere solet in dormiente. Dicêres mortem nil horum tulisse magis auxisse plurimum. Non est mutatus, sed ipse mutauit omnes. Mirum in modum luctus, & gemitus omnium subito conquiescit; mutatur in gaudium mœror, planctum cautus excludit. Effertur, feruntur in cœlum uoces; infertur oratorio Abbatum humeris. Vicit fides; triumphat affectus; res in suum deuenit statum; cuncta geruntur ex ordine; cuncta ex ratione procedunt.

Et reuera quid rationis habet immoderatius plangere Malachiam, quasi non sit preciosa mors eius; quasi non sit magis somnus, quam mors; quasi non sit mortis partus, & porta uitæ? Malachias amicus noster dormit: & ego lugeam? Luctus iste usu se, non ratione tuetur. Si dominus dedit dilecto suo somnum, & talem somnum, in quo hæreditas domini, filij merces, fructus uentris; quid horum uidetur fletum indicere? Egone fleam illum, qui fletum euasit? Ille tripudiat, ille triumphat; ille introductus est in gaudium domini sui: & ego eum plangam? Cupio mihi hæc, non illi inuideo. Interim parantur exequiæ; offertur pro eo sacrificium; consumantur ex more omnia cum summa deuotione. Stabat eminus puer, cui emortuum pendebat a latere brachium magis illi impedimento, quàm usui. Quo comperto, innui, ut accederet. Et apprehensam aridam manum applicui ad manum Episcopi, & uiuificauit eam. Nempe uiuebat in mortuo gratia sanitatem: & manus eius fuit mortuæ manui, quod mortuo homini Heliseus. Puer ille de longe uenerat, & manum, quam pendentem attulerat, sanam in Patriam reportauit. Iam omnibus rite peractis, in ipso oratorio sanctæ dei genitricis Mariæ, in quo sibi bene complacuit, Malachias traditur sepulturæ, anno ab incarnatione domini Millesimo, centesimo, quadragesimo octauo, quarto nonas Nouembris. Tuum est, Iesu bone, depositum, quod nobis creditum est: tuus thesaurus, qui reconditur penes nos. Seruamus illum resignandum in tempore, quo reposcendum censueris, tantum ut absque contubernalibus suis non egrediantur; sed quem habui-

44 *Non ergo uere dici possunt sæcli mortui, sed dormientes.*

45 *Ecce exequias pro defuncto.*

Ecce sacrificiũ missæ.

Ecce eius applicationem mortuo.

Quæ omnia faciũt contra nostri temporis hæreticos.

mus hospitem, habeamus ducem, tecum, & cum ipso pariter regnaturi in secula seculorum. Amen.

VITA HVMBERTI MONACHI PER D. Bernardum Abbatem Claraualensem scripta.

Habetur inter sermones eiusdem fol. 69.

h Vmbertus famulus domini mortuus est, deuotus famulus, seruus fidelis. Ipsi uidistis quomodo nocte præterita inter manus nostras expirauit, tanquam unus ex uermiculis terræ. Per hoc triduum fatigauit eum mors; & demolita est intra fauces suas; ut satiaretur sanguine, quem sitiuit. Eya fecit quod potuit; occidit carnem, & ecce recondita est in corde terræ. Separauit a nobis dulcem amicum, prudentem consiliarium, auxiliarium fortem. Nec mihi, nec uobis pepercit insatiabilis homicida; mihi minus. Siccine separas amara mors? O bestia crudelis, o amaritudo amarissima, o fœtor, & horror filiorum Adam; quid fecisti? occidisti, possedisti, sed quid? Carnem utique solam. Animæ enim non habes quid facias. Volat ad creatorem suum, quem tam ardenter concupierat; tam fortiter secuta fuerat omnibus diebus uitæ suæ. Sed & ipsum corpus, quod uideris habere, auferetur a te; cum tu nouissima inimica destrueris, & absorbeberis in uictoria. Reddes utique, reddes aliquando corpus illud; quod ad signum aduentus tui, tantis hesterna die sputis & excreationibus, ac multiplici sordium squalore repleueras lætabunda, & laudans, quia hunc tuis laqueis irretisses. Veniet unigenitus Patris cum potestate magna, & maiestate Humbertum quærere; & illud idem cadaueroſum corpus configurare corpori claritatis suæ. Tu autem quid? Profecto quod in Hieremia scriptum est. In nouissimo dierum stulta remanebis; & Humberto in æternum uiuente, tu in perpetuum morieris. Euomuit prophetam marina bestia, quem deglutierat: & tu Humbertum reddes; quem uideris tuo nastissimo uentre conclusisse.

1 *Animæ sanctorũ post mortẽ uolant ad deũ.*

De cętero, fratres, factitium uobis sermonem in omni forma sanctitatis iste Dei seruus exhibuit: quem & longum fecit, & magnũ: lõgũ quantum ad longinquitatem uiæ; magnum, quantum ad uitæ sublimitatem. Non oportet me amplius aperire os meum; si bene retinuistis sermonem eius; si uestris illum cordibus impressistis. Quinquaginta annos, & eo amplius uixit in seruitio illius, cui seruire regnare est; quia a puerilibus annis locatus est in sanctuario Dei. Nobiscum triginta annis ab ipso pene principio monasterij huius, conuersatus est, non solum sine querela, sed & cum gratia: Cuius ex hoc memoria in benedictione erit nobis, & generationi, quæ uentura est. Sicut aduena, & peregrinus pertransijt uiam, & uitam istam; quantum minus potuit de mundi rebus accipiens: utpote sciens quia non erat de hoc mundo. Non habebat hic manentem ciuitatem, sicut nec patres sui: sed in anteriora extentus, sequebatur ad palmam supernæ uocationis. Nihil habet mundus, quod iure clamet in eo, uel de eo, quia nec mundus ei placuit, nec ipse mundo. Quantum parcius potuit, de substantia eius accepit; & minus accepisset, si non obedientia coegisset. Victum, & uestitum habens, his contentus

2 *Laudat quod a puerilibus annis locatus est Hũbertus in sanctuario dei. Et tamẽ hoc reprehẽdũt subuersores nostri. Iudica tu cui magis standum, num Nebulonibus his, an sanctissimo uiro.*

fuit, non ad superfluitatem, sed ad necessitatem; nisi quod ipsam quoq; necessitatem superfluitatem esse sæpius causabatur.

Ante hos paucos dies (si bene memini) dum colloqueremur adinuicem, dicebat se monasterij huius prębendarium esse; & nullius tanquam utilitatis hominem pasci in domo Dei. Erat enim uere mitis & humiles corde: & cum cæteris floreret uirtutibus, gratiam tamen mansuetudinis specialiter obtinebat. Ideo se amabilem, & affabilem omnibus exhibebat, sicut erat amabilis ualde. Veruntamen in his omnibus quam circunciſum fuerit os eius, & lingua, omnes uos plenissime cognouistis; qui tandiu uidistis eius conuersationem, & sermonem eius audistis. Quis unquam ex ore eius sonum detractionis, uerbum scurrilitatis, sermonem gloriæ, inuidiæ uocem audiuit? Quis eum uel alios iudicantem, uel iudicanti consentientem aliquando deprehendit? Quis eum loquentem inania audire potuit? immo quis non ab eo timuit, si talia forte loqueretur, audiri? Nimirum sollicite custodiebat uias suas ut non delinqueret in lingua sua; sciens quod qui in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Longe a te, Humberte, uæ illud Euangelicum, Væ uobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Nunquid aliquis uestrum eum ridentem, & inter multos ridentes inuenit? serenabat quidem uultum suum assidentium gratia, ne fieret onerosus, sed risum integrum (si bene recolitis) non admisit.

Porro quanti feruoris in opere Dei diebus & noctibus fuerit, non solum uidistis, sed etiam admirati estis usque ad diem mortis suæ. Cum enim fere iam ad decrepitam peruenisset ætatem, præter incommoda senectutis, etiam tot, & tantis infirmitatibus, quas multi uestrum non ignorant, lassatus atque quassatus, erat tamen, ut dicitur, animus uictor annorum, & cedere nesciens infirmitati. Denique in frigoribus & caloribus per montes & ualles ascendens, & descendens iuuenum laborem prosequebatur; ita ut admirationi esset omnibus & stupori. Si eum quando propter multitudinem negociorum, consilij gratia retinuissem; tristis perseuerebat & nubilus, donec uestro consortio redderetur. Rarissime unquam solennibus uigilijs, quas non raro anticipabat, rarissime cæteris horis psallentium in choro inuentus est defuisse; nec nisi ea necessitate ut ex instanti responsum mortis habens infirmitas sequeretur. Porro in refectorio uix communibus utens cibis, si quid forte aliud apponeretur, aut non accipiebat, aut tam moleste accipiebat, ut super hoc uniuersitatem nostram sæpius molestaret. Decreuerat aquam bibere semper, si non totis uiribus resti.issem. Vinum si quandoque bibere cogeretur; erat uinum colore potius quàm sapore, adeo illud aquis nimijs obruebat. Vix unquam obedientia compellente infirmitorium introiuit: uix cum intrasset, teneri potuit. Fateor minus obediens in hac parte; quod auctoritatis suæ mole me præmeret. Laudo eum: in hoc non laudo, quia sicut uos scitis, non parum in huiusmodi perstitit obstinatus. Credo quia si quid triste sensit, propter hoc sensit, quod minus nobis consensit de necessitate corporis sui.

3 *Vide solennes uigilias, & horarum cũ cantu recitationem in Choro.*

Sed qualis erat in consilijs? Purus utique & discretus; quod ego tanto melius noui, quanto sæpius tetigi pectus eius. Non solus autem noui hoc; nouit & uniuersitas uestra. Quis denique multitudine, uel magnitudine tentationum percussus non audiuit ab ore eius, & radicem tenta-

tionis, & curationis remedium? Ita enim percurrebat omnes angulos conscientiæ infirmantis, ut credere posset qui confitebatur eum uidisse omnia, omnibus interfuisse. Quantæ autem charitatis erat? Sic se induerat uiscera pietatis, ut omnes excusaret, pro omnibus intercederet, nescientibus illis, pro quibus loquebatur, non personarum acceptor, sed necessitatum. Erat ergo humilis corde, dulcis sermone, strenuus opere, feruens charitate, in commisso fidelis, in consilio circunspectus, & prudens. Compositus erat super omnes homines, quos uiderim in diebus istis, unus & idem perseuerans omni tempore, & omni hora. Plane in semitis domini Iesu posuit uestigia, nec retraxit pedem, donec cursum itineris consumeret. Ille fuit pauper; pauper etiam iste fuit. Vixit ille in laboribus, & hic in laboribus multis. Crucifixus est ille; & iste multis, & magnis crucibus affixus, stigmata Iesu tulit in corpore suo, adimplens ea, quæ deerant passionum Christi, etiam in carne sua. Resurrexit ille, iste resurget. Ille ascendit in cœlum, & iste creditur ascensurus. Ascensurus plane, cum rex gloriæ propter nos descendet, sicut prius ascenderat, ut notam faciat potentiam suam; cum non minoris excellentiæ sit descendere per aera, quàm per aerem ascendisse. Sic enim olim Angeli prædixerunt, quia hic Iesus, qui assumptus est a nobis in cœlum, sic ueniet, quēadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

Nec laudaueris hominem in uita sua, dicit scriptura, pro eo quod non est secura laudatio nisi post mortem. Hoc & ego in eo studiose seruaui, qui dum aduiueret, in huiusmodi non aperui os meum; ne forte possemus uel ego adulationis notam, uel ille culpam incurrere uanitatis. Ex hoc sane neutrum iam timetur; nec ego eum uideo, & ille forsitan me non audit. Sed etsi audiat, non mouetur hominum uerbis, fortius inhærens, atque felicius uerbo Dei. Nihil proficiet inimicus in eo, & uanitatis suggestor non apponet nocere ei. Ecce iam coram te est, pater dulcissime, fons ille puritatis, quem tanto ardore animi sitiebas: Ecce immersus es in illum diuinæ pietatis abyssum; cuius memoriam abundantiæ suauitatis tam deuote eructare solebas. Quis enim tam deuotus prædicator pietatis diuinæ? quis humanæ puritatis commendator tam studiosus? quis utriusque rei tam affectuosus amator erat? Aut cui aliquando quinque uerba locutus es, in quibus non uera puritas resonaret, in quibus non sancta Dei pietas audiretur?

Non ergo super te doleo, cui desiderium animæ tuæ tribuit Deus: mihi potius ademptum doleo fidele consilium, auxilium grande, uirum unanimem, hominem secundum cor meū. In me hæc omnia mala ceciderunt. In me transierunt iræ tuæ, domine Iesu, & terrores tui conturbauerunt me. Elongasti a me amicum, & proximum; & notos meos a miseria extrahēs me in miseriis reliquisti. Abstulisti mihi germanos carne, germaniores spiritu; & in tuis negotiis, & in secularibus secundum te sapientes. Sustulisti hinc alios, atq; alios, qui onus meum portabant, onus grande, quod mihi imposuisti. Vnus mihi prope solus Humbertus supererat è tantis necessariis meis, eo suauior amicus, quo antiquior: & hunc tulisti, quoniam tuus erat. Ego solus ad uerbera relinquor; ego morior in singulis; & omnes fluctus tuos induxisti super me. Vtinam quem flagellas, occidas semel, & non miserum hominem tot & tantis mortibus serues. Veruntamen non

contradico sermonibus sancti: sed qui cœpit, ipse me conterat, & hæc mihi consolatio sit, ut affligens dolore non parcat. Ego in flagella paratus sum, si forte pius pater in beneficia flagella commutet, unde et uerba non murmure plena sunt, sed dolore. Non ploro Humbertum: neq; enim ille plorandus est, qui uocatus est ad mensam diuitis: sed super me, & super uos ploro, super domum istam, super cæteros fratres nostros; qui omnes ab eius ore consilium expectabant. Sic & saluator crucem suam, tanq; latro suum laqueum portans, cum mulieres, quæ eum a Galilæa secutæ fuerant super se lamentantes respiceret, conuersus ad eas dixit; Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uosipsas flete: et super filios uestros. Etenim ea, quæ de me sunt, finem habent. Quæ uidetis mihi præparari, temporalia sunt, quæ non uidetis æterna. Si temporalia sunt, transitoria sunt, si trãsitoria sunt, & mortalia sunt: et transeundi uel moriendi argumentum hoc solum est, quia uideri possunt. Temporalia fuerũt, quæ in Humberti morte conspeximus, sed iam obtinet gaudium, & lætitiam in perpetuas æternitates. Non est ergo lugendus nobis, cui nec luct⁹, nec dolor est. Sed nec pro nobis, quibus ille sublatus est murmurandum: magis gratias agamus q; tandiu concessus est nobis. Siquidem (ut ego arbitror) decennium iam decursum est, quod non uixit nisi nobis, & pro nobis. Atq; hic timor me⁹ ne ideo translatus sit, quia nõ eramus iam digni consortio illius. Quis scit tamen si idcirco sublatus fuerit, ut nos suis intercessionib⁹ protegat apud patrem? Vtinam ita sit. Si enim tantæ charitatis erat dum esset nobiscum, ut omnia, quæ ad corpoream necessitatem spectant, libentius mihi, q; sibi cederet: quanto magis nunc, cum illi summæ charitati (quæ Deus est) inhæret, maiorem habet in me gratiam, & charitatem? Sed forsitan nunc de me, & de conuersatione mea plenius nouit ueritatem, nec compatitur ut solebat, sed, ut uereor, indignatur. Quod si etiam propter peccata nostra abstulit eum Deus: utinam idem ipse obtineat, ut nobis hoc ipsum misericorditer relaxetur, ne pœnam super pœnam sustineamus.

4 *Ergo sancti protegũt nos suis intercessionibus post mortem? Audi sine hæretice?*

De reliquo, fratres, dico uobis, si sequeremini uestigia eius, non tam facile in uanis cogitationibus, & otiosis sermonibus, in iocis, & scurrilitatibus laberemini: quia in his multum perditis, & de uita uestra, & de tempore uestro. Volat irreuocabile tempus: et dum creditis uos cauere istam pœnam minimam, incurritis ampliorem. Illud enim scitote, quia post hanc uitam in purgabilibus locis centupliciter quæ fuerint hic neglecta, reddentur usq; ad nouissimum quadrantem. Scio ego quia durum est homini dissoluto apprehendere disciplinam; uerbo so silentium pati, uagari solito stabilem permanere: sed durius, & multo durius erit futuras illas molestias tolerare. Et homo iste, qui hic sepultus est, multa in principio, sicut ipse cognoui, super huiusmodi tentamenta sustinuit: sed cum multo luctamine pugnauit, & uicit. Et sicut tunc ei durum erat pugnam in tentationibus sustinere, sic ei modo durius esset ad illas ineptias reuolare, quia bona cõsuetudo peruenerat in naturam. Exercete uos in doctrina ista, & attendite formam illam, quam uidistis in eo, & audistis, ut ad eum perueniatis, ad quem ipse peruenit: Qui est benedictus in secula. Amen.

5 *Ecce locus purgatorius post mortem, contra nouos pseudo magistros.*

VITA GERARDI MONACHI FRATRIS D. BERnardi Abbatis Clareuallensis per eundem scripta.

Habetur in sermone eius xxvj super Cantica Canticorum,

Vouscp dissimulo,& ignis,quem intra meipsum abscondo, triste pectus adurit,interiora depascitur? Clausus latius serpit,sæuit acrius. Quid mihi,et cantico huic, qui in amaritudine sum? Vis doloris abducit intentionem,& indignatio Domini ebibit spiritum meũ. Subtracto siquidem illo, per quẽ mea in domino studia utcunq; libera esse solebant:simul & cor meum deseruit me. Sed feci uim animo,ac dissimulaui uscp huc;ne affectus fidem uincere uideretur. Denicp plorantibus alijs,ego ut aduertere potuistis,siccis oculis secutus sum inuisum funus,siccis oculis steti ad tumulum, quouscp cuncta peracta sunt exequiarum solemnia. Indutus sacerdotalibus, solitas in eum orationes proprio ore compleui,terram meis manibus ex more ieci super dilecti corpus terram mox futurum. Qui me intuebantur,flebant,& mirabantur quod non flerem ipse:cum non illum quidem, sed me potius,qui illum amisissem,omnes miserarentur. Cuius enim uel ferreum pectus super me ibi non moueretur, quem uideret Gerardo superstitem? Commune damnum, sed præ meo non reputabatur infortunio. At ego quibus poteram uiribus fidei, reluctabar affectui, nitens uel inuitus non moueri frustra addictione naturæ;uniuersitatis debito;conditionis usu;potentis iussu;iudicio iusti;flagello terribilis; Domini uoluntate. Pro huiusmodi semper extunc,& deinceps exegi a memetipso non indulgere multo fletui;multum tamen turbatus,& mœstus. Nec potui imperare tristitiæ,qui potui lachrymæ: sed ut scriptum est, Turbatus sum, & non sum locutus. At suppressus dolor altius introrsum radicauit,eo,ut sentio,acerbior factus,quo non est exire permissus. Fateor, uictus sum. Exeat necesse est foras,quod intus patior. Exeat sanè ad oculos filiorũ, qui scientes incommodum, planctum humanius æstiment, dulcius consolentur.

Ecce funus,exequiarum solennia, Orationes cum sacerdotalibus indumentis, terræ ex more proiectio sup mortuum. Quæ cuncta obseruat Christi Ecclesia in sepultura fidelium, cõtra impium modernorũ hæreticorum institutum

Scitis,ò filij, quàm iustus sit dolor meus, quàm dolenda plaga mea. Cernitis nempe quàm fidus comes deseruit me in uia hac, qua ambulabam,quàm uigil ad curam,quàm non segnis ad opus, quam suauis ad mores. Quis ita mihi perneccessarius;cui eque dilectus ego? Frater erat genere,sed religione germanior. Dolete quæso uicem meam uos, quibus hæc nota sunt. Infirmus corpore eram,& ille portabat me. Pusillus corde eram,& confortabat me. Piger,& negligens,& excitabat me. Improuidus,& obliuiosus,& commonebat me. Quo mihi auulsus es? Quo mihi raptus è manibus homo unanimis,homo secundum cor meum? Amauimus nos in uita,quomodo in morte sumus separati? Amarissima separatio,& quam non posset omnino efficere nisi mors. Quando enim me uiuus uiuum desereres? Omnino opus mortis,horrendum diuortium. Quis enim tam suaui uinculo mutui nostri non peperciisset amoris, nisi totius suauitatis inimica mors? Bene mors, quæ unum rapiendo, duos furiosa peremit. An non mors etiam mihi? Immo plus mihi;cui utiq; omni morte infelicior uita seruata est. Viuo ut uiuens moriar; & hoc dixerim uitam: Quia mitius me priuares,ò austera mors,uitæ usu,cp fructu. Nam uita sine fructu grauior mors. Denicp duplex malum ligno paratur infructuoso

securis,& ignis.Ergo meis laboribus inuidens,elongasti à me amicum,et proximum:per cuius maxime studium erant(si quando erant)fructuosi.

Satius proinde mihi fuisset periclitari uita,quàm tua,Gerarde,præsentia:qui meorum in Domino studiorum eras sollicitus incitator,fidelis adiutor,cautus examinator.Cur quæso,aut amauimus,aut amisimus nos? Dura conditio;sed mea miseranda fortuna,non & illius. Nam tu chare frater si chares amisisti,chariores utiq; recepisti. Me uero quænam iam miserum consolatio manet post te unicum solatium meum? Placita fuit pariter utriq; societas corporum pro morum concordia;sed solum me diuisio uulnerauit.Commune,quod libuit:quod triste & lugubre,meum. In me transierunt iræ,in me confirmatus furor est. Erat ambobus alterutrum grata præsentia,dulce consortium,suaue colloquium. Sed tantas utriusq; delitias ego perdidi,tu mutasti. Et quidem immutatis illis retributio multa.Quanto fœnore gaudiorum,ac benedictionum cumulo cares hodie nobis frater charissime,tanto habes certe pro me tantillo repositam tibi Christi præsentiam.Nec dispendium sentis absentiæ à nobis tuę, angelorum admixtus choris. Non est igitur quod causeris tu de nostra quasi subtracta tibi præsentia;cui affatim sui,suorumq; copiam dominus maiestatis indulsit.

At ego pro te quid? Quam uellem scire quidnam sentias nunc de me illo unico tuo,medijs nutante curis,& pœnis,destituto te baculo imbecillitatis meæ.Si tamen licet adhuc cogitare de miseris,ingresso abyssum luminis,atq; illo pelago æternę felicitatis absorto.Forte enim etsi nosti nos secundum carnem;sed nunc iam non nosti:Et quoniam introisti in potentias Domini,memoraris iustitiæ eius solius,immemor nostri. Cæterum qui adhæret Deo,unus spiritus est;& in diuinum quendam totus immutatur affectum:nec potest iam sentire,aut sapere,nisi Deum: & quod sentit,& sapit Deus,plenus Deo. Deus autem charitas est; & quanto quis coniunctior Deo tanto plenior charitate.Porrò impassibilis est Deus,sed non incompassibilis;cui proprium est misereri semper,& parcere. Ergo et te necesse est misericordem esse,qui inhæres misericordi: quamuis iam minime miser sis:& qui non pateris,compateris tamẽ;affectus proinde tuus non est imminutus,sed immutatus: nec quoniam Deum induisti,nostri cura te exuisti;& ipsi enim cura est de nobis.Quod infirmum est,abiecisti,sed non quod pium.Charitas denicq; nunc excidit. Non obliuiscēris me in finem.Videor mihi quasi audire fratrem meum dicentem. Nũquid mater obliuisci poterit filij uteri sui? Et si illa oblita fuerit,ego tamen non obliuiscar tui.Non expedit prorsus.Scis ubi uerser,ubi iaceã,ubi reliqueris me.Non est qui prorigat manum.Ad omne quod emerserit respicio; ad Gerardum ut consueueram,& non est.Heu tũc ingemisco miser,sicut homo sine adiutorio.Quem consulam in ambiguis;cui in aduersis fidam; quis portabit onera;quis pericula propulsabit?Nõne ubiq; gressus meos Gerardi oculi anteibant?Nonne tuum Gerarde pectus curæ meę notius, quàm meum ipsius habebant;familiarius incursabant,acrius urgebant? Nonne in lingua tua illa placabili,& potenti,meam à sermonibus seculi frequentissime uendicabas;& amico reddebas silentio? Dominus dederat illi linguam eruditam,ut sciret quando deberet proferre sermonem.

2 *Vbi sunt qui dicũt sanctos ignorare nostra, & propterea ea non curare?*

Ita denicq; in prudentia responsorum suorum,& in gratia data sibi desuper

super, & demesticis satisfaciebat, & exteris, ut pene me nemo requireret cui prior forte Gerardus occurriset. Occurrebat autem aduentantibus, opponens se, ne subito meum otium incursarent. Si quibus sane per se satisfacere non quibat; hos perducebat ad me, cæteros emittebat. O uirum industrium, & amicum fidelem: & amico gerebat morem, & officijs charitatis non deerat. Quis uacua ab eo recessit manu? Si diues consiliũ, si pauper subsidium reportabat. Nec quærebat, quę sua sunt, qui se medijs ingerebat curis, ut ego uacarem. Sperabat enim (sicut erat humillimus) maiorem de nostra quiete fructum, q̃ si uacaret ipse. Interdum tamen postulabat absolui, & alteri cedere, quasi qui melius prouideret. Sed ubi ille inueniretur? Nec petulanti aliquo (ut assolet) in eo officij detinebatur affectu, sed solo intuitu charitatis. Siquidem plus omnibus laborabat, & minus omnibus accipiebat; ita ut sæpe cum alijs necessaria ministraret egeret ipse in pluribus (uerbi causa) cibo, aut ueste.

Denicq; cum se sentiret decessui propinquare, De⁹ (inquit) tu scis quod quantum in me fuit, semper optaui quietem mihi intendere, tibi uacare. Sed implicitum tenuit timor tuus, & uoluntas fratrum, & studium obediendi, super omnia Abbatis pariter, & fratris germana dilectio. Ita est. Gratias tibi, frater, de omni fructu meorum (si quis est) in domino studiorum. Tibi debeo, si profeci, si prosui. Tu intricabaris; & ego tuo beneficio feriatus sedebam mihi, aut certe diuinis obsequijs sanctius occupabar, aut doctrinæ filiorum utilius intendebam. Cur enim securus intus non essem, cum te scirem agentem foris manum dexteram meam lumen oculorum meorum, pectus meum, & linguam meam? Et quidem indefessa manus, oculus simplex, pectus consilij, lingua loquens iudicium, sicut scriptũ est: os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Sed quid dixi foris agentem illum, quasi interna Gerardus nesciret, ac spiritualium expers esset domorum? Norunt qui illum norunt spirituales q̃ uerba eius spiritum redolerent. Norunt contubernales, quam mores eius, & studia non carnem saperent, sed spiritu ferueret. Quis illo rigidior in custodia disciplinæ; quis in castigando corpus suum districtior, uel suspensior, sublimior in contemplando, subtilior in differendo? Quoties cũ eo differens ea didici, quæ nesciebam; et qui docturus adueneram, doctus magis abscessi? Nec mirum de me, cum magni, ac sapientes uiri idipsum nihilominus ex illo sibi accidisse testentur. Non cognouit litteraturam, sed habuit litterarum inuentorem sensum; habuit & illuminantem spiritum. Nec in maximis tantum, sed & in minimis maximus erat. Quid (uerbi causa) in ædificijs, in agris, hortis, aquis, cunctis denicq; arabus, seu operibus rusticorum, quid, inquam, uel in hoc rerum genere Gerardi subterfugit peritiam? Cementarijs, fabris, agricolis, hortulanis, furonibus, atq; textoribus facile magister erat. Cumq; omnium iudicio, omnibus esset sapientior, solis in suis oculis non erat sapiens. Vtinam multos, etsi minus sapientes, non plus tangeret illa maledictio: Væ qui sapientes estis in oculis uestris. Scientibus ista loquor; & adhuc plura his de illo, & maiora compertis. Parco tamen, quia caro mea, & frater est. Hoc tamen securus addo, mihi utilis in omnibus, & præ omnibus fuit. Vtilis in paruis, & magnis; in priuatis & publicis; foris, & intus.

Merito ex eo pendebam totus, qui mihi totum erat. Solum penè reliquerat mihi prouisoris honorem, & nomẽ. Nam opus ipse faciebat: Ego

uocitabat Abbas; sed ille præerat in solicitudine. Merito requieuit in illo spiritus meus, per quem licebat delectari in domino, in omnibus prędicare liberius, orare securius. Per te, inquam, mihi, frater mi, mens sobria, & grata quies, sermo efficacior, pinguior oratio, frequentior lectio, & feruentior affectus. Heu sublatus es, & hæc omnia simul. Tecum omnes pariter abiere delitiæ, & lætitiæ meæ. Iam curæ irruunt; iam molestiæ hinc inde pulsant; & angustiæ undiq; solum me repererunt; solæ mihi te abeunte remanserunt, solus sub sarcina gemo. Aut ponere, aut opprimi necesse est quia tu tuos humeros subduxisti. Quis mihi tribuat cito mori post te? Nam pro te nolim; nec te tua fraudare gloria. Porrò superuiuere tibi labor, & dolor. Viuam quoadiuam in amaritudine, uiuam in mœrore, & hæc sit mihi consolatio, ut mœrendo affligar. Nam parcam, et iuuabo manum domini. Etenim manus Domini tetigit me. Me, inquam tetigit, & percusit; non illum, quem uocauit ad requiem. Me occidit, cum succidit illum. Nunquid enim occisum quis dixerit, quem plantauit in uita? Ad quod illi uitę ianua fuit, mihi planè est mors: mecq; illa morte mortuum dixerim, non hunc, qui obdormiuit in Domino.

3 *Perperam ergo emortuorum uocabulo appellantur sancti a quibusdam malignis.*

Exite, exite lachrymæ iampridem cupientes. Exite, quia is, qui uobis meatum obstruxerat, commeauit. Aperiantur cataractæ miseri capitis, & erumpant fontes aquarum; si forte sufficiant sordes diluere culparum, quibus iram merui. Cum consolatus fuerit super me Dominus, tunc fortasis & ego merear consolari; si tamen non pepercero a mœrore. Nam qui lugent, ipsi consolabuntur. Propterea condescendat mihi omnis sanctus; & in spiritu lenitatis, qui spiritualis est, sustineat lamẽtantem. Luctus meus humano, quæso, pensetur affectu, non usu. Videmus nempe mortuos quotidie plangere mortuos suos, fletum multum, & fructum nullum. Non culpamus affectum, nisi cum excedit modum, sed causam. Ille nimirum naturæ est; & eius turbatio, pœna peccati: hæc uanitas, & peccatum. Etenim ibi sala (ni fallor) plorantur damna gloriæ carnis, uitæ præsentis incõmoda. Et plorandi, qui ita plorant. Nunquid ego sic? similis mihi affectus, sed altera causa, dissimilisq; intentio. Nulla mihi sanè quærela de omnibus, quæ sunt mundi. In his profecto, quæ sunt Dei, ademptum doleo; fidele auxilium, salutare consilium, Gerardum lugeo. Gerardus est in causa frater carne, sed proximus spiritu, socius propositio. Adhæsit anima mea animæ illius, & unam fecit de duabus, non consanguinitas, sed unanimitas. Carnis quidem necessitudo non defuit; sed plus iunxit societas spiritus, consensus animorum, morum conformitas. Cum ergo essemus cor unum, & anima una, hanc meam pariter, atq; ipsius animam pertransiuit gladius. Et scindens mediam partem locauit in cœlo, partem in cœno deseruit. Ego, ego illa portio misera in luto iacens, truncata parte sui, & parte potiori: Et dicitur mihi, ne fleueris? Auulsa sunt uiscera mea à me; & dicitur mihi, ne senseris? Sentio, sentio uel inuitus; quia nec fortitudo lapidum, fortitudo mea; nec caro mea ænea est: sentio prorsus, & doleo, & dolor meus in conspectu meo semper. Non sanè nos poterit duritiæ: & insensibilitatis arguere ille, qui uerberat; quomodo illos, de qbus ait: Percussi eos, & non doluerunt. Affectum meum confessus sum, & non negaui. Carnalem quis dixerit, ego humanum non nego, sicut nec me hominem. Si ne hoc sufficit, nec carnalem negauerim. Nam & ego carnalis sum, uenunda-

tus sub peccato; addictus morti; pœnis, & ærumnis obnoxius. Non sum, fateor, insensibilis ad pœnas; mortem horreo meam, & meorum. Meus Gerardus erat, meus planè. An non meus, qui frater sanguine fuit, professione filius, sollicitudine pater, consors spiritu, intimus affectu? Is recessit a me; sentio, læsus sum, & grauiter.

Ignoscite filij, immo si filij, uicem dolete paternam. Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei: qui certe consideratis, quàm grauia pro peccatis recepi de manu Domini. In uirga indignationis suæ percussit me digne pro meritis, dure pro uiribus. An lene qs dixerit uiuere me, absq; Gerardo, nisi qui ignorat, quid mihi cum Gerardo? Nec tamen contradico sermonibus sancti. Nec reprehendo iudicium, quo recepit quisq; quo dignus est. Ille coronam, quã meruit, ego quam debui pœnam. Nunquid quia sentio pœnam, reprehendo sententiam? Humanum est illud, hoc impium. Humanum, inquam, & necesse affici erga charos, siue delectabiliter cum præsto sunt; siue, cum absunt, molestè. Non erit otiosa socialis conuersatio, præsertim inter amicos. Et quid effecerit mutuus amor in sibi præsentibus, horror indicat separationis; & dolor de inuicem in separatis. Doleo super te, Gerarde charissime, non quia dolendus, sed quia ablatus. Et ideo fortassis dolendum mihi potius super me, qui bibo calicem amaritudinis. Et solus dolendus, quia solus bibo. Non enim & tu. Solus ego patior, quod solent pariter pati qui se diligunt, cũ se amittunt. Vtinã non te amiserim, sed præmiserim. Vtinam uel tarde aliquando sequar te, quocunque ieris.

Non enim dubium quin ad illos ieris, quos circa medium extremæ noctis tuæ inuitabas ad laudem; cum in uultu, & uoce exultationis sub to erupisti in illud Dauidicum; stupentibus qui assistebant: Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Iam tibi, frater mi, nocte adhuc media dies cebat; & nox sicut dies illuminabatur. Prorsus illa nox illuminatio tua in delicijs tuis. Accitus sum ego ad id miraculi, uidere exultantem in morte hominem, & insultantem morti. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus, sed iubilus. In cantando moritur homo, & moriendo cantat. Vsurparis ad lætitiam, mater mœroris: usurparis ad gloriam, gloriæ inimica: usurparis ad introitum regni, porta inferi, & fouea perditionis ad inuentionem salutis. Idque ab homine peccatore, iuste nimirum; quia tu inique in hominem innocentem, & iustum potestatem temeraria usurpasti. Mortua es, o mors; & perforata hamo, quem incauta glutijsti; cuius illa uox est in propheta: o mors ero mors tua: morsus tuus ero inferne. Illo (inquam) hamo perforata transeuntibus per medium tui fidelibus, latum, lætumq; exitum pandis ad uitam. Gerardus te non formidat larualis effigies. Gerardus per medias fauces tuas transit ad Patriam, non modo securus, sed & lætabundus, & laudans.

Cum ergo superuenissem, & extrema iam psalmi, me audiente, clara uoce complesset, suspiciens in cœlum, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem, ac frequenter ingeminans, pater, pater, conuersus ad me, exhilarata quidem facie: Quanta (inquit) dignatio Dei patrem hominum esse; quanta hominum gloria, Dei filios esse, & hæredes? Nam si filij, & hæredes. Sic cantabat quem

nos lugemus. In quo & meum, fateor, luctum pene in cantum conuertit, dum intentus gloriæ eius propriæ fere miseriæ obliuiscor. Sed reuocat me ad me pungens dolor: facileq; a sereno illo intuitu, tanquam a leui excitat somno perstringens anxietas.

Plangam igitur, sed super me, quia super illum iam uetat ratio. Puto enim, si opportunitas daretur, modo diceret nobis. Nolite flere super me, sed super uosipsos flete. Planxit merito Dauid super parricida filio: cui per petuo sciret obstructum exitum de uentre mortis, mole criminis. Merito super Saul, & super Ionatham: quibus æque absortis semel, emersio iam non sperabatur. Et quidem resurgent, sed non ad uitam. Immo ad uitam, ut uiui in morte infelicius moriantur. Quanquam de Ionatha possit non immerito hærere sententia. At mihi etsi non ista supetit plangendi ratio, non tamen nulla. Plango primum super mea ipsius plaga, atque huius ia ctura domus. Plango deinde super pauperum necessitatibus, quorum Gerardus pater erat. Plango certe, & super uniuerso statu nostri ordinis, nostræ professionis: quæ de tuo Gerardo zelo, consilio, & exemplo robur non mediocre capiebat. Plango postremo etsi non super te, propter te tamen. Hinc prorsus, hinc afficior grauiter, quia uehementer amo. Et nemo mihi molestus sit dicens non debere sic affici, cum benignus Samuel super reprobo Rege: & prius Dauid super parricida filio, satisfecerint affectioni, & non ad iniuriam fidei, non in superni sugillatione iudicij. Absalon fili mi (ait sanctus Dauid) fili mi Absalon: Et ecce plusquam Absalon hic. Saluator quoque uidens Ciuitatem Hierusalem; & præuidens ruituram, fleuit super eam. Et ego proprium, & quæ in præsenti est, desolationem non sentiam? Plagam meam recentem, & grauem non doleam? Ille fleuit compatiendo: Et ego patiendo non audeam? Et certe ad tumulum Lazari nec flentes arguit, nec a fletu prohibuit: insuper & fleuit cum flentibus. Et lachrymatus est (inquit) Iesus. Fuerunt lachrymæ illæ testes profecto naturæ, non iudices diffidentiæ. Denicq; & prodijt mox ad uocem eius, qui erat mortuus, ne continuo putes fidei præiudicium dolentis affectum.

Sic nec fletus utique noster infidelitatis est signum, sed conditionis indicium. Non quia percussus ploro, arguo ferientem: sed prouoco pietatem, seueritatem flectere satago. Vade & uerba mea dolore sunt plena, non tamen & murmure. Nunquid non plenum iustitiæ protuli, quod unius sententiæ complemento & punitus est, qui debuit, & coronatus, qui meruit? Et adhuc dico. Bene utrunque fecit dulcis, & rectus Dominus. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Cantet tibi misericordia, quam feciſti cum seruo tuo Gerardo: cantet & iudicium quod nos portamus. In altero bonus, in altero iustus laudaberis. An solius laus bonitatis? Est & iustitiq. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Gerardum tu dedisti: Gerardum tu abstulisti: & si dolemus ablatum, non tamen obliuiscimur quod datus fuit, & gratias agimus, quod habere illum meruimus: quo carere intantum non uolumus, inquantum non expedit. Recordor Domine pacti mei, & miserationis tuæ, ut magis iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

4

Si coronatus est qui meruit, sunt igitur sanctorum merita apud Deum, quod negatur a nostris sciolis.

Cum pro causa ecclesiæ, anno præterito Viterbij essemus, ægrotauit ille: & inualescente languore, cū iam proxima uideretur uocatio, ego egerrime

rime ferens comitem peregrinationis, & illum comitem in terra relinque re aliena, nec resignare his, qui mihi eum commiserant: quoniam amabatur ab omnibus, sicut erat amabilis ualde, conuersus ad orationem cum fletu, & gemitu. Expecta, inquam, domine usque ad reditum. Restitutum amicis, tolle iam eum si uis, & non causabor. Exaudisti me Deus: conualuit. Opus perfecimus, quod iniunxeras, rediuimus cum exultatione reportantes manipulos pacis. Porro ego oblitus pene sum meæ conuentionis, sed non tu. Pudet singultuũ horũ, qui præuaricationis me arguunt. Quid plura? Repetisti commendatum: recepisti tuum. Finem uerborum indicunt lachrymæ. Tu illis Domine finem, modumq; indixeris.

VITA SANCTISSIMI IOSEPH CONfessoris patris putatiui D. nostri Iesu Christi, per diuersos authores scripta.

Vm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Quæ fuit necessitas, ut desponsata esset Maria Ioseph, nisi propterea quatenus hoc sacramenta celaretur, & ille malignus fraudis commenta aduersus desponsatam Virginem nulla penitus inueniret? Vel ideo fuerat desponsata Ioseph, ut nato infanti, uel ipsi Mariæ curam uideretur gerere Ioseph, siue in Ægyptum iens, uel inde denuo ueniens; ideo desponsata fuit Ioseph, non tamen in concupiscentia iuncta. Inuenta est, inquit Euangelista, habens in utero de spiritu sancto. Cui inuenta, aut a quo inuenta est? Primo ab Angelis custodientibus eam, protegentibus eam, conseruantibus eam, uel eius beatissimam animam ad honorem illius, qui ab ipsa generandus erat. Dehinc inuenta non incongrue putabatur ab ipso beato Ioseph sancto, & iusto, qui pene licentia maritali, licet eam non contingeret, futuræ tamen, ut putabatur, uxoris omnia nouerat. *Ex Homilia Origenis in Vigilia Natiuitatis Domini.*

Ioseph autem uir eius, inquit, cum esset homo iustus, & nollet eam traducere. Virum appellat contra Iudæorum prauitatem, ut aduersus Virginem non sæuirent. Propterea & desponsata fuit, & ipsi Ioseph, ut supra dictum est. Si enim non fuisset desponsata Ioseph, omnium bonorum incredibiles, & inimici Iudæi lapidibus eam occidissent. Ideo uirum eius hic Euangelista appellauit. Ioseph uir eius cum esset homo iustus. Iustus autem in uerbo, iustus in facto, iustus in legis consummatione, iustus in initio gratiæ. Iustus itaque cum fuisset, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Noluit eam traducere, noluit eam accipere, noluit eam male diffamare, sed uoluit eam occulte dimittere. Occulte eam a se dimittere uolebat, sicut pius, sicut mansuetus, sicut misericors. Talis ergo cum esset Ioseph, cogitabat eam occulte dimittere.

Hæc, inquit, illo cogitante. Quærendum est nobis nunc, quid cogitauerit, ut occulte eam dimitteret. Hæc cogitabat, ut eam dimitteret. Si suspitionem in ea habebat, quomodo iustus erat? Si ergo non est suspicatus, uel tale aliquid cogitauit, cur eam dimittere uolebat, ut immaculatam & sanctam? Iniustum enim & hoc erat. Sed enim simplicem sensum audi huius orationis. Ioseph iustus erat, & illa uirgo immaculata

erat. Sed ideo illam dimittere uolebat, quoniam uirtutem mysterij & sacramentum quoddam magnificum in eadem cognoscebat, cui approximare sese indignum æstimabat. Ergo humilians se ante tantam & ineffabilem rem, quærebat se longe facere; sicut & beatus Petrus Domino se humilians aiebat: Recede a me, Domine, quia homo peccator sum. Vel sicut ille Centurio ad eundem Dominum mittens dicebat: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, quia nec me ipsum dignum existimaui ad te uenire. Vel sicut sancta Elizabeth ad ipsam beatam locuta est Mariam dicens: Et unde hoc mihi ut ueniat mater Domini mei ad me? Sic & Ioseph iuste se humilians, sese in omnibus cauebat, & timebat sibimet istius tantæ sanctitatis coniunctionem adhibere. Idcirco uolebat eam occulte dimittere: Dimittam eam dicens, & a me longe faciam eam, & a cogitatione mea. Maior est enim eius dignitas, superexcellit eius sanctitas, nec meæ congruit indignitati. Ideo uolebat eam occulte dimittere.

Hæc autem eo cogitante, Angelus Domini per uisum apparuit ei, dicens: Quid dubitas Ioseph? Quare imprudenter cogitas? Quare irrationabiliter meditaris? Deus est enim, qui generatur. Huius generationis minister es, & non largitor, seruus & non dominus, mancipium & non plasmator. Propterea ministra, serua, custodi, fer curam, intende & huic, qui nascitur, & huic quæ generat. Etenim si tibi uxor nominatur, si desponsata tibi esse dicitur, non tamen tibi uxor est, sed Dei unigeniti electa mater est. Propterea Ioseph fili Dauid, qui has promissiones accepit, cui ista fidelia data sunt testamenta, Ioseph fili Dauid, non tantum secundum carnem, sed secundum spiritum. Ioseph fili Dauid. Si enim filius Dauid, iuste & hæres eius tanquam filius patris. Ideo in hæreditatem accipe ea, quæ illi promissa sunt, testamenta fidelia. Ioseph fili Dauid, ne timueris accipere Mariam coniugem tuam. Ne timueris, ne trepidaueris, ne conturberis, sed securus, & intrepidus accipe eam secundum legis præceptum, uxorem tibi nominatam, sed secundum nuptiarum consuetudinem, et coniunctionem longe alienam. Accipe ergo eam, sicut commendatum cœlestem thesaurum, ut Deitatis diuitias, sicut plenissimam sanctitatem, sicut perfectam iustitiam. Accipe eam sicut unigeniti mansionem, sicut honorabile templum, sicut domum Dei, sicut creatoris omnium propriam, sicut regis sponsi cœlestis domum immaculatam. Ita ergo Ioseph fili Dauid, ne timueris accipere eam tibi commendatam, tuæ religiositati creditam, serua, fer curam, attende fugiens ab Herode, duc in Ægyptum, iterum remeans post Herodis mortem deduc in terram Israel. Ne timueris accipere Mariam coniugem tuam. Coniugem audiens non expaueſcas, nec conturberis, nec tu nec quisque sequentium usque in consummationem seculi. Coniugem eam dico propterea, ut diabolo uirginitatem eius occultem, & Iudæorum prauitatem excludam atque deiciam, ut legis instituta non destruam; & in sequentibus demonstrabo, quod ista nec tua coniux secundum consuetudinem coniugij habeatur, nec iste, qui generatur, tuus filius esse credatur. Quod enim nascetur ex ea, de spiritu sancto est, quia scilicet cooperator huius natiuitatis spiritus sanctus est. Nam unigenitus filius, qui ante secula ineffabiliter ex solo Patre natus est, iam seculi appropinquante fine, ex uoluntate Patris in humano corpore, sancto cooperante spiritu inter homi-

nes uenit. Iste est, de quo scriptura prænunciat dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Patris etenim unigenitus filius ex uirgine generatus est, ut illam Virginem priorem Euam, quæ ceciderat, iterum renouaret, atque erigeret. Et qui per prauam uoluntatem filij effecti fuerant diaboli, per adoptionem gratiæ filios efficeret Dei.

Pariet, inquit filium, & uocabis nomen eius Iesum. Virgo generat, & tu hunc genitum uocabis Iesum, quod interpretatur saluator. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis, ait, nomen eius hoc, quod ante fuit, quod ante secula nominatum est. Non tu ei impones nomen, nec ex te ei uocabulum constitues, sed nomina & uoca exultando Iesum, id est, saluatorem. Saluatorem eum esse testare, nec ex tempore cœpisse saluare, sed etiam antiquissimum saluatorem. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Duo enim per hoc uerbum præclara designantur, quod & Deus fuerit & dominus prius ante incarnationem Christus, & quod populus eius ab eo saluandus iam tunc annunciabitur. Et ideo dictum est: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, ut uere Deus. Dei enim est uirtutis a peccatis saluare, uel peccata dimittere. Iste ergo filius Dei habens populum suum, ipsum uenit (ut dictum est) liberare a peccatis atque saluare, siue ex Iudæis, siue ex gentibus; de quo ipse iam per prophetam fuerat elocutus dicens: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ipse saluabit populum suum a peccatis eorum, sanguine uidelicet suo cunctos redimens, morte sua de mortis eos liberans potestate. Ipse saluabit, hoc est, saluator omnium hominum fidelium atq; credentium.

Bene sibi diuiserunt Euangelistæ, ut sanctus Matthæus Ioseph ab Angelo moneri induceret Mariam accipere, Lucas Euangelista testimonium ferret, quod non conuenissent. Hic ipsa Maria fatetur cum dicit Angelo: Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognouj? Sed & ipse sanctus Lucas Virginem declarauit, dicens: Et nomen Virginis Maria. Et propheta edocuit, qui ait: Ecce Virgo in utero concipiet. Et Ioseph designauit, qui quoniam prægnantem uidebat, quam non cognouerat, dimittere gestiebat. Et Dominus ipse in cruce positus manifestauit, cum dicit matri: Mulier, ecce filius tuus. Deinde discipulo dicit: Ecce mater tua. Etiam uterque testatus est, discipulus & mater. Quia ex illa hora suscepit eam discipulus in sua. Vtique si conuenissent, nunquam uirum proprium reliquisset, nec uir eam iustus passus esset a se discedere. Quomodo autem Dominus diuortium præcepisset, cum ipsius sit sententia: Quia nemo dimittere debet uxorem, excepta causa fornicationis?

Ex D. Ambrosio sup. per Lucam Cap. 1.

Pulchræ autem docuit sanctus Matthæus Euangelista, quid facere debeat iustus, qui probrum coniugis deprehenderit, ut incruentum ab homicidio, castum ab adulterio præstare se debeat. Qui enim iungitur meretrici, unum corpus est. Ergo ubiq; in Ioseph iusti gratia & persona seruatur, ut testis ornetur. Os enim iusti mendacium nescit, & lingua eius loquetur iudicium. Iudicium eius loquitur ueritatem.

Nec te moueat quod scriptura frequenter coniugem dicit. Non enim uirginitatis ereptio, sed coniugij testificatio, nuptiarum celebratio declaratur. Denique quam non accipit, nemo dimittit. Et ideo qui uolabat

dimittere, fatebatur acceptam. Simul etiam mouere non debet, quod ait Euangelista: Non cognouit eam donec peperit filium. Illud enim uelut idioma scripturæ est, sicut habes alibi: Et donec senescatis ego sum. Nunquid post illorum senectutem Deus esse desiuit? Et in Psalmo: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis; Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nunquid postea non sedebit? Vel quia qui causam agit, satis putat quod causæ est dicere, redundantiam non requirit. Satis enim est ei ut causam susceptam astruat, incidentem differat. Et ideo qui incarnationis incorruptum susceperat probare mysterium, non putauit uberius prosequendum Virginitatis Mariæ testimonium, ne defensor magis Virginis, quam assertor mysterij crederetur. Certe quando iustum docuit Ioseph, satis declarauit quod sancti spiritus templum, matrem Domini, uterum mysterij uiolare non potuit.

Didicimus seriem ueritatis, didicimus consilium, discamus mysterium. Vere desponsata, sed uirgo, quia est Ecclesiæ typus, quæ est immaculata, sed nupta. Cõcepit nos Virgo de spũ, parit nos Virgo sine gemitu. Et iõ fortasse sctã Maria alĩ nupta, ab alio repleta; qa & singulæ Ecclesię spũ qdem replent & gra, iungunt tñ ad temporalis speciem sacerdotis.

Ex D. Augustino in sermone 14. diei Natiuitatis Domini.

Ioseph fili Dauid, natus non solum ex genere sacerdotali, uerum etiam ex regali, filius prophetarum, socius scribarum. Ille Deus, qui scripsit mirabilia in lege sua, ipse fecit mirabilia in coniuge tua. Quid autem sunt mirabilia, nisi quæ hominibus sunt impossibilia? Mirabilia ergo Dei in lege non legisti; quod si etiam legisti, quare non intellexisti? Ipsa lex, quam quotidie legis, sine graphio scripta est in tabulis lapideis. Lege & intellige quod panem in eremo terra produxerit, cuius semen in terra arator nullus induxit. Virga etiam Aaron annis siccata plurimis sine aqua reuixit, in templo floruit, nuces produxit, quas clausa sub tecto produxit. Ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariam spiritu sancto, & qui produxit panes in Eremo sine aratione, ipse impregnauit Virginem sine corruptione: & qui fecit uirgam sine humore folia germinare, ipse fecit filium Dauid sine semine generare.

Postremo fili Dauid Ioseph filius prophetarum, legisti Esaiam eximium prophetarum quid dixerit, quemadmodum scripserit: Ecce Virgo in utero accipiet, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emanuel. Quod ergo legisti in libris tuis, aspice in Maria oculis tuis, ut digne dicas Canticum Dauid patris tui: sicut audiuimus, ita & uidimus in Ciuitate Domini uirtutum, in ciuitate Dei nostri. Aspice ergo Mariam coniugem tuam, semper de ea securus, & in nullo sis solicitus, quia quod natum est in eius utero, non uocabitur filius Iudæi, sed uocabitur filius Dei. Habe ergo Ioseph cum Maria coniuge tua communem uirginitatem membrorum. quia de uirgineis membris uirtus nascitur Angelorum. Sit Maria sponsa Christi, in carne sua uirginitate seruata: sis autem & tu pater Christi cura castitatis, & honorificentia Virginitatis, ut de uirgineis mẽbris genitricis seculis Christianis nulla sit zelotypia.

Magnum meritum Virginitatis fratres. Virginitas Mariæ Angeli salutatione est impregnata; & prægnans Mariæ Virginitas de utero in utero est salutata; & generans Virginitas Mariæ ab Angelis est hodie collaudata; & lactans Virginitas Mariæ per stellam de cœlo est indicata,

I Commendatur Virginitas.

& Magorum.

& Magorum muneribus est honorata. Gaude itaque Ioseph, nimiumq; congaude Virginitati Mariæ, qui solus meruisti Virgininalem affectum posidere coniugij; quia per meritum Virginitatis ita separatus es a concubitu uxoris, ut pater dicaris saluatoris.

Necessario fuit desponsata Maria Ioseph, quando per hoc & a canibus sanctum absconditur, & a sponso uirginitas comprobatur; & Virginis tam uerecundiæ parcitur, quam famæ prouidetur. Quid sapientius? Quid dignius diuina prouidentia? Vno tali consilio secretis cœlestibus & admittitur testis, & excluditur hostis, & integra seruatur fama uirginis matris. Alioquin quando pepercisset iustus adulteræ? Scriptum est autem: Ioseph autem uir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Bene cum esset iustus, noluit eam traducere, quia sicut nequaquam iustus esset, si cognitam ream consensisset: sic nihilominus iustus non esset, si probatam innoxiam condemnasset. *Ex D. Bernardo in Homilia secunda super Missus est.*

Cum ergo iustus esset, & nollet eam traducere, uoluit dimittere eam. Quare uoluit dimittere eam? Accipe & in hoc non meam, sed patrum sententiam. Propter hoc Ioseph uoluit dimittere eam, propter quod & Petrus Dominum a se repellebat, dicens: Exi a me Domine, quia homo peccator sum; propter quod & Centurio a domo sua eum prohibebat eum dicere: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Ita ergo & Ioseph indignum & peccatorem se reputans dicebat intra se, a tali & a tanta non debere sibi ultra familiare præstari contubernium, cuius supra se mirabilem expauescebat dignitatem. Videbat & horrebat diuinæ præsentiæ certissimum gestantem insigne: & quia mysterium penetrare non poterat, uolebat dimittere eam. Expauit Petrus potentiæ magnitudinem: Expauit Centurio præsentiæ maiestatem. Exhorruit nimirum & Ioseph sicut homo, huius tanti miraculi nouitatem, mysterij profunditatem: & ideo occulte uoluit dimittere eam. Miraris quod Ioseph prægnantis sese consortio uirginis iudicabat indignum: cum audias & sanctam Elisabeth eius non posse ferre præsentiam, nisi cum tremore, & reuerentia? Ait nanq; Vnde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Ideo itaq; Ioseph uoluit dimittere eam.

Sed quare occulte, & non palam? Ne uidelicet diuortij causa inquireretur, exigeretur ratio. Quid enim uir iustus responderet populo duræ ceruicis populo non credenti & contradicenti? Si diceret quod sentiebat, quod de illius puritate comprobauerat, nonne mox incredulj, & crudeles Iudæi subsannarent illum, lapidarent illam? Quando nanque ueritati crederent tacenti in utero, quam postea contempserunt clamantem in templo? Quid facerent necdum apparenti, cui postmodum impias manus iniecerunt, etiam miraculis coruscanti? Merito ergo uir iustus, ne aut mentiri, aut diffamare cogeretur innoxiam, uoluit occulte dimittere eam.

Sin uero aliter quis sentiat, & Ioseph sicut hominem dubitasse contendat: sed quia iustus erat, uoluisse quidem habitare cum ea propter suspitionem, nec tamen (quia pius erat) traducere uoluisse suspectum, & ideo uoluerit occulte dimittere eam. Breuiter respondeo, etiam sic dubitationem illam Ioseph fuisse necessariam, quæ diuino meruit certificari oraculo. Sic quippe scriptum est: Hæc autem eo cogitante, scilicet quod oc-

culte dimitteret eam, apparuit ei Angelus in somnis dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Itaque propter istas rationes desponsata est Maria Ioseph, uel potius sicut ponit Euangelista, uiro cui nomen erat Ioseph. Virum nominat, non quia maritus, sed quod homo uirtutis erat. Vel potius quia iuxta alium Euangelistam non uir simpliciter, sed uir eius dictus est: merito appellatur quod necessariæ putatur. Debuit ergo uir eius appellari, quia necesse fuit & putari, sicut & pater saluatoris non quidem esse, sed dici meruit ut putaretur esse, dicente hoc ipso Euangelista: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum tringinta, ut putabatur filius Ioseph. Nec uir ergo matris, nec filij pater extitit, quamuis certa (ut dictum est) & necessaria dispensatione utrunque ad tempus & appellatus sit & putatus.

Conijce tamen ex hac appellatione, qua licet dispensatoria meruit honorari adeo ut pater Dei & dictus & creditus sit: conijce & ex proprio uocabulo, quod argumentum non dubitas interpretari, quis & qualis homo fuerit iste Ioseph. Simul & memento magni illius quondam Patriarchæ uenditi in Ægypto, & scito ipsius istum non solum uocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assequutum, & gratiam. Siquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia uenditus, & ductus in Ægyptum Christi uenditionem præfigurauit. Iste Ioseph Herodianam inuidiam fugiens Christum in Ægyptum portauit. Ille domino suo fidem seruans dominæ noluit commiscери: Iste Dominam suam Domini sui matrem uirginem agnoscens, & ipse continens fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia in mysterijs somniorum: Isti datum est conscium fieri atque participem cœlestium sacramentorum. Ille frumenta seruauit non sibi, sed omni populo: Iste panem uiuum e cœlo seruandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Non est dubium quin bonus & fidelis homo fuerit iste Ioseph cui mater desponsata est saluatoris. Fidelis, inquã, seruus & prudens, quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum.

Huc accedit, quod dicitur fuisse de domo Dauid. Vere enim de domo Dauid, uere de Regia stirpe descendit uir iste Ioseph, nobilis genere, mente nobilior. Plane filius Dauid, non degenerans a patre suo Dauid. Prorsus, inquam, filius Dauid, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione: quem tanquam alterum Dauid Dominus inuenit secundum cor suum, cui tuto committeret secretissimum atque sacratissimum sui cordis arcanum, cui tanquam alteri Dauid incerta & occulta sapientiæ suæ manifestauit, & dedit illi non ignarum esse mysterij, quod nemo principum huius seculi agnouit: cui denique datum est qđ multi Reges, & prophetæ cum uellent uidere, non uiderunt, audire, & non audierunt; non solum uidere & audire, sed etiam portare, deducere, amplecti, deosculari, nutrire & custodire. Non tantum autem Ioseph, sed & Maria descendisse credẽda est de domo Dauid. Alioquin nõ esset despõsata uiro de domo Dauid, si non esset & ipsa de domo Dauid. Ambo igitur erant de domo Dauid: sed in altera completa est ueritas, quam iurauit Dominus Dauid: altero tantum conscio, & teste adimpletæ promissionis.

VITA NEMESIANI, FELICIS, LVCII ET ALIORUM Episcoporum, itemq; præsbyterorum & Diaconorum in metallis constitutorum, per sanctum Cyprianum Episcopum Carthaginensem scripta.

Est Epistola 25. in libro tertio Epistolarum eiusdem.

Loria quidem uestra poscebat beatissimi ac dilectissimi fratres, ut ad conspectum atque ad complexum uestrum ueni re ipse deberem, nisi me quoque ob confessionem nominis Christi relegatum præfiniti loci termini cohercerent. Sed quomodo possum repræsento me uobis, & ad uos etiam si corpore & gressu uenire non datur, dilectione tamen & spiritu uenio, exprimens literis animum meum, quo in istis uirtutibus & laudibus uestris lætus exulto, participem me computans uobis, & si non passione corporis, tamen consortio charitatis.

An ego possim tacere, & uocem meam silentio premere, cum de charissimis meis tam multa & gloriosa cognoscam, quibus uos diuina dignatio honorauit, ut ex uobis pars iam martyrij sui consummatione præcesserit, meritorum suorum coronam de domino receptura, pars adhuc in carceris claustris, siue in metallis & uinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis fratribus & armandis maiora documenta, ad meritorum titulos ampliores tormentorum tarditate proficiens, habitura tot mercedes in cœlestibus præmijs, quot nunc dies numerantur in pœnis? Quæ quidem uobis fortissimi ac beatissimi fratres, pro merito religionis ac fidei uestræ accidisse non miror, ut uos sic dominus ad gloriosum & sublime fastigium clarificationis suo honore proueherit, qui semper in ecclesia eius custodito fidei tenore uiguistis, conseruantes firmiter dominica mandata, In simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, uigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda ueritate constantiam, in disciplinæ seueritate censuram. Ac ne aliud ad exemplum bonorum factorum deesset in uobis etiam nunc in confessione uocis & passione corporis fratrum mentes ad diuina martyria prouocatis, duces uos exhibendo uirtutis, ut dum grex pastores suos sequitur, & quod fieri a præpositis cernit, imitatur, paribus obsequiorum meritis a domino coronetur.

1 *Ecce mercedes in cœlestibus præmijs. Habent ergo sancti merita apud deum.*

2 *Coronetur a domino paribus obsequiorum meritis.*

Quod autem fustibus cæsi prius grauiter & afflicti per eiusmodi pœnas initiastis confessionis uestræ religiosa primordia, execranda nobis ista res non est. Nec enim ad fustes Christianum corpus expauit, cuius est Spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suæ Christi seruus agnouit, redemptus ligno ad uitam æternam, ligno profectus est ad coronam. Quid uero mirum si uasa aurea & argentea in metallum, id est, auri & argenti domicilium dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est, locaque, quæ aurum & argentum dare ante consueuerant, accipere cœperunt, impositi quoque compedes pedibus uestris, & membra felicia ac dei templa infamibus uinculis ligauerunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum uestrum ferri contagione maculetur. Dicatis deo hominibus, & fidem suam religiosa uirtute testantibus, ornamenta sunt ista non uincula, nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarifi-

cant ad coronam. O pedes feliciter uincti, qui non a fabro, sed a Christo soluuntur. O pedes feliciter uincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur. O pedes in seculo ad prẽsens ligati, ut sint semper apud dominum liberi. O pedes compedibus & ira aduersarij interim contabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri. Quantum uult hic uel inuida crudelitas, uel maligna, nexibus uos suis & uinculis teneat, cito a terris & panis istis ad cœlorum regna peruenietis. Non fouetur in metallis lecto, & culcitris corpus, sed refrigerio & solatio Christi fouetur. Humi iacent fessa laboribus uiscera, sed pœna non est cum Christo iacere. Squalent sine balneis membra situ & sorde deformia, sed spiritaliter intus abluitur quod foris carnaliter sordidatur Panis illic exiguus. At non in pane solo uiuit homo, sed in sermone dei. Vestis algentibus deest. Sed qui Christum induit, & uestitus abundanter & cultus est. Semitonsi capitis capillus horrescit, sed cum sit caput uiri Christus, qualecunque caput illud deceat necesse est, quod ob domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis & tetra gentilibus quali splendore pensabitur? Secularis hæc & breuis pœna, quam clara & ęterni honoris mercede mutabitur, cũ secundum beati Apostoli uocem, transformauerit dominus corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ?

3 *Si non uult quis hic proterere, oblatio et celebratio sacrificiorũ quæ non poterat fieri a sanctis in metalla damnatis, non est aliud quam Missæ celebratio.*

Sed nec in illo fratres dilectissimi aliqua potest aut religionis, aut fidei iactura sentiri, quod illis nunc sacerdotibus dei facultas non datur offerendi & celebrandi sacrificia diuina. Celebratis immo atque offertis sacrificium deo & preciosum pariter & glorioſum, & plurimum uobis ad retributionem præmiorum cœlestium profuturum, cum scriptura diuina loquatur & dicat: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicit. Hoc uos sacrificium deo offertis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hodie facti die & uos metipsos sanctas atque immaculatas uictimas exhibentes, sicut Apostolus adhortatur & dicit: Oro ergo uos fratres per misericordiam dei, ut constituatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem, nec configuremini seculo huic, sed transformemini in renouatione sensus ad probandum quæ sit uoluntas dei bona, & placens, & perfecta. Hoc est enim, quod præcipue deo placeat, hoc est in quo maioribus meritis ad promerendam dei uoluntatem opera nostra proueniant, hoc est quod solum domino de beneficijs eius grandibus & salutaribus fidei ac deuotionis nostræ obsequia retribuant, prædicante in psalmis & contestante spũ sancto: Quid retribuam (inquit) dñi pro omnib⁹ quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Preciosa in conspectu dñi mors iustorum eius. Quis non libenter et prompte calicem salutis accipiat? quis non appetat gaudebundus & lætus, in quo aliquid & ipse domino suo retribuat; quis non preciosam in conspectu dei & fortiter & constanter mortem excipiat, complaciturus eius oculis, q nos in congressione nominis sui desuper spectans uolentes comprobat, adiuuat dimicantes, uincentes coronat, retributione pietatis pr̃nę remunerãs in nobis qc̃, quid ipse præstitit, & honorans qđ ipse pfecit? Ipsius. n. esse qđ uincimus & qđ ad maximi certaminis palmã subacto aduersario puenimus, declarat et dñs docet in euangelio suo dicens: Cũ aũt uos tradiderint, nolite cogitare qũo aut qd loquamini, dabit̃. n. uobis in illa hora quid loquamini.

Non

Non.n.uos estis qui loquimini, sed spūs patris uestri qui loquit̄ in uobis. Et iterū. Ponite in cordib⁹ uestris nō præmeditari excusare. Ego.n. dabo uobis & os & sapientiā, cui nō poterunt resistere aduersarij uestri In quo quidem & credentiū magna fiducia est, & culpa grauissima perfidorū, nec credere ei qui se opem suam daturū confitentibus pollicetur, nec rursus eum timere, qui æternam pœnam negantibus comminatur.

Quæ uos tanta oía fortissimi ac fidelissimi milites Xp̄i insinuastis fratribus nostris, implentes factis qđ uerbis ante docuistis, futuri maximi in regno cœlorū, pollicente dño & dicēte: Qui fecerit & sic docuerit, maximus uocabit̄ in regno cœlorū. Denicp exemplū uestrū sequuta multiplex plebis portio cōfessa est uobiscū pariter, & pariter coronata est, connexa uobis uiculo fortissimę charitatis, & a ꝓpositis ꝯus nec carcere nec metallis separata. Cuius numero nec uirgines desunt, quibus ad sexagenarium fructus centenus accessit, quasp ad cœlestem coronā gloria germinata prouexit. In pueris quoq; uirt⁹ maior ætate annos suos cōfessionis laude transcendit, ut martyrū uestri beatū gregē & sexus & ætas ois ornaret.

Qui nūc uobis dilectissimi fratres cōscietię uictricis uigor, quæ sublimitas animi, quæ in sensu exultantia, qui triūphus in pectore unūquēq; uestrū stare ad ꝓmissum dei præmiū, de iudicij die esse securū, & ambulare in metallo captiuo quidē corpore, sed corde regnante, scire Xp̄m secū esse pūtē, gaudentē tolerātia feruoꝝ suoꝝ ꝓuestigia & uias suas ad regna ęterna gradientiū. Expectatis quotidie lęti, ꝓfectionis uestrę salutarē diē, & iā iāq; de sclo recessuri ad martyrū mūera, et domicilia diuina ꝓperatis, post has mūdi tenebras uisuri cādidissimā lucē, & accepturi maiorē passiōib⁹ oi⁹ & cōflictatiōib⁹ claritatē, ap'lo cōtestāte & dicēte: Nō sunt cōdignę passiones huius tp̄is ad superaueniturā claritatē, quæ reuelabit̄ in nobis.

Plane qa nunc uobis in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum quod in præsuris petitur facilior oratio est: petite impensius, & rogate ut confessionū omnium nostrum dignatio diuina consummet, ut de istis tenebris & laqueis mundi nos quoq; nobiscū integros & glorioſos deus liberet, ut qui hic charitatis & pacis uinculo copulati contra hæreticorum iniurias & pressuras gentilium simul stetimus, pariter in regnis cœlestibus gaudeamus. Opto uos fratres charissimi ac dilectissimi in domino bene ualere, & nostri semper & ubique memini∫se.

4 *Implerunt factis sancti martyres qđ uerbis ante docuerunt, futuri maximi in regno cœlorum. Ergo non sufficiunt uerba, sed opus est factis. Quod nota cōtra abominatores operum.*

5 *Fructus cētenus, fructus uirginum.*

VITA MOYSI ET MAXIMI PRESBITERORVM & aliorū confessorū per S. Cyprianū Ep̄m Carthaginēsem scripta.

Est Epist. 1, in lib. 4. Epistolarum eius.

Loriā fidei et uirtutis uestrę fortissimi ac beatissimi frēs iā pridē de opinione cognouerā, lętatus satis & plurimū gratulatus quod uos cōfessione sui nos parauerit ad coronā dñi nr̄i ꝓcipua dignatio. Vos.n. primores et duces ad nr̄i tēporis prælij facti cœlestis militiæ signa mouistis. Vos spiritale certamen, qđ nūc geri deus uoluit, uestris uirtutibus imbuistis. Vos surgētis belli impet⁹ primos imobili robore atq; incōcussa stabilitate fregistis. Inde initia felicia pugnādi orta sunt, unde uincēdi auspicia cęperūt. Cōtigit hic ꝓ tormēta cōsummari martyria, sed qin cōgressiōe ꝓcedēs exēplū uirtutis fratrib⁹ factus est, cū martyrib⁹ in honore cōis est. Coronas uestras manu sertas ide huc tradidistis, et de poculo salutari fratrib⁹ propinastis,

Acceſsit ad confeſsionis exordia glorioſa, & militiæ uictricis auſpicia, diſciplinæ tenor, quem de epiſtolæ ueſtrę uigore perſpeximus, quã modo ad collegas ueſtros in confeſsione uobiſcum dño copulatos, ſolicita admonitione miſiſtis, ut euangelij ſancta præcepta, & tradita nobis ſemel mãdata uitalia forti & ſtabili obſeruatione teneant. Ecce alius glorię ueſtræ ſublimis gradus, ecce iterũ cũ confeſsione geminatus promerẽdi dei titulus. Stare firmo gradu, & in hac acie, quæ in euangelio coronat, irrumpere, & præceptis dñi ſubruendis, manus impias inferentes fidei robore ſubmouere, prębuiſſe ante initia uirtutũ, nũc & morũ magiſteria prębere.

Dñs poſt reſurrectionẽ mittens apłos mandat & dicit: Data eſt mihi oĩs ptãs in cœlo & in terra. Ite ergo, & docete gentes oẽs, tingentes eos in noĩe pr̃is & filij & ſpũs ſcti, docentes eos obſeruare quæcunq; præcepi uobis. Et Ioannes apł's huius mandati memor in epiſtola ſua poſtmodũ dicit: In hoc, inqt, intelligimus qa cognouimus eũ, ſi p̃cepta eius cuſtodiamus: Qui dicit qm̃ cognouit eũ, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & ueritas in illo non eſt. Hæc p̃cepta cũ cuſtodienda ſuggeritis, diuina et cœleſtia mandata ſeruaſtis. Hoc eſt, eſſe confeſſorẽ dñi, hoc eſt eſſe martyrẽ Chri, ſeruare uocis ſuæ inuiolatã circa oĩa & ſolidã firmitatẽ, nec pp̃ dñm martyrem fieri, & præcepta dñi deſtruere conari, uti aduerſus illũ dignatione, quam tibi dederit, armis ab illo acceptis rebellem quodãmodo fieri, hoc eſt Chriſtum confiteri uelle, & euangelium Chriſti negare.

1 *Notent hæretici qui ſe dicunt credere in Chriſtum, & tamen factis præcepta eius deſtruũt, nam ut ait D. Athanaſius in tractatu de paſsione domini, In diuinis, non uerbis ſed factis opus eſt, neque linguæ prolatio, ſed affectus prodeſt.*

Lætor igit ex uobis fortiſsimi ac fideliſsimi frẽs, & q̃tũ gratulor martyrib⁹ iſtic coronatis ob uiriũ gloriã, tm̃ gratulor pariter & uobis ob dñi cæ et diſciplinæ coronã. Dignationẽ ſuã dñs multiplici gne largitatis infudit, bonoq; militũ laudes & glorias ſpiritales copioſa uarietate diſtribuit, honoris ueſtri participes & nos ſumus, gloriã uram noſtram gloriã computamus, quoq; tempora illuſtrauit tãta felicitas, ut ætate noſtra uidere contingeret probatos ſeruos Dei & Chri milites coronatos. Optouos fortiſsimi ac beatiſsimi fratres ſemper bene ualere, & nri meminiſſe.

VITA CELERINI ET AVRELII CONFESSORVM

Ex Epiſt. 5. in lib. 4. Epiſtolarũ eiuſdem.

per S. Cyprianum Epiſcopum Carthaginenſem ſcripta.

a Gnoſcenda & cõplectenda ſunt frẽs dilectiſsimi bñficia diuina, qbus eccleſiã ſuã dñs illuſtrare tpibus nris & honeſtare dignatus eſt, cõmeatũ dando nobis confeſſoribus ſuis & martyribus glorioſis, ut q ſublimiter Xp̃m confeſsi eſſent, clerũ poſtmodũ Xpi miniſterijs eccleſiaſticis adornarent. Exultate tq; & gaudete nobiſcũ lectis lris nris, qb⁹ ego et collegę mei q pñtes aderant, referimus ad uos Celerinũ frẽm nr̃m uirtutib⁹ pariter & moribus glorioſum, clero nro nõ humana ſuffragatione, ſed diuina dignatione cõiunctũ, q cũ cõſentire dubitaret, eccleſiæ ipſius admonitu & hortatu in uiſione p̃ noctẽ cõpulſus eſt, ne negaret: nobis ſuadẽtibus, cui plus licuit & coẽgit quia nec fas fuerat nec decebat ſine honore eccleſiaſtico eſſe, quem ſic dominus honorauerit cœleſtis gloriæ dignitate.

Hic ad tpis nri pliũ primus. Hic inter Xpi milites anteſignatus. Hic inter pſecutionis initia feruẽtia cũ ipſo infeſtationis principe & autore congreſſus, dũ inexpugnabili firmitate certaminis ſui aduerſariũ uincit, uincẽdi cæteris uiã fecit, nõ breui cõpendio uulnerũ uictor, ſed hærentibus diu,

& permanentibus pœnis longe colluctationis miracũlo triũphator. Per decẽ & nouẽ dies custodia carceris septus, in neruo ac ferro fuit. Sed posito in uinculis corpe, solut⁹ ac liber spũs mãsit. Caro famis ac sitis diutur nitate cõtabuit, sed aiam fide & uirtute uiuentẽ nutrimẽtis spiritalib⁹ de⁹ pauit. Iacuit inter pœnas pœnis suis fortior, inclusus includẽtib⁹ maior, ia cẽs stãtib⁹ celsior, uinciẽtib⁹ firmior uinct⁹, sublimior iudicãtib⁹ iudicat⁹. Et q̃uis ligati neruo pedes essent, calcat⁹ serpẽs, & obtrit⁹, & uict⁹ est. Lucẽt in corpe glorioso clara uulnerũ signa, eminẽt & apparẽt in mẽbris lõga tabe cõsumptis expressa uestigia. Sũt magna, sunt mira, q̃ de uirtutib⁹ eius ac laudib⁹ fraternitas audiat. Et si aliqs Thomæ filis extiterit, q minus aurib⁹ credat, nec oculor⁹ fides deẽst, ut qsqs qđ audit & uideat: In seruo dei uictoriã gl'ia uulnerũ fecit, gloriã cicatricũ memoria custodit.

Nec rudis iste aut nouus est in Celerino charissimo nr̃o titulus gloria tũ, p uestigia cognationis suæ gradiẽ, parẽtib⁹ ac ꝓpinqs suis honore consimili diuinæ dignationis æquaẽ. Auia eius Celerina iã pridẽ martyrio coronata est. Itẽ patruus eius & auũculus Laurentius & Ignatius in castris & ipsi quondã secularibus militantes, sed ueri & spiritales dei milites, dũ diabolũ Chr̃i ꝓfessione ꝓsternũt, palmas a dño, & coronas illustri passione meruerũt. Sacrificia pro eis semp, ut meministis, offerimus, quoties martyrũ passiones & dies anniuersaria cõmemoratione celebram⁹. Nec degener ergo esse, nec minor poterat, quẽ sic domesticis exẽplis uirtutis ac fidei ꝓuocabat, famil ę dignitas, & generosa nobilitas. Qđ si in familia seculari põdicationis & laudis est esse patriciũ, quãto maioris laudis & honoris est fieri in cœlesti põdicatiõe generosum? Nõ inuenio quẽ beatiorẽ magis dicã, utrũ ne illos de posteritate tã clara, an hũc de origine gloriosa. Ita æqualiter apud eos recurrit & cõmeat diuina dignatio, ut illor⁹ coronã dignitas sobolis illustret, & hui⁹ gloriã sublimitas generis illuminet.

I

Offerimus pro eis sacrificia, ideſt Missarũ solẽnia celebramus, neque enim de alio rectẽ potest intelligi sacrificio.

Ecce dies. 2. anni uersaria defunctorum in Christo.

Hũc ad nos, fratres dilectissimi, cũ tanta dñi dignatione uenientẽ testimonio & miraculo eius ipsius, q se ꝓsecutus fuerat illustrẽ, quid aliud q̃ sup pulpitũ. i. super tribunal ecclesię oportebat imponi, ut loci altioris celsitate subnixus, & plebi uniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta euangelĩ dñi, quæ fortiter ac fideliter sequit: uox dñm confessa in his quotidie, q̃ dñs locutus est, audiat? Viderit an sit ulterior grad⁹ ad quẽ ꝓficisci i ecclesia possit. Nihil est i quo magis cõfessor fratrib⁹ ꝓsit q̃ ut dũ euãgelica lectio de ore ei⁹ audit, lectoris fidẽ qsqs audierit, imitet.

Iũgẽdus in oratione Aurelio fuerat, cũ quo & diuini honoris societate cõiũctus est, cũ quo oĩbus uirtutis & laudis insignib⁹ copulatus est. Pares ambo, & uterq; cõsimiles. In quãtũ gloria sublimes, i tm̃ uerecũdia humiles Quãtũ diuina dignatiõe ꝓmoti, tm̃ sua quiete & tranquillitate summissi, & uirtutũ pariter & morũ singulis exẽpla pbẽtes, & cõgressioni et paci cõgruẽtes. Illic robore, hic pudore laudabiles. In talib⁹ seruis lætat̃ dñs. In eiusmodi cõfessorib⁹ gloriat̃, quor⁹ secta & cõuersatio sic ꝓficit ad p̃conii gloriæ, ut magisteriũ cæteris p̃beat disciplinæ. Ad hoc eos Xp̃s esse in Ecclesia diu uoluit, ad hoc de media nocte subtractos, quadã dixerim resurrectiõe circa eos facta, incolumes reseruauit, ut dũ nihil in honore sublimius, nihil in humilitate submissius a fratrib⁹ cernit̃, hos eosdẽ fraternitas sectata comitetur. Hos tũ lectores interim cõstitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, unde omnibus luceat, et glorioſos

3

Lectorum ordo in Ecclesia.

multus in loco altiore constitui, ubi ab omni fraternitate circunstante cõ specti incitamentum gloriæ uidentibus præbeant.

Cæterũ presbyterij honorẽ designasse nos illis iã sciatis, ut & sportulis ijdẽ cũ pbyteris honorent, & diuisiones mẽsuræ æquatis quãtitatib⁹ partiant, sessuri nobiscũ puectis & corroboratis annis suis, quãuis i nullo minor posit uideri ætatis indole, qui cõsummauit ætatẽ glorię dignitate.

Epistola est. 5. in lib. secundo Epistolarum eiusdẽ sancti Cypriani Episcopi & martyris.

Adhuc de Aurelio eodem.

IN ordinandis clericis fratres Charissimi solemus uos ante cõsulere, et mores ac merita singulorũ cõi cõsilio põderare. Sed expectanda non sunt testimonia humana, cum præcedant diuina suffragia.

4

Vide antiquũ Ecclesiæ morem in ordinandis clericis, quem & nunc seruat, ut super eorum moribus et meritis populus primus ferat testimonium.

Aurelius frater noster illustris adolescens, a dño iã pbatus & deo charus, est in annis adhuc nouellus, sed in uirtutis ac fidei laude puectus. Minor i ætatis suæ indole, sed maior in honore. Gemino hic agone certauit, bis cõfessus, & bis confessionis suæ uictoria gloriosus, & quando uicit in cursu factus extorris, & cum denuo certamine fortiore pugnauit, triumphator & uictor in prælio passionis.

Quotiens aduersarius puocare seruos dei uoluit, totiens fortissimus ac prõptissimus miles & pugnauit, & uicit. Parũ fuerat sub oculis ante pauorũ, qũ extorris fiebat, cõgressum fuisse, meruit & in foro cõgredi clario re uirtute, ut post magistratus & pconsulẽ uinceret, & post exilũ tormẽta superaret. Nec inuenio quid in eo pdicare plus debeã, gloriã uulnerũ, an uerecundiã morũ, qd honore uirtutis insignis est, an qd pudoris admiratione laudabilis. Ira & dignitate excelsus est, & humilitate submissus, ut appareat illũ diuinit⁹ reseruatũ, qui ad ecclesiasticã disciplinã cęteris esset exẽplo. Quo serui dei in cõfessiõe uirtutib⁹ uincerẽt, post cõfessionem moribus eminerent. Merebat talis clericæ ordinationis ulteriores gradus & incremẽta maiora, nõ de annis suis, sed de meritis æstimandus, sed interim placuit ut ab officio lectiõis incipiat, quia et nihil magis congruit uoci, q dñm gloriosa pdicatione cõfessa est, quã celebrãdis diuinis lectionibus psonare post uerba sublimia, q Xpi martyriũ plocuta sunt: Euãgeliũ Xpi legere, unde martyres fiũt: Ad pulpitũ post catastã uenire: Illic fuisse cõspicuũ gẽtiliũ multitudini, hic a fratribus conspici: Illic auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri.

5

Ordo lectoratus.

Hunc igit̃, fratres dilectissimi, a me & a collegis, qui præsentes aderãt, ordinatũ sciatis, quod uos scio & libenter amplecti, & optare tales in ecclesia nostra quã plurimos ordinari. Et qm̃ semper gaudiũ properat, nec potest moras ferre lætitia, dominico legit. Interim uobis hac die auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem.

6

Mandat orationi frequenter insistere.

Vos orationi frequenter insistite, & preces nostras uestris precibus adiuuare, ut domini misericordia fauens nobis cito plebi suæ, et sacerdotem reddat incolumem, & martyrem cum sacerdote lectorem. Opto uos in deo patre, & Christo Iesu semper bene ualere.

FINIS.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA W POZNANIU



